Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 H
38

Digitized by Google

Digitized by Google

13-14. A. 2

Digitized by Google

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

iuſſu editum.

ROMAE

In Aedibus Populi Romani.

M D LXXXIIII.

Digitized by Google

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

*CVM pro munere paſtorali humeris noſtris iniuncto id præci-
pue nobis propoſitum habeamus, vt omni ſtudio, diligentiaque
omnes Chriſtifideles his præſertim tam grauibus, calamito-
ſiſque temporibus in recta, & Catholica fide continere cure-
mus, ac propterea id in primis nobis agendum, & prouiden-
dum ſit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occaſionem ſub-
trahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis non-
nullis ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali-
bus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate inſignium
virorum ſtudio, Decretum Gratiani nuncupatum abſque gloſsis, necnon idem Gratiani
Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clemen-
tinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus gloſſarum auctoribus, quibus cum
viri pij, & Catholici fuerint, ignoſcendum videtur, ſi quid vel ob errorem in illis, vel
quia nondum pleraque à ſacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti ſunt: Verum
etiam cum his, quæ ab impijs ſcriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra
aſperſa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi cu-
ram demandauimus. Cum autem ipſum Decretum abſque gloſſis à præfatis à nobis de-
putatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illuſtratum
exiſtat, ipſiuſque maior pars à dilecto filio Paulo Conſtabili, tunc ſacri noſtri Palatij
Apoſtolici Magiſtro vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni
prædeceſſoris noſtri iam impreſſis recognita, & approbata ſit: Reliquum vero eiuſdem
decreti vnà cum annotationibus prædictis tam abſque gloſſis, quàm ipſum totum cum
gloſſis, Sextumque & Clementinas ſimul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri,
eiuſdem Palatij noſtri Apoſtolici Magiſtro recognoſcenda omnia, & approbanda in of-
ficina Populi Romani, quæ ad hoc potiſſimum vt libri ſacri in ea fideliter, & incorru-
pte imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impreſſa diuulgari iuſſerimus, ac vt ad ma-
iorem Chriſtifidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam citra, & vltra montes com
morantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorrupte iuxta exem
plar hic Romæ impreſſum à Catholicis Typographis à Romano Populo, ſiue ab eo Depu-
tatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi poſſit. Nos opportune prouidere vo-
lentes, vt hoc Ius Canonicum ſic expurgatum ad omnes vbique Chriſtifideles ſartum te-
ctum perueniat, ac ne cuiquàm liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut
inuertere, nullave interpretamenta adiungere, ſed prout in hac noſtra Vrbe Roma nunc
impreſſum fuit ſemper, & perpetuo integrum, & incorruptum conſeruetur. Mõtu pro-
prio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnibus, &
ſingulis in noſtro, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Dominio, nobis, & eidem Romanæ Eccle-
ſiæ mediate, vel immediate ſubiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu ad-*

uenientibus,ac etiam extra dictum dominium vbilibet exiſtentibus Typographis, & librorum impreſſoribus, ac Bibliopolis, & quibuſcumque alijs perſonis vtriuſque ſexus cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ, & quo ad nunc, & pro tempore in dicto noſtro, & Romanæ Eccleſiæ dominio mediate, vel immediate ſubiecto commorantes, etiam vltra præmiſſa ſub amiſſionum librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro vna videlicet officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accuſatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici Executori irremiſſibiliter applicandorum, alijſque arbitrij noſtri pœnis eo ipſo ſi & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis apoſtolica auctoritate tenore præſentium inhibemus, & interdicimus, ne ipſius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum gloſſis, Decretalibus Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt præfertur, de cetero per Decennium à Data præſentium ſub quouis titulo alibi quàm in Vrbe noſtra, & in eadem officina impreſſoria dicti Populi Romani, & ijs, quibus ab eodem Populo Romano, & ab eo ad hoc pro ipſo Populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet facultas, & licentia per dictum tempus deſuper conceſſa fuerit, prout nos eidem Populo Romano, & eiſdem ab eo Deputatis, vt huiuſmodi licentiam, & facultatem tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet cuicumque, & quibuſcumque ipſi Populo Romano, ſeu eius pro eo Deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem Populo, & eius Deputatis viſum fuerit, ſignificata prius nobis, & approbata perſona, concedere, illamque ſic conceſſam prout, & quando ſibi placuerit, reuocare libere, & licite valeant, indulgemus, impreſſum, & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere, vel transferre: neque etiam ipſi abſque expreſſa etiam in ſcriptis licentia eiuſdem Populi Romani, & ab eo Deputatorum dictum Gratiani Decretum cum ipſis annotationibus, & idem cum gloſſis, Gregorij Noni prædeceſſoris noſtri Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt dictum eſt imprimere, nec per dictum decennium ab eis, vel alijs præterquam à dicto Populo Romano, & ab eo Deputatis, vel de eorum licentia, vt præfertur, impreſſum, & imprimendum aliàs habere, ſeu tenere, aut etiam vendere, vel donare, ſeu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per ſe, vel alium, ſeu alios publice, vel occulte, directe, ſeu indirecte quouis quæſito colore, vel ingenio audeant, ſeu præſumant: ita quòd etiam nulli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quàm extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum, & Prouinciarum totius orbis liceat huiuſmodi libris dicti Iuris Canonici ſic, vt præfertur, de mandato noſtro recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, ſed prout opus huiuſmodi Romæ nunc impreſſum fuit ſemper, & perpetuo integrum, & incorruptum conſeruetur, ſtatuimus, ſancimus, & ordinamus, Mandantes vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Ceteriſque locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in ſpiritualibus, & temporalibus, & in ſtatu temporali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ etiam Legatis, Vicelegatis Sedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, Poteſtatibus, & Locumtenentibus, vt quoties pro parte dicti Populi Romani, & ab eo Deputatorum, ſeu licentiam, & facultatem ab ipſis, vt præfertur, pro tempore habentium, fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eiſdem Populo, & Deputatis, ac ab ipſis licentiam, & facultatē haben. efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa ad omnē Populi Romani & ab eo Deputatorum prædictorum licentiam, ſeu facultatem haben.

requi-

Digitized by Google

requiſitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Et inſuper quia difficile admodum eſſet præſentes litteras ad quælibet loca deferri, volumus, & eadem apoſtolica auctoritate decernimus, illarum tranſumptis, & exemplis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Curiæ, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & etiam in ipſis operibus impreſſis plenariam, & eandem prorſus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra iudicium haberi, quæ præſentibus haberetur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quorumcumque locorum, Gymnaſiorum, & Vniuerſitatum, etiam ſtudiorum generalium iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apoſtolicis etiam illis, & illorum, ac quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis, & approbatis, ac in poſterum concedendis, & approbandis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis mentio habenda eſſet, eorum tenores præſentibus pro expreſſis haben. illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, Contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facien. plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die prima Iulij. M. D. L X X X. Pontificatus noſtri Anno Nono.

Ca. Glorierius.

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes. Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis. Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiuſque ſpecies omnes diffiniens, & inter ius ſcriptum, & non ſcriptum differentiam ponens. 1

ii. de iure Quiritũ ſiue Romanorũ, ipſum per ſpecies diffiniens. 6

iii. iuris canonici varia nomina diſtinguit, breuiterque exponit. 7

iiii. ad quid leges inuentæ ſunt, & quid ſacri canones mandent. 9

v. quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 12

vi. an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputentur, & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 14

vii. ponit legis latores, oſtendendo qualiter ius inceperit. 18

viii. ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 19

ix. auctoritate & exemplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 24

x. oſtendit quod leges Imperatorum vincuntur à canonibus. 27

xi. dicit conſuetudinem legibus approbatis cedere. 33

xii. habet laudabilem conſuetudinem eſſe ſeruandam, quæ nec canonibus ſacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 38

xiii. vult quod contra ius naturale non admittatur diſpenſatio, niſi in fuga maioris mali. 44

xiiii. quod quis non debet minus peccatum committere, vt aliud maius euitare poſſit 47

xv. notat de tempore quo ſacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 48

xvi. ponit quod canones Apoſtolorum ſunt recipiendi, poſtea oſtendit quo tempore & quo reſidente in papatu vel imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 54

xvii. dicit non concilia, ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 62

xviii. oſtendit quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere, ideo conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſunt celebrãda. & quod metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad conciliũ conuenientibus. Addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. 66

xix. vim decretalium oſtendens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruanda. 73

xx. Dicit quod in cauſis diffiniendis ſacri canones, in exponenda vero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 81

xxi. tractat de diuerſis ordinibus & gradibus miniſtrorũ, docẽdo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonũ à maiori vſque ad infimũ. Et differẽtias miniſtrorum locorũ aſſignat, probãs quod maior à minori non debet iudicari. 84

xxii. de dignitate Romanæ eccleſiæ, & quarumdam aliarum. 92

xxiii. de ordinatione miniſtrorum incipiens à Romano Pontifice, & deſcendens vſq; ad oſtiarium. 96

xxiiii. de examinatione ordinandorum. 108

xxv. de officiis clericorum, incipiendo ab oſtiario, & aſcendendo vſque ad epiſcopum. Circa mediũ diſtinctionis inchoat. xiii. præcepta regulæ apoſtolicæ, vt proſequitur ibi, Oportet epiſcopũ eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione ponit varias ſignificationes huius nominis, crimen. Et oſtendit quod ſit mortale, & quod veniale. 111

xxvi. exequitur ſecundũ præceptũ apoſtolicæ regulæ, Oportet epm eſſe vnius vxoris virum. 118

xxvii. probat quod nolentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt, aſſignans differẽtiam inter ſolenne & ſimplex votum. 122

xxviii. probat quod clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali, addẽs de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. 125

xxix. oſtendit quædã capitula tradita eſſe ex cauſa, quædã ex tempore, quædam ex loco, quædam ex perſona. 133

xxx. quia dictum fuit. xxviii. diſt. ſupra, quod ſacerdotes non debẽt à ſe abiicere vxores ſuas prætextu religionis: hic dicit ꝙ ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 134

xxxi. probat & ponit exempla in terminis, qualiter clerici continere debẽt, & quod ab omnibus eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 139

xxxii. adhuc proſequitur de continentia clericorum, & dicit quod conſtituti in quattuor ſacris ordinibus tenentur continere, & ſi habent publicas concubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 145

xxxiii. oſtendit quod bigami, corpore vitiati, vſurarii publice pænitentes, luſores in ſcena ludentes, furioſi, arreptitii, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri nõ poſſunt. 154

xxxiiii. ponit quod oportet epiſcopum vitare nimiam familiaritatem domeſticarum perſonarum, & etiam cõſanguinearũ: & quod venari non licet. 157

xxxv. agit de tertio capitulo apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum non eſſe vinolentum. 164

xxxvi. exponendo illud, prudentẽ, dicit quod clerici debent habere peritiam litterarũ ſacrarum. 168

xxxvii. oſtendit quod clerici non debent libros gentilium reſpicere, peritiã tamen ſæcularium debent habere. 170

xxxviii. probat quod litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet. ignorantia enim ipſi eſt periculoſa 177

xxxix. oſtendit quod oportet epiſcopum eſſe prudentem in negotiis ſæcularibus, vt ſua cautela reddãtur eccleſiæ indemnes. 181

xl. proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ. Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutibus. 182

xli. tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & tẽperantia potus & cibi. 188

xlii. declarat illud, hoſpitalem. 191

xliii. illa duo, pudicum, & doctorem. 193

xliiii. illud, non vinolentum: quod eſt

Digitized by Google

eſt pars eius, quod diximus ſupra xxxv. diſt. 198
xlv. illud, non percuſſorem. 202
xlvi. illud, non litigioſum. 210
xlvii. illud non cupidum, domui ſuæ bene præpoſitum. 213
xlviii. illud, non neophytum. 218
xlix. prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat. & ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi nõ debent in epiſcopos promoueri. 220
l. agit de lapſu, & reparatione clericorum. 223
li. de curialibus ſiue officiariis ratiocinijs obligatis, iudicibus, & aduocatis ordinandis vel nõ. 254
lii. de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 258
liii. de curiæ annexis in clero vel monaſterio recipiendis vel non. Et ibi probat quare curiales, & aliter obligati ordinandi non ſunt. 258
liiii. de ſeruis à non dominis manumiſſis non promouendis, niſi libertatem ſint conſecuti. 259
lv. de corpore vitiatis, bigamis, illitteratis, publice pœnitentibus ordinandis vel non. 270
lvi. de filiis presbyterorum, & natis de fornicatione, & adulterio non ordinandis. 275
lvii. de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 281
lviii. de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 282
lix. de laicis litteratis non ſubito ordinandis. 282
lx. oſtendit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitum vel decanum vel archipresbyterum vel epiſcopum. 284
lxi. oſtendit quòd laici non ſunt eligendi in epiſcopos: ſed poſtulandi. 286
lxii. oſtendit ꝙ clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 295
lxiii. probat ꝙ nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 296
lxiiii. ponit quo tempore & quibus præſentibus debens epiſcopi conſecrari. 314
lxv. dicit ꝙ præſentibus omnibus epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab archieſpiſcopo. Et ibi dicit, ꝙ ſi ceteris ordinationi epiſcoporum cõſentientibus duo vel tres contradicant, obtineat plurimorum ſententia. 317
lxvi. de promotione archiepiſcopi, qui ab omnibus epiſcopis comprouincialibus eſt ordinandus, & non eſt conſecrandus: & à paucioribus quam à tribus. 322
lxvii. de promotione ſiue ordinatione presbyterorum. 323
lxviii. dicit quod illi qui ſunt ordinati ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos iterũ ſunt ordinandi. Siue determinat de ordinatione nõ iterãda, & de epiſcopis. 323
lxix. ꝙ prima tonſura clerici de manu abbatis poteſt ſuſcipi. Vel dic ꝙ determinat de non ordinatis ne in eccleſia Dei miniſtrent. 327
lxx. tractat ne quis ordinetur ſine titulo. 328
lxxi. ne quis ordinetur à non ſuo epiſcopo. 329
lxxii. ne ignotus clericus ſine litteteris dimiſſoriis ſiue commendatitijs recipiatur. 332
lxxiii. oſtendit qualiter litteræ formatæ & dimiſſoriæ fiant. 333
lxxiiii. tractat an inuitis ordines conferantur. 335
lxxv. de tempore & die cõſecrationis epiſcoporum, necnon de temporibus ordinationum aliorum clericorum. 340
lxxvi. de ieiuniis quattuor temporum, & quare ſunt ieiunanda. 343
lxxvii. ponit qualiter clerici ſunt per gradus ordinandi. & etiam tractat de interſtitijs temporum. 349
lxxviii. in qua ætate ſunt ſacerdotes ordinandi. 354
lxxix. repetit de ordinatione ſummi Pontificis, quæ à ſolis Cardinalibus fieri debet. 355
lxxx. in quibus locis ſunt ponendi epiſcopi vel archiepiſcopi. 359
lxxxi. epilogando docet, ꝙ ordinandus in epiſcopum debet eſſe ſine crimine, nec clerici mulieribus cohabitare debent. 362
lxxxij. docet ꝙ epiſcopus his qui ſuis manibus laborare non poſſunt, prouidere debet. Et addit ꝙ ſi quis miniſtrorum fornicationem committat, & agat pœnitentiam, ex diſpenſatione poteſt in ordinibus remanere. 372
lxxxiij. docetur quod prælatus nõ ſolum à peccato immunis eſſe debet: ſed etiam peccatis aliorum conſentire non debet. 377
lxxxiiij. vult ꝙ prælatus ſit vigilans circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, & curationem monaſteriorum, 379
lxxxv. tractat de hoſpitalitate clericorum, quæ epiſcopis eſt neceſſaria. 382
lxxxvj. probat ꝙ oportet epiſcopũ eſſe doctorem vt ſciat ſubditos corrigere: item liberalem circa patientes neceſſitatem, non circa hiſtriones. 384
lxxxvij. probat quod viduis, orphanis & oppreſſis epiſcopus debet dare ſubſidium. 393
lxxxviij. dicit ꝙ clerici cupiditatis cauſa negotiatores eſſe non debent: ſed pietatis cauſa coram orfanis & viduis impendere. 396
lxxxix. dicit ꝙ oportet epiſcopum eſſe domui ſuę bene præpoſitum, vt ſciat in diſpenſatione rerum eccleſiæ regulam eſſe obſeruandam. 401
xc. docetur qualiter litigioſi corripiendi ſunt, & non ordinandi, tractans de licitis & honeſtis operibus. 405
xcj. de modo cantandi in eccleſia: etiam de electi poteſtate. dicit etiam quod ſi clericis ſua beneficia non ſufficiant: poſſunt ſibi neceſſaria quærere artificio licito. 408
xcij. dicit ꝙ magis corde, quàm vocibus cantandum eſt. 410
xciij. de obedientia minorum erga maiores, & ꝙ nullus debet cõmunicare inimicis Romanæ eccleſiæ. 414
xciiij. de legato Romani Pontificis, qui impediendus non eſt. Et impediẽtes ſunt excommunicandi. Probat etiam ꝙ maior in officio minori vices ſuas committere poteſt. Et de præſumptione archidiaconorum. 428
xcv. dicit ꝙ etiam præſentibus epiſcopis presbyteri quãuis eis ſubditi poſſunt ſacra myſteria celebrare, & prædicare. 429
xcvj. dicit ꝙ laicis (etiam imperatoribus) non licet aliquem ordinare, vel de rebus eccleſiarum iudicare. 435
xcvij. dicit ꝙ precibus eccleſiæ imperator & ceteri principes poſſũt eam iuuare: ſubijciens, eccleſiam Romanam legationem vndecunque ſine ſignatis apicibus non recipere. 447
xcviij. dicit ꝙ clerici peregrini & vltramarini ſine teſtimonio quinque epiſcoporum recipiendi non ſunt. 450
xcix. docet de primatibus & poteſtate eorum qualiter nullus eſt appellandus vniuerſalis. 452
c. Tractat de pallio, & vſu eius. 454
cj. & vltima dicit vnã prouinciam in duas non diuidendam. 459

SECVNDA PARS,

quæ eſt de Cauſis, diſtincta eſt in cauſas triginta ſex, quarum quælibet plures ſub ſe quæſtiones continet.

Prima Cauſa quæſtiones habet. VII.

Prima quærit vtrum vendere ſpiritualia ſit peccatum. Solutio, ſic. 461
ii. an pro ingreſſu eccleſiæ vel monaſterii pecunia ſit exigenda, vel perſoluenda. Solu. non. 529
iii. vtrum præbendas eccleſiæ emere ſit ſimonia. Solutio. ſic. 535

iiii. vtrum ille reus criminis ſit, cuius pater pro eo ignorante ſimoniam commiſit. Sol. ignorantia facti non iuris excuſat eum. 545

v. vtrum liceat ei retinere, quod pater pro eo ſimonia acquiſiuit. So. de rigore iuris non, de miſericordia ſecus. 553

vi. vtrum ignoranter à ſimoniaco ordinati ſint abijciendi, vel non So. probata ignorantia miſericorditer tolerantur. 556.

vii. vtrum renuntians ſuæ hæreſi in epiſcopali dignitate ſit ſuſcipiendus So. rigor vult eum deponi: ſed diſpēſatio ſuſtineri. 557

Secūda Cauſa habet VIII. quæſtiones, & in ea quinta præcedit quartam.

Prima quærit vtrum in manifeſtis ſit ordo iuris ſeruandus. Sic, niſi ſint notoria. 575

ii. vtrum ſpoliatus ab aliquo ſit iudicandus. Non, ante reſtitutionem. 591.

iii. qua pœna ſint feriendi in accuſatione deficientes. Talione. 592

v. vtrum accuſatore deficiente reus ſit cogendus ad purgationem. Non, niſi infamia publica laboret. 599.

iiii. an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus 612

vi. quo remedio cauſa ſubleuatur. Appellatione, quę tamen ei danda nō eſt, qui cauſa dilationis appellat. 614

vii. an laici vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum ſint admittēdi in accuſatione maiorū. Non, de iure nouo. 640

viii. qualiter accuſatio fieri debeat. Sol. in ſcriptis. 667.

Tertia Cauſa quæſtiones XI. complectitur.

Prima vtrum reſtitutio ſit facienda quibuſlibet ſpoliatis. Sol. ſic, niſi in certis caſibus, nā infamatus, apoſtata, iuſte ſpoliatus, præciſus, & ſuſpectus non ſunt reſtituendi. 670

ii. quærit de inducijs quo ſpatio ſint dandæ: an poſt reſtitutionē tantum, an poſt vocationem ad cauſam quibuſlibet concedendę ſint. Sol. ad arbitrium iudicis. 673

iii. quo ſpatio menſium ſint vtriq; concedendæ So. vt prius. 676.

iiii. vtrum infames ſint recipiendi ad teſtimonium. Sol. non, niſi contra ſui ſimiles. 680

v. an teſtes domeſtici vel inimici ſint producendi. So. non. 683

vi. vtrum reus extra prouinciam ſit producendus. So. non. 689

vii. vtrum criminoſus poſſit eſſe iudex. Sol. ſi ab eccleſia toleratur. 697

viii. vtrum epiſcopus poſſit ab vno iudicari. Sol. non, niſi à xij. epiſcopis: reſeruata ſententia ſummo Pontifici. 704

ix. vtrum accuſatores teſtes in abſentem vocem accuſationis vel teſtificationis exhibere valeant. So. non. 705

x vtrum deficientes in vno capitulo ſint admittendi ad ſequentia. So. non. 712

xi. vtrum accuſatus in accuſatorem poſſit conuertere accuſationē. So. non, niſi in maiori crimine. 713

Quarta Cauſa habet VI. quæſtiones.

Prima an in excommunicatione conſtitutus alium accuſare valeat. Sol. non. 717

ii. an infra duodecim annos in criminali cauſa quis teſtificari poſſit. Sol. non. 718

iii. an ab accuſatione prohibitus poſſit eſſe teſtis. Sol. non. 718

iiii. an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Sol. non. 725

v. an ſi vocatus ad cauſam non veniat, ſit excommunicandus? Sol. ſic, niſi iuſtam abſentiæ cauſam probauerit. 727.

vi. an calumniator in propria cauſa ſit audiendus. Sol. ſic, ſi cauſa non ſit criminalis. 729

Quinta Cauſa habet VI. quæſtiones.

Prima qua pœna ſit feriendus, qui famoſum libellum ſcribit. Solu. anathemate, niſi ſcripturā probauerit. 730

ii. quoties quis ſit ad cauſam vocādus antequā excōicetur. Sol. non tantum ſemel: ſed bis. 732.

iii. an per procuratorem quis cauſam agere valeat criminalem. Solu. non, niſi ſit perſona illuſtris. Cauſam vero iniuriarum ciuilē ſic. 734

iiii. an abſque ſynodali audientia ep̄s ſit damnandus. Sol. non. 736

v. an ſit habendus pro inimico, qui aliquem accuſat. Sol. non, ſi hoc faciat ex charitate. 737

vi. qua pœna ſit plectendus, qui nō probat obiecta. Sol. talione. 740

Sexta Cauſa quæſtiones V. continet.

Prima vtrū criminoſi vel infames religioſum epiſcopum poſſint accuſare de ſimonia. Non. 743

ii. ſi epiſcopus accuſationem in accuſantem conuertere voluerit: an eius verbo ſimplici fides adhibenda ſit. Non. 753

iii. an liceat petere iudicium epiſcopi alterius prouinciæ, Non, niſi in cauſa damnationis. 755

iiii. cuius iudicium ſit expetendū cum epiſcopi prouinciæ in ſua ſententia diſcordāt, Archiepiſcoporum & epiſcoporum vicinæ prouinciæ. 757

v. an accuſator deficiente reus ſit ad probationem cogendus. Nō; ſed bene ad purgationem ſi laboret infamia. 759

Septima Cauſa habet II. quæſtiones.

Prima vtrū viuente epiſcopo alius poterit in eadem eccleſia ordinari. Nō, niſi transferatur vel cedat. Tamen pro infirmitate vel ſeneᷓctute datur ſibi coadiutor. 761

ii. vtrum hi qui ceſſerunt cauſa infirmitatis, ſanitate recepta poſſint cāthedram repetere. Non. 790

Octaua Cauſa quæſtiones V. colligit.

Prima vtrum liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem eligere. Non. 791

ii. an amicorum patrocinia in electione valeat. Non. 802

iii. an ſit ſimonia poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramētum pręſtare. Sic, ſi pactum ſuper hoc præceſſerit. 803

iiii. an liceat clericis declinare iudicia epiſcopi de crimine accuſati ante ſententiæ tempus. Non ante condemnationem, niſi per appellationem. 805

v. an accuſatus coram apoſtolico, ſine eius litteris debeat reuerti. Non. 805.

Nona Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an ordinatus ab excōicato eijciendus ſit. Nō, ſi ignorauit illū eſſe excommunicatum. 806

ii. an liceat archiepiſcopo vel ep̄o clericos alterius ordinare. Nō, ſine litteris proprij epiſcopi. 809

iii. an liceat archiepiſcopo clericos ſui ſuffraganei abſoluere vel dānare. Nō, niſi data neglig ētia vel appellatione interpoſita. 813

Decima Cauſa tribus quæſtionibus eſt contenta.

Prima an eccleſia cum omni dote ad epiſcopū pertineat vel ad eius ordinationes Sol. ſic. 822

ii. an liceat ep̄o res eccleſiæ diſtrahere. So. nō, niſi certis caſibus. 827

iii. quid à ſingulis eccleſiis nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos ſolidos. 834.

Vndecima Cauſa habet III. quæſtiones.

Prima an clericus ante ciuilem iudicem ſit trahendus. Non. 840

ii. qua pœna dignus ſit qui clericū ad ſęcularem iudicem traxit. Excommunicatione. 859

iii. qua pœna dignus ſit qui ſententiam epiſcopi non ſeruauerit. Depoſitione. 859

Duodecima Cauſa quæſtiones continet V.

Prima an liceat clericis proprium habere. Non, regularibus. 902

ii. an res eccleſiæ poſſint dare. Nō, niſi in caſibus. 916

iii. vtrū clerici acquiſita de rebus eccleſiæ poſſint relinquere quibus

bus voluerint. Non, niſi eccleſiæ. 951
iiii. quibus poſſunt clerici relinquere quæ de ſuis & eccleſiæ rebus prouenerunt. Partim eccleſiæ, partim heredibus. 953
v. an liceat clericis teſtamentum facere. Sic, de proprijs rebus. 954

Trigeſima Cauſa habet II. *queſtiones.*

Prima vtrum decimæ ſint dãdæ ratione territorij vel perſonæ. Sol. ratione vtriuſque. 958
ii. an ius percipiendi & ſoluẽdi decimas tollatur ratione temporis. Sol. ſic. 961

Decimaquarta Cauſa habet. VI. *queſtiones.*

Prima an liceat clericis in iudicio ſua repetere. Sic. 978
ii. an ſuper rebus eccleſiæ teſtes eiuſdem ſint audiendi. Sic. 980
iii. an præter ſortem aliquid accipere ſit vſura. Sic. 982
iiii. an liceat clericis vel laicis vſuras accipere. Non. 984
v. an eleemoſynæ ſint de vſuris faciendæ. Non. 987
vi. an vſurarij poſſint pœnitentiam agere. Non, ſi habeant vnde poſſint reſtituere. 992

Decimaquinta Cauſa habet VIII. *queſtiones.*

Prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mente alienatis ſint eis imputãda. Non, niſi culpa ſua ad ignorantiam deuenerint. 995
ii. an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere. Sic. 1003
iii. an per confeſſionem mulieris cum qua peccauit ſacerdos ſit condemnandus. Non. 1004
iiii. an die Dominico debeant epiſcopi cauſas audire. Non. 1008
v. an neganti crimen purgatio ſit indicẽda. Sic, ſi laborat infamia. 1009
vi. an in criminibus confeſſio ſit extorquenda. Non. 1011
vii. an ſolus epiſcopus diaconum vel presbyterum deponere poſſit. Non. 1015
viii. ſi confeſſus vel conuictus de his quæ ante ordinationem cõmiſit, valeat miniſtrare. Nõ. 1017

Decimaſexta Cauſa habet VII. *queſtiones. Et in ea quinta queſtio ponitur in tertio loco.*

Prima an liceat monachis officiũ celebrare. Sol. ſic cum permiſſione epi, & licentia abbatis. 1031
ii. an liceat eis in capellis ſuis ſacerdotes inſtituere. So. ſic. ſi quas poſſideant pleno iure. 1056
v. an eps vel abbas iure territorii capellã valeãt vẽdicare. So. nõ. 1060
iii. an iura eccleſiæ per præſcriptionem tollantur. Sol. ſic. 1061
iiii. an eccleſia contra eccleſiã vel monaſterium poſſit præſcribere. Sol. ſic. 1076
vi. ſi quis in rem eccleſiæ ab aliquo detentam ſua auctoritate irrepſerit: an cadat à cauſa. Sol. ſic, ſed non eccleſia. 1077
vii. an liceat alicui eccleſiam de manu laici recipere. Sol. non, niſi eccleſia vel monaſteriũ habeat ius patronatus. 1082

Decimaſeptima Cauſa habet IIII. *queſtiones.*

Prima an reus ſit voti qui à propoſito ſui cordis recedit. Sol. non, quantum ad eccleſiam: niſi ore pronuntiauerit. 1098
ii. an beneficia ei reddenda ſint qui eis in infirmitate renũtiauit. So. ſic, ſi non erat ſui compos. 1100
iii. an liceat illi qui ſe monaſterio tradidit poſtea ad propria redire. Sol. non. 1101
iiii. an diſcedens de monaſterio ſine ſui abbatis licentia, poſſit ſua vendicare. Solu. non. 1102

Decimaoctaua Cauſa habet II. *queſtiones.*

Prima an abbas factus epiſcopus acquirat eccleſiæ vel monaſterio. Sol. dũ fuit abbas, acquiſiuit monaſterio, ſed factus epiſcopus eccleſiæ. 1119
ii. an per epiſcopum ſit eligendus vel inſtituendus. Sol. ab epiſcopo eſt ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120

Decimanona Cauſa cõtinet III. *queſtiones.*

Prima an epiſcopus debeat permittere clericos tranſire ad monaſterium. Sol. ſic. 1133
ii. ſi noluerit, an liceat eo inuito trãſire. Sol. ſic. 1134
iii. an liceat canonicis regularibus tranſire ad monaſterium monachorum. Solut. non, ſine licentia prælati. 1135

Viceſima Cauſa queſtiones IIII. *comprehendit.*

Prima vtrum pueri traditi monaſterijs ſint cogendi ibi manere. Non, niſi poſtquam venerint ad annos diſcretionis. 1140
ii. ſi præter voluntatem parentum intrauerint monaſterium, an per eos inde poſſint extrahi. Sic, infra annum & diem: ſi ſint infra annos diſcretionis. 1145
iii. an qui inuitus cucullam induit cogatur eam retinere. Non, niſi poſt conſenſerit. 1147
iiii. an liceat ab vno monaſterio ad aliud tranſire. Sic. 1150

Viceſimaprima Cauſa habet V. *queſtiones.*

Prima an clericus poſſit in duabus eccleſiis inſcribi. Solutio, non. 1152
ii. an liceat clericis à ſua eccleſia ad aliam tranſire. Solut. non ſine litteris vel licentia ſui prælati. 1155.
iii. an liceat clericis ſuſcipere procurationem ſecularium negotiorum. Sol. non, niſi cauſa pietatis. 1157
iiii. an liceat clericis veſtibus fulgidis ornari. Sol. non. 1159
v. qua pœna ſint puniendi clerici ad iudicium ſæculare fugientes. Sol. excommunicationis. 1161

Vigeſimaſecunda Cauſa gerit *queſtiones* V.

Prima an iuramentum ſit præſtandum. Sic, cauſa neceſſitatis. 1163
ii. an ſit periurus qui iurat falſum & credit verum. Sic, propter intẽtionem fallendi, tamen poſtea dicitur contrarium. 1171
iii. an liceat clericis denegare epiſcopo conſuetam obedientiam. Nõ, ante condemnationem. 1183
iiii. an iuramẽtum illicitum ſit ſeruandum. Non. 1183
v. an periurus ſit qui alium peierare cogit. Sol. ſic. 1193

Vigeſimatertia Cauſa habet VIII. *queſtiones.*

Prima an militare ſit peccatum. Non, ſi iuſte ſit. 1202
ii. quid ſit bellum iuſtum. So. quod ſit edicto ſuperioris repetendarũ rerũ, aut propulſandarum iniuriarum cauſa. 1207
iii. an iniuria ſociorum ſit armis propulſanda. Sic. 1209
iiii. an vindicta ſit inferenda. Sic, ab eo cuius intereſt. 1213
v. an ſit peccatum iudici vel miniſtro reos occidere. Non, cauſa iuſtitiæ. 1250
vi. an mali ſint ad bonum cogendi. Sol. Sic. 1272
vii. an hæretici ſint ſpoliandi ſuis & eccleſiæ ſuæ bonis. Sic. 1275
viii. an liceat clericis arma mouere. Non, manu propria, niſi cauſa neceſſitatis. 1278

Viceſimaquarta Cauſa habet III. *queſtiones.*

Prima an hæreticus aliquem poſſit excommunicare. Non. 1295
ii. an poſt mortẽ poſſit aliquis excommunicari. Sic, pro hæreſi. 1320
iii. an pro peccato domini, eius familia poſſit excommunicari. Non, ſed interdicto ſupponi. 1325

Viceſimaquinta Cauſa habet II. *queſtiones.*

Prima an auctoritate priuilegii quis contra ius commune valeat ſe tueri. Sol. ſic. 1346
ii. an ſequentia priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, ſi ex certa ſcientia fuerint conceſſa. 1352

Viceſima

Vigeſimaſexta Cauſa quæſtionês VII. contingit.

Prima an ſint ſortilegi, qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt. Sol. ſic. 1363
ii. an ſit peccatum eſſe ſortilegum. Solutio. ſic. 1363
iii. à quibus genus diuinationis ſumpſit exordium. Sol. à Perſis. 1367
iiii. quot ſunt genera diuinationis. Sol. quattuor ſecũdum numerũ: duo ſecundum formam: quod videre potes. 1367
v. an ſortilegi ſint excommunicandi. Solutio ſic. 1370
vi. an excommunicatus ab epiſcopo poſſit reconciliari à presbytero. Solu. non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſſitatis articulo. 1378
vii. an morientibus ſit pœnitentia imponenda, Sol. Non, tamen eſt eis innoteſcenda. 1383

Vicesimaſeptima Cauſa habet quæſtiones II.

Prima an coniugium poſſit eſſe inter vouentes. Sol. non, ſi votum ſit ſolennizatum. ſecus ſi ſimplex fuerit. 1390
ii. an liceat ſponſo à ſua ſponſa recedere. Sol. non, ſi deſponſatio ſit de præſenti. 1411

Vigeſimaoctaua gerit quæſtiones III.

Prima an coniugium ſit inter infideles. Sic. 1434
ii. an liceat conuerſo ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, ſi ſit diuiſus ab ipſa infideli. 1449
iii. an bigamus ſit qui ante baptiſmum vnam vxorem, & poſt aliã habuit. Sic. 1450

Vigeſimanona Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima an ſit coniugiũ inter ſeruũ & ingenuam. Sol. ſic: niſi error impediat. 1451
ii. ſi prius putabat hunc eſſe liberum, & poſtea deprehenderit ipſum eſſe ſeruum: an poſſit eum deſerere, Sol. Sic. 1454

Triceſima Cauſa habet V. *quæſtiones.*

Prima an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de ſacro fonte leuauit. Sic, niſi ex conſenſu vtriuſque ſit factum. 1458
ii. an ſponſalia contrahantur inter infantes. Non. 1464
iii. an ſpirituales vel adoptiui filii poſſint naturalibus copulari. Non. 1464
iiii. an liceat alicui commatrem vxoris ſuę ducere in vxorem. Sic mortua vxore: ſi commaternitas matrimonium præceſſerit. 1468
v. an clandeſtina deſponſatio manifeſtæ præiudicet. Non apud eccleſiam. 1470

Trigeſimaprima Cauſa habet III. *quæſtiones.*

Prima an poſſit duci in vxorẽ quæ prius fuit polluta per adulteriũ. Sol. ſic, niſi adulter dederit ei fidem viuente viro: vel machinatus ſit in mortem eius. 1477
ii. an filia ſit inuita alicui in vxorem tradenda. Sol. non. 1483
iii. an poſt patris ſponſionem poſſit alij nubere. Solu. ſic, ſi non cõſenſerit. 1486

Trigeſimaſecunda Cauſa habet VIII. *quæſtiones.*

Prima an liceat ducere meretricem in vxorem. Sic. 1488
ii. an ſit vxor appellanda quæ ducitur incontinentiæ cauſa. Non. 1495
iii. an mulier ſequatur arbitrium aui liberi, an patris ſerui. Aui. 1504
iiii. an viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios quærere. Non. 1504
v. an ea quæ patiatur inuita, pudicitiam perdat. Non. 1514
vi. an adulter adulteram dimittere poſſit. Non. 1523
vii. an viuente dimiſſa aliam accipere poſſit. Non. 1525
viii. ſi in hoc ſaltem infidelem ducere poſſit ea conditione vt ad fidem conuertatur. Non. 1536

Triceſimatertia Cauſa habet V. *quæſtiones.*

Prima an propter impotentiam coeundi ſit aliqua à viro ſeparãda. Sol. ſic. 1537
ii. an ſeparata poſſit ei nubere cum quo prius eſt fornicata. Sol. ſic pœnitentia peracta. 1540
iii. an ſola cordis contritione poſſit peccatum deleri. Sol. ſic, vbi facultas confitendi non ſuppetit. 1552

NOTANDVM HIC *quòd ratione huius tertiæ quæſtionis more agitur de Pœnitentia, cuius tractatus per diſt. VII. eſt diſtinctus.*

Prima quæritur, an ſola cordis contritio deleat peccatum. Sic, ſi cõfitenti facultas deſit. 1552
ii. an charitas ſemel habita poſſit amitti. Sol. ſic, in via. ſecus tamen in patria. 1603
iii. an pœnitentia poſſit reiterari. Sol. ſic, præter ſolennem. 1633
iiii. an peccata ſemel dimiſſa redeant. Sol. non ſimpliciter. 1662
v. quis modus debeat obſeruari in imponenda & accipienda pœnitẽtia. Sol. ad arbitrium proprij ſacerdotis diſcreti. 1677
vi. cui quis cõfiteri debeat. Sol. proprio ſacerdoti, ſi ſit diſcretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683
vii. an pœnitentia timore mortis accepta ſit fructuoſa. Sol. ſic. 1686
iiii. quæſtio cauſæ ſupra proximæ eſt, an actus coniugalis ſit prohibitus tempore orationis. Sol. ſic. 1689
v. an vir ſine conſenſu vxoris & econuerſo vouere poſſit continẽtiam. Sol. Non. 1693

Trigeſimaquarta Cauſa habet II. *quæſtiones.*

Prima an rea ſit adulterij quæ credens maritum mortuum nupſit alteri. Sol. non. 1702
ii. an redeunte priore cogenda ſit recedere à ſecunda, & ad priorem redire. Sol. ſic. 1702

Trigeſimaquinta Cauſa habet X. *quæſtiones.*

Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol. nõ. 1708
ii. an liceat aliquam ducere de cognatione vxoris ſuæ. Solu. non. 1711
iii. vſq; ad quẽ gradũ debeat quis abſtinere à conſanguineis ſuis, & vxoris ſuæ. Solu. olim vſque ad vii. hodie vſq; ad iiii. 1711
iiii. quare vſque ad vii. gradũ cõputatur conſanguinitas. Sol. ad inſtar ſeptem ætatum mundi. 1718
v. quomodo gradus conſanguinitatis ſunt computandi. Sol. ſicut oſtenditur in arbore. 1718
vi. qui iuſiurãdum de propinquitate firmare debent. Solu. propinqui & vicini. 1731
vii. an inceſtuoſi filij reputentur. Sol. Non. 1736
viii. ſi conſanguinei ignoranter coniuncti ſimul poſſint remanere. Solu. non niſi, ex diſpenſatione Papæ in quinto gradu vel ſupra. 1736
ix. an matrimoniũ per falſos teſtes ſeparatum: ſi poſtea apparuerit eccleſiam fuiſſe deceptam, ſit reintegrandum. Sol. ſic. 1739
x. ſi relicta alicuius in ſecundas nuptias trãſierit: an proles ex eis ſuſcepta poterit copulari conſanguineis prioris viri. So. nõ. 1743

Trigeſimaſexta & vltima Cauſa habet II *quæſtiones.*

Prima an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1745
ii. an rapta raptori nubere poſſit. Vtique. 1747

TERTIA PARS EST *de Cõſecratione, quæ quinque diſtinctiones dumtaxat cõplectitur.*

Prima agit de cõſuetudine eccleſiarũ & miſſarũ celebratione. 1752
ii. de ſacramento Euchariſtiæ. 1776
iii. de feſtiuitatibus per anni circulum celebrandis. 1826
iiii. de baptiſmi ſacramento. 1835
v. de cõfirmatione & ieiunio. 1892

DECRETI TOTALIS MATERIA
per metra notatur ſequentia.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES habet partes principales. Prima eſt de diſtinctionibus, quæ ſunt vna ſupra centum. Et ſingulas diſtinctiones ſinguli verſus ſequentes luculenter aperiunt.

1 PRimo legat quiſque diuinum ius, hominiſque. pag. 1
2 Altera dat textum,quo noſces iura Quiritum. 6
3 Canonico varia iuri dat nomina terna. 7
4 Quarta docet legum quæ cauſa,modusque ſtatuti. 9
5 Ius naturale probat immutabile quinta. 12
6 Sexta notat vitium diſtinctio ludificatum. 14
7 Septima ſignat eos,qui leges compoſuere. 18
8 Parte octaua mores,naturaque pugnant. 19
9 Nona ſtatuta tenet naturæ cedere iuri. 24
10 In decima regum leges canon ſuperabit 27
11 Canonis & ſecli,ſuperatur legibus vſus. 33
12 Id quod Roma tenet, diſcretio ſæpe relinquit. 38
13 Si perplexum te reddunt mala: tunc minus imple. 44
14 Non facias leuia,quo quis vitet grauiora. 47
15 Canonis hæc ortum dabit,apocryphosque libellos. 48
16 Suadet apoſtolici vim canonis iſta teneri. 54
17 Auctor ſit Papa, ſi concilium celebretur. 62
18 Dicitur hic quòd bis ſynodus celebretur in anno. 66
19 Hæc Decretalis reſerat quid epiſtola poſsit. 73
Pri. c. apoſtolicæ regulæ & ii.
20 Biſdena Papæ ſanctorum dogmata cedunt. 81
21 Inferior ſummum non iudicat hac prohibente. 84
22 Iſta locos diſtinguit,& ordinat eccleſiarum. 92
23 Ordinat hæc omnes, maiores ſiue minores. 96
24 Poſt examen honos ordini eſt attribuendus. 108
25 Optat apoſtolus hic,quòd ſit ſine crimine præſul. 111
26 Sit poſt baptiſma contentus coniuge ſola. 118
27 Nullus poſt factum præſumat nubere votum. 122
28 Iſta ſacratorum connubia pagina damnat. 125
29 Hac locus,& cauſa, tempus,perſona notantur. 133
30 Connubium ter dena probat contra Manichæos. 134
31 Tangitur hic quòd contineant offerre volentes. 139
32 Deſere presbyterum,qui ſcorta palam retinebit. 145
33 Luſori bigamove ſacer non traditur ordo. 154
34 Femina Pontifici perſona domeſtica non ſit. 157
iii. cap. 35 Non vinolentus præſul,ſed ſobrius eſto. 164
iiii. cap. 36 Inſtruit hæc prudens,quòd debeat eſſe ſacrandus. 168
37 Hæc prohibet legere gentilia metra ſacratum. 170
v. cap. 38 Scripturas ſacras ſacrandus ſcire iubetur. 177
39 Vult hæc Pontifices callere negotia ſecli. 181
40 Internis pars dena quater virtutibus ornat. 182
41 Sit modus ingreſſu, cunctis,verboque, ciboque. 188
42 Clericus hoſpitiis peregrinos collocet omnis. 191
43 Factis & verbis doctor ſis,atque pudicus. 193
44 Vites ingluuiem, conuiuia,ſiue tabernas. 198

Atque

vi cap. vii. & viij. 45 Atque caue quenquam palma linguave ferire.
46 Reſpuit hæc hominem diſtinctio litigioſum. 208
ix capi. x. 47 Non bene præpoſitos domui, cupidóſque repelle. 210
capi. xi. & 48 Abiicitur ſacrandus in hac, ſi neophytus ſit. 213
xii. xiii. ca 49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 218
pit. 50 An reparetur habet pars quinquageſima lapſus. 220
51 Sacrari vetat hæc homines, quos pondera ſtringunt. 253
52 Præpoſitus primo datur hic præpoſterus ordo. 254
53 Eſt ratione ne quis annexos ordinet vllos. 258
54 Hæc prohibet ſeruos ſine libertate ſacrari. 258
55 Cæſos iſta viros reiicit, membriſque carentes. 259
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 270
57 Qui baptizatur æger, manet ordinis expers. 275
58 Hæc vetat abbate monachos nolente ſacrari. 281
59 Officium negat hæc: niſi ſit bene quiſque probatus. 282
60 In ſacris præſul vult ſexageſima quòd ſit. 282
61 Non in Pontifices laicos aſſumere debes. 284
62 Clerus, plebs, princeps: hic eligit, hæc petit, hic vult. 286
63 Vſurpans laicus id vt eligat, audiat iſtam. 295
64 Pars hæc Pontifices iubet à tribus eſſe ſacrandos. 296
65 Cum diſſenſio ſit, à pluribus edita ſtabunt. 314
66 Vt ſacretur ab omnibus archiepiſcopus, hæc vult. 317
67 Presbyter inſtitui valet hic à præſule ſolo. 322
68 Si dubius præſul quos ordinet, hi reſacrentur. 325
69 Si benedictus erit, lectoratum, dabit abbas. 325
70 Expertes tituli pars ſeptuageſima pellit. 327
71 Reſpice dicta patrum, ne promoueas alienum. 328
72 Vlli non detur miſſoria, ni rogitetur. 329
73 Illius hæc nobis formam diſtinctio præbet. 332
74 Inuitus nullus erit hic ad ſacra trahendus. 333
75 Diſtinguit tempus hæc in quo promoueatur. 335
76 Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis. 340
77 Rectos indicat hæc modulos interſtitiorum. 343
78 Iſta dat annorum numerum, quo promouearis. 349
79 Ad cardinales ſpectat delectio Papæ. 354
80 Vrbes præſulibus pars octogeſima tradit. 355
81 Crimine quòd careat ſacrandus, in hac replicatur. 359
82 Præſul pauperibus dabis, & lapſos reparabis. 362
83 Nunquam peccatis conſenſum des alienis. 372
84 Sollicitus quòd ſis, & monogamus, iubet iſta. 377
85 Non præſul ſies, hoſpes niſi noſceris eſſe. 379
86 Corrigito, doceas: ſed non turpibus vllis. 382
87 Libertos, inopes, viduas defendere debes. 384
88 Reſpuitur clerus opus exercens, & auarus. 393
89 Iſta beneficia te diſpenſare docebit. 396
90 Placat diſcordes pars nonageſima fratres. 402
91 Arte parabis opes: niſi ſint ſatis eccleſiæ res. 405
92 Hæc plus corde probat domino quàm voce canendum. 408
93 Hæc dat obedire maioribus inferiores. 410
94 Sub leuita vices Papæ geſtare valebit. 414
95 Presbyteris præſente licent hic præſule multa. 428
96 Hic tecti princeps non ordinet eccleſiæ res. 429
97 Eccleſiæ precibus huic princeps auxilietur. 435
98 Vult [illegible] peregrinos quinque ligatus. 447
99 Vniuerſalem nullum finit iſta vocari. 450
100 Pallis [illegible]. 453
454
Abbas

101 Abſit vt vna duos habeat prouincia patres.

Decreti ſecunda pars principalis eſt de cauſis: quæ ſunt XXXVI.

Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

Septem quæſtiones primæ Cauſæ. 461

1 Delinquit qui res mercatur ſpirituales. 529
2 Eccleſias intrans non cogatur dare nummos. 535
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere ſimon. 545
4 [illegible] maculant natos delicta paterna. 552
5 Vult rigor vt linquat natus ſibi quæ pater emit. 556
6 Ordinet ignaros ſi quos ſimon, tolerantur, 557
7 Abiurans hæreſim præſul poterit tolerari.

Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

Octo quæſtiones ſecundæ Cauſæ: & in ea quinta præcedit quartam. 575

1 Si ſit cauſa patens, iuris non quæritur ordo. 591
2 Nemo ſuis rebus diiudicet expoliatum. 592
3 Talio punit eos, qui falſo crimina ponunt. 5[illegible]9
5 Si cadit accuſans, ſe non purget reus inde. 612
4 Per teſtes binos præſul conuincitur aptos. 614
6 Qui cauſas differt appellans reiicitur. 640
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 6[illegible]7
8 Mandato legis datur accuſatio ſcriptis.

Tertia cauſa.

Tertia reſtitutus tempus dabit induciarum.

Vndecim quæſtiones tertiæ Cauſæ. 670

1 Singula reſtituit ius omnibus expoliatis. 673
2 Inducias debet varias ſpoliatus habere. 676
3 Inducijs varium dat tertia quæſtio tempus. 680
4 Accuſare nequit hominem vir turpis honeſtum. 683
5 Ipſa domeſtica vox nulli nocet, aut inimica. 689
6 Sub ſenſore rerum proprio producere debes. 697
7 [illegible] condemnet, niſi quem culpa remordet. 704
8 Solus Pontificem iudex non iudicet vnquam. 705
9 Pellitur accuſans abſentem, teſtificanſque. 712
10 Submouet à reliquis teſtem delectus in vno. 713
11 Mutua numquam ſit delatio iure vetante.

Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Accuſare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes teſtis in cauſa criminis haud eſt. 718
3 [illegible] 718
4 [illegible] valebit. 725
5 [illegible] anathemate, qui nequit eſſe. 7[illegible]
6 [illegible] tantum. 7[illegible]9

Quinta cauſa.

Quinta vocare docet, delatoremque [illegible].

Sex quæſtiones quintæ Cauſæ.

1 Mulctent ſcriptorem famoſi flagra libelli. 730
2 Eſt condemnandus ſemel, & bis vterque vocandus. 732
3 Nemo [illegible] crimen, iudicia curet. 7[illegible]

4 Præſulis in ſynodo ſit condemnatio ſola. 736
5 Celans crimen obeſt multo plus quàm manifeſtans. 737
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 740

Sexta Cauſa.

Sexta dat infames, delatos atque forenſes.

Quinque quæſtiones ſextæ Cauſæ.

1 Non accuſabunt infames ſimonialem. 743
2 Accuſans verbo non vincis ſimplice Præſul. 753
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant, ſi ſit ſententia diſcors. 757
5 Si cadit accuſator, erit reus exoneratus. 759

Septima Cauſa.

Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.

Duæ quæſtiones ſeptimæ Cauſæ.

1 Præſule viuente nullus det Pontificatum. 761
2 Nec cathedram repetit præſul, quam ſponte reliquit. 790

Octaua Cauſa.

Octaua legitur deſertio Pontificalis.

Quinque quæſtiones Octauæ Cauſæ.

1 Vult ius ne ſtatuat ſucceſſorem ſibi præſul. 798
2 Nullus amicorum mihi poſsit vt eligar inde. 802
3 Detur ab electo vitandi cautio damni. 803
4 Linquendus non eſt (niſi ſit ſententia) Præſul. 805
5 Ad dimiſſa redire nequis Papæ ſine ſcriptis. 805

Nona Cauſa.

Soluere nona vetat alienos atque ligare.

Tres quæſtiones nonæ Cauſæ.

1 Bannitus præſul nequit ordinis eſſe miniſter. 806
2 Alterius patriæ clerum tondere vetamus 809
3 Pontificis clerum primas non ordinet vllum. 813

Decima Cauſa.

Dena dat, in ſacra quid ſumat epiſcopus æde.

Tres quæſtiones decimæ Cauſæ.

1 Baſilicæ iuri ſubduntur Pontificali. 822
2 Nullus eccleſiæ præſul fructus alienet. 827
3 Nihil præter ſolidos præſumat quærere binos. 834

Vndecima Cauſa.

Præfigens vndena forum ligat atque relaxat.

Tres quæſtiones vndecimæ Cauſæ.

1 Non coram laico clericus producitur vllus. 840
2 Officii punit tales ſuſpenſio culpas. 859
3 Seu bona, ſeu mala ſit ſententia dic timendam. 859

Duodecima Cauſa.

Eccleſiæ res ac propria biſſena docebit.

Quinque quæſtiones vndecimæ Cauſæ.

1 Clericus hic aliquid proprium prohibetur habere. 902
2 Accipiens vel emens res eccleſiæ ſibi reddat. 916
3 Linquas eccleſiæ totum quod habebis ab illa. 951
4 Ex re communi quæſitas diuide terras. 953
5 Si fortaſſe voles teſtari, de proprio des. 954

Tertiadecima Cauſa.

Tertia poſt decimam decimas, & funera tractat.

Duæ quæſtiones tertiædecimæ Cauſæ.

1 Eccleſiæ dandæ baptiſmali decimæ ſunt. 958

2 Tempora longa trahunt ius funeris, & decimarum. 961

Decimaquarta Cauſa.

Improbat vſuras poſt denam quarta voraces.

Sex quæſtiones decimaquarta Cauſa.

1 Quiſque poteſt licite ſua quærere, dummodo non plus. 978
2 Pro propria valet eccleſia quis teſtificari. 980
3 Si tulerit plus quàm dederit quis, fœnus habetur. 982
4 Non petat vſuras laicus vel clericus vllas. 984
5 Ex male quæſitis eleemoſyna non fit egenis. 987
6 Si male parta tenet, & digne non pænitet vllus. 992

Decimaquinta Cauſa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæſtiones decimaquinta Cauſa.

1 In furia pœnam non des, nam ſat furor vrget. 995
2 Pro patrociniis non quærat munera clerus. 1003
3 Sola voce nequis condemnari mulieris. 1004
4 Nullas luce Dei cauſas tractare valemus. 1008
5 Infami detur purgatio probra neganti. 1009
6 Extorquenda rei pœnis confeſsio non eſt. 1011
7 Solus non tollit præſul quem præſtat honorem. 1015
8 Ordine non ſumpto tua te probra facta repellant. 1017

Decimaſexta Cauſa.

In ſextadecima præbent monachi ſacramenta.

Septem quæſtiones decimaſexta Cauſa. Et in ea quinta quæſtio tertium locum occupat.

1 Dantur in hac monachi paſtores eccleſiarum. 1028
2 Plena poſſeſſas dabit abbas iure capellas. 1056
5 Eccleſias iure terræ non vindicat abbas. 1060
3 Temporis eccleſiæ tollit præſcriptio iura. 1061
4 Hæc quadragena dabit dominus ius religioſis. 1076
6 Vſurpans ſine iudicio rem, decidet à re. 1077
7 Si dedit eccleſiam laicus, non hanc retinebis. 1082

Decimaſeptima Cauſa.

Septima poſt decimam prohibet diſſoluere vota.

Quattuor quæſtiones Cauſa decimaſeptima.

1 Nulli facta Deo liceat dimittere vota. 1098
2 Gonſaldus tenuit ſua quæ dimiſerat æger. 1100
3 Abbas ad propria monachum nunquam ſinat ire. 1101
4 Dum reddit illicite, quæ contulit illa manebunt. 1102

Decimaoctaua Cauſa.

Fratribus abbatem bis nona dat inſtituendum.

Duæ quæſtiones decimaoctaua Cauſa.

1 Si monachus fiat præſul: bona parta bipartit. 1119
2 Inſtituit præſul abbates à grege lectos. 1120

Decimanona Cauſa.

Dat decimanona præſul clero monachatum.

Tres quæſtiones decimanona Cauſa.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1133
2 Præſule nolente clauſtrum bene clericus intrat. 1134
3 Multus canonicos canon prohibet monachari. 1135

Vigeſima Cauſa.

Biſdena pueri traduntur religioni.

Quattuor

Quattuor quæſtiones vigeſimæ Cauſæ.

1 Quem pater offert, ſi placet exit cum ſit adultus. 1140
2 Extrahit clauſtro puerum pater illico, ſi vult. 1145
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1147
4 Strictius ad clauſtrum monacho tranſire licebit. 1150

Vigeſimaprima Cauſa.

Ter ſeptima docet veſtes geſtare decentes.

Quinque quæſtiones vigeſimæprimæ Cauſæ.

1 Prima ſit in titulo: ſit commendata ſecunda. 1152
2 Præſulis eccleſiam ſine ſcriptis nemo relinquat. 1155
3 Hæc prohibet clero tractare negotia ſecli. 1157
4 Veſtibus hic claris inhibetur clericus vti. 1159
5 Si proprium linquas cenſorem: ſis anathema. 1161

Vigeſimaſecunda Cauſa.

Iurantes falſum damnat biſdena ſecunda.

Quinque quæſtiones vigeſimæſecundæ Cauſæ.

1 Peccat periurans, non iurans quando neceſſe. 1163
2 Non eſt periurus iurans veluti putat eſſe. 1171
3 Pare maiori quanquam malus eſſe putetur. 1183
4 Debent iurata mutari, turpia ſi ſint. 1183
5 Si periurare cogis, periurus haberis. 1193

Vigeſimatertia Cauſa.

Biſdena terna tractantur bellica geſta.

Octo quæſtiones vigeſimætertiæ Cauſæ.

1 Ex iuſta cauſa multis licet arma mouere. 1202
2 Pro rebus licite bellum geritur repetendis. 1207
3 Ius eſt dum læſis ſociis ſuccurritur armis. 1209
4 Inferri vindicta valet, quæ crimina purget. 1213
5 Occidens iudex peruerſos, inde meretur. 1250
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1272
7 Eccleſiæ rebus ſunt hæretici ſpoliandi. 1275
8 Si ſis de clero, tu nunquam belliger eſto. 1278

Vigeſimaquarta Cauſa.

Hæreſiarcharum dat nomina bis duodena.

Tres quæſtiones vigeſimæquartæ Cauſæ.

1 Si ſis hæreticus, tua ſit ſententia nulla. 1295
2 Sunt poſt facta mali nonnunquam corripiendi. 1320
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1325

Vigeſimaquinta Cauſa.

Biſdena quinta ſunt priuilegia tacta.

Duæ quæſtiones vigeſimæquintæ Cauſæ.

1 Tuta ſit eccleſia, quam lex priuata tuetur. 1346
2 Et ſi ſubſequitur lex altera, derogat illi. 1352

Vigeſimaſexta Cauſa.

Biſdena ſexta ſunt ſortilegi reprobati.

Septem quæſtiones vigeſimæſextæ Cauſæ.

1 Qui ventura ſciunt per ſortes, ſortilegi ſunt. 1363
2 Peccat qui ſcriptis vel ſortibus abdita quærit. 1363
3 A Perſis reprobæ ſumunt exordia ſortes. 1367
4 Quattuor his genera Varro fert ſortibus eſſe. 1367
5 Ceſſent ſortilegi, ne ſint anathemate ſtricti. 1370
6 Quando neceſſe ſubeſt, vinctos à præſule ſoluens. 1378
7 Aegris non dentur pœnæ, ſed notificentur. 1383

Vigeſima-

Vigeſimaſeptima Cauſa.

Edocet an ſponſas ducant ter nona vouentes.

Duæ quæſtiones vigeſimæſeptimæ Cauſæ.

1 Si ſit ſolenne, dirimit connubia votum. 1390
2 Sponſum ſponſa, virum non vxor deſerit vnquam. 1411

Vigeſimaoctaua Cauſa.

Biſdena octaua gentiles nubere noſces.

Tres quæſtiones vigeſimæoctauæ Cauſæ.

1 Inter gentiles connubia dicimus eſſe. 1434
2 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 1449
3 Vir poſt baptiſma reliquam ducens, bigamus ſit. 1450

Vigeſimanona Cauſa.

Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.

Duæ quæſtiones vigeſimænonæ Cauſæ.

1 Connubij vires perſonæ diſsipat error. 1451
2 Inſcia cui nupſit dimittat libera ſeruum. 1454

Trigeſima Cauſa.

Terdena claret cognatio ſpiritualis.

Quinque quæſtiones trigeſimæ Cauſæ.

1 Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 1458
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1464
3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. 1464
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1468
5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 1470

Trigeſimaprima Cauſa.

Terdena prima mœcho polluta negatur.

Tres quæſtiones trigeſimæprimæ Cauſæ.

1 Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 1477
2 Inuitam ſponſo non det natam pater vlli. 1483
3 Tunc niſi conſenſum dederit: reliquo bene nubit. 1486

Trigeſimaſecunda Cauſa.

An meretrix nubat, tangit terdena ſecunda.

Octo quæſtiones trigeſimæſecundæ Cauſæ.

1 Turpia linquentem, bene ducit vir meretricem. 1488
2 Obſtat coniugio ſacro complenda libido. 1495
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 1504
4 Illicito prolem coitu quærat ſibi nullus. 1504
5 Non ſine mente caro fertur violata puellæ. 1514
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1523
7 Non aliam ducas, vxore ſuperſtite prima. 1525
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem. 1536

Trigeſimatertia Cauſa.

Terdena terna friget, compunctio, votum.

Quinque quæſtiones trigeſimætertiæ Cauſæ.

1 Si vir ſit gelidus, ab eo ſeiungitur vxor. 1537
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncta marito. 1540
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola. 1552

Tractatus de pœnitentia habens ſeptem diſtinctiones hic inſeritur.

1 Gratia diuina contritis crimina delet. 1552
2 Perditur hic diuinus amor: non in paradiſo. 1603
3 Pœnam peccator bene pro vitijs iterabit. 1633
4 Iſta probat dimiſſa ſemel peccata redire. 1662

5 Vt purus fias pro crimine plurima voluas. 1677
6 Crimina presbytero proprio dic, qui ſapiens ſit. 1683
7 Tandem lætus erit, qui continue gemet iſtic. 1686

Redeamus ad quartam quaſtionem trigeſimatertia Cauſa.

4 Reddito temporibus poſcenti debita ſacris. 1689
5 Mens vtriuſque niſi ſit, non bene continet alter. 1693

Trigeſimaquarta Cauſa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

Dua quaſtiones trigeſimaquarta Cauſa.

1 Morte viri dubia quæ nupſit, adultera non ſit. 1702
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta ſecundo. 1702

Trigeſimaquinta Cauſa.

Cognatos gradibus numerat trigeſimaquinta.

Decem quaſtiones trigeſimaquinta Cauſa.

1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1708
2 Omnes vxoris conſanguineas reprobabis. 1711
3 Copula ſeptennis gradibus, talis prohibetur. 1711
4 Hic graduum numerus ætates reſpicit vrbis. 1718
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. 1718
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 1731
7 Filius eſſe nequit, inceſtu qui genitus ſit. 1736
8 Diſpenſat ſolus cum iunctis ſanguine Papa. 1736
9 Non bene ſeiuncta connubia priſca reformes. 1739
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato primi. 1743

Trigeſimaſexta Cauſa.

Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.

Dua quaſtiones trigeſimaſexta Cauſa.

1 Raptus committes per vim rapiendo puellam. 1745
2 Hæc tibi iungetur, purgato crimine raptus. 1747

DEcreto tertia pars adiungitur, quæ eſt De Conſecratione, quinque diſtinctiones continens.

1 Conſecrat eccleſias, miſſaſque canit tibi prima. 1758
2 Sacrati tractat panis ſacramenta ſecunda. 1776
3 Tertia dat ferias, & poſt ieiunia ponit. 1826
4 Tempora baptiſmi diſtinctio quarta notauit. 1835
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 1894

Expliciunt verſus peculiares, quibus ſatis clare vniuerſalis materia Decreti comprehenditur.

Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex
Eſt in cauſarum tractatu rite notata.

Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per quinque carmina ſequentia, in quibus ſunt tot dictiones, quot ſunt cauſæ, ſcilicet xxxvj. Et quælibet dictio cauſam vnam repræſentat. Prima dictio primam cauſam, ſecunda ſecundam, &c. Item quot ſunt litteræ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa, per illam dictionem repræſentatæ. Verbi gratia, prima dictio, ſcilicet diſcere, quæ primā cauſam repræſentat, ſeptem habet litteras: & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda dictio eſt, cauſarum: vbi ſunt octo litteræ ad denotandum, quòd ſecunda cauſa habet octo quæſtiones, & ſic de aliis. Aduerte tamen, quòd ſuperior numerus ſignificat cauſas: & inferior quæſtiones. Verſus.

Prima cauſa ij iij iiij v
vij vj xj vj vj
Diſcere cauſam quarumlibet ordine membra.
vj vij viij ix x xj xij xiij xiiij
v ij v iij iij iij v ij vj
Optes vt doceo: ſed non ſis deſes, et anceps.
xv xvj xvij xviij xix xx xxj xxij
viij vij iiij ij iij iiij v v
Inſtanti dabitur, quod tu vis, quod petis illud
xxiij xxiiij xxv xxvj xxvij xxviij xxix xxx
viij iij ij vij ij iij ij v
Eſficies. Res id ſamatum te dat ad omnes.
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxv xxxvj
iij viij v ij x ij
Vſu doctrinæ totum ſi conſtituas te.

Carmina ſubiecta eandem prorſus materiam complectuntur, neque ſunt ſententiæ ſalubris expertia.

Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Diues te lædit res tua, nam miſer es.
Sperne fluentia, reſpice: cras ea non tibi ſumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. eſt ſiquidem tutum, da præueniens te.

Dominus Baptiſta de ſancto Blaſio in repetitione primi tituli Decreti dicit canones eſſe ter mille & nonaginta, ponens tales verſus.

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies, decretum continet in ſe,

Cauſæ Decreti ſunt trigintaſex.

Sub magni longa decreti parte ſecunda,
Sex & triginta cauſas reperire licebit.

Cauſæ ipſæ xxxvi. patent per xxxvi. vocabula in ſeptē ſubiectis verſibus poſita, ex quibus non tantum numerum, ſed etiam principalem materiam cuiuslibet facile cognoſces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui ſex habet.

j ij iij iiij v
Simon a appellat b ſpoliatus c teſte d libello e.
vj vij viij ix x
Infames f viuens g ſucceſſor h ſolue i legendo K.
xj xij xiij xiiij xv
Cenſuram l teſtator m funus n fœnus o furioſus p.
xvj xvij xviij xix xx
Monachus q occidit r abbates ſ clauſtra t volentes u.
xxj xxij xxiij xxiiij xxv
Commendat x iurans y pugnas z hæreſis a violatas b.
xxvj xxvij xxviij xxix xxx
Sortilegus c ſponſis d infidelis e ſeruiat f infans g.
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxv xxxvj
Mœcha h coit i à mente k dubitans l gradibus m rapiente n.

SECVNDA PARS DECRETI VBI TRACTANTVR

Cauſæ, quia longe prolixior & difficilior eſt reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum eſt. Illius profecto obſcuritatem paucis elucidatam conſpiciet quiſquis hic impreſſa diligenter annotauerit.

SImon. Simoniacus eſt, & peccatū cōmittit, qui ſpiritualia vēdit. Damnantur epī per pecuniā facientes ordinationē, & ideo leprā, non officium conferre dicuntur. Simoniacorum ſacramēta effectū gratiæ nō habent. Sacerdotes digniores facilius quàm reliqui à Deo exaudiūtur. Et ibi de dignitate verbi Chriſti, quod eius corpori æquiparatur. c. i. interrogo. Et in fine de crimine concuſſionis tractatur.

ii. Simonia committitur, ſi pro ingreſſu monaſterij pecunia exigatur, vel exacta perſoluatur. Eccleſiaſtica ſtipendia accipere non debet, qui bonis patrimonialibus ſuſtentari poteſt. c. clericos.

iii. Simonia an cōmittatur, ſi præbendæ emātur. Inueſtitura eccleſiæ à laicis fieri prohibetur. c. ſaluator.

iiii. Simonia paterna an ſit ignorāti filio nociua. Et ibi tractatur, an pro crimine vnius alter pœnā patiatur.

v. Simoniace acquiſita eccleſia per patrem, an poſſit per filium licite obtineri. Item an poſſit filius fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus.

vi. Simoniacus eſt, qui peccatum largitur, vt eligatur.

vii. Simoniaci in ordine male accepto pœnitentiam agere non poſſunt. Et ibi principaliter tractatur an ab hæreſi redeuntes ſint in ſuis ordinibus, & dignitatibus recipiendi: & quòd decreta poſſunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b **Appellat.** Appellare non eſt opus à ſententia à non ſuo iudice lata: quia talis ſententia nulla eſt. c. in primis. circa fin. Et in prima quæſtione huius ſecundæ cauſæ principaliter tractatur an ordo iudiciarius ſit in manifeſtis obſeruandus, & quòd excommunicatio non eſt ferenda, antequam cauſa fuerit examinata. c. nemo. Et iudex peccatum ſibi ſoli notum damnare non debet. c. ſi peccauerit.

ii. Appellare poſſet ſpoliatus, ſi ante reſtitutionem ſibi factam accuſatori reſpōdere cogeretur. Nullus enim debet accuſari dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus.

iii. Appellandus eſt calumniator, qui ſcienter falſa crimina intendit. Præuaricator, qui vera crimina abſcondit. Tergiuerſator, qui in vniuerſum ab accuſatione deſiſtit. §. notandum.
Et in hac tertia q. principaliter tractatur, qua pœna feriendi ſunt, qui in accuſatione deficiunt.

iiii. Appelatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica. & ibi tractatur an deficientibus accuſatoribus reus ſit ad purgationem cogendus.

v. Appellatur teſtimonium ſufficiens, quod ore duorum vel trium firmatur. Et ibi tractatur principaliter quot teſtes requiruntur non tantum ad conuincendum epiſcopum, ſed etiam contra quemlibet clericum.

vi. Appellatio eſt remedium contra cauſas vitiatas. Appellatio ante decendium debet interponi cap. anteriorum. Et ibi de libellis dimiſſorijs, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

vii. Appellatur quis altero maior non ratione dignitatis, ſed vitæ. c. quamquam. Dignitas enim non facit epiſcopum, ſed vita. c. non omnes epiſcopi. Et ibi tractatur principaliter an laici poſſint epiſcopos accuſare. Chriſtiani per infideles accuſari non poſſunt, nec ſacerdotes per eos, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi.

viii. Appellatur, & dicitur accuſatio rite facta, quando fit in ſcriptis. Et regulariter accuſator ſe debet inſcribere ad pœnam talionis, præterquam in ſex caſibus in ſumma poſitis.

c **Spoliatus.** Spoliatus & eiectus ante omnia venit reintegrandus. c. reintegranda. Boni à malis ſemper moleſtantur.

ii. Spoliatus & eiectus poſtquam fuerit reſtitutus, quas inducias debet habere antequam cogatur in iudicio reſpondere. c. & ibi in ſumma videas de multiplicitate induciarum.

iii. Spoliatis epiſcopis & alijs ad iudicium venientibus induciæ ſunt præſtandæ.

iiij. Spoliati communione eccleſiæ, & anathematizati, infames, inceſtuoſi, ſacrilegi, detractores, & multi alij ſunt ab accuſatione repellendi. Et ibi dicitur quòd anathema differt ab excommunicatione. cap. Engeltrudam.

v. Spoliatis, & alijs quibuſcumque inimici iudices eſſe non poſſunt, nec accuſatores, nec teſtes. Vox enim inimicorum contra nullos eſt audienda. Dicitur etiam ibi, quòd teſtes familiares & domeſtici, & etiam conſanguinei non ſunt contra extraneos producendi.

vi. Spoliatus & quilibet alius ſi aduerſariū vult cōuenire, ipſius forū ſequi debet. c. pulſatus. Nec epiſcopi damnari, nec concilia celebrari poſſunt ſine Papa.

vij. Spoliati & alij volentes litigare non debent aduerſarios ſuos coram infamibus trahere, quoniam tales ſcilicet infames & criminoſi, non poſſunt eſſe iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in ſe habet reprehenſibile. c. iudices.

viij. Spoliationem vel alium reatum committens epiſcopus, à quot epiſcopis eſt iudicandus.

ix. Spoliatorum & aliorum teſtes teſtimonium dicant de his tantum, quæ præſentialiter & veraciter nouerunt. Nec contra abſentes ſunt producendi. Abſentes enim non debent iudicari nec accuſari.

x. Spoliatorum & aliorum teſtes in vno deficientes, an ſint in alijs admittendi. Et accuſans de pluribus criminibus ſi in vno deficiat, an in alijs admitti debeat.

xj. Spoliati accuſantes ſuos ſpoliatores & inuaſores ab eis accuſari non poſſunt, quoniā accuſati niſi prius ſe purgauerint, alios accuſare non poſſunt.

d **Teſtes.** Teſtes iuris diſpoſitione excommunicati non poſſunt ad accuſationem admitti.

ij. Teſtis eſſe non poteſt, qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

iij. Teſtificantis perſonam aſſumere non poteſt, qui ab accuſatione prohibitus eſt.

iiij. Teſtis, accuſator, & iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt.

v. Teſtantur iura illum non eſſe à communione repellendum, qui die ſtatuta ad cauſam venire non potuit.

vj. Teſtis eſt iuris diſpoſitio deficientem in epiſcoporum accuſatione non poſſe decetero agere, niſi in ciuili & proprio dumtaxat negotio.

e **Libello.** Libello famoſo vtentes, & ipſum contra aliquem ſcribentes, qualiter puniendi ſunt.

ij. Libellum diffamatorium ſcribens, aut aliter reum

tribu

ſtibus citationibus debet in ius euocari. Et per ſcripta nullius accuſatio debet ſuſcipi.

iii. Libelli famoſi ſcriptor, aut aliter criminoſus, an admittatur in iudicio per procuratorem.

iiii. Libellus accuſatorius ſi in epiſcopo datur, id eſt, ſi epiſcopus accuſetur: eius cauſa à xii. epiſcopis audiatur.

v. Libellum famoſum ſcribentes, aut aliorum crimina ſponte confitentes, non debent ad accuſationem admitti. capit. iiii. Et ibi habetur, quod nec qui parcit, eſt amicus: nec qui verberat, eſt inimicus. capit. non omnis.

vi. Libellum famoſum in alterum ſcribens, aut alteri crimen inferens, qua pœna ferietur, ſi crimen illatū non probetur.

f **Infames.** Infames excommunicatos, & criminoſos à ſacerdotū accuſatione ius repellit. Et ibi tractatur, qui dicantur infames. cap. infames.

ii. Infamis eſt quodāmodo epiſcopus & reprehendendus, qui ſibi ſoli dicit aliquem crimen ſuū fuiſſe cōfeſſum. Et ibi dicitur, quod epiſcopus alios accuſantibus non creditur niſi probent quod obijciunt.

iii. Infamē quodammodo dicimus & reprehendēdum qui ponit falcem in meſſem alienam. ca. i. Et ibi dicitur, quod alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæque prouincia habere debeat. c. ſcitote. Et quod epiſcopus iudicio primatis, & non aliorum ſe ſubijcere debet.

iiii. Infamia aut criminalis accuſatio, ſi imponatur epiſcopo, id eſt, ſi epiſcopus criminaliter accuſetur, & epiſcopi comprouinciales de cauſa cognoſcentes ſunt in ſententia ferenda diſcordes: quid iuris.

v. Infamis eſſet quodammodo & reprehendēdus iudex, qui vellet reum cogere ad probandum accuſatore in probationibus deficiente: quia negatiua per rerū naturam eſt improbabilis. c. accuſator.

g **Viuens.** Viuens ſi adhuc ſit epiſcopus, alius ſibi ſuccedere non valet, nec in eius locum ſubrogari: quod vetum eſt, niſi eſſet depoſitus, vel de licentia Papæ renuntiaſſet, aut per ambitionem ſe ad aliam eccleſiā tranſtuliſſet. Epiſcopo autem ægrotanti aut nimia ſenectute grauato, dandus eſt coadiutor. Epiſcopus eccleſiam ſuam deſerere non debet. c. ſi vir. Nec etiam eſt à ſuis ſubditis relinquendus. c. denique. Prælati duo in vna eccleſia eſſe non debent. c. in apibus. Beatus Auguſt. acceſſit & non ſucceſſit Valerio Hypponēſi epiſcopo. c. non autem.

ii. Viuens epiſcopus aut ſacerdos, qui pro ægritudine à miſſarum celebratione abſtinuit: an poſſit celebrare recuperata ſanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h **Succeſſor.** Succeſſor an poſſit eligi ab epiſcopo viuente hoc eſt an ſucceſſorem ſibi poſſit epiſcopus eligere. Et ibi habetur quod locus regiminis eſt fugientibus offerendus. Et epiſcopati poteſt, qui prodeſſe deſiderat. c. qui epiſcopatum.

ii. Succeſſor epiſcopi mortui non eſt eligendus munerum datione, aut amicorum patrocinijs.

iii. Succeſſor epiſcopi an poſt electionem teneatur iuramentum præſtare pro indemnitate eccleſiæ.

iiii. Succeſſus ſeu proſper euentus denegatur clericis, qui ante ſententiam ſuſpenſionis vel depoſitionis à ſuo epiſcopo diſcedere præſumunt. In tales enim ferenda eſt cenſura.

v. Succeſſus non continget epiſcopo à ſede Apoſtolica vocato, ſi ad propria reuertatur, niſi prius fuerit purgatus, & apoſtolicis litteris munitus.

i **Solue.** Solue & ſolui procura teipſum o prælate excommunicate: aliàs non poteris ordinare, nec tua ordinatio erit rata.

ii. Solui ſunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius; ideo quod archiepiſcopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non poteſt ordinare.

iii. Soluere vel damnare ſubditos ſuffraganei non licet archiepiſcopo illo inconſulto. Soluit Papa ab alijs excōmunicatos: & cuiuſlibet eccleſiæ clericos poteſt ordinare. Eſt enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum. ibidem.

k **Regendo.** Regendo vnamquamque parochiam, & res ipſius diſponendo facit epiſcopus quod debet. c. regenda. &c. nouerint. Regendi ſunt ſubditi per epiſcopos viſitantes: vt cap. placuit.

ii. Regendi officium epiſcopus tranſgreditur, ſi bona eccleſiarum vſurpare nititur, quamuis de illis precarias facere poſſit.

iii. Regendi ſunt ſubditi ſine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipſius valeat epiſcopus habere.

l **Cenſuram.** Cenſuram formidare debent, qui clericos ad iudices ſæculares trahunt. c. inolita. & c. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

ii. Cenſura ligatus, id eſt, excommunicatus vel ſuſpēſus celebrans eſt depoſitione dignus.

iii. Cenſura ſiue iuſta ſiue iniuſta eſt timenda. Cenſura ligati ſunt vitandi pluſquam pagani. c. ad menſam. Cenſura eccleſiaſtica feriri debet, & ore dæmonum diſcerpi, qui ſuo epiſcopo eſt inobediens. cap. abſit. Cenſuram ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. &c. cum apud. Cenſura ſiue ſententia vel iudicium quattuor modis peruertitur. c. quattuor modis. Cenſura ferēdi ſunt & Iudæ proditori comparādi, qui veritatem negant & occultant. capit. quiſquis. & c. abijt Iudas. Cenſura ſiue ſententia iniuſte prolata, viribus caret. Epiſcoporum præceptis non ſemper obediendum eſt. Cenſuræ ſeu anathematis forma habetur in cap. debent.

m **Teſtor.** Teſtari ſeu teſtamenta facere cum de proprio liceat, an permittitur clericis proprium habere. Clericis cauſas agere non licet. c. duo ſunt genera Chriſtianorum.

ii. Teſtamenta condentes clerici, an poſſint quibus voluerint ea relinquere, quæ de bonis eccleſiæ acquiſiuerunt. Teſtatur multiplex canon illos eſſe grauiter puniendos, qui res & prædia eccleſiaſtica inuadunt. De bonis eccleſiæ quattuor ſunt portiones faciendę. c. quattuor. Et ipſarū rerum alienatio an ſit permiſſa. c. ſine exceptione, &c. terrulas. Liberti eccleſiæ an poſſint ab ea diſcedere. Res ſacrę ex quibuscauſis alienari valent. c. aurum habet eccleſia. Pauperibus eſt prouidendum. c. gloria epiſcopi.

iii. Teſtamentum an facere poſſunt illi, qui prius nihil habentes, tempore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquiſiuerunt: & quid iuris de talibus bonis.

iiii. Teſtamenta an facere poſſint clerici de bonis ſuis & rebus eccleſiæ quæſitis.

v. Teſtamenta facere de rebus eccleſiæ an ſit permiſſum ſacerdotibus. Et quis ſuccedat eis ab inteſtato.

n **Funus.** Funera & exequias ſuas celebrare & decimas ſoluere vbi debent illi, qui ſe de vna diœceſi aut parochia ad aliam tranſtulerunt.

ii. Funerandi iura an poſſint præſcribi. Funera, i. corpora mortuorū vbi debent ſepeliri. Et an pro ſepultura aliquid poſſit exigi. Funerum, id eſt, mortuorum animæ quattuor modis ſoluuntur. c. animæ. Funera, id eſt, corpora mortuorum deflenda non ſunt. c. quæ præpoſterum.

o **Fœnus.** Fœnus ſiue vſuram quodammodo committit & peccat, qui vltra debi-

 tum

tum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur, an clerici poſſint ſua repetere, & pro illis litigare.

ii. Fœneraria cauſa ſiue criminali aut etiam ciuili an poſſint produci teſtes domeſtici. Et an clerici poſſint pro ſua eccleſia teſtificari.

iii. Fœnus ſeu vſura committitur, ſi præter ſortem aliquid exigitur.

iiii. Fœnera ſeu vſuras nec clericis nec laicis licet exercere.

v. Fœnera ſeu vſuræ an ſint aptæ, vt inde fiant eleemoſynæ.

vi. Fœneratores & vſurarij veram pœnitentiam agere non poſſunt, niſi reſtituant, quæ rapuerunt.

p **Furioſos.** Furioſos punire non decet ex his, quæ faciunt, cum ſint mente alienati. & ibi habetur de Loth, & alijs ebrioſis.

ii. Furioſis clerici quodammodo comparandi eſſent, ſi pro patrocinijs impenſis munera exigere vellent.

iii. Furioſo iudex comparari poſſet, qui ex mulieris confeſſione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos teſtimonium ferre nõ poſſunt.

iiii. Furioſi quodãmodo ſunt eccleſiæ miniſtri, qui diebus Dominicis, & feriatis cauſas tractare volunt.

v. Furioſo ſimilis dici poſſet iudex, qui negatiu purgationem, indiceret: niſi infamia laboraret.

vi. Furoris quodammodo plena res eſſet, ſi à miniſtris & ſubditis confeſſio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam ſunt irritanda, quædam relaxanda. cap. auctoritate. & c. alius. in quo cap. habetur, quòd ſolus Romanus Pontifex regem Franciæ tamquam inutilem depoſuit. Excommunicatis fidelitas ſeruanda non eſt.

vii. Furioſe procederetur, ſi diaconus vel presbyter ſine concilij examinatione deijceretur.

viii. Furore quodam plenus cenſetur, qui carnis fragilitate ante ordinationem lapſus eſt in iudicio, confeſſus vel conuictus, poſtea præſumitur offerre, & in ordine ſuſcepto miniſtrare, quod verum eſt de crimine depoſitionem inducente.

q **Monachus.** Monachus an poſſit licite officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de conſenſu epiſcopi ſacerdotibus dari debent. cap. reuertimini.

ii. Monachi an poſſint in ſuis capellis presbyteros inſtituere.

iii. Monachorum & eccleſiarum iura, an per præſcriptionem tolli poſſint.

iiii. Monachi an poſſint præſcribere contra eccleſias, & prælatos ſæculares.

v. Monachi & prælati res eccleſiæ ſua auctoritate repetere non valent.

vi. Monachi, epiſcopi, & alij prælati ſi ſua auctoritate vſurpant, quæ ad ſe pertinere putant, an cadant à cauſa.

vii. Monachi & abbates an poſſint retinere eccleſias, decimas & iura patronatus de manibus laicorum ſibi conceſſa ſine epiſcopi conſenſu. Et ibi habetur, quòd epiſcopus habet diſpoſitionem omnium eccleſiarum, quæ in ſua diœceſi conſtitutæ ſunt. capitul. omnes baſilicæ. & etiam ibi plene de iure patronatus capitul. quicumque. capi. filijs. capitu. decernimus.

r **Occidit.** Occidit ſeipſum ſpiritualiter, qui à voto reſilit.

ii. Occidit quodammodo temporaliter ſeipſum, qui ſuum reſignat beneficium, ſed ſi in infirmitate reſignauit, an ſit ei reſtituendum poſtquam conualuerit, & ibi habetur quòd ante probationẽ triennij nullus in monaſterio debet ſuſcipi.

iii. Occidit animã ſuam monachus ad propria rediẽs poſtquam ſe & ſua monaſterio tradidit.

iiii. Occidens vel percutiens clericos diabolo ſuadente, eſt excommunicatus ipſo iure. capitul. ſi quis ſuadente diabolo. & ibi habetur, quòd eccleſiæ conceſſa non ſunt reuocanda: & qui talia aufert, ſacrilegium committit: & eccleſiæ immunitas non eſt violanda.

ſ **Abbates.** Abbates aut monachos factos epiſcopos ius obligat ad relinquendũ quod ante habuerũt, monaſterio: quod poſt eccleſiæ propriæ. cap. ſtatutum.

ii. Abbates ſunt à proprijs fratribus eligendi, & non ab epiſcopis. Abbates expellere non eſt permiſſum monachis: neque commatres facere. Abbates & monachos poſſunt epiſcopi viſitare, & conditiones exigere tempore dedicationis conſtitutas. Abbas & monachi cum ſanctimonialibus habitare non debent quia ſexuum cõmiſtio eſt periculoſa. c. diffinimus.

t **Clauſtra.** Clauſtra ſiue religionẽ intrare volentibus clericis nõ eſt à ſuo epiſcopo denegandus ingreſſus.

ii. Clauſtrum ingredi clericis permittitur etiam epiſcopo inuito.

iii. Clauſtrum vnum petere altero derelicto, an ſit permiſſum monachis, & regularibus canonicis ſine permiſſione abbatum.

u **Volentes.** Volentes & ſpontaneos monaſterium intrantes pueros, an cogant iura religionis propoſitum tenere. Voluntarie puellæ virginitatis propoſitum ſuſcipientes, nuptias eligere non poſſunt.

ii. Voluntate patris ſpreta, ſi filius religionem ingreditur, an à patre reuocari poſſit?

iii. Voluntarie habitum religionis ſuſcipientes, illum deſerere non poſſunt: ſed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

iiii. Volentes religioſi ad arctius monaſterium tranſire non ſunt impediendi.

x **Commendat.** Commendatam vnam eccleſiam poteſt habere clericus in altera intitulatus. Commendandi ſunt clerici, qui in vna, & non in pluribus eccleſijs volunt conſcribi. Et ibi habetur, quòd duos epiſcopatus poteſt quandoque quis habere. c. relatio.

ii. Commendandi non ſunt clerici, qui ſine litteris dimiſſorijs de vna eccleſia tranſeunt ad alteram. Matrimonium ſpirituale contrahitur inter curatum & eccleſiam ſuam, quæ non debet eſſe ſcortum. cap. ſicut.

iii. Commendatio nulla, ſed potius vituperium eſt clericis, qui ſæcularium negotiorum procuratores eſſe volunt.

iiii. Commendãdi ſunt clerici, qui veſtibus ſibi congruentibus vtuntur, vnguenta & fulgida veſtimenta fugientes.

v. Commendare non debemus clericum, qui à ſuo epiſcopo depoſitus imperatorem, aut iudicem ſæcularem adit.

y **Iurans.** Iurans verum non peccat: ſed ſecus ſi pererat, & per creaturas iurare non licet.

ii. Iurans falſum, quod putat verum, an ſit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot ſunt genera mendacij.

iii. Periurum prælatum & criminoſum ante ſententiam diffinitiuam derelinquere non licet.

iiii. Iuramenta illicita an ſint ſeruanda.

v. Pererare & contra iuramentum ſuum venire, qui cogit aliquem, licet periurus non ſit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis, c. de forma.

Pugnas

a **Pugnas.** Pugnas committere ſeu militare an ſit peccatum.

ii. Pugnas ſiue bellum quod dicatur iuſtum.

iii. Pugna an debeat committi pro repellenda ſociorũ iniuria.

iiii. Pugna non ſemper eſt exercenda contra malos. Mali enim ſunt à bonis quandoque tolerandi, & nõ abiiciendi. Quædam tamen mala ſunt repellenda & punienda, quædam toleranda. Mali ſunt medicinali ſeueritate ad bonum cogendi, vt Nabuchodonoſor. Et hæretici etiam inuiti ſunt ad ſalutem trahendi. Pugnis, & bellis ſunt coercendi eccleſiaſticæ religionis inimici.

v. Pugnas ſeu bella qui Deo auctore geſſerunt, præcepta nõ occidendi minime tranſgreſſi ſunt. Et ibi an mali ſint occidẽdi. Habens gladij poteſtatem poteſt occidere, ſi hoc faciat amore iuſtitiæ.

vj. Pugna, & coactio eſt exercenda in malos, vt teneant bonum iam ſuſceptum. Non autem ſunt ipſi ad bonum non ſuſceptum cogendi.

vii. Pugna ſi iuſta ſit, poſſunt hæretici & omnes hoſtes licite ſuis rebus ſpoliari.

viij. Pugna ſeu bellum an poſſit per clericos committi, & an poſſint clerici arma ſumere. Qui ſacramenta Dei tractant, iudicium ſanguinis agitare non debẽt.

a **Hæreſis.** Hæreſis quælibet ab eccleſia Romana deſtruitur.

Hæreticus an poſſit alium excõicare, priuare, vel ſententia notare. Excommunicatus aliũ excommunicare non poteſt. Hæreticorum conſortia, & eorum ſacrificia ſunt à catholicis fugienda.

ii. Hæretici etiam poſt mortem ſunt excommunicandi. Eccleſia viuentes & non mortuos an ligare poſſit, vel ſoluere.

iii. Hæreticus ſi dominus eſt, aut alio crimine irretitus, an poſſit excommunicatio ferri in familiam ſuam pro delicto ipſius domini, & in filium pro peccato patris. Excommunicandi ſunt, qui corrigi nolunt, & etiam illi, qui duas vxores habent: teſtes falſi, homicidæ, & multi alij. Hæreticorum tandem variæ ſpecies ponuntur.

b **Violatas.** Violatas Romanorum Pontificũ cenſuras à nullo decet eſſe.

Violantes ſacros canones in ſpiritum ſanctum blaſphemant. Violanda nõ ſunt, ſed ſeruanda ſanctorum ſtatuta, & eorum regulæ in ſynodo conſtitutæ.

ii. Violari non debent priuilegia eccleſiarũ, nec archiepiſcoporum. Violans ciuitas & occidens ſuos præſules, epiſcopali dignitate priuatur. capi. ita nos.

c **Sortilegus.** Sortilegus quis ſit, ſiue qui dicantur ſortilegi.

ii. Sortilegium eſſe an ſit peccatum. Sortibus an ſit credendum.

iii. Sortes ſiue diuinationes à quibus exordium ſumpſerunt.

iiii. Et de multiplici genere diuinationis. & quot modis dæmones futura prænoſcunt.

v. Sortilegi, vel diuinatores an ſint excõicandi, ſi ceſſare voluerint. Sortilegia & magicã artẽ debent epi eliminare. Sortilegijs vel maleficijs nullo pacto debẽt ſacerdotes operam dare, aliàs abijciendi ſunt.

vi. Sortilegus vel alius ab epiſcopo excommunicatus an per alium ipſo inconſulto poſſit abſolui, & an presbyteri poſſint conciliare pœnitentes. Pœnitentia morientibus non eſt deneganda, etiam à ſimplici ſacerdote.

vii. Sortilegis & alijs morientibus non eſt pœnitentia imponenda, ſed bene innoteſcenda. In pœnitentijs imponendis multa ſunt conſideranda. Melius eſt ſacerdotem pœnitentiam imponentem eſſe nimis miſericordem, quàm nimis ſeuerum. Sortilegi ſunt & excommunicati, qui dies, menſes, & annos paganorum more obſeruant.

d **Spõſis.** Sponſis Dei ſe Deo dedicantibus, & virginitatem vouentibus nuptias contrahere non licet.

Sponſalia de præſenti, ſiue matrimonia per vouẽtes ſolenniter contracta non tenent.

ii. Sponſa vnius an poſſit à ſponſo ſuo recedere, & alii nubere.

Sponſa ſine cõſenſu ſponſi & econtra, religioſam veſtem ſuſcipere non poteſt poſt culpam carnalem, ſecus ante. Sponſalia vera an fuerint inter Ioſeph, & Mariam. Sponſam alterius nullus rapiat, & ibi aliquid de raptu.

e **Infidis.** Infidis ſeu infidelibus coniugium contrahere licet, & inter eos dicitur eſſe matrimonium, licet non ſit ratum. Infidelis vxor virum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium vt Iudæorum conuiuia, & etiam coniugia ſunt à Chriſticolis vitanda.

ii. Infidelium vnus ſi conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate, an poſſit ad fidem conuerſus alij ſe copulare.

iii Infidelis qui ante baptiſmum vnã vxorẽ habuit, & poſt baptiſmum aliam, bigamus eſt cenſendus, nec poteſt eſſe epiſcopus. cap. acutius. ibidem.

f **Seruiat.** Seruire adſtrictus, vt puta ſeruus ſi cõtrahat cum libera: quæ per errorẽ eum putabat liberum, non eſt inter eos coniugium: quia error perſonæ, & conditionis impediunt, & dirimũt: ſecus autem eſt de errore fortunæ, & qualitatis.

ii. Seruum ſcienter acceptum in maritum non poteſt mulier dimittere: ſecus ſi ignoranter. Serui poſſunt matrimonia contrahere.

g **Infans.** Infans proprius ſi teneatur à patre in ſacro baptiſmate: licet per tale factũ ſuæ vxoris cõpater efficiatur: nõ propter hoc ab ipſa vxore ſeparabitur: niſi ad ſeruandã continentiam poſſit induci.

ii. Infantes ſponſalia contrahere nequeunt: quia in illa ætate conſentire non poſſunt.

iii. Infantes ſiue filij ſpirituales vel adoptiui, an poſſint naturalibus per matrimonium coniungi.

iiii. Infantem ſiue filium aliquem non debet vxor ſimul cum viro ſuo in baptiſmate ſuſcipere, capit. fin. quia eſſet eius commater. Et ibi dicitur, q. non poteſt quis ducere in vxorem relictam compatris ſui vxoris: nec etiam duas commatres.

v. Infantibus ſi conceditur nuptias contrahere, ipſorum, & quorumcumque aliorum nuptiæ ſeu matrimonia non debẽt clã fieri, ſed publice: & ſic nõ debent eſſe clandeſtina. Tandem inſtituuntur iudices ad cuncta rimandum.

h **Mœcha.** Mœcha ſiue adultera, & ab aliquo per adulterium polluta an poſſit per eum duci in vxorem. Et ibi matrimonia ſecunda conceduntur. c. quod ſi dormierit.

ii. Mœcham ſæpe mulierem efficit coactio: & ideo nulla mulier eſt cogenda nubere: quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet & gaudere.

Non licet viro uxorem deſerere, vt fecit Lotharius.

iii. Mœchiæ notam an dicantur incurrere filij & filiæ, qui poſt ſponſionem parentum cum alijs contrahunt, hoc eſt, an filii & filiæ poſt promiſſionem & ſponſionem parentum ſuorum poſſint licite cum alijs contrahere.

i **Coit.** Coire ſolita (vt eſt meretrix) poteſt in vxorem duci, ſi de eius correctione ſpes habetur. Coitus ſiue fornicationis cauſa poteſt vxor dimitti.

ii. Coitus ſiue incontinentiæ cauſa ducta, an ſit coniunx appellanda. Abortum procurantes an ſint homicidæ.

iii. Coitui ſiue copulæ coniugali apta puella, ſi habet patrem ſeruum & auum liberum: in matrimonio contrahendo ſequitur de honeſtate arbitrium aui, & non patris, qui liberum non habet arbitrium, cũ ſit ſeruus.

iiii. Coitu ancillari & illicito non licet prolem quærere, viuente enim vxore ex quacumque cauſa, neque ex ancilla, neque ex alia licet prolem procreare.

Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus intelligitur. c. meretrices.

v. Coire coacta, & per violentiã accepta, an perdat pudicitiã & virginitatem. Carnis virginitas nõ ſeruatur, ſi mens corrumpitur. Viro vxorem extra fornicationis cauſam derelinquere non licet.

vi. Coiens vir cum alia, & ſic adulter, vxorem adulterã dimittere non poteſt.

vii. Coitus ſeu fornicationis cauſa dimittens vxorem, ea viuente aliam ducere non poteſt. Coitus cõtra naturam, & cum perſonis coniunctis eſt grauiſſimum peccatum.

viii. Coitum ſeu incontinentiam incurrere non debet aliquis, vt aliqua ad fidem conuertatur. Et ſic non licet ducere vxorem infidelem ſub ea conditione vt conuertatur, & fidelis efficiatur.

x

Mente. Mente ſeu volũtate mulier cupit vt fiat mater, & habeat liberos: tamen eius vir eſt frigidus & maleficiatus: an propter hoc ſit ab eo ſeparanda.

ii. Mens & voluntas eſt mulieri poſt mortem viri cum illo contrahere, cum quo prius fornicata fuit, an poſſit. Viro vxorem dimittere propria auctoritate, & ſine iudicio eccleſiæ non licet, neque eam occidere. c. admonere.

iii. Mentis ſeu cordis ſola contritione abſque oris confeſſione an poſſint peccata deleri: & verum poſſumus Deo ſatisfacere. Iſtam quæſtionẽ prolixe tractat Gratianus, eius occaſione interſerens tractatum de pænitentia, ſeptem diſtinctiones continentem.

iiii. Mentis feruculo ceſſante, an poſſit maritus tempore orationis & pænitentię vxori debitum reddere. Et ibi habetur, ꝙ tempore quadrageſimali nuptias celebrare non licet.

v. Mens & voluntas eſt viro continentiam vouere. Non poteſt hoc facere ſine conſenſu vxoris tacito vel expreſſo, niſi ſit ſponſa nondum cognita. Mulier viro debet ſubeſſe, cum vir ſit caput mulieris. cap. hæc imago.

l

Dubitans. Dubitans vxor de morte mariti, & credens illum eſſe mortuum, ſi cõtrahat cum alio, an dicatur rea adulterii.

ii. Dubitans mulier de morte mariti, ſi cum alio contraxit, & poſtea maritus eius rediit, an ſit cogenda ad eum redire, & primum dimittere.

m

Gradibus. Gradibus conſanguinitatis nobis contingẽtes mulieres nõ poſſumus ducere in vxores. Quare conſtitutum fuit ne conſanguineæ ducantur.

ii. Gradu conſanguinitatis vxori contingentem nõ licet vxorem ducere.

iii. Gradus cõſanguinitatis & affinitatis, ſecundũ decreta vſq; ad ſeptimã generationẽ habent prohibitionẽ, hoc eſt, ꝙ ratione cõſanguinitatis & affinitatis prohibitum eſt matrimonium vſque ad ſeptimum gradũ.

iiii. Gradus ſextus conſanguinitatis quare prohibitus eſt, ſecundum Canones.

v. Gradus conſanguinitatis, quomodo cõputandi ſunt.

vi. Gradu prohibito coniuncti ad quorum accuſationem vel teſtificationem ſunt ſeparandi. Et ibi de iuramento ſeparationis & reconciliationis. Et de iuramento eorum, qui conſanguinitatem probant. c. de parentela.

vii. Gradu prohibito coniuncti, ſi adinuicem carnaliter commiſceantur, filij ex tali inceſtuoſo coitu procreati, non ſunt filij appellandi.

viii. Gradus conſanguinitatis & affinitatis, quis dicatur eſſe diſpenſabilis. id eſt, quo gradu poſſit diſpenſari cum conſanguineis & affinibus.

ix. Gradu prohibito coniuncti (licet forte ſententia pro matrimonio fuerit lata) poſſunt ſeparari. Sententia enim pro matrimonio vel contra ipſum lata poteſt retractari veritate comperta: quia talis ſententia nullo curſu temporis tranſit in rem iudicatã. Et ibi dicitur ſententiam etiam Romani Pontificis in melius poſſe mutari. c. ſententiam.

x. Gradus affinitatis, ſiue ipſa affinitas in ſuperſtite nõ deletur. Item ſoboles ex ſecũdis ſuſcepta nuptijs cõſanguineis prioris viri copulari non debet, ſecũdum decreta: ſed hoc corrigitur per cap. non debet. de cõſanguin. & affin.

n

Rapiente. Rapiente virginem per vim aliquo, raptus committi dicitur.

ii Rapiens violenter puellam, poteſt illam peracta pænitentia in vxorem ducere. Et ſic rapta raptori de iure canonico nubere poteſt. c. denique. & melius extra de rapto. cap. cum cauſa, cum ſimilibus.

Ex libris Gabrielis de Rubeis [illegible]

DECRE-

DECRETI TOTIVS CANONES HIC SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI IMPRIMVNTVR.

Quod præter ceteras vtilitates multimode correctioni eſt adiumento non mediocri.

De littera A.

AB accuſato.3.q.11. Gratianus. 715
Ab antiqua.de cõſecr.diſt.4. Gregorius. 1856
Abbas . 18 . q. 2. Gregorius. 1120
Abbas.18.q.2.Mogunt. conc. 1123
Abbati vel.diſt.54 Octaua ſynod⁹. 269
Abbatem.18.q.2.Gregorius. 1120
Abbatem.18.q.2.Pelagius Papa. 1121
Abbates.18.q.2.Aurelianẽſe conc. primum. 1126
Abbatibus.12.q.2.Aure.conc.iij. 935
Abbatibus 18.q.2.Paſchalis ii. 1127
Ab eo.2.q.6.Theodoſianæ. leges. 623
Ab epiſcopis.diſt.70.Gratianus. 328
Ab exordio.diſt. 35. Hieronymus. 165
Ab excõmunicatis.9.q.1.Vrban.ii.807
Abijt Iudas.11.q.3.Beda. 889
Ab illo.14.q.4 Ambroſius. 986
Ab Imperatoribus 23. q. 5. Carthaginen.concililium v. 1213
Ab infirmis.26.q.7.Theodor. in Pœnitentiali. 1383
Ab iſto die.35. q. 6. Innocentius Papa ii. 1735
Ab iſto die.ea.cauſa. & q.Alex.ii.1735
Abſens j.3.q.9.Zepherinus Papa. 708
Abſens ij.3.q.9.Felix Papa. 711
Abſente.j 3.q.9.Calixtus Papa. 706
Abſente ij.3.q.9.Felix Papa. 708
Abſit.diſt.50.Auguſt. 255
Abſit.11.q.3.Anterus Papa. 866
Abſq; ſynodali 15.q.7.Gratianus.1015
¶ Accedens diſt.50 Gregor. 227
Accuſatio j.2.q.7.Anacletus. 643
Accuſatio ij.2.q.7 Sixtus Papa. 646
Accuſationes.3.q. 5. Hadrianus Papa in ſynod.Romana. 686
Accuſator.6.q.5.Codex. 760
Accuſatores.diſtin.46.Carthagin.con. iiij. 212
Accuſatores j. 3.q. 5. Anacletus Papa. 684
Accuſatores ij.3.q.5.Stephanus. 686
Accuſatores iij.3.quæſt.5.Calixtus Papa. 687
Accuſatores.3.q.8.Zepherinus. 704
Accuſatori 3. q. 9. Theleſphor. Papa. 706
Accuſatoribus.3.q.5.Symmachus Papa. 684
Accuſatũ.3.q.6.Silueſter Papa p. 605.
Accuſatus.2.q.5.Sixtus Papa.ij. 691
Accepiſti.j.de conſe.diſtin.4. Ambroſius. 1868
Accepiſti ij.de conſec. diſt.4. Ambroſius. 1869
Acceſſerunt.de conſe.diſtin. 2. Auguſtinus. 1824
Accipite.de conſe. diſtin, 2. Hieronymus. 1825
Achab rex.de pæ.diſt. 3.Hierony.1645
Achatius j.24.q 1.Gelaſius. 1295
Achatius ij.24.q.1.Felix Papa. 1296
Acolythus.diſt.23.Carthaginenſe cõc. iiij. 106
Actione.22.q.4.Eliberitanũ conc.1187
Acutius.diſt. 16.Auguſtinus. 119
Acutius.28.q.3.Auguſtinus. 1451
¶ Adam.diſt.40.Gregorius. 187
Adam.de pæ.diſt.1.Ambroſius. 1589
Adam.33.q.5.Ambroſius. 1701
Ad Deum.32.q.5.Auguſt. 1517
Addidiſtis.20.q.1.Gregorius. 1141
Additur.27.q.2 Hieronymus. 1416
Ad eius vero.diſtin 5.Gregorius. 13
Ad epiſcopos.17.q 4.Gelaſius. 1106
Ad fidem.23.q.5.Auguſtinus. 1262
Ad hæc.13.q.2.Gratianus. 961
Ad hoc.diſt.89.Greg.& Bonifac. 404
Ad hoc.16.q.1.Gregorius. 1052
Ad hoc de conſec.diſtinct.4. Auguſtinus. 1887
Adhuc inſtant perfidi.de pœn. diſt. 3. Auguſtinus. 1647
Adijcimus.16.q.1.Leo Papa. 1028
Ad limina.30. quæſt.1. Ioannes Papa v.ij. 1462
Ad menſam. 11. q. 3. Ioannes Chryſoſt. 870
Admittuntur.diſt.54.Leo Papa. 268
Adminiſtratores. 23. q. 5. Ioannes viij. 1261
Admoneant.26.q.7.Auguſtinus.1388
Admonemus. 16. q. 1. Vrbanus Papa palea. 1058
Admonendi.2.q.7.Gregorius. 665
Admonere.16.q.1. Gregorius. 1026
Admonere 33. q. 2. Stephanus Papa v. 1543
Ad nuptiarum.de conſe.diſt.1.Aurelianen.conc. 1766
Ad reatum.diſtin. 81. Carthaginenſe conc.iiij. 372
Adrianus j.diſt.63.Octaua ſynod.297
Adrianus ij. ead. diſt. Hiſtoria eccleſiaſtica. 305
Ad Romanam.j.2.q. 6.Marcellus Papa. 616
Ad Romanã ij.Zepherinus Papa. 617
Ad ſedem Apoſtolicam.35.q.5.Alexander ij. 1718
Aduerſitas.7.q.1.Gregorius. 787
Adulterij.32.q.7 Auguſtinus. 1529
Adulterio.32.q.1.Gratianus. 1477
Aduocauit.24.q 2. Ambroſius. 1306
¶ Affectum.26.q.7.Octaua ſynod.1386
Afros.diſt.98.Gregorius. 450
¶ Agatho.diſt.63. Ex geſtis Romanorum. 304
Agathoſa.27.q.2.Gregorius. 1420
Agapitus.16.q.1.Gregorius. 1026
Agapitus.de conſe.diſtinct. 1. Gregorius. 1761
Agite.de pœn.diſt.1.Auguſtinus. 1569
Agnouimus. 26. q. 6. Cæleſtinus Papa. 1382
Agunt homines.de conſe. diſt. 4. Auguſt. 1870
¶ Ait Cæleſtinus.24.q.1.Nicolaus Papa. 1315
A iudicibus.2.q.6. Mileuitanum concil. 632
¶ Aliud eſt. de conſe.diſt. 4. Auguſtinus. 1851
Aliud quidem.11.q.1.Leo Papa. 8[illegible]1
Aliud quidem.de pœn.diſt. 1. Leo Papa. 1583
Alius item.15.q.6.Gregorius. 1014
Aliorum hominum. 9. q. 3. Symmachus. 819
Alia cauſa.16.q.1.Hieronymus. 1023
Alienationes . 12. q. 2. Vrbanus Papa. 933
Alienati.2.q.7.Dionyſius Papa. 647.
Alieni.3.q.4.Iginus Papa. 680
Alienum.diſt.50 Leo Papa. 253
Alienum.19.q.2.Leo. 1134
Alienus.diſt.90.Octaua ſynod. 406
Alienus.24.q.1. Cyprianus. 1304
Aliter legitimum.30. q. 5. Euariſtus Papa. 1471
Aliter ſe orientalium.diſt.31.Stephanus Papa in conc. 145
Aliquando.32.q.2.Auguſtinus. 1498
Aliquanti.26.q.5.Agathen.conc.1372
Aliquantos.diſt.51.Innocentius. 255
Aliquos.15.q.1.Auguſtinus. 1000
Alligant.26.q.7.Ioan.Chryſoſt. 1386
Altare.1.q.3 Paſchalis ij. 544
Altaris palla.de conſecr.diſt.1.Clemẽs Papa. 1765
Altaria j.de conſect.diſt.1. Epaunenſe conc. 1763
Altaria ij.de conſe.diſt. 1. Agathenſe concilium. 1763
¶ A malis.23.q.4.Auguſtinus. 1216

Am-

Amputato.25.q.2.Iulius Papa. 1555
¶ Ananias.17.q.5.Greg.in regeſt.1099
Anaſtaſius ſecundus. diſt. 19. Ex Pontificali. 80
Ancillam, 32 q. 2. Leo. 1506
Animaduertendum.22.quæſt. 2. Hieronymus. 1171
Animæ defunctorum.13.q.2. Gregorius Papa ij. 973
Annis ſingulis.diſt.18.Bylon.conc.73
An non diſtricta.24.q.3. Nicolaus Papa. 1336
An putatis.diſt.86.Ambroſius. 388
An quod in ſubditos 33.q.2.Ambroſius. 1541
Anteceſſor.11. q. 3. Bonifacius martyr. 898
Anteriorum 2. q. 6. Iuſtinian. in nouel. 624
Ante baptiſmum.de conſe. diſt.4.Rabanus. 1859
Ante benedictionem. de conſ. diſt. 2. Ambroſius. 1795
Ante omnia. diſtinct. 35. Agathenſe conc. 168
Ante omnia.diſt.40.Auguſtinus. 185
Ante triennium.diſ.31.Gregorius.139
Ante viginti.de conſec.diſt.4.Bracharen.conc.ij. 1859
Antiqui.33.q.2.Tolet.conc.vj. 1551
Antiquos.10 q.1.Aurelian.conc.j.824
Antiquis. 9. quæſt. 3. Athanaſius Patriar. 818
Antiquitus.2.q.2.Ioan.Papa.j. 592
¶ A paruulo.de conſec.diſt.4.Auguſtinus. 1885
Aperte inquit.24 q.1.Nicolaus. 1315
Aperiant.31.q.1.Hieronymus. 1482
Apoſtolica.diſt.56.Alexander. ij. 280
Apoſtolica.8.q.1.Innocentius ij. 703
Apoſtolica.de conſecr.diſt.1. Anaſtaſius epiſcopus. 1774
Apoſtolicę 24.q.3.Pelagius Papa.1334
Apoſtolicæ.35.q.9.Gregorius. 1741
Apoſtolicis.16.q.1.Hieronymus.1055
Apoſtolicos.12.q.2.Octaua ſynod.921
Apoſtolorum vero canones.diſtin.16. Gratianus. 54
Apoſtolicus.diſt.79.Gratianus. 355
Apoſtolus.diſt.81.Auguſtinus. 362
Apoſtolus.32.q.7.Auguſtinus. 1526
Apoſtolus.de pæn.diſt.2.Auguſt.1627
Apoſtolus.33.q.4.Auguſtinus. 1693
Appellantem.2.q.6.Fabia.Papa. 615
Apud miſericordem. 32. q. 5. Gregorius. 1492
Apud nos.32.q.5.Hieronymus. 1522
Apud omnipotenté.36.q 2.Greg.1749
Apud veros.23.q.1.Auguſtinus. 1207
¶ Aquam ſale.de conſ.diſt.3. Alexander v.à Petro. 1831
A quibus ordinibus. diſt. 55. Gratianus. 164
A quibus.26.q.3.& 4.Gratianus. 1367
A quodam Iudæo.de conſe.diſt.4.Nicolaus. 1843
¶ Archidiaconũ.diſt 81.Gregorius.371
Archidiaconum Florentinum.diſ.85. Gregorius. 382
Archiepiſcopus.di.66 Gratianus. 322
Archiepiſcopus. diſt.66. Anicetus Papa. 322
Archiepiſcopus. 9, q. 3. Anicetus Papa. 816
A recta ergo. 24.q.1.Lucius Papa.1300
Arguta.2.q.6.Nicolaus Papa. 619
Arianorũ.de pæ.diſ.1.Gregorius.1760
Arianos 1.q.1.Innocentius. 498
Arcaldus.8.q.3.Vrbanus Papa ii. 804
¶ A ſanctis patribus.25.q.1. Chalced. conc. 1350
Aſſumi aliquem.diſtin.28.Arelatenſe conc. ij. 128
A ſubdiacono.diſt 93.Synodus Romana S. Silueſtri. 417
¶ Atho.27.q.2 Ioannes viij. 1432
Attendendum . 17. q. 4. Vrbanus Papa. 1106
¶ Auctoritatem.15. q. 6. Nicolaus Papa. 1012
Audacter.8.q.1.Hieronymus. 799
Auditum eſt.2 q.5 Sixtus & Leo. 607
Audite chariſſimi.diſ.34.Auguſtinus. palea. 159
Audiuimus.1.q.3.Gregorius. 536
Audiuimus.3.q.2.Euariſtus Papa.674
Audiuimus.24 q.1.Alexander ii.1296
Audiuimus 33.q.1.Leo Papa. 1549
Audi denique. 11. q. 3. Hieronymus. pag. 868
Audite epiſcopũ. diſt.25. Clemẽs. 114
Augurijs.26.q.5. Carthaginen. conc. iiij. 1373
Auguſtino.12.q.2.Pelagius. 917
Aurelius.26.q.6. Carth. conc.ij.1379
Aurum eccleſia habet.12.q.2. Ambroſius. 948
Aut facta,de pæn.diſt.1.Digeſt. 1558

B

Baptiſmus.de conſecr.diſt.4.Auguſtinus. 1844
Baptiſmi vicem.de conſec. diſt.4.Auguſtinus. 1848
Baptizantur.de pæ.diſt.3. Greg. 1638
Baptizari.diſt 5.Gregorius. 13
Baptizádi.de conſ.diſ.4. Gelaſius.1842
Baptizandi.de conſe.diſt 4. Carthaginen.conc.iiij. 1860
Baptizandis.1.q.1.Gelaſius Papa. 516
Baptizandos.de conſ.diſt 4.Laodicen. conc. 1860
Baſilicas.de conſec. diſtin.1. Gelaſius Papa. 1755
¶ Beata Maria.27.q.2 Auguſtin⁹. 1415
Beati Petrus & Paulus.2.q. 7. Ambroſius. 655
Beatus Paulus. 22.q.2. Gelaſius Papa. pag. 1173
Beatus Petrus 6.q.1.Clemẽs Papa.745
Beatus prædeceſſor 3. q. 4. Anacletus Papa. 680
Benedictio.1.q.1.Gregorius.j. 463
Benedictus. de pæn.diſtinct.4. Paulus Apoſt. 1668
Bene nouit diſt.61.Gregorius. 294
Bene quidem.diſ.96.Symmachus.436
Bene valet.diſt.50.Auguſtinus. palea. pag. 234
¶ Biduum 2.q.6.Digeſtis. 627
¶ Bonæ rei. 12.q. 2. Toletanum conc. ix. 950
Boni principis.diſt. 96. Marcellus Papa. 447
Bonorum auctori.diſt. 47. Gregorius. pag. 216
¶ Breuiter quæ diſt.23.Gratianus. 96
Breuiter monſtratum.diſt.62.Gratianus. 291

C.

Calumniator.2.q. 3. Damaſus Papa. 594
Canon.diſt. 3.Iſidorus. 8
Canones. diſt. 15. Conſtitutiones eccleſiaſticæ Sanctorum patrum. 48
Canones.diſt.16.Iſidorus. 54
Canones.diſt.50 Innocentius. 250
Canonum ſtatutis. 14.q.4. Tarracon. conc. 984
Canonica ſanctorum.3.q. 5. Pelagius Papa ij. 615
Canonica inſtituta.11.q. 3. Arauſicũ conc. 900
Canonici.cauſa 14.Gratianus. 978
Canonicos.19.q.3.Gratianus. 1155
Cantantes diſt 92.Hieronymus. 410
Carnem. de conſecr. diſt. 5. Fructuoſus epiſcopus. 1900
Caſellas.10.q.2. Agathenſe conc. 827
Catholicus.2.q.6. Carthaginen. conc. iiij. 631
Catholica eccleſia . diſt. 11. Auguſtinus. 36
Catechiſmi.de conſecra. diſt.4. Nicolaus Papa. 1859
Catechumenum.de conſecr.diſt.4.Auguſtinus. 1850
Catinenſis.diſt 61 Pelagius Papa. 294
Caue 28.q.1.Ambroſius. 1448
Cauete.32.q.5.Ambroſius. 1200
Caueant iudices.3.q.9. Eleuterius Papa. 706
Cauendum eſt. 1.q.7. Meldenſe conc. pag. 560
Cauendum eſt.10.q.3.Cabilonenſe concil.ij. 837
Cauendum nobis.de pæn. diſtinct. 5. Greg. 1660
Cauſa vero.diſt.4 Gratianus. 5
¶ Ceterum Dei traditio.diſt. 86. Ambroſ. 390
¶ Celebritatem.de conſecr. diſt.3. Victor Papa xiij à Petro. 1832
Cellulas. 17.q.2.Agathenſe conc.1125
Cœnomanenſem.diſt. 6.Vrbanus Papa ij. 280
Cœpiſti habere. 11 . q. 3. Auguſtinus. pag. 878
Cœpit Ermigildus.24. q.1. Grego. Papa. 1319
Certe ego.12.q.1.Auguſtinus. 912
Certis de cauſis 15.q.3.Digeſtis. 1005
Certum eſt.diſt. 10.Felix Papa. 19
Certum eſt.diſt.10.Gelaſius Papa. 32
Certum eſt 11.q.3. Tiburienſe conc pag. 877
Certũ eſt 24.q 3. Quinta ſynod. 1332
SI conſuetudinem fortaſſis opponas; aduertendum eſt, quòd Dominus dicit [a]: [Ego ſum veritas, & vita.] Non dixit, Ego ſum conſuetudo; ſed, veritas. Et certe (vt Beati Cypriani vtamur ſententia) quælibet conſuetudo, quantumuis vetuſta [b], quantumuis vulgata, veritati omnino eſt poſtponenda: & vſus qui veritati eſt cõtrarius, abolendus.

Iuo p. 4. c. 213. Pann. l. 2. c. 166.
Ioa. 14.
Cyprianus in toto illo ſuo cõcilio.

Itẽ Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo cõtra Donatiſtas, ca. 5.

Sub perſona Caſti Siccenſis.

¶ Veritate reuelata, conſuetudinem ſibi cedere oportet. C. VI.

QVi contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi; aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus eſt, cuius inſpiratione eccleſia eius inſtruitur. *& infra.* In Euangelio Dominus, Ego ſum, inquit, veritas: non dixit, ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata, cedat conſuetudo veritati. *& infra.* ¶ Reuelatione facta veritatis, cedat conſuetudo β ueritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat [c], ceſſit Paulo ueritatem prędicanti. *& infra.* Cum Chriſtus ueritas ſit; magis ueritatem, quàm conſuetudinem ſequi debemus; quia γ conſuetudinem ratio & ueritas ſemper excludit.

Iuo p. 4. c. 234. Ibid. c. 6. ſub p̃ſona Liboſi Vagenſis.
Io. 14.
ſ. ead. c. veritate
Ibid. c. 7. ſub p̃ſona Zozimi à Tharaſſa.
Gal. 2.
Ibi. c. 9. ſub perſona Honorati à Tucca.
ſ. ea. c. veritate

β ¶ Cedat conſuetudo.] *Apud B. Auguſtinum, & Iuonem, & in Pãnormia legitur,* cedat error. *Sed vere B. Auguſtinus ex ipſiuſmet Zozimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuiſſe conſuetudinem. Ita enim reſpondet.* Noluit quidem iſte dicere, conſuetudinem; ſed, errorem. Veruntamen cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſsit Paulo veritatem prædicanti, ſatis indicat, quòd aliud etiã de baptiſmo fieri ſolebat.

γ ¶ Quia conſuetudinem.] *verba hæc vſque ad finem, apud Iuonem, & Gratianum ſatis commode hic adnectuntur, repetita ex verbis Felicis, quæ referuntur ſup. c. veritate.*

Idem in lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 5.

Hic refert B. Auguſtinus verba B. Cypriani in epiſt. ad Iubaia. Iuo p. 2. c. 94. & par. 4. c. 235.

¶ Conſuetudo rationi fruſtra opponitur. C. VII.

FRuſtra, inquit, quidam, qui ratione uincuntur, conſuetudinem [d] nobis obijciũt: quaſi conſuetudo maior ſit ueritate; aut non id ſit in ſpiritualibus ſequendũ, quod in melius fuerit à ſpiritu ſancto reuelatũ. ¶ Hoc plane verũ eſt: quia ratio & veritas cõſuetudini pręponẽda eſt. Sed cũ cõſuetudini veritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri.

Hic B. Auguſtinus reſpondet.

Item

extra de conſuetu.cum dilectus.in fi. Item ratione conſuetudinis poteſt eps eligi in præpoſitum. extra de conceſ.præb.cum noſtris.Item ratione conſuetudinis eligit minor eccleſia cum cathedrali.extra de cauſa poſſeſ.& proprie.cum eccleſia.extra de conceſ. præb. & eccl.non vac.

tra de præb.cum iam dudũ. Item q non p errorẽ ſit inducta.ff.de leg.q non rõne.j.ea.cõſuetudo.Itẽ q maior pars populi conſueuerit illa cõſuetudine vti: quia ſicut maior pars populi non poſſet inducere legem : ſic nec conſuetudinem. Quidam tñ dicunt,q illa conſuetudo præiudicat iuri,quæ excedit hoium memoriã. Illud.n.loco cõſtituti habetur, vt ff.de aqua quotid. & æſti. hoc iure. §.ductus aquæ. & 3. q.6. hæc quippe. Io. Hoc breuiter teneas, q ſufficit ſm canones, q ſit rõnabilis,& præſcripta,vt extra de cõſue.c.vlt.Bar.Brix.

tit Inn. q.ſ dic vt plene not extra de conſue. in pri. ibi videas. & eo. tit. c. vlt. in glo. arg. cõtra, quia, & c. quã gl.quidam habẽt ſignatã ad tit. ex parte. De hoc etiam not. 3.diſt. c.in iſtis. §. leges. ibi videas. Arch.

Item Cyprianus in epiſtola ad Pompeium contra epiſtolam Stephani.

¶ Rationem conſuetudo impedire non debet. C. VIII.

CONſuetudo [a], quæ apud quoſdam obrepſerat, impedire non debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam cõſuetudo ſine veritate, vetuſtas erroris eſt: propter quod relicto errore ſequamur veritatem, ſcientes, quia & apud Eſdram [b] veritas vicit, ſicut ſcriptum eſt: [Veritas manet, & inualeſcit in æternum, & viuit, & obtinet in ſæcula ſæculorum.] *Idem in epiſt. ad Iubaianum, circa med.*

Eſdra 3. et 4.

Ignoſci [α] poteſt ſimpliciter erranti, ſicut de ſeipſo dicit apoſtolus Paulus [Qui primo, *inquit*, fui blaſphemus, & perſecutor, & iniurioſus: ſed miſericordiam merui; quia ignorans [c] feci.] Poſt inſpirationem vero, & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perſeuerat, prudens & ſciẽs ſine venia ignorãtiæ peccat: præſumptione enim atq. obſtinatione quadam nititur, cum ratione ſuperetur.

1. Tim. 1.

α ¶ Ignoſci.] *Apud B. Cyprianum legitur,* Ignoſci enim poteſt, *& his antecedunt ea, quæ leguntur* *j.c. fruſtra. vſque ad ver.* reuelatum.

Idem lib. 2. epiſt. 3. ad Cæcilium.

¶ Dei veritatem, non hominum conſuetudinem ſequi oportet. C. IX.

SI ſolus [d] Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit; ſed quid, qui ante omnes eſt, Chriſtus, prior fecerit. Neque enim hominis conſuetudinem ſequi oportet; ſed Dei veritatem, cum per Eſaiam prophetam Deus loquatur, & dicat, [Sine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum [e] docentes.]

Anſel. l. 9. c. 6. *Matth. 17. Hic eſt filius meus, &c.*

Eſa. 29. Matth. 15.

Liquido igitur apparet, quòd conſuetudo naturali iuri poſtponitur.

CONſuetudo.] CASVS. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes. In prima parte dr, q conſuetudo praua, quæ apud quoſdã obrepſerat, præiudicare nõ debet veritati & rõni. & hoc pbat exẽplo Eſdræ, qui dicit, veritas valet, & inualeſcit. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Idem. Ignoſci.] dr q ſimpliciter erranti poteſt & debet ignoſci: & hoc pbatur exemplo Pauli dicentis: Miſericordiã merui: quia ignorans feci: ſed qui ſciẽter facit, veniam non meretur.

a ¶ Conſuetudo.] pone caſum, vt j. de cõſec. diſt. 3. c. 2. & 3.

b ¶ Eſdram.] quãdo prohibuit Iudæis ne alienigenas ducerent vxores, niſi eſſent de tribu ſua: ipſi autem duxerũt alienigenas de filiis Chananæorum, vt 28. q. 1. §. 1. Vel tangit qualiter bibliotheca & pſalterium à Babyloniis deſtructa, per Eſdram reparata ſit. Vel aliter quæſitum eſt quæ virtus eſſet maior? Reſpondet quidam mulieris, alius regis, alius viri, alius vini, alius veritatis. hanc approbauit Eſdras.

c ¶ Quia ignorans.] arg. q ignorantia iuris excuſat, vt hic, & 30. q. 1. de his. & 2. q. 3. ſi quem. §. notandum 2. & 24. q. 1. ſi quis dederit. & 28. diſt. presbyterum.

2 Not. etiã 38. diſt. in prin. de cõſec. diſt. 2. cap. 3.

SI ſolus.] CASVS. Dicit Cyprianus in hoc cap. q non omnis conſuetudo imitanda eſt, ſed Chriſti veritas: & illud quod ipſe fecerit, qui prior eſt ante omnes. Et hoc probatur auctoritate Eſaiæ reprehendentis Iudæos, qui veritatem non ſequebantur.

d ¶ Si ſolus.] id eſt, nullus ei contrarius. ſic j. 8. q. 1. ſciendum. in fi.

e ¶ Hominum.] ergo Iudæi reguntur humanis conſtitutionibus, & ſic eſt contra. j. 12. diſt. omnia. vbi dicitur q Iudæi tantum diuinis conſtitutionibus reguntur: ſed verum eſt q olim regebantur conſtitutionibus humanis, ſcilicet ſcribarum & Phariſæorum, vt hic dicit. ſed hodie non, vt ibi.

Iudæi viiã conſtitutionibus regãtur.

vac.cum noſtris.& c.litteras. Item ratione cõſuetudinis ſolus abbas ſine cõſenſu fratrũ confert ſtipendia, vt extra de his, quæ fi. à pla. ſine conſ. cap. ea noſcitur. Itẽ in ſacramento baptiſmi pualet conſuetudo, vt j. de cõſec. diſt. 4. c. de trina. Item in matrimonio reſpicitur cõſuetudo. extra de cog. ſpi. ſuper eo. Item in continentia clericorũ. 84. diſt. cum de quorumdã. Item in aliis caſibus, quos not. j. 1. diſt. c. conſuetudo. Scias ergo, q ad hoc q cõſuetudo præiudicet iuri, requiritur, q ſit præſcripta, vt extra de cauſa poſ. cũ eccleſia. & extra de cõſue. c. vlt. Item q obtinuerit in contradictorio iudicio populi, vt extra de verb. ſig. abbate. ff. de leg. cũ de conſuetudine. Item q eo animo fiat, vt credant ſe ius habere, & in poſterum illud intendant facere. alioquin talis vſus non dr vſus, vt ff. de iti. actuq; pri. l. 1. §. Iulianus recte ait. Itẽ vt res illa ſit pſcriptibilis, vt 93. diſt. c. illud. Item q poſſit dici antiqua & approbata, vt extra de poſtula. pla. bonæ 2. circa fi. Item cõtinere debet naturalẽ æquitatẽ. extra de do. & contu. c. 1. extra de conſue. ex parte. Item q ſit de ſcientia principis inducta, non tñ de tolerantia 1, vt ex-

Conſuetudinis multæ ſunt cõditiones.

ε Idem ſen-

DISTINCTIO IX.

QVod autem[a] *& conſtitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur.*

Ait enim Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.

¶Leges principum naturali iuri præualere non debent. PALEA.[α] C. I.

IMperatores, quando pro falſitate contra veritatem conſtituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perſeuerantes: quando autem pro veritate contra falſitatem conſtituunt bonas leges, terrentur ſæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicunque[β] [a] ergo legibus [b] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtẽperare non vult, acquirit grande ſupplicium. Quicũque vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium. Iuo p.4.c.184. Pann.l.2.c.154.

Nam & temporibus prophetarũ omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, ſuper aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonoſor, cum ſeruus eſſet idolorum, conſtituit ſacrilegã legẽ, vt ſimulacrũ adoraretur: ſed eius impiæ conſtitutioni qui obedire noluerunt, pie, fideliterque fecerũt. Dan. 3. Idem tamen rex diuino correctus miraculo piam, & laudabilem legem pro veritate conſtituit, vt quicumque diceret blaſphemiam in Deũ † Sidrac, Miſac, & Abdenego, cum domo ſua penitus interiret. Ibid.

† Deũ verũ] orig.

[α] ¶Palea.] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nulla, aut pauca ſunt paleæ, hoc loco habetur tantũ à verſ.* Quicunque. *vſque ad verſ.* Nam & temporibus. *In alijs autẽ in quibus ſunt, habetur integrum hoc caput, & ſine nota Palea. Eſt autẽ totum in eodem B. Auguſtini loco.*

[β] ¶Quincumque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Pannormia eſt ordo verborum B. Auguſtini, apud quem qui meretur præmium, priore; qui ſupplicium, poſteriore loco ponitur.*

Item ex verbis Iſidori, lib. 3. ſententiarum de ſummo bono, c. 52.

¶Principes tenentur & ipſi viuere legibus ſuis. C. II.

IVſtum eſt principem legibus obtemperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quãdo & ipſe illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri ſuis, nec in ſe conuenit † poſſe damnare iura, quæ in ſubiectis conſtituunt. Iuſta eſt enim vocis eorum auctoritas, ſi quod populis prohibent, ſibi licere non patiantur. Burc. l.15.c.42. Iuo p.16.c.43.

† conuenit fruſtrare iura] orig.

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc nõ habetur: in alijs vero coniunctum eſt ſuperiori, & non habet rubricam.*

Item Auguſtinus in prologo libri tertij de Trinitate.

¶Scripturis canonicis tractatorum litteræ deſeruiunt. C. III.

NOLI MEIS Iuo par.4.c.71. Pann.l.2.c.120.

QVod autẽ.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. In prima ꝓbatur ꝙ nõ valet cõſuetudo contra Deũ. In ſcd̃a ibi, [Noli.] ꝓbatur p ix. cap. ꝙ cõmenta Sanctorũ nõ p̃iudicãt nouo & veteri teſta. Io. de Fã. CASVS. In ſuperiori diſtin. oſtẽſum eſt, ꝙ ius naturale præponitur cõſuetudini, in hac 9. diſt. oſtendit ꝙ ius naturale præponitur cõſtitutioni: & hoc ꝓbatur p ſequentia cap. & itellige hoc de iure naturali, qđ conſiſtit in præceptis & prohibitionibus.

a ¶Quòd autem.] ſ. in proxi. diſt. 3. oſtendit qualiter ius naturale præualet conſuetudini. In hac 9. diſt. oſtendit qualiter ius naturale præiudicat & præualet conſtitutioni hominum. & ſumitur per totam hanc diſtin. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc diſtin. vocat canonicam ſcripturam nouum & vetus teſtamentum.

IMperatores.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ qui bonis legibus, & quæ ꝓ veritate latæ ſunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legibus, & quæ ꝯ̃ Dei volũtatem latæ ſunt, non obtemperat, remunerari debet.

a ¶Quicumque.] Hic incipit cap. aliud eſt paleã. & habes idẽ 23. quæſt. 4. non inuenitur.

b ¶Ergo legibus.] not. arg. à contrarijs, vt 15. quæſt. 3. de crimine. & 24. quæſtione prima. quodcumque ligaueris. & ead. cauſa. quæſt. 2. ſane. 35. diſt. qualis. & fortiſſimũ eſt arg. à contrarijs, 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. l. 1, & 11. q. 3. Argumẽtũ à cõtrario, eſt in iure fortiſſimũ.

1 De hoc legi. & not. 8. q. 1. ſciendum. iuxta finem.

NOli meis.] Imperatores. CASVS.

litteris, quaſi canonicis [a] ſcripturis inſeruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in iſtis. [b] autem quod certum † non habebas: niſi certum intellexeris, noli firmum † tenere.

Idem ad Vincentium Victorem, lib. 4. de anima, & eius origine, cap. 1.

¶ In tractatorum opuſculis multa corrigenda inueniuntur. Cap. IIII.

NEgare [c] non poſſum, nec debeo, ſicut in ipſis maioribus †, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſint iuſto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum, epiſt. 19.

¶ In ſcriptis canonicis mendacia non admittuntur. C. V.

EGo ſolis eis ſcriptorum † [d] qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum † ſcribendo erraſſe [e] audeam credere: ac ſi aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe non ambigā. Alios autem ita lego, vt quantalibet [f] ſanctitate, doctrinaque polleant ‡, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi ● per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles [g] rationes, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt.

● ¶ Mihi per alios.] *Sic etiam in manuſcriptis, & in gloſſa. Apud B. Auguſtinum eſt*, mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *nec multo ſecus apud Iuonem. Alias vero nonnullas varietates ſatis viſum eſt in margine indicare.*

Idem ●.

● ¶ Idem.] *Verba huius capitis ſunt B. Hieronymi ad Lucinium Bæticum, epiſt. 28. ſed mutata non eſt inſcriptio ob gloſſam, in ver. Græci.*

¶ Libris veterum hebræa volumina, nouis græca auctoritatem impendunt. Cap. VI.

VT ueterum [h] librorum † fides de hebræis uoluminibus examinanda eſt, ita nouorum græci [i] ſermo-

CASVS. Quærebant quidam ab Aug. vtrum ſcriptis eius eſſet fides adhibenda tamquam ſcripturis canonicis noui & vete. teſta. & reſpondet q non. In ſcripturis enim canonicis quod inuenitur, incunctanter credendum eſt, in ſcripturis autem Auguſtini quod reperitur non

non eſt habendum pro firmo, niſi certum appareat.

a ¶ Canonicis.] quia de canonicis ſcripturis non poſſumus diſputare an iuſtę ſint, vel non. vt j. ead. quis neſciat.

b ¶ In iſtis.] Loquitur hic ſecundum illa tempora, cū adhuc ſcripta Aug. & aliorum ſanctorum Patrum non erant authentica, ſed hodie iubentur * omnia teneri vſque ad vltimum iota, vt j. 15. diſt. c. vlt. Vel hoc ideo dicit, vt oſtēdat q maior ſit auctoritas veteris teſtamenti, quàm ſanctorum Patrum, vt 10. diſt. in canonicis.

NEgare.] CASVS. Vinc. reprehendebat opuſcula Aug. dicens ibi eſſe multa mendacia. Et certe non eſt mirum dicit Augu. ſi ſua opuſcula culpanda ſunt, cum maiorum opuſcula reprehendantur.

c ¶ Negare.] iuſto iudicio. Vnde Aug. multa opera

poſtea retractauit, vt 29. q. 6. videlicet 12. q. 1. certe. & 26. q. 4. quodam loco.

EGo ſolis.] CASVS. Quæſiuit Hiero. ab Aug. an credat ſcriptores vete. & noui teſta. erraſſe in ſcribendo. Et reſpondet Aug. q non: ſed ſi aliquid in illis ſcriptis mēdacij inuenitur, dicendū eſt codicē eſſe mēdoſum, vel interpretem non bene de græco in latinū tráſtuliſſe, aut dicam me nō intelligere quod ſcriptū eſt. Alijs autem ſcriptoribus nō eſt credendum, & ſi ſancti ſint, niſi quod ſcripſerint probauerint per canonicas auctoritates.

d ¶ Scriptorum.] id eſt, ſcriptoribus.

e ¶ Erraſſe.] Nefas enim eſt dicere, q ſcripturā mentiatur, vt 23. q. 5. quid ergo. immo qd in eis dr, defendere debem⁹ uſq; ad ſāguinis effuſionē, vt 25. q. 1. ſūt qdā.

f ¶ Quantalibet.] Arg. q non eſt conſiderandum quis dicatur, vt 19. diſt. ſm. & eſt arg. p dictis quorundam teſtium, q non eſt credendum magis honorabilior[i] perſonæ q̄ alij: q2 veritas à quocumq; prolata ſemper pręferenda eſt, vt 2. q. 7. quæritur. & ſ. eo. neque. ff. de ſup. leg. l. Labeo. Eis enim magis creditur, qui ſcit aptiora dicunt, vt 4. q. 3. §. item in criminali. ver. ſi teſtes. Nec ſanctitas perſonæ prodeſt, vt eius credat. 50. diſt. ſi quis proponſera. & arg. ad idem 1. q. 1. teneamus. 6. q. 2. placuit. & j. q; 9. c. vlt. Arg. contra 2 11. q. 1. quicumque. 97. diſt. nobiliſſimus. & 8. q. 3. c. 1. & 41. diſt. c. 1. & 11. q. 3. abſit.

g ¶ Probabiles.] Arg. q ratio æquiualet canoni, vt ſ. diſt. 1. conſuetudo. & j. c. ſane. Ioan.

VT veterum.] CASVS.] Dr in hoc cap. q ſicut recurrendū eſt ad volumina Hebræorum, ſi dubitatio aliqua oriatur de veteri teſtamēto: ſic ſi dubitat ſuper libris noui teſta. recurrēdū eſt ad Græcorū ſcripta.

h ¶ Veterum.] id eſt, veteris teſtamenti.

i ¶ Græci.] Hierony. in ſecundo prologo Bibliæ cōtra ait dicens, q emendatiora ſunt exemplaria latina, quam græca, & græca q̄ hebræa. Sed Aug. ad primitiuam eccleſiam reſpicit, quando exēplaria græca & hebręa non erant corrupta: ſed procedente tempore cum populus Chriſtianus multū eſſet auctus, & hæreſes multæ eſſent factæ inter Græcos, in inuidiam Chriſtianorum Iudæi & Græci ſua exemplaria corruperunt, & ſic factū eſt, vt exem-

1 Ad idem 28. q. 4. c. vltimo.

† al. certum habebas. exēpp.

† al. firmiter retinere orig.

Iuo par. 4. c. 73.

† moribus orig. & Iuo.

Iuo par. 4. c. 74. Pann. l. 2. c. 119.

† ſcripturarum libris orig. & Pann.

† eorum auctorem in ſcribēdo aliquid erraſſe firmiſſime credam orig. Iuo, & Pann.

† præpolleat origin.

Scriptura non mentitur.

Veritas à quocumq; dicat, omnibus eſt præferēda.

† Adde Iacob. But. & etiam aliquid p Barto. in l. in tantum. §. ſi cum lege ſeq. ff. de re di. & Alex. de Imo. in l. bene ad cognitionem. col. 9. ff. ſi cer. pe.

1 Iſta contraria omnia quę ſequuntur, aut nullo modo contradicunt, aut valia ſunt contraria. Vel dic quōd hoc ſūt cōtraria: q2 vni ſoli quandoq; creditur, vt ſlla iuta ꝑbant proptec dignitatem perſonę ſecundum Ioan. de Fan.

* Hoc in c. illo. vlt. ſubetur de epiſtola B. Leonis ad Flauianū.

exemplaria eorum magis corrupta sunt quàm latino-rum, ad quod tempus respicit Hiero. Vel respicit ad lati-na exemplaria à fidelibus interpretibus translata. Aug. re-spicit ad exemplaria latina à non fidelibus & falsatori-bus translata: in quibus si quid falsitatis videatur, dicit eundum esse ad originalia: Vel dic quod in hoc magis credendũ est Hieronymo, quàm Aug. quia inter istos tres Aug. Hieron. & Greg. Augustino magis credẽdũ est in disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus: Gregorius in moralibus præponitur, quia non oẽs in omnibus: sed certi per certa, &c. C. de vete. iu. enu. l. 1. ibi, quia non oẽs. Et est hic arg. quod quãtũcumq; authenticũ sit aliqd instrumentũ: si tñ de ipso aliquid in dubium reuocatur, semper exhibendum sit illud à quo originem ducit, vt 76. dist. c. ieiunium. in prin. & ꝟ. 25. q. 1. sancimus. & optime extra de senten. & re iudicata inter. Et hoc ꝟ dominum Alberic. qui dicit, quod si vna publica charta originem ducit ab alia publica charta, non est necesse exhibere originalem arg. in Authent. vt fratrum filij. §. quia vero. coll. vij. sec⁹ in priuata. Authent. vt spõ. larg. §. & hoc insuper. coll. 8. arg. pro ipso 19. dist. si Romanorũ. Quid iuris sit de hoc, dixi ꝟ. 100. dist. contra morem.

Augustinũ disputationes, Hieronymũ trãslationes, & Gregoriũ moralia cõmendant.

falsitatis reperiatur in instrumento, quod totum redditur suspectum: nec ei credetur. vt ff. de fide instr. l. 2. in fi. & hoc notaui in quæstionibus Bart. Brixien.

d ¶ Pondere.] idest, auctoritate.

Quis nesciat sanctam.] Casvs. Dicitur in hoc c. quod qui-

[...]nis[a] normam desiderat.

Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

¶ Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa. C. VII.

Si ad scripturas sanctas admissa fuerint vel † officiosa[b] mendacia; quid in eis[c] remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sentẽtia proferetur; cuius pondere[d] contentiosæ falsitatis obteratur † improbitas?

† al. certum ... [...] Iuo p. 4. c. 115. † al. velut officiosa.] orig. al. fuerint officiosa † al. subruatur.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.

¶ Litteris omniũ episcoporũ sacra præponitur scriptura. C. VIII.

Qvis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quàm noui testamenti certis suis terminis[e] contineri, eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & disceptari[f] non possit, vtrum uerum vel vtrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem litteras, quæ post confirmatum canonem uel scriptæ sunt, uel scribuntur per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremque † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à ueritate deuiatũ est.

Iuo p. 4. c. 117. Polyc. l. 3. tit. 21.

† al. doctiorumque

Idem ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas.

¶ Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

Noli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias[g] ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue (antequam pars Donati[h] separaretur) ipsius vnitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim

Deusdedit p. 1. Ansel. l. 4. c. 58. Iuo p. 4. c. 116.

Officiosa quæ dicuntur. Inofficiosa quæ dicãtur.

a ¶ Sermonis.] totum enim nouum testamentum scriptum est græce præter Euangelium Matthæi, & epistolã Pauli ad Roma. quæ est scripta latine. Ioan.

§ Scilicet super diuersis articulis: scilicet si ille articulus non est vitiosus, in quo tota est vis quæstionis, vt in hac decret. ex litteris. & sic intelligitur C. de testa. si vitiosus. & ff. de fide instru. l. 2. secundũ Io. de Fan. ab[...]

Si ad.] Casvs. Dicit Aug. quod si in sacris scripturis inueniatur mendacium etiam officiosum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis potest fides ferri.

b ¶ Officiosa.] Officiosa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obsunt, & alicui prosunt: sicut inofficiosum dicitur testamentum, quod est contra officium pietatis, vt ff. de inoffi. testa. l. 3.

c ¶ Quid in eis.] Arg. quod si instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsæ, quod in totum reprobantur, vt ꝟ. 16. dist. canones. & 3. q. 9. pura. & ꝟ. de cons. dist. 5. non liceat. & ff. de ædil. edic. eiusdem. Arg. ꝟ. 32. dist. qui de mensa. 11. q. 2. si quis. & de consec. dist. 4. si non sanctificatur. & 17. q. 4. quæsitum est. & extra de arbi. cum tempore. & de præb. dilectus. & C. de transac. si ex falsis. Sol. si plura sibi connexa sunt, vel vnum est accessorium alteri, vno cassato connexa & accessoria cassantur: secus si diuersa & separata sunt. ff. de mi. etiam. §. fi. & ff. de neg. gest. cum actum. & 2. q. 6. diffinitiua. ver. est autẽ quique. circa fi. Vel distingue, vt distinguitur extra de fide instr. ex litteris. Donat ego dico, quod si aliquid

quilibet debet scire scripturam veteris & noui testa. præponi scripturis episcoporum: & nemo debet dubitare de ea vtrum verum sit vel rectum quod in ea continetur. scripta vero aliorum possunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui sunt maioris auctoritatis.

e ¶ Terminis.] id est, libris.

f ¶ Disceptari.] ita vt in dubium reuocentur quæ ibi statuta sunt. Sed disputare licet de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobando. 96. dist. satis.

Noli.] Casvs. Vincen. Donatista reprehendebat scripta noui & vete. testa. quia in scriptis quorundã episcoporum quædam reprehendenda inueniebantur. Sed eum reprehendit Aug. quia illa reprehendenda nõ sunt: hæc vero sic: quia ab auctoritate canonum distinguuntur, vnde reprehendi possunt, si contra veritatem scripta sunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et si quid aliter sapitis; &c.

g ¶ Calumnias.] verba enim iuris non sunt calumnianda. ꝟ. 37. dist. relatum. & ff. ad exhib. l. penult.

h ¶ Donati.] Donatus primo fuit catholicus: sed postea est in hæresim lapsus: cuius hæresi adhæserunt Cyprianus & Agrippinus.

Neque.]

NEque.] CASVS. Aug. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eum reprehendebat: Nunc autem ei reſcribit, & dicit quod non vult adhibere tantam fidem illis ſcripturis quantam adhibet canonicis. & licet eis honor debeatur: tamen vult eas corrigere ſi quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de ſuis ſcriptis.

a ¶ Diſputationes.] id eſt, expoſitiones. nõ enim ex ipſo lęditur fama alicuius per id quod reprobatur teſtimonium ſuum, vt extra de excep. denique.

b ¶ Eorum ſcriptis.] Arg. quod quiſq. iuris in alterum ſtatuit, &c. ſic 2. q. 6. qui ſe ſcit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quiſq. iur. l. 1. extra de conſti. cum omnes.

ſic leguntur, tamquam ita ex eis teſtimonium proferatur, vt contra ſentire non liceat, ſicubi forte aliter ſapuerint, quàm veritas poſtulat. In eo quippe numero ſumus, vt nõ dedignemur etiã nobis dictum ab Apoſtolo accipere: [Et] ſi quid aliter ſapitis, id quoque Deus vobis reuelauit β.] — *Phil. 3.*

α ¶ Siue antequam.] *Antea legebatur, ſiue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati ſeparetur. Reſtituta eſt vera lectio ex B. Auguſtino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim & Agrippinus multo ante Donati ſchiſma in eccleſiæ vnitate deceſſerunt: qua in re errauit auctor gloſſæ.*

β ¶ Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo. & aliquot editiones noui teſtamenti. Sed idem B. Auguſtinus in Ioannem, tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere ſemper legit, reuelabit, & explanat. Græce eſt ἀποκαλύψει.*

Item ad Fortunatianum, epiſt. 111.

¶ Non debetur par auctoritas canonicis ſcripturis, & expoſitionibus earum. C. X.

Iuo p. 4. c. 137.

NEque quorumlibet diſputationes [a], quáuis catholicorum, & laudatorum hominum, velut ſcripturas canonicas habere debemus; vt nobis nõ liceat ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis [b] improbare, atque reſpuere; ſi forte inuenerimus, quòd aliter ſenſerint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis. Talis† ego ſum in ſcriptis aliorum, quales † volo eſſe intellectores meorum.

† al. Qualis.] orig. Ante. † al. tales]

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei, lib. 1. c. 23.

¶ Exemplis ratio ſana prefertur. C. XI.

Poly. c. 1. tit. 26.

SAna [c] quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt: cui [d] quidem & exempla concordant [e]; ſed illa [f], quæ tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora [g] pietate [h].

Cum ergo [i] in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri; nihilque vetetur, quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica ſcriptura nihil aliud, quàm in diuinis legibus inueniatur; diuinæ vero leges natura conſiſtant; patet, quod quæcumque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur; eadem & naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcumque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur; eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo vel eccleſiaſticæ, vel ſæculares, ſi naturali iuri contrariæ probantur, penitus ſunt excludendæ.

DISTINCTIO X.

CONSTITV-

SAna.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. verum ratio iuris naturalis ſit exemplis anteponenda? Et reſpondet quod ſic, ſed non illis, quæ cũ ratione concordant.

c ¶ Sana.] alias ſane.

d ¶ Cui.] rationi.

e ¶ Cõcordãt.] quinque.

f ¶ Sed illa exẽpla.] Hoc ideo dicit, quia non ſemper imitãda ſunt exempla. C. de ſen. nemo. ſed exemplũ Papæ eſt ſequendum, vt 16. q. 3. licet. extra de ſen. & re iud. in cauſis.

g ¶ Excellentiora.] Non eſt tale exemplũ Lucretiæ 1. 32. q. 5. propoſito. verſ. Lucretiam.

1 Sed in ratione. q. d. vbi exẽplũ non cõcordat rõni, non eſt ſequẽdũ: nã illud exemplũ Lucretiæ nõ concordat rõni. Archid.

h ¶ Pietate.] Arg. pro miſericordia à iudice impetrãda, vt 45. diſt. licet plerumq; 26. q. vlt. alligant. 50. diſt. ponderent. 1. q. 7. diſpenſationes. & c. exigunt. 86. diſt. non ſatis. 35. q. 9. veniam. de pœn. diſt. 1. quia diuinitatis 2. Arg. cõtra 50. diſt. abſit. 23. q. 4. eſt iniuſta. 35. q. 9. loci. contra 45. diſt. ſed illud. extra de ſortileg. ex tenore.

2 Et extra de ſortil. c. 2. in parte deciſa.

i ¶ Cum ergo.] Infert ex ſupradictis vel cõtinuat ad inferiora hoc modo. cum in iure naturali nihil præcipiatur, vel vetetur quàm quod Deus vult fieri vel non fieri, & in canonica * ſcriptura nihil aliud quàm quod in diuinis legibus inueniatur: diuinæ vero leges naturæ conſiſtunt: patet quòd quæ contraria diuinæ ſeu canonicæ legi inueniũtur, iuri naturali cõtraria ſunt, & iuri naturali poſtponuntur. Et facit hic correlationem iuris naturalis ad canonicam ſcripturam & diuinas leges.

* *Vide ſupra diſ. 6. c. non eſt peccatũ. §. his itaque.*

COnſtitutiones.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinque capitula, quòd leges principum non præiudicant canonibus. Secunda ibi, [Ecce.] Ioan. de Fan.

CASVS.

Canones præferũtur legibus.

C A S V S. Oſtenſum eſt ſupra ꝙ ius naturale præfertur conſuetudini & conſtitutioni tam eccleſiaſticæ, quàm ſeculari. In hac vero 10. diſt. oſtenditur, ꝙ cõſtitutio eccleſiaſtica præfertur ſeculari cõſtitutioni. & ad hoc inducuntur ſequentia cap.

a ¶ Conſtitutiones.] in hac 10. diſt. oſtendit magiſter, ꝙ ſecularis conſtitutio cedit eccleſiaſticæ: quia ſacræ leges non dedignantur ſequi ſacros canones, vt 2. q. 3. §. hinc colligitur. extra de iudic. clerici 1.

1 Concor. text. in l. 1. leges ſacratiſſimæ. cũ concor. vulga. C. de epiſcopis & cler.

Lege.] C A S V S. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte quærebatur à Nicolao, an legibus imperatorũ ſit in omnibus controuerſijs eccleſiaſticis vtendũ. Et rũdet ꝙ nõ, vbi leges videtur canonibus obuiare. In ſecunda parte quæ incipit ibi, [Item. &c.] quærebatur an lex Imperatoris præſit diuinæ, vt per eã iura eccleſiaſtica diſſoluantur. Et reſpondet ꝙ non, & hoc probatur duorum auctoritate, ſcilicet Innocentij & Gregorij. Dicit enim Innocentius, ꝙ in vna prouincia non debet eſſe niſi vnus metropolitanus: cum eccleſia hoc ſtatuat. Vnde ſi Imperator diuidat vnã prouinciam in duas, nõ propter hoc erũt ibi duo metropolitani. Item ſtatutum eſt ab eccleſia, vt dicit Gregorius, vt poſt carnalem cõmiſtionẽ alter coniugum nõ poſſit ad religionem tranſire ſine conſenſu alterius: ſed lex ſecularis ſtatuit contrarium. ſed ſtatutũ eccleſiæ præualet: quia etſi lex humana conceſſit, lex tñ diuina prohibuit. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Non quòd.] circa fi. dicitur ꝙ bene vti poſſumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

b ¶ Diuiſis imperiali iudicio prouincijs.] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de offic. aſſeſ. ſi eadem. & Papa epiſcopatus diuidit: & vnit epiſcopus eccleſias, vt extra de exceſ. præla. ſicut vnire. Quid autem iuris ſit dum vniuntur vel diuiduntur, no. 16. q. 1. poſtquàm. &c. & temporis. Licet ergo Imperator diuidat vnã prouinciã in duas, nõ ideo erunt duæ metropoles, vt hic. & 101. diſt. peruenit. Et eſt hic arg. ꝙ ſi princeps legitimat aliquẽ in temporalibus, non ideo eſt legitimatus in ſpiritualibus. extra qui filij ſint legi. per venerabilem. niſi vbi princeps reſtituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, vt 6. q. 1. §. verum.

Legitimatꝰ quo ad tẽporalia nõ cenſetur quo ad ſpiritualia.

c ¶ Eccleſiam.] Eccleſia non adſtringitur mundanis legibus. 33. q. 2. inter. nec etiã de rebus eccleſiaſticis poteſt Imperator legẽ cõdere, vt 96. diſt. bene 2. niſi hoc eccleſia petat, vt 17. diſt. §. hinc etiã. & niſi in eccleſia priuilegiũ ſtatuat aliquid, vt 16. q. 1. generaliter. & q. 3. nemo. Io.

1 Leges ſæculares eccleſiam non adſtringũt.

d ¶ Diuiſiones.] Arg. ꝙ epiſcopus inuito plebano non poteſt diuidere parochiam eius: nec Papa inuito epiſcopo diuidere epiſcopatum, vt 16. q. 1. multis. quod enim eſt vnũ, diuidi non poteſt, vt 24. q. 1. loquitur. & cap. ſchiſma. Ioan. Sed credo ꝙ Papa hoc poſſit facere ex cauſa, & etiam epiſcopus 3, vt in extra de exceſ. ſicut vnire. Bart.

2 Vide quæ not. 5. q. 6. presbyteri 2. & 22. q. 8. conuenior. in gl. eccleſia cũ. &c.

3 Sub. & hoc eſt verum cum nulli ſit præiudicium. aliàs ſecus. 2. q. 6. qui ſe ſcit. Ioã. de Fan.

e ¶ Lex humana.] vt habes 27. q. 2. ſunt qui dicunt. Sed mirum eſt cum Iuſtinianus fuerit valde catholicus Imperator, qualiter illud ſtatuerit cõtra legẽ Dñi: cum Dñs dixerit ꝙ ob ſolã cauſam fornicationis mulier poſſit ſeparari à viro, vt 33. q. 2. quos Deus. Sed dic (vt quidã dicunt) ꝙ ignoranter fecit: & ideo veniã meruit, vt 8. diſt. conſuetudo. Vel errauit ſicut Hiero. vt 26. diſtin. c. 1. Vel ideo permiſit 4 hoc, vt grauia vitarentur: ſicut vſuras permiſit vt vitarentur rapinæ: & coniugia permiſit diſſolui, vt vitaretur vxoricidium, vt 33. q. 2. ſi quod verius.

4 De comparatiua permiſſione, & qua not. 3. diſt. cap. vlt.

f ¶ Contra hereticos.] Et ſi ...tor pro me quo non vtor contra me. 7. 37. diſt. ſi quid verius & 2. q. 7. ſi hæreticus. & ſic eſt contra 19. diſtin. ſi Romanorum. in fi. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item ſi quis teſtibus.

...tiones a vero principum eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit epiſcopis in concilio apud Compicinum congregatis.

¶ Lex Imperatorum eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt. C. II.

Iuo par. 4. c. 87. Pann. l. 2. c. 138. Anſel. l. 1. c. 97. Polyc. l. 1. tit. 27.

LEge a Imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſijs vtendum eſt, præſertim cum inueniatur euangelicæ, ac canonicæ ſanctioni aliquoties obuiare. *Item* †. ¶ Lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ad quod oſtendendum duorum horum †, ſcilicet Innocentij, & Gregorij ſatis ſufficiunt teſtimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epiſtola ſua ad Alexandrum Antiochenum epiſcopum ait: [Nam quod ſciſcitaris, vtrũ diuiſis b imperiali iudicio prouincijs, vt duæ metropoles fiant, ſic duo metropolitani epiſcopi debeant nominari; non viſum † eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarũ Dei eccleſiam c commutari, honoreſque, aut diuiſiones d perpeti; quas pro ſuis cauſis faciẽdas duxerit Imperator.] Beatus autem Gregorius ſcribens ad Theoctiſtam patritiam, inter cetera: [Si, inquit, religionis cauſa coniugia debere diſſolui dicantur; ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana e conceſſit; lex tamen diuina prohibuit.] Ecce quẽadmodum imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ecce qualiter, quod lex humana conceſſit, diuina lex prohibuit. ¶ Non quòd Imperatorum leges (quibus ſæpe eccleſia vtitur contra hæreticos f, ſæpe contra tyrannos; atque cõtra prauos quoſque defenditur) dicamus penitus renuendas; ſed quòd eas euangelicis, apoſtolicis, atque canonicis decretis (quibus poſtponenda ſunt) nullum poſſe inferre præiudicium aſſeramus.

† al. Idem

In cap. adiectis, c. 17. Burch. l. 15. c. 10. Iuo p. 16. c. 11. Pann. l. 2. c. 139.

† horum] orig.

Innoc. 1. epiſt. 18. c. 2.

† vere viſum] orig.

Lib. 9. reg. epiſt. 39.

Iuo p. 4. c. 187. Pann. l. 2. c. 140 ex capit. adiectis, c. 17.

a ¶ Lege.] *Caput hoc ſumptum eſt ex epiſtola Nicolai, quæ extat in codice bibliothecæ Dominicanæ; de quo dictum eſt ſupra.*

Non

a Non licet.] Caſũ pſentis capituli pone p te ipſum. ¶ Non licet.] Arg. ꝯ illas leges, quæ permittunt vſuras exigere. arg. 11. q. 1. c. quicumque litem. & 9. diſt. c. 3. ver. quicũque. & 96. diſt. bene 11. q. 3. qui omnipoten tẽ. 15. q. 1. omne qd. & c. nulli. & c. generali. 23. q. 8. cõuenior.

Certum.] Casvs. Imperator volebat præeſſe rebus eccleſiaſticis; & prælatis eccleſiarum obedire nolebat: immo quod plus eſt, eis dñari volebat, & iura præſcribere, quem Felix Papa docet eccleſiæ debere colla ſubgere, quem Felix Papa docet eccleſiæ debere colla ſubmittere, & non velle eius ſacerdotibus dominari: ne ſi ꝯ fiat, eatur in contumeliam creatoris.

diſt. 8. c. mala. Titulus autem epiſtolæ, hic eſt, Nicolaus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſſimis, ac ſanctiſſimis cõfratribus noſtris metropolitanis epiſcopis, & ceteris diuerſarum prouinciarum, ac vrbium præſulibus, qui in Conuicinum villam publicam ſecus ciuitatem Siluanectis conueniſtis. *Eadem epiſtola nuper impreſſa eſt in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum.*

C ¶ Obuiare.] *Apud Nicolaum ſequitur continenter,* ad quod oſtendendũ, &c. *Quæ autẽ apud Gratianũ ſunt interiecta, non ſunt hoc loco in epiſtola, neque in Polycarpo, neque apud Anſelmũ: ſed verba illa,* Lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus, *à Burchardo, & Iuone citantur ex decretis Pij Papæ, c. 3. habentur autem in capitularibus adiectis, c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite. §. ecce quemadmodum.*

Item Symmachus † Papa in ſexta ſynodo Romana tempore Theodorici regis.

¶ Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet. C. II.

Deuſd. p. 1. & 3. Burch. l. 15. c. 8. Iuo p. 4. c. 231. & par. 16. c. 9. Pann. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. tit. 1.

NOn licet a Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra diuina mandata præſumere, nec quidquam quod euangelicis, propheticis, aut apoſtolicis regulis obuiet, agere.

† In exẽplari Veronẽſi eſt] *Felix iij.*

Item Felix † Papa.

¶ In eccleſiaſticis cauſis regia voluntas ſacerdotibus eſt poſtponenda. C. III.

Anſel. l. 4. c. 11. Polyc. l. 1. c. 18.

CErtum eſt b hoc rebus veſtris eſſe ſalutare, vt cum de cauſis Dei agitur, iuxta ipſius conſtitutionem, regiam voluntatem ſacerdotibus Chriſti ſtudeatis ſubdere, non præferre; & ſacroſancta c per eorum præſules potius diſcere, quàm docere, eccleſiaſticam † formam ſequi, non huic humanitus ſequenda iura præfigere; neque eius ſanctionibus velle dominari, cuius d clemẽtiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla ſubmittere e: ne, dum menſura f cæleſtis diſpoſitionis † exceditur, eatur in contumeliã diſponentis.

† *al. eccleſiæ*

† *al. diſpenſationis*

Item †.

† antea legebatur.] *Idem*

¶ Bonis moribus & decretis Romanorum Pontificum conſtitutiones contraire non poſſunt. C. IIII.

Habetur in cap. Hadriani, n. 39. Deuſdedit par. 1. & 3. Anſel. l. 3. c. 88. Burch. l. 15. c. 9. Iuo par. 5. c. 38. & par. 16. c. 10. Polyc. l. 1. c. fin.

COnſtitutiones g cõtra canones, & decreta præſulũ Romanorum, vel bonos mores h nullius ſunt † momenti.

Item Nicolaus Papa I. in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium eſt, [*Propoſueramus.*]

¶ Quæ ſacerdotum ſunt, regibus vſurpare non licet. C. V.

IMperium veſtrum ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus i debet eſſe contentum; non vſurpare quæ ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & Magiſtratum iratum.

b ¶ Certum eſt.] Hoc cap. & c. ſuſcipitis. & c. quoniam loquuntur quaſi de eadem materia.

c ¶ Et ſacroſancta.] id eſt, præcepta.

d ¶ Cuius.] ſcilicet eccleſiæ.

e ¶ Submittere.] Imperator enim fili9 eſt eccleſiæ, non præſul. vt 96. diſt. ſi Imperator. & inclinabit caput ſuũ epis, vt 63. diſt. Valẽtinianus. & excõicari poteſt ab epõ, vt 18. diſt. qm quidem. & 96. diſt. duo.

Imperator inferior eſt epiſcopo.

f ¶ Menſura.] ideſt, Imperator excedis menſuram ſuam.

g COnſtitutiones.] Nunquid ergo legibus ſemper derogatur per canones? Abſit, niſi quo ad cauſas ſpirituales. & hoc eſt quod dr̃ de cõſec. diſt. 3. celebritatẽ. ibi alia eſt ratio cauſarum ſecularium, alia diuinarũ. arg. ĩ. eod. c. 1. vtrumque enim ſuo modo rationabiliter conſtitutum eſt, ſed diuerſo modo. arg. ĩ. ea. certum. Nec Papa põt leges tollere, niſi quo ad ſuum forum. Imperiũ eñ & ſacerdotium ex eodem principio ꝓdierunt, vt in authẽtica quomodo oporteat epiſcopos. in princ. coll. 1. arg. ĩ. ead. diſt. quoniam. ſed hoc non credo, vt extra de præſcriptio. quoniã omne.

Caſus duorum iſtorũ capitulorũ planus eſt.

Imperium & ſacerdotium ex eodem procedunt.

h ¶ Mores.] nec iuramentum obligat ꝯ bonos mores, vt extra de iureiu. quemadmodum. & ff. de leg. 1. ſi quis inquilinos. §. vlt.

Iuramentum cõtra bonos mores, non obligat.

i IMperium.] ¶ Adminiſtrationibus.] Diſtincta eſt enim poteſtas ſua à poteſtate Pontificali, vt ĩ. ea. qm. & 96. diſ. cum ad verum. Alioquin ſi vſurpat eorũ officia, lepra percutitur, vt Ozias. 2. q. 7. §. item Dauid.

Imperator lepra percutitur, ſi officium ſacerdotale vſurpat.

maior. arg. contra diſt. 63. cap. Hadrianus 2. 2.

Tamen

Tũ inuenitur, ꝙ reges conferunt decanatus, vt extra de conſue. cum inter, in parte deciſa. Ioan.

SVſcipitis.] CASVS. Imperatores Conſtantinopolitani volebant ſuas conſtitutiones præferri eccleſiaſticis: contra quos inuehitur Gregorius Nazianzenus, & dicit ꝙ maiorẽ principatum dedit Chriſtus præſulibus eccleſiarum & perfectiorẽ, quàm ipſis Imperatoribus. vnde ſi legem ſuſcipiunt Ieſu Chriſti, poteſtati eccleſiæ ſubijci debent: cum ſpiritus carni præferatur, & lex diuina præferatur humanæ.

i ¶ Dei & hominũ.] Ideſt, diuinæ & humanæ naturæ. de conſecr. diſt. 2. In Chriſto pater.

K ¶ Sic actibus.] ſcilicet ipſorum officiorum. Quædã enim fecit tamquam Imperator, cum vendentes & ementes flagellando de templo eiecit. 1. q. 3. ex multis ꝫ. & c.

Chriſtus fuit Imperator & ſacerdos. ꝫ c. accuſator. 2. q. 7.

¶ Tribunalia regum ſacerdotali ſunt poteſtati ſubiecta. Cap. VI.

SVſcipitis ne libertatẽ [a] verbi? libenter accipitis [b], quòd lex Chriſti ſacerdotali vos ſubijcit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdit? Dedit enim & nobis poteſtatem: dedit & principatũ multo perfectiorem [c] principatibus veſtris. Aut nũquid iuſtũ vobis videtur, ſi cedat ſpiritus [d] carni [e]; ſi à terrenis cæleſtia ſuperẽtur; ſi diuinis præferãtur humana?

2 *Ecce quòd conſtitutiones principum eccleſiaſticis legibus poſtponendæ ſunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint; omni reuerentia digna habeantur. Vnde Auguſtinus ait in dialogo, ideſt lib. 2. contra litteras Petiliani, c. 58.*

¶ Leges Imperatorum in adiutorium eccleſiæ a licet aſſumere †. Cap. VII.

† *al. aſſumi.* Iuo p. 4. c. 183. Pann. l. 2. c. 113.

SI in adiutorium [f] veſtrum etiã terreni imperij leges aſſumendas putatis, nõ reprehendimus. ¶ Fecit hoc Paulus, cum aduerſus iniurioſos ciuẽ [g] Romanũ ſe eſſe teſtatus eſt. Act. 22.

a ¶ Eccleſiæ.] *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit, quaſi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem eccleſiæ latis; cum ibi B. Auguſtinus Petiliano, & Donatiſtis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipſos in adiutorium ſuum vti poſſe; modo id fallaciter non facerent; quod eos feciſſe conuincit.*

Item β Nicolaus Papa I. in epiſtola 7. ad Michaelem Imperatorem.

β ¶ *Huic capiti in codicibus impreſſis erat præpoſitus hic titulus,* Cyprianus Iuliano Imperatori: *quod eſt contra omnem temporum rationem. In manuſcriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abeſt dictio,* Imperatori, *quemadmodum & apud Iuonem. Nonũ autem habet,* Iuliano epiſcopo. *aliud peruetuſtum,* Iubiano. *Ceterũ integrum hoc caput eſt in epiſtola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Propoſueramus; *ex quo refertur infra diſt. 96. c. cum ad verum, vnà cum alijs verbis eiuſdem epiſtolæ, ex quibus hæc pendent. Et ſumptum eſt ex Gelaſio in tomo de Anathematis vinculo.*

¶ Reges pontificibus pro æternis, & pontifices regibus pro temporalibus indigent. Cap. VIII.

Iuo p. 4. c. 188. ꝫ. diſt. 96. c. cum ad verum.

QVoniam [h] idem mediator Dei [i], & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus [k] proprijs & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq. diſcreuit [l] propria α, 1. Tim. 2.

a ¶ Libertatem.] ideſt, verbum prædicationis.

b ¶ Accipitis.] ideſt, accipere debetis.

c ¶ Perfectiorem.] vt 95. diſt. duo ſunt.

d ¶ Spiritus.] ideſt, eccleſiaſtica cõſtitutio.

e ¶ Carni.] ideſt, ſæculari conſtitutioni.

ECCE. Hæc eſt ij. pars diſt. in qua probatur per vij. cap. ꝙ quando leges nõ contradicunt canonibus, amplectendæ ſunt. Archid.

CASVS §. per ſe patet, & ad probandum iſtud quod dr̃ in §. inducit Grat. ſeq. cap.

SI in adiutorium.] CASVS. Petilianus defendebat ſe legibus contra Auguſtinum, & alios catholicos. Aug. de hoc ipſum non reprehendit, quoniam & Paulus hoc fecit, cum teſtatur ſe eſſe ciuem Romanum.

f ¶ Si in adiutoriũ.] Hoc ideo dicit, quia non ſunt allegandæ 1 leges, niſi in defectum canonum, vt extra de no. ope. nũt. intelleximus.

1 Ideſt, in cauſis eccleſiaſticis recipiẽdæ.

g ¶ Ciuem.] ciuem Romanum appellat ſe: quia pater eius ſocietatem contraxerat cum Romanis, & in ſignum fuit data ei penula 2.

2 Ad horũ intelligentiam ſcias ꝙ gloſ. 2. tit. 3. dicit ſic: Penula veſtis erat conſularis, qua induebantur cõſules ingredientes curiam.

QVoniam.] CASVS. Iulianus Imperator vendicabat ſibi imperium & pontificatum: quod locum habuit in veteri teſtamento. Sed dicit Cyprianus, quòd poſtquam Chriſtus venit, ſic officia vtriuſque poteſtatis diſcreuit, vt Imperator terrenis, Pontifex cæleſtibus præſideret: ne propter duplicem poteſtatem homo ſuperbiens rurſum ad inferna demergatur: ſed cum opus eſt, altera poteſtas viciſſim alteram ſubleuaret. Idem caſus eſt 96. diſt. cum ad verum.

h ¶ Quoniam.] Hoc cap. eſt pars illius 96. diſt. cum ad verum.

& c. vendentes. Quædam vt ſacerdos, cum ſeipſum obtulit hoſtiam diſcipulis ſuis dicens: Hoc eſt corpus meũ. &c. de conſec. diſt. 2. ſacerdos. Sed contrarium probatur per auctoritatem iſtam: ſcilicet ꝙ Deus noluit ea eſſe diſtincta, cum per ſeipſum vtriuſque poteſtatis actus exercuit. Reſpon. hoc ideo fecit, vt oſtenderet, ꝙ vtraque poteſtas ab eo proceſſit 4, non ꝙ vna perſona illa duo officia exerceat, vel gerere debeat. hæc enim duo dona, imperium & ſacerdotium ab eodem principio ſunt, vt in Authen. quomodo oporteat epiſcopos, in princ. coll. 1.

4 Ad hoc 23. q. 4. quãtum.

l ¶ Diſcreuit.] Cum ergo poteſtates iſtæ ſint diſtinctæ, eſt hic

Papa an habeat vtrunque gladium.

eſt hic arg. φ Imperium non habetur à Papa, & φ Papa non habet vtrunque gladium. nã exercitus facit Imperatorẽ, vt 93. diſt. legimus. & imperium à ſolo Deo habetur, vt 23. q. 4. quæſitũ. alioquin ſi ab ipſo haberetur, licite appellaretur in tẽporalibus ad ipſum: qd̃ ꝓhibet Alex. & dicit φ illa non cõtingunt ſuã iuriſdictionẽ. extra de app. ſi duob⁹. & extra qui filij ſint legi. cauſam 1. & c. lator. Item eccleſiæ ſoluunt tributum Imperatori, vt 11. q. 1. magnum. Sed contra, & cæleſtis & terreni imperij iura ſunt ei conceſſa, vt 22. diſt. c. 1. Itẽ Imperator iura Papæ, vt 63. diſt. ubi dño. & Papa deponit Imperatorẽ, vt 15. q. 6. alius. Itẽ ipſe tranſtulit imperiũ de Oriẽte in Occidentẽ. extra de elec. venerabilẽ. Ego credo poteſtates eſſe diſtinctas, licet Papa quãque vtramq; poteſtatem ſibi aſſumat: ſcilicet cũ legitimat aliquem in ſpiritualibus & tẽporalibus, vt extra qui fil. ſint legi. per venerabilẽ. ſed illud fuit ad petitionẽ regis, qui hoc ipſum feciſſe potuit, vt ibi dicit. Nec ob. φ à ſæculari iudice appellatur ad Papam: quia hoc fit propter defectum iudicis ſæcularis, vt exprimit extra de foro cõpe. licet. ſed facit ad petitionem regis. Nã etiã vacante imperio ſupplet defectum imperij, vt extra de fo. cõpe. licet. 1 2. vbi & hoc in glo. ſic patet. & de iud. nouit. in gl. a.

volẽs medicinali humilitate hominũ corda ſurſum efferri, nõ humana ſuperbia rurſus in inferna demergi: vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerẽt; & pontifices pro curſu [a] temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus ſpiritalis actio à carnalibus diſtaret incurſibus; & † ideo militans Deo minime ſe negotijs ſæcularibus implicaret; ac viciſsim non † ille rebus diuinis præſidere videretur; qui eſſet negotijs ſæcularibus implicatus.

† al. & militans

† al. ne

a ¶ Propria.] *In originali eſt*, propriam volens medicinali humilitate ſurſum efferri. *Ino habet vt Gratianus hic in pleriſque codicibus. In nonnullis tamen eſt*, propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri; *quemadmodum etiam infra diſt. 96. c. cum ad verum. Apud Gelaſium loco indicato legitur*, ſic actionibus propriis, dignitatibusq. diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, ſuos volens medicinali humilitate ſaluari, non humana ſuperbia rurſus intercipi, vt & Chriſtiani, &c.

Item Leo iiij. Lothario Auguſto.

¶ Leges Imperatorum cuſtodiri oportet. C. IX.

Iuo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149

DE capitulis, vel pręceptis imperialibus veſtris, veſtrorumque [a] pontificum [b] prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis, & conſeruandis; quantum valuimus, & valemus Chriſto propitio, & nunc & in æuum † nos conſeruaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem [c].

† al. æternum

c ¶ Veſtrorumque.] *Epiſtola hæc non eſt inuenta; & in iſtis verbis videtur ſubeſſe mendum, ex quo auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſerit; qui Chriſtianis Imperatoribus, cuiuſmodi fuerant prædeceſſores Lotharij, attribuat illud, quod Iſidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores ſolitos fuiſſe appellari pontifices. de qua re optime Gelaſius in tomo de Anathematis vinculo, & infra diſtin. 21. c. cleros. Apud Iuonem legitur*, veſtris, noſtrorumq. etiam pontificum prædeceſſorum. *in Pannormia*, noſtris, noſtrorumque pontificum, & prædeceſſorum. *Sed fortaſſe cetera quidem recte apud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem*, prædeceſſorum, *eſt addenda coniunctio*, &, *quemadmodum eſt in Pannormia. Nam hoc ſignificabitur, Imperatores illos ſolitos fuiſſe edere capitula adhibitis in conſilium pontificibus regni, quod veriſsimum eſt. Omnino hæc, quæ à Leone ſcribuntur, ſpectare videntur ad capitula Caroli, & Lodouici, quæ Lotharius in vniuerſa Italia ſeruari mandauerat. Nam in legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 35. Lotharius ita conſtituiſſe traditur.* Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpſimus de capitulari bon. mem. glorioſiſsimi Domni noſtri Caroli, & genitoris noſtri Lodouici Imper. inuictiſsimi, his omnibus, & fidelibus noſtris, & ſanctę eccleſiæ in regno Italiæ cõſiſtentibus per legem teneantur.

a ¶ Pro curſu.] Arg. φ in matrimonio & ceteris cauſis ſpiritualibus nõ ſit vtẽdum legib. imperialibus. ſed contra 35. q. 5. ad ſedem. Dic ergo φ illud tantũmodo determinat illud verbum, temporaliũ: ſed non illud verbum, vterẽtur, vt ſicut ſpirituales cauſæ ad iudicem ſæcularẽ non pertinent, ſic nec cauſa ſanguinis ad eccleſiaſticũ, vt ĩ. 23. q. 8. ſępe principes. & cap. his à quibus.

Cauſæ matrimoniales, an ſint legibus decidendæ.

DE capitulis.] CASVS. Lotharius audiuerat, φ Leo Papa nolebat leges ſeruare imperiales. vnde interrogauit de hoc Papã, an eſſet verũ. quare Leo ſcribit ei, & dicit, φ ipſe vult leges obſeruare irrefragabiliter, & q aliter dicit, mendax eſt.

b ¶ Pontificũ.] Imperatores eñ olim pontifices appellabãtur, vt 21. diſt. cleros.

c ¶ Mendacem.] ex magna humilitate hic loquitur, ſicut alibi. ĩ. 2. q. 7. nos ſi incompetenter.

tur & ſeruentur: & quicumque horum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componatur. *Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum vti prohiberetur, valde diſplicuit: ſicut ex c. fin. infra ead. diſt. colligi poteſt: diſſeminatusque etiam rumor fuit eamdem eſſe Pontificis ac populi ſententiam. De qua re Leo hac ſe epiſtola videtur purgare voluiſſe; & tamen poſtea pro conſeruando iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit: quod apparet ex dicto cap. finali.*

Item Ioannes viij. Ludouico Imperatori.

¶ Legis auctoritate diſſoluitur quod contra eam fit. C. X.

VIdes fili chariſsime, quia quod contra leges accipitur, per leges diſſolui [a] meretur. Iuo p.4.

Item Gelaſius Rufino, & Aprili epiſcopis.

¶ Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. C. XI.

QVis autem † leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas † dicat debere cõtemni [b], niſi qui impunitũ ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? J. diſtinct. 54. c. quis aut. Iuo p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150. † *al. aut* † *al. moderna*

Item Theodorico regi.

¶ Leges Romanorum principum ſeruandæ ſunt ab omnibus. C. XII.

CErtum eſt magnificentiam veſtram leges Romanorum principum, quas [c] in negotijs [d] hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa † reuerentiam beati Petri apoſtoli pro ſuæ felicitatis augmento velle ſeruari. Iuo p. 4. c. 180. Pann. l. 2. c. 151. † *al. propter*

Item Leo iiij. Lothario Auguſto.

¶ Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. C. XIII.

VEſtram [a] flagitamus clemẽtiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit abſq. vniuerſis procellis, & pro nullius [e] perſona hominis reminiſcitur [f] eſſe corrupta; ita nũc ſuum robur, propriumque vigorem obtineat. Iuo p. 4. c. 181. Pann. l. 2. c. 152.

a ¶ Veſtram.] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petijt, conceſsiſſe. Nam in legibus Longobardicis lib. xi. tit. 57. ſic habetur,* vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere, *& ſequitur conſtitutio.*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere; vt tali lege, quali lege viuere profeſsi ſunt, viuant: illiſque denuntietur, vt hoc vnuſquiſque tam iudices, quàm duces, vel reliquus populus ſciat, quòd ſi offenſionem contra eamdem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur viuere per diſpenſationem Pontificis, & noſtrã ſubiacebunt.

VIdes.] CASVS duorum ſequentium ca. planus eſt.

a ¶ Diſſolui.] J. 25. q. 2. imperiali. hæc regula ſuppletur per aliam regulã, q. principali deſtructo deſtruitur acceſſorium, & omne qđ ſequitur ex eo. [1] vt extra de fi. inſtru. inter dilectos. in fi. ſed hæc regula multas recipit inſtantias. contra legem enim fit ſi ſ̃hibitur poſt ſimplex votum, tñ ſ̃ctus tenet, vt 27. q. 1. nuptiarũ. Item prohibetur ne ſñia feratur ſub conditione; tñ ſi lata fuerit tenet, vt 2. q. 6. §. biduum, circa princ. Itẽ ꝓhibetur ne eps̃ conſecret alterius eccleſiam, tamen ſi cõſecrauerit, tenet conſecratio, vt 7. q. 1. eps̃ in diœceſi. Sed dic, ꝙ hæc regula intelligitur de talibus vbi eſt perpetua cauſa prohibitionis [2], ſ. ne filius contrahat cum matre. Vel dic, ꝙ merentur diſſolui, niſi vbi per conſtitutionem aliam tolerarẽtur. ar. contra 45. diſt. de Iudæis. ſed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & ſump. fun. ſunt perſonæ.

[1] Ad hoc l. nõ dubiũ. & ibi no. C. de leg. & l. eius. C. de vſu. & inſt. de pupil. ſubſt. §. ſi libertus.

Facta tenẽt multa quæ fieri prohibentur.

[2] De hoc ſatis no. extra de ſpõ. duo. tuas. vbi hæc ſolutio approbatur p Vin. Tan. Gof. & Ber. hoc latius vide p Archid.

b QVis autẽ] ¶ cõtemni.] qui cõtemnit leges, peccat; non tamẽ omnis peccat, qui nõ paret legibus vbi de conſilio loquuntur, vt 14. quæſt. 1. quiſquis. & ſic aliud eſt contemnere [3], aliud eſt non parere. Ioan.

Legum cõtemptor an peccet.

[3] Ad huius declarationẽ vide qđ not. 2. q. 7. metropolitanum. in gl. ea ex cõtemptu.

CErtum eſt.] CASVS Quidã nolebant ſeruare leges in negotijs clericorum; ſed in negotijs laicorum bene ſeruabãt. de hoc ſcribit Papa regi Theodorico, quòd ſi leges ſeruãtur in negotijs laicorum, multo fortius debent ſeruari in negotijs clericorum.

c ¶ Quas.] id eſt, quia eas.

d ¶ In negotijs.] hoc vult dicere, ꝙ ex quo leges ſeruantur in negotijs laicorum, multo fortius ſunt ſeruãdæ in negotijs clericorum, niſi obuient canonicis inſtitutis.

VEſtram.] CASVS. Quidam nolebant leges ſeruare, vt poſſent alios licentius offendere. Quare Papa ſcribit Lothario, & rogat eũ, vt faciat leges obſeruari ſicut ſunt hactenus obſeruatæ.

e ¶ Et pro nullius.] quia in nullius perſona omittendũ eſt, quod ſtatutis generalibus continetur, vt 61. diſt. miramur.

d ¶ Remi-

f ¶ Reminiſcitur.] paſſiue.

QVòd vero.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima ꝓbat Gratia. ꝙ cōſuetudo cedit legi. ſecunda ibi, [Cū vero.] Io. de Fan. CASVS. Supra in 8. diſt. dictum eſt, ꝙ conſuetudo cedit iuri naturali; nūc autē dicit, quòd

legis vigorem, vt ꝭ. ea. diſtin. catholica. niſi ſit oneroſa, vt 12. diſt. omnia. 68. diſtin. chorepiſcopi. vel niſi pariat occaſionem malignandi; tunc enim reijcitur. arg. 2. diſtin. nos conſuetudinem. Olim enim Donatiſtę de facili recipiebantur, & de cōſuetudine ad primariam ꝓmouebantur: q [i] abolitum eſt: quia hæretica prauitas inde minus cauebaſ, vel niſi ſit contraria cōſtitutioni [1], vt ꝭ. eod. c. 2. & 3. Et niſi cōſuetudo ſit prodita ex illis cauſis, vt ꝭ. 29. diſtin. ſciendum. vel niſi princeps conſentiat: vel niſi ſit ſuper tali articulo, qui indiffe rens eſt, vt ꝭ. proxi. diſt. illa. Io. Sed melius diſtingue, vt dixi. ꝭ. 8. diſt. fruſtra. Io.

[1] Ad hoc cōcor. Placen. dicens cōſuetudinē legi ꝯtriā nō tollere ius cōmune ſ eo municipio vbi obtinet: niſi de cōſenſu principis. arg. ff. de ſepul. viol. l. 3. §. diuus.

DISTINCTIO XI.

In ſynonymis c. 16. ꝙ malis iuſſionib. non ſit obtemperādum.

P. QVòd vero [a] legibus conſuetudo cedat, Iſidorus teſtatur dicens in ſynonymis, lib. 2.

¶ Prauus vſus ratione ſuperatur, & lege. C. I.

Iuo p. 4. c. 207. Pann. l. 2. c. 165.

VSus [b] auctoritati [c] cedat; prauum vſum lex & ratio vincat [d].

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori.

¶ Non poteſt ſtatutis pontificum conſuetudo cuiuſquam refragari. C. II.

Sententia elicitur ex epiſt. cuius initium, *Propoſueramus*. Iuo p. 4. c. 211.

COnſequens eſt [e], vt quod ab huius ſedis rectoribus plena [f] auctoritate ſancitur, nullius conſuetudinis [g] præpediente occaſione, proprias tantum ſequendo voluntates, remoueatur: ſed firmiter, atque inconcuſſe teneatur.

Item Iulius Papa ad epiſcopos Orientales, epiſt. 1.

¶ A conſuetudine Romanæ eccleſiæ membris diſſentire non licet. C. III.

Anſ. l. 1. c. 8. Polyc. l. 1. c. 17. Heb 13.

NOlite errare fratres mei chariſimi: Doctrinis varijs, & extraneis nolite abduci. En, inſtituta Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, canoneſque habetis: his fruimini, his circumdamini [a], his delectamini, his armamini; vt his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis. Satis enim indignum eſt, quemquam vel pontificum, vel ordinum ſubſequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi videat, & docere [h]. Multum enim conuenit, vt totum corpus eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus eccleſiæ totius poſuit principatum.

Anſ. l. 5. c. 4. Polyc. l. 3. tit. 3.

[a] ¶ His circumdamini.] *Locupletatus eſt hic locus ex originali, & Anſelmo.*

tit. 53. leg. 2.

Item Imperator Conſtantin. Aug. ad Proculum, lib. 8. Cod. tit. Quæ ſit longa conſuetudo.

¶ Non poteſt vſus & conſuetudo legem & rationem vincere. C. IIII.

Iuo p. 4. c. 202. Pann. l. 2. c. 163.

COnſuetudinis, vſusque longæui non vilis auctoritas eſt, verum non vſque adeo ſui valitura momento, vt

ꝙ conſuetudo cedit diuinæ & humanæ conſtitutioni, & ad hoc inducit ca. ſeq. quorū primum planum eſt, & intelliguntur c. vſque ad §. [Cum vero] de praua conſuetudine, reliqua vſque ad finem, de bona.

[a] ¶ Quòd vero.] Hic intitulatur 11. diſt. in qua dr, ꝙ conſuetudo praua cedit legi tā eccleſiaſticę, q̄ ſæculari. Sed not. ꝙ conſuetudo quędam eſt gñlis: quædam eſt ſpecialis. Specialis, vt ꝭ. ea. catholica. & 12. diſt. illa. Generalis eſt, quę vniuerſaliter conſenſu omnium eſt approbata, & omnes adſtringit, & hæc tāquam canon, vel tanquam lex eſt obſeruanda, vt ꝭ. ea. eccleſiaſticarum. & ca. quis neſciat. Specialis ſiue particularis eſt illa, quæ homines alicuius loci adſtringit, & in eodem loco habet

Conſuetudo duplex eſt.

[b] VSus.] malus.

[c] ¶ Auctoritati.] ſcripturæ.

[d] ¶ Et ratio vincat.] vt ꝭ. diſtin. 8. veritate. Io.

COnſequens.] CASVS. Ignatius Patriarcha Conſtantinop. iniuſte fuit à ſuis ſuffraganeis depoſitus fauore Michaelis Imperatoris, & aucto itate: ſed Nicolaus Papa eum reprehendit ſe propter conſuetudinem excuſantē. Dicit ergo Nicolaus ī hoc c. ꝙ nulla cōſuetudo poteſt impedire, qn illud, qđ ſtatuitur à Papa, inconcuſſe ſeruetur.

[e] ¶ Conſequens eſt.] id eſt, conueniens.

[f] ¶ Plena.] Papæ auctoritas plena eſt, aliorū epiſcoporum ſemiplena eſt: quia ipſi ſunt in partem ſollicitudinis vocati nō in plenitudinē poteſtatis, vt 2. q. 6. decreto. & c. qui ſe ſcit.

Poteſtas Papæ, & epiſcoporū diuerſa eſt.

[g] ¶ Conſuetudinis.] niſi talis ſit conſuetudo, quæ poſſit præiudicare iuri, vt no. ꝭ. 8. diſt. fruſtra. Io.

NOlite.] CASVS. Quidam epiſcopi deſerentes regulam Rom. ec. varijs doctrinis, & conſuetudinibus multum extraneis abducebantur: quos Iulianus Papa reprehendit dicens eos ſeruare debere regulam, quā Sedem beati Petri ſequi videant & docere, vt inde auctoritatem habeant vbi Dominus poſuit principatum.

[h] ¶ Et docere.] patet hic, ꝙ non ſemper conſuetudinem Rom. eccl. tenemur ſequi; niſi ipſa præcipiat eam eſſe ſeruādam, vt ꝭ. ea. c. vlt. multa enim ſeruat Ro. ec. quæ aliæ non ſeruant, vt 31. diſt. aliter. & de conſec. diſt. 4. de trina. & diſtinct. 5. de hymnis.

Conſuetudo Romana nō ſemper eſt ſeruanda.

COnſuetudinis.] CASVS. Dicitur hac lege, quòd magna eſt auctoritas conſuetudinis; & non vilis

verumtamē nō eſt tantæ auctoritatis, vt generaliter vincat rōnem, aut legē, ſed tm̄ in eo loco in quo obſeruať vincit. Quidam tñ intelligunt primā partē de bona cōſuetudine, & ſecundam de mala: quod non credo.

Conſuetudo vtrum vincat legem.

a ¶ Vincat.] arg. ꝙ cōſuetudo numquam tollit legem. vt ſ. 1. diſt. conſuetudo. Sed obijcitur hæc lex, aut loquitur de bona conſuetudine, aut de mala: ſi de bona, illam nulla ratio vincet: ſi de mala, de illa non poteſt dici, ꝙ non ſit vilis eius auctoritas. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ principium loquitur de bona: finis autem de mala conſuetudine: ſed ille intellectus ineptus eſt, qui ſeparat caudā à capite, quod nō licet. extra de b. p. maiores. Alij fere omnes ita exponunt, ꝙ hic dicitur, nō vincit 1 legē, ſupple generalē, ſed in eo municipio bene vincit vbi ſeruatur. Sed certe de hoc numquam aliquis dubitauit, ꝙ conſuetudo particularis nō debet vincere legē in oībus alijs locis: ideo exponas de conſuetudine particulari, quæ licet bona ſit, tñ nō vincit legem etiam in illo loco, niſi adſint illa, quæ dixi ſ 7. diſt. 8. fruſtra.

1 Sub. immo æquiparatur ei. ſ. ca. ſ. his.

m ¶ Latura.] id eſt, paſſura.

n ¶ Intente.] id eſt mente.

o ¶ Scriptura.] veteris vel no. te. nō enim ſcriptura vete. vel no. te. hoc docuit, ſed docet canonica in fronte, & in alijs membris ſignaculum crucis debere fieri. de conſe. diſt. 4.

Crucis ſignaculum in quibus mēbris debet fieri.

aut rationem vincat[a], aut legem.

2 *Cum vero*[b] *nec ſacris canonibus, nec humanis legibus*[c] *conſuetudo obuiare monſtratur, inconcuſſa ſeruanda eſt.*

Vnde ex dictis « *Baſilij.*

¶ Inuiolabilis eſt conſuetudo, quæ nec humanis legibus, nec ſacris canonibus obuiare monſtratur. C. V.

Baſilius in lib. de ſpiritu ſancto. c. 27.

Burc. l. 3. c. 127. Ino p. 4. c. 69. Pann. l. 2. c. 159.

ECcleſiaſticarum inſtitutionum quaſdā ſcripturis, quaſdam vero Apoſtolica traditione[d] per ſucceſsiones in miniſterio[e] confirmatas accepimus; quaſdā vero conſuetudine[f] roboratas approbauit vſus; quibus par ritus, & idē vtriſq. pietatis debetur affectus: Vnde[g] quis vel[h] aliquātulum ſacrarū expertus ſcripturarū hæſitauerit[i]? Si enim attentauerimus conſuetudines eccleſiæ nō per ſcripturas[k] à Patribus traditas nihil æſtimare[l], quātum religio detrimenti ſit latura[m], intente[n] inſpicientibus liquido cōſtabit. ¶ Quæ enim (vt inde ordiamur) ſcriptura[o] ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri? vel quæ trifariā[p] digeſta ſuper panem & calicem prolixæ orationis, vel conſecrationis verba cōmendauit? Nam non modo, quod in Euāgelio cōtinetur, vel ab Apoſtolo inſertū eſt, in ſecretis dicimus; ſed & alia[q] plura adijcimus magnā quaſi vim cōmendantia† myſterijs. Quæ orientē[r] verſus nos orare litterarū forma docuit? Benedicimus fontē baptiſmatis oleo vnctionis. Huc accedit, quòd ter oleo[ſ] inungimus, quos

† al. conſummandis accōmodantia] Burch.

2 Idē ſentit Io. de Fan. hic.

b ¶ Cum vero.] Hæc eſt ſecunda pars, in qua probat per vij. c. ꝙ conſuetudo bona eſt amplectenda. Io. de Fan.

CASVS. Ab hoc loco tractat de bona conſuetudine vſq; in finem.

c ¶ Legibus.] 25. q. 1. ideo. Archid.

ECcleſiaſticarum.] CASVS. Quidam nolebant vti conſuetudine, niſi quæ in ſcriptis eſſet redacta à Patribus, quos reprehendit Aug. in hoc c. oſtendens tria genera inſtitutionum eſſe in eccleſia, quaſdam ſcilicet in ſcripturis, quaſdam ab Apoſtolis traditas, & per ſucceſſores in miniſterio confirmatas: quaſdam vero ſola cōſuetudine roboratas: quibus omnibus par ritus, & affectus debetur. Alioquin niſi conſuetudines in eccleſia ſeruarentur, Chriſtiana religio multū detrimenti pateretur; & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quæ enim.] ꝓbat ꝙ hæc ſupra dictā in eccleſia ſeruari debent. & hoc probatur, verſ. [Exemplis.] Primum eſt de crucis ſignaculo. Secūdum eſt de verbis trifariam digeſtis, id eſt, ter repetitis ſuper panem, & calicem. Tertium de oratione, quę fit verſus orientē. Quartum de benedictione baptiſmatis cum oleo. Quintum de olei vnctione, quæ fit in baptizato. Sextum de abrenunciatione ſatanæ, & angelorum eius.

¶ Caſus ſeq. c. per ſe patet.

d ¶ Traditione.] ſine ſcriptis. Io.

e ¶ In miniſterio.] diuino.

f ¶ Conſuetudine.] non ab Apoſtolis, ſed neſciť à quo.

ADDITIO ſcilicet ritu, id eſt, obſeruantia. Hug.

g ¶ Vnde.] id eſt, de quo ritu, vel obſeruantia.

h ¶ Vel.] id eſt, etiam.

i ¶ Hæſitauerit.] q. d. nemo etiam inſcius hic dubitat.

k ¶ Non per ſcripturas.] ſed per conſuetudinem.

l ¶ Aeſtimare.] id eſt, valere.

diſtin. 4. poſtea ſignatur. & diſtin. 5. numquid 3. veruntamen videtur ſignum crucis traxiſſe originem ex vete. 4 quia cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum eſt filijs Iſrael vtrumque poſtem linire de ſanguine agni ad modum thau litterę, quæ eſt ad modum crucis, & dicitur, ꝙ Iacob cancellatis manibus ſuis benedixit filijs Ioſeph, ſcilicet Effrain, & in Manaſſe. Item in Ezechiele legitur, ꝙ cum apparuiſſent ei ſex viri vaſa habentes in manibus, & quidam vir apparuiſſet in medio eorum habens atramentarium ad renes, Dominus dixit ad eū; ſigna thau in frontibus dolentium, & gementium: ſed illud fuit tantum in figura præceptum. 12. q. 2. gloria.

3 Iſte concor. nō erāt ſcriptæ tēpore Aug. & ideo ipſe ſic loquitur: nā hodie ſecus ſecundum Ioā. de Fan. 4 Vel vt no. in ꝓdicto. cap. numquid. Ezechiel. 8.

p ¶ Trifariam.] trifaria dicuntur verba: quia eadem tertio repetuntur in ſecretis, ſcilicet hoſtiam ſanctam, hoſtiam puram, hoſtiam immaculatam. Hic ordo nec in veteri teſtam. nec in nouo eſt præfixus: ſed à ſanctis Patribus vſualiter traditus: vel ideo dicunť trifaria quaſi ſub triplici ſilentio fiant. primum eſt vſq. ad ſanctus. ſecundum vſque ad Dominicam orationem. tertiū vſque ad agnus Dei.

q ¶ Alia plura.] hæc habes extra de celeb. Miſſarum. cum Marthæ.

r ¶ Quæ orientem verſus.] ſcilicet noui & vet. teſt. Sed tamen legitur, ꝙ Daniel in Babylonica captiuitate orabat verſus templum, & Iudæi ſimiliter. templum autem erat verſus orientem, & in Salomone legitur; mane ad ſolem orabis. ſed dic, quòd illa faciebant in venerationem templi.

Orandum eſt verſus orientem.

ADDITIO. Poteſt tamen dici ſecundum Io. Damaſ. ꝙ octo ſunt cauſæ quare eccleſiæ ſic ſunt ordinatæ, ꝙ fideles orent verſus orientem, quæ habentur in Archidiac. hoc loco.

ſ ¶ Oleo.] oleo in ſcapulis, & pectore, vt de conſecra. diſt. 4.

Oleo quæ membra ſunt vngēda.

dist.4. deinde. tertio in vertice fit vnctio: ſed hoc fit criſmare, vt de conſec. diſt. 4. poſtquam aſcendit. ſed larga acceptione hic appellatur oleũ criſma. ſicut econuerſo. ꝟ 95. diſt. Illud ſuperfluum. Ioan.

baptizamus: verbis abrenuntiare Satanæ & Angelis eius informamus. Vnde hæc, & alia in hũc modum non pauca, niſi quia tacita & myſtica traditione à Patribus eccleſiaſtico more, reuerentiori diligentia ſunt in myſterijs obſeruata ſilentio, quàm publicata ſcripto?

a ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur ex* Auguſtino in lib. ex dictis Baſilij. *In codice Vercellenſi eſt:* vnde Auguſtinus ait, vel ex dictis Baſilij, *& retenta eſt poſterior pars huius diſtincti, quoniã ita citant Burchar. & auctor Pannormiæ. Iuo autem citat ex lib. Baſilij de ſpiritu ſancto, c. 27. quomodo in margine eſt indicatũ. Ceterum, quoniam multis locis gloſſa obſiſtit, ne emendaretur, neceſſarium viſum eſt integrum B. Baſilij locum & græce & latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε καὶ κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες· εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρεὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν; καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

1. Dogmatum, & inſtitutorum, quæ in eccleſia ſeruata ſunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ litteris conſignata eſt; alia vero ex Apoſtolorum traditione ad nos tranſmiſſa in myſterio recepimus. Quæ vtraque eamdẽ vim ad pietatem habent: atque his nemo ſane contradixerit, qui vel exigua legum eccleſiaſticarum peritia ſit præditus. Nam ſi aggrediamur ea, quæ non ſcripto, ſed tantum conſuetudine cõſtant, repudiare, imprudẽtes Euãgelio & quidẽ in præcipuis ipſius partibus officiemus: vel potius ipſamet inſtituta ad inane quoddã nomẽ redigemus. Exẽpli cauſa (vt qđ primũ, maximeq. cõe eſt, primo loco cõmemorẽ) eos, qui in Dñi noſtri Ieſu Chriſti nomine ſpẽ poſuerũt, figura crucis ſignari, ecquis ſcripto docuit? dũ oramus ad oriẽtẽ ſolẽ, ecquę nos litteræ docuerũt? Verba inuocationis, cũ panis Euchariſtię, & calix benedictionis offerẽ, quis ex ſanctis Patribus ſcripta nobis reliquit? Non.n. ijs cõtenti ſumus, quorũ Apoſtolus, & Euãgeliũ mentionẽ fecerunt; ſed alia quoq. cũ antea, tum poſt dicimus, vtpote quæ magnum momentum ad ipſum myſterium habeant, doctrina non ſcripta, ſed tradita erudíti. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, atque illum ipſum præterea, qui baptizatur, ex qua ſcriptura? nonne ex occulta, & myſtica traditione? Quid? ipſam olei vnctionem quis ſermo ſcriptus docuit? Quod homo ter mer-

gendus ſit, vnde accepimus? Abrenuntiare Satanæ, atq; Angelis eius, & reliqua omnia quæcunque in baptiſmo obſeruamus, quæ ſcriptura iuſſit? Annon hæc ipſa minime vulgata, ſed ſecreta doctrina, quam quieto, minimeque curioſo ſilentio Patres noſtri cuſtodierunt? probe quidẽ illi intelligentes, myſteriorum maieſtatem taciturnitate ſeruari.

Item Pius Papa I in decretis, decreto ſeptimo.

¶ Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fidei contrarium vſurpat. C. VI.

CONſuetudinẽ [a] laudamus, quæ tamen contra fidem [b] catholicam nihil vſurpare dinoſcitur. Burc.l.3.c.124. Anſel.l.4.c.42. Iuo p.4.c.66. Pann.l.2.c.157. Poly.l.3.tit.23.

¶ *Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. Auguſtino, leguntur in editione conciliorum Colonienſi tribus tomis inter decreta Pij 1. decreto ſeptimo, & in epiſtola eiuſdem Pij ex codice ſexdecim librorum, lib. 3.c.19. quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiæ: cuius tamen epiſtolæ omnia fere verba habentur 1. lib. regeſti B. Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epiſt. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra diſt. 12. c. nos conſuetudinem.*

Item B. Auguſtinus ad Caſulanum, epiſt. 86.

¶ Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum inſtituta pro lege ſeruantur. C. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege [c] tenenda ſunt. Et ſicut [a] præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum [d] coercendi ſunt. Anſel.l.4.c.43. Burc.l.3.c.126. Iuo p.4.c.68. Pann.l.2.c.158. Poly.l.3.tit.23. c.fin.

a ¶ Et ſicut.] *Hinc vſque ad finem nõ ſunt in epiſtola indicata: ſed a Burchardo etiam, & Iuone, & in Pannormia referuntur.*

Idem in libro de fide Chriſtiana.

¶ *Hodie inter opera B. Aug. nullum extat hoc titulo. In epiſtola vero ad Ianuarium, quæ eſt 118. c. 1. & 2. hæc eadem ſententia copioſe exponitur.*

¶ Auctoritate & traditione generali, vel ſpeciali eccleſia regitur. C. VIII.

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa tribus modis probatur exiſtere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarum, aut traditio vniuerſalis, aut certe propria & particularis [e] inſtitutio. Sed auctoritate [f] tota [g] conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis vero conſtitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæque pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt, ſubſiſtit, & regitur [h].

Idem in libro contra Manichæos.

CONſuetudinem.] CASVS huius cap. per ſe patet.
a ¶ Conſuetudinem.] j. diſt. 12. c. nos conſuetudinem. & j. diſt. prox. omnia. contra. ibi enim dicitur, quod quamuis conſuetudo non ſit contra fidem, tamen eſt repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de ſuperſtitioſa & intolerabili conſuetudine: & ſic omnes auctoritates intelligendæ ſunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

b ¶ Contra fidem.] id eſt, contra bonos mores, & quod ita * ſit exponendum, habes de conſecra. diſt. 4. ſi nõ ſanctificatur. vbi ex neceſſitate oportet facere eamdẽ expoſitionem.

IN his.] CASVS. Quærebat Caſulanus ab Aug. vtrum conſuetudines eſſent ſeruandæ vbi nihil ſtatuit diuina ſcriptura certum. Et reſpondens quod ſic: & tũc pro lege ſeruandæ ſunt: & ſicut tranſgreſſores legum puniuntur, ita & contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum puniri debent.

c ¶ Pro lege.] ſemper diuturni mores pro lege ſeruantur, vt j. diſt. proxi. diuturni. ſic s. ead. diſt. conſuetudinis.

d ¶ Conſuetudinũ.] not. quod æque punitur tranſgreſſor legis, vt 1. q. 7. ſi quis omnẽ. & s. ea. eccleſiaſticarum. vnde ſicut canonice non licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec conſuetudini [1], vt dicitur in hoc eo. c. & iſi de cõi conſenſu poſſunt venire contra conſuetudinem etiam iuramento firmatam, ſi cauſa ſubeſt, vt extra de his quæ fi. à ma. par. cap. cum in cunctis: ſed contrarium eſt in ſtatutis. 25. q. 6. auctoritatem. Ioan. [2]

CAtholica eccleſia.] CASVS. Tria ſunt quibus eccleſia per orbem diffuſa regitur, & ſubſiſtit. ſ. ſcriptura ve. & no. te. & traditio patrũ, & vniuerſalis & particularis inſtitutio, vel cõſuetudo. Primis duob9 modis vniuerſaliter tota regitur eccleſia: particulari vero inſtitutione, vel cõſuetudine nõ tota, ſed pro locorũ varietate regitur, & gubernatur, prout vnicuique viſum eſt.

e ¶ Particularis.] ſed contra j. ea. diſt. 100. contra morem. vbi dicitur, quod particularis conſuetudo non excuſat, ſed tantum generalis. Sed hoc verũ eſt in illis, quæ tantum ex priuilegio poſſunt haberi, vbi non valet conſuetudo, niſi vniuerſalis ſit.

f ¶ Sed auctoritate.] ſcilicet ſcripturæ.

g ¶ Tota.] eccleſia.

h ¶ Regitur.] quia quælibet prouincia abundat in ſuo ſenſu, vt 76. diſt. vtinam. & extra de ſepul. c. certificari.

Cõſuetudo particularis an excuſet.

* Longe rectius exponitur ibi in glo. c. ſi nõ ſanctificatur. de conſec. diſt. 4. Vide Turrecre. ſuper hoc cap.

Conſuetudinis tranſgreſſor punitur vt tranſgreſſor legis.

1 Antiquæ conſuetudinis ordo ſub decreto mandatur obſeruari. vt 10. q. 1. decernimus. prin.

2 Ad idem ext. de iure iur. ſicut noſtrum. Archi.

Sed

Palam.]

PAlam.]C A S V S. Manichæi dicebant, q̄ auctoritas Rom.eccl. in re dubia nō debebat introduci ad fidē faciendam. Contra quos inuehit Aug. dicens, q̄ auctoritas Rom. eccl. ad fidem faciendā valet, cum ſit ab ipſis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus confirmata, vt 20. diſt. de libellis, & ſic ſeruandæ ſunt leges Apoſtolicæ, ſicut leges Petri. 19. diſt. ſic omnes.

d ¶ Et tot.] arg. q̄ priuilegium, quod à pluribus epiſcopis datur, præualet illi, quod à paucioribus datur. & arg. 19. diſt. in canonicis 2.

a ¶ Palam

¶ Valet ad fidem catholicæ auctoritas eccleſiæ. C. IX.

PAlam eſt [a], quòd in re dubia, ad fidem [b] valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ [c], quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet epiſcoporum ſerie, & tot [d] populorum conſenſione firmatur.

¶ Apud B. Auguſtinum lib. xi. contra Fauſtum Manichæum c. 2. legitur. Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid eccleſiæ catholicę valeat auctoritas, quæ ab ipſis, &c. *Hanc vero epiſcoporum ſucceſsionem potiſſimum in ſede Petri, & in libro contra epiſtolam Fundamēti, & in epiſt. 165. de ſchiſmate Donatiſtarum merito certiſſimum, putamit eccleſia catholica indicium.*

Item Leo Papa ad epiſcopos per Siciliam conſtitutos, epiſt. 4. c. 6.

¶ Ab Apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. C. X.

Anſel. l. 1. c. 45.
Poly. l. 1. tit. 17.

HOc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolicis inſtitutis nullo vlterius recedatur exceſſu; quia inultū poſt hoc [e] eſſe non poterit: ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Item Innocentius I. ad Decentium [f] epiſcopum Eugubinum, epiſt. 1.

¶ Ab omnibus ſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia. C. XI.

Burc. l. 3. c. 125.
Anſel. l. 1. c. 41.
Iuo p. 4. c. 67.
Poly. l. 1. tit. 17. & l. 3. tit. 24.

† al. auctoritatem debeat aliunde accipere, vel exēplum?

QVis neſciat, aut non aduertat, id quod à principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus [g], aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes: aut legant; ſi in iſtis prouincijs alius [h] Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit; à qua eos principiū accepiſſe nō dubiū eſt: ne dum peregrinis ſermonibus † ſtudēt; caput inſtitutionū videātur omittere †. Sæpe dilectionē tuam ad vrbē veniſſe, ac nobiſcū in eccleſia cōueniſſe; & quē morē [i] vel in cōſecrandis myſterijs, vel in ceteris agēdis arcanis teneat [k], cognouiſſe [a]. Quod ſufficere arbitraremur ad informationē eccleſię tuæ, vel reformationē;

† al. aſſertionibus

† al. amittere

HOc veſtræ.] C A S V S. Quidā epiſcopi volebant recedere ab inſtitutis, & conſuetudine Ro. ec. ſed Leo Papa præcipit ne hoc faciāt, qa de cetero non poterit inultum remanere.

e ¶ Poſt hoc.] ar. q̄ grauius punitur delictum iteratum, vt 15. q. 8. hi qui.

f ¶ Ad Decentium.] iſte fuit electus in epiſcopum, & licet ſciret conſuetudines Rom. eccl. tamen petijt à Papa, vt ei ſcriberet eas ꝓpter maiorē auctoritatem. 12. diſtin. quamquam.

[1] Arg. contra tex. de pæni. & remiſ. lib. 6. c. indulgentiæ.

QVis neſciat.] C A S V S. Quidā cui nota erat inſtitutio, & cōſuetudo Ro. ecc. electus eſt in epm̄ in ciuitate quadā vbi erāt hoīes, qui ſuperinducebant aliter inſtitutiones, & conſuetudines, q̄ beatus Petrus docuit, & ſucceſſores ipſius, quod patefaciens epūs dn̄o Papæ, ſupplicauit, vt ſibi inſtitutiones Ro. Ec. ſcriberet, quibus ſuum populū erudire volebat. Cui Papa reſpōdet dicēs: Licet noueris conſuetudinem noſtram, in qua toties interfuiſti, vt ſufficiat ad informationē eccleſię tuę; quia tamen auctoritate noſtra tuum vis populū informare: faciemus quod petiſti, vt populū tuum inſtruas, & errantes cōmoneas, aut nobis indices, vt qui ſint ſcire valeamus.

g ¶ Petrus Apoſtolus.] vel aliqs ex eius mandato, vt Paulus: nam Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi auctoritate Dn̄i dum dicit: Segregate mihi Paulum & Barnabā, vt 75. diſt. quod dic.

[a] Non vř hæc bona expoſitio: quia nullus Apoſtolus fuit Petro cōtrarius; & ideo aliꝗ ſubaudiūt primo ex xii. nullus niſi Petrus, vel ab eo miſſus. Ac clud.

a ¶ Palam eſt.] In his tribus c. loquitur de generali cōſuetudine Rom. eccl. quam etiam in alijs eccleſijs ſtatuit obſeruandam.

b ¶ Ad fidem.] ſcilicet aſtruendam.

c ¶ Catholicæ.] ſ. Romanæ, ad quā recurritur in dubijs.

h ¶ Alius.] id eſt contrarius 2 ſic ponitur 11. q. 3. c. 4.

i ¶ Morem.] ſic conſtrue, ſatis certum haberemus dilectionē tuam agnouiſſe quē morē in celebrandis, &c.

K ¶ Teneat.] ſcilicet Rom. Eccl. vel teneat, id eſt, tenere debeat dilectio tua.

a ¶ Haberemus.] ſcilicet tuam dilectionem.
b ¶ Duxiſſet.] dilectio tua.
c ¶ Ignorare.] hic indicat eum ſcire, & neſcire: ſed vulgariter loquitur, quaſi dicat, ſatis crederem te ſcire, niſi à me quæſiuiſſes.

ſcretione deuiare non debemus: ſed cum ratione poſſumus, quod probat per duo. cap. proxi. à contrario ſenſu. Ioan.
ADDITIO. Et male: Nam non eſt in eo argumentandum à contrario ſenſu, ſecundum Laur. ſed contra hoc dictum

ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & ſatis certum haberemus ᵃ, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſet ᵇ: quibus idcirco reſpondemus, nó quòd te aliqua ignorare ᶜ credamus; ſed vt maiori auctoritate ᵈ tuos inſtituas: vel ſi qui à Romanæ eccleſiæ inſtitutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas: vt ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates ᵉ inducunt, aut alterius ᶠ eccleſiæ, quàm Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

a ¶ Cognouiſſe.] *Locus hic in originali concilijs quattuor tomorum inſerto ſic habet,* cognouiſſe non dubium eſt. Quod ſufficere ad informationem eccleſiæ tuæ, vel reformationem, (ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) ſatis certum haberem; niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. *Sed ob gloſſam præcipuè in ver. morem non eſt mutatum.*

DISTINCTIO XII.

QVòd ᵍ abſque diſcretione iuſtitiæ nulli agere licet.

Vnde Calixtus Papa primus omnibus epiſcopis ait in epiſtola prima ad Benedictum epiſcopum.

¶ Nulli agere licet ſine diſcretione iuſtitiæ contra diſciplinam Romanæ eccleſiæ. C. I.

NOn decet à capite membra ʰ diſcedere: ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequantur. Nulli vero dubium eſt, quòd Apoſtolica eccleſia mater eſt omniũ ⁱ eccleſiarũ, à cuius vos regulis nullatenus cõuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris; ſic & vos voluntatẽ veſtræ impleatis matris, quæ eſt eccleſia; cuius caput, vt prædictum eſt, Romana exiſtit eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione ᵏ iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit. Anſel. l. 1. c. 12. Polyl. l. 1. c. 17.

Item Gregorius ᶜ Papa quartus.

c ¶ Gregorius.] *Integrum hoc caput inuenitur in epiſtola Gregorij quarti vniuerſis epiſcopis per Galliam, Germaniam, Europã, & vniuerſas prouincias cõſtitutis: quæ eſt in codice ſupra citato.*

d ¶ Auctoritate.] cũ iſte epiſcopᵘˢ hoc ſua auctoritate poterat facere, & per confirmationẽ Papæ nihil noui iuris datur 1, vt ĩ. diſt. proxi. præcepnt. qui enim confirmat, nihil donat, vt extra de fid. inſtru. inter dilectos. in quo eſt ergo maioris auctoritatis? Dicunt quidam, q; ſolet plus timeri, &c. vt 23. diſt. quamquam. immo dico, quòd auctoritas Papæ, vel eiᵘˢ confirmatio id quod minus fuit validum facit validum, vt extra de tranſac. c. 1. Item quia nulli præter auctoritatẽ Rom. Pon. licet illud reuocare, vt extra de confir. vti. vel inut. c. 2. 2

1 Ad hoc 25. q. 2. nõ tam nouũ. & no. ĩ. ea. q. in ſumma. ibi videas. Arch. Confirmationis Papalis effectus.

e ¶ Nouitates.] ĩ. 33. di. & hæc autem ſcripſimus. & ff. de conſti. prin. in rebus. ĩ. 4. diſt. erit autem lex.

2 De hoc & 1 legit, & no. 17. q. 4 frater. & extra de tráſa. veniẽs. ibi videas. & de cõſti. c. pe. & per Inn. extra de decã. dudum.

f ¶ Alterius.] ſcilicet contrariæ bonis moribus, ſic ſoluitur cõtra. ĩ. diſt. proxi. nouit. contra ſic. Inſti. de ſatiſda. §. vlt.

g ¶ QVòd abſque.] Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes. In quarũ prima probat, q; bona conſuetudo ſeruáda eſt, ſcda ibi, [Hoc aũt.] tertia ibi, [De his.]

CASVS. In ſuperiori di. oſtendit, quòd conſuetudo Ro. Eccl. eſt ſeruanda. Nũc vero oſtendit, quòd à conſuetudine Rom. ec. non eſt recedendũ ſine cauſa, & ſine diſcretione. Et ad hoc probãdũ inducit prima duo cap. à contrario ſenſu. Addit etiam, q; bona conſuetudo eſt ſeruanda: mala vero reſecanda: & quòd cõſuetudo metropolit. eccleſiæ eſt ſeruanda in prouincia, exceptis monaſterijs.

g ¶ Quòd.] id eſt, vt noua conſuetudo teneatur. In hac 12. diſtin. magiſter proſequitur materiam præcedentis diſtin. ſcilicet, quòd conſuetudo ſit ſeruanda, quæ non eſt contraria iuri naturali, vel conſtitutioni. In fine dicit, quòd omnes eccleſiæ debeant ſeruare conſuetudinem Metropolitanæ eccleſiæ, vt ĩ. ead. diſtin. de his. niſi ſint monaſteria, vt ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c. per quæ vult interpretari vlt. c. præcedentis diſtin. vbi dicitur, quòd à conſuetudine Rom. Ecc. deuiare non debemus: & ſic intelligit, quòd ſine diſcretione deuiare non debemus dictum Lau. eſt 56. diſt. c. 2. in fi. Hu. tenet contra.

NOn decet.] CASVS. quidam epiſcopi deuiabãt à regulis Rom. Ecc. quare Calixtus Papa ſcribit omnibus epiſcopis, vt ipſi tamquam membra Rom. Ecc. quæ eſt caput, non diſcedant ſine diſcretione: ſed voluntatem eius faciant velut ſuæ matris: ſicut Chriſtus venit facere voluntatem patris.

h ¶ Membra.] ſic ĩ. de conſecra. diſtin. 3. celebritatem. & in auth. de eccle. titu. in princip. 3 Et eſt hic ar. idem iuris eſſe in toto, quod in parte 4, vt 1. q. 3. ſi quis epiſcopus. vbi idem hoc.

i ¶ Omnium.] ergo & Græcorum, vt 24. q. 1. rogamus.

K ¶ Diſcretione.] numquid ergo cum diſcretione licitum eſt contra illam agere? certe non, vt 17. q. 4. §. qui autem. vnde hic vacat arg. à contrario ſenſu.

3 Lauren.
4 Nã quod ius eſt in toto quo ad totum: eſt in parte quo ad partem. ff. d admi. tu. ſi duo. & ã vſu. qui ſcit. ĩ prin. ſecundum lo. de Fano.

a Præ-

PRæceptis.] CASVS. Quidam Patriarchæ, vel archiepiſcopi contra ſtatuta Rom. eccleſię faciebant epos ſine licentia ſedis Apoſto. deponendo: quos Greg. reprehendit dicens, quod accuſatio epiſcoporum, & depoſitio ſicut quæſtio fidei tantum ad ſedē Apoſtolicā ſpectant: ſicut antiqua ſtatuta declarant, quæ Greg. in hoc c. cōfirmat, nihil nouum circa hoc ſtatuendo: quare præcipit eis Grego. ne caput ſuum omittant, vnde normam aſſumere debent. & qui contra hoc fecerit, deponetur.

a ¶ Non dura.] quamuis graue, & intolerabile ſit, tñ adimplendum eſt, vt 19. diſt. in memoriā. & 100. diſt. § morem. vel aſſignetur ratio quare adimpleri non poſſit, vt extra de reſcrip. ſi quando.

b ¶ Non nouum.] arg. quod non dr nouū, quod quandoq; ſtatutum fuit: licet modo renouetur [1], vt 24. q. 1. Achatius. & 24. q. 1. non ſatis. vnde ſi eps iurauit, quod non alienabit nouū feudum, tñ feudum de nouo vacans poteſt licite alienare, vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, quod per confirmationem Papæ non datur ius nouum, vt extra de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. Quid iuris ſit, dixi de hoc per diſt. prox. c. vlt.

[1] Et eſt arg. cōtra illos, qui innouatas quæſtiones vilipendunt. 12. diſt. renouantes. 10. q. 1. antiquos. Lau.

c ¶ Cauſatio epiſcoporum.] ſolus enim Papa poteſt condemnare epm, licet ab alio poſſit abſolui, vt 3. q. 4. quamuis. & c. dudum. & 5. q. 4. duodecim. Item ſolus Papa reſtituit eum, vt 2. q. 6. ideo 1. Item ſolus agit de eorū renūtiatione, vt. 6. q. 3. deniq;. & de eorū mutatiõe, vt 7. q. 1. mutationes. & de eorū exēptione, vt 16. q. 1. frater.

Papa ſolus cōdemnat epiſcopos.

Scit ſācta. CASVS. Reuertitur modo Gratianus ad propoſitū ſuum oſtendens, quod conſuetudo. quæ non obuiat iuri naturali, vel conſtitutioni eſt ſeruanda. Dr ergo in hoc c. quod bene poſſunt diuerſæ conſuetudines pro locis & tēporibus obſeruari, dūmodo illis canonica auctoritas nō obſtaret, nec obeſt ſaluti credentium.

d ¶ Conſuetudines.] vt 31. diſt. alter. & de conſe. diſt. 4. de trina. & de conſec. diſt. 2. quotidie.

ADDITIO. Ad idē ſ. ea. diſt. illa.

Illud.] CASVS. Lucinius inueniebat C 4 varias

ta Bibliotheca monaſterij Dominicanorū. Initium vero eſt etiam in epiſtola Anaſtaſii. II. ad Anaſtaſium Auguſtum, c. 6.

¶ Apoſtolicis præceptis nullus ſuperbe reſiſtat. C. II.

Anſel. l. 1. c. 10. Polyc. l. 1. tit. 17.

PRæceptis Apoſtolicis non dura [a] ſuperbia reſiſtatur; ſed per obedientiam, quæ à ſancta Romana ecclesia †, & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutifere impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrū, communionem habere deſideratis. *& poſt multa.* ¶ Non nouum [b] aliquid præſenti iuſſione præcipimus; ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cum nulli dubiū ſit, quòd non ſolum Pontificalis cauſatio † [c], ſed omnis ſanctæ religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput eccleſiarum debeat referri, & inde normam ſumere, vnde ſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolūt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si quis hæc † Apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

† abeſt ab orig. & aliquot vetuſtis Gratiani exēplaribus.

† *al. accuſatio*

† *al. hec præcepta ſedis Apoſtolicæ præcepta.*] orig.

a ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum eſt ex ipſa epiſtola; & aliquot manuſcriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus,* ſpei Romanæ eccleſiæ.

Item Leo ix. Michaeli epiſcopo Conſtantinopolitano, epiſt. 1. c. 29. & Nicolaus 1. epiſt. 2. ad Photium.

¶ Non eſt reſiſtendum conſuetudini, cui canonica non obſtat auctoritas. C. III.

Iuo p. 4. c. 225. & par. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155.

SCit ſancta Romana eccleſia, quòd nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines [d]; ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel poſſe reſiſtere †.

† *al. reſiſti*

¶ *Caput hoc confectum eſt ex duobus longe diuerſis locis. Nam vſque ad ver.* ſi illis, *ſumptum eſt ex prima epiſtola, ſeu libello Leonis ix. aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana eccleſia ait:* Scit namque, quia nihil obſint ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines; quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ poteſt, vni Deo commendat omnes. *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormia referuntur. Altera vero pars accepta eſt ex epiſtola ſecunda Nicolai ad Photium, quæ incipit,* Poſtquam Beato Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De conſuetudinibus, quas nobis opponere viſi eſtis, ſcribentes per diuerſas eccleſias diuerſas eſſe conſuetudines: ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua obuiare debeamus; nihil iudicamus, vel eis reſiſtimus.

Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.

¶ Conſuetudines, quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ ſunt, obſeruentur. C. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditio-

varias conſuetudines, & diuerſas, vnde dubitabat vtrũ altera deberet alteri præiudicare: & de hoc Hierony. cõſulebat; qui reſpondit dicens, q̃ conſuetudines à ſanctis patribus traditæ obſeruari debent, quæ fidei non obſtant: nec vnius loci conſuetudo alterius loci conſuetudine debet ſubuerti. Tria autẽ ſequẽtia capitula plana ſunt.

a ¶ Traditiones.] i. cõſuetudines. 8. diſt. quæ contra mores.

b ¶ Præſertim.] i. tantum. ſic ponitur 11. q. 3. ſi quis epiſ dãnatus, & 16. q. 3. per ſingulas. 7. q. 1. ſi quis presbyter. & 27. q. 2. multorũ. Et dic non officiant: id eſt, quæ fidei nõ aduerſentur, vel moribus bonis, vt ſ. ca. oſſ.

c ¶ Cõtrario more.] arg. eſt hic cõtra epiſcopos qui ſic argumentantur ꝯ eccleſiã aliquam: ex quo aliæ eccleſiæ hoc, vel illud faciunt: ergo & iſta idem faciet. Reſpondeatur ergo eis, q̃ conſuetudo vnius eccleſiæ non ſubuertitur propter ꝯrias conſuetudines aliarũ. arg. tñ eſt pro eis. 100. diſt. ꝯ morẽ. extra de cenſi. ex parte 1. arg. ꝯ extra de ca. mo. dilect. circa fi. lo. Sol. quælibet eccleſia faciat id quod aliæ faciunt de iure cõi. 61. diſt. miramur. niſi præſcripſerit, vt extra de præſcri. auditis. vel niſi habeat priuilegium. 16. q. 1. hinc & B. Ex his duobus cvr q́, iudex delegatus iudicabit ſm conſuetudinem loci, vt ſ. ca. diſt. illa. & ſ. diſt. 8. c. quæ ꝯ mores. vbi dicit, nullã ciuis, vel peregrini. & extra de conſue. cum olim: in fi. & de rog. ſpirit. ſuper eo. & optime extra de eo, qui mit. in poſſ. cum veniſſet. & C de ædi. pri. an in totum. vbi dr, q̃ iudex ſeruabit 2 ea quæ in oppido frequenter ſeruata ſunt 3. Et legatus ſeruabit conſuetudinem prouinciæ, nam magnũ exiſtimãt prouinciales ſibi ſeruari conſuetudines ſuas. ff. de offi. procon. obſeruare. Item lex præcipit, q̃ iudex ſeruet cõſuetudinẽ prouinciæ. ff. de teſta. l. 3. in fi. Econtra probatur, q̃ iudicabit ſm ius Romanum, vt 3. diſt. proxi. c. vlt. & c. conſuetudinis & in ſatiſdatione dicit lex ſeruandã cõſuetudinẽ vrbis Romanæ, vt Inſti. de ſatiſda. §. vlt. & extra de ſen. & re iudi. in cauſis & c. cũ cauſa. & 35. q. 2. ſeruatis. in fi. Itẽ qa delegatus nõ ſua, ſed delegãtis vice fungit 4, vt 93. diſt. c. vlt. extra de offi. dele. ſane 2. ff. de off. eius cui manda. eſt iuriſdictio. l. 1. & 3. Item magnum ſequeretur inconueniens, ſi ſm conſuetudinem loci iudicaretur. quia ſi illa loca haberent diuerſas cõſuetudines in quibus iudicatur: ſic ſequeretur q̃, eadẽ cauſa regeretur ſm cõſuetudines ꝯrias. 12. q. 2. nemo nemus. Item vr, q̃ ſm cõſuetudinẽ rei ſit iudicandũ: tũ qa actor ſemper ſequitur forũ rei, vt 11. q. 1. experientiæ. tũ qa fauorabiliores rei ſunt, quàm actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, q̃ ſi aliqui ſe ſponte ſubijciant iudicio alicuius, vel ſponte petant iudices delegatos, q̃ ſemper ſecundum conſuetudinem delegantis iudicandum ſit, Si autẽ inuitis datus ſit iudex: tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigantiũ, & potius ſm cõſuetudinẽ rei, q̃ actoris, vt in d. l. fauorabiliores. Melius põt diſtingui, aut appellatur ad Papam, aut non: ſi propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatum debere ſequi conſuetudines illius loci à quo eſt appellatũ, qa iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſniæ, vt in authen. coll. 8. vt cum. de ap. cog. in prin. arg. ad hoc extra de teſt. Raynutius, vbi iudex ap. ſequitur conſuetudinem loci à quo fuit appellatum. Sed ſi ſine ap. impetretur iudex: tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. arg. ad hoc ff. de condi. & dem. quæ conditio. in fi. lo. Ego credo, q̃ iudex iudicabit ſecundum conſuetudinem rei, cum actor forum rei ſequatur: vt extra de fo. compe. cũ ſit generale. niſi ratione cõtractus, vel maleficij factus ſit de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci vbi contraxit, vel vbi deliquit, vt 8. diſt. quę contra mores. & extra de for. compe. c. vlt. Bar.

Marginal notes: 1 Et c. ſopite. vbi de hoc. & c. ſuper eo. vbi de hoc. extra de offi. archi. c. fi. vbi plene d hoc p Inn. & facit ad hoc quod not. extra d decimis, quoniam.

Iudex iudicando an loci cõſuetudinẽ ſeruare debeat.

2 In iudicando.

3 Scilicet in ſimili genere controuerſiarũ. Archid.

4 Idẽ Bal. in l. aduerſus. C. ſi aduer. rẽ iu. & Alexã. d Imo. in l. ſolet. ff. de iuriſ. om. iu. circa. princ.

Conſuetudo rei debet à iudice ſeruari.

nes [a] eccleſiaſticas, præſertim [b] quæ fidei non officiunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem, aliorum contrario more [c] ſubuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiſcopo.

¶ Traditiones à Patribus inſtitutæ non ſunt infringendæ. C. V.

RIdiculum eſt [d], & ſatis abominabile dedecus, vt temporibus noſtris vel falſo inſimulari ſanctam Dei eccleſiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus ſuſcepimus, pro libitu ſemper errantiũ infringi patiamur. Iuo p. 4. c. 212. Pann. l. 2. c. 156.

¶ Habetur in epiſtola ſcripta Hincmaro, & ceteris archiepiſcopis & epiſcopis in regno Caroli eccleſias regentibus; quæ extat in codice iam memorato Bibliothecæ Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum eſt. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem, & in Pannormia.

Item Iuſtinianus Inſtitutionum lib. 1. tit. 2.

¶ Diuturni mores pro lege ſunt habendi. C. VI.

DIuturni [e] mores conſenſu vtentium approbati legem imitantur. Iuo p. 4. c. 194. Pann. l. 2. c. 160.

Item Cod. lib. 8. tit. quæ ſit longa conſuetudo. l. 1.

¶ Quidquid contra longam conſuetudinem fit, reuocari oportet. C. VII.

COnſuetudo [f] præcedens, & ratio, quæ conſuetudinem ſuaſit, tenenda eſt. Et quidquid [g] contra longam [g] con Iuo p. 4. c. 201. Pann. l. 2. c. 162.

c ¶ Cõtrario more.] C. de temp. in integ. reſt. l. vlt. contra vbi dicitur, q̃ abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimen. Sol. verum eſt, q̃ propter loca diuerſa non debet induci ius diuerſum: niſi alia ratio ſubſit. 29. diſt. ſciendum.

d RIdiculum eſt.] ff. de interdictis, & relegatis, l. relegatorum. §. vltimo.

e DIuturni.] Hoc dicitur. Inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto.

f COnſuetudo.] vbi non eſt contraria iuri ſcripto.

g ¶ Contra longam.] ſed longum eſt illud quod eſt x. vel xx. annorum, vt C. de præſcrip. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, q̃ conſuetudo excedat hominum memoriam, vt dicunt quidam: vel etiam, q̃ ſit præſcripta. Sed illud verum eſt, vbi conſuetudo non eſt cõtra ius, vel quando eſt vetuſta: ita vt excedat memoriam hominum. ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. itẽ varus. quia tunc habetur loco conſtitutionis, vt l. hoc iure. §.

iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. vbi autem eſt iuri ɔ̃ria, requiruntur ea, quæ not. ĩ. 8. diſt. fruſtra. 1

NOs conſuetudinem.] CASVS. In Numidia erant multi Donatiſtæ, quos cum ad eccleſiam redibant archiepiſcopi, & primates de cõſuetudine in epiſcopos pro-

ſionis & proprie. Item eſt hic argu. quòd perſona, quæ aliàs eſt ineligibilis, ratione conſuetudinis fit eligibilis. & ſic extra de clericis coniuga. cũ olim 2. & ff. de decu. non tantum. in fin. arg. contra extra de conſuetu. cum venerabilis. Item habes hic, quòd diſpenſantur in vno

ſuetudinem fiet; ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes prouinciæ.

a ¶ Quidquid.] *In originali eſt*, & ne quid contra longã conſuetudinem fiat, *ſed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quæ eſt etiam apud Iuonem, & in Pannormia; non eſt mutatum.*

Itẽ Gregorius vniuerſis epiſcopis Numidiæ, li. 1. epiſt. 75.

¶ Immota permaneat conſuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. C. VIII.

ĩ. diſt. 11. c. conſuetudinem. Iuo p. 4. c. 204.

NOs conſuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vſurpare dinoſcitur, immotam [a] permanere concedimus; ſiue de primatibus [b] conſtituendis, ſiue de ceteris capitulis; exceptis ijs, qui ex Donatiſtis ad epiſcopatum peruenerint: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum [c] ordo [d] clericorum eos ad locum eumdem deferat) modis omnibus prohibemus [e]. Sufficiat autem illis commiſſæ ſibi plebis † curam gerere; non autem etiã illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & edocuit, & genuit, ad obtinẽdũ culmẽ primatus anteire.

† *tantummodo.*] orig.

c ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetuſtis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus; ſed auctor gloſſa non videtur habuiſſe verbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo neque pleraque Gratiani manuſcripta exemplaria, neque aliquæ etiam B. Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum lib. 7. reg. epiſt. 81.

¶ Non negantur quæ conſuetudinis ſunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur; ſic [f] quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

Idem Gregorius ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, reſp. 3.

¶ Non locus conſuetudinem [3], ſed conſuetudo locum commendat. C. X.

Iuo par. 2. c. 80.

NOnit fraternitas tua Romanæ eccleſiæ conſuetudinẽ, in qua ſe meminit enutritam. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallicorum † [g], ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotenti Deo poſſit placere, ſolicite eligas; & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in

† *Gallicanorum*] orig. *Gallicana.*] Iuo.

ordine cum aliquo, qui tamen non poteſt promoueri ad ſuperiorem ordinẽ, vt 34. diſtin. lector, & 1. q. 5. ca. primo. & quæ ſho. 7. ſaluberrimũ. poteſt enim aliquis habere minorẽ honorem, qui non poteſt habere maiorẽ, vt ff. de interdi. & rele. relegatorum. §. vlt. & 15. quæſt. vlt. c. 1.

c ¶ Etiam cum.] id eſt quamuis.

d ¶ Ordo.] licet ſint talis ordinis, ꝙ poſſint eſſe primates.

e ¶ Prohibemus.] 23. q. 4. ipſa pietas 3. ver. itẽ ĩi ɔ̃. 1. q. 1. ſi qs hæreticæ. 1. q. 7. c. 1. & c. conuenientibus. contra. Sol. de iure communi eſt ꝙ nullus rediens ab hæreſi poteſt ordinari. 1. q. 7. c. 1. ſed diſpenſatur cum eis multipliciter. Diſpẽſatur enim cum eis quandoque ſemiplene, quãdo ad minores ordines promouentur, vt 1. q. 1. ſi quis hæreticæ. plena eſt, quãdo poteſt fieri ſacerdos, & nõ vltra 1. q. 7. conuenientib⁹. plenior quando poteſt fieri epiſcopus: ſed non primas, vt hic. pleniſſima quando ad omnes ordines, & dignitates promouetur. 23. q. 4. ipſa pietas. Io.

QVemadmodũ.] CASVS huius cap. per ſe patet.

f ¶ Sic.] ſimilis comparatio eſt. 2. quæſt. prima, ſicut ſine. Ioã.

NOuit.] CASVS Gregorius miſit Auguſtinũ monachũ ſuum ad prædicãdũ

2 Poteſt dici id quod dicitur i hac decre. plus fieri ꝓpter ſcãdalũ vitãdũ: q̃ propter cõſuetudinẽ: vt ĩ hoc c. nos cõſuetudinem.

Rediens ab hæreſi an poſſit ordinari.

3 Hoc cap. potius eſt cõcordãtia cum hoc, & ibi tales pmittantur epiſcopari, ſecũdũ Hu.

promouebant: cum hæc conſuetudo eſſet contra eccleſiaſticas conſtitutiones. Dicit ergo Papa in ceteris articulis conſuetudinem eſſe ſeruandam. In ꝓmotione vero Donatiſtarum ſeruari non debet; licet in dignitatibus ex diſpẽſatione tolerentur, cũ in quibuſdam antea conſiſtebant.

a ¶ Immotam.] contra extra de conſue. cũ venerabilis. ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, vt 22. q. 1. & iurabunt.

b ¶ De primatibus.] ar. eſt hic, ꝙ conſuetudo attẽditur in electione, vt 24. q. 1. pudenda, in fi. & extra de elec. cum inter vniuerſas, & c. cum eccleſia, de cauſa poſſeſ-

Cõſuetudo in electione attẽdit.

Anglicis, qui iuit, & conuertit eos; & fact⁹ eſt ibi epiſcopus. Vnde quæſiuit à Gregorio, an ſecundũ conſuetudinem Romanæ eccleſiæ, quam Aug. bene nouit, deberet Angliam informare? Et reſpondet Greg. ꝙ vbicumque inuenerit bonas conſuetudines, illas aſſumat, quib⁹ in vnũ collectis Anglicorũ mores informet: nec debet ꝓ loci dignitatem conſuetudinẽ approbare: qa nõ res ꝓ loca, ſed loca ꝓpter res, & conſuetudines ſunt amanda.

g ¶ Siue in Gallicorũ.] ĩ. proxi. diſt. c. vlt. contra. Sed ibi de generali conſuetudine. Vel ibi de illa, quæ conſiſtit in ordine. 54. diſt. ex antiquis. hic de illa, quæ conſiſtit in obſequijs.

a ¶ Res.]

a ¶ Res.] id eſt conſuetudines, quaſi dicat non ideo eſt comprobanda conſuetudo mala; quia bonus locus eſt. 40. diſtin. non loca.

Additio. Nec bona conſuetudo repellenda eſt, ideo q͞a locus ſit vilis ac ignobilis, ſm Hu.

e ¶ Liberas.] Hic dicit Aug. ꝙ liberũ eſt ſabbato ieiunare quantum ad extraneos, non quãtũ ad illos vbi talis conſuetudo ſeruata eſt. Sed ↄ͞trium dicit Inn. ſ. de conſe. diſt. 3. ſabbato. Sed ibi loquitur de conſilio. Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis. 76. diſt. vtinam. f ¶ So-

fide noua eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſijs colligere poteris †, infundas. Non enim pro locis res,[a] ſed pro rebus † loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſijs quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige: & hæc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.

† *potuiſti*] orig.

† *bonis reb'*] orig.

Item Auguſtinus ad Ianuarium, epiſt. 118. c. 1.

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum. C. XI.

ILla autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi [b] vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorum eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata [c], atque ſtatuta retineri [d]: ſicuti quòd Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cælum, & aduentus de cælo ſpiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſa, quacumque ſe diffundit, eccleſia. ¶ Alia vero, quæ per loca terrarum, regioneſque variantur, ſicuti eſt, quòd alij ieiunant ſabbato, alij vero non; alij quotidie communicãt corpori & ſanguini dominico, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi ſabbato tantum & dominico, alibi tantum dominico; & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt; totum hoc genus rerum liberas [e] habet obſeruationes. Nec diſciplina vlla eſt in his melior graui, prudentique Chriſtiano, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit eccleſiam, ad quamcumque forte deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur †, indifferenter eſt habendum; & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate [f] ſeruandum eſt. Mater mea [α], Mediolanum me conſecuta inuenit eccleſiam ſabbato non ieiunantẽ: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium. At ille ait; cum Romam venio, ieiuno ſabbato: cum Mediolani ſum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte eccleſiam veneris [g], eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt [h].

Ibidem. c. 2.

fere idem epiſt. 119. c. 18.

† *al. eſſe conuincitur*

α ¶ Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodũ & in ſequẽti, multa*

ILla autẽ.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quærebat Ianuarius ab Auguſtino, quare gñaliter p totum orbem ſeruentur paſſio Domini, reſurrectio, & aſcenſio: & his ſimilia: cũ non inueniatur in auctoritate, ꝙ illa ſeruari præcipiat? Et reſpondet Aug. ꝙ ideo ſeruantur, quia intelligere debemus, & credere hoc eſſe traditũ ab Apoſtolis, vel à cõcilijs ſtatutum. vnde debent ab vniuerſis ſeruari. In ſecunda parte, quæ icipit ibi, [Alia vero.] dicitur, ꝙ particulares cõſuetudines liberã habẽt obſeruantiam: nec ad alios q ibi non habitant, pertinent: ſicut eſt de ieiunio ſabbati, & de quotidiana ſumptione corporis Chri, & de his ſimilibus, & hoc pbat exẽplo Ambroſij. Nam cũ mater Auguſtini iiſſet Mediolanum, & dubitabat vtrum deberet ieiunare die ſabbati: cum ibi eccleſia non ieiunaret, Aug. conſuluit Ambroſium ſuper hoc, qui reſpondit. Cum ſum Romæ, ſabbatum ieiuno: Cum ſũ Mediolani, non ieiuno; & tu Auguſtine ad quacumq; eccleſiam veneris, eius morem ſerua: ne ſcãdalum generetur alicui pp te. Hoc cum Auguſt. renuntiaſſet matri, libenter amplexa eſt.

Cõſuetudo pſumitur iuſta.

b ¶ Intelligi.] arg. quòd præſumendũ eſt conſuetudinẽ eſſe iuſtam, & ex iuſta cauſa proceſſiſſe, niſi probetur contrarium argu. contra, infra eadem diſtinctio. omnia, & 68. diſt. chorepiſcopi. & extra de cẽſi. peruenit. vbi habes, quòd licet ordo chorepiſcoporum diu ſeruatus ab omnibus fuerit: tamẽ aboletur; quia cauſa inſtitutionis ignoratur 1. Sed illa conſuetudo mala fuit & oneroſa, & iõ fuit extirpata. Hic aũt loquitur de bona cõſuetudine, & nõ oneroſa, vt in Auth. de referen. §. ſi. Itẽ eſt hic arg. ꝙ ex tempore præſumitur àliquid eſſe debitum, vt 18. q. 2. ſeruitium.

1 Poteſt dici ſecundũ Lau. ꝙ ibi non negat Damaſus eos in concilijs inſtitutos fuiſſe: ſed cauſã inſtitutionis dicit ſe negare.

c ¶ Commendata.] eſſe.

d ¶ Retineri.] id eſt, vt retineantur.

f ¶ Societate.] arg. quòd quilibet tenetur viuere ſecundum conſuetudinem illorum inter quos verſatur, vt ſupra 8. diſtinct. quæ contra. & 41. diſtin. quiſquis. B. Vnde verſus:

Si fuerit Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

g ¶ Veneris.] ar. ꝙ viatores tenentur ſequi conſuetudinem loci ad quẽ veniunt, vt hic, & 3. diſt. 8. quæ contra. arg. cõtra. ff. de iudi. hæres abſẽs. Sol. vt in diſt. 100. quæ contra. quia refert an ſint moraturi, vel cito receſſuri, vel an ſit conſuetudo apparens, vel latens.

h ¶ Amplexa eſt.] ſed forte non libenter ieiunauit.

HOC

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars in qua dr. ꝙ licet conſuetudo nō ſit contra fidē, ſi tamen arguat, remouenda eſt ſi pōt fieri ſine ſcandalo. Ioan de Fant. CASVS. Hic aſſignat Gratianus, ꝙ ſupradicta cap. loquuntur de generali cōſuetudine, vel particulari rationabili,

luit religionem Chriſtianam liberā eſſe in pauciſſimis ſacramētis: nec eam voluit ſeruilibus oneribus premi, quæ hodie in tantum eccleſiam premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudęorum, quàm noſtra: qui licet legē Chriſti non ſuſceperint: legalibus tamen ſacramentis, non præſumptionibus ſubijciuntur humanis.

ſunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco vſque in finem, quorum verba B. Auguſtini apte erant in epitomen redacta, nihil additum eſt.

2 *Hoc autem* [a] *de conſuetudine illa intelligendum eſt, quæ vel vniuerſalis eccleſiæ vſu, vel temporis prolixitate roboratur. Ceterum ſi pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum variæ conſuetudines introducantur, inuenta opportunitate reſecandæ ſunt potius, quàm obſeruandæ.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad inquiſitiones Ianuarij, epiſt. 119. c. 19.

¶ Reſecanda ſunt quæ neque auctoritate, neque moribus vniuerſitatis comprobantur. C. XII.

Iuo p. 4. c. 206. Pann. l. 2. c. 168.

OMnia [b] talia, quæ neque ſanctarum ſcripturarum auctoritatibus continentur, nec in concilijs epiſcoporum ſtatuta inueniuntur, nec conſuetudine vniuerſalis † eccleſiæ roborata ſunt, ſed diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino numquam inueniri poſſint cauſæ [c], quas in eis inſtituendis homines ſecuti ſunt, vbi facultas [d] tribuitur, ſine vlla dubitatione reſecanda exiſtimo. Quamuis enim neque hoc inueniri poſſit, quomodo contra fidem ſint; ipſam tamen religionem [e], quam pauciſſimis [f], & manifeſtiſſimis [g] celebrationum ſacramentis miſericordia Dei eſſe liberam voluit, ſeruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiam ſi tempus libertatis non agnouerint; legalibus tamen ſacramentis †, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur.

† *vniuerſæ.*] orig. Iuo, Pann.

† *al. adeo ſeruilibus operibus*

† *ſarcinis*] orig.

Item ex concilio Toletano xi. c. 3.

¶ Omnes prouinciæ † eumdem in pſallendo modum teneant, quem metropolitanam ſedem † habere cognouerint. C. XIII.

† *al. prouinciales*

† *al. eccleſiam*

Epheſ. 4.

3 DE ijs, qui contra Apoſtoli voluntatem [h] circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto concilio, vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſque prouinciæ [a] ciues [i], rectoreſque eccleſiarū vnū eumdemque in pſallendo teneant modum, quem in † metropolitana ſede cognouerint inſtitutum; nec aliqua diuer-

† *al. à*

b ¶ Omnia talia.] loquitur de conſuetudine irrationabili, ne ſit ꝯ. 3. eo. illud.

c ¶ Cauſæ.] ar. ꝙ nō ſufficit dicere ita ſtatutū eſt, niſi cauſa ſtatuti aſſignetur, vt extra de cēſi. peruenit. ꝯ. 2. q. 5. cōſuluiſti. ꝯ. de conſec. diſt. 1. placuit. ꝯ. 68. diſ. chorepiſcopi. arg. cōtra. ff. de leg. non omnium 1.

Statuti cauſa eſt aſſignanda.

d ¶ Facultas.] id eſt, vbi poteſt fieri ſine ſcandalo, vt 50. diſt. vt conſtitueretur.

1 De hoc extra d reſcr. ſi qñ. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. in prin.

e ¶ Religionē.] Chriſtianam.

f ¶ Quam pauciſſimis.] arg. ꝯ illos, qui nimias fundunt orationes. ff. quod met. cau. l. 1. quia gaudent breuitate Moderni, vt not. ff. eo. tit. l. 1.

g ¶ Manifeſtiſſimis.] 3. diſt. 4. erit.

DE ijs.] Hæc eſt tertia pars, in qua dr. ꝙ cōſuetudo in celebrādis officijs, quā obtinet metropolitana eccleſia debet obſeruari in omnib⁹ eccleſijs, exceptis monaſterijs, in quibus celebrātur officia ſecundum regulā, beati Benedicti. Hug. CASVS. Quidā erāt epi, qui non ſeruabāt ordinē in diuinis officijs, quem ſeruabat metropolitana eccleſia: quare ſtatutū fuit in concilio Tolet. vt oēs epiſcopi eūdem modū in officijs ſeruent, qui in eccleſia metropolitana ſeruatur. Abbates vero officia publica. i. veſperas, matutinas, & miſſas celebrent ſicut in eccleſia principali celebrantur: alia vero officia dicant ſicut in corū regula cōtinetur. Et hæc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quiſquis.] dr. ꝙ ſi quis ꝯ hoc fecerit. vj. menſibus excōicationi ſubdatur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Sub iſta.] dr ꝙ metropolitani debent epiſcopos prouinciæ cogere ſupradictum modum ſeruare, & epiſcopi ſibi ſubiectos rectores ſupradictam regulam ſeruare compellant.

nabili, quæ omnino ſeruari debent, & ſi malæ, vel onoroſæ conſuetudines ſint, reſecari debent opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit capitulum ſequens.

a ¶ Hoc autem.] quod ſupra dictum eſt de conſuetudine ſeruanda.

OMnia.] CASVS. Quædam conſuetudines onoroſæ inueniebantur, quæ nec auctoritatibus ſcripturarum, nec in concilijs epiſcoporum, nec conſuetudine vniuerſali roboratæ erant; & vix ratio poterat inueniri quare eſſent inuentæ. Vnde Ianuarius ab Auguſtino quæſiuit, an tolerandæ eſſent? Et reſpondet, ꝙ non: immo reſecandæ cum ſe facultas obtulerit: quia Deus vo-

h ¶ Voluntatem.] ſcilicet doctrinis varijs nolite abduci, vt ꝯ. diſt. proxi. nolite.

i ¶ Ciues.] ciues ergo cantant 1 cum clericis. & dicūt amen. 38. diſtin. ſedulo.

1 Id eſt, reſpondēt.

a ¶ Suā

Monaſteriorum regimen ad quem ſpectat.

a ¶ Sui epiſcopi.] arg. q. regimen omniũ monaſteriorũ ſpectat ad epm 1, vt 9. q. 3. p ſingulas, & 16. q. 1. qui vere. & 61. diſt. obitum. Sed nonne monaſteria monachorũ potius ſunt ſm abbatem regenda, ad quem tota poteſtas monaſterij ſpectat. 18. q. 2. c. nullam? Sed illud verũ eſt de regulis viuẽdi, non de regulis cantãdi. 12. q. 1. nõ dicatis.

b ¶ Publica.] ſcilicet clericorum ſæcularium, quorũ officia publica ſunt, cũ ipſi populum habeãt: ſed monachi nõ ſemper habent populũ, vnde ipſi non faciunt publica officia, vt 16. q. 1. interdicimus.

c ¶ Adſtringat.] arg. metropolitanũ poſſe ſuſpendere, & excommunicare ſuum ſuffraganeum, vt ĩ. 18. diſt. placuit, & cap. ſi epiſcopus. ĩ. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 3. ſi quis eps.

1 Dicit Hug. q. hoc non colligitur hic & eſt ſẽſus, ſecundũ voluntatẽ ſui epiſcopi: qa epiſcopus, hoc etiam velle debet: non q. eis formã huius rei dare debeat. Ar. ĩ. 16. q. 1. Agapitus.

Metropolitanus ſuffraganeos excommunicat.

ſitate cuiuſque ordinis, vel officij à metropolitana ſe patiantur ſede diſiungi. Sic enim iuſtũ eſt, vt inde vnuſquiſq; ſumat regulas magiſterij, vnde honoris conſecrationẽ accipit, vt iuxta maiorum decreta, ſedes, quæ vnicuique ſacerdotalis dignitatis eſt mater, ſit eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Abbatibus ſane, indultis officijs, quæ iuxta voluntatem ſui epiſcopi [a] regulariter illis implenda ſunt, ceteræ officia publica [b], id eſt veſperas, matutinum, ſiue miſſam aliter quàm in principali eccleſia, celebrare non liceat.

¶ Quiſquis autem horum decretorum violator extiterit, ſex mẽſibus communione priuatus apud metropolitanum ſub pænitentiæ cenſura permaneat corrigendus; quatenus apud illum & præteritæ tranſgreſsionis culpam lacrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſe addiſcat. ¶ Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolum metropolitanus totius ſuæ prouinciæ pontifices, vel ſacerdotes adſtringat [c]; ſed etiam ceteri epiſcopi ſubiectos ſibi eccleſiarum rectores obtemperare his inſtitutionibus cogant.

a ¶ Prouinciæ ciues.] *in codice Lucenſi peruetuſto bibliotheca Regis catholici, & in concilijs impreſsis, in margine legitur*, prouinciæ pontifices: *qua dictio in fine huius capitis repetita oſtẽdit hanc eſſe veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, ciues.

Placuit.] Casus huiꝰ capituli planus eſt, qui de eadem materia loquitur cũ ſuperiori.

d ¶ Placuit.] ĩ. de cõſec. diſt. 5. conuenit. iſtis tñ capitulis derogatur per cõtrariam conſuetudinem 2.

2 Idem dicunt hic Hug. Lau. & Ioan. de Fant.

Item ex concilio Bracarenſi 1. c. 19.

¶ Ordo ſeruetur in matutinis, & veſpertinis officijs vnus & idem. C. XIIII.

Sententia habetur etiã in Toletano 4. c. 2.

PLacuit [d] omnibus communi conſenſu, vt vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officijs teneatur, & non diuerſæ, ac priuatæ, neque [ß] monaſteriorum conſuetudines cum eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ.

ß ¶ Neque monaſteriorum.] *In concilio ipſo poſtremo Coloniæ excuſo, abeſt vox*, neque. *In ceteris autem editionibus ſic legitur*, priuatæ monaſteriorum conſuetudines contra eccleſiaſticas regulas ſint permiſtæ.

Item aduerſus.] Hæc diſtin. diuidit᷑ in duas partes. ſecunda. ibi, [Eſt tamen.] Casus. Supra in 5. diſt. oſtendit Gratianus ius naturale præferri alijs in origine & dignitate, & ſ. in 8. diſt. oſtendit, quòd præfertur amplitudine. In hac vero 13. diſtinct. oſtendit, quòd præfertur in ſententiæ rigore: quia nulla diſpenſatio admittitur contra ius naturale in preceptis, & prohibitionibus, niſi duo forte mala ita vrgeant, vt neceſſe ſit alterum eligi, & ad hoc probandum inducit ſequentia cap.

DISTINCTIO XIII.

ITem aduerſus [e] *naturale ius nulla diſpenſatio admittitur; niſi forte duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum neceſſe ſit eligi.*

Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.

e ¶ Itẽ aduerſus.] aſſignauit magiſter differendam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine: nunc aſſignat differentiam eiuſdem iuris ad alia iura in ſniæ rigore: nam contra alia iura admittitur diſpenſatio. 25. quæſt. 1. c. ſi. 3 ſed contra ius naturale, quod conſiſtit in præceptis & prohibitionibus numquã: magiſter tamen excipit vnum caſum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris ſit de perplexitate. Dicunt quidam, q. aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo mortalia, vt Iudæi qui crucifixerunt Chriſtum, peccauerunt mortaliter. de pæni. diſt. 1. periculoſe. & ſi non occidiſſent, ſimiliter peccaſſent mortaliter: quia feciſſent ꝯ conſcientiã, quæ dictabat eis ꝯtriũ; quia dictum erat eis. Quicũq; fecerit ſe filiũ Dei, morte moriatur. & omne qđ fit ꝯ conſcientiam, ædificat ad gehennã. 28. q. 1. c. 1. §. ex his. extra de præſcrip. qm̃. Itẽ vt dicũt, poteſt aliquis eſſe perplexus * inter mortale, & veniale, vt cũ aliquis q̃rit aliquẽ inimicũ ſuum, quẽ ſcio eſſe in loco aliquo, ſi dico quærenti illũ eſſe in loco illo, pecco mortaliter 4. quia prodo eũ; ſi nego eũ eſſe ibi, pecco ſaltẽ venialiter, vel & mortaliter ſi ſum perfectus, vt 22. q. 2. ne quis. ſi taceo, ex taciturnitate mea præſumitur eum eſſe in loco illo. Itẽ in alio exemplo: ſi vxor petit debitum à viro, & vir negat,

3 Vt ſ. diſt. prox. §. conſuetudinis & c. ſeq.

Perplexitis Vatica[…]

* Vide D. Th. 3. ſen. diſ. 38. q. 1. 4. quæſtum.

Mendaciũ ſaluans aliquem à morte, an ſit mortale.

4 27. q. 2. […] tu. 35. q. 5. […]dicat.

negat, peccat mortaliter. ſi reddit, vt peccare venialiter: quia delectatio carnis non poteſt eſſe ſine veniali peccato, vt vř 33.q.4.vir cū propria, & ſic eſt perplexus.§ Similiter vi. q aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo venialia, vt ſi aliquis ſimplici verbo promiſit ſe bibere pluſ-

le opinetur vtrumque eſſe malum.

b ¶ Neceſſitas.] id eſt caſus, vel refertur ad opi. ſtultam.

c ¶ Reſoluere.] id eſt, facere.

d ¶ Quod minori.] ſecundum q ipſe opinatur, cum alterum illorum nō obligat ipſum:

§ Ideſt neceſſitate adſtrictus ad aliqđ malum perpetrandū, ſecúdū Lau.

Iuo p. 12.c.16. Pann.l.8.c.119.

¶ Minus malum de duobus eligendum eſt. C. I.

DVo mala [a], licet ſint omnino cautiſſime præcauenda, tamen ſi periculi neceſſitas [b] ex his vnum perpetrare † compulerit; id debemus reſoluere [c], quod minori [d] nexu noſcitur obligare†, ¶ Quid autem ex his leuius, quidve ſit grauius, puræ † rationis acumine inueſtigemus. Etenim dū peierare [e] compellimur, creatorem quidem offendimus; ſed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promiſſa complemus, & Dei iuſſa ſuperbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus. Illic † [f] enim duplici [g] culparum telo perimimur †, hic † [h] tripliciter iugulamur.

† *al. tentare*] *al. tēperare*] *al. temerare*, † *obilgari*] ori. Iuo, Pan. & Grat. † *al. piæ*] *al. pio*] *al. pietatis acumine*] † *al. Illinc*] Gra. † *perimur*] orig. † *al. hinc*] Gra.

¶ *In ipſo concilij capite multa antecedunt, & ſequuntur, quæ perlegenda ſunt.*

Item Gregorius in moralibus, in c. 40. Iob, lib. 32. c. 18. & 19. & 20.

¶ De eodem. C. II.

Iob. 40.

NErui [i] teſticulorum [k] Leuiathan [l] perplexi ſunt [m]; quia ſuggeſtionum † illius argumenta implicatis [n] inuentis † [o] illigantur, vt pleroſq. ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe fugere peccatū appetāt, hoc ſine aliquo peccati laqueo nō euadant, & culpā faciant, dū vitant, ac nequaquā

† *al. per ſuggeſtionum* † *al. inuentionibus*] ori.

e Peierare.] ſecundum q talis opinati: non enim peierat, licet non ſeruet tale iuramentum, vt 22. q.4. ſi aliquid.

f ¶ Illic.] id eſt in iuramento.

g ¶ Duplici.] Non intelligas, q in homicidio tria peccata cōmittant̃ §, & in periurio duo: ſed ibi dicit, q in homicidio tres offendunt̃, in piurio duo. Et eſt hic arg. q q plures offendit, pl⁹ peccat. 94. diſt. ſi quis aūt legationē, & 11. q.3. præcipue. Itē eſt hic arg. q pro illo po ti⁹ eſt iudicandū pro quo plures rationes faciūt, vt extra de pba. licet, in fi. & q potiora iura oſtenderit obtinebit. 21. diſt. 1. & C. de edi. diui Hadri. tol. l. vlti. Sic & deterior eſt cauſa illius, cōtra quem plura faciunt, vt 28. diſt. de Syracuſanæ. Item contrariū hic ſignat̃. 22. q.5. ille qui, vbi dicitur, q piuriū ſit mai⁹ homicidio: Sed ibi ſoluit̃.

Homicidiū tres, periuriū duos offendit. § Sub: Sed vnū tantū: ſed hoc dicitur ad exaggerationem. arg. 23.q.5. relegentes. ſecúdū Laur.

h ¶ Hic.] ſcilicet in homicidio.

plusquā poſſitu ſi plus bibat peccat venialiter. 25. diſt. vnum orariū. §. criminis. ſi ē verbū ſuū facit peccat venialiter, vt 22. q.2. primū. Sed dicēdū eſt, q nullus pōt eſſe pplexus inter duo mala: qa ſm hoc ſequeretur, q aliqs ex neceſſitate teneretur facere malū: ſed dicit catō, q Deus nunq̄ redderet interitū, niſi ſpōtaneū reperiret homo habere delictū, vt 23.q.4. Nabuchodonoſor. ver. vaſis itē. Præterea ſi ex neceſſitate teneremur aliqđ mali facere, lex q illud prohibet, eſſet impoſſibilis: cum tñ oīs lex debeat eſſe poſſibilis 4, vt ī. di. 4. erit. Perplexio ergo quantū ad rem nihil eſt: ſed quantum ad animū, & ad ſtultam opi. alicuius pplexio aliqua eſt: vnde Iudæi non erant pplexi niſi quātum ad animū, & ideo debuiſſent conſulere peritiores, vt Apoſtolos, vel ſacras ſcripturas. In alio exemplo dř, q ille, q interrogatur debet tacere: nec hoc ei nocet, ſi alter ex taciturnitate ſua aliquid præſumat. Abſit. n. q ea quæ, &c. vt 23.q.5. de occidendis. præterea nō ſemper ſequitur, q qui tacet conſentit, vt 86. diſt. tanta. Qđ aūt obijcit de vxore, non credo q talis delectatio ſit aliquod peccatum, vt 32. q.2. quidquid. Si tamen vis tenere, q ſit ibi veniale peccatum, dicas cum H. q vir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere, promittendo ſe poſtea facturū donec ipſa eſferueat: & ſi nec ſic illa deſiſteret, tunc vir det ei copiam corporis ſui, vt q̄ cito mulier expleuerit libidinem ſuam, ſtatim vir ſecedat, nec pcedat ad actū.

4 Idē q ex neceſſitate peccat, pœnā non meretur, quia volūtarios reos, &c. 15. q.1. illa.

Coit⁹ cōiugalis, an careat peccato.

DVo mala.] CASVS. Statutū fuit in cōcilio Toleta. q quoties duo mala inſtant, ita q alterum eligi ſit neceſſe: illud debet eligi, qđ minus grauat: & illud vitari, qđ magis. & hoc in prima parte. In ſcdā q̄ incipit ibi, [Quid aūt.] oſtēditur qđ grauius; & quod leuius. Nam ſi iuraui hominem interficere, magis pecco interficiendo, quàm deierando; quia occidendo tripliciter pecco, deierando tantum dupliciter, & ideo eligendum.

a ¶ Duo mala.] intellige quantum ad fatuā illius op. qui ſe credit pplexum; & ſic intelligas omnia verba hic poſita: nō enim vtrumque illorum malum eſt: licet iſ-

NErui teſticulorum. CASVS. Hoc cap. diuidit̃ in tres partes. In prima parte oſtenditur, q perplexitas pueniт ex ſuggeſtione diaboli. In ſecūda parte, quæ incipit ibi: [Quid michi⁹.] ponuntur tria exēpla pplexitatis. Vnū ē de illo, q iurat ſe celare oīa ſecreta ſocij ſui, quē ſcit velle interficere maritum adulteræ ſuæ; ſed timet eum propter iuramentū, qđ fecit, manifeſtare. ſecūdū de eo, qui malo plato obedientiā fecit, timēs ſi nō obediat ei ē in malo, propter obedientiam quā ei fecit. Tertiū exēplū eſt de eo, qui per ſimoniā prælaturā acquiſiuit, qui timet peccare ſi gregē ſibi cōmiſſum derelinquat. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Eſt tamen.] datur conſiliū quid in huiuſmodi perplexitatibus ſit faciendum. Nam dicitur, q de duobus malis minus malum eſt eligendū, & hoc probatur exemplo Pauli, qui conceſſit minima, id eſt matrimonia, & coitum coniugalem cauſa incontinentiæ, vt maiora, & grauiora vitētur, ſcilicet fornicationes.

i ¶ Nerui.] id eſt ſuggeſtiones diaboli neruoſæ, id eſt callidæ, & illaqueantes.

K ¶ Teſticulorum.] teſticuli dicuntur ſuggeſtiones ei⁹: quia ſicut teſticuli ſunt miniſtri, & inſtrumenta humanæ generationis, & in ſe continent omne incentiuum libidinis 6, ita ſuggeſtiones diaboli generant in hominibus vitia, & ad omnia illicita accendunt. ſ. 6. diſt. ſed penſandum.

6 Ad hoc 44. diſt. §. 3.

l ¶ Leuiathan.] id eſt, diaboli.

m ¶ Perplexi ſunt.] id eſt, perplectentes, & ſic omnia verba intelligas actiue.

ADDITIO Perplectentes dicit, quòd reddunt hominem perplexum, in veritate tamen perplexio nihil eſt. Archid.

n ¶ Implicatis.] ideſt, implicantibus.

o ¶ Inuentis.] ideſt inuentionibus.

a ¶ Par-

a ¶ Particeps.] ſm opinionẽ eorũ ſtultá ſẽper intelligas.
b ¶ A tranſgreſſionis contagione.] Iſte admonebit illum ne faciat, vt 2.q.1.ſi peccauerit. Si nolit ceſſare, faciat qd dr̃ 22.q.5.hoc vt.& ſic liberabit ſe. qa ſacramẽtũ nõ fuit inuentũ, vt eſſet vinculũ iniquitatis. 22.q.4. inter cetera, vnde ſi quis iurauit alium non accuſare, tamen poteſt denunciare crimen eius, vt extrà de iureiur. quemadmodum. in fin. cum autem non poteſt ꝓbare, debet tacere, vt 2.q.7. plerique. Si aũt põt ꝓbare, faciat qd dr̃ 2.q.1. ſi peccauerit. Vel dicat alij ſic: frater ſcias, quòd quidã te vult occidere; nõ tñ nominãdo aliquẽ. extra de offi. iudi. ordina. ſi ſacerdos. Contra tamen eſt extra de fur. qui cum fure. ſed non eſt ꝯ: quia fur non manifeſtauerat furtum indicanti.

Iuramẽtũ nõ eſt iniquitatis vĩculum.

c ¶ Formidat.] Quid ſi ſubditus credit, q. præceptum prælati ſit ꝯ Deum? ſecure non obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obedire in omnibus, non tamẽ eſt intelligendũ niſi de licitis & iuſtis & honeſtis, vt 11.q.3. non ſemper. & c. ſi dñs. & c. Iulianus, & extra de iureiuran. ad noſtrã 2. & c. venientes. ff. de pigno. obligatione, generali. Sed ſi dubitet an ſit ꝯ Deum, obedire debet, vt 23.q.1. qd culpat. in fin. Verum aũt teneatur recipere ordines ab eo quẽ ſcit ſimoniacũ eſſe, not. 1. q. 1. ſi quis à ſimòniacis.

Subdit⁹ an ſẽp teneat̃ obedire ꝓlato.

a Ad hoc extra li. 6. de iureiur. contingit.

d ¶ Suſcepti.] iſte ſi vult ſaluari, dimittat locũ, & ſit in perpetua pœnitentia, vt 1.q.1. ſi qs neq;. & q. 7. requiſitus. & extra de ſimo. Matthæus. non tamen dimittat ſine auctoritate Papæ 2, vt 7. quæſt. 1. mutationes. & cap. ſuggeſtum. Sed credo, vt Ioan. de Fan. dicit, q. bene põt dimittere ſine licẽtia Papæ: quia rem habet furtiuam: vnde ipſam tenetur ſtatim reſtituere; aliter nõ pœnitet. 14.q.6. ſi res aliena. & fur ſemper eſt in mora, vt ff. de cond. fur. ſi ꝓ fure. §. vlt. Sed arg. ꝯ extra de renun. c. niſi. & c. poſt tranſlationẽ. Sed illa intelliguntur in his qui non per oſtium intrauerunt, vt 1.q.1. ordinationes.

2 Iſta et ꝯ fuit ſententia Hug. quã ſequitur Laur. Ad hoc 6. q. 3. denique. Arch.

ESTTAMEN. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua con-

ſe ab vna valeant ſoluere, niſi in alia conſentiant ſe ligari. ¶ Quod melius oſtendimus, ſi qua ex conuerſatione hominum illigationis huius exempla proferamus † *. & nonnullis interiectis*. ¶ Ecce quidã, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri ſimilem ſibi vitam ducenti [c] quod ſecreta illius omni ſilentio contegat, ſe iureiurando conſtringit. Sed is, cui iuratum eſt adulterium perpetrare cognoſcitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iuſiurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuerſis hinc inde cogitationibus impugnatur, atq; hoc ſilere formidat, ne ſilentio † adulterij ſimul & homicidij particeps [a] fiat, & prodere trepidat, ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorum neruis ligatus eſt, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne à tranſgreſſionis contagione [b] liber non ſit. ¶ Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atq; per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno ſe ſubdere regimini appetit, ſed eum, qui ſibi apud Deũ præeſſe debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit: cui fortaſſe is, qui ſine iudicio eligitur, cũ præeſſe iã cœperit, agere †, quæ Dei ſunt, prohibet; quæ mũdi ſunt, iubet. Penſans itaq. ſubditus, vel quæ ſit culpa inobediẽtię, vel quod cõtagiũ ſęcularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat [c], ne aut obediens, Deũ in ſuis præceptis deſerat; aut rurſus nõ obediẽs, Deũ in electo priore cõtemnat. *& infra.* ¶ Alius penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligens, ad locum regiminis præmijs aſcẽdit. Sed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriã culpa reuocatur, doletq. ſe ad laborem cum culpa perueniſſe, & quàm ſit iniquum quod admiſerit, ex ipſa fractus † difficultate cognoſcit. Reum igitur ſe cum impenſis præmijs agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere; ſed timet, ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe: vult ſuſcepti [d] gregis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratiæ † empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde ſe conſpicit. Eſſe quippe ſine reatu criminis neutrum videt, ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquatur, aut rurſum ſacra actio ſæculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine non digne, lugeat, quod non etiam deſerens emendat [a]; aut certe regimen deſerens, dum aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat. *& infra.*

2 ¶ Eſt tamẽ quod ad deſtruẽdas Beemoth verſutias ſubtiliter † fiat, vt dũ mẽs inter minora, & maxima peccata cõſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia & qui murorum vndiq. ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam

Ibid. c. 19.
† *conferam⁹*] orig.
† *al. ſilendo*
† *agi*] orig.
† *fractus*] orig.
† *al. gregis*
Ibid. c. 20.
† *vtiliter*] orig. vt infra.

conſulit quid in prædictis perplexitatibus faciendum ſit. Archid.

a ¶ Præcipitat.] quid ſi præcipitet ſe in fugam, & moritur, vtrum peccet mortaliter, quæritur? Et diſtinguendum eſt: i, q. ſi non ita eſſet altus murus, q. bene præſumebat

ſit, ideſt conceſſum oſtendit.

e ¶ Et quia.] Arg. contra H. qui dicit, ꝙ vir nunquã poteſt cognoſcere vxorem ſine peccato, vt not. 33. q. 4. vir cum propria.

f ¶ Sed pro ſuſcipienda.] Et cauſa reddendi debitũ, vt no. 32. q. 2. quidquid.

g ¶ Minimis.] quoties enim ſine captione nihil fieri poteſt, id faciendum eſt quod minus captioſum eſt vt ff. de reg. iur. quotiens. & l. ſemper.

h ¶ Sine venia.] ſimile dicit̃ alibi. Quod permittimus, nolẽtes præcipimus, vt 31. q. 1. hac ratione.

VErum.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat, ꝙ nullus debet peccare minus, vt maius ſiue grauius alius non peccet. Secunda ibi, [Cõſuetudinis,] CASVS. Hic dicit Grat. ꝙ illud quod dictum eſt in ſuperiori diſt. de minori malo eligendo, intelligendum eſt cũ duo mala circa eandem perſonam contingunt, ſed ſi circa diuerſas contingãt, vtrum minus malum ſit eligẽdum & faciendum, vt alius vitet maius, quæritur in hac diſt. & probatur quod nõ, per capitulũ ſequens. dr̃ etiam ꝙ ius cõſuetudinis vel cõſtitutionis relaxatur quãque.

i ¶ Verum.] In hac diſt. 14. quæritur, an aliquis debeat minus malum committere vt alter euitet grauius malum? Et dicendũ eſt ꝙ non, vt j. c. pxi. & continuatur iſte §. ad id quod dixerat in ſuperiori diſt. ſ. ꝙ cũ duo mala nobis inſtãt, minus eſt eligẽdum: ſed hoc non eſt verum circa diuerſas perſonas.

præcipitat [a], vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cũ quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſsit [b] minima [c], vt maiora [d] declinarent, dicens [Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.] Et quia [e] tunc ſolum coniuges in admiſtione ſine culpa ſunt, cum nõ pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda [f] prole miſcentur, vt hoc etiã, quod cõceſſerat, ſine culpa (quamuis minima) non eſſe monſtraret, illico adiunxit: [Hoc autẽ dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium.] Non enim eſt ſine vitio: quod ignoſcitur, non præcipitur. Peccatum profecto vidit quod poſſe indulgeri præuidit. Sed cum in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis [g] ſubdimur, ne in magnis ſine venia [h] peccemus. ¶ Itaque plerũq. neruorũ Beemoth iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad virtutes maximas per commiſſa minora tranſitur.

1. Cor. 7. — *Ibidem. 6.*

a ¶ Emendat.] *Hoc loco in originali videtur conſtructio verborum perturbata, & reſtituenda ex Gratiano.*

DISTINCTIO XIIII.

[1] *VErum [i] hoc in vna eademque perſona intelligitur. Ceterum an in diuerſis eadem diſpenſatio locũ habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.*

De his ita ſcribit Auguſtinus lib. Queſt. ſuper Gen. cap. 42.

¶ Non ſunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. C. I.

Iuo p. 9. c. 117. *Gen. 19.*

QVod ait [k] Sodomitis Loth: [Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum nouerunt viros: producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros iſtos ne faciatis iniquum:] quoniam proſtituere volebat filias ſuas hac compenſatione, vt viri hoſpites eius nihil à Sodomitis tale paterentur; vtrum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuendum ſit.

Minus malum de duobus eſt faciẽdum.

mebat ſe euadere, non peccat mortaliter: aliter ſic. Arg. pro primo. 23. q. 5. de occidendis. pro ſecundo arg. 23. q. 5. ſi non licet. & c. non eſt noſtrum. & maxime ſi ex honeſta cauſa ſe præcipitaſſet, vt extra de ſepult. ex parte 2.

b ¶ Conceſſit.] i. conceſſum oſtendit: ſicut alibi exponitur da, i. datum pronuntia, vt 23. q. 5. c. remittuntur. §. hinc notandum.

c ¶ Minima.] ideſt, matrimonia 2.

d ¶ Maiora.] ideſt, fornicationem. Vel minima appellat immoderatam exactionẽ debiti coniugalis. & illud potius permiſit Apoſtolus, quàm fornicationem, vt 22. q. 2. quidquid. & ſecundum hoc proprie ponitur conceſſit. ſecundum priorem intellectum ponitur conceſ-

QVod ait Sodomitis. CASVS. Legit̃ in Geneſi, ꝙ miſit Dñs duos Angelos in ſpecie iuuenum ad Sodomam ſubuertendã, & cũ hoſpitarent̃ in domo Loth, venerunt Sodomitæ ad domũ eius volẽtes eis abuti. Loth autẽ ne illi violarentur, obtulit eis duas ſuas filias, vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarentur, q̃ hoſpites aliquid paterent̃, ſcilicet opus Sodomiticũ. Modo quærit Aug. an talis compenſatio ſit admittenda, ſ. an Loth potius debuit conſentire fornicationi filiarum, quàm vt illi cum hoſpitibus opus Sodomiticum facerent. Et reſpondet ꝙ talis compenſatio periculoſa eſt, & hoc eſt attribuendum perturbationi Loth.

k ¶ Quod ait.] verba ſunt Aug. & incipit ibi, merito quæritur.

a ¶ Peri-

quia hoc dixerit,merito quæritur. Et nimirum periculoſiſsime [a] admittitur hæc compenſatio [b]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda eſt.

2 *Conſuetudinis autem,vel conſtitutionis rigor nonnumquam relaxatur.*

Vnde Leo Papa ait ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum,epiſt.90.ante caput 1.

¶Quæ conſtitutiones valeant tẽperari,vel quæ non. C. II.

SIcut quædam ſunt [c],quæ nulla poſſunt ratione conuelli; ita multa ſunt,quæ aut pro neceſsitate temporũ [d], aut pro conſideratione ætatum [e] oporteat temperari: illa conſideratione † [f] ſemper ſeruata, vt in ijs,quæ vel dubia [g] fuerint,aut obſcura,id nouerimus ſequendum,quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis ſanctorum Patrum inueniatur aduerſum.

Pann.in prologo.c.12.

Ordo verborũ non reſtitutus ob gloſſam.

† *conditione*] orig.

DISTINCTIO XV.

1 *QVoniam de iure naturali [h], & conſtitutione,vel conſuetuetudine hactenus diſſeruimus,differentiam,qua inuicem diſcernuntur,aſſignates;nunc ad eccleſiaſticas conſtitutiones ſtylum vertamus, earum originem & auctoritatẽ, prout ex libris ſanctorum Patrum colligere poſſumus,breuiter aſſignantes.*

¶Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. C. I.

CAnones generalium cõciliorum (vt Iſidorus ait lib.6. Pann.l.2.c.104.

Veniale poteſt ne quis cõmittere vt alter euitet mortale.

a ¶ Periculoſiſſime.] hic dicit Aug. ꝙ nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidam, ꝙ nemo debet minus mortale committere,vt alius euitet maius mortale, ſed veniale debet committere vt alter euitet mortale. nam etiam animam quis debet ponere ꝓ proximo 1, & ſic mortẽ temporalẽ poteſt aliquis ſubire, ne alter incurrat pœnã æternam. de pœn. diſt.2. charitas. & §. proxi. ſed pro veniali debetur tantũ pœna temporalis 2, pro mortali æterna. 11.q.3. nemo. ergo aliquis poteſt peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item quia Apoſtolus dicit: Orabam eſſe anathema ꝓ fratribus meis. ſed nemo anathematizatur niſi pro mortali, vt 11.q.3.nemo. Item cum virtus & vitium ſint contraria, nec ſe compatiantur, vt 32.q.7. cum renuntiatur. ſed venialia ſimul cum virtutibus ſ insunt homini. non ergo proprie dicũtur vitia,vt de pœn.diſ.3. ſepties. Alij dicunt, ꝙ nullum peccatum debet homo facere, vel pro ſuo bono vel alterius, vt 23.q 5.cũ homo.ver. quid ſi alius. non enim Deus vult tale damnũ cũ tali lucro cõpẽſari, vt 33.q.5. ſi dicat. non enim debet quis crimẽ ſuũ alienis commodis impendere,vt 46.diſt.ſicut non ſuo. Pręterea neque pro ſalute alterius temporali vel æternali debet quis peccare venialiter: quia nullus perducendus eſt ad ſalutem 3 opitulante mendacio,vt 22.q.2.c.faciat.& c.primum.1o. Sed quare redarguitur hic Loth ab Aug.cum alibi commendetur ab Ambroſio,vt 32.q.7.offerebat? Sed Ambroſius conſiderauit pietatem quam habuit ad hoſpites. Aug. vero delictum filiarum. 26.diſt.c.1.& 2.

1 De pœn. diſt. 2. qui vult. & c. ſequen.

2 25.diſt. §.peccata.

Ad Ro.9.

3 De hac materia no 12.extra ne cle.vel mo. c. 3. in glo. arg.ꝙ, &c. Arch.

b ¶ Hęc compenſatio.] arg.ꝙ non eſt admittenda compenſatio in malis,vt 24.q.5.forte.& 23.q.5.c.1.& 32.q.8. non ſolum.& 1.q.1.non eſt putanda. admittitur tamen compenſatio in criminibus vel excipiendo vel replicando,vt 32.q.6.nihil.& ff.ſol.mat.viro. verum eſt in iudicijs admittitur compenſatio,]non in foro pœnitentiali. 34.q.5.quod Deo.

Cõpẽſatio ĩ pœnitẽtiali foro nõ admittuť.

CONSVETVDINIS. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis: in qua dicitur quando rigor eſt relaxãdus,& quando non. Io.de Fan.

CASVS. Iſte §.continuatur ad illud,quod dictum fuit ſupra in principio 13.diſt. vbi dictum fuit, ꝙ aduerſus ius naturale non admittitur diſpenſatio: ſed hic dicitur,ꝙ conſuetudinis vel conſtitutionis rigor relaxatur. quandoque etiam hoc probatur in ſeq.cap.

SIcut.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone Papa,vtrum contra conſuetudinem & conſtitutiones poſſit diſpenſari. qui reſpondit, dicens ꝙ ſicut ſunt quædam 5 quæ diſpenſari non poteſt,vt ius naturale: ſic quædam ſunt,vt conſuetudines & cõſtitutiones, contra quas ratione temporum & ætatum poteſt diſpenſari: hac habita diſcretione, vt in dubijs nihil contra Euangeliũ vel decreta fiat Patrum.

c ¶ Sicut quædã ſunt.] vt præcepta decalogi,& forma 4 baptiſmi:& forma cõficiendi 5 corpus Chriſti. de conſec.diſt.4.proprie.& diſt.2.accipite.

4 Extra ... bapt.c.1.

5 De con... diſt.2.c...

d ¶ Temporum.] vt 1.q.7.quod pro remedio.& 81.diſt. presbyter.& 34.diſt.fraternitatis.

e ¶ Ætatũ.] vt j.33.q.2.in adoleſcẽtia 6.& 86.diſt.tãta.

f ¶ Conſideratione.] j.29.diſt.ſciendum.

g ¶ Vel dubia.] extra de ſponſa.iuuenis.

QVoniam de iure.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt cõcilia ortum. Secunda ibi,[Quintum vero.]

CASVS. Supra de naturali iure, conſuetudine & conſtitutione dixit Gratianus, inter iſta differentiam aſſignando. In hac vero diſt. reuertitur ad conſtitutiones eccleſiaſticas:& earum originem & auctoritatem breuiter oſtendit.

h ¶ Quoniã de iure naturali.] hactenus tractauit magiſter de naturali 7 iure: hic incipit tractare de iure canonico. aſſignat itaq; rõnem & originẽ ipſius. & oſtendit quæ opuſcula recipiantur ab eccleſia,& quæ non.

6 Hoc ... loquitur ... iuuenili ... tate,ſed ... quens ... cor. loq... tur de ... li. ad ... 26.q.7. ... pora. ... hoc fit.

7 Sub... diuiſion... & differ... tias ad ... tera iu... multipli... ces aſſig... vt cõpet... tius ad ... ctandũ ... iure can... nico de... decret. ... ad,&c.

CAnones.] CASVS. Hoc cap. diuidiť in tres partes. In prima parte oſtẽdiť,quòd à tpe Conſtãtini canones gñaliũ cõciliorũ incœperũt. Ipſe. n. primo dedit auctoritatẽ Chriſtianis libere cõgregandi; cum eccleſia antea fuiſſet paſſa perſecutionẽ. In ſecunda parte,quæ incipit ibi,[Inter cetera.] dr̃ ꝙ ſub quattuor Imperatorib⁹ ſunt quattuor cõcilia vniuerſalia celebrata,ſ.ſub Cõſtãtino, Theodoſio ſeniore, Theodoſio iuniore,& Martiano: & oſtendi-

oſtendit quæ in eis fuerit reprobatū; & q. iſta quattuor concilia & his ſimilia debent inuiolata ſeruari. In tertia parte, quæ incipit ibi, [ſynodus.] ponit etymologias iſtorum nominum, ſ. ſynodus, concilium, & cœtus.

a ¶ Conſtantini.] ꝫ.16.diſt. Iſidorus. ꝫ. ibi di à tempore Clementis fuerunt celebrata concilia. Rñ. q̃ ante fuerunt celebrata: ſed non ita generaliter 1: & ita hoc verbum, generaliter, ſoluit ꝯtrarium.

b ¶ Apoſtolos.] Apoſtoli enim fecerūt primū ſymbolum, ſ. Credo in Deum patrem: ſed Nicæna ſynodus fecit, Credo in vnum Deum. & dr̃ à ſyn, q̃d eſt cum: & bolos: q̃d eſt morſellus: quia quilibet Apoſtolorum de ſuo morſello aliquid appoſuit.

c ¶ CCCXVIII.] Alibi dicit̃ de ccc.epis, vt 10.q.1.hāc. Sed dic q̃ minor numerus non excludit maiorem, ff. de in lit. iuran. cum furti.

etymol.c. 16.) à temporibus Conſtantini [a] cœperunt. In præcedentibus namq; annis perſecutione feruente, docendarum plebiū minime dabatur facultas inde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt: quia non erat licentia epiſcopis in vnum conueniendi, niſi tempore ſupradicti Imperatoris. Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam, ſecundū poſt Apoſtolos [b] ſymbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem concilia, quattuor eſſe ſcimus venerabiles ſynodos, quæ tota principaliter fidem complectuntur, quaſi quattuor Euangelia, vel totidem paradiſi flumina. ¶ Harum prima Nicæna ſynodus cccxviii. [c] epiſcoporū Conſtantino Auguſto imperante peracta eſt: in qua Arianæ perfidiæ cōdemnata blaſphemia, quam de inæqualitate [d] ſanctæ Trinitatis idem Arius aſſerebat, conſubſtantialem Deo patri Deum filium eadē ſancta ſynodus per ſymbolum definiuit. ¶ Secunda ſynodus cl. Patrum ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli [e] congregata eſt, quæ Macedonium [f] ſpiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnans, conſubſtantialem patri & filio ſpiritū ſanctū demōſtrauit, dans ſymboli formā, quā tota [g] Græcorū, & Latinorum confeſſio in eccleſiis prædicat. ¶ Tertia ſynodus Epheſina [h] prima cc. epiſcoporū ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita eſt, quæ Neſtoriū duas perſonas [i] in Chriſto aſſerentem, iuſto anathemate cōdēnauit, oſtendens manere [k] in duabus naturis vnā [k] Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam. ¶ Quarta ſynodus Chalcedonenſis DCXXX. ſacerdotū ſub Martiano principe habita eſt; in qua Eutychem [l] Conſtantinopolitanum abbatē verbi Dei & carnis vnam naturā pronuntiantem, & eius defenſorem [m] Dioſcorum, quondam Alexandrinum epiſcopū, & ipsū rurſus Neſtorium cū reliquiis hæreticis vna Patrum ſententia damnauit, prædicans eadē ſynodus Chriſtum Dominum de Virgine ſic natum, vt in eo ſubſtātiam diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæ ſunt quattuor ſynodi principales, fidei [n] doctrinā pleniſsime prædicantes. Sed, & ſi qua ſunt concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quattuor auctoritatē omni manēt ſtabilita vigore: quorum geſta in hoc opere [o] condita continētur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij [3] vero nomen tractum eſt ex more Romano. Tempore enim quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, cōmuniq; intentione tractabant. Vnde concilium à cōmuni intētione dictū

d ¶ Quā de inæqualitate.] Dicebat enim patrem maiorē filio, & filium maiorē ſpiritu ſctō. 24. q. 3. quidā. ver. Ariani. Hug.

e ¶ Conſtantinopoli.] ꝫ. ea. ſicut.

f ¶ Macedonium] q̃ dixit ſpm̃ ſanctū ſeruū patris & filij, vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vlt. quidā, ver. Macedoniani.

g ¶ Quā tota.] Hoc non habemus: q̃a nō habemus niſi Apoſtolorum, & Nicænum. & Athanaſij, Quicunque vult.

h ¶ Epheſina.] hoc dicit ad differentiā ſecūdæ, quæ fuit reprobata, vt ꝫ. 16. diſt. quoniam ſanctæ.

i ¶ Perſonas.] verbi. & hominis.

K ¶ Vnā] Vna eſt perſona: ſed habet duas naturas, ſ. diuinam & humanā. ꝫ. c. ſicut. ver. quintum.

l ¶ Eutychē.] q̃ poſt reſurrectionē Chrm̃ habere vnā naturam dixit, ſ. diuinā. 16. di. c. ſexta. ver. quarta.

ADDITIO Habet. n. vtráque, extra de hæreticis, cum Chrs. vbi notat Ala. q̃ ante illā definitionē, de qua loquitur ipſa decr. ꝯtrariū dicere licebat, cū prohibitū non eſſet: ſed poſt, nequaq̃. ergo qd prius non fuit fidei articulus, poſt ꝯſecrationē factus eſt fidei articulus. Arch.

m ¶ Defēſorē.] Peccabat ergo i fide, ex quo erat defenſor hæreticorū, vt 24. q. 1. c. 1. & q. 3. q alioru. & extra de hære. vergētis 3. ſicut dicit lex de latrone. C. de his q la. oc. l. 1. Sed cōtra 21. diſt. i tantū. & 14. q. 2. ſane pferē. verſi. itē Romanorū. ibi. n. dicit, q̃ Dioſcorus nō peccauit in fide: ſed expone, non peccauit in fide, idest, non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, q̃ auſus fuit Papam Leonem excommunicare. 21. diſt. in tantū.

n ¶ Fidei.] articulos.

o ¶ In hoc opere.] Iſidori: ne ſit contra 19. diſt. ſi Romanorum. verſi. præſertim.

1 Quod dicit littera, generaliter innuit ſolutionem. Hug. Lau. & Archid.

2 Notandū q̃ Damaſus Papa cōſtituit vt ſymbolū cantaretur i Miſſa ex decreto ſanctæ ſynodi vniuerſalis apud Cōſtātinopolim celebratæ. Archid.

3 Parū aut nihil facit, ſed melius eod. tit. ſicut. & c. excommunicamus. §. credentes. Pet.

SIcut ſancti Euangelij.] CASVS. In prima parte huius cap. dicit Greg. quod ita vult ſeruare quattuor concilia ſicut quattuor Euangelij libros: & oſtendit in vtroque illorũ quid fuit reprobatũ. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quintũ.] dicit Greg. quod quintũ conciliũ vult venerari, in quo tria ſunt reprobata; ſ. epiſtola erroris plena, quæ Ibæ dicebatur, & opinio Theodori, qui perſonam Chriſti mediatoris Dei & hominũ in duabus ſubſtantijs ſeparabat, ideſt, perſonis, dicẽs Chriſtũ duas habere perſonas; & ſcripta Theodori, qui vitam B. Cyrilli, & fidẽ reprehẽdebat: & quod ſupradicta cõcilia nõ obſeruat, ſeipsũ deſtruit.

a ¶ Ibæ dicitur.] ab Inuentore.

b ¶ Mediatoris.] ideſt, Chriſti. Ioan.

c ¶ Subſtantijs.] ſcilicet perſonis.

d ¶ Præſumit.] Vr ergo, quod Papa nõ poſſit deſtruere ſtatuta cõcilij: quia orbis maior eſt vrbe. 93. diſt. legim°. circa mediũ. vnde requirit Papa cõſenſũ cõcilij.

quaſi conſilium; conſilium, quaſi conſidium, d. in l. litteram tranſeunte: vel concilium dictum eſt à communi intentione, eo quòd in vnum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum ſunt: vndè qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium: quia non conſentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio, à coeundo, ideſt à conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus eſt nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum: ſicut à conuentu cœtus dicitur, ſic & concilium à ſocietate multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Iſidori ante ipſius præfationem, non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vſque ad verſiculum,* Inter cetera. *ponitur etiã (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Niceni.*

a ¶ Manere.] *In pleriſque antiquis Gratiani exemplaribus, & Iſidori codice impreſſo legitur vt eſt emendatum. Sed in alijs eorũdem manuſcriptis, et impreſſis Gratiani legitur,* manere in Chriſto duas naturas, & vnam Dñi noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

b ¶ Concilij vero.] *Apud Iſidorum in lib. Etymol. locus hic mendoſe legitur. Verum in præfatione eiuſdem Iſidori editioni Pariſienſi conciliorum præpoſita, quæ cum aliquot vetuſtis codicibus collata eſt, ſic legitur:* Concilij vero nomen tractum ex communi intentione, eo quòd in vnum dirigant omnes mentis obtutũ. Cilia enim oculorum ſunt. vnde & qui ſibimet diſſentiũt, non agunt concilium, quia non ſentiunt vnum. Cœtus vero conuentus eſt, vel congregatio à coeundo, ideſt conueniẽdo in vnum; vnde & conuentus eſt nuncupatus, quòd ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium à ſocietate dicitur multorum in vnum. *In Gratiani codicibus ſunt multæ varietates, ex quibus ea lectio retenta eſt, quæ viſa eſt melior, quamuis adhuc aliquid fortaſſe deſideretur.*

De quattuor vero † concilijs ſcribit B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Regeſti, epiſt. 24. † *al. quoque*

¶ De auctoritate quattuor conciliorum. C. II.

SIcut ſancti Euangelij quattuor libros, ſic quattuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor; Nicænum ſcilicet, in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur, Conſtantinopolitanum quoq;, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur, Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur, Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cuiuslibet a vitæ, atque actionis norma conſiſtit. ¶ Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur a, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus perſonam mediatoris b Dei & hominum in duabus ſubſtantijs c ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur; & in quo ſcripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo; quas venerantur, amplector: quia, dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe, & non illa deſtruit quiſquis præſumit d aut ſoluere, quos religant †, aut ligare †, quos ſoluunt. † *al. ligant* † *al. religare*

a ¶ Cuiuslibet.] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cuiuſlibet vitæ, atq. actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *& in ſequentib. ſignificantur tria illa capitula, quorum occaſione nonnulli quintam ſynodum non recipiebant.*

De iiſdẽ etiã Gelaſius in cõcilio habito Romæ cũ lxx. epiſcopis ſcribit dicẽs.

Quæ

†*al. Quas ſcripturas*

Burc. l. 3. c. 110. Iuo p. 4. c. 64. Pann. l. 2. c. 91. Poly. l. 3. tit. 10.

¶ Quæ † concilia ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiat. C. III.

SAncta Romana Eccleſia poſt illas veteris teſtamenti & noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimus, etiam has ſuſcipi nõ prohibet: Sanctam ſynodũ Nicænam cccxviij. patrum, mediante Conſtantino Maximo Auguſto, in qua Arius hæreticus condemnatus eſt: Sanctam ſynodum Conſtantinopolitanam, mediãte Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnatioñe excepit: Sanctam ſynodum Epheſinam, in qua Neſtorius damnatus eſt conſenſu beatiſsimi Papæ Cæleſtini, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite, & Arcadio epiſcopo ab Italia deſtinato: Sanctam ſynodum Chalcedonenſem, mediante Martiano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro, eiuſque complicibus damnatæ ſunt: ſed & ſi qua ſunt concilia à ſanctis patribus hactenus inſtituta, poſt † iſtorum quattuor auctoritatem & cuſtodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Iam nũc ſubijciendum eſt de opuſculis ſanctorum patrum, quæ in eccleſia catholica recipiuntur. ¶ Opuſcula beati Cypriani martyris, & Carthaginenſis epiſcopi. ¶ Itẽ opuſcula beati Athanaſij Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Gregorij Nazianzeni epiſcopi. Item opuſcula beati Baſilij Cappadociæ epiſcopi. Itẽ opuſcula beati Ioannis Cõſtãtinopolitani epiſcopi. ¶ Item opuſcula Theophili Alexãdrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Cyrilli Alexãdrini epiſcopi. ¶ Itẽ opuſcula beati Hilarij Pictauienſis epiſcopi. ¶ Itẽ opuſcula B. Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuſcula B. Proſperi viri religioſiſsimi. ¶ Item epiſtolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Conſtantinopolitanũ epiſcopũ deſtinatã: cuius textum quiſpiam ſi vſque ad vnum iota diſputauerit, & nõ eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema ſit. ¶ Item opuſcula, atq. tractatus omnium patrum orthodoxorũ, qui in nullo à ſanctæ Romanæ eccleſiæ cõſortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione ſeiũcti ſunt, ſed communionis ipſius, gratia Dei, vſq. ad vltimum diẽ vitæ ſuæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epiſtolæ, quas beatiſsimi Papæ diuerſis tẽporibus ab vrbe Romana pro diuerſorũ Patrũ conſulta tione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendæ ſunt. ¶ Item geſta † ſanctorũ martyrũ, qui multiplicibus tormẽtorum cruciatibus, & mirabilibus confeſsionũ triumphis irradiant. Quis ita † eſſe catholicorũ dubitet, & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adiutorio vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundũ antiquam cõſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia nõ leguntur: quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † ſuperflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur: ſicut cuiuſdã Quirici †, & Iulitæ: ſicut Gregorij, aliorumq. huiuſmodi paſsiones, quæ ab hæreticis perhibẽtur conſcriptæ. Propter quod, vt dictum eſt, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia nõ legũtur. Nos tamen cũ prædicta eccleſia omnes martyres, & eorũ glorioſos agones, q. Deo magis q̃ hominibus nóti ſunt, omni deuotione veneramur. ¶ Itẽ vitas patrũ, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omniũ eremitarũ, quas tamen vir beatiſsimus ſcripſit Hieronymus, cũ omni honore ſuſcipimus. ¶ Item Actus beati Silueſtri Apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius, qui cõſcripſit, nomen ignoremus; à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ hoc imitãtur eccleſiæ. ¶ Itẽ ſcripta de inuẽtione ſanctæ Crucis Dominicæ, & alia ſcripta de inuẽtione capitis B. Ioãnis Baptiſtæ, nouellæ quidẽ † reuelationes ſunt, & nonnulli eas catholici legũt: Sed cũ hæc ad catholicorũ manus peruenerint, B. Pauli apoſtoli ſentẽtia præcedat, [Omnia probate, quod bonũ eſt, tenete.] ¶ Itẽ Ruffinus vir religioſus plurimos eccleſiaſtici operis edidit libros: nõnullas etiã ſcripturas interpretatus eſt: ſed qm̃ B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa ſentimus, quæ prædictum B. Hieronymũ ſentire cognoſcimus: & non ſolũ de Ruffino, ſed etiã de vniuerſis †, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nónulla opuſcula, quæ vir beatiſsimus Hie-

†*al. præter*

Anſel. l. 6. c. 191.

†*fide, vel prædicatione*] *orig.* & Burch.

Nicolaus in epiſtola

... eiuſ. 19. diſt. Anaſtaſius. arg. cõtra 17. diſt. c. hinc etiam. & extra de electio. ſignificaſti. vbi dr̃ q. conciliũ nõ poteſt Papæ legẽ imponere. & 35. q. 9. veniam: ſed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. ſunt quidam.

SAncta Romana Eccleſia.] CASVS. In hoc cap. ponuntur ferè eadẽ, quæ dicta ſũt in illo cap. canones & in c. ſicut. Dicit enim Gelaſius, q. ſupradicta quattuor concilia vult venerari: & ſi qua alia fuerunt à ſanctis Patribus inſtituta: & oſtendit quæ opuſcula ſanctorũ Patrum in eccleſia recipiantur.

a ¶ Cy-

impreſſa ad epos Galliæ en ius initio. [*Quamuis*]

† *al. iſta*

† *al. dictis*

† *al. Cyrici*

† *quædam relationes*] orig.

1. *Theſ.* 5

†*al. diuerſis*] orig.

†*al. religioſe*

a † Cyrici.] al. Quiricii.

ADDITIO. Apocryphum dr occultum & ſecretũ, ab apo, quod eſt de: & cryſis, quod eſt ſecretum. inde liber dr apocryphus, id eſt, occultus & ſecretus: ſcilicet cuius auctor ignoratur: non eſt ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur. quaſi dicat, non in eccleſia, ſed remote & ſecrete ab eccleſia eſt legẽdus, ſm Hug. Vnde dic apocrypha

† al. Chronica] ori.

ronymus nõ repudiat, legenda ſuſcipimus: reliqua autem omnia cũ auctore ſuo dicimus eſſe remenda. ¶ Item Chronicon † Euſebij Cæſarieñſis, atq. eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atq. excuſatione Origenis ſchiſmatici vnũ conſcripſerit librũ: propter rerũ tamẽ noticiã ſingularẽ, quæ ad inſtructionem pertinent, vſquequaq. non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virũ eruditiſsimũ collaudamus, quia valde nobis neceſſariam aduerſus Paganorũ calumnias ordinauit hiſtoriã, miraq. breuitate cõtexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuenci nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Ceterum, quæ ab hæreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriã venerũt, & à catholicis vitanda ſunt; credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum à Conſtantio Cæſare Conſtantini filio congregatam mediãte Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſque in æternum cõfitemur eſſe damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. viij. † apocryphũ. Actus nomine Andreæ apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apoſtoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphũ. Euangelium nomine Thomæ apoſtoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphũ. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphũ. Euãgeliũ nomine Bartholomæi apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de ſancta Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apocryphus. Libri oẽs, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellat̃ fundamentũ, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber, qui appellat̃ de filiab' Adæ [vel † Geneſeos, apocryphus. Centimetrũ de Chriſto virgilianis cõpaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclæ, & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, q appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & ſancti Xiſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellat̃ Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † ſanctæ Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pænitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cũ dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia ſancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Iamnis, & Mãbræ, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum, apocryphus. Liber Luſanæ †, apocryphus. Liber canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebij Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Mõtani, Priſcillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuſcula oĩa Fauſti Manichæi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clemẽtis Alexandrini, apocrypha †. Opuſcula Caſsiani presbyteri Galliarũ, apocrypha. Opuſcula Victorini Pictauienſis †, apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarũ, apocrypha. Opuſcula Frumentij †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agbarũ regẽ, apocrypha. Paſsio Georgii, apocrypha. Paſsio Cyrici[a], & Iulitę, apocrypha. Scriptura, quæ appellatur, ꝯdictio Salomonis, apocrypha. Philacteria oĩa, quæ non Angelorum, vt illi confingunt, ſed dæmonum magis arte cõſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hæc, & oĩa his ſimilia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerũt, Montanus quoq. cũ ſuis obſcœniſsimis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, ſiue Manichæus, Fauſtus †, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cæleſtius †, Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius,

† al. præferimus] orig.

Burch. l. 3. c. 221. Iuo par. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 123.

† decem] orig.

† al. Eſitius,] al. Heſychius

† al. Lentius] al. Leutius

† Abeſt à r g.

† al. Sixti

† tranſitus, id eſt, aſſũptio] orig.

† al. Iob] orig.

† qui appellatur, laus Apoſtolorũ] orig.

† Tertulliani apocrypha. Opuſcula Lactantij apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha] orig.

† Opuſcula Cõmodiani apocrypha] orig.

† Opuſcula Tatij, Cypriani apocrypha. Opuſcula Arnobij apocrypha. Opuſcula Tyconij apocrypha.] ori.

† al. Pitabionenſis

† al. Frumenti cæci] orig.

† Africanus] ori.

† al. Cælicius

† Iulian' Celanenſis, Caleſtin',&c. orig. † orig.] Priſcillianus ab Hiſpania. Neſtorius Cōſtantinopolitanus, Maximus, Vnicus, Lãpetius. † hæreticici, eorumque diſcipuli] Ori. Burch. l. 3. c. 222. Iuo p. 4. c. 53. Pann. l. 2. c. 90.

Iulianus,& † Latienſis, Cæleſtinus, Maximinus, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petr'; e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiā maculauit, Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, nec non & omnes hæreſes †, quas ipſi, eorumque diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt: quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verumetiam ab omni Romana,& Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. ¶ Ceterum ●, qui libri in eccleſiaſticis officijs per anni circulum à nonnullis legantur (quòd ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium ædificatione adnotandum cenſuimus. Quidam, quòd in Septuageſima ponunt Pentateuchum ζ vſque in xv. diem ante Paſcha, xv. die ponunt Hieremiam vſque in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ: [Quomodo ſedet ſola ciuitas,&c.] & tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmum 54. [Exaudi Deus orationem meam,& ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corinthios: [Cōuenientibus vobis in vnum.] Secūda lectio ſic incipit: [Similiter & calicem poſtquam cœnauit,] Tertia, [De ſpiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres.] In Paraſceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ,& tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmum 63. [Exaudi Deus orationē meā, cū deprecor.] & tres de Apoſtolo; vbi ait in epiſtola ad Hebræos, [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis ſermo.] In ſabbato Sancto tres lectiones de lamētatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in eundem pſalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Hebræos, [Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis θ † Paſchæ ponunt actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apocalypſim vſque in octauas † Pentecoſtes. In octauis Pentecoſtes ponunt libros Regum, & Paralipomenon η vſque in kalendas Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem vſque in kalendas Septembris. In Dominica prima Septēbris ponunt Iob, Tobiam †, Heſter, Eſdram vſque in kalendas Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponūt librum † Machabæorum vſque in kalendas Nouembris. In Dominica prima menſis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in kalendas Decembris. In Dominica prima menſis Decēbris ponunt Eſaiam prophetā vſque ad † Natiuitatē Domini. In Natali † Domini legunt primū de Eſaia tres lectiones. Prima lectio,]Primo tēpore alleuiata eſt terra Zabulon,&c.] Secunda, [Conſolamini, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipsū diē pertinentes. In natali ſancti Stephani homilia de ipſo die. In natali ſancti Ioānis ſimiliter. In natali Innocentiū ſimiliter. In natali ſctī Silueſtri ſimiliter. In octaua natalis Dñi homilia đ ipſo die. In Dñica prima poſt Natiuitatē Dñi ponūt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimā. In Epiphania lectiones tres đ Eſaia. Prima lectio incipit, [Oēs ſitiētes.] Secūda, [Surge, illuminare Hieruſalē.] Tertia, [Gaudēs gaudebo in Dño.] Deinde legūtur ſermones, vel homiliæ ad ipsū diē ptinētes.

Lam. 1. 1. Cor. 11. 1. Cor. 10. Heb. 4. Heb. 5. Heb. 9. Heb. 10. † al. octaua † al. octauam

† Iudith, Heſter.] Iuo † ·b·oſ] Iuo. † al. in natalem † al. in vigilia natalis Dñi] Bur. & Iuo, & ordo Romanus. Eſa. 9. Eſa. 40. Eſa. 52. Eſa. 55. Eſa. 60. Eſa. 61.

phagræce, latino ſecreta. Et quia in cameris ſolent virgines abſcondi, & ſecrete morari, ſecundū Ioan. de Ean. inde eſt, q̃ virgo in Hæbreo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur ſecreta.

α ¶ Mandamus.] *Poſt hoc verbum in Decreto Gelaſii ſequitur continenter:* Item opuſcula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pãnormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, vt ſatis certo ſtatui non poſſit, quæ vera, & pura ſit Gelaſii lectio; nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum toto emēdari poterāt, ea ſunt emendata: ceteris locis partim indicata varietates; partim, quoniam omnes indicare infinitū fuiſſet, labor hic ad libros adeundi accurato lectori eſt relictus.*

ζ ¶ Item geſta.] *Hinc vſque ad finem capitis omnia abſunt à pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiuſdem Gelaſii vſque ad verſ.* Ceterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proxime poſt ſuperiora.*

γ ¶ Iuuēci.] *Antea legebatur,* Itē Vincētij. *reſtituta ē vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, et Iuone. De quo Iuuēco meminit B. Hieron. in Cathalogo.*

¶ De ſacta Maria] *In collectione Iſidori legitur*, & de Maria & obſtetrice. *Apud Burchardũ*, & de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuonem vero*, & de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

¶ Ceterum.] *Hinc vſque ad finem neque in collectione Iſidori, neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen*, in Septuageſima ponunt, *referuntur à Burchardo, & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis. Fere autem omnia habentur ſparſim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur*, Heptateuchum. *vt vltra quinque libros cõprehendat librũ Ioſue, & Iudicũ, qua voce, ac librorũ coniunctione Beatus Hieronymus ad Luciniũ ſcribẽs vtitur. Alij vero Heptaticũ appellãt, vt ſanctus Gregorius lib. 7. ind. 2. epiſt. 48. & lib. 10. epiſt. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiã, & ordo Romanus, cap. de Septuageſima.*

¶ In Pſalmum 54.] *ſic etiã apud Iuonẽ. In ordine Romano, c. de officijs diuinis à cœna Domini vſque in octauas Pẽtecoſtes, & apud Burchardũ legitur*, in Pſalmũ 63. *ideſt*, Exaudi Deus orationem meam, cũ deprecor. *Itẽq; in cap. de ordine in nocte Paraſceues*, Tres de tractatu ſancti Auguſtini de Pſalmo 63.

¶ In octauis.] *Ipſam diem octauam ſolitã fuiſſe proferri nomine multitudinis, ideſt octauas, notabitur infra de conſecratione diſt. 3. c. pronuntiandum.*

¶ In natali Domini.] *Burchardus, & Iuo habent*, in vigilia natalis Dñi, *et ita in ordine Romano. c. quod inſcribitur*, In Chriſti nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

Apoſtolorum[a] vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicũtur eſſe tranſlati[a], ſunt quinquaginta.

a ¶ Tranſlati.] *In titulo qui proponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidori, & in cõcilio Stephani Papæ IIII. (cuius magnam partẽ Deusdedit Cardinalis in ſua canonũ collectione refert) pro voce*, trãſlati, *habetur*, prolati. *Dionyſius certe Exiguus nullã huius verſionis mentionem facit, & aliqui ſcriptores ſolẽt epiſtolas Clementis hoc modo citare*, Ex dictis Petri Apoſtoli per Clementẽ prolatis; *vt auctor Polycarpi, & alij.*

Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputatos Iſidorus ſcribit dicens.

¶ Apoſtolorum canones Apoſtolica reijciuntur auctoritate. C. I.

CAnones[b] qui dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdẽ nec ſedes Apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dinoſcuntur, quamuis in eis vtilia[c] inueniãtur; tamen ab auctoritate canonica, atque Apoſtolica eorũ geſta conſtat eſſe remota, atque inter[d] apocrypha deputata.

¶ *Caput hoc eſt in præfatione Iſidori ad collectionẽ conciliorum, quæ ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ deſcripta Romã miſſa eſt. Nã in illa, quæ vulgatæ Iſidori collectioni, de qua initio dictum eſt, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. Placuit. hac ead. diſt. ſi modo idem eſt Iſidorus.*

Apoſtolorũ.] Hæc diſtinctio diuidit̃ in duas partes. Secũda ibi,] Et ſoluta.]

CASVS. In hac 6. diſtin. oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos. primo tamen ponit quãdã cõtrietatẽ de canonibus apoſtolorum: primo de nõ recipiendis, & poſtea de recipiendis: & eã ſoluit.

a ¶ Apoſtolorum.] hic intitulatur 16. diſt. in qua probat, quod canones apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tẽpore & quo reſidente in Papatu vel imperio quod libet concilium eſt celebratum. Et nota quod Gratianus ponit quamdam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam non ſoluit. probat enim auctoritate Iſidori, quod canones apoſtolorum nõ ſunt recipiendi, quia ſunt apocryphi: poſtea probat auctoritate Zepherini & Leonis, quod ſunt recipiendi, & nõ ſunt apocryphi. Sol. breuis eſt, quia illi canones ſunt recipiendi, q à veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi, non, qui à pſeudo apoſtolis ſunt editi. 3. ꝑx. diſt. ver. itẽ geſta.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Iſidoro an canones, qui dicũt̃ Apoſtolorum, ſint approbandi: & reſpondet, quoniã ab hæreticis ſub noĩe Apoſtolorũ ſunt compoſiti, nec Rom. eccle. nec ſancti Patres eos approbauerunt, quamuis in eis multa vtilia inueniãtur, tamẽ apocryphi reputantur.

b ¶ Canones.] Sic cõſtrue: quamuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶ Vtilia.] Arg. quod vtile vitiatur per inutile: vt not. s. diſt. 9. ſi ad ſcripturas.

d ¶ Atque inter

Ad idem 3. q. 9. para. Aschi.

apo-

* Quinimmo libri iſti nõ apocryphi, ſed canonici sũt, quãuis olim quidam etiã catholici de illis dubitauerint. Cõcil. Trid. ſeſſ. 4. de can. ſcrip.

apocrypha.]id eſt, ſine certo auctore *, vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach, qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorũ: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur: ſed forte nõ generaliter.

d ¶ Orthodoxæ.] id eſt, rectæ: orthos, rectum: doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, ideſt, catholica recta, ſcilicet in qua recte gloriamur. Ioan. de Fan.

e Placuit.] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit, nec ponit: ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonum Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidam 1 ita ſoluũt, quòd ſexta ſynodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonem, & obſeruabãtur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus. ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierũt, & ſic remãſerunt tantum l. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus præceſſit vj. ſynodum. nam vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt infra ead. diſtinct. cap. ſexta. qui longo tempore fuit poſt Zepherinum, vt ex chronicis apparet. Omiſſis alijs ſolutionibus, dic, quòd non contradicunt ſibi: quia dicebat ſynod⁹ lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis, ſed de ſententijs: & poteſt eſſe, quòd in vno capitulo ſunt ſententiæ plures. ne huius mundi, id eſt de nobis in hoc mundo remanẽtib⁹, quid. ſ. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.

1 Vt Goffredus.

Sexa-

Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliã conſtitutis, epiſt. 1.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. C. II.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Poly. l. 3. tit. 20.

Sexaginta a ſententias Apoſtoli præſcripſerunt † cum alijs plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

† al. *præfixerunt*] orig.

a ¶ Sexaginta.] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent*, Sexaginta. *Itemque originale in margine. Sed in textu*, Septuaginta, *Polycarpus*, Quinquaginta.

Item Leo β Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur. C. III.

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124.

Clementis a librum, ideſt Petri Apoſtoli itinerarium b & Apoſtolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis c quinquaginta capitulis, quæ decreuerũt orthodoxæ † d fidei adiungenda.

† *al. regulis orthodoxis*] *al. regulis orthodoxiæ*]

β ¶ Item Leo. *Hoc caput ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi contra Latinos editum: quæ Romæ in monaſterio ſanctæ Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Merito autem potuit citari Leo ix. quòd eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit.*

Item vi. ſynodus, cap. 2.

C. IIII

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125.

Placuit e huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

Epiſtola a Iſidori in capite canonum.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

Iſidorus ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem ceteris concilijs præponimus f canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibuſdam apocryphi dicantur, quoniã plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. *Item infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prædictũ eſt, de celebrando concilio inſertus habetur: & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorũ (id eſt à ſancto Clemente vſque ad ſanctum Syluestrum) decretorum,

ISIDORVS. Casvs. Probat Iſidorus in hoc cap. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, quia plures eos receperunt. Secundo, quia ſancti Patres eorum ſententias confirmauerunt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerũt.

Sexaginta.] Casvs. Tria ſequentia capitula plana ſunt.

a Clementis.] id eſt, qui ſub nomine Clemẽtis compoſitus eſt ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium.] qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit 1.

c ¶ Exceptis.] impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic quòd hoc nomen, canones, ſumitur large, tam pro veris, quàm pro falſis canonibus, vt ponitur ſ. 32. diſt. §. verum.

1 Vel dic ideo itinerarium appellatur, quia ibi agit de itinere, ideſt actio-

Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit à Clemente vſque ad Silueſtrum. Quæ autẽ ſequuntur, plana ſunt.

f ¶ Præponimus.] argumen. quòd illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſtin. in canonicis 3. vnde licet Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt ſ. ead. diſt. c. ſexta. ibi, [Prima adnotatio, &c.] argu. extra de reſcrip. ab excommunicato.

3 Ad idem ff de pact. l. maiorẽ. Archid.

atque diuerſorum conciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

α ¶Epiſtola.] *Hæc epiſtola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & eſt ea, quæ Iſidori nomine eſt præpoſita tomis conciliorum, licet in vetuſtiore editione, in qua purior eſt Iſidori collectio, nonnulla verba deſiderentur. Eſt autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa,* Propter eorũ auctoritatẽ, & c. *vſque ad ver.* conſtitutiones. *non longe abſunt ab initio. Reliqua vero ſunt in extremo.*

β ¶Iſidorus ſeruus.] *In Pannormia eſt eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt,* Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti conſeruo ſuo, & parenti fidei † in Domino ſalutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Iſidorus peccator, ſeruus, &c.

† *al. fideli*

Item cum Hadrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiam ſanctam octo vniuerſalia concilia profeſſione Romani Pontificis ſint roborata; in ſexta † autẽ ſynodo, ſiue in ſeptimo concilio, Apoſtolorum canones ſint recepti & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi: Vnde ſcribit Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ.

† *al. ſeptima ſynodo, ſiue cõcilio.*] *al. ſexta ſynodo, ſiue in ſexto concilio.*

¶Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V.

Iuo p. 4. c. 122.

SExtam α ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

α ¶Sextam.] *Hoc habetur in ſecunda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſiũ. Sed eo in loco Hadrianus refert verba ſynodicæ epiſtolæ à Tharaſio ad ſe miſſæ. Et hic Gratianus nõ refert ꝓpria eius epiſtolæ verba. In verſione.n. Anaſtaſii bibliothecarij ſic legitur,* Inuenimus autẽ in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ, poſt plenitudinem fidei, & confeſsionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſynodorum, & de ſacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignisſimum contineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipſis promulgatæ ſunt. *Et hæc quidem poſtrema verba ſunt etiam in illa ipſa Tharaſii epiſtola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clare apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ β ſynodi a facile abſoluitur.

β ¶Sextæ.] *In ſecundo & xij. Vaticanis eſt,* ſextæ, *aliàs* ſeptimæ, *& vere ſeptima eſt, ſed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.

¶Sexta ſynodus canones conſcripſit. C. VI.

Ex actiõe quarta ſeptimæ ſynodi.
Iuo p. 4. c. 123.

HAbeo α librum continẽtem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit: ¶Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis, dicentes; numquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quòd ſancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino cõgregata eſt contra eos, qui dicebant vnã operationẽ, & vnã voluntatem b eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerũt, & orthodoxam fidẽ explanauerunt. 2 ¶Et ſoluta ſynodus eſt Conſtantini c xiiij. anno. Poſt quatuor vero,

Iuſti.

SExtam.] ſed dubitatur.
Casus. Probat Gratianus, quòd ſexta ſynodus canones fecit: & hoc probat per ſequẽ. cap.
a ¶ Sextæ ſynodi.] falſa eſt littera, & debet ibi eſſe ſeptimæ 1 ſynodi. qualiter enim dubitaret ſexta ſynodus de eo quod ipſa fecerat.

1 Tu dic, quòd in c. ſextã ſynodũ. facit mentionẽ de ſexta ſynodo cõgregata, quæ debet ſeptima dici: ſed ꝓp eos patres, qui in vtraq; fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, quòd illa littera ſeptimę, &c. eſt falſa, & illa ſextæ eſt vera, ſecundũ Io. de Fant. Arch.

HAbeo.] Casus. Dicitur in hoc cap. quòd ſexta ſynodus canones fecit, quæ congragata fuit ſub Conſtantino Imperatore, reprobans perfidiam hæreticorum quorũdam dicẽtium, Chriſtum fuiſſe tantũ operatum ſcđm opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera, vt reſuſcitare mortuos, & ambulare ſuper aquas, phantaſtica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte. In ſecũda parte quæ incipit ibi, [Et ſoluta.] dr̃, quòd hæc ſexta ſynodus fuit poſtea congregata ſub Iuſtiniano filio Conſtantini: in qua ijdẽ plures eoſdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem ſexta ſynodo. In tertia parte quæ incipit ibi, [Eadem ſancta.] repetit fere ea, quæ dicta erant in ſecunda parte.
¶Caſus §. planus eſt.
b ¶ Voluntatem.] quidam dicebant tantum vnam fuiſſe voluntatem in Chriſto. Sed dicendum eſt, quòd duæ fuerunt voluntates in eo quòd homo fuit, vna ſenſualitatis, ſecundum quã ipſe dixit: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me, &c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dicit: verumtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu vis.

Voluntates duæ fuerũt in Chriſto.

c ¶ Conſtantini.] nõ illius magni Conſtantini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo enim fuit Nicænum concilium tempore Silueſtri.
c ¶ Conſtantini.] ſ

aũt quinque annos ijdem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano [a] filio Conſtantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Conſtantino in ſynodo fuerunt, ijdem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item.* ¶ Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnante pro eo. § Eadẽ [b] ſancta ſynodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto, aut quinto anno congregata eſt, & canones numero cij. ad correctionem eccleſiæ promulgauit.

Ex ſexta actione ſeptimæ ſynodi.

a ¶ Habeo librum.] *Verba ſunt Petri epiſcopi Nicomediæ, ac Tharaſii patriarchæ Conſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi: quod quidem ipſi de centum, ac duobus canonibus dixerũt, qui in Trullo tempore Iuſtiniani Rhinotmeti ſecundo anno ſuæ reuocationis ad Imperium, editi ſunt. Verum ex his ipſis verbis Tharaſii apparet, eos canones non eſſe proprios ſextæ ſynodi; quia fatetur poſt annos quattuor, aut quinque, quàm ea ſynodus fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos; quo tempore certiſſimum eſt neque eundem Romanum Pontificem, neque eoſdem epiſcopos fuiſſe. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum eſt diligentiſſimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco, quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter tralata leguntur apud Franciſcum Turrianum libro de vi. vij. & octaua ſynodo) & Anaſtaſio, & Georgio Cedreno, quàm Tharaſio. Illi enim non quattuor, aut quinque, vt Tharaſius, ſed viginti ſeptem annos à fine ſextæ ſynodi tempore Agathonis habitæ, vſque ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſſiſſe. Epiſcopos vero, qui hos edidérũt, noluiſſe ipſos edere tãquã canones ſextæ ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere, quod videbatur in quinta, ac ſexta ſynodo deeſſe, ipſamet illorũ ad Imperatorẽ allocutio teſtatur. Itaqꝫ nona dicẽda eſt hæc epiſcoporũ coitio, ideoqꝫ Græci illã, vt ſcribit Balſamon πενθέκτην, ideſt quintam ſextam ſynodum appellant. Ceterum non fuiſſe omnes illos canones à Romana eccleſia receptos, duo viri rerum eccleſiaſticarum peritiſſimi, Anaſtaſius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtantur Humbertus quidem his verbis :* Non autem miror, ſi Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus ſextæ ſynodi veſtra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula: cum & ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatam, capitula, quæ nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita ſcripſit:* Ergo regulas, quas Græci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptimo ſynodo principalis ſedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriarchalium ſedium, licet græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Græci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuenti: ſed nullis certe probare poſſimt indicijs.

Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit: ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt.

¶ Conſtitutiones ſynodi ſextæ. C. VII.

QVoniam a ſanctæ [c], & vniuerſales ſynodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, ſexta ſub Cõſtantino patre tuo Auguſto, de myſterio ß fidei pleniſſime diſputãtes, canones nõ fecerũt, ſicut ceteræ quattuor vniuerſales

Inſti. de do. §. eſt & aliud. Inſti. qui. non eſt per. ſa.te. §. ſecus. vbi Iuſtinianus vocat patrem ſuum Iuſtinum. Sed lõquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt ĵ. ea. c. ſexta. Sub Iuſtiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata eſt quinta ſynodus, vt ĵ. eod. c. ſexta.

a ¶ Sub Iuſtiniano.] Sed certe nec ſic ceſſat contrarietas: quia tam Leo quàm ſynodus loquitur de cap. Tu diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶ Eadem.] Not. ꝙ eadem dicitur ſynodus, quia ijdem patres illic conuenerunt. ſimile 7. q. 1. denique. & ff. de iud. proponebatur. Et eſt hic arg. ꝙ eadem ſit cauſa ı appellationis, cum cauſa principali. 2. q. 6. ſi quis in quacumque.

c QVoniam ſanctæ.] CASVS.

Idem Spec. & Io. And. in tit. de iura. calum. § ſequitur. ver. quod de cauſa. & plene per Cy. & Salic. in l. inuitus. C. de procu. & p Alexan. de Imo. in l. ita demũ. col. 3. co. 11.

Ino ſeptimã vocat Ino par. 4. c. 125.

In oratione allocutoria Pa-

Dicitur in hoc c. q quinta, & ſexta ſynodus non ita plene canones fecerunt, ſicut ceteræ ſynodi, & ideo ſancti patres eiuſdẽ ſextæ ſynodi conuenerunt apud Cõſtantinopolim, vt canones conderent in eadem ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuper quo iã primo fuerant congregati, & dẽ quinta primo congregata ſub Iuſtiniano ꝓpter maiorem auctoritatem, quia in ea confirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, quæ etiam ſexta fuit. Sequentia capitula plana ſunt vſque ad c. qđ dicitis.

Iuo ſeptimã vocat

Iuo par. 4. c. 123.

In oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo conuenerant, ad Iuſtinianum Imperatorem.

c. 2. eius ſynodi.

Ī. ead. cap. placuit.

Iuo. par. 4. c. 106.

Iuo par. 4. c. 134.

Pann. l. 2. c. 117.

b S Ancta.] viij. hęc concilia dicuntur octo; quia octies ſunt celebrata, vt hic dicũtur, & quattuor, quia in quattuor locis celebrata, vt ī. diſ. proxi. ſicut.

c S Exta ſynodus, &c.]

ſales ſynodi; propterea nos conuenientes in hanc imperialem vrbẽ ſacros canones conſcripſimus. *Item.* ¶ Placuit huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula. *Item.* ¶ Confirmamus γ & ceteros ſanctorũ canones, & ſynodos, id eſt Nicænam, Ancyranam, Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenſem, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Chalcedonenſem, Sardicenſem. & Carthaginenſem δ, & opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi, & Dionyſij ε Alexandrini epiſcopi, & Petri Alexandrini epiſcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæſarienſis epiſcopi, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſeni epiſcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis epiſcopi, Timothei Alexandrini epiſcopi, Gennadij † Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexandrini epiſcopi, Cypriani Carthaginenſis epiſcopi, & ſynodum ζ ſuam.

† al. Germani

α ¶ Quoniam.] *Emendata ſunt multa in hoc capite ex canone ſecundo eorum, qui ſextæ ſynodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autẽ verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in ſummam redacta.*

β ¶ De myſterio.] Gręce eſt, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσαντας μυστήριον, ideſt fidei myſterium paterne declarantes.

γ ¶ Confirmamus.] *Iuo habet*, confirmamus ſanctorum Patrum canones, & ſynodos, &c. *Græce eſt*, ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας τουτέστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. ideſt, obſignando autem confirmamus & ceteros omnes ſacros canones, qui à ſanctis, & beatis Patribus noſtris ſunt editi; ideſt ab ijs, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginenſem.] *Apud Iuonem ſequitur*, Conſtantinopolitanam ſub Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græce autem eſt.* καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *id eſt* & eorũ, qui rurſus in hac à Deo cuſtodita, & imperiali vrbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexãdrię fuit archiepiſcopus.

ε ¶ Et Dionyſij.] *In canone græco vulgato ferè eſt, quemadmodum antea apud Gratianum,* Dionyſij Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum reſtitutum eſt,* Dionyſij archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandrię archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et ſynodum.] *In iſto canonis loco eſt error; quia illa ſynodus Cypriani probatur, in qua ipſe cum multis alijs Africæ epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptiſma non recepiſſe: cũ tamen B. Auguſtinus aſſerat aliam extitiſſe traditionẽ Apoſtolorũ, & ipſam Cypriani ſentẽtiã plenario totius orbis cõcilio excluſam fuiſſe teſtetur.*

Item ex diurno η libro profeſſio Romani Pontificis.

¶ Auctoritate Romani Pontificis ſancta octo concilia roborantur. C. VIII.

SAncta b octo vniuerſalia concilia, id eſt, primum Nicænum, ſecundum Conſtantinopolitanum, tertium Epheſinum, quartum Chalcedonenſe, item V. Conſtantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Conſtantinopolitanum vſque ad vnum apicẽ immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerunt modis † omnibus ſequi, & prædicare; quæque condẽnauerunt, ore & corde cõdemnare profiteor.

Iuo par. 4. c. 132.

Pann. l. 2. c. 103.

† al. omnimodis] Iuo

η ¶ Item ex diurno] *Integram profeſſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deuſdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregata ſint, Beda in libro de temporibus, c. 65. ſcripſit, dicens.

¶ De temporibus conciliorum. C. IX.

SExta ſynodus c vniuerſalis Conſtantinopoli ce-

Iuo par. 4. c. 125.

Pann. l. 2. c. 113.

poli celebrata eſt, & græco ſermone cõſcripta tẽporibus Papæ Agathonis, exequente, ac reſidente pijſsimo principe Conſtantino intra palatium ſuum, ſimulq. legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidentibus. ¶ Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa cõgregata eſt cõtra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij α Papæ ſub Conſtantino principe. ¶ Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damaſi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcopum ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cæleſtino. ¶ Quarta in Chalcedone DCXXX. Patrum ſub Leone Papa, tẽporibus Martiani principis contra Eutychẽm nefandiſsimorum præſulem monachorum. ¶ Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

Pann. l. 2. c. 111.

α ¶ Iulii.] *Certum eſt ſynodum Nicænam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam & alios erraſſe.*

C. X.

Anſ. in prolegom. In principio collectionis conciliorum.

PRima β autẽ ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterũ, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, ſpiritum ſanctum creaturam temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papæ Romani, Macharii Hieroſolymitani, Alexandri γ Alexandrini; qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti; quorum auctor maxime præfatus † Alexander epiſcopus fuit. ¶ Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium, Cõſtantinopolitanum epiſcopum, qui negabat ſpiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, [Nectarij δ † Conſtantinopolitani; qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶ Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genitricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodoſii principis † iunioris, Cæleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Neſtorii blaſphemiarum totidem capitula auctore eodẽ ſancto Cyrillo anathematizando cõſcripſerunt. ¶ Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolii Conſtantinopolitani, qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones vigintiſeptem: quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Cõſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶ Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram virginem Mariam negabat Dei genitricẽ fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilii Papæ Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychii Conſtantinopolitani; qui quattuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶ Sexta in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgii Conſtantinopolitani: qui cõdemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouẽ ε capitula inferius annexa.

† Sanctus Alexander] orig.

† deeſt in] orig.

† magni principis] orig.

† al. aliũ Deum eſſe verbũ, & aliũ Chriſtum

† al. Domnó

β ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetuſtiore Colonienſi An.* M D X X X. *& in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſane in illa præfatione tantum quattuor generalium ſynodorum mentio fit; ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

γ ¶ Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt vt apud Gratianum. In originali,* Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, ſi vtraque coniungatur. Nam & epiſcopus Conſtantinopolis, & epiſcopus Alexandriæ, tempore illius* ſynodi

PRima adnotatio.] a ¶ Maiorē.] arg. q̄ non qui prior eſt tēpore potior eſt iure, ſed melior pferēdus eſt 1; quia nō grad⁹ elegantior, ſed vitę melioris actio cōprobat, vt 23.q.4.ſicut.& 40.diſt.non loca.& c. multi.in fi. in Auth. de monachis.§.ordinatiōe. honeſtiorib⁹ eñ honores debētur. arg.J.25. diſtin. c. 1. in fi.& ff.de munc.& hono. honores. Arg. cōtra.C.de off.magi. officiorū nemo agentiū. & 41.diſt. miramur.& arg.cōtra.65. diſt.c.pen.&vlt.vbi d hoc i fi. & no.de hoc 67.diſt. eps. Archid.

1 De hoc ēt no. J. 74. diſt.epori. & facit ad hoc quod dixi ꝫ.eod. quoniā. in verſi.ſexta. ibi videas. Archid.

a ¶ Septima- *ſynodi, Alexandri nomine vocabantur.*

ſ ¶ Nectarii.] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum*, Nectarii Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe & hoc loco integra lectio hæc eſt*, Nectarii Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

ι ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Iſidori legitur*, ſcripſerunt octo capitula, *& verba illa*, inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impreſſis poſt actionem ſextæ ſynodi ex vetuſto codice monaſterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc verba*, ſcripſerunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

C. XI.

Deus dedit Cardinalis Anſelmus in proleg. Ante candē Iſidori collectionem.

PRima a adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem a poſtponitur; in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus epiſcopus extitit. ¶ Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam ß legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim ſtatuerunt canones xiiii. † quorū auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænā legitur fuiſſe, in qua Patres xvi. ſtatuerunt canones xx. propter quaſdā neceſſitates eccleſiaſticas; maxime cōtra Euſtathium: qui dicebat, quòd nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui nō omnibus renuntiaret, quæ poſſideret, ſpem apud Dominū haberet; & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶ Quarta Sardicēſis, in qua Patres ſexaginta γ ſtatuerunt canones xxi. quorū auctor maxime Oſius Cordubēſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius ſ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus ſanctæ Romanæ eccleſiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Euſebius Palæſtinenſis epiſcopus extitit. ¶ Sexta Laodicenſis, in qua Patres xxxii. ſtatuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶ Septima ι Carthaginenſis, in qua Patres ccxvij. † ſtatuerunt canones xxxiii. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginenſis epiſcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hyponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, tēporibus Honorij Auguſti. ¶ Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres ccxvii. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginenſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶ Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. † ſtatuerunt canones quattuor: quorum auctores maxime Silueſter vrbis Romæ epiſcopus, S. Marinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶ Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorū auctor maxime S. Cęſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Vndecima itē Arelatenſis, in qua Patres xvi. ſtatuerūt canones. ¶ Duodecima itē Arelatenſis in Vico Hortenſij †, in qua Patres xi. ſtatuerūt canones: quorum maxime auctor ſanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorū auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Quartadecima Araucicenſis, in qua Patres xvi. † ſtatuerunt canones: quorū auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunenſis ζ, in qua Patres xxvi. ſtatuerūt canones xxxix. quorū auctor maxime Cęſarius epiſcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cęſarius epiſcopus extitit. ¶ Septimadecima η Aurelianēſis, in qua Patres lxxij. ſtatuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatēſis epiſcopus extitit, tēporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxi. ſtatuerunt canones: quorū auctor maxime Melanius Rhedonenſis epiſcopus extitit. ¶ Nonadecima itē Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones: quorū auctor maxime S. Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſima Aruernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones: quorū auctor maxime Honoratus Breutenſis † epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaprima Maticenſis †, in qua Patres xxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunēſis epiſcopus extitit.

¶ Vige-

† *in græco vulgato, & apud Balſamonē ſunt xxv.*

† *ibidem ſunt xv.*

† *al. Zelametanus*

† *al. xxx.*

† *al. ccxviij.*

† *abeſt numerus à collectione etiam Vaticana*

† *al. Hortenſico*

† *al. Sapidus*] *al. Sapidius*

† *al. xxvi.*

† *al. xxxiij.*

Hactenus ī collectione Iſidori impreſſa.

† *Brinatenſis*] *al. Brituricenſis*

† *al Matiſcenſis*

Iactenus in Collectione Iſidori Vaticana

¶ Vigeſima ſecunda itē Maticēſis, in qua Patres lxxxvi. ſtatuerūt canones: quorū auctor maxime idē Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſima tertia Lugdunēſis; in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viēnenſis epiſcopus extitit. ¶ Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idē Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

a ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, id eſt vſque ad finem verſiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante præfationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem vſque ad finem verſ.* Vigeſima prima. *Deuſdedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque vero ſummula hæc eiuſdē Iſidori eſſe poteſt: nā neq; præfationi ipſius, neq; collectioni reſpōdet; in qua, vt cetera mittantur varietates, multa referuntur concilia Hiſpaniæ, quorum hic nulla mentio.*

c ¶ Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deuſdedit, & Vaticana collectione. Nā ante legebatur,* Antiochenam. *In collectione autem Iſidori impreſſa legitur quidem,* Nicænam, *ſed deeſt vox,* ante. *Sic antē legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt verba, quæ ipſum Neocæſarienſe concilium antecedunt,* οἵτινες δεύτεροι μὲν εἰσι τῶν ἐν ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν νικαίᾳ προγενέστεροι, *id eſt,* qui canones poſteriores quidē Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa mendoſe eſt:* Et hi quidem canones ſecundi ſunt eorū, qui in Ancyra, & Cæſarea expoſiti ſunt, *redundat enim illud*, & Cæſarea: *quare in recentioribus editionibus cōciliorū omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

γ ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx. epiſcopi reperiuntur ſubſcripſiſſe: ſed poſtea additur:* & ceteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. cxxi. *Socrates lib. 2. c. 36 in eo concilio ex occidentis partibus epiſcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis vero lxxvi. qui etiam ſeceſſionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. c. 12. & Tripertita. Theodoritus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, epiſcopos ccl. conueniſſe. Omnino & in his, & Patrum, & canonū numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates: nonnulla autem lectoris diligentiæ ſunt reſeruata.*

δ ¶ Et Ianuarius.] *Anſelmus habet vt Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus. & S. R. E. Legatus extiterunt. *In concilio ipſo c. 18. nominatur Ianuarius eps. In ſubſcriptione vero in codice canonū, nō nominatur, ſed tantū Vincētius Capuanus S. R. E. legatus. & Calipodius Neopolitanus legatus S. R. E.*

ε ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica ſynodus Carthaginenſis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. diſt. c. de libellis. dicitur.*

ζ ¶ Epaunenſis.] *Ita emēdatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & collectione Iſidori Vaticana. Nam antea legebatur.* Empanenſis. *Veruntamen in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur: ſed Auiti primū eſt mētio.*

η ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hæc in concilijs impreſſis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

Sed quòd Nicæna ſynodus xx. canones ſupra ſtatuiſſe dicitur, contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſii inuenitur.

Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.

¶ Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilii. C. XII.

In epiſtola Athanaſij, & vniuerſorum Aegypti epiſcoporū ad Marcū Papā: ſed copioſius, q̄ hic.

Iuo par. 4. c. 108.
Pann. l. 2. c 106.
Anſ. l. 1. c. 59.
Polycar. l. 3. tit. 20.
Ibidē paulo ſuperius

SEptuaginta θ [a] Nicæni concilij capitula, quæ de præfata ſynodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcoporum attuli, quæ ſunt igne combuſta, optamus, vt à veſtræ ſanctæ ſedis auctoritate percipere per præſentes legatos mereamur. *Item.* ¶ Præſentibus nobis octoginta capitula in memorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à Latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt cccxviij. epiſcopis † ſpiritu ſancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. diſcipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

† *Patribus.*] ori.

θ ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanaſii verbis conſtat, non omnes Nicænæ ſynodi canones aut græce, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his viginti, qui in manibus omnium verſantur. De qua re ſcribit Iſidorus in præfatione cōciliorum tomis inſerta. Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad*

a SEptuaginta.] Sed contra. 21. diſt. in nouo. 68. diſt. chorepiſcopi. ibi enim dicitur, q̄ diſcipuli fuerunt lxxij. ſecundum Hug. Dic, q̄ minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q. 1. hanc. ſic not. 3. 15. diſt. cap. 1. ver. harum.

Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunenſe indixiſſet, (quam manuſcriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitiſſe. Sic enim ſcribit: Quia vero multipliciter expedit, vt in eiuſdẽ celebratione concilii, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celſitudinem regiam rogamus, & hortamur attente; quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris celeritate transmittas. *Tuneti quoque, & Alexandriæ inuenti ſunt octoginta canones Arabice ſcripti ſub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica, & Armenia lingua ſcripti penes eundem Cardinalem Sirletum, ſunt, & nuper etiam in latinam linguã conuerſi ſunt, & impreſſi.*

Quomodo ergo viginti tantũ capitula in Nicæna ſynodo ſtatuta dicuntur, cum ſeptuaginta capitula (vt Athanaſius ſcribit) in ea ſtatuta monſtrentur? ¶ His ita reſpondetur: Capitulorum Nicænæ ſynodi quedam in deſuetudinem abierunt: viginti tantũ in Romana eccleſia habentur.

Vnde Stephanus Papa ſcribit dicens Luythobio epiſcopo Moguntino.

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

V Iginti [a] tantum capitula Nicænæ ſynodi in ſancta Romana eccleſia habentur, ſed quo neglectu alia defecerint, ambiguum eſt. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio eſſe inſerta. Iuo p.4.c.132. Pann.l.2.c.107.

¶ *Apud Iuonem parte quarta, c. 132. habetur magis integrum hoc caput:* Capitula Nicæni concilii teſtimonio Athanaſii ſeptuaginta in figuram ſeptuaginta diſcipulorum ſcripta non dubitamus, e quibus viginti tantum in eccleſia ſancta Romana, & quæ ſequuntur.

Sardicenſe quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

Vnde idem ſcribit clero † Conſtantinopolitano. *† al. electo*

¶ Auctoritate Apoſtolica Sardicenſe concilium recipitur. C. XIIII.

Q Vod dicitis neque Sardicenſe concilium, neqũe decreta † alia vos habere ſanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur maxime cum Sardicenſe concilium, quod penes vos in veſtris regionibus [b] actum eſt, & omnis eccleſia recipit, qua ratione conuenerit †, vt hoc ſancta Conſtantinopolitana eccleſia abijceret; &, vt dignum eſt, non retineret?

Habetur in epiſtola 6. quæ prima ad Photiũ eſt. Iuo p.4.c.135. Pann.l.2.c.117. ver. Quod dicitis.]

† decretalia vos

† al. conuenerat

DISTINCTIO XVII.

G *Eneralia [c] concilia, quorum tempore celebrata ſint, vel quorum auctoritas ceteris præemineat, ſanctorum auctoritatibus ſupra monſtratum eſt. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apoſtolicam ſedem eſt.*

a ¶ Viginti.] ā Sardicenſi.

Q Vod dicitis.] CASVS. Clerici Conſtantinopolitani dicebant ſe non habere ſtatuta cõcilij Sardicẽſis, vel ſanctorum Patrum, nec recipere: ſed Papa redarguit eos dicens, non eſſe facile credẽdum eos non habere ſtatuta illa, cũ publice penes eos facta fuerunt, & cum tota eccleſia ea recipiat, Conſtantinopolitana ea recipere debet. b ¶ Regionibus.] hic eſt duplex arg. vnum tale: ex quo oẽs alij hoc faciunt, ergo & tu obſeruabis hoc, vt not. ī. 12. diſ. illud. & c. quemadmodum. Itẽ arg. ꝙ nulli licet ignorare ea, quæ publice facta ſunt. 11. q. 2. qui & humanis. 8. q. 1. licet. 11. q. 3. curę. 20. diſt. ſi decreta. 87. diſt. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de inſtitutoria ac. ſed & ſi. §. ꝑſcribere. C. d lib. cau. ſi filia. extra d poſtu. prælat. ad hãc 1. arg. ꝰ. 82. diſt. propoſuiſti. & 1. q. 1. ſi q à ſimoniacis. & 24. q. 1. ſi quis dederit. primũ regulare, ſm caſuale propter caſum ignorantis. extra qui ma. ac. poſſ. cum in tua.

Facta publica debẽt ab omnibus ſciri.

1 Ibi ꝯ hoc. & extra. de conſti. cognoſcẽtes. in gloſ. vlt. Archid.

G Eneralia.] Hęc diſ. diuiditur in tres partes. In quarũ prima magiſter intendit ꝓbare, ꝙ nullũ robur habet concilium generale ſine licencia Papæ celebratũ. Secũda: ibi, [Quaꝑpter.] Tertia ibi, [Hinc ẽt.] CASVS. Supra diſt. 15. c. 1. & 16. c. ſexta. oſtẽſum eſt quo tpe generalia cõcilia celebrata fuerũt, & quorũ auctoritas ceteris prçeminebãt eſt ſimiliter oſtẽſum. In hac vero 17. diſt. oſtẽdit, ꝙ tantũ auctoritate ſedis apoſtolicæ poſſunt congregari, & hoc ꝓbat per c. ſeq. que Generalia quoque. c ¶ concilia.] In hac 17. diſt.

17.diſtin. oſtenditur qui poſſunt facere concilia. Sunt autem conciliorum quædam vniuerſalia, quędã particularia ſiue prouincialia, quędã epiſcopalia. Vniuerſale eſt quod à Papa, vel eius legato cum omnibus epiſcopis ſtatuitur: particulare, ſiue prouinciale eſt, quod metropolita-

Vniuerſale enim ſcilicet ſine auctoritate Papæ vel eius legati celebrari non debet. 17. dist. §. porro. Archid.

Vnde Marcellus Papa ſcribit Maxentio a.

a ¶ Maxentio.] *Antea legebatur*, Maxentio epiſcopo. *In tomis autem conciliorum in epiſtolæ inſcriptione eſt*, ad Maxentium tyrannum, *ſed in principio epiſtolæ ipſius eſt*, Marcellus Maxentio, *quæ lectio viſa eſt retinenda*.

¶ Abſque Romani Pontificis auctoritate ſynodus congregari non debet. C. I.

Anſ.l.2.c.60. Iuo p.4.c.140. Polyc.l.1.c.al.tit.13.

SYnodum[a] epiſcoporum abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate, (quamquam quoſdam epiſcopos poſsitis congregare[b]) non poteſtis regulariter facere. Neque[c] vllum epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicam ſedem, damnate; antequam hinc ſententia definitiua procedat. Nam ſi ſæculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quãto magis ſacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt? De quib. dictũ eſt, [Ego dixi, Dij eſtis.]

Pſal. 81.

c ¶ Neque vllum epiſcopum.] *hinc vſque ad finem non habentur in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in reſcripto contra orientales pro Athanaſio, c.xxix.

¶ Non eſt ratum concilium, quod auctoritate Romanæ eccleſiæ fultum non fuerit. C. II.

Anſel.l.2.c.47. Poly.l.1.c.13.

REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc concilium actum eſt, nec Romanæ eccleſiæ legatus † [c] interfuit; canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum eſt[d], aut erit vmquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

† al. legatio

Item Damaſus Papa I. ad Stephanum, epiſt. 3.

¶ Nullus vſurpet conceſſa Romanæ eccleſiæ. C. III.

Anſel.l.1.c.55. Polyc.l.1.c.17.

HVic ſoli † ſedi conceſſa[e] nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat, qui non vult honore eccleſiaſtico indignus, vt contemptor, iudicari.

† ſeculta

Item Gregorius † a.

† al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.

¶ Abſque Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſynodum particularem contra vniuerſalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

Iuo p.4.c.239. Anſ.l.12.c.43. Poly.l.1.c.14.

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem[f]

tropolitanus, vel primas facit cũ ſuffraganeis ſuis, vt: 8. diſt.c.1.92.diſt. ſi quis eps. Sed vniuerſale nõ debet fieri ſine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare ſine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec epãle ſine auctoritate epi: metropolitanus tamen poteſt facere conciliũ ſine auctoritate primatis, vt 92. diſt. ſi quis eps. ſimiliter eps ſine auctoritate metropolitani, vt 18. diſt. quãdo. & 12.q.2. placuit. Nec ob. quod legitur, ſ. diſtin. proxi. c. propter. in fine. & c. pen. quia illud eſt intelligẽdum de prouincialibus concilijs, vel intellige illud de canonibus conſtituendis. Ioan.

SYnodum.] CASVS. Maxẽtius epiſcopus volebat generalem ſynodum ad condendum canones cõgregare: ſed Marcellus dicit, q; nõ poteſt ſine licentia Papæ: quãuis poſſit particularem ſynodum facere.

a ¶ Synodum.] ſcilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter ſtatuendum. Archid.

b ¶ Cõgregare.] Cum conueniunt epi ad examinandã cauſam criminalem alicuius clerici in ſacris. & ſecundum hoc eſt arg. quòd talis congregatio epiſcoporum nõ dicitur ſynodus generalis.

REgula.] CASVS. Orientales epi facti hæretici multas fecerunt facto concilio cõſtitutiones: cui concilio, nec Papa, nec eius legat⁹ interfuit. Et ideò Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel qđ in eo eſt ſtatutũ. & hoc probat auctoritate canonũ dicentiũ, concilia ſine auctoritate ſedis Apoſt. fieri non debere.

CASVS. ſeq. cap. patet.

c ¶ Legatus.] ad hoc ſpecialiter deſtinat⁹, aliàs non poſſet legatus facere conciliũ, vt no. ſ. diſt. 3. c. regula. §. porro. & ext. de off. leg. q; tranſlationẽ.

d ¶ Ratum eſt.] arg. q; id, quod nullũ eſt, non põt ratum haberi, vt not. 9.q.2.c. nullus alterius. extra de elect. auditis.

e HVic ſoli ſedi cõceſſa.] Hic expreſſe habet, q; illud quod ſoli Papæ cõpetit, non transfertur generali mãdato niſi ſpecialiter mãdetur, vt extra de offic. leg. quod trãſlationem: quæ autem illa ſint, dixi 12. diſtin. præceptis. & alia habes extra de off. leg. quod tranſlationem.

Papæ ſoli competẽs, gñrali mãdato non transfertur.

NEc licuit.] CASVS. Celebrato cõcilio quinto apud Conſtantinopolim, epiſcopi Venetiæ, Hiſtriæ & Liguriæ volentes recipere ſtatuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa ſtatuta eſſent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius dicens, q; ſi aliqua dubitatio emerſerit de ſtatutis in eodẽ cõcilio, mittere debebãt ad ſedem Apoſtolicã. Si vero fuerint contumaces, ab eccleſia ſunt coercendi, & ſi per eccleſiã non poſſunt, per ſæcularem debent comprimi poteſtatem.

f ¶ Particularem.] Ad aliquid gene[ra]liter, ſtatuendũ a, vel ad reuocandum illud, quod in [vniu]erſalibus concilijs eſt ſtatutum, vt iſti epiſcopi, qui [vol]unt retractare ſtatuta

a Vel dic q; particularem dicit propter illos, qui partem faciunt, ſcilicet hæreticos, quibus nullo modo licet cõcilium celebrare, ſecũdum Laur.

ſynodum β congregare: ſed quoties aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam [a] de eo, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte ij, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam † ſedem pro recipienda † ratione conueniant; aut ſi forte (ſicut de talibus † ſcriptum eſt: [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obſtinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eiſdem Apoſtolicis ſedibus aut attrahi ad ſalutem quoquomodo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſsint) ſecundum canones per ſæculares [b] comprimi † poteſtates.

† *Apoſtolicas ſedes*] ſuo. † *al. pcipiẽda* † *al. quibuſdã* Prou. 18 † *al. opprimi*

α ¶ Gregorius.] *Hoc proculdubio eſt Pelagij, ſicut ab Anſelmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apoſtolicas ſedes recurrendum eſſe, cum inferiores epiſcopi, aut quiuis alij cognoſcere deſiderarent quid in aliqua vniuerſali ſynodo eſſet conſtitutum, & valde illos condemnandos, qui Apoſtolicis ſedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. non vos. & c. de Liguribus. Ex hoc autem capite, nec licuit. & capite, iſtud, 11. q. 1. habetur integra epiſtola Pelagij, quemadmodum ab Anſelmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine eſt additum*, ad epiſcopos Mauritaniæ. *Atque in ſummarijs capitum dictatus ipſius Papæ, qui habetur lib. 2. Regeſti Gregorij ſeptimi, inter cetera hoc eſt*, quod nulla ſynodus abſq; præcepto ſummi Pontificis debet generalis vocari.

β ¶ Synodum.] *Apud Anſelmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc*, ad iudicandum vniuerſalem ſynodum. *Hoc enim eſt, quod prohibetur hic à Pelagio, Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruerſitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib. 7. epiſt 53. & alibi ſæpe) & particularem ſynodum vniuerſali, ac ſedium Apoſtolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, ſiue Gregorius, ne epiſcopi poſsint diœceſanas, & metropolitæ prouinciales ſynodos conuocare, ſed ne ipſas ad iudicandum vniuerſalem ſynodum congregent, atque ita eſt in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. epiſcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Conſtantinopolitani, epiſt. 1. c. 1.

¶ Non eſt concilium; ſed conuenticulum, quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate celebratur. C. V.

MVltis denuo Apoſtolicis, & canonicis, atq; eccleſiaſticis inſtruimur regulis, non debere abſque ſententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non concilium, ſed veſtrũ conuenticulum, vel cõciliabulum caſſatur, & quidquid in eo actũ eſt, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu [c] talia præſumatis, ſi Apoſtolicæ ſedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero

Anſ. l. 2. c. 36. Polyc. l. 1. c. 14. Cap. 3.

Statuta vniuerſalis cõcilij p quẽ poſſunt interpretari.

ſtatuta Conſtantinopolitanæ ſynodi. videtur hic, q; ad ſolum Papam ſpectat interpretari ſtatuta vniuerſalis concilij, vt extra de conceſ. præb. & eccle. non vacan. dilectus. Arg. contra, q; ab omnibus epiſcopis, vel à ſaniori parte eorũ, qui interfuerũt, põt fieri interpretatio; quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius ſtatuit. extra de ſenten. excom. inter. de iudi. cũ veniſſent.

a ¶ Ad recipiendã.] Eo ipſo q; quis errat, non dicitur hæreticus, ſi paratus eſt corrigi, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. ſed ſi dubitat d' fide, hæreticus dicitur, vt extra de hære. c. 1.

Laici vtrũ poſſint aliquando clericos punire.

b ¶ Per ſeculares.] Poſſunt ergo laici coercere 1 clericos etiã non depoſitos in caſibus, vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autẽ etiam depoſitum nõ poteſt laicus punire: niſi incorrigibilis ſit, vt extra de iudi. cum nõ ab homine. numquã eñ clericus quãtumcumq; ſit criminoſus tradendus eſt curiæ ſeculari, dummodo poſſit corrigi p eccleſiaſticam poteſtatem, vt 81. diſt. dictum. extra de iud. at ſi clerici. niſi in crimine falſi litterarũ Apoſtolicarum. vt extra de crimi. fal. ad falſariorum. Item habes hic, q; vbicũq; deficit eccleſiaſtica poteſtas, ſemper recurritur ad brachium ſeculare, 11. q. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus. ADDITIO. Ad idem ead. q. adminiſtratores.

1 Hic videas quod legitur & notatur 17. q. 4. d' pſbyterorum. Archid.

MVltis.] CASVS. Hoc ca. diuidit̃ in duas partes: In prima parte dicitur, q; Conſtantinopolitani epiſcopi celebrauerũt cõcilium ad vocationem Ioannis, qui tũc erat patriarcha: quod factum fuit abſq. ſedis Apoſtolicæ licentia: quare Papa concilium illud euacuat & caſſat, & quidquid in eo fuit conſtitutũ, & prohibet ne deceтero talia fiant. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Si vero.] dicitur, q; ſi epiſcopi cœperunt ſuper aliquo diſcrepare negotio, referatur quæſtio ad ſedem archiepiſcopi, vel patriarchę: & ſi ibi non poteſt terminari, referuetur ad ſynodum epiſcoporum: difficiliores vero quæſtiones ad ſedem Apoſtolicam referuentur.

c ¶ Hortatu.] Arg. q; auctoritas ſuperioris nõ excuſat, vt 11. q. 3. quicumq; militũ. arg. cõ 11. q. 3. de rebus. 63. diſt. Salonitanæ 1. Tu dic, q; in leuibus excuſat, aliàs non.

a ¶ Ad

1 Vbi hoc. & ... diſt. an... tabis. A... chid.

a ¶ Ad maiorem.] ideſt, ad metropolitanum: & ita cũ appellatur ab omnibus epiſcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, ꝙ metropolitanus ſolus maior ſit omnibus epiſcopis prouinciæ; quia de parj ad parem non licet appellare. 2. q. 6. c. anteriorũ. ver. illo videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad cõcilium metropolitanum. ꝟ. 2. q. 6. omnis. & ſic cõcilium eſt maius à ipſo metropolitano, & ſic appellatur ab aliquo ad ſe ipſum cum alijs. & eſt ſimile ff. quando appell. ſit l. 1. §. ſolent. Sed quid eſt, qd hic dicitur, ꝙ ſi diſſentiũt epiſcopi, recurratur ad ſuperiorem, quare non ſtatur hic ſententiæ plurium. 65. diſt. ſane.[3] Intelligunt quidã, ꝙ hoc dicitur in cauſa criminali epiſcopi, vbi oportet omnes epiſcopos conſentire, vt 6. q. 4. c. 1. & 2. Sed poteſt intelligi in eo caſu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter epiſcopos: tunc recurritur ad ſedem ſuperiorem. Vel intelligas in eo caſu etiam quando diſſentiunt epiſcopi in ſententia, non quòd ſententiam aliquam proferant, ſed videtur quibuſdã vno modo ſententia, alijs alio modo.

b ¶ Maiores.] vt de fide, vt 24. q. 1. quoties.

appellatur epiſcopis prouinciæ ad metropolitanum.

[3] Ex hoc dicto vi. q. cõcilium poſſet cognoſcere de cauſis delictorum metropolitani. & hoc dicam 11. q. 1. ſi clericus. ibi videas. Arch.

in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius prouinciæ epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat; ad maiorẽ[a] tunc ſedẽ referantur. Et ſi illic facile, & iuſte nõ diſcernũtur; vbi fuerit ſynodus regulariter congregata, canonice, & iuſte iudicentur. Maiores[b] vero & difficiliores † quæſtiones (vt ſancta ſynodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit) ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur.

† al. difficiles orig.

Item Symmachus Papa.

¶ Prouincialia concilia ſine Romani Pontificis præſentia pondere carent. C. VI.

In lib. Enno. pro defenſione 4. & 5. ſyn. ſub Sym. Papa. Iuo p. 4. c. 241. Anſ. li. 2. c. 56. Polyc. l. 1. tit. 7.

CONcilia ſacerdotum[c] eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt[a][d] Legiſtis † inſaniſſimi, aliquando in illis præter Apoſtolici apicis ſanctionem aliquid conſtitutum; & non de maioribus negotijs ad conſultationem †, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatum?

† al. Legi.

† collationẽ] orig.

a ¶ Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus eſt nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tamquam abſurdum quidpiam obijcientium. Quibus Ennodius in ſequentibus verbis reſpondet,* Legite, &c.

Verba omnia ſumpta ſunt ex quarta ſynodo Romana ſub Symmacho.

2 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuerſis prouincijs ad vrbem Romam ſacerdotes conuenire præcepiſſet*[e], *vt ſanctum concilium indicaret de ijs, quæ venerabili Papæ Symmacho præſuli Apoſtolicæ ſedis ab aduerſarijs ipſius dicebantur impingi; Liguria, & Aemilia, ſeu Venetiarũ epiſcopi ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur, impetitus, debere ſynodũ conuocare, ſcientes, quia eius ſedi, primũ Petri Apoſtoli meritũ, deinde ſecuta iuſſione* †[f] *Domini, conciliorũ venerandorũ auctoritas ſingularẽ in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedictæ ſedis antiſtitem minorũ ſubiacuiſſe iudicio.*] & *infra.* [¶ *Ad hæc sereniſſimus* Rex, *Deo adſpirante reſpondit ſynodalis eſſe arbitrij in tãto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam*[g] *de eccleſiaſticis negotijs pertinere. committens etiam poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire, ne-*

† iuſſionem] Vatic. cod. & Nicolaus ad Michaelem Imp. pag. 501.

COncilia.] CASVS. Quidam epiſcopi ſingulis annis ſine ſede Apoſtolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea caſſat, cũ non inueniatur aliquid conſtitutũ ſine auctoritate ſedis Apoſtolicæ, immo ſemper ei maiora negotia reſeruantur.

c ¶ Sacerdotũ.] ideſt epiſcoporum.

d ¶ Perdiderunt.] Not. ꝙ aliquis dicit perdere quod numquam habuit, ſic 5. q. 6. quia iuxta. 23. q. 4. Guiliſarius. 23. diſt. quorumdã 2. ſic 33. q. 2. quòd vero, &c. Moyſes.

2 Vbi de hoc. Arch.

HINC ETIAM. Hæc eſt 2. pars diſt. in qua ponitur quid iuris ſit de ſynodis.

CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Symmachus Papa erat de quibuſdam criminibus diffamatus: Vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium cõgregauit, vt examinarentur ea quæ obijciebantur Papæ: Tũc ſurgentes epiſcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori, ꝙ ad Papam ſpectabat conuocare cõcilium: Imperator ad hoc benigne reſpõdit omnia eſſe in poteſtate ſynodi: cõmittens negotium auctoritati Põtificum, dũmodo pax in ciuitate Romana ſeruetur. In ſcdã parte, quæ incipit ibi, [Epi vero,] dicitur, ꝙ epi ibi cõgregati auctoritate eiuſdẽ Symmachi interueniente abſoluerũt ipſũ ab humano iudicio, à ſolo Deo iudicandũ, & reſtituẽdos clericos, q receſſerant à Symmacho Papa, in ſuis officijs decreuerũt: dummodo primo Symmacho ſatisfaciãt: Cui ſtatuto primo ſubſcripſit Laurentius eps eccleſiæ Mediolanenſis, ſecundo Rauennas, & poſtea lxxv. epi. Omnia quæ poſtea ſequuntur, plana ſunt vſque ad diſt. 18.

e ¶ Præcepiſſet.] Iſti epi venerunt ad citationem Regis, non ꝙ venire tenerentur, ſed vt reuocarent eum ab errore ſuo. Simile ad hoc extra de exceptionibus, olim.

f ¶ Iuſſione Domini.] Habet ergo Romana eccleſia auctoritatem à concilijs, ſed Imperator à populo, vt 93. diſtin. legimus. in fi. Contrariũ huic ſignatur 21. diſt. quãuis. & 22. diſt. omnes. vbi dicitur, ꝙ Romana eccleſia habet primatũ à Domino, & nõ à cõcilijs. Sed dic principaliter habuit à Domino, ſecundario * à concilijs.

g ¶ Reuerentiã.] Debet Imperator reuerentiã eccleſiæ: ſed de rebus eccleſiæ nihil poteſt diſponere, vt 96. diſt. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare poteſt 3, vt

* *Concilia proprie nõ dederunt primatũ Romanæ eccleſiæ, ſed explicarunt datum à Domino.*

3 Contra not. 10. diſt. Imperium ibi dixi. Arch.

vt 16 q.7.ſi quis deinceps. arg. contra. extra de conſuetu.cum inter. in parte deciſa. vbi dicitur rex conferre decanatum:ſed hoc forte ex conſuetudine, & ex priuilegio.16.q.1.hinc etiam.

a ¶ Immunis.] 7.2.q.7.§.item cum Balaam.in fi. contra.ibi dicitur, q; ſimoniacus poſt reſtitutionem tenetur reſpondere accuſatoribus. Sed dic,q; primo fuit accuſatus de hæreſi, ſed cũ appareret calumnia accuſantis,poſtea fuit abſolutus,vt hic dicit.

b ¶ Ante tempus.] quod fieri nõ debuit, vt 8. q. 4. nonne. §. illud.

c ¶ Synodo.] vt 96. diſt. bene.

in anno,& quo tempore anni, & cuius auctoritate ſint celebranda 3, & q; metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis cõuenientibus ad concilium. addit de pœna epiſcopi,qui vocatus ad ſynodum non venit. In fine dicit, q; intra ſex menſes debet epiſcopus indicare ſuis

gotium,ſiue nollent, quod magis putarent vtile deliberarẽt, dummodo venerandi prouiſione concilij pax in ciuitate Romanæ daretur †: epiſcopi vero in ſynodo reſidentes cõgregata auctoritate eiuſdem Symmachi dixerũt: Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiuſmodi oppoſitionibus† impetitus, quantum ad homines reſpicit,ſit immunis [a], & liber,cuius cauſam totã Dei iudicio reſeruamus.] & infra. ¶ [De clericis vero memorati Papæ,qui ab epiſcopo ſuo ante tempus [b] contra regulas diſceſſerũt, & ſchiſma fecerunt; hoc fieri decernimus, vt † illi ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordiã cõſequantur, & officijs eccleſiaſticis ſe gaudeant reſtitui.] Ibidem infra. ¶ [Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro,in quo totã cauſam Dei iudicio commiſimus,ſubſcripſi. Petrus eccleſiæ Rauennatis epiſcopus ſub eiſdem verbis ſubſcripſit, & poſt eum ſeptuaginta quinq.epiſcopi.] Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda miſericorditer & diſpenſatiue factum dinoſcitur. ¶ Hoc quoque notandum eſt,quod in hoc concilio, & in alia ſynodo [c] Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum Mediolanenſis ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo & ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.

Ait enim Gregorius primus lib.7.reg.epiſt.112.Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi.

† Chriſtianis omnib. redderetur] orig.

Ibidem infra

† al. propoſitionib.] orig.

† vt eos ſatiſfacientes epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur] orig.

C. VII.

EPiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus [d], ſiue ad conſidendum in concilio:ſiue ad ſubſcribendum, vel in qualibet alia re,ſua attendere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Anſ.l.6.c.134.

Verum tempus ordinationis non ad eccleſias,ſed ad perſonas refertur, ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

EPiſcoporum [e] igitur cõcilia, vt ex præmiſſis apparet, ſunt inualida ad definiendũ, & conſtituendum [f], non autem ad corrigendum. Sunt enim neceſſaria epiſcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etſi non habent vim conſtitutionis †; habent tamen auctoritatẽ imponendi, & indicẽdi,

† al. conſtituendi

Ordo inter beneficiatos.

d EPiſcopos] ¶ Tẽpus.] Generale eſt,q; qui prius dignitatẽ receperunt, præferendi ſunt alijs 1, vt 74. diſt. epiſcoporum. & 75.diſt. c.vlt. & extra de maio. & obed.c. 1.quoniam ille gradus ceteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de offic. ma.offi.l. nemo. niſi aliquis receperit dignitatem à principe: ille enim præponitur alijs, vt extra de maio. & obed. per tuas. & ff. de albo ſcrib.l. 2. & niſi ſint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis,qui licet ſint poſterius ordinati, tamen præponuntur alijs, vt hic in Palea, placuit.diſt.proxi.

1 Contra 16. diſt. 6. ſynodus. ver. prima adnotatio, vbi de hoc. Archid.

EPiſcoporũ.] Hęc diſtinctio diuiditur in tres partes: in prima pbat,q; concilia epiſcoporum debẽt fieri bis in anno, & hoc probat per ſex canones:quod iã correctũ eſt. Secunda ibi, [Quoniam quidẽ.] Tertia ibi, [Singuli.] CASVS. Dictum eſt ſupra & oſtenſum,q; epiſcopi non poſſunt celebrare cõcilia ſine licentia Romanæ ſedis, in quibus aliquid generaliter definiant,vel ſtatuãt; ad correctionem tamen concilia celebrare,& indicere quæ iam ſtatuta ſunt generaliter vel ſpecialiter,poſſunt.

e ¶ Epiſcoporum.] Hic intitulatur 18.diſt. In proxima diſtin. magiſter oſtendit 2, quòd prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere:ideo cõſequenter oſtendit ad quid ſint vtilia; addit etiam quotiens

2 T. diſtin. proxi.c. cõcilia. ſecundum Huguonem.

ſuis ſubditis ea,quæ in concilio acta ſunt.

f ¶ Conſtituendũ.] Illud nõ eſt verũ: quia epi bene poſſunt condere canones epales, & archiepiſcopus prouinciales; quia quilibet populus, & quælibet eccleſia ſibi poteſt ſtatuere aliquod ius, vt 1. diſt. 1. ius ciuile. & 8 diſt. quæ contra.& 11.diſt.catholica.& 12.diſt.illa.& de conſecra.diſt. 3 cap. 1.& extra de fer.conqueſtus. ſed de maioribus negotijs non poſſunt aliquid ſtatuere, vt hic, & 12.diſt.præcep.is, vbi de hoc.

3 Vt] c. 1. 2. c. perue & c. q niam.

Eccleſia libet po ſibi ius ſtatuere.

De

DE concilijs.] CASVS. In hoc c. ſtatuit Leo, vt concilia epiſcoporum fiant bis in anno, & ibi clericorũ quæſtiones dirimantur: & ſi ibi dirimi non poſſunt, referantur ad primatem; & ſi nec ibi poterunt terminari, ad ſedem Apoſtolicam referantur.

quod aliàs ſtatutum eſt, & generaliter, ſeu ſpecialiter obſeruari præceptum.

[*Ex Cabilonenſi concilio, c. 6.*]

¶ *In peruetuſto Gratiani codice palea hæc eſt in extremo præcedentis diſtinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite,* epiſcopos. *Ex Cabilonenſi autem citant etiam ceteri collectores. extat vero in Bracarenſi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

PALEA. C. I.

Burch. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 165. Pann. l. 4. c. 20. † *al. ſedendi deferat*

PLacuit, vt conſeruato metropolitani primatu ceteri epiſcopi ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epiſt. 82. c. 7. Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo.

¶ Bini conuentus per ſingulos annos ab epiſcopis celebrentur. C. II.

Burch. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 13. Poly. l. 3. tit. 19.

DE concilijs autem epiſcopalibus non aliud indicimus, quàm ſancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet bini [a] conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus [b] querelis, quæ inter diuerſos eccleſiæ ordines [c] naſci aſſolét, iudicetur. At ſi forte inter ipſos, qui præſunt, de maioribus (quod abſit) peccatis cauſa naſcatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus [d] curabit inſtruere [e], & ſi coram poſitis partibus nec tuo fuerit res ſopita iudicio, ad noſtram cognitionem quidquid illud eſt, transferatur.

Poly. l. 1. tit. 15.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia epiſcoporum ſint celebranda. C. III.

Poly. l. 3. tit. 19.

HAbeatur ſemel concilium ante dies Quadrageſimæ [f], vt omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus [g] amputatis mũdum [a] ieiunium, & ſolemne Deo poſſit offerri: ſecundum vero agatur circa tempora [h] autumni.

a ¶ Mundum.] *Caput hoc eſt ex verſione, qua vſus eſt Iſidorus. In ea tamen hoc loco* ẽ. mundũ ſolemne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus eſt,* mundũ, & ſolemne Deo munus. *Græce eſt,* ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ, id eſt, vt omni ſublata animi anguſtia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

¶ Ad morum correctionem, & controuerſiarum diſſolutionem bis in anno epiſcopale concilium fiat. C. IIII.

Burch. l. 1. c. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Poly. l. 3. tit. 19.

PRopter eccleſiaſticas cauſas, & quæ exiſtunt, controuerſias diſſoluendas, ſufficere viſum eſt bis in anno per ſingulas prouincias epiſcoporum concilium fieri, ſemel quidem poſt tertiam hebdomadam Pachalis feſtiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ conſequitur, id eſt [a] media Pentecoſte, concilium compleatur [c]. Admoneant [i]

a ¶ Bini.] Hoc corrigitur ĩ. eo. quoniam. & extra de accuſ. ſicut olim.

b ¶ De omnibus.] ad eos ſpectantibus.

c ¶ Ordines.] id eſt, laicos vel clericos. loquitur Primati vel Patriarchæ.

d ¶ Metropolitanus.] Not. q. in magnis negotijs ſemper conſulet archieps ſuũ Primatem, vt hic, & 65. diſtinctione, de perſona. & 6. q. 4. ſi inter epiſcopos. Item habes hic, q. Primas non debet intereſſe concilio metropolitani. & 91. diſt. c. pen. & 11. q. 1. ſi clericus aduerſus.

Primas in concilio archiepiſcopi non debet intereſſe.

e ¶ Inſtruere.] ergo iudex à quo appellatur, poteſt inſtruere iudicem ad quem appellatur, & eius cauſam quare non recipit eius appellationem, & exemplũ ſibi reddere debet, vt ff. de appella. recipi. l. ſciendum. non tamé tamquam teſtis, vt 2. q. 6. ſtatuendũ.

HAbeatur.] Caſus trium ſequentium capitulorum plani ſunt.

f ¶ Dies Quadrageſimæ.] In ſeq. c. dr. q. poſt tertiam hebdomadam Paſchæ, ſed iſte canõ præiudicat illi: quia iſte canon eſt Nicæni cõcilij [1], vel loquitur ſecundum diuerſas conſuetudines, 76. diſt. cap. ſexta. ver. primo. ADDITIO. arg. 76. diſt. vnam. Archidiaconus.

1 Sub. q. ſ. ter alia primatũ obtinet. 15. diſt. c. 1. & 2.

g ¶ Simultatibus.] Simultas eſt odium priuatum. 65. diſt. cap. tertio.

h ¶ Circa tempora.] Idibus Octobris, vt ĩ cap. ſeq.

i PRopter.] ¶ Admoneant.] id eſt, conuocent, vel propria, & ſic eſt arg. q. mora poteſt purgari, licet certus dies ſit appoſitus [2], aliàs quare admonerentur? ſic

2 Id eſt, adiectio diei non facit aliquem eſſe in mora. Lau.

autem comprouinciales epiſcopos ij, qui in amplioribus, id eſt in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero concilium Idibus[a] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi † menſis [b], decimus [γ] inuenitur. In ipſis autem concilijs, & presbyteros, & diaconos præſentes eſſe oportet, & omnes [c] quotquot ſe læſos exiſtimant, & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos concilia [d] ſine metropolitanorum epiſcoporum conſcientia facere, quibus de omnibus cauſis conſtat [e] permiſſum eſſe iudicium.

α ¶ Id eſt media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Paſcha & Pentecoſtem, *nec multo aliter apud Iuonem*, id eſt medio temporis, &c. *Sed repoſita eſt hæc lectio, ex pleriſque Gratiani exemplaribus, & collectione Iſidori, in qua eſt hæc eadẽ verſio. Nam ceteri collectores ſecuti potius videntur verſionẽ Dionyſii, quæ eſt in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Panormia hoc loco habeant,* id eſt medio Pentecoſtes, *vel*, in medio Pentecoſte, *vbi in verſione Dionyſii eſt*, ita vt quarta ſeptimana Pentecoſtes, *verbum plane e verbo. Græce enim eſt :* ἐν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

β ¶ Cõpleatur.] *vocẽ*, ἐπιτελεῖσθαι *Dionyſius vertit*, conueniat.

γ ¶ Decimus.] *prorſus ex græco. Dionyſius autem, quem Burchardus, & Iuo ſequuntur, habet*, Idibus Octobris, id eſt, quintodecimo die menſis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apoſtolorum 37. legitur ſecundam anni ſynodum celebrandã eſſe*, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id eſt*, duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menſes cum Græcorum ſatis conſtat. Suidas quidem ſcribit apud Macedonas hyperberetæum eundem eſſe qui October, Galenus autem Pergami eundem qui September.*

Item ex concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipſos accuſant, qui vocati ad ſynodum venire contemnunt. C. V.

Burch. l. 1. c. 47. Iuo p. 5. c. 157. † al. abire

NOn oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum, contemnere, ſed adire † debere, & aut docere, aut doceri [f] quæ ſunt ad eccleſiæ ceterorumque correctionem vtilia: quòd ſi contempſerint, ſeipſos videntur accuſare [g], niſi forte pro infirmitate ire non poſſint.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 19.

¶ Corripiantur epiſcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

Anſe. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 243.

PEruenit ad noſtras aures, quòd in prouincijs conſtituta epiſcoporũ concilia minime celebrentur. Hoc [a] ex eo

---

tur? ſic ĩ. ea. diſt. quoniam. & extra de conceſ. præben. & eccle. non va. quia diuerſitatem. & ff. de peri. & com. rei ven. l. 1. §. licet autem. Arg. ꝯ extra de elect. cum in cunctis. arg. contra 7. q. 1. præſentium. & 20. q. 2. puella. & C. de contrah. ſtipu. magnam. & extra de dolo & contuma. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur à canone, mora poteſt purgari: ſecus ſi ab homine præfigitur dies. arg. ff. de arb. ſi cum dies. §. vlt. & l. Celſus. Io. Sed hoc nõ eſt verum, vt extra de ſup. neg. præ. licet. ibi dici videtur, ꝙ mora purgari non poſſit. ſed certe noua decre. dicit ꝙ in ſolutione penſionis mora intra breue tempus poſſit purgari, vt extra de loc. c. vlt. ſed illa loquitur in alio caſu quàm decret. licet. Vel dic, ꝙ illa corrigit decre. licet. B.

a ¶ Idibus.] Hoc falſum videtur: quia idus ſemper eſt in xiij. die vel xv. ſecundum quod nonæ ꝓcedunt: ſi enim menſis habet quattuor nonas, ſunt idus in xiij. die. ſi vero ſex nonas, ſunt in xv. die. Et ita idus numquã ſunt in x. die. verum eſt apud nos, ſed apud Græcos bene eſt in x. die. Dicunt quidam 1, ꝙ idus quãque dr̃ large, vt hic, ſcilicet totum illud tempus ex quo poſt nonas ſtatim incipiunt computari, vt cũ dr̃ viij. idus. vij. idus. & ſic deinceps, nam in principio menſis dr̃ kalendæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dr̃ viij. idus. vij. idus. quare ergo dr̃, ꝙ ſit decimus? Sed dicas ꝙ hic vocat hoc nomine, idus, quemlibet diẽ, qui eſt inter illos dies, qui dicũtur idꝰ, non vltimum diem illorum, qui proprie & abſolute dr̃ idus. Alia expoſitio, quæ fit hic, non valet.

1 Vt Laurentius.

b ¶ Hyperberetæi menſis.] id eſt, Octobris.

c ¶ Et omnes.] Et, pro, id eſt: aliàs ſi omnes debent conuenire de prouincia, quare epiſcopus reſeraret eis omnia ea quæ fierent 2 in ſynodo, vt ĩ. c. decernimus.

2 De hoc ĩ. 10. c. pen. Lau. &.

d ¶ Concilia.] Prouincialia, quia quilibet epiſcopus irrequiſito metropolitano poteſt facere concilia epiſcopalia, vt 38. diſt. quando.

ADDITIO. Sic legit & not. ĩ. ea. diſt. c. pen. in fi. Archi.

e ¶ Cauſis conſtat.] quæ ad ſtatũ prouinciæ ſpectant.

f ¶ Doceri.] Licet enim non debeant indigere doctrina, vt 1. q. 7. conuenientibus 3 tamen diſcere debent. 24. q. 3. ſi habes. Laur.

3 Ad idem 36. diſt. ecce.

g ¶ Accuſare.] id eſt, debent excommunicari, vt 2. q. 6.

a ¶ Hoc ex eo quiſquis probatus.

PEruenit. CASVS. Quidam erant epiſcopi, qui concilia non celebrabant, quod apparebat ex eo, quòd correctione egebant multæ res eccleſiaſticæ, quæ iam neglectæ fuerant: Quare ſtatutũ fuit in ſynodo, vt bis in anno epõrũ concilia celebrentur ad correctionẽ eorum, quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam quòd omnes epiſcopi prouinciæ interſint: niſi neceſſitates aliquæ

† Vide hunc loc. Io. Bap. adnotatio num poſ riorũ. c. 6 kalẽdæ ... næ, & id...

aliquo excuſentur, alioquin corripiantur.

a ¶ Mulier.] Arg. q̧ per ſequentia intelliguntur, & præſumuntur præcedentia: nã ſi quis ab hæreticis per violentiam tractus fuerit, & per menſem ſtete at cum eis, præſumitur non tractus, vt 1. q. 1. conſtat. Item arg. contra

Præcedentia per ſequentia præſumuntur.

diuinis mandatis: & q̧ metropolitanus non habeat licentiam petendi aliquid ab epiſcopis vel clericis ſynodum: & ſi conuictus fuerit aliquid exegiſſe, in quadruplum reſtituet.

c ¶ Quoniam quidem regula.] Illud not. q̧ cũ hæc ſynodus i velit corrigere antiquam conſtitutionem, facit mentionem de ipſa: & ſic eſt arg. q̧ vna cõſtitutio non reuocetur per aliam, niſi faciat mentionem illius: ſic eſt in reſcriptis: quia aliter nõ videtur Papa ex certa ſcientia contrarium conſtituere. Sed hoc non dico verum: & licet in reſcriptis & priuilegijs requiratur q̧ fiat mentio priorum, ad hoc vt priora reuocentur 3, non tñ eſt ita in conſtitutionibus: & hoc ideo quia conſtitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet in ſcrinio ſui pectoris, vt C. de teſta. omnium. Item & eſt arg. ad hoc extra de cog. ſpi. c. 1. ſimiliter in teſtamentis non requiritur q̧ fiat mentio prioris: quia teſtamentũ pro lege ſeruatur. 13. q. 2. c. vlt. niſi in duobus caſibus, vt ſi ſit teſtamentum factum inter liberos 4, vt C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & Auth. hoc inter liberos. & niſi ipſe teſtator legẽ ſibi teſtandi dixerit, cum dixerit: ſi fecero aliud teſtamentum, nõ valeat: quia tunc faciendo ſecundum, oportet q̧ faciat mentionẽ de primo: vt ff. de leg. 3. ſi quis. in prin. in concilijs autem antiquius obtinet, ſi eſt potioris auctoritatis, vt 50. diſt. dño ſancto. in ff. Ioan. Verum eſt q̧ in reſcriptis continetur: ſed omnium factorum habere memoriam, potius eſt diuinitatis quàm humanitatis. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. ſi quis. nec præſumitur Papa ex certa ſcientia indulgere per ſecundum reſcriptum poſt primum ſuper eodẽ: ſed pſumitur q̧ hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipſum enim fallit obliuio. 23. diſt. præterea. ſed vt tangitur in gl. Ioan. ipſe habet vel præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui. In legibus & cõſtitutionibus continentur iura: & poſterior tollit priorẽ, licet nõ faciat mẽtionẽ de ipſa. ff. de legibus. nõ eſt nouũ. In teſtamẽtis autẽ alia eſt ratio, ne libertas ſupremi iudicij infringatur: qđ eſſe non debet. ff. pro ſocio. cũ duobus. § idẽ rñdit. quia nihil eſt qđ magis hominibus debeatur, quàm qđ ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus & liberũ qđ iterũ non redit arbitriũ. C. de ſacroſan. eccl. l. 1. in fi. ſed in duobus caſibus 3. not. in glo. Ioan. eſt ſpeciale Bar.

Cõſtitutio ſecũda an reuocet priorẽ de illa mentione non facta.

a Scilicet, ſeptima, ſecũdũ Hug. Ioa. de Fãt.

3 Extra de præſcr. veniens. & de reſcr. cũ ordinem. Archid.

Teſtamentum ſecundum an reuocet primum.

4 Item & ſi primũ derogatoriũ eſt ſcđo. ff. de lega. 1. ſi mihi & tibi. § vlt. Archid.

probatur, quòd multæ a, quæ correctione opus habent, eccleſiaſticæ res negligantur. Statuit ergo hæc ſancta ſynodus, ſecundum regulas Patrum bis in anno in vnum cõuenire per ſingulas prouincias epiſcopos, vbi ſingula β, quæ emerſerint, corrigantur. Qui vero noluerint cõuenire epiſcopi cõſtituti in ſuis ciuitatibus, & hoc maxime, cum ſui corporis ſanitate cõſiſtentes, etiã ab omnibus alijs vrgentibus [neceſsitatibus † b, & inexcuſabilibus negotijs liberi ſunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abeſt à collectione Iſidori, & Iuone.

α ¶ Hoc ex eo.] In collectione Iſidori, vbi alioquin eadem videtur eſſe verſio, legitur, ex hoc probatur, quòd multæ, &c. itemque apud Iuonem, addita tamen particula, &, Græce eſt: καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ideſt: & propterea multę ex rebus eccleſiaſticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

β ¶ Vbi ſingula.] Ita in collectione Iſidori, & apud Iuonem, & Anſelmum. Græce eſt: ἔνθα ἂν δόξῃ τῷ μητροπολίτῃ ἐπισκόπῳ δοκιμάζειν, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. quæ Dionyſius ſic vertit: Quo metropolitanus antiſtes probauerit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſsis emerſerint.

Item ex ſeptima ſynodo, c. 6.

¶ Canonicis ſubiaceat pœnis metropolitanus, qui ſaltẽ ſemel in anno celebrare concilium negligit. C. VII.

Ex verſione Anaſtaſij.

In concilio Niceno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuo. p. 5. c. 373. ſ. ead. c. habeat. & c. propter. Cap. 9.

2 QVoniam quidẽ regula c eſt, quæ dicit, bis in anno per ſingulas prouincias oportere fieri per conuentũ epiſcoporũ regulares inquiſitiones, propter fatigationẽ, & vt opportune habeantur ad iter agẽdũ hi, qui cõgregãdi ſũt, definierũt ſextæ ſynodi ſancti Patres, omni excuſatione d

tra prælatos ex vitijs ſubditorum, & contra magiſtros ex vitijs diſcipulorum, vt 28. diſt. præſdquam. & 11. q. 4. quod autem ait. 55. diſt. legem. 12. q. 2. quatuor. 44. diſt. multis. 34. q. 1. cum per bellicam. & C. de adul. ſi quis.

decretalibus epiſtolis, in quibus nec præcedentium Patrum decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur. Anaſtaſius a *enim ſecundus fauore Anaſtaſii Imperatoris, quos Acacius* a *poſt ſententiam in ſe prolatam ſacerdotes, vel leuitas ordinauerat, rite fungi acceptis officijs debere decreuit, ita inquiens.*

a ¶ Anaſtaſius.] *Minime verum eſt ſenſiſſe Anaſtaſium, ordinatos ab Acacio poſt latam in ipſum ſententiam, ritè fungi acceptis officijs potuiſſe. Hoc enim dumtaxat inquit in capite ſequenti, firmam eſſe ſacrameti gratiam ab Acacio traditam: quod veriſſimũ eſt, ſicut & aliæ omnes ſententiæ, quas in ea epiſtola ex B. Augu. Anaſtaſius accepit, vera ſunt. Habetur autẽ hæc eadem Anaſtaſij Papæ ij. epiſtola in corpore canonum, quod Romana eccleſia ſemper approbauit, vt infra diſt. 20. c. de libellis eſt adnotatum. Itaq. ſine cauſa reprehenditur hoc loco Anaſtaſius à Gratiano.*

Anaſtaſius II. ad Anaſtaſium Auguſtum, epiſt. 1. c. 7. & 8.

¶ Nulla læſionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

In codice canonũ, fol. 156. Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. c. 62. Iuo p. 2. c. 151.

SEcundum b eccleſiæ catholicæ conſuetudinẽ ſacratiſſimum ſerenitatis tuæ pectus agnoſcat, quòd nullum de his, quos baptizauit c Acacius, vel quos ſacerdotes, ſiue leuitas ſecundum canones ordinauit, vlla ex nõie Acacij portio læſionis attingat, quo forſitan per iniquum tradita ſacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptiſma (quod procul ſit ab eccleſia) ſiue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus d peruenit illibatũ: quia vox e illa, quæ ſonuit per columbam f, omnem maculam humanæ pollutionis excluſit: qua declaratur, ac dicitur: [Hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſãcto, & igne g.] Nam ſi viſibilis h ſolis iſtius radij, cum per loca fœtidiſſima tranſeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui iſtum viſibilem fecit, virtus nulla miniſtri indignitate conſtringitur. Nam & Iudas, cum fuerit ſacrilegus, atq. fur, quidquid egit inter Apoſtolos pro dignitate commiſſa, beneficia per indignum datá, nulla ex hoc detrimẽta ſenſerunt, declarante hoc ipſum Domino manifeſtiſſima voce: [Scribæ, inquit, & Phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicũt enim, & non faciũt.] Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in eccleſia miniſter pro officio ſuo videtur operari; hoc totũ contineri i implente † diuinitatis effectu k: ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad cõſulta Bulgic. 25

Ioan. 1.

Ioan. 12.

Matth. 23.

† al. implendo diuinitatis effectum

Sacramentorum veritas an ſit apud hæreticos.

b ¶ Secundũ.] varijs modis ponitur caſus huius cap. G. inducit quaſi ſit abrogatũ: & Meledus ſẽtit cũ eo & oẽs qui dicũt veritatẽ ſacrorũ non eſſe apud hæreticos, vt 24. q. 1. ſchiſma. & 1. q. 1. extra eccleſiã. H. dicit q; nec capitulũ eſt reprobatũ, nec auctor p ijs, quæ hic continentur, dãnatus fuit: quia nihil hic continetur qđ nõ canonice dicatur: ſed ideo fuit iſte damnatus: quia cõicauit Photino hæretico: & quia voluit reuocare Acaciũ hæreticũ poſt mortẽ, & ideo iſte Anaſtaſius fuit dãnatus, vt j. c. Anaſtaſius. Alij dicunt, q; hoc c. cũ auctore reprobatũ eſt: quia voluit dicere q; ordinati ab hæretico ſine omne diſpenſatione de iure poſſunt ſua officia exercere. Dicit eñ H. q; hæretici habẽt veritatem ſacrorum, ſed nõ habẽt executionẽ eorũ, vt de cõſe. diſt. 4. ſicut in ſacris. &c. nõ in vobis. vt not. 1. q. 1. qui perfectionẽ. &c. dñs.

c ¶ Baptizauit.] in forma eccleſiæ.

d ¶ Munus.] idest, baptiſma.

e ¶ Quia vox.] hic eſt qui baptizat. de conſe. diſt. 4. baptiſmus. in fi.

f ¶ Per columbam.] ideſt, per ſpiritum ſanctum in ſpecie columbæ. Hu.

g ¶ Et igne.] ideſt, charitate.

h ¶ Nam ſi viſibilis.] r. q. 1. ſi fuerit.

i ¶ Contineri.] ideſt, perfici.

k ¶ Implente diuinitatis effectu.] ideſt, Deo cooperante.

a ¶ Plan-

a ¶ Plantaui.] prædicando.
b ¶ Apollo.] diſcipulus Pauli.
c ¶ Rigauit.] baptizando.
d ¶ Incrementum.] i. gratiã & remiſſioné peccatorũ i.
e ¶ Vel qualis.] hoc intellige de toleratis. aliàs bene quæritur, vt 42. diſt. quieſcamus. nã nemo poteſt pdicare niſi mittat, vt 16. q. 1. adijcimus. & extra d hære. cũ ex iniũcto. Vel loquitur ſcdm antiqua tpa, qñ oẽs poterant pdicare.
f ¶ Prædicet.] ſed quæ prædicet l.
g ¶ Vt inuidos.] i. pſeudo apoſtolos z.
h ¶ Affirmet.] & hoc in epiſtola ad Philippẽſes, cũ dicit; ſiue p veritaté, ſiue alio modo Chr̃s pdicet, i hoc gaudeo & gaudebo.
i ¶ Hoc.] i. inuidiã.
K ¶ Et hic.] ſ. Acaci⁹.
l ¶ Alijs.] ſcilicet ignorantibus.
m ¶ Suę virtutis.] quo ad veritatem ſacri.
n ¶ Generaliter.] i. in omni ſacramẽto.
o ¶ Vt imaginẽtur.] ſcilicet Acacium.
p ¶ Metuere.] ſ. ſcdm ſuã opinioné falsã. Nam in veritate ſuſteperũt ordiné, ſed nõ executioné. 1. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. Daibertum 35.
§ QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſ. dictis, & dicit q qa Anaſtaſi⁹ ita decreuit, ideo Felix, & Gelaſius & Hormiſda cũ excõicauerũt: ſed Acaciũ prius.

ANaſtaſius.] CASVS. Photinus diaconus Theſſaloniceñ. cõicauit Acacio in hæreſi. Poſt morté vero Acacij Anaſtaſius Papa cõicauit Photino ſine cõcilio clericorũ, & occulte voluit reuocare Acaciũ defunctũ in hæreſi, vt orationes p eo in eccleſia fierent, & ideo multi clerici receſſerunt ab obedientia eius, & lepra percuſſus eſt.
¶ Caſus autem ſequẽtis §. planus eſt.
q ¶ Abegerũt.] i. remouerunt 32. diſt. c. preter hoc. §. verũ. Sed ſ. 8. q. 4. nõne. vbi dr̃, q ante tps ſententiæ nõ poſſunt clerici recedere ab epo. Sed hic nõ receſſerunt ante ſniam. quia inciderunt in hæreſim iam damnatã, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. ⁴
r ¶ Concilio.] videtur ergo q Papa tenetur requirere cõcilium epiſcoporum: quod verum eſt vbi de fide agitur: & tunc ſynodus ᵃ maior eſt Papa, vt 15. diſt. ſicut in fi. arg. ad hoc 93. diſt. legimus.
ſ ¶ Qui communicauerat.] ſ. 11. q. 3. quoniam. vbi dr̃, q excõicatio non tranſit in tertiam perſonam: ſed hic communicauit ei in maleficio, vnde potuit tranſire ad tertiam perſonam, vt extra de ſent. excom. nuper.
t ¶ Occulte.] magis inde præſumitur ꝯ ipſum, vt extra vt eccle. benefi. vt noſtrum. extra de offi. deleg. cõſuluit. ff. de ritu nup. palam. ff. de admi. tut. non exiſtimo. Lau.
u ¶ Diuino.] quia dum aſſellaret, emiſit inteſtina, ignominioſe lapſus.

ᵃ 23. q. 5. c. vlt. Arch.

ᵃ Sub. qui ex inuidia bonorũ, & cauſa lucri Chriſtum pdicabant. 28. q. 1. iam nunc. in fi. Archid.

§ Quia cõcludit Gra. ſcdm opi. fortè ſuam, ſ. qua aſſerit veritaté ſacramentorũ non eſſe apud hæreticos: quod falſum eſt. Io. de Fan.

⁴ Hic videas quod not. 2. q. 7. ſacerdotes.

Chriſtus, Paulus affirmat, [Ego plantaui ᵃ, Apollo ᵇ rigauit ᶜ: ſed Deus incrementũ ᵈ dedit. Itaq. neq. qui plantat eſt aliquid, neq. qui rigat; ſed qui incremẽtũ dat Deus.] Adeo autem non quæritur, quis, vel qualis ᵉ prædicet ᶠ, ſed quid † prædicet, vt inuidos ᵍ etiã bene Chriſtum prædicare affirmet ʰ: quo malo ipſe diabolus deiectus eſt, & hoc ⁱ ipſe ‡ prædicare non deſinit. Ideo ergo & hic ᵏ, cuius nomen dicimus reticendum, male bona miniſtrando ſibi tantũ nocuit. Nam inuiolabile ſacramentũ, quod per illũ datum eſt alijs ˡ, perfectioné ſuæ virtutis ᵐ obtinuit. Quod † quidem generaliter ⁿ verũ eſt, niſi aliquorum in tantũ ſe extenderet curioſa ſuſpicio, vt imaginẽtur ᵒ prolato à Felice Papa iudicio, poſtea inefficaciter in ſacramẽtis, quæ Acacius vſurpauit, egiſſe; ac proinde eos metuere ᵖ, qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria † tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

1. Cor. 3.
† al. quem
Philip. 1.
† al. ipſo
Cap. 8.
† Quod cum ita ſit, aliquorum in tantũ ſe extendit curioſa] orig.
† al. miniſteria

Quia ergo illicite, & non canonice, ſed contra decreta prædeceſſorum, & ſucceſſorũ ſuorum hæc reſcripta dedit (vt probat Felix, & Gelaſius, qui Acacium ante Anaſtaſium excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eumdem Acacium poſtea damnauit) ideo ab eccleſia Romana repudiatur, & à Deo percuſſus legitur fuiſſe hoc modo.

¶ Anaſtaſius à Deo reprobatus, nutu diuino percuſſus eſt. C. IX.

ANaſtaſius ᵃ ſecundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri ſe à communione ipſius abegerunt ᑫ, eo quòd communicaſſet ſine concilio ʳ epiſcoporũ, vel preſbyterorum, & cleri cunctæ eccleſiæ catholicæ, diacono Theſſalonicenſi, nomine Photino, qui communicauerat ſ Acacio; & quia voluit occulte ᵗ reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino ᵘ percuſſus eſt.

Ex libro (vt in corpore conciliorũ citatur) Pontificali.
Iuo p. 14. c. 40.

ᵃ ¶ Anaſtaſius.] *Caput hoc habetur quidem tomo ſecundo conciliorum in vita Anaſtaſij: ſed eſſe omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeſte oſtenditur, quòd Acacius (ſicut Nicephorus. lib. 16. c. 12. & Euagrius, lib. 3. c. 18. & ſequentibus, & clariſſime Anaſtaſius bibliothecarius in chronologia teſtantur) tempore Felicis iij. obijt, cui ſucceſſit Gelaſius, & Gelaſio Anaſtaſius, qui initio epiſtolæ ſuæ, & c. 1. ad Anaſtaſium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Chriſtum vnà cum Felice adſtare ſcripſit, vt Gelaſius quoq. ante ipſum ſcripſerat, & habetur infra 24. q. 2. c. nec quiſquam. quomodo ergo potuit Anaſtaſius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

a Propter

Hinc etiam de Maximo episcopo in Conſtantinopolitana ſynodo ſtatutum eſt ſub Damaſo Papa, c.6.

¶ Quæ circa indiſciplinatos præſules, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indiſciplinationis eius doctrinam, quæ Conſtantinopoli orta eſt, ſtatutũ eſt, ne Maximus fuiſſe, aut eſſe iam putetur epiſcopus, neq. hi, qui ab eo ſunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant [a]; omnibus ſcilicet, quæ circa eum [b], vel ab eo geſta ſunt, in irritum reuocatis.

a ¶ De Maximo.] *Ex verbis huius canonis, præſertim græcis, et interpretatione Balſamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum deſcripta, & alijs ex locis (tametſi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractaſſe) apparet hunc Maximum numquam fuiſſe epiſcopum, ac propterea recte ſtatui nullum ab eo potuiſſe imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio aſſerendum. Verba græca huius canonis hæc ſunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, *id eſt*, De Maximo cynico, deque ijs rebus, quæ nullo ordine circa ipſum Conſtantinopoli geſtæ ſunt. Neque Maximum aut fuiſſe, aut eſſe epiſcopum, neque eos, qui ab ipſo ſunt ordinati, in vllo cleri gradu cenſendos: omnibus, quæ & in ipſo, & ab ipſo facta ſunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quòd numquam fuerit epiſcopus, eſt locupletiſſimum teſtimonium in epiſtola Hadriani Papæ ſcripta Baſilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ ſynodi manuſcriptæ, quæ eſt penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altiſona tuba, ſanctus videlicet ſedis Apoſtolicæ Papa Leo, cuius ſententiam, quidquid vbique catholicum eſt, velut cæleſte miraculum celebrat, & veneratur oraculum, cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non docetur fuiſſe collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum cynicum ſynodo ſecunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, diſtinctionis aliquid eſſe conuicimus.

DISTINCTIO XX.

DEcretales [c] *itaque epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. Nunc autẽ quæritur de expoſitionibus † ſacræ ſcripturæ, an exæquentur, an ſubijciãtur eis. Quo enim quiſque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur. Plurimi autem tractatorũ, ſicut pleniori gratia ſãcti ſpiritus, ita ampliori ſcientia alijs præcellentes, rationi magis adhæſiſſe probantur. Vnde nonnullorum Pontificum conſtitutis, Auguſtini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur eſſe præferenda.*

† al. expoſitoribus] exẽp.

2 ¶ *Sed aliud eſt cauſis terminum imponere: aliud ſacras ſcripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

a ¶ Propter.] ¶ Obtineant.] quia præter formam eccleſiæ contulit. 1. q. 1. extra eccleſiam.

b ¶ Quæ circa eum.] Arg. q. quidquid fit ab intruſis vel vitioſe electis, totũ caſſat. vt 12. q. 2. alienationes. 15. q. 1. oẽ. Arg. 3. 3. q. 7. c. infamis. §. verumtamen. in princ. & C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus §. Sed hic fauor tutorũ eccleſiæ: quia aut ſũt in vtilitatẽ eccleſiæ, & tunc valent, aliàs non 16. q. 6. ſi epiſcopum.

¶ Dic vt not. de ele. nihil in gl. vlt. & de ſchiſm. c. 1. & de cõſe. diſt. 1. hi ergo. & 1. q. 1. ſi q à pſeudo. ibi videas. Arch.

DEcretales] CASVS. Supra oſtẽdit Gratianus decretales epiſtolas parem vim hẽre cũ canonib⁹ cõciliorum. In hac vero 20. diſt. q̃rit an expoſitiones ſctõrũ Patrũ exæquentur canonib⁹ & decretalibus, vel præferantur. Quòd præferãtur videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia Spiritus ſancti ea præcellat. Vnde expoſitiones Auguſtini, Hieronymi, & aliorum videntur præponendæ ſtatutis Pontificum, & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Sed aliud.] ſoluit Gratianus, & dicit q. in negotijs definiendis nõ ſolum neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiam poteſtas: quod ſignificatur per claues, quas Chriſtus tradidit Petro: In quarũ altera denotatur ſciẽtia diſcernendi inter lepram & lepram: in altera vero notatur poteſtas ſoluendi, & ligandi. Cum ergo in cauſis definiendis neceſſaria ſit poteſtas, apparet, q. Pontifices expoſitoribus præferuntur, & hoc probatur per ſequen.

c ¶ Decretales.] In hac 20. diſtin. magiſter quærit de expoſitionibus factæ ſcripturæ an ſint pares aucto-

auctoritatis cū canonibus, & decretalibus. & ſ. ſoluit, q quātū ad ſacrā ſcripturam exponendam præualet ſanctorum auctoritas: quantum autem ad cauſas definiendas præualet auctoritas Romanorum Pontificum, nes conciliorum, & ad decreta, vel decretales Pontificū. Secundo ad Sanctorum expoſitiones ſ. Hierony. & Aug. & aliorum ſanctorum, in quibus ſi veritas non reperiatur, tunc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, cuius ſtatuta qui non recipit, hæreticus eſſe conuincitur.

Auctoritas ſctōrū quādoq; papali præfert auctoritati.

a ¶ Scientia.] Arg. q nullus poteſt eſſe iudex, maxime eccleſiaſticus, niſi ſit peritus, vt extra de conſan. & affini. ex litteris. in fi. & 1. q. 1. vt euidenter. 11. q. 3. & ſi ad tempus 1. 24. q. 3. ſi qs nō. de pœn. diſt. 7. conſideret. & diſt. 6. qui vult. & qa leges ſcire tenetur. in authent. de indic. colla. 6. §. quia vero. Item quia ſententia ferenda eſt in ſcriptis, vt 2. q. 1. in primis. in fine. Itē quia iudices per ſe debent ſcribere ſententias & recitare, vt C. de aſſeſ. præſides. Sed ꝯ. C. de iud. c. certi. vbi dicitur, q milites poſſūt eſſe iudices, quia per quotidianum vſum poſſunt habere peritiā iudicandi. Mediocris tamen ſcientia ſicut in prælato, ita & in iudice ſufficit, vt extra de electio. cū nobis olim.

Imperitus non poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus.

1 Iſta concor. & ꝓxima ſequēs pārū auc ni hil faciunt ad hoc. nec eas ponunt Hug. & L. quorū fuit illud dictū. Archid.

non ſolum eſt neceſſaria ſcientia[a], *ſed etiam poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro:* [*Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, &c.*] *prius*[b] *dedit*[c] *ſibi claues regni cælorum: in altera dans ei ſcientiam diſcernendi inter lepram & lepram*[d], *in altera dans ſibi poteſtatē eijciendi aliquos ab Eccleſia, vel recipiendi. Cum ergo quælibet negotia finem accipiant vel in abſolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, abſolutio vero vel condemnatio non ſcientiam tantum, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſideret; apparet, quod diuinarum tractatores ſcripturarum, et ſi ſcientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non ſunt adepti, in ſacrarum quidem ſcripturarum expoſitionibus eis præponuntur: in cauſis vero definiendis ſecundum poſt eos locum merentur.* Matth. 16.

Vnde Leo Papa IIII. ſcribit epiſcopis Britanniæ. In ſuo regeſto.

¶ Aliorum ſcripturæ, Romanorum Pontificum decretis non ſunt præponendæ. C. I.

De libellis[e] & commentarijs aliorum[f] non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, ideſt, quæ habentur apud nos ſimul cum† canonibus. Quibus autem in omnibus eccleſiaſticis vtimur iudicijs, ſunt canones Apoſtolorum †, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangreſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Conſtantinop. Epheſ. Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cū illis regulæ præſulum Romanorum, Silueſtri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cæleſtini, Leonis, Gelaſij, Hilarij, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris[g]. Iſti omnino ſunt & per quos iudicant epiſcopi, & per quos epiſcopi ſimul iudicantur & clerici. Nam ſi tale emerſerit, vel contigerit inuſitatū negotiū, quod minime poſsit per iſtos definiri; tūc ſi illorū[h],

Deus dedit p. 2. Poly. p. 3. tit. 20. Anſ. l. 3. c. vlt. Iuo p. 4. c. 72. Pann. l. 2. c. 118.
† al. cum illis in canone
† al. qui dicūtur Apoſtolorum
Apud Anſelmū, & Polycarpum deſūt oia Pontificum nomina.

b ¶ Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid pſumendum, vt 23. q. 4. diſplicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborū, vt 43. diſt. ſit rector. & extra de reſcrip. eſt dilecta. ff. de ſolu. nec ordo. ꝯ.

c ¶ Dedit.] G. hic videt velle, q alia ſit clauis ligādi, & ſoluendi, alia ſciētiæ: & ita q ſint duæ claues. Sed dico tātū vnam eſſe, ſed & dicuntur duę eſſe pp duos effectus. Sed qualiter ſciētia dicitur eſſe clauis, cum aliquis poſſit habere ſcientiam, qui non habet clauem: & cōt. Sed dic, q licet ſcientia prius nō fuiſſet clauis antequā haberet ordinē: tū poſt ordinē incipit eſſe clauis. Si tū quæras qd proprie ſit clauis ſacerdotalis, dico ipſā poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat & ſoluit.

Clauis ſacerdotalis an ſit vna an plures.

d ¶ Inter lepram & lepram.] ideſt, inter cauſam & cauſam. alludit ei quod fiebat in lege. cum enim dubitabatur de aliquo an eſſet infectus lepra, ducebatur ad ſacerdotes: & ſm eorum arbitrium vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo. de pœn. diſt. 1. §. ex his. verſi. Moyſi.

Inter leprā & leprā vnde dicat.

Additio Hug. & de pœn. diſt. 1. §. denique. verſi. Moyſi. & extra qui filij ſint leg. per venerabilem. §. rationibus. Archid.

De libellis.] Casvs. Epi Britanniæ iudicabant cauſas tantū ſecundum expoſitiones Aug. & Hierony. & aliorum, poſtponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, oſtendēs quòd in cauſis definiendis primo recurrendum eſt ad cano-

e ¶ De libellis.] ideſt, ſecundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum.] ideſt, Hieronymi & Auguſt. per quorum ſcripta non eſt iudicandum omiſſis canonibus, 50. diſt. ſi ille.

g ¶ Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videtur reprobari. 32. q. 7. c. quod propoſuiſti. & in ſeq. §. vbi dicit G. quòd ſunt contraria Euangelio. ſed illud c. intelligitur de arcta. & ſic bene tenet. Io.

h ¶ Illorum.] Hic videtur, q potius iudicandum ſit ſecundum illum, qui innititur auctoritati canonis, q̄ ſecundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Aug. quod verum eſt, niſi Auguſt. iuuetur auctoritate no. vel veter. teſtamen. vel etiam aliquo canone. nā licet concilium apud Aquiſgranum factum, conſtituerit, q raptor non poſſit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit. tamen Hierony. contrarium ſtatuit, & ei ſtatur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc eſt quia iuuatur auctoritate Meldenſis concilij, ead. cauſa & quæſt. cap. ſi autem.

a ¶ Con-

quorum meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel ceterorum ſimiliter ſanctorum doctorũ ſimilium reperta fuerint; magnanimiter ſunt retinenda, ac promulgãda; vel ad Apoſtolicã ſedem referẽdum de talibus. Quam ob cauſam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, ſanctorum patrum ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (ſiue ſit ille epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus) non γ indifferẽter recipere conuincitur [a]; nec catholicam & Apoſtolicam fidẽ, nec ſancta quattuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † ſuum retinere, vel credere probatur.

† al. profeſſũ

α ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus conſtat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum eſt, quo Romani Pontifices, præſertim in iudicijs vtebantur, in quo codice ſunt canones tantum, non ſynodalia geſta, vt ſuperius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. diſt ſcripſit.*

β ¶ Carthaginenſiũ.] *In codice canonũ vnica eſt ſynodus Carthaginenſis, continens canones triginta tres, qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones ſedes Apoſtolica videtur probaſſe, & vſa eis eſſe, quando in codicem canonum referẽdos curauit. Eoſdem etiam Græci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum ſynodorum coniunctos in linguam ſuam verterunt, & hi ipſi ſunt, quos ijſdem numeris Anſelmus, Burchardus & Ivo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex ſingulis Carthaginenſibus concilijs canones accipiat: quod ſuis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginenſi ſynodo intelligendum eſt, quod habetur ſupra diſt. 16. c. prima adnotatio, verſi. ſeptima. quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶ Non indifferenter] *Anſelmus, Deuſdedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent,* qui eadem indifferenter non recipit, ipſe ſe conuincit minime catholicam, & Apoſtolicam fidem ad effectum ſuæ retinere ſalutis.

Eſt eadem epiſtola 6. ex qua ſumptum eſt c. quod dicitis. 7. diſt. 16.

Item Nicolaus 1. Photio, in epiſtola, cuius initium eſt [Poſtquam beato Petro.]

¶ Corripiendi ſunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obſeruant. C. II.

Anſel. l. 3. c. 33.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis [b]; de neglectu [c], atque incuria eſtis arguendi. Si vero habetis, & non obſeruatis; de temeritate eſtis corripiendi [d], & increpandi.

Item Innocentius Papa.

¶ Ad quos ſit recurrendum, cum ſacræ ſcripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

Poly. l. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandique auctoritas in libris veteris teſtamenti, quattuor Euangeliorum cum totis ſcriptis Apoſtolorum [e] appareat; ad diuina recurre ſcripta græca †. Si neque in illis; canones β Apoſtolicæ ſedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ eccleſiæ hiſtorias catholicas à doctoribus catholicis ſcriptas manum mitte. Si nec in illis; ſanctorũ exempla [f] perſpicaciter recordare. Quòd ſi omnibus his inſpectis, huius quæ-

† al. græca

a ¶ Conuincitur.] ſed nonne Orientalis eccleſia recipit canones? Videtur quòd non, vt 31. diſt. aliter. num quid ergo ipſa eſt hæretica? Sed dic, quòd licet ipſa nõ recipiat iſtos canones, non tamen contemnit eos. Vel dic quòd Papa approbat conſuetudinem ipſorum. 3. diſt. prorſus Romanorum.

SI decreta.] Caſus huius c. planus eſt.

b ¶ Non habetis.] per ſcientiam.

c ¶ De neglectis.] nulli enim eſt licitũ ignorare canones, vt 38. diſtin. nulli. & c. oẽs. 3. diſt. proxima. ſi Romanorum.

d ¶ Corripiendi.] arg. ſimile. 16. diſtin. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam quæſiuit, ſi aliqua dubitatio emergat in ſolutione alicuius quæſtionis, ad quas ſcripturas potius ſit recurrendum, & dicitur in hoc cap. quòd iſte ordo ſeruandus eſt. Primo enim recurritur ad vetus, & ad nouum teſtamentum, & ad ſcripturas Apoſtolorum: Et ſi in illis nõ appareat quod ſit faciendũ, ad Græcorum ſcripturas recurrendum eſt: poſtea ad geſta Conciliorum & Pontificũ: deinde ad Sanctorũ expoſitiones, vltimo ad ſeniores. Sic Beneuenta. poſuit caſum. Hugo. ſic dicit, quòd primum locum obtinent vetus & nouum teſtamentum: ſecundum canones Apoſtolorum & cõciliorum: tertium decreta, & decretales epiſtolæ Romanorum Pontificum: quartũ ſcripta græca: quintum dicta ſanctorũ patrum Latinorum: vltimũ exempla ſanctorum patrum: deinde ad ſeniores eſt recurrendum. Tu autem pone ſecundum quod littera iacet.

e ¶ Apoſtolorum.] id eſt, Apoſtolicorũ.

f ¶ Exempla.] arg. quòd exempla

c Ad idem 3.q.5. quia ſuſpecti.C. de edi.pri. an in totũ ff. de leg. nam Impe rator. 2.q. 5. de Liguribus.in fi. Archid.

Exemplis quibus eſt vtendum.

exempla poſſe iudicari: vt 37. diſtin. qui de menſa. & 24.q.3.ſi habes.arg.contra.C.de ſententi.nemo. Sed illud intelligitur cum ius habetur.tunc enim per exẽpla non eſt iudicandum.Vel dic. ꝙ exemplis priuatorum nõ eſt vtendum,ſed exemplis publicæ perſonæ ſiue authoritas, vt exemplis Principis primi,ſiue Apoſtolicorum,vt 16.q.3. licet. extra de ſent. & re iudic.in cauſis,vel dic. ꝙ exemplis paucorum non eſt vtendum, ſed plurium bene.

a ¶ Seniores.] id eſt, ſapientes, vt 84. diſt. porro.

b ¶ Pluribus.] ſic extra de offi.deleg. prudentiã. in fi. 1.reſpõ. nam per ampliores homines manifeſta veritas reuelatur, vt C.de fideicom.l.pen. & C. de inge. manu. l.3. Hic patet, ꝙ primo ad conſuetudinẽ loci recurritur, cum lex deficit, quàm ad conſuetudinem Ro. eccle.ſic 12. diſt. illa. & ff.de leg.& ſenatuſcon. de quibus. Alij dicunt, ꝙ primo ad conſultationem Ro. eccle.recurrendũ eſt, vt arg. 11.diſt.c.vlt. Ioan. quid autem de hoc ſeruetur, nota ſ.12.diſt. illud. melius 1.diſtin. conſuetudo.

Additio. De hoc etiam not. C. quæ ſit long. conſuet. l.1.ibi vide. Archid.

teſtamento incepit à Chriſto, qui Petrum in ſummum ſacerdotem conſtituit, xij. Apoſtolos maiores ſacerdotes, lxxij. diſcipulos minores. Sed nunc loco Petri eſt Papa: loco duodecim Apoſtolorũ epi. loco lxxij. diſcipulorũ ſunt archipreſbyteri. Leuitas vero ſtatuerunt Apoſtoli, Eccleſia

ſtionis qualitas non lucide inueſtigatur; ſeniores [a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur quod à pluribus [b] ſenioribus quæritur. Verus enim repromiſſor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres conuenerint ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.] Matth.18.

α ¶ Innocentius.] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi, quæ multæ extant; neque vero Innocentij ſecundi eſſe poteſt, cum ante ipſum ſcripſerint Burchardus, & Ivo, à quibus hoc ipſum citatur.*

β ¶ Canones.] *Verba hæc, quæ apud Gratianum deerant, ſunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum; in quo Polycarpo habentur hoc ipſo loco, in quem ſunt reſtituta.*

DISTINCTIO XXI.

Decretis [c] ergo Romanorum Pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiaſtica negotia, vt ſupra moſtratum eſt, terminantur. Miniſtri vero ſacrorum canonum, & decretorum Pontificũ ſunt ſummi Pontifices, & infra præſules, ac reliqui ſacerdotes, quorum inſtitutio in veteri teſtamento eſt inchoata, & in nouo plenius conſummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moyſem, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum Pontificem, filios vero eius vnxit in minores ſacerdotes: Poſtea vero Dauid, cum miniſteria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores inſtituit. Porro Salomon quemdam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeſſis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt. de quibus Dominus in Euangelio: [Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri (videlicet exorciſtæ) in quo eiiciunt?] Hæc omnia

Exo.28. 1. Paral. 25. & 2. 23. Luc.11.

Decretis.] hæc diſtin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicit, ꝙ miniſtri eccleſiæ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.]

Casus. Supra actum eſt de decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. diſtin. agit Gratianus de miniſtris eccleſiæ & ſacrorum canonum, & dicit ꝙ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Et hoc in prima parte. In ſecũda parte, quę incipit ibi, [Summi etenim.] dicit ꝙ ſummi Pontifices & minores ſacerdotes à Domino per Moſen ſunt inſtituti in veteri teſtamento, qui vnxit Aaron in ſummum Pontificem, & filios eius in minores ſacerdotes & leuitas. Dauid inſtituit cãtores, & ianitores. Salomon exorciſtas: & hæc omnia in nouo teſtamento eccleſia imitatur. Habet enim oſtiarios & lectores pro ianitoribus, & habet exorciſtas: pro filijs vero Aaron habet omnes poſitos infra ſummum Pontificem, pro quo ſummo Pontifice ponitur Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Inter eos.] dicitur ꝙ inter iſtos eſt differentia ſeruanda. Nam alij appellantur ſimpliciter ſacerdotes, &c. Et hæc differentia incipit à paganis, qui habebant flamines, & archiflamines. Similiter in nouo

Eccleſia vero ſubdiaconos, & acolythos ſibi conſtituit.

c ¶ Decretis.] hic agitur de eccleſiaſticis ordinibus, & oſtendit originem ipſorum, & vnde ſic appellentur: poſtea oſtendit, ꝙ ille qui eſt in maiori ordine, vel dignitate, non poteſt iudicari à minori, & ſic Papa à nemine poteſt iudicari.

Additio. Vt infra eod. inferior. & cap. ſubmittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moſes elegerit ſacerdotes in veteri teſtamento, & Dominus in nouo, vt infra ead. in nouo. videtur, ꝙ ad epiſcopum de iure ſpectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quòd epiſcopus eligit clericos in Conſtantinopolitana ciuitate, vt in Auth. de menſura ordinandorum clericorum, in 1. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quòd epiſcopus de iure communi cum alijs eliget, vt extra de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu cap. nouit. & c. cum noſcitur, conſuetudo tamen eſt ſeruanda, vt extra de elect. cum eccleſia. Item videtur ex loco iſto, ꝙ Moſes fuit ſacerdos, cum vnxerit ſacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. ſolitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, vt 23. q. 5. nõ in inferenda. Sed dic, quòd olim ſacerdotes bene erant homicidæ, vt 2. quæſt. 7. §. his

lia.

ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus coſtruere templũ, quia vir ſanguinum erat 1. de conſecr. diſt. 1. c. Quare autem iudices & executores teſtes & aduocati in cauſa ſanguinis promoueri non poſſunt, dic vt notaui in queſtionibus in illa quæſtione, quæ ſic incipit: Aliquis ex officio &c.

thinc; extra de ætate & qualitate, 3 addidi.

Cleros.) Casvs. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima oſtẽdit Iſidorus, quo nomine generaliter miniſtri eccleſiæ vocentur & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare ſic vocantur, & ponit nomina & numerum miniſtrorum. In ſecunda parte, quę incipit ibi. [Ordo vero.] facit quadrimembrem diuiſionẽ huius nominis epiſcopi. & ponit etymologiã eorũ, quæ ſub diuiſione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Pontifex princeps ſacerdotum,] ponit officia ſingulorũ ordinum, interſerendo interpretationes eorum.

in nouo teſtamento eccleſia imitata habet ianitores ſuos, quos oſtiarios appellamus: Pro cantoribus lectores et ſimul cãtores inſtituit: Exorciſtas aũt nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filijs vero Aaron, omnes infra ſummũ Pontificẽ ſacerdotiũ adminiſtrãtes ſunt cõſecrati. ¶ Inter eos quadã diſcretio ſeruata eſt, vt alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipresbyteri, alij chorepiſcopi, alij epiſcopi, alij archiepiſcopi ſeu metropolitæ, alij primates [a], alij patriarchæ, alij ſummi Pontifices. Horum diſcretio à gentilibus maxime introducta eſt, qui ſuos flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum, & minorum ſacerdotum diſcretio in nouo teſtamento ab ipſo Christo ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, & lxxij. diſcipulos [b] quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum vero quaſi in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cælorum tribuit, & à ſe petra, Petri ſibi nomẽ impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt ceteros cõfirmaret, ſibi iniunxit, dicens: Luc. 22. *[Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.] Per hanc eandem formam Apoſtoli ſecuti in ſingulis ciuitatibus epiſcopos, & presbyteros ordinauerunt.* Act. 6. *Leuitas autem ab Apoſtolis ordinatos [c] legimus; quorũ maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos [d], & acolythos procedẽte tẽpore eccleſia ſibi cõſtituit. ¶ De his ita ſcribit B. Iſidorus lib. 7. etymol. c. 12. nomina illorum, & nominum cauſas exponens, ita inquiens.*

¶ Vnde nomina eccleſiaſticorum graduum ſumantur. C. I.

De officijs l. 2. c. 1. Rabanus de inſti. cler. l. 1. c. 2.

Cleros [e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [f] ſorte electus eſt, quem primum [g] per Apoſtolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim græce, ſors latine, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici, Act. 1. quia de ſorte Domini ſunt; vel quia Domini partem [h] habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Christi deſeruiunt; quorum gradus, & nomina ſũt hæc, oſtiarius, pſalmiſta [i], lector, exorciſta, acolythus,

e ¶ Cleros.) Primo oſtẽdit Iſidorus, quo nomine vocentur miniſtri eccleſiæ, & quare ſic vocentur miniſtri eccleſiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuiſionem epiſcoporum. Tertio ponit interpretationes omnium ordinũ eccleſiaſticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo vero epiſcoporũ.] tertia ibi. [Pontifex,]

f ¶ Matthias.) Cum quo fuit electus Ioſeph. 26. q. 2. cap. 1.

Additio. Hic habetur, quod hoc nomen clericus à Matthia incepit. ipſe enim ſorte electus eſt. Hug.

g ¶ Primum.) In clericum. ſcilicet: alius ſcilicet Iacobus fuit primo epiſcopus factus, vt ſ. 66. diſt. porro. Et eſt hic arg. pro ſorte facienda, vt ff. de iudi. ſed cum ambo. & quod in electionibus tempore neceſſitatis poſſumus ſecundum ſortem procedere, vt 26. q. 2. non exẽplo. contra extra de ele. eccleſia veſtra. & ita iſta glo. nõ valet extra de elec. quia propter. Vel dic tunc eſſe vtẽdum ſorte, cũ eſt vtrobiq; paritas in omnibus, & ſubeſt cauſa neceſſitatis, vt cum eſt contentio de electione. 25. q. 2. non exemplo.

Sors in electionib⁹ eſt reprobata.

officio ſuo hominem interfecit. De hoc dixi quinquageſima diſt. per totum. Quæſtio venerialis eſt. Archid.

a ¶ Alij primates.) Hæc diuiſio non eſt niſi ratione nominum: quia ijdem ſunt primates, quod patriarchæ. 99. diſt. c. 1.

b ¶ Lxxij. diſcipulos.) Contra ſ. ead. diſt. in nouo. vbi dicitur, quod diſcipuli Dñi, id eſt, Apoſtoli elegerunt lxxij. diſcipulos: hic dicitur, quod à Domino. Sed dic, quod Domin⁹ bene dicitur feciſſe quod ei⁹ miniſter facit: quia qui per aliũ facit, per ſeipsũ facere videtur, vt extra de ſen. excõ. mulieres.

c ¶ Ordinatos.) vt 93. diſt. Dominus noſter. &c. diaconi.

d ¶ Subdiaconos.) Non videtur verũ dicere, quia tempore Apoſtolorum aliqui fuerunt ſubdiaconi, vt 35. diſtinct. epiſcopus, quia ille eſt canon Apoſtolorũ. Sed dic, quod ſubdiaconatus tunc fuit: ſed nõ * fuit ſacer ordo ad-

h ¶ Partem.) id eſt, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei 2. vt 12. q. 2. c. quiſquis. 16. & c. qui abſtulerit.

2 Subaudi quãuis dñi ſit terra, & plenitudo eius, vt I Pſ. 8. diſt. quo iure. Archi.

i ¶ Pſalmiſta.) Hic patet, quod pſalmiſta, & oſtiarius, & lector ſunt clerici. 23. diſtinct. perlectis. & 32. diſt. ſeriatim. & 71. diſt. clericum. & 11. q. 1. de perſona. & depoſiti poſſunt ſicut alij clerici, vt 27. q. 1. ſi quis epiſcopus. & qui in eos manus iniecerit excommunicatus eſt, vt 17. q. 4. ſi quis. & extra de ſenten. excom. non dubium. & cum parochianos. Et per primam tõſurã fit aliquis pſalmiſta, vel clericus, & illa tonſura eſt ſacramentale

Tõſura prima an ſit ordo.

 ſignum

ſignum,vt 12.q.1.duo.Sed ſi hoc dicatur,tunc erunt nouem ordines:Veruntamen videtur,ꝙ non ſit ordo:ꝗa vbi tractatur,ꝙ clericus alij obedientiam præſtabit, nihil agitur de iſtis ordinibus,vt 93.diſt. à ſubdiacono.ſimiliter alibi,vt 77.diſt illud. Sed dic,ꝙ tantum ſeptem ſunt ordines,qui cõferuntur cum ſolennitate, ſed tamen nouem ſunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cum ſolennitate hodie præter Pſalmiſtatum, qui à ſolo ſacerdote confertur, vt 23. diſtin. pſalmiſta. Bar. ſine conſenſu cap.ex noſcitur.& ex.quanto.

g ¶ Ex græco.] ſcilicet dos,quod eſt datio.

h ¶ Virga.] qua arcebant aues à carnibus ſacrificiorũ.

i ¶ Nudis.] Arg. ꝙ non incedit nudus qui filum fert in capite.

ſubdiaconus,diaconus,presbyter,epiſcopus [a]. ¶ Ordo epiſcoporum quadripertitus eſt,id eſt in patriarchis [b], archiepiſcopis [c],metropolitanis,atque epiſcopis. Patriarcha,græca lingua,ſummus patrum interpretatur;quia primum, id eſt Apoſtolicum retinet locum, & ideo, quia ſummo honore fungitur,tali nomine cẽſetur, ſicut Romanus, Antiochenus,& Alexandrinus. Archiepiſcopus græco dicitur vocabulo,quòd ſit ſummus epiſcoporũ; tenet enim vicem apoſtolicam,& præſidet tam metropolitanis, quàm ceteris epiſcopis. Metropolitani autem à menſura [d] ciuitatum vocantur: ſingulis enim prouincijs præeminẽt, quorum auctoritati,& doctrinæ † ceteri ſacerdotes ſubiecti ſunt,ſine quibus nihil reliquos agere licet [e] epiſcopos: ſolicitudo enim,totius prouinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes aũt ſuperius deſignati ordines vno eodemque vocabulo epiſcopi nominantur: ſed ideo priuato nomine quidam vtuntur,propter diſtinctionẽ poteſtatũ, quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha patrum princeps: Αρχων enim princeps;inde archiepiſcopus princeps epiſcoporum,ſicut metropolitanus à menſura ciuitatum. ¶ Epiſcopatus autem vocabulum inde ductum,quòd ille, qui efficitur † epiſcopus;ſuperintendat,ſcilicet curã gerens ſubditorũ: Σκοπεῖν enim grecæ,latine intendere dicitur. Epiſcopi autem grece,latine ſpeculatores interpretantur: nam ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia dictus,eo quòd ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps ſacerdotum eſt, quaſi via ſequentiũ, Ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe & Pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit ſacerdotes,atq; leuitas;ipſe oẽs ordines eccleſiaſticos diſponit [f];ipſe, quid vnuſquiſque facere debeat, oſtendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet etiam ſacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus eſt,cuius ſignificatio multiplex eſt; nam modo ſacerdotem, modo prophetam ſignificat, modo poetam. ¶ Antiſtes ſacerdos dictus eſt,quod anteſtat: Primus eſt enim in ordine eccleſiæ,ſupra ſe nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex græco [g] & latino,quaſi ſacrum dans:ſicut enim rex à regendo,ita ſacerdos à ſacrificando vocatus eſt;conſecrat enim,& ſacrificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga [h] deſuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æſtum ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis [i] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo vtebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia. ¶ Presbyter græce

a ¶ Epiſcopus.] arg. ꝙ epiſcopatus eſt ordo 1,vt 93.diſt.diaconi.

b ¶ In patriarchis.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas,vt Romanũ, Coſtãtinopolitanũ, Alexãdrinum, Hieroſolymitanum, Antiochenum.

c ¶ Archiepis.] idest,primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas ſiue primates,vt Aquilegienſem 2, Cantuarienſem, Bituricenſem.

d ¶ A mẽſura.] Quia x. vel xj. debet ſub ſe habere,vt 6.q.3. ſcitote. Vel dicitur à metros, quod eſt mater, & polis,quod eſt ciuitas, quia eſt mater aliarum ciuitatum. 12.diſt.de his.

e ¶ Licet.] de ijs,quæ ſpectant ad totã prouinciam: ſed de ijs, quę ad ſuam diœceſim ſpectant. ſine eorum licentia poſſunt diſponere. 11.q.3.c.1. & 2.

f ¶ Diſponit.] Ergo epiſcopus confert dignitates eccleſiaſticas,vt 73. diſtin.epiſcoporum 3. Arg.contra. 93. diſtinctione, legimus. vbi dicitur, quòd tantum ad epiſcopum ſpectat confirmatio: ſed hoc refertur ad diuerſas cõſuetudines, vt extra de electio. cũ in cunctis.& c. cum eccleſia Vulterana. Io. Ego credo,ꝙ de iure communi tantũ electio dignitatũ ſpectet ad capitulum, cum epiſcopo, vt extra de ijs quæ fiũt à prælato.

Sacerdos ſimplex pſalmiſtatum cõferre poteſt.

1 Quid ſit ordo habes ꝗ 32.diſt.c. 1. ibi, de hoc. & ad idem extra de renunt. poſt trãſlationem. §. vlti. vbi de hoc.

2 Sub. de quo habetur 9. q. 3. nunc vero. Archid.

Archiepiſcop⁹ quot ſuffraganeos habeat.

3 60.diſt.c. 1.Archid.

Dignitatũ electio ad quos ſpectat.

a ¶ Di-

† al. doctrinæ, & poteſtati] orig.

† ſuperefficitur, ſuperintendat] orig. & Rab.

latine ſenior interpretatur: non modo pro ætate, vel de-
crepita ſenectute, ſed etiam propter honorem, & dignita-
tem[a], quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde
& apud veteres, ijdē epiſcopi, & presbyteri fuerunt; quia
illud nomen dignitatis eſt, & non ætatis[b]. ideo autem
& presbyteri ſacerdotes vocātur, quia ſacrum dant, ſicut
& epiſcopi; qui licet ſint ſacerdotes; tamen Pontificatus
apicem non habent: quia nec chriſmate frontem ſignant,
nec paraclitum ſpiritum dant, quod ſolis deberi epiſco-
Act.8. pis lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Leuitæ ex
nomine auctoris uocati. De Leui enim leuitæ exorti ſunt;
à quibus in tēplo Dei myſtici ſacramēti miniſteria exple
bantur. Hi græce diaconi, latine miniſtri dicūtur; quia ſi-
† al.myſterij cut in ſacerdote cōſecratio, ita in diacono miniſterij† di-
ſpenſatio habetur. Hypodiacones græce, quos nos ſubdia
conos dicimus, qui ideo ſic appellantur, quia ſubiacent
præceptis, & officijs leuitarum. Oblationes enim in tem-
plo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & leuitis ſuperponen-
das altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi[c] vo-
cantur. Lectores à legendo, pſalmiſtæ à pſalmis canendis
vocati: illi enim prædicant[d] populis, quid ſequantur; iſti
canunt, vt excitent ad compunctionem animos audien-
tium; licet & quidam lectores ita miſerabiliter[e] pronun-
tient, vt quoſdam ad luctum, lamentationemque cōpel-
lant. Iidem etiā & pronuntiatores vocātur, quòd porro†
† al.populo annuntient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt
quamuis longe poſitorum aures adimpleant. Cantor autē
vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo ge-
nera dicūtur in arte muſica, ſicut ea docti homines latine
dicere potuerunt, præcentor, & ſuccentor: præcentor ſci-
licet, qui vocem præmittit in cantu; ſuccentor autem, qui
ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem di-
citur, quia conſonat: qui autem non conſonat, nec conci-
Iuo p.6.c.8. nit; nec cantor, nec concentor erit. Acolythi græce, latine
ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legen
dum eſt Euangelium, aut ſacrificium offerendum: tunc
enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, nō ad
effugandas tenebras, dum ſol eodem tempore rutilet, ſed
ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis
Ioa.1. corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur: [Erat lux vera,
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Exorciſtæ
ex græco in latinum adiurantes, ſiue increpantes vocantur: inuocant enim
ſuper catechumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomē
Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Oſtiarij ijdem, &
ianitores, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi; vt non
ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem oſtiarij, quòd præ-
ſint oſtijs templi. Ipſi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque cuſto-
diunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, &
reſpuunt infideles[f].

a ¶ Dignitatem.] vt 84. diſt. porro.
b ¶ Et non ætatis.] tantum ſupple: quia alibi dicitur, q. eſt nomen ætatis, vt 93. diſtin. legimus.
c ¶ Nathinæi.] Iſti dicuntur miniſtri miniſtrorum, & interpretantur in humilitate Deo ſeruientes, vel Deo donati: & ſunt dicti ab eo tempore, quo Ioſue Gabaonitas donauit ad miniſterium templi, ſcilicet, vt ligna ibi cæderent in ipſo, & aquam portarent ad opus ſacrificij, de quibus dr 22. q. 4. innocens. H. Et not. q. iſti Nathinæi lauabant hoſtias in probatica piſcina. Probaton græce dicitur ouis latine. ſic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. ſicut prædixi, vt legitur in hiſtorijs euāgelij, c. poſt hoc erat, &c. Arch. Probaton quid dicit.
d ¶ Prædicant.] id eſt, legunt recitando, non autē prædicando: quia illud eſt officium ſacerdotū. 16. q. 1. adijcimus.
e ¶ Miſerabiliter.] non per prauam, vel raucam vocē: ſed potius p altam vocē & ſonoram, & iſte intellectus patet ex littera ſequēti, vbi dicit, tanta enim, &c.
f ¶ Et reſpuunt infideles.] id eſt, excommunicatos. Et ita oſtiarius remouet 1 excōicatus ab eccleſia
1 Scilicet ab ingreſſu eccleſiæ corporaliter arcendo. Hug.

a ¶ Id eſt Apoſtolicum.] *Antea legebatur,* poſt Apoſtolicum. *Reſtituta eſt vera lectio non modo ex Iſidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, ſed ex ipſa ab Iſidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum Patriarchas propterea vocat: quia Apoſtolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epiſt. 37. ſcribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis:* Itaque cum multi ſint Apoſtoli,

1 Arg. contra. 1.q.1.q studet. i fi. ibi videas qd not. ibi. ſic etiá not. 23. diſt. oſtiarius. Archid.

ſia 3, vt hic, & 25. diſtin. perlectis.

IN nouo teſtamẽto.] Hæc eſt ſcda pars huius diſtinctionis, in qua ꝓbat, ꝙ Romana eccleſia ſit caput, ab ipſo Dño ſpecialiter inſtituta: ſecũdario à cõcilijs. Io. de Fan.

Casvs. In hoc cap. oſtendit Anacletus, ꝙ primus ſacerdos poſt Chriſtum fuit Petrus, cui data eſt poteſtas ligandi & ſoluendi: ceteri vero Apoſtoli, qui cum eo parem honorem aſſecuti ſunt, ipſum in principem elegerũt, loco quorum hodie ſunt epiſcopi: Videntes autẽ apoſtoli prædicatores paucos, elegerunt lxxij. diſcipulos, loco quorũ ſunt presbyteri ĩ eccleſia: & qui hos recipit, Chriſtum recipit; & qui hos ſpernit, Chriſtum ſpernit, & ab eo ſpernetur.

quòd dic. & de Iacobo. 66. diſtin. porro.

c ¶ Prætaxato.] in parte cap. quæ hic non eſt.

d ¶ Operarios.] arg. hic ſignauerunt doctores 3, ꝙ licet ſit ſtatutus certus numerus canonicorũ, ſi tñ excreſcant eccleſiæ facultates, ꝙ præbendæ debeant augeri, vt extra de

3 Vt La...

pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in auctoritate conualuit; quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & præſentem vitam finire dignatus eſt: ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit. *Atque hoc idem ait Anacletus c. ſacroſancta infra diſt. 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Reſtituta hæc ſunt in locum ſuum, quo loco habentur apud ſanctum Iſidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali eſt, hoc ætatis, & ita apud Hieronymũ in epiſt. 83. ad Oceanũ: ſed ob gloſſam non eſt mutatũ.*

Item Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ Romana eccleſia à Chriſto primatum accepit. C. II.

2 IN nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo; quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, Domino dicente ad eum: [Tu es Petrus [a], & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cælorum.] Hic ergo ligandi atq. ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino; primuſq. ad fidẽ populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Ceteri vero Apoſtoli cum eodem pari [b] conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt: ipſumq. principem eorum eſſe voluerunt; qui etiã iubente Domino in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt. Ipſis quoq. decedẽtibus in locum eorum ſucceſſerunt epiſcopi: quorum ordinatio prætaxato [c] debet fieri ordine & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui autẽ ſpernit eos, eum, à quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur, ſpernit; & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multam, & operarios [d] paucos; rogauerunt [e] dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam: inde ab eis electi ſunt lxxij. diſcipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atq. in eorum locum ſunt conſtituti in eccleſia.

Anſ. l. 1. c. 1.
Burch. l. 1. c. 1.
Iuo p. 5. c. 1.
Pann. l. 3. c. 81.
Matth. 16.

Matth. vlt.

Luc. 10.
Matth. 9.

Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus orthodoxis.

In decretis cũ lxx. epiſcopis.

¶ Primatum Romanæ eccleſiæ non aliqua ſynodus, ſed Chriſtus inſtituit. C. III.

QVamuis vniuerſæ per orbẽ catholicæ eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſit; ſancta tamẽ Romana Catho-

Poly. l. 1. tit. 2.
Anſ. l. 1. c. 69.
Burc. l. 3. c. 220.
Pann. l. 4. c. 3.

a ¶ Tu es Petrus.] videtur ergo, ꝙ per hæc verba; tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificatus, & ita ante paſſionẽ; quia ante fuit ei dictum: & ita videtur contradicere 50. diſt. conſiderãdũ. & c. fidelior. nam ibi dicitur, ꝙ poſt paſſionem fuit datus eccleſiæ paſtor, & nõ ante. Sol. primo fuit Apoſtolus ante paſſionẽ: ſed poſt paſſionem fuit paſtor creatus p illa verba: Si diligis me; &c. vt extra de elect. ſignificaſti. quod tamen hic innuitur cum dicit; tibi dabo claues, &c. 2 hoc enĩ eſt promittere, & nõ dare.

2 Idem tenet Alex. de Imo. in l. iuriſgẽtium. col. 3. ff. de pactis.

Additio. Ad huius verbi declarationem vide quod legitur & not. 23. q. 6. iã vero. §. ex his. iuxta prin. in glo. ſed qualiter. Archid.

b ¶ Pari.] arg. quòd omnis epiſcopus ſit par apoſtolico quantum ad ordinem & rationem conſecrationis. 24. q. 1. loquitur, in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in adminiſtratione, vt 2. q. 7. puto. poteſt enim aliquis eſſe maior alio in ordine, ſed tamen minor in adminiſtratione, vt archipresbyter maior eſt archidiacono, vt 25. diſt. perlectis. De apoſtolis quãdo fuerunt conſecrati, nõ legimus: Dicunt tamen quidam ꝙ in cœna, quando dictum eſt eis: Hoc facite in meam commemorationem. de conſec. diſt. 2. in Chriſto. in fine. Alij dicunt, ꝙ cum dictũ eſt eis: Ite, baptizate omnes. de conſec. diſt. 5. propter. De Paulo & Barnaba habemus 75. diſtin.

Petrus in adminiſtratione maior alijs fuit.

Apoſtoli qñ fuerunt conſecrati.

de vita & hone. cleri. quoniam. hoc expeditum eſt, extra de conſti. cum M. Fer. & extra de cenſi. quanto.

e ¶ Rogauerunt.] argu. ꝙ non niſi volentibus dabitur prælatus, etiã à Papa, vt ĩ. iſta ſuprem. ſacroſancta. ſi. 8. q. 1. ſciendum 4. & c. audacter. Dic, à principio nõ datur inuitis, ſed ex poſtfacto ſic, ſi ſint negligentes. 61. diſtin. nullus inuitis.

Prælatus nolentibus nõ eſt dandus.

4 al. ſi ei

QVamuis.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd eccleſia Romana caput eſt aliarum eccleſiarum, & ꝙ præte-

præfertur alijs. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima eſt, quia Chriſtus dedit ei primatum & auctoritatem voce ſua dicens: Tu es Petrus & ſuper, &c. Secunda eſt, quia Petrus & Paulus vna die glorioſa morte in vrbe Romana ſub Cæſare Nerone coronati, eccleſiam Romanam conſecrauerunt, & eam alijs ſua præſentia prætulerunt. Et oſtenditur hic quis miniſter præſit alijs: vnde bene facit ad propoſitum Gratiani.

INferior.] C a s v s. Omnia cap. ſeq. loquuntur de Ignatio Cõſtantinopolitano patriarcha, qui fuit depoſitus à ſuis ſuffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, q ſuffraganei Ignatium deponere non potuerunt, quia inferior ſedes non poteſt ſuperiorem abſoluere vel ligare. & hoc probatur auctoritate Eſaiæ dicentis: Numquid gloriabitur ſecuris, &c.

lica, & Apoſtolica Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutis [a] cęteris eccleſijs prælata eſt, ſed euãgelica voce Domini, & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit, [Tu es Petrus (inquiens) & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum; & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.] Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli vaſis electionis, qui non diuerſo (ſicut hæretici garriunt) ſed vno tempore, vno eodemque die [b] glorioſa morte cum Petro in vrbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt, & pariter ſupradictam ſanctam Romanam eccleſiam Chriſto domino conſecrarunt [c], eamque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Eſt ergo prima [d] Petri apoſtoli ſedes Romana eccleſia non habens maculam, neq; rugã, nec aliquid [e] huiuſmodi.

Matth. 16.

✝. diſt. 22. c. ſacroſancta. ex Anacleto.

3 *In his omnibus quanto gradus [f] celſior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus ſi quidem eſt regendi & iubendi poteſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium eſt [Propoſueramus.]

¶ Inferiorum facta ſuperiorum ſententijs obnoxia ſunt. C. IIII.

INferior [g] ſedes ſuperiorem abſoluere non poteſt. Sola ergo potior inferiorem conuenienter abſoluit. Hinc [h] liquido peruidetur, quia quem non poteſt abſoluere, non poteſt iudicio inferior potiorem ligare. *& infra*, Vnde propheta [i] ait: [Numquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, qui

Eſa. 10.

g ¶ Inferior.] Ex hoc cap. & ✝. ca. denique colliguntur regulæ. Prima eſt hæc: inferior ſuperiorem non poteſt ligare vel ſoluere 3. Secunda hæc eſt: qui poteſt ligare, põt & ſoluere. Tertia talis: qui põt ſoluere, põt & ligare. quælibet harum regularum videtur habere exceptionẽ. Prima regula videtur recipere inſtantiam cum maior ſe ſubijcit arbitrio minoris, vt 2. q. 1. peruenit. Secunda regula ſimiliter fallit in incendiarijs & excommunicatis, qui debent per Papam abſolui. extra de ſenten. excommu. tua. & extra de offic. deleg. quærenti. & in excommunicato propter iniectam manum in clericum: [illegible] ſententiam, qui per Papam abſoluitur. Tertia regula fallit. ✝. de conſe. diſt. 4. ſanctum. vbi habes, q quidam pœnitens abſoluit aliũ tempore periculi, quẽ tamen ligare non poſſet. Item fallit. 3. q. 6. quamuis. & C. vbi ſenatores. l. 3. Similiter fallit (vt videtur) cum aliquis confitetur extraneo ſacerdoti, qui ipſum tunc abſoluit, non tamen poſſet ligare. Ioan. Sed illa exceptio non valet: quia non concedo q aliquo modo eum ſequatur quis remiſſionem qui confitetur extraneo ſacerdoti, vt dicitur extra de pœni. & remiſ. omnis. niſi prius obtenta licentia à proprio ſacerdote, vt dicitur in ea decre. omnis niſi in neceſſitate, vt extra eod. tit. c. vlt. de pœnit. diſt. 1. quem pœnitet. verſi. tanta. Bar. Et eſt hic arg. quòd ſi Papa mandat alicui q excommunicat aliquem, quòd poſſit etiam ipſum abſoluere: quia excommunicatio & abſolutio pari conditione cenſentur, vt cui vnum permittitur, & reliquum: vt ✝. de pœniten. diſtinc. 1. verbum. argu. contra. 27. quæſt. 1 ſi homo 4. Sed ibi Papa præcipit non abſolui eius auctoritate, ſecundum quoſdam. Ita [illegible] iſto cap. vſque in finem loquitur de eadem materia, ſcilicet de facto ſuffraganeorum Ignatij Conſtantinopolitani archiepiſcopi, qui à ſuis ſuffraganeis eſt depoſitus fauore Imperatoris.

3 De hoc etiam habetur 26. q. 2. in ſumma. Archi.

Romanam conſecrauerunt, & eam alijs ſua præſentia prætulerunt. Et oſtenditur hic quis miniſter præſit alijs: vnde bene facit ad propoſitum Gratiani.

a ¶ Conſtitutis.] ſcilicet, tantum.

b ¶ Eodemque die.] Hic videtur q eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2. q. 7. beati. dicunt tamen quidam q reuoluto anni ſpatio Paulus fuit decollatus, ſed eodem die poſt annum. Hiſtoria [illegible] dicit, xiiij. an. imperij Neronis eos fuiſſe occiſos.

Petrus & Paulus eodem die paſſi ſunt.

c ¶ Conſecrarunt.] Sic ergo eccleſia conſecratur ſanguine alicuius: ſicut aliquis baptizatus in ſanguine ſuo, vt de conſecra. diſt. 4. baptiſmi vicem.

1 Scilicet Romana. I.

d ¶ Prima.] dignitate. Nam eccleſia Antiochena prius ceſſit iſtam, vt 24. q. 1. rogamus.

e ¶ Nec aliquid.] Arg. q vbicumque ſunt boni, ibi eſt eccleſia.

IN HIS. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua ponit [illegible] cap. de materia de pœnis Ignatij Conſtantinop. patriarchæ, qui fuit depoſitus à ſuis ſubditis & excommunicatus, & poſtea per Romanam eccleſiam reſtitutus. 63. diſt. Hadrianus. l. 1. de Ian.

C a s v s. Dicit Gratianus in hoc §. q quanto gradus eſt celſior, tanto maior eſt auctoritas: in maioribus eſt regendi poteſtas: in minoribus obſequendi neceſſitas.

f ¶ Gradus.] In ordinibus 2. de quibus ✝. dixi. ead. diſt. cleros.

Ex ordinatione Archid.

Confitens extraneo ſacerdoti nõ conſequitur remiſſionem.

h ¶ Hinc.] Arg. q idem iuris eſt in vno contrariorum, quod in reliquo. vt ✝. ca. denique. & 26. diſt. deinde. & 31. q. 6. h. to quippe. & ff. de verb. oblig. inter.

4 Vbi de hoc extra de [illegible] ma. & obe. cũ inferior. in ✝ gl. 1. dic vt ibi. Archi.

i ¶ Vnde propheta.] Eſaias.

k ¶ Exhi-

trahit eam?] His ita ex diuina ſcriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, ſole clarius exhibuimus [a], non poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis eſt, eum, qui maioris poteſtatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut proprijs definitionibus ſubiugare.

Idem eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. V.

NOlite nos exiſtimare facta cuiuſcumque proximorũ noſtrorum, quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere; ſed quod ita velimus filios circa ſpiritalem patrem, & diſcipulos erga magiſtrum deuotos, ac ſobrios eſſe; vt nulla penitus temeritate ad eorũ vitã (vt non dicã diiudicandã,) ſed nec saltẽ tenuiter reprehendendã [b] proſiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epiſtola.

¶ Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere poſſunt. C. VI.

DEnique ſi in epiſtola legimus ad Hebræos [c], quòd minor à maiore benedicitur; reſtat profectò, vt exigente ratione etiam maledicatur [d]. Si quidem hæc vtique prænoſcentes periculoſa tempora illi, qui ante nos fuerũt; prouidam in eccleſijs conſuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana eccleſia, quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum imprætermiſſa † ſeruatur: ita vt nullus ſacerdos maiore [e] ſuo non innuente † cõſacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: ſed & anterior ſtans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem poſtulat, ſed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere [f]. Cur hoc? numquid benedicere peccatum [g] eſt? abſit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apoſtolus; quia regnum Dei non poſſidebunt: ſed per hoc innuitur, quantæ cenſuræ fræno inferiores quique à ſuis præpoſitis iudicandis coercendi ſunt, ſi his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Idem eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. VII.

NVnc autem diuina inſpiratione non nos pigebit, nec nobis impoſſibile erit, oſtẽdere vobis (ſi tamẽ audire velitis) non poſſe quemquam rite ab ijs, qui inferioris

Marginal references: Matth. 16. — Anſel. l. 7. c. 144. Iuo par. 5. c. 17. & par. 6. c. 355. — Heb. 7. — † al. impratermiſſe — † al. iubente — † al. benedicere nitatur — Gal. 5. — Poly. l. 1. tit. 20. Anſel. l. 1. c. 67. al. 65. Iuo. par. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6.

a ¶ Exhibuimus.] id eſt, probauimus.

NOlite.] CASVS. Clerici Conſtantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ quòd vellet defendere Ignatiũ in malo: quibus Nicolaus reſpõdet, dicẽs ſe nolle eũ in malo defendere: ſed vult quòd filij ſint deuoti patri ſpiritali, & diſcipuli magiſtro: ita vt eos nullo modo iudicẽt: ſed nec etiã reprehẽdãt.

b ¶ Reprehẽdendã.] Sed cõtra 2. q. 7. oues 1. & c. ſecunt. & 9. q. 5. ſi autem. vbi dicitur quòd ſubditi poſſunt reprehẽdere prælatos. Sol. triplex eſt reprehenſio; imperioſa, quæ fit imperio poteſtatis: hæc tantũ maioribus conceditur. 45. diſt. ſit rector. vt hic. Alia ſocialis: hæc minoribus cõceditur. 81. diſt. in omnibus. Tertia temeraria eſt, quæ infamandi cauſa fit & hæc nulli cõceditur, vt 5. q. vlt. delator. ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2. q. 7. nos ſi. §. item cum Balaam.

Hoc c. potius facit pro, quàm cõtra, prout ibi notatur in gl. vlt. Archi. Reprehenſio eſt triplex.

DEnique.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc c. quòd maiores poſsũt iudicare minores, & benedicere, ſed non econtra. Et hoc probat exẽplo Melchiſedech, qui ſicut legitur in epiſtola ad Hebræos, benedixit minori, ſcilicet Abrahæ. Similiter hoc probatur conſuetudine eccleſiæ: quia numquam maior legens lectionem, benedicitur à minori. Vnde patet, quòd maiores poſſunt iudicare minores, cum ab eis benedici non poſſint.

c ¶ Ad Hebræos.] vbi legitur, quòd Melchiſedech benedixit Abrahæ. & per hoc probat Apoſtolus Melchiſedech fuiſſe maiorem.

d ¶ Etiam maledicatur.] Contrariorum enim eadem eſt ratio, vt ſ. ead. inferior. ff. de verb. obli. inter ſtipulantem.

e ¶ Maiore.] Argu. quòd minor iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam præſente maiore iudice, vt 95. diſt. presbyter. ff. de offi. proconſul. l. vlt. Arg. contra. 11. q. 1. peruenit. & C. de donat. in hac. 95. diſt. ecce. Dic quòd ſi minor habet iuriſdictionem à maiore, nihil agit, quod ſit ad derogationem illius, extra de offic. lega. volentes.

Minor gerit præſente maiore.

f ¶ Benedicere.] Sed dicitur epiſcopo, qui poſtulat hãc benedictioné. Ora pro nobis pater ſancte. in quibuſdã locis ipſe inferior dicit epiſcopo, Iube domine benedicere. & epiſcopus benedictione facta legit.

g ¶ Peccatum.] Argu. quòd aliquid prohibetur, non quòd ipſum malum ſit, ſed quòd inde malum poteſt ſequi, vt 22. q. 1. in nouo. & 12. queſt. 5. nolite. & 63. diſtin. cum Hadrianus. §. verum.

NVnc autem.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc c. quòd ſubditi non poſſunt iudicare prælatos. Et hoc facit duobus exẽplis, ſcilicet Marcellini Papæ, qui licet confeſſus fuiſſet in ſynodo epiſcoporum ſe à Paganis compulsũ grana thuris diabolo immolaſſe: nullus tñ epiſcoporum auſus fuit eum iudicare, ſed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudica teipſum: quia prima ſedes non iudicabitur à quoquam. Et exemplo Xiſti Papæ. cui cũ in concilio vbi Valẽtinianus Imperator interfuit, multa obijcerentur: tribuit ei Imperator poteſtatem iudicandi ſeipſum: cũ ipſe nõ ſit ſubiectus iudicio minorũ.

a ¶ Diocle-

a ¶ Diocletiani.] Nota ſimul duos fuiſſe Imperatores. Dic quod erant duæ perſonæ, ſed tamen erant loco vnius. Sed cōtra 7.q.1.in apibus. Sed forte vnus habuit dignitatem, alter adminiſtrationem.

Additio. Dic quod huic contrario ſtandum eſt: quia nō debet eſſe niſi vnus. Ad hoc extra de offic. ordi. quoniā. §.1. & hoc caſuale fuit ſecundum Pet.

dignitatis, vel ordinis ſunt, iudicialibus ſubmitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani[a], & Maximiani Auguſtorum Marcellinus[b] epiſcopus vrbis Romæ, qui poſtea inſignis martyr effectus eſt, adeo compulſus[c] eſt à paganis, vt in templum eorum ingreſſus, grana thuris ſuper prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numeroſorū concilio epiſcoporū, & inquiſitione facta, hoc idem Pontifex ſe egiſſe confeſſus eſt. Nullus tamen eorum proferre ſententiā in eum auſus eſt, dum ei ſæpiſſime omnes perhiberent; Tuo ore iudica cauſam tuā, non noſtro iudicio. Et iterum: Noli, aiunt, audiri in noſtro iudicio; ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. & rurſus: quoniā ex te, inquiunt, iuſtificaberis, aut ex ore[d] tuo condemnaberis. Et iterū dicunt: Prima ſedes non iudicabitur à quoquā. *Idem in eadem.* ¶ Sed & cum quidam tempore quodam cōtra Xiſtū Papam tentaſſent quædam mali † rumoris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Auguſtus intererat, dictū fuiſſet; Non licere aduerſus Pontificē dare ſententiā; ſurrexit idē protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pōtificis tribuit iudicare iudiciū ſuū. Etenim nullus Pontificū minorum, vel inferiorum vrbium ſubactus iudicijs inuenitur.

† al. non boni] orig.

Idem Nicolaus eadem epiſtola.

¶ Maiores à minoribus iudicari non poſſunt. C. VIII.

Svbmittitur Ignatius minorum, inferiorum, & ſubiectorum deliberationibus, cum ſacris canonibus præcipientibus, & exemplis ſanctorum Patrum, ſemper, vbi eſt maior auctoritas, ſit eundum, & in omnibus controuerſijs ad potioris ſedis iudicia [actio †] dirigatur. Quod non ſolum à catholicis, verum etiam ab ipſis conſtat obſeruatum hæreticis[e], Alioquin acephalum liquet eſſe concilium, vbi de tanta perſona agitur, & maiorum non expectatur ſententia; cum nec in cauſa clericorum inferioris[f] gradus, ſolius epiſcopi ſui iudicium tantummodo poſtulandum † ſit.

† orig. non habet

† al. præſtolandum

Idem Nicolaus ead. epiſt.

¶ Minorum ſententię maiores damnare non valent. C. IX.

Poly.l.1.tit.20. Anſel.l.2.c.65. Iuo p.5.c.8. Pān.l.4 c.6.&7.

In tantum hanc præſumptionē[g] ſancti Patres apud Chal-

quod non fuit ſententia quam tulit, ſed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, ſcilicet, niſi Deus aliter reuelauerit 2, & Dñs reuelauit aliter; quia ſepultus fuit poſt xxx. dies poſt mortem. Item quæritur, quare iſti epiſcopi non depoſuerunt Papam cum eſſet confeſſus de hæreſi, vt 40. diſtin. ſi Papa? Dicit Hugo? quia paratus erat corrigi. licet enim Papa, vel alius ſit hæreticus, ſi tamen paratus eſt corrigi 3, non deponitur, vt 24. q. 3. dixit Apoſtolus. Vel ideo non debebant ipſum deponere; quia coactus fecit. 50. diſt. presbyteros.

2 Argu. ad hoc 27. q. 2. §. cū vero. Arch.

3 Immo dicit Hug. quod nec potuerunt nec debuerunt eum condēnare inde; quia ſponte & humiliter confeſſus eſt errorem ſuum. Tunc enim Papa pōt cōdemnari de hæreſi, cum pertinax fuerit, aliàs non. Hugo.

c ¶ Compulſus.] conditionali nō abſoluta coactione. ſi enim fuiſſet abſoluta, non deliquiſſet, vt 50. diſtin. presbyteros.

d ¶ Ex ore.] Argu. quod aliquis poteſt eſſe iudex in ꝓpria cauſa. ſic ff. de adop. l.3. C. de fideicōm. l. vlt. ſed iudex ibi impropriè dicitur, id eſt, arbitrator. in iuriſdictione contentioſa non pōt, ſed in voluntaria ſic.

Svbmittitur.] Casvs. Probat Nicolaus in hoc cap. quod Ignatius non potuit deponi à ſubditis, quia canones & exēpla ſanctorum patrū præcipiūt ſemper eſſe recurrendū ad maiorem ſedem in cauſis epiſcoporū: quod non ſolum à catholicis, ſed etiam ab ipſis hæreticis obſeruatur, quia etiam clericus à ſolo epiſcopo iudicari non poteſt; & niſi Dominus Papa interſit vbi epiſcopus iudicatur, acephalū erit iſte concilium.

e ¶ Hæreticis.] argu. quòd ab exēplis gentilium eſt argumentandum, vt 11. quæſtio. 1. ſacerdotibus.

b ¶ Marcellinus.] Sed de iſto legitur, quod concilio congregato confeſſus eſt quod fecerat, & in ſe tulit ſententiam depoſitionis: & veniens corām Diocletiano cōfeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe, & excommunicauit quicumque eū poſt mortem ſepeliret. Sed videtur quod hæc ſententia, quæ præcepit non ſepeliri corpus ſuum, contineat errorem: vnde nulla deberet eſſe: vt extra de ſenten. excom. per tuas. ſi quis enim præcipiat quod corpus ſuum non ſepeliatur, hoc præceptum non eſt adimplendum, vt ff. de condict. inſtit. quidā. Præterea qualiter, poterat iſte ſeipſum excōicare 1, vel deponere, cū par in parē nō habeat imperium, vt extra de electio. innotuit. Ad hoc poteſt dici,

Videtur, bene. 11. q.3. ſi is q. 31 de hoc. Archid.

15. quæſt. 2. queſta. & c. non æſtimemus.

f ¶ Inferioris.] ʒ. 15.q.7. ſi autem. in fi. contra, vbi dicitur, quod ſolus epiſcopus illorum cauſas poteſt audire. Sed non excluduntur ibi clerici, ſed alij epiſcopi. 15.q.7. epiſcopus nullus.

In tantum.] Casvs. Dioſcorus in tribus deliquit, quia ſcilicet per Regem fuit inthronizatus in eccleſia Cōſtantinopolitana, vnde multi clerici receſſerunt ab eo. Item quia factus fuit hæreticus. Poſt hæc duo delicta auſus fuit excōmunicare Papam Leonem: vnde ſancti patres apud Chalcedonem congregati ipſum damnauerunt, non tantum de hæreſi, ſed etiam quia auſus fuit ſuum maiorem excommunicare.

g ¶ Præſumptionem.] ſcilicet depoſitionem Ignatij.

a ¶ Vt

a ¶ Vt Dioſcorum.] qui hæreticatus fuit per Regē & qui poſtea excommunicauit Papam.
b ¶ Quoniam ſecundis.] Videtur hic, quod iudex in ſententia tenetur exprimere cauſam, quæ ipſum monuit, vt C. de iudi. properandum. ſ. illo. & ff. de in. qui nec infa. l. quod ait. §. penul. argu. contra extra de ſenten. & re iudic. ſicut. Ad hoc dico, quod ſemper tenetur exprimere cauſam, ſi tamen non expreſſerit, tenet ſententia. 2. q. 6. biduum.

ADDITIO. De hoc not. in præd. c. ſicut. & extra lib. 6. de ſenten. excommu. cum medicinalis. in prin. Archid.

c ¶ Fidem.] tantum, ne ſit contra. §. 15. diſtin. canones. circa medium. ver. quarta ſynodus.

Q Via ergo.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. Secunda, ibi, [Prima ergo.]

CASVS. Dictum eſt ſupra, quod maior à minori iudicari nō poteſt. In hac vero 22. diſt. videndum eſt quæ dicatur prima ſedes, quæ ſecunda, & quæ tertia. & quidem primum locum obtinet Roma. eccle. Alexandrina ſecundū. Antiochena tertium. & hoc probat Gratianus per 7. cap. ſubſequentia.

d ¶ Quia ergo.] In hac diſt. oſtendit ordinem maiorum eccleſiarum. Et primo oſtendit quem ordinē habuerūt ſecundum antiqua tempora. Secundo oſtendit quem ordinē habuerunt poſtea ſecundū moderna tēpora. Secundum antiqua tēpora talis fuit ordo: Prima fuit Romana eccleſia: Alexandrina ſecunda: Antiochena tertia: quarta Hieroſolymitana, vt ſ. ca. §. 1. & c. 2. ſed Conſtantinopolitana nullum locum habuit, vt ſ. ea. c. quia traditione. ſed poſtquā imperium fuit tranſlatum Conſtantinopolim, Conſtantinopolitana eccleſia obtinuit ſecundum locum poſt Ro. Alexandrina tertiū, Antiochena quartū, Hieroſolymitana quintū. & hoc di. ſ. ea. renouantes. extra de priuileg. antiqua.

O Mnes.] CASVS. Mediolanēſes nolebāt Ro. ec. ſequi, nec ei reuerētiam exhibere, ſed Nicolaus Papa probat quod Ro. ec. omnibus eſt prælata, & omnes alias inſtituit: & hoc probat duobus modis. Primo quia illud verbum per quod cælum & terra & cetera elementa ſunt creata, ædificauit ſuam pontificalem eccleſiam ſuper Petrum. Vnde qui priuilegium Roma. eccle. detrahit, hæreticus eſt: qui vero alijs, iniuſtitiam facit. Secundo probat exemplo Ambroſij, qui confeſſus eſt in omnibus ſe velle ſequi Roman. eccleſiam.

cedonem deteſtati ſunt, vt Dioſcorum [a] Alexandrinum antiſtitem inter cetera, idcirco potiſsimum ſine vlla reſtitutione damnauerint: quia in contumacia [a] permanens erga primæ ſedis Romanæ priuilegium, reſipiſcere à ſuis ſuperſtitionibus, vt ſeruaretur à prima ſede Apoſtolica, noluit: & ponens in cælo os ſuum, & lingua eius tranſeunte ſuper terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in ſententia contra ipſum prolata, hoc videantur memorare præcipue, dicentes: [Quoniam ſecundis [b] exceſsibus priorem iniquitatem valde tranſcendit: Præſumpſit enim & excommunicationem dictare aduerſus ſanctiſsimum, & beatiſsimum archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem.] Nunquid ibi legitur inquiſitionem fuiſſe factam, vtrum iuſte, an iniuſte ipſam Dioſcorus excommunicationem dictaſſet? Non plane: ſed abſque omni controuerſia hoc in eo vlti ſunt: quia cum eſſet inferior, potiorem quibuſlibet conatus eſt laceſſere contumelijs, teſte Anatolio Conſtantinopolitano præſule: qui dicit: [Propter fidem [c] non eſt damnatus Dioſcorus: ſed quia excommunicationem fecit domino archiepiſcopo Leoni.]

Pſal. 72.

In concilio Chalcedonen. actione 5.

a ¶ In contumacia.] *Hinc vſque ad verb. ponens, addita ſunt ex originali.*

DISTINCTIO XXII.

Q*Via* [d] *ergo maior à minori iudicari non debet, videndum eſt, quæ inter ceteras eccleſias primum locum, quæ ſecundum, vel tertium obtineat. Romana eccleſia (ſicut ſupra dictum eſt) primum locum inter ceteras obtinet. Alexandrina ſecundū, Antiochena eccleſia tertium ab ea locum accepit.*

Vnde Nicolaus Papa 2. † *ſcribit Mediolanenſibus per Petrum Damianum legatum ſuum.*

Eccleſiarū maiorum ordo.

†*iunior.*] Anſel.

¶ Romana eccleſia ceterarum primatum tenet. C. I.

OMnes [e] ſiue patriarchij cuiuſlibet apices, ſiue metropoleon primatus, aut epiſcopatuum cathedras, vel eccleſiarum cuiuſlibet ordinis dignitates inſtituit Romana eccleſia. Illam vero ſolus ille fundauit, & ſuper petram fidei mox [f] naſcentis [g] erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis [h] imperij iura cōmiſit. Non er-

Anſ. l. 1. c. 63. al. 64.

e ¶ Omnes.] 1 Sic cōſtrue, Rom. eccle. inſtituit omnes, ſcilicet prælatos, ſiue apicē cuiuſlibet patriarchæ, ideſt, patriarchatus. & per hoc patet quod ſolus Papa nouas facit dignitates.

f ¶ Mox.] ideſt ab initio.

g ¶ Naſcentis.] quantum ad nouum teſtamentum.

h ¶ Cæleſtis.] 3 Arg. quod Papa habet vtrumq; gladiū, ſcilicet ſpiritualē & temporalem. 63. diſt. tibi dno. & 15. q. 6. alius. & cap. nos ſanctorum. & c. iuratos. & 1. q. 4. quia præſulatus & 86 diſt. duo. tāſtulit enim de Græcia imperium vt extra de elec. venerabilem. Arg. cōtra 96. diſt. duo, & 93. diſt. legimus. & 2. diſt. §. 1.

2 Ordo [illegible] terræ.

3 Papa [illegible] bēs vtr[illegible] gladiū [illegible] ſtulit im[illegible] rium.

4 Et cap. Imperat[illegible] in prin. [illegible] de hoc S[illegible] q. 6. §. [illegible] cum di[illegible] Archid.

a ¶ Intu-

go quælibet terrena ſententia, ſed illud verbum, per quod conſtructum eſt cælum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanam fundauit eccleſiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quia quiſquis cuilibet eccleſiæ ius ſuũ detrahit, iniuſtitiam [a] facit. Qui autem Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur [b], hic proculdubio in hæreſim labitur; & cũ ille vocetur iniuſtus, hic eſt proculdubio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduerſus illã agit, quæ mater eſt fidei: & illi contumax inuenitur, qui eã cunctis eccleſijs prætuliſſe cognoſcitur. *& infra.* ¶ Vnde & ipſe S. Ambroſius ſe in omnibus ſequi magiſtrã ſanctam Romanam profitetur [c] eccleſiam.

Lib. 3. de ſacramentis. c. 1.

Item Anacletus ſeruus Chriſti Ieſu ad omnes epiſcopos, epiſtola 3. c. 3.

¶ Non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Eccleſia Romana primatum accepit. C. II.

In præfatione cõcilij Niceni. Polyc. l. 1. tit. 2. Anſel. l. 1. c. 2. & 65. Iuo par. 5. c. 2. & 26. Pann. l. 4. c. 2. *Matth. c. 16.* 7. diſt. 21. cap. quamuis.

SAcroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro primatum obtinuit: & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt: ſicut ipſe B. Petro apoſtolo dixit: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meã; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cælis.] Adhibita eſt etiã ſocietas in eadem Romana vrbe beatiſſimi apoſtoli Pauli vaſis electionis, qui vno die, vnoq. tẽpore glorioſa morte cum Petro ſub principe Nerone agonizans coronatus eſt: & ambo ſanctã eccleſiam Romanã conſecrauerunt, alijſque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia, atq. venerando triũpho prætulerunt. Et licet pro omnibus aſſidua apud Deũ omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamen verbis Paulus beatiſſimus apoſtolus Romanis proprio chirographo pollicetur dicens: [Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euãgelio filij eius: quòd ſine intermiſſione [d] memoriã veſtri facio ſemper in orationibus meis.]

Rom. 1.

Pann. l. 4. c. 4.

2 ¶ Prima ergo ſedes eſt cæleſti beneficio Rom. eccleſiæ, quam (vt memoratũ eſt) beatiſſimi Petrus & Paulus ſuo martyrio conſecrarunt. Secunda autẽ ſedes apud Alexandriã B. Petri nomine à Marco [e] eius diſcipulo atq. Euangeliſta conſecrata eſt: quia [a] & ipſe in Aegypto primum verbũ veritatis directus à Petro prædicauit; & glorioſum ſuſcepit martyrium, cui venerabilis ſucceſſit Abilius. Tertia vero ſedes apud Antiochiam eiuſdem, ideſt, beati Petri apoſtoli nomine habetur honorabilis; quia illic, priuſquam Romã veniret, habitauit, & Ignatium epiſcopũ conſtituit: & illic primum [f] nomen Chriſtianorum [g] nouellæ gentis exortum eſt, *& poſt pauca.* ¶ Inter beatos Apoſtolos quædã fuit diſcretio † poteſtatis; & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Dño conceſſum eſt (& ipſi inter

Polyc. l. 1. tit. 1. Anſel. l. 1. c. 7. Burc. l. 1. c. 159. Iuo p. 5. c. 269.

† al. diſcretio, & licet.

a ¶ Iniuſtitiã.] nec Papa debet vni eccleſiæ detrahere 1, & dare alteri, vt 99. diſt. ecce. & c. nullus. & 25. q. 2. de eccleſiaſticis. niſi ſubſit cauſa, vt 9. q. 3. conqueſtus. & cap. nunc vero. & cap. per principalem. b ¶ Conatur.] ſolus ergo conatus hic punitur, vt 6. q. 1. §. quo verum. & 1. q. 1. qui ſtudet. de pœni. diſt. 1. ſi quis. c ¶ Profitetur.] Arg. quod confeſſio prælati nocet eccleſiæ ſuæ arg. ſ. ea. de Conſtantinopolitana. in fi.

1 In cuiuſquã enim iniuriã beneficiũ tribuere noſtri moris non eſt, dicit Imperator. C. de emãci. nec auus. ar. ad hoc 14. q. 5. denique. Archi.

SAcroſancta.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in tres partes. In prima parte probatur Ro. eccl. primã eſſe ſiue priorem, & alijs præferri. & hoc oſtenditur tribus modis. Primo auctoritate Chriſti dicentis: Tu es Petrus, &c. Secundo in glorioſa morte Petri & Pauli, qui Rom. ecc. conſecrauerunt & eã alijs ſui præſentia prætulerunt. Tertio ſpeciali oratione facta pro Romanis. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Prima ergo.] dř quod prima ſedes eſt Romana: Secunda Alexandrina: Tertia Antiochena. In tertia parte, quæ incipit: ibi, [Et poſt pauca.] diſcretio fuit inter Petrum & alios apoſtolos: quæ hodie eſt inter Papam & alios epiſcopos. Hoc etiam fuit in veteri teſtamento. Vnde Moyſes & Aaron ceteris præfuerunt ſacerdotibus.

¶ Caſus autẽ ſequen. §. & c. per ſe patet.

d ¶ Sine intermiſſione.] non tamen in quolibet inſtanti, ſed horis conſtitutis 2. ſic ſ. 31. diſt. ſi laicus. & 37. diſt. ď quibuſdã. e ¶ A Marco.] vt 24. q. 1. cũ beatiſſimus. f ¶ Primum.] vt 7. q. 1. mutationes. g ¶ Chriſtianorũ.] primo enim omnes fideles fuerunt dicti diſcipuli, de conſec. diſt. 2.

2 Quaſi ſieri ſine intermiſſione dicatur licet medius actus interueniat. ar. ff. ď duobus reis. lege duos. §. duo. Arch.

ſe idipſum voluerũt) vt reliquis omnibus præeſſet Apoſto-lis, & Cephas β idest caput, & principium teneret apoſtolatus: qui & eamdem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliquis γ epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolum hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutũ, ſed etiã in veteri fuit; vnde ſcriptum eſt: [Moyſes [a], & Aaron in ſacerdotibus eius.] ideſt primi inter eos fuerunt. *& poſt pauca.* ¶ Hæc vero Apoſtolica ſedes cardo & caput (vt prætactum eſt) omnium eccleſiarum à Domino, & non ab alio eſt conſtituta: & ſicut cardine oſtium regitur; ſic huius ſanctæ ſedis auctoritate omnes eccleſiæ (Domino diſponente) reguntur.

Pſal. 98. Poly. l. 1. tit. 1. Anſ. l. 1. c. 2. Burc. l. 1. c. 178. Iuo p. 5. c. 134.

α ¶ Quia.] *Hinc vſq. ad ver.* Tertia. *addita ſunt ex originali, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶ Cephas.] *In Euangelio Ioannis c. 1. Cephas (quæ vox Syriaca eſt) exponitur* πέτρος, *quod græce petram ſignificat, idque docet etiam B. Hieronymus in comme. epiſt. ad Galatas, c. 2. neq. credendum eſt ignoraſſe Anacletum, ſed voluiſſe eam dictionẽ ad græcam linguam eo tempore notiſſimam referre. Quod fecit Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi decima in nomine, Ieſus, non modo hebraicam, ſed etiam græcam illi etymologiã tribuens. Atqui hoc ipſum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus & probatus auctor, quem Hieronymus & Auguſtinus magni faciunt, libro ſecundo, eodem modo, quo Anacletus, accepit, his vtens verbis:* Igitur negare non potes, ſcire te in vrbe Roma, Petro primo cathedram epiſcopalem eſſe collatam: in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus eſt. *Et Iſidorus lib. 7. etym. c. 9. ſic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quòd in capite ſit conſtitutus Apoſtolorum. Κεφαλὴ enim græce caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem ſic habetur:* vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis Cephas, id eſt vt Petrus principatum teneret Apoſtolatus.

γ ¶ Et reliquis.] *In originali eſt,* & reliqui Apoſtoli epiſ.

Hac auctoritate Alexandrina eccleſia ſecundum à prima locum habere cenſetur. Sed poſtea in Conſtantinopolitana ſynodo eccleſia Conſtantinop. ſecundum à ſede Apoſtolica locum accepit. Vnde in eadem ſynodo, ideſt, Conſtantinop. 1. c. 5. ita conſtitutum eſt.

¶ Secundum à Romano Pontifice Conſtantinopolitanus obtinet locum. C III.

COnſtantinopolitanæ [b] ciuitatis epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum epiſcopum: propterea quòd ſit noua Roma.

Ex priſca verſione. Poly. l. 1. tit. 11.

¶ *Canon hic ex iis eſt, quos Apoſtolica Romana ſedes à principio, & longo poſt tempore non recepit: quod ex epiſtola 51. aliàs 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Conſtantinopolitanum, & aliis eiuſdem epiſtolis facile eſt cuiuis cognoſcere: itemque ex duabus epiſtolis Leonis noni, vna aduerſus præſumptiones Michaelis & Leonis, c. 28. altera ad eumdem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorii epiſtola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum: atque ex epiſtola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem: quæ incipit,* Propoſueramus. *Quamquam Conſtantinopolitani epiſcopi, Imperatorum potentia freti ſecundum locum Patriarchalium ſedium ſibi vſurparũt: idque tandẽ pacis & tranquillitatis cauſa fuit ipſis conceſſum, ſicut in c. antiqua. de priuil. Innocentius Papa iii. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 7. epiſt. 63.

diſt. 2. prima. vel fratres. 11. q. 3. c. ad menſam. ſed poſtquam Apoſtoli fecerũt concilium Antiochenũ, dicti ſunt Chriſtiani. 24. q. 1. rogamus.

a ¶ Moyſes.] Licet Moyſes & Aaron primi & ſummi dicti ſint ſacerdotes: tamẽ Moyſes fuit maior quàm Aaron in adminiſtratione, non quo ad conſecrationem ſacerdotalem. In hoc enim ambo pares fuerunt: Moyſes tamen hoſtias nõ offerebat: ſed vota offerebat pro populo, vt 36. diſt. ſi quis vult. & 88. diſt. decreuit. Itẽ & in hoc erat maior Moyſes, quàm Aaron: quia inſtruebat & redarguebat eũ tamquam minorem [1], vt de pœn. diſt. 3. inter hæc hircum.

1 Nam in hoc caſu dicitur quis minor alio. 2. q. 7. Paulus Petrũ. Archi.

b CONſtantinopolitanæ.] ¶ Roma noua.] dicta eſt Conſtantinopolis: quia Conſtantinus illuc cum aliis Romanis iuit, & eam cõſtituit. vnde & Conſtantinopolis & [Roma noua] eſt dicta. 96. diſt. Conſtantinus.

DE Conſtantinopolitana.] CASVS. Dicit Grego. in hoc cap. quòd nullus debet dubitare Cõſtantinop. eccleſiam eſſe Romæ ſubiectam: & tamen ſi quid boni habet ipſa, vel alia eccleſia, libenter ſumere ab ea paratus eſt: quia ſtultus, &c. Nam cũ Conſtanti. epiſcopus confiteatur eam eſſe ſubiectam Romanæ eccle. nullus de hoc dubitare debet.

a ¶ De

a ¶ De Conſtantinopolitana.] Immo ipſe Imperator eam fatetur ſubiectam Rom. eccle. vt in Auth. de eccle. ti. in prin. coll. 9.
ADDITIO. Et C. de ſum. tri. l. inter claras. l. au.
b ¶ Stultus.] Stultus, ta, tum. dicitur quaſi extultus, ab extol-

e ¶ Subijci.] ita demum ſi qua culpa, &c.
f ¶ Neſcio.] q. d. ex quo Cōſtātinop. eps fatet ſe eſſe ſubiectum Ro. ec. multo magis & alij tenentur fateri. Sic videtur ꝙ cōfeſſio prælati nocet eccleſiæ, vt extra de ca. mo. dilectus. & de ſen. & re iu. ſuborta. & de poſtu. præla. ad hæc. Ioan. 1 quod credo verum eſſe ſi de conſenſu ſui capituli facta eſt in iudicio, vt extra de iu. cauſam. & de procu. c. 1. B.

Prælati cōfeſſio an noceat eccleſiæ.

1 De hoc teneas vt legitur & no. extra lib. 6. de reſtitu. præſentiū. quæ eſt Inno. iiij. & not. de ele. dudum. 2. Archid.

¶ Apoſtolicæ ſedi Conſtantinopolitanam conſtat eſſe ſubiectam. C. IIII.

Anſ. l. 2. c. 66.

De Conſtantinopolitana [a] eccleſia quod dicunt, quis eā dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? quod & D. pijſſimus Imperator, & frater noſter Euſebius eiuſdem ciuitatis epiſcopus aſſidue profitentur? Tamen ſi quid boni vel ipſa, vel altera eccleſia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Stultus [b] eſt enim, qui in eo ſe primum exiſtimat, vt bona, quæ viderit, diſcere [c] cōtemnat. *Idem eidem, epiſtola 64.* Nam, quòd Primas Byzanzenus [d] ſedi Apoſtolicæ dicit ſe ſubijci [e], ſi qua culpa in epiſcopis inuenitur, neſcio [f] quis† ei ſubiectus non ſit: cum vero culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis [g] æquales ſumus.

† al. ei epiſcopus ſubiectus

¶ Hoc caput ſumptum eſt ex duabus epiſtolis eidem Ioanni epiſcopo Syracuſano ſcriptis: ſed in epiſt. 63. ex qua accepta eſt prior pars, agitur de Conſtantinopolitana eccleſia: in ſequenti vero 64. agitur de Primate Byzaceno prouincia Africa, nō autem Conſtantinopolitano, quod videntur & Gratianus & Anſelmus, apud quē eodem modo legitur, voluiſſes adducti fortaſſe ſummula illa, quæ præpoſita eſt epiſtola Gregorij. Auctor quidem gloſſa, quod Gratianum putauit ſenſiſſe, aperte expoſuit.

Item Gelaſius Papa I. ad Fauſtum magiſtrum legationis.

¶ Conſtantinopolitanus epiſcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. C. V.

Iuo p. 5. c. 9.

Qva traditione maiorum Apoſtolicam ſedem in iudicium vocant [h]? An ſecūdæ ſedis antiſtites, & tertiæ, ceteriq. bene ſibi conſcij ſacerdotes depelli [i] debuerunt; & qui religionis extitit inimicus [k], depelli non debuit? Viderint ergo, ſi alios habent canones, quibus ſuas ineptias exequantur. Ceterū iſti, qui ſacri [l], qui eccleſiaſtici, qui legitimi celebrantur, ſedem Apoſtolicam ad iudicium vocare non poſſunt, & Cōſtantinopolitanæ ciuitatis epiſcopus, quæ vtiq. per canones inter ſedes nullū nomē [m]

g ¶ Humilitatis.] Hoc vult dicere, ꝙ omnes eſſent æquales, ſi omnes vellet eſſe boni: ſed quia aliqui peccare volunt, neceſſe eſt quòd aliqui ſint maiores qui puniant peccata eorum. culpa eñ cauſa ſubiectionis eſt. nam non peccantes legi nō ſubijciuntur, vt in Auth. de inceſt. nup. §. ſi vero. coll. 2. 19. quæſt. 2. duę ſunt. Et aliter nō poſſet conſiſtere genus humanum niſi quidam eſſent maiores, & alij minores, ſicut eſt in Angelis, vt 89. diſtin. ad hoc.

Culpa eſt ſubiectionis cauſa.

Qva traditione.] CASVS. Acacius Cōſtātinop. patriarcha cum eſſet in hæreſi, excommunicauit Alexandrinū & Anthiochenum patriarchas, & eos à ſuis ſedibus fecit expelli, quia ſibi non fauebant in ſuo errore, quare Gelaſius Papa in illa ſynodo cōgregata excōmunicauit Acacium & Cōſtantinopolitanos ei fauētes, qui inciderant in hæreſim tam damnatā. Acacius vero Conſtantinopolitanus eps & complices cōquerentes dicebant, Papā non debuiſſe eos excōmunicaſſe niſi in ſynodo congregata, & ſic volebant cogere Papam congregare concilium, vt de ſuo facto iterum cognoſceretur in ſynodo, & hoc intendebāt probare auctoritate quorumdam canonū, quos fallaciter inducebant. Sed Gela. contra eos dicit, ꝙ iuſtiſſime ſunt damnati, cum illi iniuſte condemnauerunt Alexandrinum, & Antiochenum patriarchas: nec auctoritates quas allegant, eos defendere poſſunt 2. ¶ Capitula quæ ſequuntur cum §. plana ſunt vſque ad finem diſtin.

extollo, lis. quia ſe extollit. vel dicitur ſtultus, quaſi ſtatim vltus, ab vlciſcor, eris. quia ſtultus ſtatim vltionem experit: nec deliberat. Vel dic ꝙ proprie ſtultus eſt qui per ſtuporem non mouetur iniuria; ſæuitiam enim perfert, nec vltus eſt. nec vllo ignominiæ mouetur dolore: quia ſtultus eſt hebetior corde. vnde quidam ait: Ego me eſſe ſtultum exiſtimo, fatuum eſſe non opinor, id eſt, obtuſis quidem ſenſibus, non tamen nullis: ſecundum Pap. & Hug.
c ¶ Diſcere.] Arg. eſt hic contra ſeniores, qui erubeſcūt diſcere à iuuenibus. ſic 38. diſt. nullus. & 24. q. 3. ſi habes. & 84. diſt. peruenit. Item habes hic, ꝙ maiores tenentur ſequi exempla minorum ſi bona ſunt. 1. q. 1. ſi fuerit. & c. neq; in homine. & 19. diſt. ſecundum.
d ¶ Bizanzenus.] id eſt, Conſtantinopolitanus. primo enim Conſtantinopolis dicta fuit Bizantium.

h ¶ Vocant.] ad concilium faciendum 3.
i ¶ Depelli.] ab Acacio Conſtantinopol. patriarcha.
K ¶ Inimicus.] Acacius.
l ¶ Qui ſacri.] ironice dicit.
m ¶ Nullum nomen.] quia tēpore Gelaſij Conſtantinopolitana eccleſia non habuit ſecundū locum adhuc. vel nullum vocat propter hæreſim ibi ſtatutam.

2 De hac materia loquitur 24. q. 3. cū quibus.

3 Scilicet propter dānationem alicuius, quaſi Papa non poſſit ſine concilio aliquē damnare, quod falsū eſt. Hug.

Reno-

a Renouantes.] ¶ Similia.] Simile priuilegium habet in quibuſdam: quia ad ipſum appellatur medijs prætermiſſis, vt 11. q. 1. ſi clericus. Et quia deponit epiſcopum, vt videtur, vt 3. q. 5. quia ſuſpecti. Et Imperator dicit, quod idē iuris habet in ſuis ſubditis, quod Papa in ſuis, vt in Auth. de eccle. tit. §. 1. coll. 9. Similiter Alexandrina eccleſia forte in prædictis ſimile habet priuilegiū Romanæ, vt 65. diſt. quoniam &c. mos antiquus.

b ¶ Priuſquam.] Sic ergo aliqua eccleſia priuatur iure ſuo ſine culpa ſua, & hoc fit quandoque propter fauorē, quandoque propter odium. Propter fauorē multipliciter. vno modo vt hic: alio modo fauore ſacerdotij, vt 54. diſt. frequens. Et alio modo propter vim cōſecrationis, vt 14. q. 6. comperimus. Quandoq; propter fauorem religionis, vt extra de ecc. ædi. ad audiētiā 2. Quādoq; propter ſcādalū, vt extra de cleri. ægro. tua. Quandoque propter defectū ſacramēti, vt 34. diſt. ſi cuius. Item propter odiū alterius, vt 70. diſt. neminē. 16. q. 7. decernimus. Propter paupertatē. 10. q. 3. c. vnico. Itē propter ordines, vt diſ. 54 frequēs. Aliàs regulare eſt, quod nemo ſine culpa ſua priuādus eſt iure ſuo, vt 16. q. 7. inuentum. & 56. diſt. ſatis peruerſum 1. Hic nōt habere locum diſtinctio, quòd quandoque perditur priuilegiū propter fauorē, vt hic. quandoque propter enorme damnum, vt extra de deci. ſuggeſtū. quandoque propter abuſum. 11. q. 3. priuilegiū. quandoq; propter delictum. 25. q. 2. ita nos. quandoque propter negligētiā. ff. de nūdinis. l. 1. quandoque propter contrarium factum. extra de priui. ſi de terra. & c. accedentibus. Et not quod licet quis ſine culpa perdat priuilegium, [2] numquā tamen ſine cauſa. extra vt lite non conteſt. quoniam frequenter, §. porro. vnde verſus:

Paupertas, odium, vitium, fauor, & ſcelus, & ordo,
Perſonas ſpoliant & loca iure ſuo.

c Diffinimus.] ¶ Ac Hieroſolymorum.] Sunt & alij [3] patriarchæ, vt Bituricen. Aquilegien. vt 9. q. 3. cōqueſtus. & c. nunc vero, ij. 32. diſt. erubeſcant.

Breuiter.] Hæc diſtin. diuiditur in ſex partes, in quarum prima ponit quid iuris ſit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi, [Epiſcopi vero.] Tertia ibi, [His igitur.] Quarta ibi, [Dalmaticis.] Quinta ibi. [Quæritur.] Sexta ibi. [Subdiaconus.]

Casvs Supra oſtenſum eſt quæ differentia ſit inter eccleſiaſtica officia, & miniſtros eccleſiæ in illo cap. cleros. In hac vero 23. diſt. oſtenditur qualiter quiſque debet ordinari à ſummo vſque ad vltimum gradum.

d ¶ Breuiter.] In hac diſt. 23. oſtenditur qualiter ſinguli ordines

Appellatio poteſt ad Papam omiſſo medio interponi.

Iure ſuo multis modis quis priuatur.

[2] De hoc etiam no. extra de priui. antiqua. Arch.

[3] Scilicet qui patriarchalibus ſedibus præſident, vt Piſanus, Bituricēſis, Grādēſis. nam plures debent eſſe qui in capite cuiuſque prouinciæ, &c. 99. diſt. c. 1. ſecundum Hug.

accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit ſubmoueri?

Item ex vi. ſynodo ſub Iuſtiniano congregata, c. 36.

¶ Conſtantinopolitana eccleſia ſecundum à Romana obtinet locum. C. VI.

Renouantes a ſancti Conſtantinopolitani decreta concilij, petimus †, vt Conſtantinopolitana ſedes ſimilia a priuilegia, quæ ſuperior β Roma habet, accipiat; nec nō γ in eccleſiaſticis rebus magnificetur vt illa: ſed hæc ſecūda poſt illā exiſtens, prius quàm b Alexandrina ſedes numeretur; deinde Antiochena, & poſt eam Hieroſolymitana.

† ὁρίζομεν, id eſt, ſtatuimus

α ¶ Renouantes.] *Hic agitur de quinto illo canone primæ ſynodi Conſtantinopolitanæ, de quo ſupra ead. c. Conſtantinopolitanæ. dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui ſextæ ſynodo tribuuntur, videnda eſt notatio ad c. ſextam. ſupra 16. diſt.*

β ¶ Superior.] *Ita habetur in aliquot vetuſtis exemplaribus: nam in vulgatis erat,* inferior, *græce eſt,* τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, *id eſt* antiquioris vel ſenioris Romæ, *vt infra c. proximo. Omnino autem caput hoc longe breuius eſt in hac verſione, quàm in græco exemplari, vno tantum loco copioſius, quòd Antiochenam numerat ſedem, cuius in græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶ Nec non.] *ſic emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & græco; antea enim legebatur,* non tamen.

Hinc datur intelligi, quòd Alexandrina eccleſia de ſecunda facta ſit tertia, & Antiochena de tertia ſit quarta, niſi forte quis duas contendat eſſe ſecundas, vt Conſtantinopolitanam, & Alexandrinam parem ſuæ dignitatis velit locum obtinere.

Vnde in viij. ſynodo habita ſub Hadriano Papa ij. can. 21.

¶ Quæ Patriarchalium ſedium primum, vel deinceps teneat locum. C. VII.

Diffinimus neminē prorſus mundi potentū, quemquam deorū, qui Patriarchalibus præſunt ſedibus, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare; ſed omni reuerētia, & honore dignos iudicare, præcipue quidē ſanctiſsimū Papā ſenioris Romæ, deinceps autem Conſtantinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexandriæ, ac Antiochiæ, ac Hieroſolymorum c.

Deus dedit p. 3. Anſ. l. 2. c. 72.

DISTINCTIO XXIII.

Breuiter d quæ inter eccleſiaſtica officia ſit differentia, monſtrauimus. Nunc à ſum-

ordines ſunt cõferendi. Et primo oſtendit qualiter debet Papa eligi & ordinari 1. Secundo qualiter ordinandus in epiſcopum debeat examinari 2. Tertio qualiter epiſcopus, & alij inferiores ſint ordinandi 3. Quarto annotat de habitu clericorum, & quòd moniales non debent ſix, ordinandi Rom. Eccl. ſi inthroniʒari non poteſt. In tertia parte, quę incipit ibi, [Quòd ſi quis cõtra hoc.] maledicitur ei qui contra hoc decretum fuerit ordinatus, cum ſuis fautoribus, pœna depoſitionis adiuncta; & benedicitur omnibus obſeruatorib⁹. Et no. quòd ab illo verbo, [Nouit beatitudo,] vſque in finem, ſunt verba Nicolai.

mo incipientes, & vſque ad vltimũ gradum deſcendentes, qualiter quiſque eorum debeat ordinari, ſanctorum auctoritatibus oſtendamus.

Vnde Nicolaus Papa 2. in conc. Lateranenſi.

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione ſummi Pontificis. C. I.

IN nomine [a] Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Anno ab incarnatione eiuſdem M L I X. menſe Aprili, indictione [b] xij. propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, preſidente quoque reuerendiſsimo †, ac beatiſsimo Nicolao Apoſtolico Papa in baſilica Lateranenſis Patriarchij [c], quæ cognominatur Conſtantiniana, cõſidentibus etiã reuerendiſſimis epiſcopis abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apoſtolica decernens de electione ſummi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo veſtra dilectiſsimi fratres, & coepiſcopi, inferiora quoque membra Chriſti non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædeceſſore noſtro, hæc Apoſtolica ſedes, cui auctore Deo, deſeruio, quot aduerſa pertulerit, quot denique per ſimoniacæ hæreſis trapezitas [d] repetitis malleis, crebriſque tunſionibus ſubiacuerit; adeo [e], vt columna Dei viuentis iam iam pene videretur concuſſa nutare, & ſagena ſummi piſcatoris procellis intumeſcentibus cogeretur in naufragij profunda ſubmergi. Vnde, ſi placet fraternitati veſtræ, debemus, auxiliante Deo, futuris caſibus [f] prudenter occurrere; & eccleſiaſtico ſtatui, ne recidiua † (quod abſit) mala præualeant, præcauere. Quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum, aliorumque ſanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque ſtatuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuerſalis eccleſiæ Pontifice, in primis Cardinales epiſcopi diligentiſsime ſimul de electione tractantes [g], mox Chriſti † clericos Cardinales adhibeant: ſicque reliquus clerus, & populus ad conſenſum nouæ electionis accedat; nimirum præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et ideo religioſiſsimi [h] viri præduces [i] ſint in promouenda Pontificis electione; reliqui autem ſequaces. Certus vero, atque

Pān. l. 5. c. 1.

† al. reuerentiſsimo

† al. redimiua

† al. epiſcopi

¶ Caſus §. ſeq. per ſe patet.

a ¶ In nomine.] hęc ſunt verba notarij vſq; ibi, [Nouit beatitudo.]

ADDITIO. Sic 8. q. 3. Artaldus. 16. q. 1. hinc eſt etiam. & 1. quæſt. 7. conuenientibus. arg.

b ¶ Indictione.] indictio dicitur ſpatiũ trium luſtrorum.

c ¶ Patriarchij.] in quo Papa reſidet.

d ¶ Trapezitas.] id eſt, campſores.

e ¶ Adeo.] Hic tangitur latenter quod legitur in chronicis, q̃ Benedictus x. qui ſucceſſit Stephano, electus eſt de pontificatu, & factus eſt Papa Ioannes Sabinen. epiſcopus pro pecunia 4: cui impoſitũ eſt nomen Silueſter, & iſte etiam deiectus eſt. & deinde reparatus, & reſtitutus eſt Benedictus, & iterum electus eſt Benedict⁹, & datus papatus Ioanni archipresbytero ante portam Latinam, cui impoſitum eſt nomẽ Gregorius: & hic ab Henrico Imperatore eſt depoſitus, & vltra montes tranſlatus eſt. hoc totum vno anno factum eſt, & propter hoc datum fuit priuilegium Henrico de quo hic fit mentio.

f ¶ Futuris caſibus.] No. ad cautelam futurorum aliquid ſtatui, vt 63. diſt. cum Hadrianus. & 12. q. 7. conuenientibus. ſ. hoc. ſi quis domum. §. 2. argum. contra, quia non imputatur alicui ſi non damnauit eccleſia, vt extra, vt eccle. benefi. vt noſtrum, & ff. ad leg. Aquil. l. ſi putator.

g ¶ Tractantes.] Videtur, q̃ electionem ſemper debet pcedere tractatus: alioquin electio nulla eſt; ſicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q. 2. ſine. lo. q̃ hodie expreſſum eſt extra de electio. in Geneſi. & ca. quia propter. B.

h ¶ Religioſiſſimi.] id eſt, epiſcopi Cardinales.

i ¶ Præduces.] ĩ. diſtinct. 89. c. 1. contra. Sed hic dixit, præduces, non reſpectu Cardinalium, ſed aliorum clericorum. Vel religioſos appellat hic epiſcopos Cardinales.

Multiplex Papę mutatio.

4 Nũquid iſte ſic electus, poſſet accuſari de ſimonia? arg. q̃ ſic 79. diſt. ſi quis pecunia. vbi de hoc ĩ. ead. diſt. c. 1.

5 Electiõem tractatus præcedere debet.

6 Et no. q̃ hinc et colligit, q̃ clerici prius deberẽt in aliquẽ conſentire, & poſtea alijs religioſis viris vel laicis tenuitate. Lali.

debent contingere ſacra vaſa.

IN nomine Domini.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba notarij. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Nouit beatitudo.], dicit Nicolaus, q̃ mortuo Stephano Papa, eccleſia multas paſſa fuit tribulationes, & iniurias. & ideo volens futuris caſibus prouidere, ſtatuit, vt quoties mortuo Papa electio de ſucceſſore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi ſunt, qui debent eligere vnum de ſe ipſis, ſi ibi idoneus inueniatur: alioquin de alia eccleſia eligatur, & conſecrabitur à Cardinalibus, ſicut archiepiſcopi cum epiſcopis ſuis conſecrant, & confirmant epiſcopos: & hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in neceſſitate, & ex ſola electione habeat poteſtatem diſponẽdi de rebus eccleſiæ

Cōſecrans eſt inferior cōſecrato.

a ¶ Legitimus.] id eſt, canonicus.
b ¶ Nulla.] diſt. 62. c. 1.
c ¶ Funguntur.] non tamen ideo ſunt maiores Papa; quia conſecrant eum; quia ſuffraganei conſecrant metropolitanum, non tñ ideo ſunt maiores, vt 66. diſt. c. 2.

vt extra de elect. noſti. niſi ſint archiepiſcopi tranſmontani: extra de elec. q. ſicut. Vel niſi ſint exēpti, qui ſi vltramontani ſunt, ſtatim poſſunt adminiſtrare, vt extra de elect. nihil. ſed certe videtur, q. in omnibus idem iuris eſt, vt ſi electus non poſſit intrare poſſeſſionem rei ad quam

legitimus [a] hic electionis ordo perpenditur: ſi perſpectis diuerſorum Patrum regulis, ſiue geſtis, etiā illa beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententia recolatur: [Nulla [b], inquit, ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati.] Quia vero ſedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarū præfertur eccleſijs, atque ideo ſuper ſe metropolitanum habere non poteſt; Cardinales epiſcopi proculdubio metropolitani vice funguntur [c]; qui videlicet electum epiſcopū ad Apoſtolici culminis apicem prouehāt. Eligatur autem de ipſius eccleſiæ gremio [d], ſi reperitur idoneus; vel ſi de ipſa non inuenitur, ex alia aſſumatur; ſaluo debito honore, & reuerentia dilecti filij noſtri Hērici; qui in præſentiarū Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente, ſperatur; ſicut iam ſibi conceſſimus; & ſucceſſoribus illius, qui ab hac Apoſtolica ſede perſonaliter hoc [e] ius impetrauerint. Quòd ſi prauorum, atque iniquorum hominum ita peruerſitas inualuerit, vt pura, ſincera, atque gratuita fieri in vrbe [f] non poſſit electio; Cardinales epiſcopi cum religioſis clericis, catholiciſque laicis, licet [g] paucis; ius poteſtatis obtineant, eligere Apoſtolicæ ſedis Pontificē, vbi congruere viderint. Plane, poſtquā electio fuerit facta, ſi bellica tempeſtas, vel qualiſcumque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, vt is, qui electus eſt, in Apoſtolica ſede iuxta conſuetudinem inthronizari nō valeat: electus tamen, ſicut verus Papa, obtineat auctoritatē regendi Romanā eccleſiā, & diſponendi [h] omnes facultates illius: quod beatū Gregoriū ante ſuam conſecrationē feciſſe cognouimus. Quòd, ſi quis contra hoc noſtrum decretum ſynodali ſententia promulgatum, per ſeditionē, vel præſumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, ſeu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum ſuis auctoribus, fautoribus, & ſequacibus à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſeparatus abijciatur, ſicut Antichriſtus, inuaſor, & deſtructor totius Chriſtianitatis: nec aliqua † ſuper hoc ei audientia [i] reſeruetur: ſed ab omni eccleſiaſtico gradu, in quocumque fuerat prius, ſine retractatione deponatur: cui quiſquis adhæſerit; vel qualemcumque tanquā Pontifici reuerētiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præſumpſerit, pari ſententia † ſit mancipatus. Quiſquis autem huius noſtræ † decretalis ſententiæ

7. diſt. 62. nulla ratio.

† al. aliquando

† al. ſententiæ
† al. noſtri

Papa an poſſit eſſe qs nō idoneus.

d ¶ Gremio.] Ergo aliquis in Romana eccle. poteſt eſſe nō idoneus ad papatum, & ſic eſt contra 21. diſt. quamuis. in fi. vbi dr, q. ibi non eſt macula, nec ruga, ſed bene poteſt eſſe, q. omnes ſunt ſancti, non tamen omnes ſunt idonei ad papatum, vel quia ſunt corpore vitiati, vel aliud habēt impedimentum. Itē habes hic, q. ſemper de clericis ipſius eccleſiæ eligendus eſt prælatus, ſi ibi eſt idoneus, vt 61. diſt. nullus. & c. obitū. & 63. diſt. metropolitano. idem in abbate, vt 18. q. 2. quàm ſit 1. & tunc ſufficit, q. ſit bonus 2. ſed ſi de altera eccleſia eligit̃, requirit̃ q. ſit optimus, vt dicūt quidam, & eſt arg. ad hoc ff. de tutori. & curatori. diuus. De hac materia plene inuenies 8. q. 1. licet Ioan. & tamen tali iuri poteſt renuntiari. vnde ſi maior pars capituli eligat de alia eccleſia, valebit electio. extra de electio. cū nobis olim. & cap. cum inter canonicos. & cap. in cauſis. licet Ioan. dixerit contra. & ſufficit etiā tunc, quòd ſit bonus, vt in prædi. decreta. cū nobis. B.

Eligendus an debeat eſſe de gremio eccleſiæ.

1 Et cap. Abbatē. 22. Arch.

2 Ad hoc extra de elect. cū nobis olim, immo ſufficit ne malus exiſtat, vt 16. q. ſi. monaſterium.

e ¶ Perſonaliter hoc.] Ex his verbis apparet perſonale priuilegiū hoc fuiſſe: & ideo ad alios non prorogari. ff. de cenſi. ætatem. & 7. q. 1. ſpecuſti. & 16. q. 1. hinc etiam.

Electio ſi ſit in loco non determinato nulla eſt.

f ¶ Fieri in vrbe.] Semper enī ibi faciēda eſt ordinatio, & examinatio clericorū, vt 24. diſt. qñ. & ſi alibi fit electio, quàm in loco ad hoc determinato, electio eſt nulla, vt extra de elect. venerabilē. niſi ſubſit cauſa, vt hic dicitur, & 63. diſt. quanto. & extra de elect. bonæ memoriæ.

Elect⁹ ante cōfirmationē nō adminiſtrat.

ADDITIO. Nā duæ partes Cardinaliū ſemp debēt adeſſe. extra de elec. licet. niſi ſint valde remoti. Io. de Fan.
g ¶ Laicis licet.] hoc tantum ad laicos refertur.
h ¶ Et diſponendi.] In alijs prælatis ſecus eſt, nā illi ante confirmationem; non habent ius adminiſtrandi;

3 Supra

quam eſt electus, nihilominus pro poſſeſſore eſt habendus, vt 92. diſtin. ſi quis epiſcopus. & extra de reſtitu. ſpolia. ſæpe. ſed illa cap. loquuntur quando impeditur per aduerſarium: ſecus poſſet dici quando impedimentum eſt in ſeipſo: puta quia nondum eſt conſecratus. extra de do. & contu. contingit.
i ¶ Audientia.] Hic habes caſum vbi alicui denegatur audientia, ſcilicet in caſu inuaſionis; & 3. q. 1. §. patet. Item

Item & in caſu ſchiſmatis, vt 23. quæſt. 5. non vos. Item cũ quis recipit eccleſiã de manu laici. vt 16. q. 7. ſi quis deinceps. Item cum quis excõicat ſuum maiorem, vt 21. diſt. inſtantum. vnde vi q. ſpoliatus pro aliquo iſto, rũ caſuũ non poſſit petere reſtitutioné, ex quo ei denegatur.

maledictorum duo ſunt genera. 24. q. 3. cum ſanct. EPISCOPI VERO. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua ponit quę ſunt quærenda in epiſcopo tempore conſecrationis. Ioan. de Fan.

¶ Caſus huius §. per ſe patet.

temerator extiterit, & Romanam eccleſiam ſua præſumptione confundere, & conturbare cõtra hoc ſtatutũ tentauerit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non reſurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram contra ſe ſentiat, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli (quorum eccleſiam præſumit confundere) in hac vita, & in futura furorem [a] ſentiat: fiat habitatio eius deſerta, & in tabernaculis eius non ſit qui inhabitet: fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipſe, & filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus ſuis: ſcrutetur fœnerator omnẽ ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa [b] ſint ei contraria, & omnium ſanctorum quieſcentium merita illũ confundant [c]: & in hac vita ſuper eum apertã vindictã oſtendant [d]. Obſeruatores autem huius noſtri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli ab omnium peccatorũ vinculis abſoluat.

Pſal. 1. — *Pſal. 68.* — *Pſal. 108.* — *Sap. 5.*

¶ Huius decreti integrum exemplum eſt in vetuſtiſſimo libro Abbatiæ monaſterij Farfenſis litteris Longobardicis ante annos pene quingentos ſcripto, & alibi.

z Epiſcopi vero, & ceteri ordines infra conſtituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginenſis concilij quarti, c. 1 cui interfuit Auguſtinus tempore Honorij Auguſti, oſtendamus; ab eorum examinatione incipientes.

¶ Quomodo ſit examinandus, qui in epiſcopum eligitur. C. II.

Ordo Romanus pag 95. Burch. l. 1. c. 8. Iuo par. 5. c. 61. Polyc. l. 2. tit. 9.

QVi epiſcopus ordinandus [e] eſt, antea examinetur [f], ſi natura ſit prudens, ſi docibilis [g], ſi moribus temperatus [h], ſi vita [i] caſtus, ſi ſobrius, ſi ſemper ſuis negotijs cauens [k], ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi litteratus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exercitatus; & ante omnia, ſi fidei documenta [l] verbis ſimplicibus [m] aſſerat [n], id eſt, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum vnum Deum eſſe confirmans, totamque Trinitatis deitatem coeſſentialem, & conſubſtantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans; ſi ſingulas † quaſque in Trinitate perſonas plenum Deum, & totas tres perſonas vnum Deum; ſi

† al. ſingulam quamque perſonam.

QVi epiſcopus.] CASVS. In hoc c. oſtenditur quot & quæ ab electo in epiſcopum & confirmãdo ſint quærenda tẽpore conſecrationis: in quibus ſi inueniatur inſtructus, ab omnibus epiſcopis conſecretur præſente archiepiſcopo, vel auctoritaté præſtante.

e ¶ Ordinandus] id eſt cõſecrandus: quia tunc eſt ſcrutinium faciendum.

f ¶ Examinetur.] Iſta examinatio non eſt facienda, niſi circa ignotos ȷ. 47. diſt. de Petro. & 94. diſt. valde. & hoc verum eſt de ſcrutinio electionis: niſi forte ſummatim etiam circa notũ quæreretur de modo eligendi, & de ijs quæ habes extra de elect. cum in cunctis. Scrutinium autem quod fit in cõſecrando, illud numquã eſt omittendũ, etiã circa notũ, vt hic, & 65. diſ. c. 1. 2. & 3. & 75. diſt. c. 1. immo repellitur, & ſi in vno deficiat. 38. diſt. quæ ipſis.

g ¶ Si docibilis.] Melius diceretur, docilis qa homo eſt docilis & doctrinalis, liber docibilis: quãdoque tamen ponitur vnũ pro alio, vt hic: & Ioan. in Euang. Et erunt omnes docibiles Dei. debet autem rationẽ reddere omni poſcenti. 36. diſt. c. qui eccleſi. §. ecce.

h ¶ Temperatus.] ȷ. 11. q. 3. illa præpoſitorum.

i ¶ Vita.] infra. diſt. 53. legem.

Conſecrandus an ſit ante examinandus.

¶ Arg. ad hoc ȷ. diſt. prox. nullus. vbi de hoc.

Docilis & docibilis differunt.

gatur audientia. Ar. § extra de reſti. ſpol. in litteris. Ioã. Sol. quilibet ſpoliatus reſtitui debet, niſi ſpoliatus ſit à iudice iuſta de cauſa, vt extra de reſcri. dilectus 1. & niſi in caſibus exceptis. vt extra de reſti. ſpol. litteras, &c. ex tranſmiſſa. 3. q. 1. in ſumma. nec excommunicatus directe poterit reſtitutionem petere a, vt extra de except. cum inter. 3. q. 1. in ſumma. vbi de hoc. Ber.

a ¶ Furorem.] id eſt, vindictam.

b ¶ Elementa.] id eſt, ſiue ſit in terra, ſiue in aqua, puniatur.

c ¶ Confundant.] id eſt, à confuſione non liberentur.

d ¶ Oſtendant.] Nec peccauit iſte maledicendo: quia

k ¶ Cauens.] Nam propter ſimplicitaté repellitur quis, vt 39. diſt. Petrus. ſed iam promotus non deponitur: ſed ei coadiutor datur. 7. q. 1. quia frater noſter.

l ¶ Fidei documenta.] id eſt, fidem.

m ¶ Simplicibus.] id eſt, apertis non implicitis. extra de ſum. trin. firmiter. & 8. diſt. 4. erit autem. non inuſitatis 4. ȷ. diſt. 36. illiteratos. melius 37. diſt. relatum. argu. ad teſtes repellendos. arg. 4. q. 3. ſi teſtes. §. item in teſtibus. arg. contra inſtrumenta.

n ¶ Aſſerat.] Profiteri debet q obſeruabit patrum regulas. in Authen. quomodo oportet epiſcopos. §. ad nos ergo, circa princ. coll. 1.

¶ Vñ Apoſtolus ad Timo. profanas vocũ nouitate. deuita. Io. de Fan.

incarnationem diuinam non in patre, neque in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipſe fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris viſceribus habens, & animam humanam rationalem, ſimulque in eo veritas vtriuſque naturæ, idem Deus & homo, vna perſona, vnus filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus creator omnium, quæ ſunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & ſpiritu ſancto, omnium creaturarum: qui paſſus ſit vera carnis paſſione; mortuus vera corporis ſui morte; reſurrexit vera carnis ſuæ reſurrectione †, & vera animæ reſumptione; in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendũ etiam ab eo, ſi noui & veteris teſtamenti, id eſt legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum vnum eumdemque credat auctorem, & Deum: ſi diabolus non per conditionem [a], ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum etiam ab eo ſi credat huius, quam geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem; ſi credat iudicium futurum, & recepturos ſingulos pro his, quæ in carne geſſerunt, vel pœnas, vel præmia †; ſi nuptias non prohibeat †; ſi ſecunda matrimonia non damnet, ſi carnium perceptionem non culpet, ſi pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt tam illud originale contractum, quàm illa, quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittantur [b], ſi extra eccleſiam [c] catholicam nullus ſaluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plene inſtructus: tunc cum conſenſu clericorum, & laicorum [d], & conuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel præſentia ordinetur epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu; non ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed his Patrum definitionibus acquieſcat [a].

† al. receptione

† al. gloriam

† al. improbet

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statuta eccleſiaſtica, *cui ſimilem titulum toti Carthaginenſi quarto concilio eſſe præpoſitum in aliquot vetuſtis codicibus teſtantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

a ¶ Acquieſcat.] *Poſt hoc verbum tam in concilio, quàm in ordine ſequitur,* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quã ſancti Patres in præeligendis epiſcopis conſtituerunt.

Item Iſidorus de eccleſiaſticis officijs, lib. 2. c. 2.

Item Iſidorus de eccleſiaſticis officijs, lib. 2. c. 2. C. III.

¶ Qualis eſſe debeat clericorum conuerſatio.

Refertur in concilio Moguntino primo c. 10.

3 HIs igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita ſeclusi à mundi voluptatibus ſe ſe abſtineant; non ſpectaculis [e], non pompis interſint; conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica [f], ſed & ſobria colant; vſuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorũ, fraudiſque cuiuſquam ſtudium appetãt; amo-

a ¶ Non per conditionem.] id eſt, per creationem ſ. Vult n. dicere, q non eſt creatus malus, vt quidã dicunt, ſed ex libero arbitrio factus eſt malus, immo adhuc habet liberum arbitriũ, ſed illud eſt ad malũ tantũ: alioquin, ſi non haberet liberum arbitriũ, nõ demereretur. 15. q. 1. vaſis iræ. imo quotidie fit [e] peior. ſimiliter angelus habet liberum arbitriũ, ſed illud eſt tãtũ ad bonũ. & p id quotidie meretur, & fit melior. homo habet liberũ arbitriũ æque ad bonum & ad malum, vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

b ¶ Dimittantur.] id eſt, dimiſſa oſtẽdantur. nã per contritionẽ dimittuntur adulti peccata. nõ per baptiſmũ. 2. aut. n. adultus accedit ad baptiſmum cum charitate, aut non: ſi cũ charitate, iam nullũ in eo eſt peccatũ, vt legitur de Centurione, vt 26. diſ. deinde. & de conſec. diſt. 4. non dubito. ſi ſine charitate, nullũ peccatũ ei dimittit. de conſe. diſt. 4. oſtenditur. Dimittuntur tñ ſatisfactiones, quas p peccatis facere debet. vt de cõſe. diſt. 4. ſine pœnitentia. Itẽ & originalia dimittũtur p baptiſmũ adultis, ſed nullum mortale, ſi non habet charitatem. 1. q. 1. vide.

c ¶ Extra eccleſiam.] 1. q. 1. extra eccleſiam catholicam, & cap. ex eccleſia.

d ¶ Et laicorum.] Sed quare hic poſt examinationẽ requirit conſenſus clericorũ & laicorum? qui enim electioni conſẽſit, poſtea electo nihil obijcere põt, vt 8. q. 2. dilectiſſimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tẽpore cõſecrationis: nec aliud vult dicere, niſi q cõſecrari debet, ſi ita eſt, q oẽs conſenſerint in eũ. Item patet hic, q laici poſſunt contradicere electioni, vt dicãt ſ. cap. illud. &c.

His igitur.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua oſtendit Iſidorus qualiter clerici debeãt viuere, & quæ vitare, & quæ obſeruare debent, vt doctrinæ gratiam poſſint populis miniſtrare. Io. de Fan. & P. & hæc ſint loco caſtæ.

e ¶ Non ſpectaculis.] vbi turpes ludi exercentur, vt ſ. de conſecr. diſt. 2. non oportet & 34. diſt. presbyteri.

f ¶ Pudica.] id eſt continentia quo ad ſermones laſciuos ſ., & quotidie eſurire debent, & eſſe cum vacuo ventre, vt ſ. de conſe. diſt. 5. ſi ſint tibi,

t Sub. non neceſſitatẽ.

* *Nec diabolus ſit peior, nec Angelus melior ſine quorum meritum vel demeritum augetur, niſi quo ad pœnam, vel præmium accidentale: Vide B. Thom. 4. diſtin. 50. ar. 1 q. 6. et 1. pa. q. 62. art. 9.*

* *Per ſacramentũ ex attrito quis fit cõtritus, ideo dimittuntur peccata nõ tantum oſtenduntur dimiſſa. Vide B. Tho. 4. diſt. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad primum. & diſt. 6. q. 1. ar. 3. q. 1. ad quintum, & 1. pa. q. 69. ar. 4. ad ſecũdum.*

2 Sed remanet inquiritur ipſa, i. [illegible] omnes peccata [illegible] pœn. [illegible] diſt. 4. c. ille [illegible] ex. & [illegible] quod [illegible] & [illegible] de cõſ. [illegible] c. 4. c. 2. & [illegible] non ex [illegible] Arch. [illegible] lectioni [illegible] dicere.

a ¶ Pœnit.]

a ¶ Pecuniæ.] Diuitiæ tamen non ſunt abijciendi cum bonis operibus. 40. diſt. hæc autem ſcripſimus.

b ¶ Pro beneficijs.] & pro ſacramentis eccleſiaſticis, quæ dicuntur medicinæ: quia ſanant vulnera peccatorum. 13. q. 2. animæ. Ioan. Fan. dixit in omnibus ſacramentis

Simonia omni ſacramento committi-

mentis committi ſimoniam, niſi in matrimonio, ideo forte quia ibi non confertur gratia ſpiritus ſancti, vt 32. q. 2. connubia. ſed in alijs ſacramentis confertur, vt 1. q. 1. quidquid inuiſibilis. Greg. dixit, quod ibi committitur ſimonia, cum ſit maius inter ſacramenta, vt dixi 32. q. 2. honorantur.

c ¶ Frequentationem.] Nota ſolam frequentationem prohiberi. ex eo enim quod frequenter fit, præſumitur quod male fiat, vt 81. diſt. clericus, & ſi quiſpiam. & volumus. & 32. diſt. hoſpitiolum.

d ¶ Senioribus.] id eſt, prælatis.

e ¶ Exercitio.] j. de conſec. diſt. 5. numquam.

rem pecuniæ [a], quaſi materiem cunctorum criminum fugiant, & ſecularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones nõ ſubeant: pro beneficijs [b] medicinæ Dei, munera nõ accipiant; dolos, & coniurationes caueant: odiũ, æmulationẽ, obtrectationẽ, atque inuidiã fugiant: non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † geſtu incedant; ſed pudorem, & verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant: obſcœnitatẽ etiam verborum ſicut & operum penitus execrentur: viduarũ, & virginum frequentationem [c] † fugiant; contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant; caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; ſenioribus [d] quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollãt: poſtremo doctrinæ lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio [e] iugiter † incumbant. Tales enim debent eſſe qui diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudent exhibere; ſcilicet, vt dũ ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

† al. tumidoque greſſu

† al. viſitationes frequentiſſimas

† al. iugi

Idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epiſt. 2.

¶ Qui digne ſacramenta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum. C. IIII.

Poly. l. 4. tit. 31.

TAles ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſint Dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quàm multos [f] inutiles, qui onus graue [g] ordinatori adducant.

Et in cõc. Afri. c. 17.

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 40.

¶ Si electo in epiſcopum aliqua obijciuntur, quinq. vel ſex epiſcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

Poly. l. 2. tit. 8. Anſ. l. 6. c. 55. Burch. l. 1. c. 6. Iuo p. 5. c. 60.

ILlud [h] ſtatuendũ eſt, vt quando ad eligendũ [i] epiſcopũ conuenerimus; ſi qua contradictio fuerit obotra [k], (quia ſæpe talia facta ſunt apud nos) nõ præſumãt ad purgãdũ [l]

TAles.] Casvs. Quidam epiſcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes, promouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicẽs quod melius eſt habere paucos & bonos, quàm multos & inutiles; qui graue onus ordinatori afferant.

f ¶ Multos.] Multitudo enim aliquos facit magis viles, vt 93. diſt. legimus. & multitudo eſt canonibus inimica, vt extra de præben. quia infantiam. & multitudo oneroſa nihil habet honeſti, vt in Auth. de referendarijs. in fi. coll. 2. Item eſt hic arg. contra illos, qui allegãt multa. de conſec. diſt. 5. non mediocriter. 24. q. 1. odi, & proiecit. nam vulius eſt pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. tanta. §. ſi quid autem.

g ¶ Graue.] Qui ex certa ſcientia indignũ ordinat, aut deponitur, aut priuatur poteſtate ordinãdi 1, vt 50. diſt. ex pœnitentibus. & 51. diſt. aliquantos.

1 De hac materia legit, & not. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & ibi dicam. Arch.

ILlud.] Casvs. Quidam epiſcopi conueniunt ad epiſcopum cõſecrandũ in ſcrutinio. cõtradicunt quidã ne cõſecretur, & crimina obijciente: deficiunt in probatione. cogitur clericus ad purgationem propter infamiã: quærebatur per quot vel vbi debeat fieri purgatio? reſpon. quod non tantum cum tribus, ſed cum quinque vel ſex debet ſe purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipſe eſt præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Poteſt & alio modo poni caſus. Quidã epiſcopi cõuenerunt ad conſecrandũ epiſcopum. cõtradicitur ei, nõ debet ordinari niſi de cauſa cognoſcatur. ſed de cauſa illa cum ſit criminalis, nõ debent cognoſcere pauciores quàm ſex epi. & ſi tres conueniant, addant tres: ſi quattuor, addãtur duo; & tunc ſi accuſator deficiat, ille ſe purget publice, & poſtea ordinetur.

h ¶ Illud.] Si electo conſecrando obijcitur crimen, non eſt cõſecrandus ante cauſæ examinationem, & ſi prius venerant quattuor epiſcopi ad conſecrationem, adhuc veniant duo: & ſi ante venerant tres, veniant adhuc alij tres ad audiendam cauſam criminis obiecti. & ſecundum hoc exponas, eligendum, id eſt, conſecrandum 2. & expone, purgandum, id eſt, examinandum. & ita intellige, quod hic obijciebatur crimen in modũ accuſationis. nam ſi eſſet obiectum in modum exceptionis, non viderẽtur neceſſarij tot epi, cũ cauſa illa poſſet experiri per procuratorem, vt extra de accu. ſuper his. & ſic patet quod metropolitanus poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, licet non poſſit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur ſe purgare. Dic vt 3. q. 6. c. quãuis. & c. accuſatus.

2 Sub. & ſic tenetur. ſic improprie exponitur eligere, id eſt, confirmare. 7. q. 1. remota. & eligere. i. cõſecrare. 8. q. 1. epiſcopo. in fi. ſecundum Hug. & Io. de Fan.

i ¶ Ad eligendum.] id eſt, conſecrandum.

k ¶ Oborta.] id eſt, quod obijcitur crimen ei.

l ¶ Ad purgandum.] id eſt, examinandum.

a ¶ Tres.]qui ſoli poſſent conſecrare eum:ſed ipſi non poſſunt audire cauſam criminalem.
b ¶ Tantū.]ſcilicet accedere.aliàs eſt in textu,accedere.
c ¶ Et in eadem.]Ibi enim melius poteſt inquiri de crimine,vbi aliquis conuerſatus eſt,vt 24.q.1. pudenda. extra de elect. poſtquam.
d ¶ Plebe.]Not arg. q̃ laici admittuntur ad accuſandum electum.vt 5.ca.qui epiſcopus.in fin.61.diſt. ſtudij. 63. diſt. vota. nam eps debet habere bonū teſtimoniū ab his qui foris ſunt, vt 8. q.1. licet. & de conſe.diſ.1.iubemus. Itē q̃a intereſt ipſorum,vt extra de teſti. ca.decetero.& eſt arg. ad hoc extra de teſti. ex pte Ad.z.& in Authē.de ſan.epi.§.ſi q̃s aūt. coll.9. & eſt arg. ad hoc 81.diſt.Maximianus.arg.ɔ̃ 28.diſt. cōſulendū.vbi etiam ad denuntiationē nō admittuntur laici, ſi malo zelo ducantur. Itē, ſi ideo dicis admittendos laicos, q̃a ipſorū intereſt, ergo ſiue ſint bonæ famæ ſiue malæ admittunť q̃a nullus remouetť ab accuſatione, qui ſuam iniuriā pſequitur,vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretū,q̃ laici infames non admittunť ad accuſationē clericorū 1,vt 2.q.7.accuſatio. Poteſt hic dici, q̃ hic loquitť cū ciuiliter agit,& in eo caſu quilibet admittitur, etiam femina, vt extra de teſt. cum litteris. Si quæris quare ergo tot epi conuocantur, cum ciuiliter agitur?Reſpon.quia agitur de crimine,licet non criminaliter.Vnde oportet etiā inſcribi ad pœnam extraordinariam,vt extra de accu.ſuper his.Et eſt argu.ad hoc 3.q. 6. hæc quippe. vbi xij.epiſcopi requiruntur,& tamen ibi ciuiliter agitur,vt videtur.

Eleſtū laici poſſunt accuſare.

1 Præterea ex hoc ſequeretur, q̃ ſiue iſte electus malæ famę fuerit,ſiue nō: ſemper admittuntur laici per illud c. omnibus. q̃d tamen falſum eſt, 2. q. 1. in primis.ver. ſi. lo. de Fan.

eum,qui ordinandus eſt,tres [a] tantum† [b]; ſed poſtulentur ad numerum ſupradictorum duo, vel tres, & in eadem [c] plebe [d], cui ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ contradicentium:poſtremo illa etiam, quæ obijciuntur [e], pertractentur,& cum purgatus fuerit [f] ſub conſpectu publico,ita demum ordinetur. Si hoc cum veſtræ ſanctitatis animo concordat,roboretur veſtræ dignitatis† reſponſione. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Satis placet.

† *al. tantum accedere*

† *al. dignitationis*

Item ex concilio Toletano xi.c.10.

¶ Vota ſuę promiſsionis ſpondeant, quos eccleſiaſtica promouet diſciplina. C. V I.

QVamquam omnes,qui ſacris [g] mancipātur ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti;expedibile [h] tamen eſt, vt promiſsionis ſuæ vota ſub cautione [i] ſpondeant,quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica probat† diſciplina. Solet enim plus [k] timeri quod ſingulariter pollicetur,quàm quod generali ſpōſione cōcluditur. Et ideo placuit huic ſancto cōcilio, vt vnuſquiſque, qui ad eccleſiaſticos gradus eſt adſcenſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quàm placiti† [l] ſui adnotatione [m] promittat, vt fidem [n] catholicā ſincera cordis deuotione cuſtodiens, iuſte & pie viuere debeat, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem,atque obſequij reuerentiam præeminenti ſibi vnuſquiſque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictum: [Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed obedientiam,quam exigit,etiam ipſe dependat.] Pœna etiā† iuxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem,& placitis taliū

Anſel.l.7.c.88.

† *al. prouehit*

† *al.placita ſibi*

epiſt.82.ad Anaſtaſium Theſſ. epiſcopum

† *al. tamen*] orig.

e ¶ Illa quæ obijciuntur.]ſi ſint grauiora,vel non.
f ¶ Et cum purgatus fuerit.]id eſt,iudicatus innocens.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toleta.an clerici qui promouentur ad ordines, & prælaturas promittere debeant ſuis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiā præſtare.& reſpondet,q̃ quamuis ad hoc teneantur generaliter:tñ ab eis hoc exigitur expreſſe. Solet enim plus timeri, &c. & qui contra hoc promiſſum venerit,iuxta conſuetudinem,pœnam perſoluat.

g ¶ Sacris.]id eſt,eccleſiaſticis.
h ¶ Expedibile.] id eſt,iuſtum.
i ¶ Cautione.] ſcilicet iuratoria.
K ¶ Plus.] Si ergo aliquis iure communi ſe poteſt tueri 2, & priuilegio.87.diſt.quiſquis. & extra de reſcript. ca.1.arg.contra de fid.inſtr. inter.vbi dicitur,q̃ idem nō pōt dari & cōfirmari.Item arg.cōtra.C.de theſau. l.vnica.de hoc plura arg.inuenies 100.diſt.contra morē. Sed ita dicat conſilio meo.ſi quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi:& ſi hoc non eſſet,habeo ex priuilegio, vt extra de præſcrip. veniens. Item not. q̃ plus valet ſpecialis cautio,quàm generalis,vt hic,& ff.ſi quis caut. l.ſed & ſi.§.quæſitum. Item & plus ſpecialis confirmatio quàm generalis. extra de confirmatio.bonæ. Item & ſpecialis appellatio quàm generalis,vt extra de appel. ſuper eo. & ſpecialis delegatio quàm generalis,vt extra de reſcr.ad hoc. & ſpecialis ſubſcriptio quàm gñalis. ff. ad l.Corne.de fal.diuus 1.reſpon. & ſpeciale mandatū, vt extra de reſcri. c.1. & melius cap. paſtoralis. aliàs tñ plus valet generalis correctio, quàm ſpecialis, quando multitudo eſt in cauſa,23.q.4.non poteſt. & generalis petitio,vt 13.q.2.non æſtimemus. & generalis quæſtio. ff.de quæſtio.l.1.§.qui quæſtionem.
l ¶ Placiti.]id eſt, pacti.
m ¶ Adnotatione.]id eſt,ſcriptura.
n ¶ Vt fidem.]Not.q̃ quilibet clericus ſuo prælato præſtabit obedientiam,vt infra de conſecra. diſt. 5. in omnibus.& not.quòd præſtat electus ſuo maiori iuramentum de fide & canonibus ſeruandis,vt hic. de indemnitate rerum eccleſiæ ſeruanda,vt 28.diſt.de Syracuſanæ. de immoderata exactione non facienda.10.q.vlt.c.1.in fin.Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de penſionibus debitis ſoluendis. argum. extra de nou. ope.nuntia. cum ex iniuncto. extra de elect. qualiter. Item de penſionibus non augendis.argum.extra de iu. tua.Item ſuſpectus de inobedientia, iuramentum præſtat de obedientia ſeruanda. extra de maiorita.& obe. cū in eccleſijs. in fine Nec obſtat contrarium extra de maiori.& obedien.legebatur.quia ibi loquitur de iā p̃moto,& non ſuſpecto.

2 Scilicet ɔ̃ promittentē.& dic,ſolet enim,& c. q. d. ad cautelā ſit: hic enim non magis tenetť ſi ſpecialiter p̃mittatť, q̃ ſi generaliter.& q̃d dicit glo. ex priuilegio, dic iure ſpeciali, ſcilicet ex ſua promiſſione. Archid.

Specia... an ſit g... ralitat... ferenda...

Electus ... ſuperi... multa ... iuram... promi...

a ¶ Transgreſſores.] Hic habes, quòd clericus ſe poteſt obligare ſub pœna ſpirituali, & pecuniaria. ad ſpiritualem pœnam ſe poteſt obligare, ſcilicet ad pœnam depoſitionis, vel anathematis, vt 1. q. 7. quoties. de conſecr. diſt. 2. ego Berengarius. extra de elect. cum dilectus. in fin.

DEHINC. Supra oſtẽſum eſt de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione epõrum, & quales eſſe debeant epĩ, & alij clerici. Nunc vero oſtendit qualiter debeat fieri ordinatio, primo ep̃i, & poſtea cęterorũ.

EPiſcopus.] CASVS. Quando ordinatur epiſcopus, duo epiſcopi debent tenere librum Euangeliorum ſuper caput ordinandi. tertius ſuper eum fundat benedictionem: reliqui epiſcopi, qui adſunt, caput eius tangant.

† al. inferenda

inferenda †, & ab ijs, qui tranſgreſſores [a] fuerint, perſoluenda eſt.

Dehinc diſponitur, qualiter eccleſiaſtica officia ordinantur, in concilio Carthag. 4. c. 2.

Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. l. 2. tit. 9. Anſel. l. 6. c. 49. al. 55. Iuo p. 5. c. 124. Pann. l. 3. c. 18.

¶ Qualiter ordinetur epiſcopus. C. VII.

EPiſcopus, cum ordinatur, duo epiſcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem [b] ſuper caput, & ceruicem eius; & vno ſuper eum fundendo benedictionem, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant.

¶ Caſus ſequentis c. & §. per ſe planus eſt.

b ¶ Codicem.] Conſueuit quæri, an quilibet iſtorum epiſcoporum ordinet epiſcopum, & an appoſitio libri ſit de ſubſtantia conſecrationis? & poteſt dici, quod nullus ſolus eum ordinat: ſed quilibet eorum conſecrat eũ; quia conſecrare eſt cum alio ſacrare, vt 24. q. 1. pudenda. ſicut plures ferunt trabem, ita quod nullus per ſe. ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. §. 1. non autẽ credo, quod liber ſit de ſubſtantia conſecrationis.

Epiſcopus ſolus conſecrare nõ poteſt epiſcopum.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

Ex eod. concilio. c. 3. Poly. l. 2. tit. 32. Anſel. l. 7. c. 53. Iuo. par. 6. c. 12. Pann. l. 3. c. 33.

PResbyter cum ordinatur, epiſcopo eum benedicente, & manum ſuper caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput illius teneant. Sicut autem in die ſuæ ordinationis ſacerdos orario vtroque humero ambitur; ita tempore conſecrationis eodẽ orario debet vti inſtanter.

Conſecrare quid eſt.

Vnde in concilio Bracarenſi 3. c. 3. legitur.

¶ Quod quiſque accepit tempore conſecrationis ferat tempore oblationis. C. IX.

ECcleſiaſtica, & antiqua inſtitutione præfixum nouimus, vt omnis ſacerdos, cum ordinatur orario [c] vtroq. humero ambiatur, ſcilicet, vt qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & aduerſa, virtutum ſemper ornamento vtroque circumſeptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore ſacrificij non aſſumit quod ſe in ſacramento accepiſſe non dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione ſuæ ſalutis; ſcilicet, vt cum ſacerdos ad ſolemnia miſſarum accedit, aut per ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramẽtum corporis [d] & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quàm orario vtroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dinoſcitur conſecratus, ita vt de vno eodemque orario ceruicem [e] pariter, & vtrumque humerum premens ſignum in ſuo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ ſubiaceat.

† perferat] manuſcr.

ECcleſiaſtica.] CASVS. Quidã epiſcopi vel ſacerdotes cum cantabant Miſſam, non habebant orarium, id eſt, ſtolam. Quæſitum fuit in concilio Bracharen. quid iuris eſſet? Et reſpondet quod ſicut in die ſuæ ordinationis habuerũt orarium, ſic cum Miſſam cantãt, orarium teneant, quod vtrique humero attribuatur: & qui aliter fecerit, debet excommunicari. Sequens §. patet.

b ¶ Orario.] id eſt, ſtola.

b ¶ Corporis.] Not. quod ſi in ægritudine ſumit ſacerdos Euchariſtiam, circumdabit ſtola vtrumque humerum.

a Conſecrationis Euchariſtiæ. Hug.

4 *Dalmaticis autem nec epiſcopis, nec diaconis abſque Apoſtolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio epiſcopo Francorum, lib. 7. epiſt. 111.

c ¶ Ceruicem.] Si ſacerdos legit Euangeliũ, numquid vtetur ſtola ſecundum quod diaconus? Arg. quod ſic, vt 93. diſt. præcipimus. & 94. diſt. c. 1. & 2. Potius credo ſequendam conſuetudinem, vt 12. diſt. ſcit. maxime de his, quæ breuiter ſunt edita. ff. de ventre inſpicien. l. 1. §. vlt.

ſi. ſimiliter ad pecuniariam pœnam ſe poteſt obligare. 21. q. 5. ſi quis cuiuſlibet. extra de arbit. cum dilecti 1. Sed numquid pœna ſoluta poteſt agi ad obedientiam, vel ad id quod promiſſum eſt ſub pœna, vel an ſufficiat tantũ pœna eſſe contentum? De hoc dic, vt no. 25. q. 1. quæcumque.

3 DALMATICIS. Hæc eſt quarta pars vbi quæritur quid iuris de dalmaticis. Ioan. de Pan. & P.

3 Lau. & Hu. dicunt hoc nõ eſ-

ſe in iure determinatũ, & ideo ſtatur conſuetudini, aliàs crederet verum eſſe quod §. prox. dictum eſt, ſcilicet quod debet ſtolã habere vt diacon⁹. Scripſit etiã Lau. de ſubdiacono: ſtola quam portat in manu ſiniſtrã conſuetudine reperitur, nõ iure.

Loci intemperies excuſat.

¶ Abſque Apoſtolica licentia Dalmaticis, nec epiſcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

COmmunis filius [a] Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas veſtra tempore, quo hic fuit, popoſcerit, vt ſibi & archidiacono ſuo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum ſuorum infirmitate [b] compulſus feſtinanter abſceſſit, vt nec ipſe mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res deſiderata poſcebat) fineret permanere, & nos in multis implicitos, eccleſiaſticæ rationis conſideratio nouum [c] hoc inconſulte, & ſubito non permitteret indulgere; idcirco poſtulatæ rei prolongatus effectus eſt. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis noſtræ ſerie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vſu decorandos eſſe conceſſimus, eaſdemque dalmaticas dilectiſſimo filio noſtro Cyriaco abbate deferente tranſmiſimus.

Anſel. l. 6. c. 88. al. 96.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. C. XI.

DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus [d], qui eum benedicit, manum ſuper caput illius ponat; quia non ad ſacerdotium, ſed ad miniſterium conſecratur.

Ex conc. Carth. 4. c. 4. ordo Roman⁹ p. 91. col. 2 Poly. l. 2. tit. 32. Anſ. l. 7. c. 52. al. 60. Iuo par. 6. c. 13. Pann. l. 5. c. 34.

§. *Quæritur autem, an poſt benedictionem manus presbyterorũ, & diaconorũ chriſmatis liquore debeant perungi. De his ita ſcribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiſcopo Bituricenſi.*

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in conſecratione, chriſmate manus perungere licet. C. XII.

PRæterea ſciſcitaris, vtrum ſolis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chriſmatis [e] liquore perungi. Quod in ſancta hac Romana eccleſia, cui Deo auctore deſeruimus, neutris agitur. Sed & quia ſit à nouæ legis miniſtris actum, nuſquam (niſi nos fallat [f] obliuio) legimus. Ergo ad B. Innocentij Papæ canonica decreta ſanctitatem tuam tranſmittimus, & quæ tibi ſint in conſecrationibus, & ordinibus † obſeruanda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum epiſcopum miſſæ te affatim † edocebunt.

Iuo par. 6. c. 121

Inno. PP. a. ep. 1. † *al. ordinationibus*

† Adde de hac dictiõe affatim, not. in c. vni. in gloſ. ſuper ver. affatim extra de reli. domi. lib. 6. & per Archi. hic.

COmmunis filius.] CASVS. Epiſcopi & archidiaconi olim dalmaticis non vtebantur, niſi Papa eis concederet ſpecialiter: quare Aregius epiſcopus ſupplicauit Papę per Petrum diaconũ, vt concederet ſibi, & archidiacono ſuo vſum dalmaticarum: ſed tunc tẽporis Papa non conceſſit; quia Petrus nuntius epi cito receſſit propter infirmitatẽ ſuorum hominum, & quia multis implicitus negotijs erat, illud nouum ſubito & inconſulte ſibi cõcedere non potuit: nũc vero concedit eis priuilegiũ vtẽdi dalmaticis, & eas per Cyriacũ abbatẽ ſibi tranſmittit. Quod ſequitur planum eſt vſque ad capitulũ, præterea.

a ¶ Communis filius.] ille diaconus.

b ¶ Suorum infirmitate.] Nota quod propter infirmitatẽ ſuorum poteſt aliquis ſe excuſare, ſicut propter timorem ſuorũ, vt extra de appe. ex parte. Item nota, quod propter intemperiem loci aliquis excuſatur, vt hic, & 74. diſtinctio. quorumdam. Arg. contra, extra de dolo & contumac. cũ dilecti. in fi. ioa.

c ¶ Nouũ.] No. quod ea quę de nouo petunt, non ſine magna deliberatione cõceduntur, vt hic, & 16. q. 1. in parochia. maxime à Romana eccleſia, quę oĩa cũ magna maturitate ſolet tractare, vt 35. q. 9. apoſtolicæ. quia in reb⁹ nouis conſtituendis euidẽs debet eſſe vtilitas, vt ff. de conſti. princip. rebus. hodie vero diaconi indiſtincte vtuntur dalmatica, vt 31. q. 3. eps aut presbyter [1] 76. diſt. de ieiunio.

d DIaconus dum ordinatur, ſolus epiſcopus.] Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri aſtantes, vt ſupra ea. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc eſt quinta pars diſtinct. vbi quæritur, vtrum ſacerdotes vngãtur oleo vel chriſmate, & reſpondetur quod oleo tantum. Ioan. de Fan.

PRæterea.] CASVS. Bituricen. archiepiſcopus quæſiuit à Papa, an manus presbyteris tantum debent vngi chriſmate: an etiam presbyteris & diaconis, quando ordinantur? & reſpondit Papa, quod neutris debet hoc fieri; ſed tranſmittit eũ ad decreta Inno. vbi in prima pagina ad Decentium epm miſſa inueniet quæ ſunt in conſecrationibus obſeruanda.

e ¶ Chriſmatis.] Manus ſacerdotis inunguntur oleo: ſimiliter inungitur & brachium ſiue humerus principis: ſed & manus & caput epi inungitur chriſmate, vt extra de ſacra vnc. cum veniſſet. in fin. contrarium hic aſſignatur 16. q. 1. §. ecce ſufficiẽter, vbi dr, quod manus ſacerdotis ſicut manus epiſcopi conſecrantur: ſed verum eſt, quod conſecrantur oleo; ſed non chriſmate [2] vt dixi. ſi autẽ aliquis eſt vnctus oleo pro chriſmate, vel econuerſo: nihilominus ordinatus eſt: ſed suppleri debet id quod omiſſum eſt, vt extra de ſacra. non ite. paſtoralis.

f ¶ Fallat.] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore ſuo [3]. vnde etiam Vrbanus dicit, quod non reperitur prohibitum quin vir & vxor ſimul poſſint ſuſcipere puerum, vt 30. q. 4. quòd autem. & tamen anteceſſor huius Leo illud prohibuerat. de conſecra. diſt. 4. non plures. & hoc concedo. Quòd autem dicitur quòd Papa habet omnia iura in pectore ſuo [4], vt C. de teſti. omnium. verum eſt per interpretationem: quia omnia

[1] Hoc cap. non videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de albã ſic. 93. diſt. diaconus in conuentu. ſed Hug. & Laur. intelligunt albam id eſt, dalmaticã. ſic etiam exponitur in præcedenti cap. diaconus.

omnia interpretari poteſt. nam & quandoque impeditur minori intelligentia, vt extra de cenſi. cū inſtantia.

QVorumdam.] Casvs. Vnus in presbyterum, duo in leuitas promoueri volebant: epiſcopus autem cū pateretur infirmitatem oculorū, manū ſuper caput or[illegible] & de ordinatis. & reſpondes, vt epiſcopus qui defunctus eſt, relinquatur diuino examini: ordinati vero careant ordine, quem peruerſe acquiſiuerunt.

¶ Caſus autem alij qui ſequuntur vſque in fi. diſt. plani ſunt, & per te facile videbis.

PALEA. C. XIII.

Ex conc. Hiſpalenſi. 2. c. 5. Burch. l. 1. c. 3. Ino par. 5. c. 213 & par. 6. c. 102.

EX a epiſtola Simplicij Papæ Seuero, & Florentino epiſcopis directa, Ad cognitionem noſtri examinis, Gabrenenſis diaconi relatu, peruenit de quibuſdam ipſius eccleſiæ clericis; quorum cū vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium cōſecrarentur, epiſcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum ſuam ſuper eos tantum poſuiſſe, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: qui propter tantā præſumptionis audaciam poterat accuſatus iudicio præſenti damnari, ſi adhuc in corpore poſitus, non fuiſſet mortis vocatione præuentus. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt, ij, qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulum, ſed ignominiæ potius elogiū acceperunt, ne ſibi licētiam talis vltra vſurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu ſacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruerſe adepti ſunt, depoſiti æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati ſunt remouendi; quia praue inuenti ſunt conſtituti.

a ¶ Ex epiſtola.] *Hæc palea in nullo manuſcripto exemplari eſt inuenta Burchardus & Iuo ante hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddā caput, quod incipit,* Relatio, *ex epiſtola Simplicij miſſa Equitio Florentio, (ſiue Florentino) & Seuero epiſcopis. Quamobrem inde poteſt hoc eſſe translatus titulus. Ceterum caput hoc à Burchardo citatur ex concilio Braggaſ ab Iuone in quinta quidem parte, c. 213. ex Carthaginenſi; in ſexta vero, c. 102. ex Hiſpalenſi 2. c. 5. quo etiam loco extat. & ſequens caput,* Quorumdam *eſt quaſi huius ſumma.*

Item quæritur, an eorum ordinatio ſit rata habēda, quibus epiſcopus oculorum languore detentus manus imponit, & presbyter ſuper eos orationem dicit.

De his ita ſtatutum eſt in concilio Toletano.

In cōc. Hiſpal. 2. c. 5. Ino par. 6. c. 58. Pann. l. 3. c. 59.

¶ Et ordinator & ordinatus damnationis ſubeat pœnam, cum epiſcopus manum imponit, & alius orationem dicit. C. XIIII.

QVorumdam clericorum, dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum miniſterium ſacrarentur, epiſcopus oculorum dolore detentus, fertur manum ſuam ſuper eos impoſuiſſe a tantum, & presbyter quidam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionem dediſſe: Sed quia iā ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt b; ij, qui ſuperſunt, gradum ſacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruerſe adepti ſunt, amittant c.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

Ordo Roman. pag. 91. Rabanus de inſti. cler. l. 1. c. 8.

¶ Qualiter ſubdiaconus ordinetur. C. XV.

SVbdiaconus, cum ordinatur, quia ma-

a ¶ Impoſuiſſe] Hic habes q duo imperfecta ſacramenta nō conſtituūt vnū perfectum 1: & hoc ideo quia ſacramenta ſūt vnitatis. de cōſe. diſt. 2. quia paſſus, & vnitas diuiſionē nō recipit. 24. q. 1. loquitur. 2: Idem dico in ſacramento baptiſmi & euchariſtiæ, & in omnibus illis, vbi certa forma deſideratur, q duo imperfecta non faciunt vnum perfectum. Idem eſt in excuſatione tutorum: q duæ imperfectæ excuſationes non faciūt vnā perfectam. vt C. qui numero tutela. l. 2. Idem eſt in ſtipulatione, quia illa non diuiditur. ff. de verb. obli. l. 1. & l. continuus. Sed ſacramentum ſolennitatis (vt eſt Miſſa) bene diuidit: & ibi duo ipfecta faciūt vnū pfectū, vt 7. q. 1. nihil.

1 Ar. contra 16. q. 3. §. pſcriptionū. ver. q ſi ab eo. vbi de hoc in glo. an. aliqua, &c.

2 Adde gl. huic cōtrariā in c. nihil. in verb. presbytero. 7. 7. q. 1. & concor. ca. vt ibi.

b ¶ Non poteſt.] qa crimina morte extinguuntur, & nullus poſt mortem poteſt accuſari, vt 24. q. 2. c. 1. ff. de bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi conſci. l. 1. & 24. q. 2. admonere. niſi i crimine hæreſis, vt 24. q. 2. ſane 2. vel ſi aliquis hæreticos inſtituit hæredes, vt extra de hæ re. ſi qs epus. vel ſi in notorio crimine deceſſit, vt 88. diſtin. neque. prout conſueuit notari. 24. q. 2. i ſūma.

Defunct[illegible] quibuſdā criminib. poteſt accuſari.

c ¶ Amittant.] & tamen numquā cū receperunt: & ita aliquis dicitur amittere quod nunquam habuit, vt 5. q. 6. q. 2. 24. q. 4. Guiliſarius.

Additio. Ad idē 17. diſt. concilia. vbi de hoc Archi.

SVbdiaconus.] Hæc eſt ſexta pars diſtin. qua probat p xvij cap. qualiter, minores ordinātur. Io. de Fan. & B. Ab hoc loco vſque ad finem diſtinctionis pone caſum, quia littera plana eſt.

ordinandorum impoſuit, & presbyter quidam orationem dixit: quærebatur quid deberet fieri de epiſcopo,

a ¶ Quia manus] ſcilicet conſecratorias, ſed ordinatoriam accipit.
b ¶ Impoſitionem:] Verũ eſt, quòd nõ imponitur manus ſuper caput 1 ſubdiaconi ſicut ſuper caput diaconi vel ſacerdotis: ſed imponitur manus ſuper ipſũ ſecũdũ q̃ impoſitio manus idem eſt, q̃ ordinatio: & ſic non obſtat contrarium 79. diſtin. quoniam. vbi dicitur, q̃ etiam lectori manus, imponitur. diſt. plectis: vbi dicit, q̃ collatio illorum ordinũ ſpectat ad epum: ſed illud verum eſt de ſolenni ordine.
l ¶ Debet.] parũ. Nam magnitudo coronæ eſt ſignum conuerſionis, vt extra de ſucceſſ. ab inteſt. cum dilecti. in parte deciſa. duodecima q. 1. duo.

1 Hic videas qd legit & not. 5. q. 6. quia. 1. reſponſo

nus [a] impoſitionem [b] non accipit, patenam de manu epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua †, manile, & manutergium.

a ¶ Pro. Iſidorus lib. 2. offic. c. 10. Poly. l. 2. tit. 31. Anſel. l. 7. c. 59. Iuo p. 6. c. 14. Pan. l. 3. c. 35.

† al. aqua manibus

Item ex eodem concilio, c. 6.

¶ Qualiter acolythus ordinetur. C. XVI.

ACOlythus cum ordinatur, ab epiſcopo quidem doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat: ſed ab archidiacono accipiat ceroferarium [c] cum cereo, vt ſciat ſe ad accendenda [d] eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat & vrceolum [e] vacuum ad ſuggerendum vinum in Euchariſtiam [f] ſanguinis Chriſti.

Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 58. Iuo p. 6. c. 15. Pann. l. 3. c. 35.

Item ex eodem, c. 7.

¶ Qualiter exorciſta ordinetur. C. XVII.

EXorciſta cum ordinatur, accipiat de manu epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi epiſcopo: [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum, [g] ſiue baptizatum, ſiue catechumenum.]

Poly. l. 2. tit. 31. Anſ. l. 7. c. 57. Iuo p. 6. c. 16. Pann. l. 3. c. 37.

Item ex eod. concilio, c. 8.

¶ Qualiter lector ordinetur. C. XVIII.

LEctor cum ordinatur, faciat de illo epiſcopus verbum ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: poſt hæc ſpectante [h] plebe tradat ei codicem, de quo lecturus eſt, dicens ad eum: [Accipe, & eſto relator † verbi Dei, habiturus, ſi fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei miniſtrauerint †.]

Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 55. Iuo par. 6. c. 17. Pann. l. 3. c. 38.

† al. lector

† bene adminiſtrauerunt] ordo Ro.

Item ex eodem, c. 9.

¶ Qualiter oſtiarius ordinetur. C. XIX.

OStiarius cum ordinatur, poſtquam ab archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari: ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat ei epiſcopus claues [i] eccleſiæ de altario, dicens: [Sic age, quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 54. Iuo par. 6. c. 18. Pann. l. 3. c. 39.

Item ex eodem concilio, c. 10.

¶ Qualiter pſalmiſta ordinetur. C. XX.

PSalmiſta, ideſt cantor, poteſt abſq. licentia epiſcopi, ſola [k] iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi presbytero: [Vide, vt quod ore cantas, corde credas, & quod ore credis, operibus comprobes.]

Poly. ibidem. Anſ. l. 6. c. 53. Iuo par. 6. c. 19. Pann. l. 3. c. 40.

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput deſuper in modum ſphæræ raſum eſſe debet.

Vnde Anicetus Papa epiſcopis Galliæ.

c ¶ ACOlythus.] Ceroferarium.] id eſt, candelabrum.
d ¶ Ad accendẽda.] non in lampadibus, ſed cum legitur Euãgelium, vt 21. diſtin. cleros.
e ¶ Vrceolum.] ad vinum.
f ¶ Euchariſtiam.] id eſt, calicem.
g EXorciſta cum.] ¶ Super energumenum.] Energumeni dicunt lunatici, & obſeſſi à dæmonibus: ab en, quòd eſt in: & erge, q̃ eſt labor: & mene, q̃ eſt defectus: q̃ eſt quaſi in opere deficiẽs. Archi.
h LEctor.] ¶ Spectãte.] 67. diſt. reliquis. contra, vbi dicit, q̃ epiſcopus minores ordines poteſt conferre ſub teſtimonio triũ. Sed hic loqt de ignotis.
i OStiari.] ¶ Claues.] vt eijciat excommunicatos. & infideles 2. vt 21. diſt. cap. 1. in fin.
k PSalmiſta.] ¶ Sola.] de abbatibus 3 non dubitatur, & chorepiſcopis, qui minores ordines conferant, vt 7. 68. diſt. quãuis. & 69. diſtin. qm. ſimiliter eps, qui renũtiauit epiſcopatui. extra de eo q renun. epi. regſiuit. Sed qualiter ſacerdotes cõferunt ordinẽ primũ, cũ ordinari nemo poſſit ſine titulo, vt 70. diſt. c. 1. & ſolus eps titulum confert, vt 16. quæſt. 7. c. nullus. & extra de off. archidia. cũ ſatis. Sed hoc verum eſt de maioribus ordinibus. Vel dic q̃ poſſũt aſſignare titulũ, ſed non curã animarũ. Signat contrariũ 25. diſt.

Energumeni.

2 Et recipiat fideles. Archi.
3 Scilicet benedictis: aliàs nõ eſt: verũ q̃ minores cõferant, vt dicã in hoc ca. qm. hic alle. Archi.

a P Rohibete.]Iuxta Apoſtolum.] in epiſtola ad Corinthios dicitur. 1: Vir ſi comam nutrit, ignominia eſt ei. mulier ſi comam nutrit, gloria eſt ei.
b ¶ Sphæræ.]ſ. 12. q. 1. duo. Clerici

c C Lerici.]etiam vxorati, vt extra de vita & ho. cler. clericus. 32. diſt. ſi qui vero. ſed illud poteſt intelligi ſi vult gaudere priuilegio clericali, aliàs ſecus, vt 84. diſt. quiſquis. Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus non poteſt gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tonſuram, cum hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, vt extra de cleri. côiu. cap. Ioannes. Bar.

Apoſtolus nõ dixit illud generaliter: nõ de clericis tantum ſecundum Lau.

Clericus côiugatus nõ gaudet priuilegio clericali.

¶Clerici comam nutrire prohibentur. C. XXI.

Iuo p. 6. c. 46.

PRohibete fratres per vniuerſas regionum veſtrarum eccleſias, vt clerici iuxta Apoſtolum[a] comam non nutriant; ſed deſuper caput in modum ſphæræ[b] radant.

Item ex concilio Agathenſi, c. 20.

¶De eodem. C. XXII.

Iuo chcor. p. 6. c. 265. & 378.

CLerici[c], qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam ſi noluerint, inuiti detondeantur. Veſtimenta etiam, vel calceamenta eis, niſi quæ religionem[d] deceant, vti, aut habere non liceat.

Item Gregorius ij. in concilio Romæ habito in Baſilica S. Petri, c. 17.

¶De eodem. C. XXIII.

Extra de vita & honeſt. cler. c. ſi quis.

SI quis ex clericis relaxauerit comam[e], ſit anathema[f].

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 11.

¶Quibus veſtibus monialis ſit induenda, cum conſecratur. C. XXIIII.

† al. ſui

Poly. l. 4. tit. 35. Burch. l. 8. c. 23. Iuo p. 7. c. 43.

SAnctimonialis virgo, cum ad conſecrationem ſuo† epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper[g] vſura eſt, profeſsioni, & ſanctimoniæ aptis.

m ¶ Seruum.] in hoc caſu ſeruus auditur agens contra dominum ſuum: & dominus talis cogitur eum vendere, vt ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. 2. §.

dominorum. Similiter maritus vxorem tenetur moderate caſtigare, vt 7. q. 1. ſicut. in fine. niſi ſit clericus, qui eam durius poteſt caſtigare, vt 33. q. 2. placuit.

n ¶ Adulari.] 11. q. 3. primum. Contra 11. q. 3. nemo perniciorum. & 46. diſtin. clericus qui. Solu. Tribus modis adulatur quis: vel attribuendo alicui homini bonum quod non habet: vel nimium extollendo bonum quod habet. vtrumque iſtorum eſt veniale. vel approbando malum quod habet: & iſtud eſt mortale. 11. quæſt. 3. væ qui dicitis.

o ¶ Vel ſumptuoſa.] 41. diſt. non cogantur.

Additio. Hoc vult ſonare iſta concor. ſicut infirmatur diues, ſi vtatur vilibus: ita infirmantur pauperes, ſi vtuntur delicioſis, ſecundum H. Archid.

p ¶ Iuramus.] intellige cũ quis iocando iurat. Nam pro temerario iuramento bene peccat aliquis mortaliter, licet,

* Vide B. Tho. 4. diſtin. 18. q. 1. art. 2. q. 3. & diſtin. 21. q. 1. arti. 1. q. 1.

Punitur ne aliquis in purgatorio pro mortali peccato.

Ebrietas q̃nque eſt mortalis.

Taciturnitas in prælatis eſt peccatũ mortale.

† Quærit, nõ aſſerit, nã hoc dicere eſſet durum. Archid.

Marit⁹ vxorem caſtigare poteſt.

Adulatio triplicis ſit.

Iuramentum an ſemper ſit mortale peccatum.

licet non tanta pœnitentia imponatur ei, ſicut ſi ſolenniter & ex diſcretione iuraſſet, vt 22.q.4. qui ſacramento. Idé dico in iuramento per metum extorto, vt extra de iureiur. verum. Contra. 2.q.4. nos ſanctorum. Sol. ibi de ſ[o]lenni, hic de non ſolenni.

a ¶ Te-

periuramus, & cum omni facilitate, vel temeritate[a] *maledicimus, cum ſcriptum ſit:* [*Neque maledici regnum Dei poſſidebunt.*]

1. Cor. 6.

a ¶ Res contra.] *Sic fere in gloſſa ordinaria ad vocem illam:* irreprehenſibilem, *& eſt epitome quædam verborum* B. *Hieronymi in epiſtola ad* Oceanum, *explanantis locum Apoſtoli ad Timotheum, & ad Titum.*

c ¶ Vnde ibi.] *id eſt non apud B. Paulum, ſed in gloſſa ordinaria ad locum B. Pauli. Sũpta autem ſententia eſt ex B. Auguſtino ex tractatu 41. ad c. 8. Ioannis: eiuſq. verba habẽtur & apud Bedã ad eundem B. Pauli locum, & infra diſt. 81. c. Apoſtolus, primo.*

y ¶ Remordeat.] *Sequebatur in vulgatis:* vnde Hieronymus ſcribit in eadẽ epiſtola ad Titum: *quæ verba ſunt inducta, quoniam in nullo manuſcripto ſunt inuenta: habentur autem infra ead. ante c. primum.*

δ ¶ Vnde Beda.] *In commentarijs ipſius ad c. 5. epiſtolæ Iacobi, ad illa verba:* confitemini alterutrum, *ſic legitur:* In hac autem ſententia, illa debet eſſe diſcretio, vt quotidiana leuiaque peccata alterutrum, coæqualibus confiteamur: eorumque quotidiana credamus oratione ſaluari: porro grauioris lepræ immũditiam iuxta legem ſacerdoti pandamus, atq. ad eius arbitrium, qualiter, & quanto tempore iuſſerit, purificari curemus.

ε ¶ Nullum peccatum.] *In gloſſa ordinaria in cap. 11. 1. Corinth. ad ea verba:* reus erit corporis & ſanguinis Domini, *citatur hæc ſententia ex* B. *Auguſt. homilia 24. in Ioannem in hæc verba.* Nullum peccatum veniale eſt, dum placet, quantumcumque paruum: ſicut mortale, ſi vere diſplicet, nullum iudicatur.

Item Gregorius Dialog. lib. 4. c. 39.

¶ Quæ ſunt venialia peccata, quæ poſt hanc vitam purgantur. C. IIII.

Qualis hinc [b] quiſq. egreditur, talis in iudicio [c] præſentatur: ſed tamen de quibuſdam leuibus culpis [d] eſſe ante iudicium purgatorius ignis credendus eſt [e], pro eo, quòd veritas dicit: [Quia ſi quis in ſpiritum ſanctum blaſphemiã [f] dixerit; neque in hoc ſæculo remittetur ei, neque in futuro.] In qua ſẽtẽtia datur intelligi, quaſdã culpas in hoc ſæculo, quaſdã vero ĩ futuro poſſe laxari. Quod enim de vno negatur [g], cõſequẽs intellectus patet, quia de quibuſdã cõceditur. Sed tamẽ, vt prędixi, hoc de paruis, minimiſque peccatis fieri poſſe credẽdum eſt; ſicut eſt aſſiduus otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ familiaris, quæ vix ſine culpa [h] vel ab ipſis agitur, qui culpã qualiter declinare debeant, ſciunt; aut in non grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis minime fuerint relaxata.

Matt. 12.

a ¶ Temeritate.] ſed ſi ex odio, eſſet mortale. vnde ſequitur, quoniam.

Qualis hinc.] Casvs. Quærebatur qualis repræſentabitur homo ante Deum in die iudicij. Et reſpondet quod ſi bonus decedit, bonus repræſentabitur: & ſi malus decedit, malus repræſentabitur. Sed tamen ſunt quædam peccata in iuſto, quæ purgantur poſt mortem: ſcilicet venialia, vt ſermo otioſus: riſus immoderatus: & peccatum curæ familiaris. & hoc probatur auctoritate Euãgelij dicentis: Si quis dixerit blaſphemiam in ſpiritum ſanctum, nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittetur ei. Vnde à contrario ſenſu appatet, quod peccata quædã in futuro remittẽtur. nam quod de vno negatur, de alijs conceditur.

b ¶ Qualis hinc.] Hoc verũ eſt de ſumme bonis vel ſũme malis. nam quidam ſunt ſumme boni quidam ſumme mali 1.

c ¶ In iudicio.] vt 13.q.2. tempus. Ioã.

d ¶ Culpis.] ſcilicet venialibus.

e ¶ Credendus eſt.] Hic vult dicere, quod quædam culpæ tolluntur per ignem purgatorij, ante diem iudicij.

f ¶ Blaſphemiam.] Qui peccat per impotentiam, dicitur peccare in patrem: quia patri attribuitur potentia 24. diſt. qui epiſcopus. Qui peccat per ignorãtiã, dicitur peccare in filium: quia filio attribuitur ſciẽtia. 38. diſt. ſi iuxta. Sed qui ex contẽptu peccat, dicitur peccare in ſpũm ſctũ. vt ille qui eſt obſtinatus in peccato, & illud dicitur irremiſſibile 2. id eſt, non ita de facili remittitur ſicut præcedentia. de pœnitẽt. diſt. 1. §. poteſt, & diſt. 2. ſciendum.

g ¶ Negat.] Argumẽ. quod de vno negatur, de alio conceditur, vt 16.q.3. de crimine. ff. de iudi. l. cum prætor. ſic quod de vno cõceditur, de alio negatur. vt 45. diſt. diſciplina. 1.q.1. per Eſa-iã. 33. q 5. qui ſunt 3. Argumen. contra C. de natu. lib. Authen. item ſi quis. vbi licet vnum nominet, tamen extenditur ad alios. ſic 61. diſtin. miramur. arg. ff. de cuſto. reo. ſi quis.

h ¶ Sine culpa.] Similiter militia, mercatio, procuratio, ſiue

1 De hoc etiã not. extra de cele. miſſa. cum Marthæ. in fi.

Peccatur vario modo in patrẽ & filiũ & ſpm ſanctum.

2 Quod dic vt legitur & not. ĩ. de pœ. diſt. 1. § poteſt etiã. & diſt. 2. & c. ſciendum. Archid.

3 In fine.

Negotia multa ſunt quæ vix ſine peccato fiunt.

ſiue adminiſtratio aliqua vix ſine peccato ſit, vt de pæ ni. diſt. 5. falſas. &c. qualitas.

QVi in aliud.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod ſi quis non egit pœnitentiam in hac vita de aliquo veniali, in futuro ſæculo purgabitur igne purgationis, qui ſuperat omnem pœnam, quam aliquis poteſt pati in hoc mundo.

ALIAS. Hic proſequitur Gratianus ſecundum H. quintam acceptionem huius nominis, crimen, dicens quod crimen dicitur quodcumque irrogat perpetuam infamiam.

PRimum.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod qui eligitur in epiſcopum, debet eſſe ſine crimine, & ſine criminali infamia poſt baptiſma, nec ſufficit, ſi eo tempore ſit ſine crimine quo eſt ordinandus, cum forte per pænitentiam diluit peccata ſua. Quomodo enim poterit alios corrigere qui in ſimile corruit delictum?

d ¶ Reſpondeat.] ſic 7. diſt. proxi. vna tantum. & 42. diſt. §. 1. & 62. diſt. in ſacerdotibus. §. 1.

SEquitur.] Hæc diſtinct. diuiditur in duas partes. Secũda ibi, [Sicut duobus.] Io. de Fan. CASVS. Supra tractatum eſt primum cap. apo-

[*Item Auguſtinus in libro de vera & falſa pænitentia, c. 18.*] Infra de pænit. diſt. 7. c. vltimo §. fin.

De eodem. PALEA C. V.

QVi in aliud ſæculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis, & ſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt. Excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis paſſus eſt in hac vita, vel pati [a] poteſt.

a ¶ Vel pati poteſt.] *Hæc verba non ſunt in originali, neque infra de pænit. diſt. 7. c. vlt. §. fin. vbi hoc idem recitatur.*

Alias autem ea tantum delicta ſignificat, quorum eſt perpetua infamia.

Vnde Hieronymus ſcribit in eadẽ epiſtola ad Titũ, c. 1. In commentarijs ad c. 1.

¶ A die baptiſmi ſine crimine debet inueniri, qui in epiſcopum eſt ordinandus. C. VI.

PRimum [a] itaque ſine crimine iubetur eſſe † epiſcopus; quod puto alio verbo ad Timotheum, irreprehenſibilem nominatum; non quòd eo tantum tempore, quo ordinandus eſt ſine vllo ſit crimine, & præteritas maculas noua conuerſatione diluerit: ſed quòd ex eo tempore, quo in Chriſtum renatus eſt, nulla peccati conſcientia remordeatur. Quomodo enim poteſt præſes [b] eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit? aut qua libertate corripere [c] peccantem poteſt; cum tacitus ſibi ipſe reſpondeat [d], eadem admiſiſſe, quæ corripit †?

† ſit] orig.

1. Cor. 5.

† Cõr ot. frater iſti tre. ff. c cõd. id & l. alium ff. ſi ſer. di.

Ecce, qui ordinandus eſt in epiſcopum, non ſolum tempore ſuæ ordinationis, ſed etiam omni tempore poſt baptiſma à crimine immunis eſſe debet.

DISTINCTIO XXVI.

SEquitur [e] *in vtraque epiſtola,* [*vnius vxoris virum.*] *poſt baptiſma videlicet, non ante baptiſmum.* 1. Tim. 3. & Ti. 1.

Vnde Hieronymus [a] *ſcribit ad Oceanum, epiſt. 83.*

Promoueri verum poſſit ille qui ſemel peccauit.

a ¶ Primum.] Ex hoc cap. tres oriuntur opiniones. dicit H. quod qui ſemel peccauit, non poteſt amodo promoueri, vel aliquos actus legitimos exercere, vt hic, & 48. diſt. quam. & 1. q. 7. ſi quis omnẽ. & 50. diſt. illud. & 6. q. 1. qui crimen. & 8. q. 1. in ſcripturis, in fi. & extra de temp. ordi. cap. ex tenore. Et ar. pro eis, ff. de ædil. edic. quis ſit fugitiuus. l. reſponſo. fur enim non purgat vitium furti, licet rem reſtituat. ff. de furtis, qui ea mente, nec raptor vitium rapinæ. ff. vi bono. rap. l. penul. Alij dicũt, quod poſt quodlibet mortale acta pænitentia poteſt quis promoueri, niſi ſit crimẽ enorme, vt 81. diſt. Apoſtolus. Et eſt arg. ad hoc 50. diſt. ferrum. ff. de ædil. edic. quod ita ſanatum eſt, quia ſtatus noſtri temporis, &c. vt 84. diſt. fraternitatis. & dicũt quod ille ea nõ corrigit alios, qui de rigore loquũtur. Tertij dicunt, quod quantũcũque ſit graue delictum, dummodo ſit occultum, poſt pænitentiam nõ impedit promouẽdũ, vt 50 diſt. de his. Ego credo, quod ſiue ſit occultũ, ſiue manifeſtũ, dũmodo ſit enorme, impedit promouẽdũ, licet egerit pænitentiam. 50. diſtin. miror. Ioã. Sed certe hoc nõ eſt verũ, licet Ioã. hoc dicat. nã pro occulto crimine nemo repellitur poſt pænitentiã, niſi in homicidio, vt dicit noua decre. extra de tẽp. ord. c. vl. quod declarat hoc totũ. Ber.

1 Ad idem de pæ. diſt. 1. quantus liber. & c. quãobrẽ. ver. neque enim, &c. & 32. q. 1. quod aũt, in fin. 56. diſt. numquã. nam Deus vitijs tantũ iraſcitur, non hominibus. de pæ. diſt. 1. quamobrẽ. Arch.

b ¶ Præſes.] id eſt, epiſcopus.

c ¶ Corripere.] Not. quod poteſt quis accuſari de peccato, de quo pænituit. 33. q. 2. admonere.

apoſtolicæ regulæ, ſcilicet: oportet epiſcopum eſſe ſine crimine: quod intelligitur non ſolum ſuæ ordinationis tempore, ſed etiam omni tempore, poſt baptiſmum. In hac vero 26. diſtinct. proſequitur ſecundum cap. apoſtolicæ regulæ, ſcilicet; oportet epiſcopum eſſe monogamum, id eſt, vnius vxoris virum, id eſt, non plurium. & hoc intelligitur poſt baptiſmum: quod probatur per ſequens capitulum quod abrogatum eſt.

e ¶ Sequitur.] in hac 26. diſt. exequitur ſecundum præceptũ apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum; quod negatiue exponitur, id eſt, non plurium. tamen in caſu neceſſitatis bigamus promouetur vſque ad ſubdiaconatum, vt 34. diſtinct. lector. Aſſignantur autem quattuor rationes, quare bigamus non poſſit promoueri. Vna propter defectum ſacramenti; quia non eſt ibi ſacramentum vnitatis, cum carnem

Bigamus propter quattuor rationes promoueri nõ poteſt.

nem ſuam diuiſerit in plures; vt ῑ.ea.acutius. Item pp prærogatiuã ordinum, vt ῑ.ead.vna. Item propter ſignũ incontinentiæ, ex eo quòd de vna tranſiuit ad aliam, vt 82.diſtin. propoſuiſti. Item ex eo q᷑ non habet frontem hortandi viduitatem, vt ῑ.ea.vna, in fi.

Vnius

¶Poſt baptiſmum debet eſſe monogamus, qui in epiſcopum eſt ordinandus. C. I.

Beda, & Gloſſ. ord.1.Tim.3 ad hæc verba.

VNius [a] vxoris virum, id eſt, monogamum [b] poſt baptiſmum [c]. Si enim & ante coniugem habuit, quæ obierit; non ei imputatur, cui prorſus nouo [homini †] [d] nec ſtupra, nec alia, quæ ante fuerunt, iam obſunt.

†Gloſſa non habet.

a ¶Hieronymus.] *Sententia quidem huius, & ſequentis capitis ſunt Patrum, qui citantur, ideſt, Hieronymi, & Auguſtini: verba tamen ipſa potius videntur ſumpta ex collectaneis Bedæ, & ex gloſſa ordinaria; huius quidem capitis in primã ad Timot. c. 3. ſequentis vero in epiſtolam ad Titum, c. 1.*

Auguſtinus vero contra teſtatur ſcribens † in epiſtola ad Titum.

† In gloſſa ordinaria in c.1.epiſtolę ad Titum, ſumpta tamen ſententia ex B. Augu. in lib. de bono cõiugali, cap.18.

¶Qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum aliam, ordinandus non eſt. C. II.

28.q.3.c.acuti°. Iuo p.8. c. 294. Pann.l.6.c.66. Anſ.l.9. c.59. Poly.l.2. tit.31.

ACutius intelligunt, qui nec eum, qui catechumenus vel paganus habuit alteram, ordinandũ cenſuerunt: quia de ſacramento [e] agitur, non de peccato [a]. Nam in baptiſmo peccata omnia dimittuntur: & qui dixit, [Si nupſerit virgo, non peccat] ſatis declarauit nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctitatem autem ſacramenti, ſicut femina, ſi catechumena vitiata eſt, non poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari [f]; ita non abſurdè viſum eſt bigamum non peccaſſe, ſed normam ſacramenti amiſiſſe, non ad vitæ meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam. Et ſicut plures antiquorũ patrum vxores, ſignificauerunt futuras ex omnibus gentibus eccleſias, vni viro ſubditas, ideſt Chriſto: ita noſter antiſtes, id eſt, epiſcopus vnius vxoris vir ſignificat [g] ex omnibus gẽtibus vnitatẽ vni viro [h] Chriſto ſubditã [i]. 2 ¶Itaque ſicut duobus dominis ſeruire, ſic ab vno Deo apoſtatare, & in alterius ſuperſtitionem ire, non licet †.

1.Cor.7.

Matt.6.

†Concord. tex.in l.naturaliter. quem vide C.de epiſc. & cler.

a ¶De peccato.] *ſequebatur*, propter ſanctitatem ſacramen-

ACutius.] CASVS. Capitulũ hoc diuiditur in duas partes. In prima parte probat Aug. q᷑ ille qui habuit vnam coniugem ante baptiſma, & aliam poſt, promoueri non poteſt, cum ſit bigamus. & hoc fit, non pp peccatum, quod cõtraxit, ſed pp ſacramenti defectum, quod in eo deficit, cũ hic non de peccato, ſed de inordinatione agatur. Et ſi catechumena fuerit ante baptiſmum corrupta, licet poſtea baptizetur, tamen non poterit inter virgines conſecrari. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Sicut.] dicitur, quòd ſicut vnitas vni viro, id eſt, Chriſto debet eſſe ſubdita, & nõ diuerſis, id eſt, Deo & diabolo, ita à Deo recedere in ſuperſtitionem diaboli non licet. Vel intellige ſic, vt faciat ad propoſitum Gratiani, id eſt, ſicut duobus coniugijs non poteſt aliquis deſeruire ſimul, ſic ab vno coniugio in aliud ire nõ licet; q͞a talis apoſtataret à via ordinandi.

e ¶ De ſacramento.] Senſus eſt, bigamus non repellitur, quia peccauit, ſed propter ſacramenti defectũ, qui eſt in eo. extra de biga. à nobis. & c. nuper. Et not. q᷑ in matrimonio triplex deſignatur ſacramentum 1, coniunctio animorum p̄ verba de præſenti deſignat coniunctionem fidelis animæ ad Chriſtum, ſed commiſtio carnis deſignat coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ, vt extra de biga. debitum. Itẽ deſignatur ibi vnio deitatis cum humanitate, vt de conſecra. diſt. 2. In Chriſto. & illam deſignat coniunctio corporum.

1 Hic videas q͞d dicã de pæ. diſtin. 2. §. Adã. ſuper glo. dicens hoc, &c. Archidia.

VNius.] CASVS. Quæſitum fuit à Hierony. vtrum cap. apoſt. dicæ regulæ; oportet epm̃ eſſe monogamum, intelligatur ante baptiſmum, vel poſt. Et reſpondet q᷑ poſt baptiſmum, & non ante. ſi enim ante coniugem habuit, non imputatur ei, ſicut nec ſtuprum.

a ¶ Vnius.] ideſt, non plurium. ſic extra de teſti. licet. Et ſic verba affirmatiua exponuntur negatiue, vt 1.q.1. iudices. 23.q.4. ſi ea.

b ¶ Monogamum.] monos vnum, gamos mulier vel nuptiæ. inde monogamus, ſcilicet qui vnam tantum habuit vxorem. H.

c ¶ Poſt baptiſmum.] non dicit verum; quia matrimonium non ſoluitur in baptiſmo, vt ῑ.ead.cap. deinde. & male ſentit hic Hierony. vnde Auguſtinus eum corrigit in proximo cap.

d ¶ Nouo homini.] ſub eo modo loquendi ſeruus poſt manumiſſionem dicitur nouus homo, vt ff. de adi. leg. ſi ſeruus legatus. & alia lex dicit, q᷑ poſt manumiſſionẽ alius intelligitur, vt ff. de ſolu. qui res. §. aream.

f ¶ Conſecrari.] quæri conſueuit, cum conſecratio epiſcopi maior ſit & dignior quàm virginum, quare poſſit cõſecrari in epiſcopum, qui non ſolum vxorem habet, ſed etiam poſt mortuam vxorem habuit concubinam, vt 33. diſt. habuiſſe. & 34. diſt. cap. fraternitatis. & ſi qua fuerit corrupta vel ante baptiſmum vel poſtea, non poſſit inter ſacras virgines conſecrari, vt 20 q.1. iuuenculas? Reſpõdetur, ſacra virgo ſignificat eccleſiam triumphantem, vbi non eſt macula neq; ruga. 21. diſt. quamuis. ſed epiſcopus eccleſiam militantem, vbi ſunt boni & mali. 32. diſt. quoniam. 11.q.3. audi.

Corruptus in epm̃ cõſecrari poteſt, ſed nõ corrupta inter virgines.

g ¶ Significat.] & ita * ipſe epiſcopus eſt ſacramẽtum, ſicut aqua ipſa. 1. q. 1. detrahe verbum ab aqua, quid erit niſi aqua?

* *Neque epiſcopus neq. aqua proprie eſt ſacramentum. Vide Turrecrematã hic.*

h ¶ Vni viro.] id eſt, Deo, & non diabolo, & ſic bene aptatur ſequens littera.

i ¶ Subditã.] id eſt, nõ ab eo diuiſam. & bene ſequitur.

DEinde.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q; Ruffus, & Euſebius, & ceteri epiſcopi Macedoniæ tres prauas opiniones habebant. Prima erat, q; ille non debet bigamus reputari, qui ante baptiſmum habuit vnam, & poſtea aliam, & eam quã poſt baptiſmũ aliquis habuit, videri quaſi nouo homini copulatam. Sed hanc opinionem reprobat Innoc. per duo inconuenientia. Primum eſt, q; ſecundum illorum opinionem, ſi aliquis ante baptiſmum tres habuerit vxores, & poſt baptiſmum quartã, quæ quarta eſt, erit prima ſecũdum eos. Secundum inconueniens eſt, q; hæc talis quę quarto ducta eſt, debet loco virginis reputari. Secũda opinio erat; q; totum quidquid agit homo ante baptiſmum, in baptiſmo deletur, qđ Inno. reprobat, cum in baptiſmo tantum peccata deleantur, & non matrimonia, cũ Deo auctore ſint conſtituta. Tertia opinio erat, q; matrimoniũ ante baptiſmum nõ erat legitimum: & hoc improbat tali ratione; quia ſi hoc verũ eſt, filij inde nati non erunt legitimi, nec hereditatem habebunt: ſed erunt ſpurij vel naturales. Hoc etiã improbatur auctoritate Domini. nã interrogatus à Iudæis, ſi liceret homini dimittere vxorem ſuã, reſpondit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. & de his tantum loquebatur, ſcilicet Iudæis, qui ante baptiſmum contraxerunt. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quæro, & ſolicitus.] reuertitur Innoc. ad ſecundam opin. & eam improbat duabus rationibus vſque in finem. Prima eſt, q; ſecundum hoc filij nati ante baptiſmum, & poſt non erunt fratres, nec inter eos erit familiæ erciſcundæ iudicium, quod eſt abſurdum. Secunda eſt, quia ſecundum hoc, bona quæ facit aliquis catechumenus, non proſunt ei, ſi quod ante baptiſmum geſſit, in baptiſmo deletur, quod non fuit verum in Cornelio Gentili, nec in præceptis legalibus diligenter impletis. Et ſic concludit, q; per baptiſmum non aboletur matrimonium, ſed peccatum.

vt ibi; & cum eo alij duo lattones. ſic 56. diſt. Cœnomanenſem 1. 34. diſt. ſi quis viduam. 8. q. 3. Attaldus. vnde licet ſic inueniatur ſcriptum in aliquo inſtrumento; hæc eccleſia cum ceteris capellis, per hoc non probatur eccleſiam iſtam eſſe capellam.

ADDITIO.

ti, ſicut ſi femina, &c. *Reſtitutus eſt totus hic locus ex gloſſa ordinaria. Nam apud B. Auguſtinum, & reliquos collectores copioſior etiam eſt.*

Item Innocentius Ruffo, & Euſebio, & ceteris epiſcopis Macedon. epiſt. 22. c. 2.

¶ Bigamus α probatur, qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmum alteram. C. III.

DEinde ponitur non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit atque amiſerit vxorem, ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eamque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit; quia illud coniugium per † baptiſmi ſacramentum cum ceteris [a] criminibus ſit ablutum †. Quod cum de vna vtique dicitur, certe, ſi tres habuerit in vetere poſitus homine vxores β, erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima, & virginis æque [b] nomen accipiet, quæ quarto ducta eſt loco. Quis (oro) iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait, vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotẽ? Sed obijcitur [c], quòd in baptiſmo totum quidquid in vetere homine geſtum eſt, ſit ſolutũ. Dicite mihi (cum pace veſtra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptiſmo, an & illa, quæ ſecundum Domini † præcepta, ac Dei inſtituta complentur? Vxorem ducere crimen eſt, an non eſt crimen? Si crimen eſt, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui, vt crimina committerentur, in paradiſo præcepit γ, cum ipſe eos benedixit. Si vero non eſt crimen, quia quod Deus inſtituit †, nefas ſit crimẽ appellari, & Salomõ addidit, [Etenim à Deo præparatur viro vxor,] quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſũ, quod auctore Deo legitur conſummatum? Quid de talium [d] filijs percenſetur? Numquid non erunt admittendi in hereditatis conſortio †, quia ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit vxor, eruntque appellandi vel naturales [e], vel ſpurij: quia non eſt legitimum matrimonium, niſi illud (vt vobis videtur) quod poſt baptiſmum aſſumitur? Ipſe Dominus, cum interrogaretur à Iudæis, ſi liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit [Quod ergo Deus iũxit, homo nõ ſeparet.] Ac ne de his locutus eſſe credatur, qui δ poſt baptiſmum ſortiuntur [f]; meminerint hoc & à Iudæis interrogatum,

Burch. l. 4. c. 98. Iuo p. 1. c. 292. & p. 8. c. 303. Poly. l. 6. tit. 4.

† *poſt*] orig. † *al. ablatum*

1. *Tim.* 3. *ad Tit. c.* 1.

† *legis*] orig.

Gen. 1.

† *iunxit*] ori. *Prouerb.* 19.

28. q. 1. nũquid. † *al. conſortiũ*

Matth. 19.

Ceteri &

a ¶ Cum ceteris.] im proprie ponitur hæc dictio, ceteris,

ADDITIO. argu. contra 1. q. 7. & ſi illa. in princip. vbi de hoc. Archid.

b ¶ Æque.] id eſt, ſimili ratione.

c ¶ Sed obijcitur.] nunc obijcit contra ſecundam opinionem.

d ¶ Quid de talium.] hic obijcit contra tertiam opin.

e ¶ Vel naturales.] Qui dicuntur legitimi, qui naturales, habes 32. quæſt. 4. liberi. qui ſpurij. ff. de ſtatu homi. l. vulgo.

f ¶ Sortiuntur.] vxores & viros.

a ¶ Reſpon-

a ¶ Reſponſum.] Nō interpretandas eſſe locutiones ſm perſonas, quæ loquuntur, quid vel quibus loquuntur, vt hic, & prima. q. 7. dici. & extra de maiori. & obe. ſolitæ. & q perſona loquens comprehenditur in generali ſermone, argumen. ff. de pigno. Paulus. §. vltimo. Sed contra argu. C. de ſolu. inquiſitio. & arg. contra. ff. locati, qui inſulam. §. vlti. vbi nec dominus nec familia excipitur in generali ſermone.

Perſona loquentis an in generali ſermone comprehēdatur.

b ¶ Auctoritate.] Quod enim ratione probari non poteſt, extirpandum eſt, vt 68. diſt. chorepiſcopi.

c ¶ Lex præcepit.] 23. q. 5. qui peccat, non peccat legis auctoritate, &c.

d ¶ Deſtinatos.] Quid d hoc iuris ſit, habes 23. q. 5. reos.

& Iudæis eſſe reſponſum[a]. ¶ Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna eademque ſit vxor eius, qui ante catechumenus, poſtea ſit fidelis, filioſque ex ea, cum eſſet catechumenus, ſuſceperit; ac poſtea alios, cum fidelis; vtrū ſint appellandi fratres, an non habeant poſtea, defuncto patre, erciſcundæ hereditatis conſortium, quibus filiorū nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? Quod cum ita ſentire, atque iudicare abſurdum eſt, quæ (malum) ratio eſt, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate[b] roborari? cum non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit[c] & Deus iunxit? Numquid ſi quis catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos[d] qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit; quæro, ſi hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptiſmum, totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemoſynis vacantem, angelum audiētem per reuelationem, ipſumque ε Petrum videntem; numquid per baptiſmū hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmus videtur eſſe conceſſus[e]? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene geſtum fuerit, & ſecundum præcepta legalia cuſtoditum, non poteſt facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, nō poteſt dici peccatum: & quod peccatum nō eſt ſolui inter peccata[f] credi omnino non debet: eritque integrum æſtimare aboleri non poſſe prioris nomen vxoris, cū nō dimiſſum ſit pro peccato, quod † ex Dei ſit volūtate completū.

Act. 10.

† al. quia

α ¶ Bigamus.] *Rubrica huius capitis & ſequentis, quæ in codicibus impreſſis erant tranſpoſita, in ſuum locum ex aliquot manuſcriptis ſunt reſtituta.*

β ¶ Homine vxores.] *Sic in omnibus manuſcriptis, & apud Burchardum, & Iuonem par. 1. c. 292. quãuis in originali, & apud eumdem Iuonem par. 8. c. 303. paulo aliter, & obſcurius legatur.*

γ ¶ Præcepit.] *In orig. & apud ceteros collect. legitur:* in paradiſo cum ipſe eos iungeret, benedixit.

δ ¶ Qui poſt baptiſmum.] *Apud Burchardum, & Iuonem in prima parte legitur,* quæ poſt baptiſmum ſortiuntur. *Sed in originali, & apud Iuonem par. 8. & in Pannormia, & infra 28. q. 1. c. numquid. hoc modo:* qui poſt baptiſmum vxores ſortiuntur. *Verum ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

ε ¶ Ipſumque Petrum.] *Apud Innocentium in codice canonum, & Burchardum eſt:* atque eleemoſynis reuelationem, Petrumque ipſum vidiſſe. *Apud ipſum Innocentium in tomis conciliorū:* per reuelationem angelum, Petrumq. ipſum vidiſſe. *apud Iuonem:* Petrum ipſum reuelatione vidiſſe.

e ¶ Conceſſus.] quaſi dicat, eadem cauſa non operatur 9trios effectus. ſic 57. diſt. ſi quis in ægritudine. ſicut eadem ſolutio non parit liberationem & repetitionem, vt ff. de ſolu. qui hominem. §. vlti. extra de bap. maiores.

Cauſa eadem diuerſos effectus non operatur.

f ¶ Inter peccata.] Videtur ergo, q infamia cōtracta ante baptiſmum nō tollitur per baptiſmū. & ita q ante baptiſmum fuit infamis, poſtea non pōt promoueri, vt 48. diſt. quū. & 1. q. 7. ſi quis omnem. Hoc non credo: ſed dico infamiā & irregularitatem ex proprio delicto prouenientē tolli in baptiſmo: quia dona baptiſmi ſunt ſine omni pœnitentia, & ſatiſfactione, vt de conſe. diſtin. 4. ſine. Si enim peccatum non deleretur quantū ad infamiam, adhuc poſt baptiſmum obeſſet, qd negat Ambro. ī. ead. vna. vnde ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſmum omnis infamia & irregularitas tollitur, vt 51. diſt. ſi quis poſt acceptum. hoc etiam patet in Paulo: q ante baptiſmū fuit homicida: & tñ poſtea factus eſt apoſtolus, vt 50. diſt. §. econtra. Si obijcis, q ſecundum hoc illa quæ corrupta eſt ante baptiſmū, poſt baptiſmum non ſit irregularis: & ideo debet cōſecrari: bene concedo, q non eſt irregularis: ſed tñ impeditur conſecratione propter defectū ſacramēti. Sed quare repellitur mulier ꝓpter fornicationis, quam ante baptiſmū commiſit, vt extra de diuor. gaudemus. in fine. ſic vr̄ in promouendo. Sed hoc ideo eſt, quia illud delictū nō tantum vxorem, ſed etiam virum maculat, vt 32. q. 1. in coniugio. Sic vides, q per libertatem tollitur delictum, vel infamia quam quis in ſeipſo commiſit: ſed illud

Baptiſmus tollit infamiam præcedentem.

Ar. ī. de cōſec. diſt. 4. nō ex quo. in ſi. Arch.

illud delictum quod in alio commiſit, non tollitur, vt ff. de his qui not. infa. l. penult. & l. athletas. §. Pomponius. Præterea per baptiſmum tollitur crimen præcedens: non tamen tollitur exceptio competens ex crimine [1], ſicut per pœnitentiam tollitur crimen, non tamé exceptio competens ex crimine, vt ſ. diſt. proxi. c. vlt. & 33. q. 2. admonere. Io. Quod autem hic dicitur, non eſt peccatum, ſed ſequela peccati, ſcilicet infamia ex peccato contracta. ſecus autem eſt in illa quæ non prouenit ex peccato, ſed ex conſtitutione eccleſiæ, vt in illa quæ inuita eſt corrupta, vt ſ. ea. c. 2. & in iudice & executore, vt 50. diſt. ſi quis viduam. & 51. diſt. aliquantos. & tamen non peccant tales. ſi. 23. q. 5. miles. Sed ſecundum H. videtur ſequi inconueniens, ſcilicet quod melioris cõditionis ſunt delinquentes, quã illi qui nõ deliquerunt. 34. diſt. fraternitatis. 9. q. 3. mãdamus. in gloſ. nõ qu. ſed hoc contingit virtute ſacramenti.

1 Idẽ not. Inn. extra de diuortijs, gaudemus. ibi videas. & idẽ no. ĩ. 28. q. 1. ſi quis. Arch.

e ¶ Sacerdotis.] idem de quolibet ſacro ordine. 42. diſt. quieſcamus.

QVi ſine crimine.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ille qui habuit tantum vnam vxorem, & eſt ſine crimine, promoueri poteſt: qui vero bis contraxit, licet non peccauerit: tamen prærogatiua ſacerdotij eſt exutus, nec poterit promoueri.

Item Ambroſius lib. 1. de officijs, c. vlt.

¶ In baptiſmate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur. C. IIII.

VNa tantum, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipſo coniugio lex eſt non iterare coniugiũ, nec ſecundæ coniugis ſortiri coniũctionem. Quod pleriſque mirum videtur, cur etiam ante baptiſmum iterata [a] coniugia electioni muneris, & prærogatiuæ ordinationis [a] impedimenta generent, cum etiã delicta obeſſe nõ ſoleant [b], ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptiſmo culpa dimitti poteſt, lex aboleri nõ poteſt. In coniugio non culpa, ſed lex eſt. Quod culpæ eſt igitur, in baptiſmo relaxatur: quod legis eſt, in coniugio non ſoluitur. Quomodo autem poteſt hortator [c] eſſe viduitatis, qui ipſe coniugia frequentauerit?

Iuo p. 8. c. 291. Pann. l. 6. c. 64.

[a] ¶ Iterata] *Apud B. Ambroſium locus hic varie legitur. Nam in antiquis impreſſionibus habetur*, iterato coniugio. *in recentioribus vero*, iterati coniugij, *itemque in Pannormia, & apud Iuonem. In his tamen, quæ ſequuntur, concordant, ſic legendo*, ad electionem muneris, & prærogatiuam ordinationis impedimenta generentur,

Ioannes etiam Baptiſta dum Herodem ab inceſtu prohiberet dicens: [Non licet tibi habere uxorem fratris tui;] euidenter oſtendit inter infideles coniugia eſſe. Vnde datur intelligi, quòd bigami dicuntur non ſolum qui poſt baptiſma coniugia frequentant, ſed etiam, qui ante baptiſmum vnam, & poſt baptiſmum alteram habuiſſe probantur. Bigamus [d] vero in ſacerdotem ordinari non debet: non quia deliquerit ſecundam accipiendo uxorem: ſed quia prærogatiua exutus eſt ſacerdotis [e].

Matth. 14.

Vnde Ambroſius ad Vercellenſes, lib. 10. epiſt. 82. ait.

¶ Non peccat bigamus, ſed prærogatiua ſacerdotis exuitur. C. V.

QVi ſine crimine eſt vnius vxoris vir; tenetur † ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis.

Iuo p. 8. c. 290. Pann. l. 6. c. 63. † al. teneatur

VNa tantũ.] CASVS. In hoc cap. dr, quod ſi quis iterauerit coniugium, id eſt ſecundã habuit vxorem, non poteſt poſtea promoueri ſecũdum legem promotionis: quod quibuſdam mirum vr, ſcilicet vt matrimonia ante baptiſmũ contracta obſint: peccata, vero non obſint volentibus promoueri: quod non debet videri mirum: cum peccata in baptiſmo deleantur, bigamia vero non. Per §. autem ſequentem, qui planus eſt, probatur, quod bigami reputantur, non ſolum qui ante baptiſma, ſed etiam qui poſt coniugia frequentauerunt.

¶ Caſus ſeq. §. patet.

[a] ¶ Ordinationis.] ſi. ps ĩ. 32. diſt. ſeriatim.

[b] ¶ Non ſoleant.] Ergo infamia ex delicto prouenient non nocet, quantum ad legem promotionis: ſcilicet per baptiſmum deleta.

[c] ¶ Hortator.] ſic 25. diſt. c. vlt. & 47. diſt. c. ſicut hi. §. neceſſe.

[d] ¶ Bigamus.] Bigamus componitur à bis & gamos, quod eſt mulier, vel vxor. & ſic dicitur bigamus, qui duas habet vel habuit vxores. Archid.

DISTINCTIO XXVII.

QVòd au-

QVòd autem.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. In prima intẽdit Gratianus ſuperficialiter allegando probare, quod ſi diaconus fuerit proteſtatus, quod non poterit continere: ſi contrahit, tenet matrimonium, ſed hoc eſt falſum. Secunda ibi, [Quidam.] Ioan. de Fan.

CASVS.

Casvs. Supra oſtenſum eſt, ꝙ oportet epm eſſe vnius vxoris virũ. In hac 27. diſt. quæritur, an tẽpore adminiſtrationis poſſit eius copula fungi, quã vnicã & virginẽ habuit? Et reſpon. ꝙ nõ. & hoc probatur per ſequẽs cap. a ¶ Quod autem.] In hac 27. diſt. primo ponit incidentem

c ¶ Si conteſtatus.] Not. ꝙ proteſtatio valet, vt extra de no. oper. nunti. cũ ex iniuncto. & ſ. diſt. proxi. diaconi. extra qđ met. cau. perlatum. & 31. q. 2. Lotharius. & ff. de neg. geſt. Neſennius ff. qui. mo. pig. vel hy. ſol. ſi debitor. §. 1. Arg. cõ extra de conſti. cũ M. Ferrarienſis. & de ap. ſolicitudinem. Ioan. Hoc credo tenẽdum, ꝙ proteſtatio ſemper valet facta præſente aduerſario, niſi cõdicat aduerſarius 3, vel iudex ſi facta fuerit re adhuc integra exiſtente, vt in hoc cap. & extra de in integrũ reſti. cum veniſſent. niſi in caſibus quib⁹ expreſſum eſt, ꝙ proteſtatio non valeat vt ibi, extra de conſt. cum M. & de ap. ſolicitudinem.

d ¶ Tacuerit.] Not. taciturnitatẽ haberi pro conſenſu, vt hic, & 54. diſt. ſi ſeruus. & 65. diſt. ſi forte. & 20. q. 2. puella. ff. ſol. ma. l. 1. arg. cõtra extra de præſc. nihil. Sol. taciturnitas ſemper habetur pro conſenſu, niſi in tribus caſibus no. 2. q. 7. plerumque. Item & in caſibus illis vbi requiritur expreſſus conſenſus, vt in ſeruitute imponenda non ſufficit cõſenſus tacitus, ſed expreſſus, vt ff. de ſer. vrb. præd. inuitum. Item in procuratore conſtituendo. ff. de procur. filius. §. inuitum. Itẽ in furto, vt ff. de fur. qui vas. §. vetare. Itẽ in ſoluendo matrimonio, vt ff. de ritu nup. in eo iure. §. 3. Vel diſtingue, an tale ſit factũ qđ poſſit fieri me iubente. In eo caſu non obeſt taciturnitas, vt rẽ meã quis poſſit vendere me inuito: & ideo ibi non nocet taciturnitas, vt ff. de cõtrahen. emp. rem alienã. Si autẽ tale factũ eſt, qđ non põt fieri me prohibente, ibi taciturnitas habetur pro conſenſu 4, vt extra de his quæ fiunt à præla. c. 2. ſic diſtinguit lex. ff. de re iud. ſæpe. ſic 11. q. 3. quando. & extra de ſent. & re iud. quamuis. Ioan.

tem[a] *vnius vxoris vir epiſcopus eſſe iubetur; quæritur, an de tempore ordinationis hoc ſit accipiendum, vt tempore ſuæ adminiſtrationis, eius poſſit copula fungi, quam vnicam, & virginem ſibi deſponſauit.*

Apud Martinũ Bracarẽſẽ, c. 39.

Hoc Martinus Papa prohibet dicens.

¶ Non ordinetur diaconus, niſi caſtitatem fuerit profeſſus. C. I.

Diſt. 28. diaconi. Iuo p. 6. c. 376. Pann. l. 3. c. 97.

DIaconus[b] qui eligitur, ſi conteſtatus[c] fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non poſſe in caſtitate permanere, hic non ordinetur. Quòd ſi in ordinatione tacuerit[d], & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium deſiderauerit; alienus ſit à miniſterio, & vacet à clero.

Hac auctoritate datur intelligi, quòd illi, qui vxores habent, vel accipere volunt, nec diaconi, nec ſacerdotes fieri poſſunt, niſi continentiam profiteantur. § Si vero diaconus à miniſterio ceſſare voluerit; & contracto matrimonio licite[e] poteſt vti. Nã etſi in ordinatione ſuæ caſtitatis votũ obtulerit; tamẽ tanta eſt vis in ſacramẽto coniugij, quòd nec ex violatione voti poteſt diſſolui ipſum coniugium.

3 Argu. ad hoc extra de ele. Cumana. Archid.

Tacens an conſentiat.

Vnde Auguſtinus in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, c. 10.

¶ Nubentes poſt votum non ſunt adinuicem ſeparandi. C. II.

§. 27. q. 1. c. nuptiarum. §. proinde.

2 QVidam nubentes poſt votum[f] aſſerunt adulteros eſſe. Ego autem dico, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt.

1 Nam vltra propoſitum principale hoc interſerit de continentia clericorum, vſque ad 35. diſt. vt dixi ſ. in rub. huius libri. Archid. Textũ dupliciter exponit.

dentem 1 quæſtionem, ſcilicet, an eps poſſit vti matrimonio contracto. Secundo ponit contrarietates capitulorum quorundã, quæ loquuntur de vouentibus: & ea ſoluit diſtinguendo inter vouentes ſolenniter, & vouentes ſimpliciter. Et incipit hic tractare de continentia clericorum. & protenditur iſte tractatus vſque ad 36. diſt.

DIaconus.] Casvs. Aliquis volebat in diaconum promoueri, ſed caſtitatem ſeruare nolebat: quæſitum fuit an deberet ordinari? Et reſpondet M. Papa ꝙ non. ſed ſi cum ordinaretur tacuit, & poſt ordinationẽ contraxit, deponi debet.

b ¶ Diaconus.] ſecundum ꝙ patet per §. ſequẽtem, hoc cap. põt intelligi de matrimõnio iam cõtracto, & de cõtrahendo. & ſecundũ hoc diuerſis modis exponitur litera: ſecundũ ꝙ intelligitur de cõtracto, planũ eſt: quia iſte M. Papa præceſſit Greg. qui indixit continentiã ſubdiaconis. 31. diſtin. ante. ſed hoc expone pro accipiẽdo; ideſt, pro cõtracto retinendo. Licuit enim etiam tempore Siricij vſque ad Greg. ſubdiaconis vti iam contracto matri. 87. diſtin. quicumque. 82. diſt. propoſuiſti. expone ergo quod dicit, matrimonium deſiderauerit 2, id eſt, deſiderauerit vti iam cõtracto. Secundum autem ꝙ loquitur de contrahendo, de diacono fuit tantum quæſitum, & de eo tantum reſponſum. Idẽ tamen eſt de ſubdiacono ſ. 32. diſtinct. ſi quis eorum. & ſecundum hoc plana eſt litera. Quod tamen dixi, quòd M. præceſſit Greg. H. dicit per chronicam ſuam falſum eſſe. & dicit ꝙ Gregorius præceſſit Martinum lxvj. annis.

2 Scilicet cũ effectu, & de facto cõtraxerit. Arcid.

Hac avctoritate. Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradicto ca. ꝙ illi qui habẽt vxores vel habere volũt, nec diaconi nec ſacerdotes fieri poſſunt. ſed ſi diaconus à miniſterio ceſſare voluerit, matrimonio iam contracto, vti poteſt: quia etſi etiam in ſui ordinatione caſtitatem promittat, tamen tanta eſt vis matrimonij, vt ipſum matrimonium non diſſoluatur. & hoc ꝓbat per ſequentia. Quod tñ dicitur ab illo verſi. [Si vero,] falſũ eſt, niſi hoc intelligas in orientali eccleſia. ¶ Caſus autem plani ſunt vſq; ad cap. qđ interrogaſti.

4 De hoc etiã not. extra de præſump. nõne. ibi videas. Arch.

e ¶ Licite.] allegando dicit.

QVidam.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. In qua corrigit & dicit, ꝙ vouentes ſimpliciter, licet non debeant contrahere, tamen tenet matrimonium. Io. de Fan.

f ¶ Poſt votum.] Quidam dicunt illud votum eſſe ſimplex, quod fit per verba de futuro, vt, ego voueo, ꝙ poſt mortem vxoris continebo. hoc votum impedit, vt dicunt

ſuut, ſed non dirimit matrimonium. Votum ſolenne eſt, quod fit per verba de præſenti, vt; ego voueo continentiam. iſtud impedit & dirimit, extra qui cle. vel vo. meminimus. & c. conſuluit. Ego credo tribus modis votum ſolennizari, vel per ordinem, vel per habitū, vel ex eo q; coram aliquibus teſtibus deuouit ſe alicui religioni. & dic vt no. 27. q. 1. cap. 1. Ioan. Quod Ioan. dicit de habitu, intelligas ſi recipiẽdo habitum fecit profeſſionem expreſſam vel tacitam, vt extra de reg. ſtatuimus. & cap. præced. quia ſolus habitus non ſolẽnizat votum, vt eod. tit. porrectũ. Bar.

Votum ſolennizatur tripliciter.

plana ſunt, & per te videbis.

e ¶ Et finxit.] Quædã ſimulatio fit ex honeſta cauſa, quædam ex inhoneſta. Ex honeſta, vt 22. q. 2. vtilem. & 23. q. 2. dominus. Similiter ſi aliquis ſimulat ſe religionem intrare propter timorem, talis ſimulatio non nocet:

Simulatio fit cauſa duplici.

α ¶ Auguſtinus.] *Verba propria huius capitis non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum. Sententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc eſt de voto ſimplici, vt Gratianus in fine huius diſtinctionis exponit.*

Item Theodorus in pœnitentiali.

¶ De eodem. C. III.

SI vir ſimplex β votum [a] virginitatis habens adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem, ſed tribus annis [b] pæniteat.

Ibidem. c. ſi qs votum.

β ¶ Simplex] *Abeſt vox iſta ab omnibus manuſcriptis, & infra 27. q. 1. c. ſi quis votum. etiam ab impreſſis. In aliquot tamen pervetuſtis, eſt gloſſa interlinearis.*

Hieronymus γ vero econtra ſcribit.

¶ Damnabile eſt vouentibus virginitatem, velle nubere. C. IIII.

VOuentibus virginitatem, nõ ſolum nubere, ſed etiam velle [c] damnabile eſt.

J. 17. q. 1. c. vouentibus. Sent. 4. diſt. 38.

γ ¶ Hieronymus.] *Gratianus hic, & infra 17. q. 1. c. vouentibus & Magiſter ſententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non eſt inuentum. In gloſſa ordinaria 1. Tim. c. 5. ad ea verba,* habentes damnationem, *refertur ex B. Auguſtino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum. 27. q. 1. poſt principium.*

Idem contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Damnationem habebit, ſi nupſerit quæ virginitatem vouit. C. V.

SI nupſerit virgo [d], non peccat †, non illa virgo, quæ ſemet † Dei cultui dedicauit. Harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem; quia primam fidem irritam fecit.

Iuo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 191. † *peccauit*] Hier. † *al. quæ ſe ſemel*

1. Cor. 7. 1. Tim. 5.

Item Nicolaus Papa ad Albinum † Vienen. eccleſiæ archiepiſcopum.

†Valde variant hæc nomina in exẽplaribus, & Burc. & Iuone.

Quæ ſanctimonialem ſe eſſe finxerat, nubere non valet. C. VI.

QVod interrogaſti de femina, quæ poſt obitum mariti ſui ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuit, & finxit [e] ſe ſub eodem velamine ſanctimonialem eſſe; poſtea vero ad nuptias rediſt; bonum mihi videtur: quia per hypocriſim eccleſiaſticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto ſuo permanſit; vt pænitentiam agat

Burc. l. 8. c. 47. Iuo p. 7. c. 65. & 152. Pann. l. 3. c. 205.

a SI vir ſimplex votum.] id eſt, propoſitum perpetuæ cõtinentiæ habendæ.

b ¶ Sed tribus annis.] Alibi dicitur, q; iſti ſunt peiores adulteris, vt 27. q. 1. nuptiarũ. Quare ergo iſtis tantũ triennij pænitentia indicitur, cum adulteris ſeptẽnij indicatur. 33. q. 2. hoc ipſum? Item cum iſti in Deũ peccent, grauius eſſent puniẽdi, quàm illi qui in hominẽ peccant, vt 27. q. 4. ſicut qui. 22. q. 1. mouet. Sed iſtud eſt propter bonum matrimonij adiunctũ 1, & ſic habes, q; minuitur pœna delicti propter adiunctum bonum, vt 32. q. 2. quidquid. & q. 4. dixit. & cap. origo. & 22. q. 2. ſi quis liber.

Nubẽs poſt votum, peior eſt adultero.

1 Ad hoc facit quod no. 1. q. 1. quibuſdã. Inno. hic arg. &c.

c VOuentibus.] ¶ [Etiam velle.] ſic ergo videtur, q; ſola voluntas etiã quo ad eccleſiã punitur, vt 19. diſ. Anaſtaſius. ſic ergo licet nubere per ſe ſit bonum, tamen malum eſt iſtis, ſicut corpus Chriſti malum fuit Iudæ, vt de conſe. diſt. 2. ſicut Iudas & arbor paradiſi mala fuit Adæ, vt 11. q. 3. qd ergo.

d SI nupſerit virgo.] quæ non vouit.

QVod interrogaſti.] CASVS. Quędam vidua clauſtrum monialium intrauit, & velamen ſuper caput ſuum impoſuit continentiam profitendo, & inter alias monachas ſicut ſanctimonialis eſt morata, poſtea contraxit matrimonium, dicens ſe ficte monaſteriũ intraſſe; quęſitum eſt, quid fieri debeat. Et reſpondit Nicolaus Papa, quòd ipſa debet agere pænitentiam de illuſione nefanda, & reuerti ad monaſterium, vt ſeruet quod promiſit. Omnia autem quæ ſequuntur, plana ſunt, & per te videbis.

cet: dummodo proteſtatio præcedat 2, vt extra quod met. cau. perlatum. Simulatio autem ex inhoneſta cauſa ſemper facit monachum: nec ad mitteretur, ſi vellet probare contrarium, vt 27. q. 1. vidua. & extra de reg. vidua. & C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. ſed & qui domini funus pileati. Et not. quòd Io. Faucntinus diſtinxit: eſt fictio 3 intentionis, & fictio operis. Fictio intentionis eſt cum quis ficte ad baptiſmum accedit, & licet ficte accedat *, tamẽ verum baptiſmum recipit, vt 1. q. 1. ſicut ficti 4. ſimiliter ſi quis ficte fit monachus ad hoc, vt poſſit

2 Et hoc ideo: quia ſemp præſumit durare voluntas, niſi ꝓbetur mutata. ff. de proba. cum qui. & ff. de leg. 2. Lucius. in fi. legis. Arch.

3 Fictio intẽtionis, & fictio operis.

* *Vide B. Th p. 3. q. 68. ar. 7. & q. 69. ar. 9. et 10*

4 Quod leg. & not. ca. q. ſponſus. §. ecce qñ. in fin.

poſſit fieri abbas: nihilominus eſt monachus, licet ficta, & non ſincera ſit eius intentio 1. Fictio operis dr, vbi factum fingitur eſſe quod non fit, vt ff. de rit. nuptia. ſimulate. vel cum ſimulat ſe vendere, & donat, & ſecūdum quod dr C. plus valere, quod agitur, quàm qđ ſimulate concipitur. Similiter dico, q ſi aliquis eo propoſito copulatur alicui mulieri, q nolit ſtare legitime cum ea, & hoc paratus ſit probare, q non eſt audiēdus, nam in ſponſalibus recurritur ad communem intelligentiam verborum, licet contrahens alium intellectum habuerit, vt extra de ſponſ. ex literis 2. vbi enim verba non ſunt ambigua, non eſt locus interpretationi, vt ff. de leg. 3. l. ille aut ille 2.

1 Ad hoc 16. q. 7. per laicos. Ioã. de Fan.

de illuſione nefanda, & reuertatur[a] ad id, quod ſpopondit & in ſacro miniſterio † permaneat, quod inchoauit.

† *al. miniſterio inchoauit*

P A L E A. C. VII.

Burchar. & Iuo ibidem. Pān. l. 3. c. 106.

NAm ſi conſenſerimus, quòd omnia ſacramenta eccleſiaſtica quiſque, prout vult, fingat, & non vere faciat; omnis ordo eccleſiaſticus turbabitur, nec catholicæ fidei, iura conſiſtunt, nec canones ſacri rite obſeruantur. Quid enim profuit Simoni mago baptiſmum ſacrum ficte ſuſcipere, & in Chriſtianitate permanſurū ſe finxiſſe, cum per Apoſtolum fraude eius detecta, quod ſibi futurum eſſet, prænuntiatum fuit? Ait enim [Pecunia tua tecum ſit in perditionem, cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaq. age ab hac nequitia tua, & roga Deū, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.] Ideo tales, niſi reſipiſcant, ſpirituali gladio percutere cēſemus. Non enim fas eſt ſpiritui ſancto mentiri, ſicut Ananias, & Saphira mentiti ſunt, & ſtatim perierunt.

Act. 8.

Act. 5.

¶ *Caput hoc in multis Gratiani codicibus (in quibus habetur ſine nomine, Palea) eſt coniunctum ſuperiori, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. In Pānormia autem eſt ſeiunctum.*

Item Calixtus Papa. ij.

¶ In ſacris ordinibus conſtituti non ducant vxores; & ſi duxerint, ſeparentur. C. VIII.

PResbyteris, diaconis[b], ſubdiaconis, & monachis concubinas habere, ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi[c], & perſonas ad pœnitentiam redigi debere iuxta ſacrorum canonum diffinitiones iudicamus.

¶ *Hic canon inuentus eſt in cod. Vatic. Biblioth. in fragmento cuiuſdam concilij ab Vrbano ſecundo habiti, c. 2. ex eodem vero concilio ſunt canones, Alienationes. 12. q. 2. & Paternarum. 24. q. 3.*

Hic diſtinguendum eſt, quòd vouentium alij ſunt ſimpliciter vouentes, de quibus Auguſtinus, & Theodorus locuti ſunt: alij ſunt, quibus poſt votum, benedictio accedit conſecrationis, vel propoſitum religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus ſcripſerunt.

Vnde idem Hieronymus contra eumdem Iouinianum libro primo ſcribens ait.

¶ Inceſtæ ſunt virgines, quæ poſt conſecrationem nubunt. C. IX.

Iuo. p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 193.

VIrgines, quæ poſt conſecrationem nupſerunt, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ[d].

DISTINCTIO XXVIII.

E*Cce oſten-*

a ¶ Reuertatur.] Hoc intellige, quādo poſt habitum aſſumptum ſtetit inter moniales, vt 27. q. 1. vidua. aliās ſolus habitus non dirimeret ſequens matrimonium, vt extra de regular. porrectum. & extra de conuerſione coniugatorum, ex parte. in fi.

2 Idem no. etiam Io. & Ber. extra de reg. vt cle. vbi no. de materia huius glo.

b PResbyteris, diaconis.] vt extra qui cle. vel vo. c. 2. contra. Sed ibi fuit diſpenſatio comparatiua.

c ¶ Diſiungi.] Non enim debet diſſimulatione culpabili nefanda ſententia corroborari. C. de inceſt. nup. l. vlt. in fi.

c ¶ Diſiungi.] quo ad carnis copulam: quia quod non eſt, non poteſt diſſolui, neque accuſari. extra de deſpon. impu. ad diſſoluendum. ſed dicit lex q matrimonium nō dr diſſolui, quod ab initio nullum fuit, vt in Auth. de nup. §. ſi vero ab initio.

Quod non eſt, non poteſt diſſolui.

d VIrgines.] ¶ Quā inceſtæ.] ſacrilegæ etiam ſunt. 27. q. 1. virginibus. quia vaſa dni. id eſt, ſcipſas contaminant 3. ſ. diſt. proxi. decernimus.

3 Sub. & ideo in omnem eccleſiam delinquere videtur. 26. q. 2. ſed & illud. 55. diſ. in cap. ſed illud. in fi. Archid.

ECce.] Hæc diſt. diuiditur in xi. partes, in quarum prima probatur, q nullus debet eſſe ſubdiaconus, niſi promiſſa caſtitate, & hoc per cap. Greg. & cap. Innoc. Ioan. de Fan. Quę autem fuit cauſa inſtitutionis, habetur 31. diſtin. ſe cauſa. Secunda ibi. [Quando.] Tertia ibi, [Priuſquam.] Quarta ibi. [De his.] Quinta ibi. [Aſſum.

Sexta

ſum eſt [a], *quòd nolentes vouere continentiam, nec ad ſubdiaconatum, nec ad ſuperiores poſſunt gradus conſcendere. Vnde ad ſubdiaconatum accedentes, non ſine voto caſtitatis iubentur admitti, auctoritate B. Gregorij, qui ſcribens Petro ſubdiacono, lib. 1. epiſtola 42. in fine ait.*

¶ Non fiat ſubdiaconus, qui ſe caſte victurum non promiſerit. C. I.

NVllum facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit [b]. *& nõnullis interiectis.* Quia nullus ad miniſteriũ altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptũ miniſteriũ fuerit approbata. Infra .diſt. 31. c. ante triẽnium.

Item Innocentius ſecundus in concilio Rom. c. 5.

¶ Subdiaconus, & ſupra conſtituti, incontinentes vxorem, aut concubinã ducentes eccleſiaſtico beneficio, & officio careant. C. II.

DEcernimus, vt ij, qui in ordine ſubdiaconatus †, & ſupra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque eccleſiaſtico beneficio careant [c]. Cum enim ipſi templum, vaſa Domini, & ſacrarium ſpiritus ſancti debeant eſſe, & dici; indignum eſt eos cubilibus & immunditijs deſeruire. Pann. l. 8. c. 142. † *diaconatus*] Pann.

Item ex concilio Toletano 4. c. 26.

¶ Caſte ſe victuros promittant in diaconos, vel presbyteros ordinandi. C. III.

2 QVando presbyteri, aut diaconi [d] per parochias conſtituuntur; oportet eos primum profeſſionem [e] epiſcopo ſuo facere, vt caſte, & pure † viuant ſub Dei timore, vt dum eos talis profeſſio obligauerit, vitæ ſanctæ diſciplinam † retineant. Burc. l. 2. c. 157. Anſe. l. 7. c. 106. Iuo p. 3. c. 130. & p. 6. c. 148. Pann. l. 3. c. 22. † *al. pie* † *al. diſciplina retineat.*] cod. Regius.

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epiſtola 40.

¶ Qui longam corporis ſui continentiam non habet, in epiſcopum eligi non debet. C. IIII.

3 PRiuſquam ad nos ſcripta veſtra diſcurrerent † Ioannẽ diaconũ, qui ab altera parte [f] electus eſt paruula [g] Anſel. l. 6. c. 9. al. 16. Polyc. l. 2. tit. 2. † *al. recurrerent.*] *al. diſcurriſſent*

Sexta ibi, [Presbyter.] Septima ibi, [Quia ſunt.] Octaua ibi, [De Syracuſanæ.] Nona ibi, [Si quis docuerit.] Decima ibi, [Presbyteram.] Vndecima ibi, [Conſulendum.] Ioan. de Fant.

CASVS. Oſtenſum eſt ſupra in illo cap. diaconus. & c. presbyteris. ꝙ diaconi, presbyteri & ſubdiaconi debent continentiam promittere. Adhuc in hac 28. diſt. de eodẽ tractat, & annectit de his, qui ab infantia eccleſiaſticis officijs mancipantur, & ꝙ relictæ diaconorum & ſacerdotum non contrahant, & ꝙ ſacerdotes proprias vxores à ſua cura non abijciant. Sequentia plana ſunt vſque ad cap. [priuſquam.]

a ¶ Ecce oſtenſum eſt 1.] in hac 28. diſt. agit de continentia clericorum in tribus ordinibus, oſtendit etiam qualiter ſint ordinãdi q ab infantia eccleſiaſticis officijs adiunguntur. Item oſtendit, ꝙ relictæ presbyterorũ & diaconorum nõ poſſunt alijs nubere, & quòd ſacerdotes à ſua cura non debent abijcere mulieres. vltimo, ꝙ ad laicos non ſpectat iudicare de ſacerdotibus, licet mali ſint.

b NVllum.] ¶ Promiſerit.] expreſſe vel tacite. expreſſe, vt 23. diſt. quãquam & 27. q. 1. vt lex. Tacite, vt infra ea. diaconi. Si quæras quomodo eccleſia imponat alicui neceſſitatem continendi, cum continentia ſit res voti, non præcepti, vt 32. q. 1. integritas? Dico ꝙ eccleſia neminem cogit continere, ſed in ordine quem dat, poteſt imponere legem quam vult, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ, vt ff. de pact. in traditionibus.

c DEcernimus.] ¶ Careant.] Mitius agit cum eis decretalis, quæ iubet eos amoueri poſt admonitionem, vt extra de coha. cler. ſicut.

ADDITIO. Vt hoc dictum eſſet; dic, careant ſi præmoniti non ceſſauerit, ſecundum Lauren. vel dic, ꝙ decret. loquitur in concubinario clerico, hic autem in eo qui de facto duxit vxorem, qui plus contemnit. Arch.

QVando.] Hæc eſt ſecunda pars, in qua probat ꝙ prælati eccleſiarum parochialium debent facere profeſſionem epiſcopo, quòd honeſte viuent.

d ¶ Aut diaconi.] Hoc dic etiam acolythis conſtituitur eccleſiæ ex diſpenſatione 2. vt extra de æta. & qua. li. præterea.

e ¶ Profeſſionem.] Quid promittere debeat, dixi 24. diſt. quanquam.

PRiuſquam.] Hæc eſt tertia pars, in qua probatur, ꝙ habens filiam paruulã non debet eſſe epiſcopus.

CASVS. Vacante eccleſia Neapolitana, quidam nomine Ioannes fuit ibi in epiſcopum electus à minori parte capituli, alijs contradicentibus, quia filiã habebat paruulã. ſupplicabatur Papæ vt ipſum cõfirmaret: ſed Gregorius noluit eum confirmare, dicens, ꝙ nec ipſi debuerunt eũ eligere, nec ipſe debuit electioni conſentire, cum ſita iſte conuincatur ſui corporis continentiam non habere.

f ¶ Ab altera parte.] id eſt, medietate: quia nomine partis medietas deſignatur, vt ff. de verb. ſigñ. nomen. §. portionis. & ff. de vſufru. l. [illegible]

g ¶ Paruulam.] paruitas filiæ fuit argumentum, ꝙ non diu fuerat continens. vnde aliud eſſet ſi habuiſſet magnam filiam 3, vt ſic non obſtet, vt ſ. ead. de Syracuſanæ. vnde ibi fuit diſpenſatũ. Sed hodie iure cõmuni nullus talis promouendus eſt in epiſcopum, vt 61. diſt. Cauendũ.

1 Hic ſub. ſic ſ. diſt. proxi. c. 1. & pe. eſt oſtenſum, ꝙ diaconi ſubdiaconi & presbyteri debent continentiam promittere, & adhuc in hac. &c. ſecundũ Bar th. Brixiẽ.

2 Hæc diſpẽſatio eſt in corpore iuris clauſa, ideo omnibus epiſcopis eſt permiſſa, ſecundum Ara. & Goffre.

3 Nam per temporis proceſſum quandoq; purgatur, vt ... 1. q. 1. cito. & nos. 2. q. in prima. Archid.

a ¶ Filiam.]

a ¶ Filiam.] Nota quòd per factum ipſum probatur aliquid, vt 82. diſt. propoſuiſti. 12. q. 2. quatuor. & 18. diſt. peruenit. Ex hoc cap. videtur, quòd iudex ex ſuo officio poſſit aliquid ſupplere de facto, quod ſibi non conſtat tamquàm iudici. Et licet non obijciatur aliquid à partibus

Iudex quilibet quoque de facto ſupplet.

habere filiam[a] ex quorumdam relatione cognouimus. Vnde, ſi rationem voluiſſent attendere, nec alij eum eligere, nec ipſe debuerat conſentire. Nam qua præſumptione ad epiſcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis ſui continentiam filiola[a] teſte conuincitur non habere?

a ¶ Filiola.] *Sic emendatū eſt ex originali, Anſelmo, & Polycarpo, cum antea legeretur, filia. Superius etiam dixerat*, paruulam filiam, *quibus vocibus recens incontinentia manifeſte exprimitur.*

Item ex concilio Toletano 2. c. 1.

¶ Ad ſubdiaconatum acceſſuri continentiam profiteantur. C. V.

Anſel. l. 7. c. 42.

4 De ijs, quos voluntas parentum à primis infantiæ[b] annis clericatus[β] officio mancipauit, ſtatuimus obſeruandum, vt mox detonſi, vel miniſterio lectorum[c] traditi, in domo eccleſiæ ſub epiſcopali præſentia à præpoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauumdecimum[d] ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebiſque conſpectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante placuerit, & promiſſionem † caſtimoniæ ſuæ abſque coniugali neceſſitate ſpoponderint ſeruaturos; hi tamquam appetitores arctiſſimæ vitæ, leuiſſimo Domini iugo ſubdantur; ac primo ſubdiaconatus miniſterium habita probatione[e] profeſſionis ſuæ à vigeſimo anno ſuſcipiant †. Quòd ſi inculpabiliter, ac inoffenſe vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ peregerint, ad diaconatus officium, (ſi ſcienter implere poſſe ab epiſcopo comprobantur) promoueri debēt. Cauendum tamen eſt his, ne quando ſuæ ſponſionis immemores ad terrenas[f] nuptias, aut ad furtiuos † concubitus vltra recurrant. Quòd ſi forte fecerint, vt ſacrilegij rei † ab eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiā auferre[g] nō poſſumus; ita vt cū prouectæ ætatis in coniugio poſiti renuntiaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines † adſpirent.

† al. profeſſionem

Adde quòd hæc dictio, hic ponitur excluſiue. tex. eſt i. in l. ratio §. fi. ff. de act. emptio.

† al. abortiuos

† rei damnentur, & ob] orig. manuſcri. reg.

† al. gradus

β ¶ Clericatus.] *In omnibus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis conciliorū legitur*, in clericatus officio, vel monachali [al. monachi] poſuiē. *Sed in codice Lucenſi regio habetur eodem modo atque apud Gratianum.*

Dicitur enim, quòd illi recepti minoribus ordinib⁹ in pueritia, cū ad decimūoctauum annū peruenerint, interrogari debent, an velint continentiam profiteri, vel non. Et ſi dixerint ſe velle continere poſt xx. annū, debent ad ſubdiaconatū promoueri: & ſi poſtea caſte vixerint, poſt xxv. annū diaconi fiant: ita tamen quòd deceteró ad nuptias vel furtiuos concubitus non accedant: quod ſi fecerint, deponantur. Si vero dixerint ſe nolle continere, ducant vxores; ita vt ſi poſtea tenuerint pari cōſenſu copulæ nuptiali, ad ſacros ordines poterunt promoueri.

b ¶ Infantiæ] id eſt, pueritiæ: quia infantia non durat niſi vſque ad ſeptennium: vt C. de iur. delib. ſi infanti. Sic ergo videtur, quòd pueri bene poſſunt habere beneficia eccleſiaſtica: nam & promoueri poſſunt vt 77. diſtin. in ſingulis. Sed contra 1. quæſtio. 1. pueri. Sed dic, quòd beneficia poſſunt habere, ſed non prælaturas, vt extra de æta. & qualit. indecorū.

Pueri beneficia ſed nō prælaturas habere poſſunt.

c ¶ Lectorum.] Nomine lectoris hic cōprehendit omnes minores ordines. 3. 25. diſt. cap. 1.

d ¶ Octauumdecimum.] In clerico ſæculari requiritur votum in xviij. anno, vt hic, & 77. diſtin. in ſingulis 2. ſed in monacho in xv. vt 20. q. 1. illud. quod ideo fit, ne monachalis habitus propter nuptias deſeratur, niſi vbi dura eſt conuerſatio, vt in inſulis, vbi datur maius ſpatium, vt extra de regu. quia in inſulis.

a Hoc canil facit ad hoc qd dicit, requiritur, & c. Arachid.

citur, quòd in xviij. anno debet perſcrutari conſcientia iuuenum, vtrum velint contrahere, vel caſtitatem tenere.

Casvs. Hoc capitulum loquitur de illis filijs, qui tradantur à parentibus in eccleſijs ſæcularibus erudiendi.

bus contra perſonam electi: ipſe tamen ſuperior poteſt obijcere 1. Sed hoc ideo ſupplet de facto, quia illud ſpectat ad ſubſtantiam electionis; ſicut ſupplet de tali facto, quod ſpectat ad ſubſtantiam iudicij, vt dixi 2. q. 7. alieni. Ioan. Alias iudex non ſupplet de facto, niſi qđ conſtat iudici tamquam iudici, vt C. de temp. appe. l. 1. §. vlt. & C de appe ampliorem. circa principium. & ff. de teſtib. l. 3 §. tu magis ſcire. Sed licet poſſit ſupplere, tamē ei ſoli non creditur, vt extra de probat. quoniam contra falſam. Sed de iure ſupplet. C. vt quæ deſunt aduoca. Ioan. Bar. Brix.

1 Quod dic, vt legitur & not. extra de elect. cū nobis olim. de poſtu. c. 3. & hic adde qđ dict. J. 3. q. 7. iudicet. Arch.

De ijs.] Hæc eſt quarta pars huius diſtin. in qua dicitur

Addit io. Hæc palea eſt 20. q. 1. quia.

e ¶ Probatione.] Debet enim longa præcedere cōtinentia, vt 3. eod. proxi. cap. & 77. diſt quicumque.

f ¶ Ad terrenas.] quia terram replent, virginitas vero paradiſum. 32. q. 1. nuptiæ.

g ¶ Auferre.] quod ergo de iure cōmuni competit, negandum non eſt. in Auth. de nupt. circa finē. §. ſed hoc quia. ff. de re iu. l. 4. §. ſi quis condemnatus.

Aſſumi.

ASſumi.] Hæc eſt 5. pars diſt. in qua probatur, quòd nullus debet eſſe ſacerdos, diaconus, vel ſubdiaconus, niſi promiſſa caſtitate. Ioan. de Fan.

CASVS. Ab hoc loco vſque ad §. ecce. omnia cap. inducuntur ad probandum, q; ſubdiaconi non tenentur cõtinere contra priora ca. Et idem probat de ſacerdote & diacono. Inducũt duo prima à contrario ſenſu, & inducũtur omnia ſophiſtice: vel verum eſt quod dicit, ſi de illorum tempore intelligatur, quo continentia cœpit introduci. Omnia quæ ſequuntur vſque ad cap. diaconi, plana ſunt.

DIaconi.] CASVS. Statutũ fuit in ſynodo Ancyrana, q; ſi aliqui in diaconos ordinentur, & dicãt ſe nolle vel non poſſe cõtinere, & epiſcopus nihilominus ordinat eos, ſi poſtea contraxerint, ab vxore ſeparabuntur, ſed in miniſterio remanebũt; quia videtur, q; epiſcopus eis licentiam dederit: ſi vero in ordinatione ſua tacuerint, videntur cõtinentiam profiteri: & ideo ſi poſtea contraxerint, officio & beneficio priuabuntur.

a ¶ Diaconi.] Ad intelligentiã horum capitulorũ notabis, q; in orientali eccleſia & in occidẽtali licite contrahit' in minoribus ordinibus, vt 32. diſt. ſi quis eorum. & cap. lectores. & ca. placuit. ſed conſtituti in ſuperiori ordine nec apud nos nec apud græcos poſſunt contrahere, nec poterant tẽpore Apoſtolorũ, & ſi contrahant, nõ eſt matrimoniũ. & hoc patet ex ſexta ſynodo, quæ in oriente fuit celebrata, & regulam ſtatuit eis, vt 32. diſt. ſi quis eorum. 31. diſtin. Nicæna. & 84. diſt. cum in præterito. In hoc autem eſt differentia inter eos, & nos, ipſi enim ſiue ſint coniugati ſiue non, promouentur ad ſacros ordines nõ promiſſa continentia, vt 31. diſt. quoniam. ſed occidentales numquam promouentur niſi continentia promiſſa, vt 3. eod. nullum. & cap. aſſumi. A tempore autem Syricij & Innocentij non licuit occidentalibus ad diaconatum, vel ſupra promoueri, niſi promiſſa continentia; vt 82. diſtinct. propoſuiſti. & ca. plurimo. Sed ſubdiaconis vſque ad tempus Gregorij licuit, vt 32. diſtinct. ante triennium. Orientales ergo licite vtuntur matrimonio facto ante ſacros ordines: poſtea in ſacris ordinibus contrahere non licet, vt 31. diſt. quoniã. & cap. aliter. & extra de cle. coniuga. cũ olim. ſed poſt receptũ ſacrum ordinem non poſſunt contrahere, vt ibi dicit.

Orientales ab occidentalibus differunt.

γ ¶ Miniſterio lectorum.] *In omnibus codicibus conciliorum, ante citatis (etiam Lucenſi) legitur,* miniſterio electorum. *Verum in epiſtola prima Syricij ad Himerium, c. 9. & Innocentij 24. c. 5. (vbi de eodem fere te agitur) eſt,* lectorũ miniſterio, ſeu officio.

Item ex concilio Arelat. 2. c. 2.

¶ In coniugio conſtitutus ad ſacerdotium aſſumi non debet. C. VI.

5 ASſumi aliquem ad ſacerdotium in coniugij vinculo conſtitutũ nõ oportet; niſi fuerit promiſſa cõuerſio. — Paulo aliter in orig.

Item ex eodem tertio.

¶ Non ordinentur diaconi, qui caſtitatem non profitentur. C. VII.

PRæterea placuit, vt deinceps non ordinentur diaconi, niſi qui prius conuerſionis propoſito profeſſi fuerint caſtitatem.

¶ *In Arelatenſibus, quæ extant hic, ipſe penitus canon non inuenitur: Sed ſententia habetur in tertio, c. 2. in fine.*

Verum illa priori auctoritate diaconis videtur permitti coniugium, cum ad ſacerdotium tantum coniugati prohibeantur aſſumi. Porro ſequenti auctoritate videtur permitti ſubdiaconis, cum de diaconis ſpecialiter precipitur, vt ſine probatione caſtitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyrana ſynodo videtur eſſe permiſſum, in qua, c. 10. (al. 9.) ſic ſtatutum eſt.

¶ Diaconi non prohibeantur à miniſterio, ſi in ordinatione dicunt ſe continere non poſſe. C. VIII.

Pann. l. 3. c. 87. Poly. l. 4. tit. 32.

DIaconi [a] quicumque, cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati [b] ſunt dicentes, velle ſe habere vxores, nec poſſe ſe continere; hi ſi poſtea [c] ad nuptias venerint, maneant in miniſterio [d]; propterea quòd his epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam, ſi poſtea ad nuptias venerint, à miniſterio ceſſare debebunt.

Item ex concilio Neocæſarienſi, c. 1.

¶ Presbyter ducens vxorem ab ordine deponatur. C. IX.

Burc. l. 2. c. 108. Iuo p. 6. c. 185. Pann. l. 3. c. 91.

6 PResbyter ſi vxorem duxerit,

b ¶ Proteſtati.] ſupra diſt. proxi. diaconus. & extra de in integr. reſti. c. 1. in fin.

c ¶ Poſtea.] Sic extra de cle. cõiuga. diuerſis. & extra de conceſ. præb. & eccle. non va. cum ſuper, in fin. de filijs presbyterorum. veniens.

d ¶ In miniſterio.] quia videretur venire contra promiſſionem propriam, vt extra de condi. appo. per tuas.

PResbyter.] Hæc eſt 6. pars, in qua ponitur pœna ſacerdotibus fornicarijs. Ioan. de Fan.

Caſus.

Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd ſi presbyter duxerit vxorem, debet deponi. Si vero adulterium vel fornicationem commiſerit, debet extra eccleſiam abijci, & ad pænitentiam inter laicos redigi.

a ¶ Ab ordine.] ideſt, ab officio, & non beneficio: & ſecundum hoc magis punitur ſacerdos, qui fornicatur, quàm qui legitime contrahit: & hoc ideo, quia facit contra ſacrum ordinem, & etiam contra legem: & ideo minus peccat ducendo vxorem: quia credit hoc ſibi licere: ſicut illa minus punitur, quæ publice delinquit, quàm quæ priuate delinqueret: quia credit hoc ſibi licere, vt ff. de ri. nup. l. vlti.

Presbyter fornicans plus punitur, quàm legitime cõtrahens.

ab ordine[a] ſuo illum deponi debere: Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra eccleſiam abijci, & ad pænitentiam[b] inter laicos redigi oportet.

¶ Inter laicos.] *Græce legitur, ἐξωθεῖσθαι πλέον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν: quæ Dionyſius exiguus vertit:* amplius pelli debet, & ad pænitentiá redigi. *vbi nulla mentio fit pænitentiæ inter laicos agendæ: de qua re copioſius dicetur infra 30. diſt. c. ſi.*

Item Gregorius lib. 11. epiſt. 59.

¶ De eo, qui relictam cuiuſdam diaconi duxit vxorem. C. X.

Iuo p. 9. c. 126.

7 QVia ſunt[c] culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, quærenda ſemper eſt veritas, vt inquiri debeat, vtrum accuſatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta ſubducat. Itaque peruenit ad nos Fantinũ defenſorem vltionem exercere in Petrum latorem præſentium voluiſſe, pro eo, quòd (quantum dicitur) relictam cuiuſdam diaconi, tempore, quo cõductor[d] fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iſte coniugem diaconi aſſerit non fuiſſe, dicens[e], nec eam virginem † [f] ad eum veniſſe; denique † nec religioſam[g] mutaſſe veſtem, poſtquã ille in ordine ſacro promotus eſt; adijciens etiam, priuſquam ad diaconum perueniret, & poſtea, praua illam opinione vixiſſe: Ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei, ſicut decet, timore cauſam hanc ſubtili omnino inueſtigatione perquirat, vt, ſi in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuiſſe[h] conſtiterit, & ſupraſcriptus lator memorato defenſori, & rectori patrimonij, ad vindictam modis omnibus tradatur †, & cum competenti emendatione ij, qui male ſociati ſunt, diſiun-

Iuo p. 6. c. 84.

† *virginem illã*] orig.
† *vt nec religioſam veſtẽ mutare præſumeret*] in orig. & apud Iuonem.

Ad hoc fa. tex. in l. obſeruan. um. in fi. de offic. [illegible]

b ¶ Ad pænitentiam.] 50. diſt. confirmandum. contra. Sed illud intelligitur de ſolenni pænitentia, quam clericus facere non debet: iſtud de publica, vt 50. q. 1. ſi quis ſacerdos. & 50. diſt. ſi quis presbyter. ſed ſi depoſitus fuerit, bene poteſt ſolenniter pænitere, vt de pæn. diſt. 6. ſacerdos. Adhuc ſignatur contra. 80. diſt. presbyter, vbi dicitur, quod ſacerdos non debet publice pænitere inter laicos. Sed illud verum eſt quando crimen eſt occultũ. ſed hic loquitur quãdo crimen eſt publicum apud laicos. 2. q. 1. ſi peccauerit.

Addictio. Et publica delicta publico remedio egent. de pæni. diſt. 1. quamuis. & §. hoc ergo. & videas quod legitur & not. 50. q. 1. cap. vlti. & 81. diſtin. ſi quis epiſcopus. Archid.

Clerici fornicantes pænitere non ... Hoc etiã ... extra ... pecu. c. & c. quæſitum. ibi ... deas. Archid.

QVia ſunt culpæ.] Hæc eſt 7. pars diſt. in qua probatur, quod vxor ſubdiaconi, diaconi vel presbyteri poſt mortem mariti contrahere non poteſt: & probatur per tres auctoritates. Ioan. de Fan.

Casvs. Clericus quidam in conſortio ſuo quamdam habuit mulierem: poſtea factus eſt diaconus: eo mortuo Petrus qui erat bonorum eius procurator, vel qui antea fuerat procurator patrimonij beati Petri, tradidit eam nuptui: propter quod Fantinus, qui nũc erat procurator & defenſor patrimonij beati Petri, volebat ipſum Petrum punire. Vnde ille Petrus de hoc cõqueſtus eſt domino Papæ: & tribus rationibus ſe excuſauit: quibus probat, quod illa mulier non fuit vxor diaconi. Primo quia corrupta venit ad illum diaconum, cum adhuc clericus erat. Secundo, quia cum ille recepit ordinem ſacrum, illa nõ mutauit veſtem, nec continentiã promiſit. Tertio, quia antequam ille perueniret ad diaconatũ, & poſtea mulier illa vixit incontinenter. Quare Grego. præcipit cuidã, vt inquirat, vtrũ illa fuerit vxor diaconi: & tradat eũ puniendum Fantino defenſori: ſi nõ fuerit, nullo modo puniatur.

c ¶ Quia ſunt.] quod hæc allegatio valeat, probatur 34. diſtin. quis viduam.

d ¶ Conductor.] ideſt, defenſor.

e ¶ Dicẽs.] & ita nõ potuit vxor eius cenſeri: quia maritus corruptæ nõ poteſt promoueri.

f ¶ Nec eam virginem.] Hic per duo extrema colligit medium: ex eo enim quod ab initio non erat virgo, & poſtea iſte promotus fuit in diaconum, colligitur eam non fuiſſe vxorem. argum. ff. de here. inſtit. ſed & ſi. §. ſolemnus. & 53. diſt. cap. legem. quandoque medium trahit extrema. ff. de ſer. ru. præ. qui ſella. §. vlti. & l. tria prædia. quandoque principium trahitur ad finem. j. 51. diſtin. ab exordio. ff. de lega. 3. ſi quis. in principio. quandoque finis trahit ad ſe principium, vt 13. q. 2. cap. vltima voluntas. ff. de adimen. lega. l. 3. & l. 4.

Principiũ medium & finis an vnũ trahat aliud.

g ¶ Nec religioſam.] ideſt, religioſum habitum, quem ſolent ſumere viduæ, vel aliæ deuotæ, licet non conuertantur ad aliquam eccleſiã. Nec enim credo, quòd vxor illius qui promouetur ad ſacrum ordinem, teneatur intrare religionem: ſed ſufficit, quòd voueat perpetuam continentiam, vt 77. diſt. epiſcopus. Nec obſt. extra de conuer. con. ſane. quia illud ſpeciale eſt in vxore epiſcopi. Sed adhuc ob. extra de cleri. coniug. quod à te. Sed illud intellige cum ordinatus vult trãſire ad religionem. Sed nec hic Papa aliquid dicit de veſte: ſed Petrus illud allegauit.

Coniugatus promoueri poteſt, licet vxor religioné non ingrediatur.

h ¶ Fuiſſe.] ſupple, & eum ordinatum ipſa ſciente a. nam ſi ea inuita ordinaretur vel ignorante, non fieret ei præiudicium. ſed ſi ſciuit & tacuit, fit ei præiudiciũ, vt poſt mortem illius non poſſit nubere, vt 32. diſt. ſeriatim. Vnde nõ requiritur quod mulier voueat: ſed ſufficit, ſi ſcit virum ſuum ordinari.

a Sub. & cõtinentiam profitente, vt extra de cõuer. coniug. coniugatus. Arch.

SI ſe cuiquam.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q; ſi relicta presbyteri vel diaconi nupſerit ſecundo, ſeparari debet: & ſi caſtigati, id eſt, moniti noluerint ſeparari excommunicentur. Si eſt in littera, [caſtitate,] id eſt, propter caſtitatem ſeruandam.

¶ Caſus ſequẽtis capituli de eadem materia loquitur, & per ſe patet.

a ¶ Duplici.] quantũ ad primum.

b ¶ Separentur.] Dubitatur de vxoribus ordinandorũ, qualiter vouere debeãt, & dare licentiam. vĩ q; ſolo verbo, vt ĩ. ead. diſt. de his. in fi. & ca. quia ſunt culpæ. & 32. diſt. ſeriatim. ſed ꝯ extra de conuerſi. cõiug. ſane. & 34. diſt. fraternitatis. vbi dicitur q; vxor promouendi intrabit monaſteriũ 1. Itẽ alia ratione: quia cœtus clericorum præeminet cœtui monachorum: qa vix bonus monachus facit bonũ cleri cũ. 16. q. 1. legi. & facit ad hoc extra de conuer. coniug. coniugatus. ſed nullus ſuſcipitur in monachũ niſi cõuertatur vxor. 27. q. 2. Agathoſa. Dic nõ eſſe neceſſe, quòd cõuertatur, ſed quòd voueat caſtitatẽ tantum, niſi de ea habeatur ſuſpicio. extra, de conuer. coniugato. cũ ſis præditus. Et ſpeciale eſt in illa decre. ſane. in vxore epi. Sed obijcitur; hęc mulier nõ vouit ſolenniter: ergo ſi contraxerit, tenet matrimoniũ. quod hic negatur. Solu. ſecundũ quoſdã, votũ iſtud eſt ſolenne ex propria profeſſione †, vt extra qui cle. vel vo. conſuluit. aliàs non videtur q; ſola ſcientia mulieris ſolennizet votum, niſi ipſa expreſſe vouerit. Ioan. Sed videtur q; ſola conſtitutio eccleſiæ hoc matrimonium dirimat, non ſcientia vel votũ: quod ex eo patet, q; Græcus non promittit continentiam dum recipit ſacros ordines, vt 31. diſt. quoniam. tamen ſi contraxerit poſt ſacros ordines, non tenet matrimonium. hoc ergo nõ facit votum, ſed ſola conſtitutio eccleſiæ.

Vxores ordinandorũ quid vouere debeant.

1 Dicũt q. dã, q; monaſterium ſibi aſſignabitur per epm, & ipſius auctoritate fiet ſeparatio, ſiue dabic licentia. ĩ. 27. q. 2. ſi vir. ibi videas. Arch.

† confeſſione

c SI qua.] ¶ Aut diaconi.] ideo non facit mentionem de ſubdiaconis: quia tempore Gregorij promouebatur quis in ſubdiaconatum non promiſſa continentia: nec fiebat vxoribus aliquid præiudicium, vt 27. q. 2. multorum.

DE Syracuſanæ.] Hæc eſt 8. pars. diſt. in qua probat, q; nullus debet fieri epiſcopus habens filios & vxorem, niſi ex neceſſitate, & remota cauſa impedimenti, ſcilicet quòd per tales res eccleſiæ non lædantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Dum eccleſia Syracuſana paſtore vacaret, quidam minus idoneus ibidem eſt electus, habens filios & vxorem: pro quo Cethegus patricius ſupplicauit Papæ Pelagio, vt eius electionẽ confirmaret. ſed quia perſona illius electi erat minus idonea, Pelagius non exaudiuit Cethegum, immo diſtulit eum confirmare fere per annum, vt Syracuſana electio in melius proueniret. Sed quia irreuocabiliter in ſuo propoſito perſtiterunt, & in illa eccleſia non erat alius idoneus: ne amplius inſaniſent (ſicut prætor magnificus Papæ ſignificauit) ideo Papa eius electionem confirmauit: prius tamen ab eo cautione recepta, in qua cõtinebatur, quanta eſſet ſuarum rerum ſubſtantia: & quòd nihil de rebus eccleſiæ vſurpabit: & q; quæſita tempore epiſcopatus eccleſiæ reſeruabit.

d ¶ Solet.] Nota caueri debere ex eo, quòd ſolet aliquid fieri, vt 98. diſt. Afros. & 63. diſt. noſſe.

e ¶ Perſtiterũt.] Nota argu. quòd ambulatoria eſt voluntas eligentium vſque ad confirmationẽ, vt 61. diſt. ſtudij. & 63. diſt. quanto. & extra de elect. cum terra. & quòd nullum ius acquiritur electo ante confirmationem 2, vt extra de accuſa. ſuper his. & 27. q. 2. nõ eſt dubiũ. & extra de elec. cum in cunctis 3. & cap. noſti. Arg. contra extra de elect. cum inter. in fine. & per illã decre. dico quòd non poteſt variari. Ioan. Sed hodie publicato ſcrutinio variare nequeunt electores, vt extra de elect. publi-

gantur. Si vero in eius coniugio non fuit; memoratũ Fantinũ ex noſtro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præſumat, nec falſa † illum accuſatio apud eum in aliquo prægrauet.

† Eſt etiã apud Iuonem, nõ autem in orig.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 15.

¶ De vxore presbyteri, vel diaconi, ſi alijs ſe coniunxerit. C. XI.

SI ſe cuiquam mulier duplici [a] coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut † ſeparẽtur [b]; aut certe, ſi in criminis † intentione perſtiterint, pari excomunicatione plectantur.

† *al. caſtigati al. caſtitate ſeruata ſeparentur*

† *al. criminum*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinũ Bracar. c. 29. & cõc. Tol. 1. c. 18.

¶ De eodem. C. XII.

SI qua vidua epiſcopi, vel presbyteri, aut diaconi [c] maritum acceperit; nullus clericus, nulla religioſa [perſona † cum ea conuiuium ſumat; numquam communicet †: morienti tamen † ei ſacramenta ſubueniant.

† abeſt à concilio

† *al. tantum*

Item Pelagius Cethego patricio.

¶ Cuiuſdam epiſcopi ordinatio differtur: quia vxorem habet, & filios. C. XIII.

8 DE Syracuſanæ vrbis antiſtite optaueramus in ipſo initio gloriæ veſtrę deſiderijs obedire, niſi nos multiplex ratio ipſius non paucis temporibus ordinationem differre ſacerdotij coegiſſet, ob hoc, quòd vel perſonæ qualitas (ſicut & vos melius noſtis) vel ſuperſtes vxor, aut filij (per quos eccleſiaſtica ſolet [d] periclitari ſubſtantia) noſtros animos diutius ab eius ordinatione ſuſpenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno diſtulimus, opinantes, quòd in melius Syracuſanorũ prouenire poſſet electio. Sed quia in voluntatis ſuæ propoſito irreuocabiliter perſtiterunt [e], & nullus eſt alius

Anſel. l. 6. c. 41. al. 46. Poly. l. 2. tit. 1.

in eadẽ repertus eccleſia, niſi longioribus adhuc temporũ differretur ſpatijs; ne paulo amplius inſanirent (ſicut filij noſtri magnifici viri prætoris teſtificatione didicimus) inter huiuſmodi ambiguitates illud conſultius iudicauimus faciendum, vt congrua prouidentia cauſam, propter quam principalis [a] conſtitutio habentem filios, & vxorem ad epiſcopatus ordinem promoueri prohibet, ſalua diſpoſitione cõſilij † muniremus. Qua de re ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ vrbis epiſcopo, priuſquam à nobis contingeret ordinari, huiuſmodi exegimus cautionem, per quam & ſuã fateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habita rerũ deſcriptione, ſubſtantiã; & nihil vnquam per ſe, aut per filios, & vxorem, ſiue quãlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam forte perſonam de rebus vſurparet eccleſiæ, & vniuerſa ſui epiſcopatus quæſita [b] tempore, eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret; nihil vltra id, quod modo deſcriptum eſt, filijs ſuis, vel heredibus relicturus.

Nouella 6, & 123. in princ.

† al. concilij] Grat.

* ¶ Item Pelagius.] *Anſelmus, & auctor Polycarpi ex eadem epiſtola referunt hæc, quæ caput iſtud antecedunt*: Quod de ordinando eccleſiæ Catinenſis epiſcopo. ſalubris electione iudicij fieri deſideraſtis, agnouimus: confeſtim ſequenti die, eum iuxta morem diſcutientes, tertio, quo venit, die epiſcopum conſecrauimus: ſimili quidem modo & de Syracuſanæ, *& quæ ſequuntur. In Polycarpo tamen inſcriptio eſt.* Gelaſius Papa Ceto. *Iuo autem in epiſtola ad Hugonem archiepiſcopum Lugdunenſem, quæ incipit*, Cauſam Beluacenſis, &c. *ita ſcribit*. Si enim Papa Gelaſius quondam Syracuſanæ vrbis electum vxorem habentem, & filios interueniente Cethego patricio, &c.

Ecce hac auctoritate electus in epiſcopatum non [a] prohibetur habere vxorem, & filios †. Eligi autem ad epiſcopatum non debet, niſi aut ſacerdos, aut diaconus: ſubdiaconus vero nõ, niſi neceſſitate cogẽte [c]: ſiue ergo presbyter, ſiue diaconus, ſiue ſubdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus conſtituti licite † matrimonio vti poſſunt. ¶ Quia ergo auctoritate Gregorij, qui relictã diaconi, marito tradidit, puniendus eſt. ¶ Item in Neocæſarienſi concilio presbyter ducens vxorem, non diaconus, iubetur deponi. ¶ Itẽ in Ancyrana ſynodo, diaconi, qui in ordinatione ſua dicũt ſe velle habere vxores, ſi poſtea venerint ad nuptias, non prohibẽtur à miniſterio: patet, quòd nec diaconi, nec ſubdiaconi ſunt prohibendi à coniugio. Sed quod de electione obijcitur, verum quidem eſt in epiſcopatum non eligendum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutum: ſed ipſum vxorem habere, & filios, non repugnat præmiſſis auctoritatibus de continentia clericorum. ¶ In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus cõſtitutus potuit habere vxorẽ, & filios: & ſi poſtea ex cõſenſu vxoris continentiã profeſſus ſubdia-

† al. legitime

---

publicato. poſtulatio autem variatur ſi poſtulantes diffidunt de iure ſuo: niſi ſit iam præſentata ſuperiori, vt extra de poſtu. præla. bonæ 2.

a ¶ Principalis.] id eſt, principũ. vt in authen. de ſanc. epi. circa princ. Hic prohibetur in epm eligi habẽs vxorem &

rem & filios, & 61. diſt. Catinenſis. idem eſt ſi habet nepotes, vt in auth. quomodo oportet epi. §. 1. coll. 1. Sed hoc poteſt intelligi, quando filij mali ſunt vel nepotes. nã propter tales ab alijs legitimis actibus patres remouentur, vt 6. q. 1. qui crimen. vel quando ita tenere diligit eos, q; præſumitur ratione ipſorum, quòd dilapidentur bona eccleſiæ, vt hic dr. idem eſt ſi habet patrẽ, vel ſi habet fratres de quibus eſt timor: aliàs non repellitur quis propter vxorem vel filios, cũ hoc permittat Apoſtolus. Et eſt arg ad hoc 12. q. 2. eps, qui filios 1. & extra de teſta. c. 1. dũ tñ longa continentia præceſſerit, vt ĩ. eod. prius quàm. & 77. diſt. quicumque.

1 Et c. ſacrorum. 12. q. 1 ſint manifeſta.

b ¶ Quæſita.] de rebus eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ, vt 12. q. 1. manifeſta. & c. ſeq. & q. 5. cap. pen.

ECCE HAC. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte ɔcludit Gratianus ex ſupradictis ab illo aſſumi. vſque huc, q; ſiue ſit ſubdiaconus, ſiue diaconus, ſiue presbyter, licite põt vti matrimonio 5ẽto. Et ad hoc allegat breuiter ſupradicta recapitulando. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Sed q; d electione.] ſoluit prædictas obiectiones, q̃a quod dr in illo c. de Syracuſanæ. non ob. quia in minoribus ordinib⁹ conſtitutus, vel in laicali habitu potuit electus ille habere vxorem & filios: & poſtea de conſenſu vxoris continentiã profeſſus bene potuit promoueri. illud autẽ c. quia ſunt culpę. intelligitur de diacono, cuius eccleſia nondũ ſuſceperat votũ continentiæ: vel de eo diacono, qui ſuſcepit eam in minoribus ordinibus: ſicut dictum eſt d epo Syracuſano. Alia autẽ c. ex tẽpore vel loco intelliguntur. Ex tẽpore: q̃a nõdũ erat indicta cõtinentia miniſtris altaris. Ex loco: quia orĩẽtalis eccleſia nondũ ſuſceperat votũ cõtinentię. hoc tñ ſeruat: q̃a ſi moritur vxor, quæ ducta eſt in minoribus ordinibus, eã qua eſt aliqs factus ſacerdos, ſi poſtea 3hit, deponet.

c ¶ Niſi neceſſitate cogente.] Hodie iure cõmuni eligi-

tur,vt extra de ætate & quali.à multis.
a ¶ Gregorij.] ſupra ea.quia ſunt.
b ¶ Suſceperat.] Hæc ſolu.non valet 1, quia à tempore Apoſtolorum non licuit in ordine illo contrahere, nec in ſubdiaconatu,vt 84.diſt.cum in præterito.

1 Ad idem Hug. & Lau.quorũ fuit iſta gl. Arch.

das nuptias per ignorantiam iuris 2.
k ¶ Habere.] ſcilicet dignitatem,beneficium enim retinebit,& locum in choro,& cantabit cũ alijs, & intererit electionibus: ſed hoc ſolum deeſt ei, ꝙ non debet miniſtrare vt ſacerdos, vt 15.q.vlt. qui admiſerit. & cap.

2 Sic int[...] git Gra[...] diſt. 5.[...]

c ¶ Neocæſarienſis.] ĩ ea.cap.presbyter ſi.
d ¶ Ancyranæ.] ĩ. eadem,diaconi.
e ¶ Ex tempore.] illud ſtare non poteſt, quod dicitur in fi. illius cap.diaconi profeſſi continentiam. Additio. Alij vero ſentiunt cum Gratiano,& ſecundũ hoc ꝙ dicit ibi, profeſſi, &c.dic,id eſt ceteroꝗ quia prius licuit ei contrahere. Archid.
f ¶ Ex loco.] G. ita credebat, ꝙ in orientali eccleſia diaconi poſſent ꝯhere: ſed hoc non eſt verum.
Item opponitur. Adhuc opponitur ꝑ ſequentia cap. quorum prima duo ſunt plana.& poſtea I diſ. 30. ponit ſolutionẽ.
Si quis.] Hæc eſt 9.pars diſt.in qua dicit presbyterum religionis cauſa nõ debere cõtemnere propriam vxorem.
g ¶ Contemnere.] quantũ ad exhibitionem neceſſariorũ, vt 31.diſ.omno.& §.pót.
h Si quis diſcernit.] & infra,&c.
Presbyterum.] Hæc eſt 10. pars huius diſt.in qua dicit presbyterum non legalibus nuptijs detentum ab officio abſtinere debere.
Casvs. Quidã presbyter orientalis mortua ſua vxore duxit ſecundam,cũ putaret ſibi licere. quæſitum eſt in ſexta ſynodo. quid de eo fieri debeat.Et reſpondetur, ꝙ debet priuari omni ſacro miniſterio: ita ꝙ neque publice, neque priuatim benedicat: quia benedictionem non habet propter delictũ ſuũ: ſed imploret veniam à Domino de ſuo delicto: honorẽ tñ ſuæ cathedræ per diſpenſationem tenebit.
i ¶ Non legalibus.] poteſt intelligi de eo qui contraxit ſecun-

conatũ,vel diaconatum,vel presbyterij gradũ adeptus fuerat,attamen vxori, & filijs ipſum neceſſaria ſubminiſtrare oportebat. ¶ Illud autem Gregorij [a] duobus modis ſoluitur: vel quia eccleſia illa, cui diaconus ille miniſtrauerat †,nondum continentiæ votum ſuſceperat [b] in diaconis, & reliquis miniſtris: vel quia (ſicut de electo in epiſcopum antea ſcriptum eſt) ante ſubdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocæſarienſis [c] & Ancyranæ [d] ſynodi, vel ex tempore [e], vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco [f], quia vtraque ſynodus orientalis eſt, & orientalis eccleſia non ſuſcipit generale votum caſtitatis: hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, vt poſt adeptum ſacerdotium, defuncta priore vxore, cũ qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur.

† al. militauerat

a ¶ Non prohibetur.] *A pleriſque vetuſtis exemplaribus abeſt dictio,* non: *Retenta tamen eſt, quoniam hic Gratianus in alteram partem diſputando, ex canonibus prius citatis præ ſe fert hoc probare, ſubdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuiſſe prohibitum vſum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum ſit, ipſe poſtea declarat à ver.* Sed quòd *vſque ad verſ.* illud autem. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium diſt. 31.*

Item opponitur illud, quod legitur in canone Apoſtolorum, c.6.al.5.

¶ Presbyter cauſa religionis non contemnat propriam vxorem. C. XIIII.

9 SI quis docuerit ſacerdotem ſub obtentu religionis propriam vxorem contemnere [g], anathema ſit.

Burch.l.1.c.78. Iuo.p.5. c. 184. Pann.l.3.c.113.

¶ *Gratianus refert ſenſum canonis, ceteri collectores ipſa etiam fere verba.*

Item ex concilio Gangrenſi, c.4.

¶ Anathema ſit, qui presbyterum coniugatum diſcernit à communione, nuptiarum occaſione. C. XV.

SI quis diſcernit [h] presbyterum coniugatũ tamquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit.

Burch.l.3.c.75. Iuo p.2. c. 128. & p.3.c.158.

¶ *Græce eſt.* Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *id eſt:* Si quis ſecernat ſe à presbytero, qui vxorem duxit, tamquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema ſit. *quæ verſio non multum diſcrepat à verſione Dionyſij exigui.*

Item ex ſexta ſynodo in Trullo, c.26.

¶ Ab officio abſtineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. C. XVI.

10 PResbyterum per ignorantiã non legalibus [i] nuptijs detentũ cathedram quidẽ habere [k], ſed ꝛ ab officio

Simile etiã in 3. canone eiuſdem ſynodi, & apud Baſilium in epiſt.ad Amphilochium, c. 27.

cap. ſi quis presbyter. Et not. quòd de vtroque iure eſſet priuandus, vt 84. diſtinct. quiſquis. ſed hoc beneficium conceditur 1 ſublato officio, vt 50. diſtinct. presbyteros. & cap. ſtudeat. & extra de cle. pug. Henricus. & extra de cle. ægro. tua.

a ¶ Pro- dummamen non faciat hoc officiando ſuam eccleſiam, vt colligitur 11. q. 2. ſi quis epiſcopus.

C Onſulendum.] Hæc eſt xi. pars. diſtin in qua dicit presbyteros non à laicis eſſe iudicandos, licet aliquando ſint reprehenſibiles.

1 Ratio eſt, ne ad ſæcularia negotia redeat in opprobriũ ordinis clericalis. 93. diſt. diaconi. Archid.

abſtinere præcipimus: ſufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera ſua debet curare, conſequens nõ eſt. Benedictio enim ſanctificationis traditio eſt. Qui vero hanc nõ habet propter delictũ † [a] ignorantiæ [b], quomodo alijs tradet? Non igitur publice, neque priuate benedicat; nec corpus Domini diſpenſet alijs; nec alio modo miniſtret: ſed ſufficiat ei, quòd præſidet: & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ ſuæ. Manifeſtum eſt autem, quòd huiuſmodi non legitimæ nuptiæ ſoluentur, & nullatenus vir acceſſum habebit ad eã; propter quam ſacro miniſterio priuatus eſt [c].

† τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα.

γ ¶ Ab officio.] græce eſt, τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν; ideſt, a ceteris officijs.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 70.

¶ De presbyteris non eſt laicis iudicandum. C. XVII.

Iuo p. 3. c. 82. Pann. l. 5. c. 12.

11 C Onſulendum decernitis, verum presbyterum [a] habentẽ vxorem debeatis ſuſtẽtare, & honorare; an à vobis proijcere. Ad quod reſpondemus, quoniã licet ipſi valde ſint reprehenſibiles [d]; vos tamen Deũ conuenit imitari; qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos. Deijcere vero eum à vobis ideo non debetis: quoniã nec Iudã Dominus, cum eſſet mendax diſcipulus, de numero Apoſtolorũ eiecit. Verũ de presbyteris, vobis, qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de eorum vita quidpiam inueſtigandum; ſed epiſcoporum iudicio, quidquid eſt, per omnia reſeruandum.

Matth. 5.

a ¶ Presbyterum.] *In vltimo capite harum reſponſionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium multos apud ſe eſſe Græcos, & Armenos, & alios, qui diuerſa docerent. Nondum enim à Romana ſede epiſcopum, aut presbyterũ acceperant. Quamobrẽ nihil mirandũ, ſi presbyter, de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.*

CASVS. Bulgari ſunt populi inter Vngariam & Græciam cõſtituti: apud iſtos presbyteri quidã habebant vxores. quare quæſiuerunt Bulgari (qui laici erant) à Nicolao Papa, an deberent illos eijcere. Et reſpondet q; non, licet illi ſacerdotes ſint reprehẽſibiles. & hoc probatur exẽplo Domini, qui Iudã proditorẽ non eiecit: & quia laici clericos iudicare non debent: ſed ſi quid mali fecerint, epiſcoporum iudicio reſeruatur.

Bulgari q ſunt.

d ¶ Reprehenſibiles.] ſi. 15. q. vlt. ca. vlt. Sed cõtra. 32. diſt. nullus. Sed illud intelligit' 2, cum notoriũ eſt crimen eius.

2 Hunc intellectum approbat hic Lau. qd dic vt ibi dicã. Arch.

S Ed notandũ.] Hic intitulatur 29. diſtinct. in qua ſoluit prædictas oppoſitiones Gratianus, & exponit: Et dicit q; quædã cap. intelliguntur ex tempore, & loco, & cauſa, & perſona.

e ¶ Sed notandũ eſt.] Quia dixerat ſ. proxi. diſt. §. ecce. in fin. quædam cap. eſſe tẽporalia vel localia: ideo ad ſoluendum multa contraria, oſtẽdit in iſta 29. diſtin. quędam capitula tradita eſſe ex cauſa, quędam ex tempore, quædã ex loco, quædã ex perſona, quędam ex negotio, quędam ex neceſſitate.

DISTINCTIO XXIX.

S *Ed notandum eſt* [e], *quòd ſecundum Iſidorum pleraque capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona cõſideranda ſunt. Ait enim Iſidorus.*

¶ Ex tempore, loco, & perſona, & cauſa regulæ canonum intelliguntur. C. I.

S Ciendum eſt, quòd pleraque capitula ex cauſa [f],

S Ciendũ.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd quædam cap. ex cauſa, & perſona, & tempore deſignantur, & quia hoc multi non reſpiciunt, cadunt in labyrinthum & laqueum erroris: nec recte iudicant, cum non intelligant ad plenum.

a ¶ Propter delictum.] ideſt, quòd factum commiſerit per ignorantiam.

b ¶ Ignorantiæ.] Arg. quòd licet aliquis ignoret ſe debere continere, qui ordinatur: tamen ex eo quòd recipit ordinem, tenetur continere. 23. diſt. quamquam.

c ¶ Priuatus eſt.] Videtur hic q; ſi ſacerdos eſt excommunicatus vel ſuſpenſus, q; non debet priuatim dicere horas ſuas: quòd non eſt verum, immo ad hoc tenetur.

¶ Caſus ſequentis cap. patet.

f ¶ Ex cauſa.] Ex cauſa fuit ſtatutum ne neophyti promoueantur ad epiſcopatus, vt 48. diſt. c. 1. ſcilicet ne in ſuperbia extollerẽtur. ſed hęc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui catechumenus eſt electus in epiſcopum, vt 61. diſt. §. his omnibus.

a ¶ Ex perſona.] vt in Augu. qui factus eſt coepiſcopus alio viuente, vt 7. q. 1. non autem. & c. petiſti.
b ¶ Ex loco] quia propter propinquitatem vel remotionem loci aliquid ſtatuitur, vt 64. diſtin. cum longe. 24. q. 1. pudenda. & ī. diſtin. 4. erit autem 1. Vel ideo dicit: quia quædam ſunt localia, quædam non.

Casvs. Hic ponitur 30. diſt. in qua adhuc ſoluit oppoſitioné quam fecerat 28. diſt. in quattuor cap. & dicit quod tria prima ca. intelliguntur ex cauſa & tempore. cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui coniugia deteſtabātur: ſicut multa ſtatuit eccleſia in deteſtationé hæreticorú. &

ex perſona [a], ex loco [b], ex tempore [c] conſideranda ſunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quàm intelligant [d]; ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant. [e].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum. C. II.

Regulæ ſanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio [f], inſtante neceſsitate [g] traditæ ſunt. Anſ. l. 4. c. 53.

Item Hieronymus in proœmio epiſtola ad Epheſios.

¶ Pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum, ſcripturæ intelligendæ ſunt. C. III.

Neceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum, & temporum, & hominum, quibus [a] ſcriptæ ſunt; diuerſas & cauſas [h], & arguméta, & origines habeāt. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias, Apocal. 1. in vnaquaque earum ſpecialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus [i] medetur illatis: nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio [k] omnium oculos vult curare. Matth. 9.

a ¶ Quibus ſcriptæ.] *Antea legebatur; quibus* diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt. *Emendatum hoc eſt ex manuſcriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

Illud autem [l], quod in canone Apoſtolorum, & in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legitur, ex cauſa conſideratur, & ex tēpore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum [β], quia coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorumdam [m] ſuperſtitio multa in catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio capitibus ſexdecim ſtatutum legitur.

β ¶ Manichæorum.] *Proprie Gangrenſis ſynodus ſtatuit contra Euſtathianos, vt ſup. diſt. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Euſtathiani hauſerunt à Manichæis.*

¶ De multimoda ſuperſtitione hæreticorum, quos Gangrenſe concilium anathematizauit. C. I.

Si qui filij parentes, maxime Iuo p. 8. c. 319.

1 Ad idem 93. diſt. iuxta.

c ¶ Ex tempore.] ſicut Anglicis datum fuit propter nouitatem, vt coniugantur in quarto gradu, vt 35. q. 3. quædam.
d ¶ Intelligant.] quod eſſe non debet. 11. q. 3. eorum.
e ¶ Perquirant.] quod inciuile eſt, vt ff. de legi. inciuile.
f Regulæ.] ¶ Negotio] id eſt propter qualitatem negotij aliquid ſtatuitur quod eſt contra ius: ſicut in cauſa matrimonij, cōſanguinei admittuntur in teſtimonium, vt 35. q. 6. cōſanguineos & propter cauſam eccleſiæ ſtatuitur, quod domeſtici admittantur in teſtimonium, vt 14. q. 2. ſuper prudentia 2.
g ¶ Neceſſitate.] lex nō debet inſtitui niſi propter neceſſitatem, vt ī. diſt. 4. erit.

Neceſſe.] Casvs. Quidā ſcripturas varias & diuerſas tantū vno modo intelligebāt: quos docet Hieronymus intelligere ſcripturas ſecundū diuerſitaté tēporum, locorū, & cauſarū. Et hoc probat exēplo Ioannis Euangeliſtæ, qui ſcribens vij. eccleſijs, in vnaquaque ſpecialia vitia vario modo corrigebat: nec imitatur medicos imperitos, qui vno collyrio oculos omniū infirmorum volunt curare.

2 Dicit Io. de Fan. Quod dicit Ioā. nō eſt verum: immo de iure cómuni eſt vt domeſtici admittantur. C. de repu. l. ex cōſenſu. extra de teſt. inſup. nā edictū de teſtibus eſt prohibitoriū: vt quilibet admittatur qui nō prohibetur. ff. de teſt. l. 1. & de hac materia no. 3. q. 5. in ſum. & c. 1. Arch.

h ¶ Cauſas.] 23. q. 8. occidit.
i ¶ Vulnerib⁹.] Not. quòd varietas delictorum requirit varietatem pœnarum; vt 45. diſtin. licet. 50. diſtin. vt conſtitueretur. 44. diſt. comeſſationes. 41. diſt. non cogantur.
k ¶ Collyrio.] Arg. cōtra illos qui tales in omnibus varijs pōnunt ſolutiones: aliud ſecundū leges, aliud ſecundū canones. vel hoc nouū, illud vetus.

Illud.] Hæc diſt. diuidit in tres partes. Sēda ibi, [Hæc autē.] Tertia ibi, [Si quis presbyter.] In prima ponunt quędā cap. cōtra Manichæos. & ad hoc inducit ca. ſequentia. de tēpore dicet 31. diſt.

l ¶ Illud autem.] Dictum fuit ī. 28. diſt. cap. ſi quis docuerit. & cap. ſeq. quòd ſacerdotes non debent à ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis. hic dicit, quod ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur.

m ¶ Quorumdam.] ſcilicet hæreticorum.

Si qui filij.] Casvs. Quidam filij occaſione illius verbi

verbi Euangelij, Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, non eſt me dignus: debitum honorem pa- … rentibus denegabant, & alimenta eis ſubtrahebant, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic quod tales debent anathematizari. Plana ſunt cap. vſque ad cap. ſi quis eorum.

fideles [a], deſeruerint occaſione Dei cultus [b], hoc iuſtum eſſe iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum [α] in eis venerentur quod fideles ſunt, anathema ſint †.

† al. ſit

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrenſi, vnico capite, & continuata oratione leguntur. Sunt autem ex priſca verſione. Sed ea, quæ eſt Dionyſii exigui, longe magis reſpondet originali græco, quamuis neque ipſa vſquequaque.*

[α] ¶ Vt hoc ipſum.] *Græce eſt*, Πρὸ τῆς εὐσεβείας … *i.* Quòd ſcilicet diuinus cultus apud ipſos omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

Burch. l. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 310.

QVæcumque [c] mulier, religioni [β] iudicans conuenire, comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius [γ], & ad memoriam ſubiectionis illi dedit tamquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit †.

[β] ¶ Religioni.] *græce eſt*, διὰ νομιζομένην ἄσκησιν, *id eſt*, Ob eam, quæ exiſtimatur pietatis exercitatio: *quod Dionyſius vertit*; propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religioſorum, quos nos dicimus, vitam propriè* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in parte 7. ſecuti ſunt verſionem Dionyſii, in octaua autem Iuo priſcam.*

[γ] ¶ Ad velamen eius.] *hæc non ſunt in græco originali, neque in verſione Dionyſii. Videntur autem ſumpta ex epiſt. prima ad Corinthios, c. xi.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. C. III.

Iuo par. 8. cap. 229. & 317. † al. contemnendo

SI qua mulier derelicto viro diſcedere [d] voluerit ſoluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema ſit.

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

Repetit. ꝺ. diſt. 31. c. quicumque. ex verſione Diony. Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. cap. 16. & hoc ſecundo loco ex hac eadem verſione.

SI quis propter Deum virginitatem profeſſus, in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauerit, anathema ſit.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. C. V.

Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

SI quis vel virginitatem, vel continentiam profeſſus [δ], tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc ſolum, quòd continentiæ, & virginitatis bonum, ſanctum propoſitum eſt, anathema ſit.

[δ] ¶ Profeſſus.] *Hic erat additum*, in coniugio: *quod neque eſt in canone græco, neque etiam in latino, qui citatur infra diſt. 31. c. quicumque, neque in multis manuſcriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13.

[a] ¶ Fideles.] Fidelibus & infidelibus parentibus tenemur ſubuenire: magis tamen fidelibus. 86. diſt. non ſatis. Sed pone quod habes patrem hæreticum: numquid præferes ipſum extraneo bono? P. manducator dixit hanc quæſtionem eſſe nebulam, & tenebroſam aquam in nubibus aeris. Sed dicas quod patrem, qualiſcumque ſit, debemus præponere extraneo, etiam ſancto, in his quæ ſpectant ad opus miſericordiæ in prouidendo ei in neceſſitatis: niſi alter magis indigeat: quia tunc potius tenemur extraneo ſubuenire, vt 86. diſt. paſce. Ambroſius tamen videtur contradicere huic opinioni in canticis ſ illo loco: Ordinauit in me charitatem. ait enim, Multorum eſt charitas inordinata: quidam enim id, quod eſt primum, ponunt tertiũ vel quartũ. Sed primo diligendus eſt Deus [1]: ſecundo parentes: deinde filij, poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt, malis filijs ſunt præponendi. de pæ. diſ. 2. charitas. ſed illa auctoritas intelligenda eſt de affectu interiori, non de beneficiorũ exhibitione. nam magis debemus diligere extraneos bonos quam propinquos malos, licet illis potius debeamus ſubuenire. 13. q. 2. non æſtimemus.

Pater malus an ſit extraneo bono præferendus.

[1] Dicit beatus Bernar. in li. de diligẽdo Deũ, cauſa diligendi Deũ Deus eſt: modus, ſine modo diligere. ob duplicẽ cãm Deum propter ſe diligẽdum dixerunt; ſiue quia iuſtius, ſiue quia nil diligi fructuoſius poteſt. Arch.

[b] ¶ Dei cultus.] quod quidam hæretici fecerunt ratione illius auctoritatis. Qui reliquerit patrem & matrem propter me, centuplum accipiet. 28. q. 1. in princip.

[c] QVæcumque.] infra, de conſe. diſt. 5. fucare. 33. q. 5. mulier. Ioan. [2]

[2] Sed in multis locis moniales tondentur, vt Rhegij & Mutinæ, & amputant ſibi comas: forte & male faciunt. ar. 20. q. 1. c. 2. vbi etiam dicã. Arch.

[d] SI qua mulier,] ¶ Diſcedere.] niſi eius conſenſit.

a ¶ Si qua

a SI qua mulier ſuo propoſito.] quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, q̃ in clauſa ad meretricandum.

b SI quis contemptum.] quia ſi non facit in contemptum illius diei, etiã omni die bonum eſt ei ſi ieiunat, vt 76. diſt. vtinam.

SI quis eorũ.] CASVS. Beneuentan᷒ ſic ponit caſũ. Quidã dum ieiunaſſet, cœpit eũ fames affligere: ille propter famem ſuperbiens dicebat non eſſe ieiunandum, & ſufficere ſolam conſcientiam ꝓ facto. de iſto dr̃ ꝙ debet anathematizari. Ego Barth. Brixi. aliter caſum intelligo, ſic ponens. Quidam dum permaneret in propoſito abſtinentiæ, id eſt, continentiæ: propter neceſſitatẽ corporalem, ideſt, abſtinentiam, ꝑ quam multa neceſſaria corpori ſubtrahũtur, ſuperbiebat, omnia ieiunia paruipendens, cum plus alijs ieiunaret: perfectam conſtitutionẽ eccleſiæ iudicans in ſua conſcientia, dr̃ ꝙ talis anathema ſit. Seq. cap. vſque ad cap. ſi quis virorum. patẽt.

c ¶ Neceſſitatem.] id eſt, continentiam.

d SI quis.] ¶ Baſilicas.] niſi cum fiunt per inanes reuelationes, vt de conſecra. diſt. 1. placuit.

a ¶ Si quis

De eodem. C. VI.

SI qua mulier ſuo propoſito [a] vtile iudicans, vt virili veſte vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur [a], anathema ſit. Burc.l.8.c.60. Iuo par.7.c.78.

a ¶ Imitetur.] *Græce legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι *quæ Dionyſius exiguus apte vertit*, & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit: *ſicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c. 18.

¶ De eodem. C. VII.

SI quis tamquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiuſdem β diei contemptum [b], anathema ſit. Burch. l. 13. c. 19. Iuo par.4.c.51.

β ¶ In eiuſdem.] *In originali huius priſca verſionis eſt*, aut in eiuſdem diei contemptum: *quod in verſione Dionyſii, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, iſtis vocibus videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in græco vulgato nihil eſt, quod iſtis reſpondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. C. VIII.

SI quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, propter γ neceſſitatem [c] coporalem ſuperbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius eccleſiæ perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit. Burc.l.13.c.5. Iuo par.4.c.38.

γ ¶ Propter neceſſitatem.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſas: ceterum multis modis diſcrepat à priſca verſione, & à Dionyſiana, quam ſecuti ſunt Burchardus & Iuo, Priſca ſic habet:* Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit. *Dionyſiana autem hoc modo:* Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit. *Quæ verſio in ceteris quidem partibus originali græco, etiam vulgato, ſatis reſpondet: ſed in poſtrema inſignis eſt varietas. Nam vbi Dionyſius habet*; ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, *in græco vulgato eſt*, ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, i. nimirũ perfecta, quæ in ipſo eſt, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuſcriptis autem huius canonis exemplaribus partim eſt*, ὑποικουροῦντος. *i.* perfecta in *eo reſidente ratione, partim*, ἐπικουροῦντος, *ideſt*, perfecta, quæ in ipſo eſt, ratione ſibi auxiliũ ferẽte. *Notantur vero Euſtathiani (quos poſtea Bogomilici ſectati ſunt) qui ita ſtatuebant, peracto certo quodã ieiunio, ad eam ſe perfectæ vitæ rationẽ perueniſſe, vt poſtea omnia ſibi eſſent indifferentia, nulliſq. præceptis obligarentur; ſed ſoluti omnino eſſent, ac ne peccare quidẽ poſſent: qua de re Balſamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, c. 20.

¶ De eodem. C. IX.

SI quis per ſuperbiam tamquam perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas [d] ſanctorum martyrum fiunt, vel accuſauerit, vel etiã oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Paan.l.2.c.8.

Item ex eodem, c. 5.

¶ De eodem. C. X.

Burch.l.3.c.94. Iuo par. 3.c.84.

SI quis docet domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes, quę in ea fiunt, anathema ſit.

Item ex eodem, c.6.

¶ De eodem. C. XI.

Burch.l.3.c.95.

SI quis extra [a] eccleſiā priuatim populos congregans, contemnat eccleſiaſticas ſanctiones *a*, ipſamque eccleſiam apud ſe ſine concilio † epiſcopi cum presbytero agat, anathema ſit.

† *al. conſilio*

a ¶ Sanctiones.] *Poſt hoc verbum in priſca verſione iſta ſunt interſecta*, aliterque ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, nō conueniente presbytero iuxta decretū epiſcopi, ipſamq. *& cetera, quæ hic ſequuntur. Dionyſii autem verſio, quæ optime reſpondet verbis græcis, & refertur à Burchardo, hæc eſt:* Si quis extra eccleſiā ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens eccleſiam, ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epiſcopi, anathema ſit.

Item ex eodem, c.1.

¶ De eodem. C. XII.

Infra 31. diſt. c. ſi qs nuptias. ex verſione Dionyſii. Burc.l.8.c.61. Iuo par.7.c.79.

SI quis nuptias in accuſationem duxerit; & mulierem fidelem, ac religioſam cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tamquam non poſſe coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

Item ex eodem, c.2.

¶ De eodem. C. XIII.

Iuo par.4. c.30. † *al. immolatam, & ſuffocatam*

SI quis carnem manducantem ex fide [b] cum religione, præter ſanguinem, & idolo immolatum † [c], & ſuffocatū, crediderit cōdemnandum, tamquam ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

Item ex eodem, c.15.

¶ De eodem. C. XIIII.

Iuo p.8.c.318.

SI quis dereliquerit proprios filios [d] ſuos, & non eos aluerit, & (quod pietatis [e] eſt) neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

e ¶ Quod pietatis eſt.] *Longe fidelius Dionyſius:* & quod ad ſe pertinet, nō ad pietatē diuini cultus informat. *Græce enim eſt:* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ. *Subintelligitur autem particula negans, id eſt, μὴ, ex ſuperiore membro.*

† *al. ἀνάγῃ*

Item ex eodem, c.12.

¶ De eodem. C. XV.

Burc.l.8. c.63. Iuo p.7. c.81.

SI quis virorum putauerit ſancto propoſito (id eſt continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tamquam ex eo iuſtitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cū reuerentia birris † vtuntur, & alia veſte [e] communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit.

† *al. beris.*

Item ex eodem, c. vltimo.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p.8. c.321.

2 HAec autem ſcripſimus non abſcindentes eos, qui in

a SI quis extra.] Et domus in qua hæc fiunt, publicanda eſt, vt in auth. de eccl. tit. §. ſi quis in ſua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis.] ¶ Ex fide.] ideſt, ex bona conſcientia. extra de pſcrip. quoniam omne.

c ¶ Immolatū]. Idolothytis nō debemus veſci, vt hic. & 5. diſtinct. presbyteros. & 32. q. 4. ſicut ſatius. Sed contrariū videt illud Apoſtoli ad Corinth. Si qs infideliū vocat vos ad cœnā. omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogātes. 1 Sed illud, loquitur ſecundū ſua tēpora, cū adhuc pauci erant fideles. Quod aūt dicit de ſanguine & d carne ſuffocata, hodie non tenet quia tātū in figura fuit iſtud prohibitum.

1 Vt 11.q.3. ad menſam. & 1.q.4.§. notandū. Archi.

ADDITIO. 11.q.2. gloria epi. Archidia.

d SI quis. ¶ Filios.] Nam ex iuramento nō poſſumus adſtringi ad illud, vt 22.q.4. inter. de hoc habuiſti 5.diſt.1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidam in quadam pretioſa veſte iuſtitiam ponebat quaſi propoſito continentiæ conueniret, reprehendens eos, qui alia veſte vtebantur, dr ꝙ talis anathema ſit.

e ¶ Veſte.] Sufficit ergo ꝙ quis veſte vtatur ſm conſuetudinem regionis: & ſic tranſmontani non coguntur vti affibulatis veſtibus, vt Italici, non obſtante noua cōſtitutione, extra de vi. & honeſta. cle. clerici. quia lex debet conuenire conſuetudini, vt 5. diſt. 4. erit.

Conſuetudinē in vſu veſtiū debemus obſeruare.

HAec autem ſcripſimus.] Hæc ē ſcda pars diſt. in qua conciliū interpretat prædicta. Archi.

CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ ea quæ ſtatuta ſunt ī ſuperioribus

bus cap. non ſubeſtatuta, niſi ꝯ eos, qui religionis habitum & propoſitum continentiæ aſſumentes in ſuperbiam efferuntur cōtra eos, q ſimpliciter viuūt, facientes noua ſtatuta ꝯ diuinas ſcripturas, & eccleſiaſticos canones: illi vero commendantur, qui continentiā ſeruant, & proprijs abrenuntiant cū humilitate: & qui diuitias poſſident cū iuſtitia, & bonis operibus.

a ¶ Et noua.] ff. de cōſtitu. princ. in teb⁹.

b ¶ Diuites.] Hoc verum eſt de talibus, qui faciunt miſericordiam non habentibus, vt 33. q. 5. ſecūdum. nam & Dominus habuit pecuniā, vt 12. q. 1. exēplum, alias abijciēda eſt pecunia exēplo Cratis, vt 12. q. 2. gloria epi §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui vltra neceſſaria ſibi retinet, vt 42. diſ. §. 1. Io.

Rapere aliena dicit' q vltra neceſſitatē ſibi retinet.

Diuites aliqui boni ſunt.

b ¶ Diuites.] Non eſt contra illud, facilius eſt camelum per foramen acus trāſire: qa illud de talibus intelligitur, q in diuitijs ſpem ponentes, gratuis inquirentur aurū, quàm ſolē, de quibus habetur 47. diſt. ſicut hi 1.

1 Et dicit Hieronym. Diuitias habuiſti, regē perdidiſti. Dū vigilas augmentū diuitiarū cogitas. Dū dormis latronē ſomnias. In die ſolicitus, in nocte pauidus, & ſic ſēper mendicus. Arch.

SI quis presbyter.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur q ſi quis presbyter accepta publica pænitentia in die Dominica ieiunauerit ea intētione qua Manichæi ieiunabāt, anathema ſit. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Similiter.] dicit, q in diebus Dominicis & inter Paſcha & Pētecoſtē nō debemus flectere genua; ſed vultu erecto orare ad Dñm. In tertia parte q incipit ibi, [Si quis etiā.] dicit: [Si qs nō comedit carnes vel olera, i qb⁹ carnes coquūt, ꝓpter execrationē eſcarū, cōpelli debet deguſtare, & ſi noluerit, tanquam hæreticus deponatur.

e SI quis.] Propter publicā.] quam facere pōt ſacerdos, ſed nō ſolēnē, vt dixi s. 28. diſt. presbyter.

e ¶ Prægustet.] Ecce q ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nūquid idem eſt ſi aliquis eſt ſuſpectus eo q non cōicat in anno? numquid cogēdus eſt cōicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator, ſed ad hoc poteſt cogi vt faciet ſe dignum, id eſt,

ecclesia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitū continentiæ eligunt: ſed eos a, qui ſuſcipiunt habitum eius, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, & noua a introducūt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur; & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſsimam dicimus; & renuntiationem ſæculariū negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum c vinculum, quod ſecundum caſtitatem † perdurat, honoramus; & diuites b cum iuſtitia, & operibus bonis non abijcimus γ.

† *caſtitatem ſecū*] orig. & Iuo.

a ¶ Eos, qui ſuſcipiunt habitum.] *Græce eſt:* τοὺς καταχρωμένους τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους, καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: id eſt, qui ex inſtituto exercitationis huiuſmodi, capiunt occaſionem ſeſe efferendi: ſeque extollunt aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt, & aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones introducunt nouitates.

c ¶ Et nuptiarum vinculū.] *Græce* καὶ γάμου συνάφειαν σεμνὴν, *quæ Dionyſius vertit:* & nuptiarum caſtum vinculum.

γ ¶ Non abijcimus.] *Poſt hæc verba in concilio ipſo proxime ſequuntur quæ habentur infra c. parſimoniam. diſt. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinū Bracarenſem, c. 57.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. C. XVII.

SI quis presbyter a propter publicam c pænitentiam à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit. Similiter c quia, quod ab Apoſtolis traditū eſt, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paſchæ vſq. ad Pentecoſten †, nō γ proſternant d ſe in oratione cauſa † humilitatis: ſed recto vultu ad Dominum fungatur orationis officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebramus. Si quis e etiam non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarum à carne abſtineat; placuit ſancto concilio vt prægustet e; & ſic, ſi vult abſtinere, abſtineat. Si autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet, iſte non obediens, nec ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine clericatus.

Burc. l. 13. c. 20. Iuo p. 4. c. 52.

† *al. quinquageſimam*

† abeſt vox iſta ab orig.

Ibid. c. 58.

a ¶ Presbyter.] *Sequebatur,* vel diaconus, *quæ ſublata ſunt, quoniam abſunt à pleriſq. manuſcriptis, & originali. Ceterum Burchardus, & Iuo ſimilem canonem citant ex concilio* Turon. *atq. ita habent:* Si quis propter publicam pænitentiā à ſacer-

a Vt de cō[...] ſe. diſt. 2. [...] culares. c[...] duob⁹ ca[...] ſeq. ſm Hu[...] & cap. & i[...] nō.

d ¶ Proſternant.] vt de conſecrat. diſtinct. 3. quoniam ſiaut.

id eſt, vt pæniteat. de conſec. diſt. 2. ſi qui intrat. 2. diſt. hi qui. ſecundum Hu. cuius fuit iſta glo.

TEmpus quoque.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes. In prima corrigitur ſententia Pelagij per Greg vt in c. ſeq. Secunda ibi, [Cauſa vero.] Tertia ibi, [Poteſt & aliter.] Quarta ibi, [Sed obijcitur.] Quinta ibi, [Aliter.] Sexta ibi, [Similiter.] Ioan. de Faſ.

CASVS. In hac 31. diſt. dicit Gratia. quòd illa cap. quæ fuerũt poſita in diſt. 28. intelliguntur ex tempore: quia nondum erat indicta continentia ſacerdotibus. & hoc probat per ſequentia. Dicit etiam quæ eſt cauſa, ſcilicet ꝙ propter munditiã fuit continentia indicta: & ꝙ ſacerdotes vxores non abijciant à ſua cura, quin eis neceſſaria miniſtrẽt.

a ¶ Tempus.] in hac 31. diſt. oſtendit, ꝙ à tempore Grego. ſtatutũ fuit ut ſubdiaconi non ordinarentur niſi promiſſa continentia 1. Secundo agit de cauſa continentiæ presbyterorũ & diaconorum 2. Tertio dicit, ꝙ licet ordinati in ſacris ordinibus vxoribus nõ debeant commiſceri, tamen neceſſaria prouidebunt eis 3. Vltimo aſſignat differentiam inter orientales & occidentales.

1 Vt ĩ. ead. cap. 1.

2 Vt ĩ. ead. §. cauſa. vſque ad §. ꝙ autem.

3 Hoc facit ad prędictũ §. qd antẽ. vſq; ad cap. Nicæna. Archidia.

ANte triẽnium.] Caſus iſtius cap. ex quadam conſtitutione Pelagij pendet: vnde ſcire debes, ꝙ vna conſtitutio facta fuit ab Apoſtolis de continentia clericorum, vt 84. diſt. cum in preterito. Item fuit poſtea à Syricio repetitum in 82. diſt. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habetur 27. q. 2. multorũ. de qua fit hic mentio. Eſt ergo caſus huius cap. Pelagius fecit quandam conſtitutionem per quemdam diaconum nomine Seruũ Dei, vt omnes ſubdiaconi Siciliæ à ſuis vxoribus abſtinerẽt, quas in minorib' ordinibus duxerãt, aut ab officio ceſſarent: quam conſtitutionẽ, quia dura fuit & iniqua, vt ſubdiaconi cõpellerentur ad continentiã, Grego. primus qui ſucceſſit Pelagio, retractauit, & ſtatuit vt nullus de cetero fiat diaconus, niſi continentiã promittat: ita tamen, vt mala præterita, id eſt, continentia, quæ ſolet eſſe iuuenib' mala, id eſt, pœnalis: vel mala ſi nõ ſeruetur, per

dote acceptam, aut pro aliqua neceſsitate. *In aliquot Gratiani manuſcriptis eſt*: ſi quis præter publicum pœnitentiam, à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſsitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in capite* 18. *concilij Gangrenſis, vnde hoc videtur Martinus ſumpſiſſe, nulla presbyteri fit mentio, ſed vniuerſe pronuntiatur vt ſupra ead. c. ſi quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationem, die Dominico ieiunet, anathema ſit, *& verba illa*: abſque aliqua neceſſitate, *videntur hæc importata ex cap.* 19. *eiuſdem cõcilij.* Neque *vero presbyteris huiuſmodi pœnitentia more laicorum imponebãtur. c. illud. cum ſequentibus. diſt.* 50. *& c. fin. verſi. nec enim.* 82. *diſt. Sed quando in grauiſsima crimina publice incurrebant; depoſiti peregrinari iubebantur. c. ſi quis ſacerdos.* 30. *q.* 1. *c. ſacerdos. de pœn. diſt.* 6.

β ¶ Similiter quia.] *Hoc ſumptum eſt ex canone vltimo concilij Nicæni.*

γ ¶ Non proſternant.] *In codice Lucenſi regio legitur*: non proſtrati, ſed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶ Si quis etiam.] *Hoc ſumptũ eſt ex concilio Ancyrano, c.* 13. *al.* 14. *& in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

1 TEmpus a quoque, quia nondũ a erat inſtitutũ, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent.

a ¶ Nondum.] *Quod ait hic Gratianus, fuiſſe tempus, quo nondum erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent, in ſubdiaconis (Nam & hi ſacerdotũ nomine interdum comprehenduntur, valetque idem ſacerdotis nomen atque in ſacris conſtitutus, vt infra ad initium diſtinctionis* 33. *notaturque in gloſſa* 1. *q.* 1. *qui per pecuniam.) locum habere poteſt. Fuit enim tempus, cum ſubdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, continentiæ legibus non adſtringebantur: quod Gregorij locus, qui ſolus ad hanc rem confirmandam proxime à Gratiano citabitur, manifeſte probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina eccleſia numquam licuiſſe vxoribus, quas ante ſacros ordines duxerãt, vti, ex canonibus, qui poſt primum in hac eadem diſtinctione citantur, & alijs multis, præſertim epiſtola ſecunda Syricij ad Himerium Tarraconenſem clare demonſtratur.*

Vnde Gregorius ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ, lib. 1. *epiſtola* 42.

¶ Qui caſtitatem non promiſit, ab vxore ſua ſeparari non cogatur. C. I.

Pann. l. 5. c. 89. Poly. l. 4. ti. 31. ANte triennium ſubdiaconi omnium eccleſiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ eccleſiæ nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur. Quod mihi du-

rum [a],atque incompetens videtur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ non inuenit [b], neque caſtitatem ante promiſit,compellatur à ſua vxore ſeparari,atque per hoc(quod abſit)deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum ſubdiaconum facere præſumant,niſi qui ſe victurum caſte promiſerit [c],quatenus & præterita mala ª [d],quæ per propoſitum mentis appetita nõ ſunt,violenter nõ exigantur, & futura caute caueantur. ¶ Qui vero poſt eamdem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continenter cum ſuis vxoribus vixerunt,laudandi,atque remunerandi ſunt,& vt in bono ſuo † permaneant,exhortandi. ¶ Eos autem,qui poſt prohibitionem factam ſe à ſuis vxoribus cõtinere noluerint, ad ſacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad miniſteriũ altaris accedere,niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

7.diſt.28.c.nullum.

† ſic]orig.

a ¶ Mala.]Vox iſta abeſt à Polycarpo, & aliquot vetuſtis Gratiani codicibus.

2 *Cauſa vero huius inſtitutionis munditia ſacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi poſſint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab vxoribus eſt ceſſandum, vt expeditius orationi vacemus; miniſtris vtique altaris, quibus quotidiana neceſsitas orandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur.* 1.Cor.7.

Vnde Beda in commentarijs ſuper Lucam ad c.1.ait.

¶ Sacerdotibus ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. C. II.

SAcerdotibus [e],vt ſemper [f] altari queant aſsiſtere,ſemper ab vxoribus continendum, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Pann.l.3.c.92.

Item in concilio Carthaginenſi 2.c.2.

¶ Qui diuinis ſacramentis inſeruiunt,continentes eſſe oportet. C. III.

EPiſcopos [g], presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet ſacros antiſtites,ac Dei ſacerdotes, necnon & leuitas,vel qui [h] ſacramentis diuinis inſeruiunt) continentes eſſe in omnibus.

7.diſt.84.c.cum in præterito. Pann.l.3.c.95. Raba.pæn.c.19.

Item Innocentius I.Victricio Rothom. epiſcopo, epiſt.2. cap.9.

per violentiam non exigatur:& hoc in prima parte. In ſecunda parte,quæ incipit ibi,[Qui vero.]commendat illos,qui conſtitutionem illam,quæ facta fuit ante triẽnium ſeruauerunt: & hortatur eos vt debeant in ſuo propoſito permanere. Illi vero qui noluerint à ſuis vxoribus abſtinere, promoueri non debent: q̃a nullus debet promoueri, niſi eius caſtitas fuerit approbata. Vel ſic: Olim promouebantur ſubdiaconi non promiſſa continentia: & licite vtebantur vxoribus & beneficijs: Poſtea Pelagius prædeceſſor Gregorij ſtatuit, vt vel contenti eſſent vxoribus tantum, vel beneficijs tantum: de qua conſtitutione Gre. facit mentionẽ 27. q.2. multorum. Poſtea idẽ Pela. aliã edidit conſtitutionẽ, in qua præciſe prohibuit, vt ſubdiaconi nullo modo commiſceri debeant amodo vxoribus ſuis: & illam conſtitutionẽ quidam ſubdiaconi ſeruabant, quidam non:ſed quia illa cõſtitutio fuit iniqua, ſcilicet ꝙ aliquis,qui non promiſit continentiam, cogeretur continere: ideo retractatur hic à Greg. & ſtatuitur, ꝙ ſi q̃ ſubdiaconi non ſunt,nõ cogantur continere, niſi velint. ſi qui autem in futurum ſũt ordinandi, non admittantur niſi promittant continentiã. a ¶ Durum.]ſtatutũ Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur ſola fornicatio 1. 33.q.2.quos Deus.& ideo reprobatum fuit. Sed quare reprobatur illa conſtitutio Pelagij, in qua ſtatuit, vt aut beneficia,aut vxores dimittant: cum idem ſtatuerit Alexander extra de cler.coniug. cap.1. Sed dic, cũ aliquis in minoribus ordinibus exiſtens poſtea contrahit, poteſt priuari beneficio prius habito.& de illis loquitur Alexan. cum vero aliquis primo contrahit,& poſtea eccleſia ſcienter ei confert beneficium, poſtea non poteſt illud ei auferre:& de illis loquit᷑ Pelagius.& ideo cõſtitutio eius fuit iniqua. ſimile ext.de cle.coniug.diuerſis.

1Vt 32.q.1. dixit.

b ¶ Non inuenit.]id eſt,non ſuſcepit.

c ¶ Promiſerit.]hoc intelligo ſi habeat licentiã vxoris.

d ¶ Mala.]id eſt,continentia, quæ iuuenibus eſt mala. 33.q.2.in adoleſcentia a.

a Sub,& ad

CAVSA VERO. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur,ꝙ cauſa huius conſtitutionis fuit munditia ſacerdotalis.& hoc probat per vj.c.Io.de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ propter munditiam ſacerdotalem inducta fuit continentia in eccleſia; quia cum ſacerdotes ſemper debeant orare,ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli p̃ ſeq.cap.quorum prima duo patent.

e SAcerdotibus.]idem eſt de alijs clericis. Lau.

f ¶ Semper.] id eſt,horis debitis. ſic ̃j.eod.ſi laicus. 22.diſtin.ſacroſan.& infra 37.diſtin.de quibuſdam. 36. diſt.cap.vlt.Archid.

g EPiſcopos.]Hoc cap.habetur 84.diſt.cũ in p̃terito.

h ¶ Vel qui.]id eſt,ſubdiaconi. nam & ſubdiaconi ſacramẽtis inſeruiunt 84.diſt.cum in preterito. Et expone.

pone iſtud, vel,pro,&, ſecundum Hug. & ita per hoc, & per illud infra 32.diſtin.placuit. ſuppletur illud 84. diſtinct.cum de quorumdam. quia hæc tria cap. ſunt Carthaginenſis concilij,& faciunt pro opi.Hug. ſecundum Lau. Tene-

Ideo quæſiuit à Papa, an presbyteri & leuitæ deberent viuere continenter? Et reſpondet quod ſic,& hoc probat auctoritate prophetæ dicentis; Sancti eſtote,&c. id eſt, mundi. & exemplo ſacerdotum vete. te. qui in ſua hebdomada à ſuis vxoribus abſtinebant,ſed finita ſua hebdomada ſuis vxoribus commiſcebantur propter ſobolem procreandam: quia nullus poterat fieri ſacerdos niſi de tribu Aaron. hodie vero cum ſacerdotes quotidie debeant orare, nec requiritur de qua tribu promoueantur, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Sequentia duo c. plana ſunt, & per te videbis.

¶ Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis miſceri non debent. C. IIII.

Burc.l. 2.c.118.
Anſ.l. 7. c.134.
Iuo p.6.c.94. & 194.
Pan.l.3.c.94.
Leuit.11.
Luc. 1.
Num.18.
† al præceptum fuerat

TEnere debet omnino eccleſia,vt ſacerdotes,& Leuitę cũ vxoribus ſuis nõ miſceãtur; quia miniſterij quotidiani neceſsitatibus occupãtur.Scriptũ eſt enim;[Sãcti eſtote,quoniã & ego ſanctus ſum[a] Dominus Deus veſter.] Nam ſi priſcis temporibus anno [b] vicis ſuæ de templo Dei ſacerdotes non diſcedebant (ſicut de Zacharia legimus) nec domum ſuam omnino tangebant,quibus vtique propter ſobolis ſucceſsionem, vxoris vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex ſemine Aaron,ad ſacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quanto magis hi ſacerdotes,vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent,quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſsione eſt,nec præterit dies, [c] qua vel à ſacrificijs diuinis,vel à baptiſmatis [d] officio vacent?

PALEA. C. V.

1.Cor. 7.
Ibidem continentes
Anſ.l.7. c.132.
† al. offerimus

NAm [α] ſicut Paulus ad Corinthios ſcribit dicens:[Abſtinete vos ad tempus,ut vacetis orationi:]& hoc vtique laicis præcepit; multo magis ſacerdotes, quibus orandi,& ſacrificandi iuge ſacrificium † eſt: ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere.

α ¶ Nam ſicut.] *Hæc palea in duobus vaticanis (in quibus ſolis reperitur) eſt coniuncta cum ſuperiori capite, quemadmodum etiã in epiſtola Innocentij. & legitur,* Nam ſi Paulus. *Sed non eſt mutatum,quoniam eſt initium capitis.*

Item Exuperio Tholoſano epiſcopo,epiſt.3.c.1.

¶ Qui ab vxoribus ſuis abſtinent, ad ſacrificia admittantur. C. VI.

Infra diſ. 82. c. propoſuiſti.
Pann.l.3.c.95.

EOs [ϛ] ad ſacrificia fas ſit admitti,qui vel cum vxore[e] nõ exercent carnale officium[f].

ϛ ¶ Eos.] *Apud Innocentium, & infra diſt. 82. c. propoſuiſti. vbi hoc idem eſt repetitum, legitur,* neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti,qui exercent vel cum vxore carnale conſortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum,lib. 1.

¶ Sacerdoti,cui eſt ſemper orandum,matrimonio ſemper eſt carendum. C. VII.

Pann.l.3.c.96.

SI laicus, & quicumque fidelis orare [g] non poteſt, niſi careat officio coniugali;ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandum eſt:ſi ſemper orandum eſt;ergo ſemper matrimonio carendum [h].

a ¶ Quoniam ego ſanctus ſum.] Ex quo Dominus ſe commẽdauit,& Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. 81.diſt. igitur, ergo & nos poſſumus nos commendare, & Aug. ſe commendat, æquiparando ſe prophetis,vt 23.q.4.ecce, & proconſul poteſt præmittere libellum cõmendationis ſuæ, vt ff.de offi.procõ. obſeruare. Similiter ille qui impetrat veniã ætatis, ſe commendat.[1] C. de his qui ve. æta.imp.l. 2.

Commendare poteſt aliquis ſeipſum.

[1] Ad idem quod dicit Bal. Cuſtodi animã meam quoniam ſanctus ſũ,&c. & in pſal. Inclina Domine.

b ¶ Anno.] id eſt ſeptimana. ſic alibi ponitur dies pro anno, vt 33.q.2.hoc ipſum. & tempus pro anno, vt de conſe.diſ.4. omni tempore.[2]

[2] Ideo autẽ fit hoc, quia annus dicitur ab an, quod eſt circum, quia circũ voluitur. ſic & quodlibet tps. Lapren.

c ¶ Nec præterit dies.] excepto ſabbato ſcdõ, & die veneris præcedente, vt de conſecr. diſt. 3. ſabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem. ſic ĩ.de cõſ.diſt. 2. teneri.

d ¶ Vel à baptiſmatis.] dum eſt neceſſitas. arg. 5.diſt in. baptizari.

e EOs.] ¶ Vel cum vxore.] ne dũ cum alia.

f ¶ Officium.] poſt votum factum.

g SI laicus.] ¶ Orare.] Quid de hac materia iuris ſit, habes 33.q.4.ca. 1. & 2.

h ¶ Matrimonium carendũ.] ar. quod ſi aliquis ex alio, vno probato

Probato vno cõiunctorũ, probatur reliquũ.[3]

[3] Sic de talibus vno conceſſo & aliud cõceſſũ eſt. j. q. ſicut Chriſt. vbi de hoc Arch.

TEnere debet.] CASVS. Victoritius Rothomagenſis epiſcopus, habebat quoſdam presbyteros & leuitas in ſua diœceſi, qui nolebant à ſuis vxoribus abſtinere. quæ ſibi cohærẽt,vel ſi aliquid ſequitur & reliquũ eſt probatũ, vt 33.diſ.ſi quis viduã.26.diſt. deinde.3.q.6.hæc quippe.arg. ĩ.de pæ.diſ. 1.ſicut primi. ĩ ſi.

Quod

que laudauit ſententiam [a] eius; & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate, non in neceſſitate dimiſit.

a ¶ Et ſubdiaconi.] *In aliquot vetuſtis codicibus, & in originali Socratis non ſunt duæ illæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam græce, quàm in latina vetere, & noua verſione, ut etiam Nicephorus.*

Item ſynodus ſexta, c. 13. lib. 8. c. 19.

¶ Non in perpetuum, ſed tempore oblationis à complexu ſuarum vxorum ſacerdotes abſtineant. C. XIII.

Quoniam [g] [b] in Romani [c] ordine canonis eſſe cognouimus traditum, eos qui ordinati † ſunt [d] diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quòd iam ſuis non copulentur vxoribus; nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ [e] diligentiæ, & conſtitutiones, ſacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum vxoribus ſuis eorum connubia diſſoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tẽpore opportuno [f]. Quicumque ergo diligens † [g] inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem aſcendere gradum pro vxoris ſuæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogatur; quòd abſtinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶ Oportet eos, qui altari miniſtrant, in tempore oblationis † ſanctorum continentes [h] eſſe in omnibus; vt à Deo poſsint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulant. ¶ Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis cauſa vxorem ſuam expellit, excommunicetur: ſi vero in hoc permanſerit, deponatur.

g ¶ Qm.] *Græce ſic habetur:* ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. *idest.* Qm in Romana eccleſia loco canonis traditũ eſſe cognouimus, &c. *Hanc vero eccleſiæ Romanæ traditionem non ſolum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus ſupra citatus, & alij Latini ſcriptores defendunt, ſed etiam Balſamon in explanatione huius canonis ſatis aperte probat. Verum de omnibus huiuſmodi canonibus, qui ſexta ſynodo adſcribuntur, quid ſit ſentiendum, ad caput, Habeo librum. diſt. 16. ſatis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum eſt. orientalis enim eccleſia (cui ſexta ſynodus regulam viuendi præſcripſit) votum caſtitatis in miniſtris altaris non ſuſcepit.

Pann. l. 3. c. 86.

† *ordinandi*] ſed ob gloſſam nõ eſt mutatũ.

† *leg. dignus*] ſed ob gloſſam nõ eſt mutatũ.

† *al. tractationis*

a ¶ Sententiam.] vnus ergo poteſt cõtradicere toti vniuerſitati, ſi habet rationabilem cauſam, vt extra de his quæ fi. à ma. par. cap. c. 1. nam ſententia vnius poteſt alios trahere ad partem ſuam, vt extra de eo qui mit. in poſ. cap. cum ſicut. ff. de arbi. item ſi vnus. §. vlt. C. de vete. iu. enu. l. 1. § ſed is, &c.

Quoniam.] Casus. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur q in canone Romano ſtatutum erat q diacones & presbyteri orientalis eccleſiæ deberent continentiam profiteri: quod male ſeruabãt, quod ſexta ſynodus cognouit: ideo ſtatuit iuxta antiquum canonẽ Apoſtolorum, vt vnuſquiſque clericus ſuã poſſit habere vxorẽ: nec pp. hoc repellat à promotione ſi dignus fuerit: nec tempore ſuæ ordinationis cogatur continentiam profiteri: eo tñ tempore, quo miniſtrat altario, debet abſtinere. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Si quis] dicitur q ſi quis presbyteros vel diacones à contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet: & quicumq; clericus cauſa religionis ſuam vxorẽ abiecerit, deponi debet, ſi in contumacia perſeuerer.

b ¶ Quoniam.] id eſt, quia.

c ¶ Romani.] hic aſſignatur differentia inter oriẽtales & occidentales.

d ¶ Qui ordinati ſunt.] i. ordinantur.

e ¶ Apoſtolicæ.] quia Apoſtolus præcepit, vt vir reddat debitũ vxori. 33. q. 1. c. 1.

f ¶ Opportuno.] iſtud eſt ſ Gandulphum & alios, qui dicũt q vir quolibet loco etiã in eccleſia, & quolibet tempore tenetur reddere debitũ vxori petenti. Sed hoc non eſt verum: quia ſi duę debitor non debet ſemper venire cum ſacco paratus, vt ff. de ſo. quod dicimus. ſic nec vir ſemper debet eſſe paratus. 33. q. 4. Chriſtiano. 1.

g ¶ Diligens.] id eſt, dignus.

h ¶ Continentes.] ſed numquid in oriẽtali eccleſia vir poteſt promoueri ſine licentia vxoris? Dicit H. q. ſic: quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei: quia poſt mortem viri non poteſt contrahere 4. Item & in alio fit ei præiudicium: quia tempore vitæ ſuæ non debet ei commiſceri etiam ad tẽpus vir inuita vxore non poſſit orare, vt 33. q. 4. Apoſtolus. ſed ibi expone, orare, id eſt, peregrinari. Ioan.

HOC AVTEM. Casvs. Modo Gratianus ſoluit ſupra

Contradicere poteſt vnus multis. ...

1 Et eſt hic arg. q vnus canonicus põt ſe opponere pro defenſione eccleſię ſuę. Ad idẽ extra de conceſ. pbẽ. ex parte. vbi dicit Ioan. & Fan. hoc eſſe verum etiã ſi capitulũ illius eccleſię nollet defendi. & hoc fauore eccleſiæ. arg. ff. de liber. cau. l. 1. 2. & 3.

Vir debitũ vxori non ſemper nec vbiq. reddere tenet.

2 Melius ea. cauſa & q. c. apoſtolus. ſ gl. vlt.

3 Sc... Lan. ...

4 Hæc ... non vi... na. na... vxoribus ... oriẽtali... non h... loci ... habem... 28. diſt. ... ſunt ... & ſeq. ... conn... non ... tunt ... vel ... ſe. Arch...

ſupra dictã obiectionem:& dicit ꝙ hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis eccleſiæ, qui non ſuſceperunt votum caſtitatis,cui ſexta ſynodus præfuit: licet occidentalis ſic:& hoc probatur per ſequens cap.

ALiter.]Casvs.Dicitur in hoc cap.ꝙ alia eſt traditio

tant votum continentiæ.In cap.presbyterum.non legitimæ nuptiæ intelliguntur ſecundæ ſcilicet. ſi quis diſcernit,locale fuit : vel intelligitur de vxore,quæ ducta fuit in minoribus ordinibus.Similiter cap.illud,ſi ſubdiaconus.de ſecunda vxore intelligitur.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione ſynodi ab ipſo in Baſilica Lateranenſi congregata.

¶ Occidentalis, non orientalis eccleſia caſtitatis obtulit votum. Cap. XIIII.

Pann.l.3.c.84.

5 ALiter ſe orientalium traditio habet eccleſiarum,aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes diaconi,atque ſubdiaconi matrimonio a copulantur[a],iſtius autem eccleſiæ,vel occidentalium nullus ſacerdotum à ſubdiacono vſque ad epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi.

a ¶ Matrimonio.]*Id eſt poſſunt ſimul eſſe in ſacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neque illis, poſtquam ad ſacros ordines aſcendiſſent,licebat contrahere matrimonium.*

Ꝟ.28.diſt. c.vl.

Similiter & capitulum Nicolai[b] *ex loco conſideratur; quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuerſa, propoſitum ſacræ religionis ex integro aſſumere nondum didicerat.* ¶ *Quòd autem in cap. 6.ſynodi*[c] *presbyter non legitimis nuptijs detectus punitur, non legales nuptiæ ſecundæ intellig ẽdæ ſunt; à quibus auctoritate canonica ſacerdos quilibet debet eſſe immunis. Illud autem Gangrenſis concilij [Si quis*[d] *diſcernit presbyterum coniugatum,&c.] ſimiliter intelligendum eſt vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum,quam ante tempus ordinationis ſuæ duxerat.Illud quoque Martini Papæ. [ſi ſubdiaconus*[e] *ſecundam duxerit vxorem] non diſſimiliter intelligendum eſt.Primam enim vxorem ante ſubdiaconatum habere permittitur: qua defuncta,vel caſtitatem profeſſa, promouetur iſte ad ſubdiaconatum.Promotus autem, ſi ſecundas deſiderauerit nuptias;ſententiæ Martini Papæ ſubiacebit.*

Ꝟ.28.diſt.c.presbyterum.

Ꝟ.28.diſt.cap.ſi quis.

Infra 34.diſt.c. ſi ſubdiaconus. ex Martino Bracarenſi.

b ¶Nicolai.]28.diſt. conſulendum.

c ¶ Synodi.] 25.diſt. presbyterum.

d ¶ Si quis.] Ꝟ. 28. diſt.ſi quis.

e ¶ Si ſubdiacon⁹.]Ꝟ. 34.diſt.ſi. ſubdiacon⁹.

SEruãda.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes: In prima parte probat, ꝙ in ſacris nullus põt habere vxorẽ; in minoribus autẽ poteſt:& etiam habere beneficium.hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [Nullus.] Tertia ibi, [Verum.] Quarta ibi, [Prohibentur.] Quinta ibi, [Interdixit.] Sexta ibi, [Presbyterã.] Ioannes de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 32. diſt.in qua dicitur, ꝙ in occidentali eccleſia clerici in ſacris ordinibus conſtituti debent continentiam ſeruare, vt probatur per ſequẽs cap. Sed in minorib⁹ ordinibus non cogũtur: & hoc per cap. Ꝟ.ea.ſeriatim.

DISTINCTIO XXXII.

1 ps SEruanda eſt[f] ergo continentia ab omnibus in ſacris ordinibus conſtitutis.

Vnde Leo.Papa ad Anaſtaſium epiſtola 82.c.3.& 4.ait.

Burc.l.1.c.5. & l.2.c. 148. Anſ.l.7. c.137. & l.6. c. 18.1 ſi. Iuo p.5.c.59. & par. 6. c. 98.& 221. Pann.l.3.c.100.

¶ Neque etiam ſubdiaconis connubium conceditur. C. I.

OMnium ſacerdotum tam excellens eſt electio, vt hæc,

f ¶ Seruanda eſt.] In hac 32.diſtin. adhuc pſequit̃ de continentia clericorum. Dicit ergo ꝙ conſtituti in quattuor ſacris ordinibus tenẽt̃ continere:& qui non fuerint continẽtes, priuãt̃ officio & beneficio:& ſi habent publicas concubinas, nullus Miſſã eorũ audiat 2.& vt facilius poſſint ſeruare cõtinentiã, præcipitur eis vt extranearum feminarũ familiaritatẽ vitẽt 3. Ioã.Sed nũqd qlibet ordo eſt ſacer? Et certe vĩ ꝙ ſic.nã dĩ in lib.4.ſententiarũ,22. diſt.cap. 1.Ꝟ princ.ꝙ ordo eſt ſacrũ ſignaculũ, in quo traditur ſpiritualis poteſtas ordinato,& officiũ : & in quolibet ordine confertur gratia ſi digne ſumatur,vt ibi dicitur. Solut.reuera quilibet ordo 4 ſacer eſt:ſed quattuor præcipue dicuntur ſacri à ſanctimonia,id eſt,caſtitate,& continentia,quam indicunt.Ꝟ.28. diſt.nullum. & cap. decernimus.

Clerici in quattuor ſacris ordinibus conſtituti cõtinere tenẽt̃. 2Vt Ꝟ.c.nullus.& c. præter.hoc.Archi.

3 Ꝟ.ead. interdixit. & c.ſeq.

4 Hic q̃ro an ordo ſit vnũ ſacramẽtũ? Dic ſm Pe.ꝙ vnũ dicit̃ pfectione vnius finis: qa cõſtituit̃ ex diuerſis ordinibus ſpecialibus, q oẽs ordinãtur ad vnũ actũ cõſecrationis,ſicut ẽt domus vna dicit̃ Arch.

no orientalis eccleſiæ,& alia occidentalis, Nam in oriẽtali eccleſia oẽs clerici indiſtincte poſſunt vti matrimonio cõtracto.In occidẽtali vero eccleſia aliter ſeruatur.

a ¶ Copulantur.]id eſt,copulato vtuntur:Multi ex hac litera dixerunt, ꝙ orientales poſſunt contrahere in ſacris ordinibus.ſed eis obſtat Ꝟ. diſt. proxi. ſi quis eorũ. ſed ipſi dicunt ꝙ ibi ſexta ſynodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER. Casvs.In hoc §.oſtendit Gratian⁹ qualiter intelligantur tria cap.in 28.diſt. ſcilicet,conſulendum. & presbyterum.& ſi quis diſcernit. & vnum cap. in 34 diſt.ſi ſubdiaconus. Dicit enim ꝙ illud cap. conſulendum. locale fuit. quia Bulgari nondum ſuſcepe-

OMnium.]Casvs. Quæſitum fuit à Leone,an ſubdiaconi poſſint habere vxores. Et reſpondet quòd clerici in minoribus ordinibus conſtituti ſi contrahãt, immunes ſunt à culpa : ſed hoc ſubdiaconis non licet.

tur, vt extra de ætate & quali. à multis.
a ¶ Gregorij.] ſupra ea. quia ſunt.
b ¶ Suſceperat.] Hæc ſolu. non valet 1, quia à tempore Apoſtolorum non licuit in ordine illo contrahere, nec in ſubdiaconatu, vt 84. diſt. cum in præterito.
c ¶ Neocæſarienſis.] ſ. ea. cap. presbyter ſi.
d ¶ Ancyranæ.] ſ. eadem, diaconi.
e ¶ Ex tempore.] illud ſtare non poteſt, quod dicitur in fi. illius cap. diaconi profeſſi continentiam. Additio. Alij vero ſentiunt cum Gratiano, & ſecundú hoc quod dicit ibi, profeſſi, &c. dic, de cetero: quia prius licuit ei contrahere. Archid.
f ¶ Ex loco.] G. ita credebat, quod in orientali eccleſia diaconi poſſent contrahere: ſed hoc non eſt verum.
ITEM OPPONITVR. Adhuc opponitur per ſequentia cap. quorum prima duo ſunt plana. & poſtea I diſ. 30. ponit ſolutioné.
SI quis.] Hæc eſt 9. pars diſt. in qua dicit presbyterum religionis cauſa nõ debere cõtemnere propriam vxorem.
g ¶ Contemnere.] quantú ad exhibitionem neceſſariorú, vt 31. diſ. omno. & §. põt.
h SI quis diſcernit.] & infra, &c.
PResbyterum.] Hæc eſt 10. pars huius diſt. in qua dicit presbyterum non legalibus nuptijs detentum ab officio abſtinere debere.
Casvs. Quidã presbyter orientalis mortua sua vxore duxit ſecundam, cú putaret ſibi licere. quæſitum eſt in ſexta ſynodo. quid de eo fieri debeat. Et reſpondetur, quod debet priuari omni ſacro miniſterio: ita quod neque publice, neque priuatim benedicat: quia benedictionem non habet propter delictú ſuú: ſed imploret veniam à Domino de ſuo delicto: honoré tamen ſuæ cathedræ per diſpenſationem tenebit.
i ¶ Non legalibus.] poteſt intelligi de eo qui contraxit ſecundas nuptias per ignorantiam iuris 2.
k ¶ Habere.] ſcilicet dignitatem, beneficium enim retinebit, & locum in choro, & cantabit cú alijs, & intererit electionibus: ſed hoc ſolum deeſt ei, quod non debet miniſtrare vt ſacerdos, vt 15. q. vlt. qui admiſerit. & cap.

1 Ad idem Hug. & Lau. quorú fuit iſta gl. Arch.

2 Sic le-git Gra… diſt. §…

conatú, vel diaconatum, vel presbyterij gradú adeptus fuerat, attamen vxori, & filijs ipſum neceſſaria ſubminiſtrare oportebat. ¶ Illud autem Gregorij[a] duobus modis ſoluitur: vel quia eccleſia illa, cui diaconus ille miniſtrauerat †, nondum continentiæ votum ſuſceperat[b] in diaconis, & reliquis miniſtris: vel quia (ſicut de electo in epiſcopum antea ſcriptum eſt) ante ſubdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocæſarienſis[c] & Ancyranæ[d] ſynodi, vel ex tempore[e], vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco[f], quia vtraque ſynodus orientalis eſt, & orientalis eccleſia non ſuſcipit generale votum caſtitatis: hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, vt poſt adeptum ſacerdotium, defuncta priore vxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur.

† al. militauerat

a ¶ Non prohibetur.] *A pleriſque vetuſtis exemplaribus abeſt dictio*, non: *Retenta tamen eſt, quoniam hic Gratianus in alteram partem diſputando, ex canonibus prius citatis præ ſe fert hoc probare, ſubdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuiſſe prohibitum vſum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum ſit, ipſe poſtea declarat à ver.* Sed quòd *vſque ad verſ.* illud autem. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium diſt. 31.*

Item opponitur illud, quod legitur in canone Apoſtolorum, c. 6. al. 5.

¶ Presbyter cauſa religionis non contemnat propriam vxorem. C. XIIII.

9 SI quis docuerit ſacerdotem ſub obtentu religionis propriam vxorem contemnere[g], anathema ſit.

Burch. l. 2. c. 78. Iuo. p. 5. c. 184. Pann. l. 3. c. 113.

¶ *Gratianus refert ſenſum canonis, ceteri collectores ipſa etiam fere verba.*

Item ex concilio Gangrenſi, c. 4.

¶ Anathema ſit, qui presbyterum coniugatum diſcernit à communione, nuptiarum occaſione. C. XV.

SI quis diſcernit[h] presbyterum coniugatú tamquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit.

Burch. l. 3. c. 75. Iuo p. 2. c. 128. & p. 3. c. 158.

¶ *Græce eſt.* Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *id eſt:* Si quis ſecernat ſe à presbytero, qui vxorem duxit, tamquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema ſit. *quæ verſio non multum diſcrepat à verſione Dionyſij exigui.*

Item ex ſexta ſynodo in Trullo, c. 26.

¶ Ab officio abſtineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. C. XVI.

10 PResbyterum per ignorantiá non legalibus[i] nuptijs detentú cathedram quidé habere[k], ſed ab officio

Simile etiá in 3. canone eiuſdem ſynodi, & apud Baſilium in epiſt. ad Amphilochium, c. 27.

cap. ſi quis presbyter. Et not. quòd de vtroque iure eſſet priuandus, vt 84. diſtinct. quiſquis. ſed hoc beneficium conceditur ſublato officio, vt 50. diſtinct. presbyteros. & cap. ſtudeat. & extra de cle. pug. Henricus. & extra de cle. ægro. tua.

a ¶ Pro-

abſtinere præcipimus: ſufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera ſua debet curare, conſequens nó eſt. Benedictio enim ſanctificationis traditio eſt. Qui vero hanc nó habet propter delictũ † [a] ignorantiæ [b], quomodo alijs tradet? Non igitur publice, neque priuate benedicat; nec corpus Domini diſpenſet alijs; nec alio modo miniſtret: ſed ſufficiat ei, quòd præſidet: & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ ſuæ. Manifeſtum eſt autem, quòd huiuſmodi non legitimæ nuptiæ ſoluentur, & nullatenus vir acceſſum habebit ad eá; propter quam ſacro miniſterio priuatus eſt [c].

† τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα.

γ ¶ Ab officio.] *græce eſt, τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν; id eſt,* a ceteris officijs.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 70.

¶ De presbyteris non eſt laicis iudicandum. C. XVII.

Iuo p. 3. c. 81. Pann. l. 5. c. 12.

II CONſulendum decernitis, verum presbyterum [a] habenté vxorem debeatis ſuſtẽtare, & honorare; an à vobis proijcere. Ad quod reſpondemus, quoniá licet ipſi valde ſint reprehenſibiles [d]; vos tamen Deũ conuenit imitari; qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos. Deijcere vero eum à vobis ideo non debetis: quoniá nec Iudá Dominus, cum eſſet mendax diſcipulus, de numero Apoſtolorũ eiecit. Verũ de presbyteris, vobis, qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de eorum vita quidpiam inueſtigandum; ſed epiſcoporum iudicio, quidquid eſt, per omnia reſeruandum.

Matth. 5.

a ¶ Presbyterum.] *In vltimo capite harum reſponſionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium multos apud ſe eſſe Græcos, & Armenos, & alios, qui diuerſa docerent. Nondum enim à Romana ſede epiſcopum, aut presbyterũ acceperant. Quamobrẽ nihil mirandũ, ſi presbyter, de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.*

DISTINCTIO XXIX.

SEd notandum eſt [e], quòd ſecundum Iſidorum pleraque capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona cõſideranda ſunt. Ait enim Iſidorus.

¶ Ex tempore, loco, & perſona, & cauſa regulæ canonum intelliguntur. C. I.

SCiendum eſt, quòd pleraque capitula ex cauſa [f],

COnſulendum.] Hæc eſt xi. pars. diſtin in qua dicit presbyteros non à laicis eſſe iudicandos, licet aliquando ſint reprehenſibiles.

CASVS. Bulgari ſunt populi inter Vngariam & Græciam cõſtitutι; apud iſtos presbyteri quidá habebant vxores. quare quæſiuerunt Bulgari (qui laici erant) à Nicolao Papa, an deberent illos eijcere. Et reſpondet q; non, licet illi ſacerdotes ſint reprehẽſibiles. & hoc probatur exẽplo Domini, qui Iudá proditoré non eiecit: & quia laici clericos iudicare non debent: ſed ſi quid mali fecerint, epiſcoporum iudicio reſeruatur.

Bulgari q ſunt.

d ¶ Reprehenſibiles] ſi. 15. q. vlt. ca. vlt. Sed cõtra. 32. diſt. nullus. Sed illud intelligitur a. cum notoriũ eſt crimen eius.

a Hunc intellectum approbat hic Lau. qd dic vt ibi dicá. Arch.

SEd notandũ.] Hic intitulatur 29. diſtinct. in qua ſoluit prædictas oppoſitiones Gratianus, & exponit: Et dicit q; quædá cap. intelliguntur ex tempore, & loco, & cauſa, & perſona.

e ¶ Sed notandũ eſt.] Quia dixerat ĩ. proxi. diſt. §. ecce. in fin. quædam cap. eſſe tẽporalia vel localia: ideo ad ſoluendum multa contraria, oſtẽdit in iſta 29. diſtin. quędam capitula tradita eſſe ex cauſa, quędam ex tempore, quædá ex loco, quædá ex perſona, quędam ex negotio, quędam ex neceſſitate.

SCiendũ.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd quædam cap. ex cauſa, & perſona, & tempore deſignantur, & quia hoc multi non reſpiciunt, cadunt in labyrinthum & laqueum erroris: nec recte iudicant, cum non intelligant ad plenum.

¶ Caſus ſequentis cap. patet.

a ¶ Propter delictum.] id eſt, quòd factum commiſerit per ignorantiam.

b ¶ Ignorantiæ.] Arg. quòd licet aliquis ignoret ſe debere continere, qui ordinatur: tamen ex eo quòd recipit ordinem, tenetur continere. 23. diſt. quamquam.

c ¶ Priuatus eſt.] Videtur hic q; ſi ſacerdos eſt excommunicatus vel ſuſpenſus, q; non debet priuatim dicere horas ſuas: quòd non eſt verum; immo ad hoc tenetur,

f ¶ Ex cauſa.] Ex cauſa fuit ſtatutum ne neophyti promoueantur ad epiſcopatus, vt 48. diſt. c. 1. ſcilicet ne in ſuperbia extollerẽtur. ſed hęc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui catechumenus eſt electus in epiſcopum, vt 61. diſt. §. his omnibus.

ex perſona [a], ex loco [b], ex tempore [c] conſideranda ſunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quàm intelligant [d]; ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant. [e].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum. C. II.

Regulæ ſanctorum Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio [f], inſtante neceſsitate [g] traditæ ſunt. Anſ.l.4.c.53.

Item Hieronymus in proœmio epiſtolæ ad Epheſios.

¶ Pro diuerſitate locorum, temporum, & hominum, ſcripturæ intelligendæ ſunt. C. III.

Neceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum, & temporum, & hominum, quibus a ſcriptæ ſunt; diuerſas & cauſas [h], & argumẽta, & origines habeãt. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias, in vnaquaque earum ſpecialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus [i] medetur illatis: nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio [k] omnium oculos vult curare. Apocal.1. Matth.5.

a ¶ Quibus ſcriptæ.] *Antea legebatur; quibus* diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt. *Emendatum hoc eſt ex manuſcriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

Illud autem [l], quod in canone Apoſtolorum, & in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legitur, ex cauſa conſideratur, & ex tẽpore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum [β], quia coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorumdam [m] ſuperſtitio multa in catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio capitibus ſexdecim ſtatutum legitur.

β ¶ Manichæorum.] *Proprie Gangrenſis ſynodus ſtatuit contra Euſtathianos, vt ſup. diſt. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Euſtathiani hauſerunt à Manichæis.*

¶ De multimoda ſuperſtitione hæreticorum, quos Gangrenſe concilium anathematizauit. C. I.

Si qui filij parentes, maxime Iuo p.8.c.319.

a ¶ Ex perſona.] vt in Augu. qui factus eſt coepiſcopus alio viuente, vt 7. q. 1. non autem. & c. petiſti.

b ¶ Ex loco.] quia propter propinquitatem vel remotionem loci aliquid ſtatuitur, vt 64. diſtin. cum longe. 24. q. 1. pudenda. & 3. diſtin. 4. erit autem 1. Vel ideo dicit: quia quædam ſunt localia, quędam non.

1 Ad idem 93. diſt. iuxta.

c ¶ Ex tempore.] ſicut Anglicis datum fuit propter nouitatem, vt coniugarent in quarto gradu, vt 35. q. 3. quædam.

d ¶ Intelligant.] qd eſſe non debet. 11. q. 3. eorum.

e ¶ Perquirant.] qd inciuile eſt, vt ff. de leg. inciuile.

f Regulæ.] ¶ Negotio.] id eſt ꝓpter qualitatem negotij aliquid ſtatuit qd eſt cõtra ius: ſicut in cauſa matrimonij, cõſanguinei admittunt in teſtimoniũ, vt 35. q. 6. cõſanguineos & ꝓpter cauſam eccleſiæ ſtatuitur, ꝙ domeſtici admittantur in teſtimonium, vt 14. q. 2. ſuper prudentia 2.

g ¶ Neceſſitate.] lex nõ debet inſtitui niſi propter neceſſitatem, vt ſ. diſt. 4. erit.

Neceſſe.] CASVS. Quidã ſcripturas varias & diuerſas tantũ vno modo intelligebãt: quos docet Hieronymus intelligere ſcripturas ſecundũ diuerſitatẽ tẽporum, locorũ, & cauſarũ. Et hoc probat exẽplo Ioannis Euangeliſtę, qui ſcribens vij. eccleſijs, in vnaquaq; ſpecialia vitia vario modo corrigebat; nec imitatur medicos imperitos, qui vno collyrio oculos omniũ infirmorum volunt curare.

2 Dicit Io. de Fan. Quod dicit Ioã. nõ eſt verum; immo de iure cõmuni eſt vt domeſtici admittantur. C. de repu. l. ex cõſenſu. extra de teſt. inſup. nã edictũ de teſtibus eſt prohibitoriũ: vt quilibet admittatur q nõ prohibet. ff. de teſt. l. 1. & de hac materia no. 3. q. 5. in ſum. & c. 1. Arch.

h ¶ Cauſas.] 23. q. 8. occidit.

i ¶ Vulnerib9.] Non quòd varietas delictorum requirit varietatem pœnarum; vt 45. diſtin. licet. 50. diſtin. vt conſtitueretur. 44. diſt. comeſſationes. 41. diſt. non cogantur.

K ¶ Collyrio.] Arg. cõtra illos qui tales in oſbus ſ[illegible] põnunt ſolutiones: aliud ſecundũ leges, aliud ſecundũ canones, vel hoc nouũ, illud vetus.

Illud.] Hæc diſt. diuidit in tres partes. Scd'a ibi, [Hęc aũt.] Tertia ibi, [Si qs pſbyter.] In prima ponunt quędã cap. cõtra Manichęos.

CASVS. Hic ponitur 30. diſt. in qua adhuc ſoluit oppoſitionẽ quam fecerat 28. diſt. in quattuor cap & dicit q. tria prima ca. intelliguntur ex cauſa & tempore. cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui coniugia deteſtabãtur: ſicut multa ſtatuit eccleſia in deteſtationẽ hæreticorũ. & ad hoc inducit ca. ſequentia. de tẽpore dicit 31. diſt.

l ¶ Illud autem.] Dictum fuit ſ. 28. diſt. cap. ſi quis docuerit, & cap. ſeq. quòd ſacerdotes non debent à ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis. hic dicit, ꝙ ex cauſa fuit hoc ſtatutum, ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur.

m ¶ Quorumdam.] ſcilicet hæreticorum.

Si qui filij.] CASVS. Quidam filij occaſione illius vetiti

verbi Euangelij, Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, non eſt me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis ſubtrahebant, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic quod tales debent anathematizari. Plana ſunt cap. vſque ad cap. ſi quis eorum.

fideles [a], deſeruerint occaſione Dei cultus [b], hoc iuſtum eſſe iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum [α] in eis venerentur quod fideles ſunt, anathema ſint †.

† al. ſit

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrenſi, vnico capite, & continuata oratione leguntur. Sunt autem ex priſca verſione. Sed ea, quæ eſt Dionyſii exigui, longe magis reſpondet originali græco, quamuis neque ipſa vſquequaque.*

α ¶ Vt hoc ipſum. *Græce eſt,* [Greek illegible] *Dionyſ.* i. Quòd ſcilicet diuinus cultus apud ipſos, omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

Burch. l. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 320.

QVæcumque [c] mulier, religioni [β] iudicans conuenire, comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius [γ], & ad memoriam ſubiectionis illi dedit tamquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit †.

β ¶ Religioni.] *græce eſt.* [Greek illegible] *id eſt,* Ob eam, quæ exiſtimatur pietatis exercitatio: *quod Dionyſius vertit;* propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religioſorū, quos nos dicimus, vitam propriè* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in parte 7. ſecuti ſunt verſionem Dionyſii, in octaua autem Iuo priſcam.*

γ ¶ Ad velamen eius.] *hæc non ſunt in græco originali, neque in verſione Dionyſii. Videntur autem ſumpta ex epiſt. prima ad Corinthios, c. xi.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. C. III.

Iuo par. 8. cap. 229. & 317.

SI qua mulier derelicto viro diſcedere [d] voluerit ſoluto vinculo coniugali, nuptias cōdēnando †, anathema ſit.

† al. contemnendo

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

Repetit' j. diſt. 31. c. quicumque. ex verſione Diony. Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. cap. 16. & hoc ſecundo loco ex hac eadem verſione.

SI quis propter Deum virginitatem profeſſus, in coniugio poſitos per arrogantiā vituperauerit, anathema ſit.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. C. V.

Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

SI quis vel virginitatem, vel continentiam profeſſus [δ], tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc ſolum, quòd continentiæ, & virginitatis bonum, ſanctum propoſitum eſt, anathema ſit.

δ ¶ Profeſſus.] *Hic erat additum,* in coniugio: *quod neque eſt in editione græca, neque etiam in latino, quæ citatur infra diſt. 31. c. quicumque. neque in multis manuſcriptis Gratiani codicibus.*

Item ex eodem, c. 13.

[a] ¶ Fideles.] Fidelibus & infidelibus parentibus tenemur ſubuenire: magis tamen fidelibus. 86. diſt. non ſatis. Sed pone quod habes patrem hæreticū: numquid præferes ipſum extraneo bono? P. manducator dixit hanc quæſtionem eſſe nebulam, & tenebroſam aquam in nubibus aeris. Sed dicas quod patrem, qualiſcumque ſit, debemus preponere extraneo, etiam ſancto, in his quæ ſpectant ad opus miſericordię in prouidendo ei in neceſſarijs: niſi alter magis indigeat: quia tunc potius tenemur extraneo ſubuenire, vt 86. diſt. paſce. Ambroſius tamen videtur cōtradicere huic opinioni in cāticis in illo loco: Ordinauit in me charitatem. ait enim, Multorum eſt charitas inordinata: quidam enim id, quod eſt primum, ponunt tertiū vel quartū. Sed primo diligendus eſt Deus [1]: ſecundo parentes: deinde filij, poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt, malis filijs ſunt præponendi. de pæ. diſ. 2. charitas. Sed illa auctoritas intelligenda eſt de affectu interiori, non de beneficiorū exhibitione. nā magis debemus diligere extraneos bonos quam propinquos malos, licet illis potius debeamus ſubuenire. 13. q. 2. non æſtimemus.

[b] ¶ Dei cultus.] quod quidam hæretici fecerunt ratione illius auctoritatis. Qui reliquerit patrem & matrem propter me, centuplum accipiet. 28. q. 1. in princip.

[c] QVæcumque.] infra, de conſe. diſt. 5. furare. 33. q. 5. mulier. Ioan. [2]

[d] SI qua mulier,] ¶ Diſcedere.] ſine alius conſenſu.

Pater malus an ſit extraneo bono præferendus.

[1] Dicit beatus Bernar. in li. de diligēdo Deū, cauſa diligendi Deū Deus eſt: modus, ſine modo diligere. ob duplicē cām Deum propter ſe diligēdum dixerunt; ſiue quia iuſtius, ſiue quia nil diligi fructuoſius poteſt. Arch.

[2] Sed in multis locis moniales tondentur, vt Rhegij & Mutinæ, & amputant ſibi comas: forte & male faciunt. ar. 20. q. 1. c. 2. vbi etiam dicā. Arc.

De eodem. C. VI.

SI qua mulier ſuo propoſito [a] vtile iudicans, vt virili veſte vtatur, propter hoc virilem habitum imitetur [α], anathema ſit. Burc.l.8.c.60. Iuo par.7.c.78.

α ¶ Imitetur.] *Græce legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι *quæ Dionyſius exiguus apte vertit,* & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit: *ſicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c.18.

¶ De eodem. C. VII.

SI quis tamquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiuſdem β diei contemptum [b], anathema ſit. Burch. l. 13. c. 19. Iuo par.4.c.51.

β ¶ In eiuſdem.] *In originali huius priſcæ verſionis eſt,* aut in eiuſdem diei contemptum: *quod in verſione* Dionyſii, *quam attulerunt Burchardus, & Iuo, iſtis vocibus videtur exprimi,* aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in græco vulgato nihil eſt, quod iſtis reſpondeat.*

Item ex eodem, c.19.

¶ De eodem. C. VIII.

SI quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, propter γ neceſſitatem [c] coporalem ſuperbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius eccleſiæ perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit. Burc.l.13.c.5. Iuo par.4.c.38.

γ ¶ Propter neceſſitatem.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſas: ceterum multis modis diſcrepat à priſca verſione, & à Dionyſiana, quam ſecuti ſunt Burchardus & Iuo, Priſca ſic habet:* Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit. *Dionyſiana autem hoc modo:* Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit. *Quæ verſio in ceteris quidem partibus originali græco, etiam vulgato, ſatis reſpondet: ſed in poſtrema inſignis eſt varietas. Nam vbi Dionyſius habet;* ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus: *in græco vulgato eſt,* ἀποκρατοῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, *i.* nimirũ perfecta, quæ in ipſo eſt, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuſcriptis autem huius canonis exemplaribus partim eſt,* ὑπεισκρατοῦντος. *i.* perfecta in *eo reſidente ratione, partim,* ἐπισκρατοῦντος, *id eſt,* perfecta, quæ in ipſo eſt, ratione ſibi auxiliũ ferẽte. *Notantur vero Euſtathiani (quos poſtea Bogomilsci ſectati ſunt) qui ita ſtatuebant, peracto certo quodã ieiunio, ad eam ſe perfectæ vitæ rationẽ perueniſſe, vt poſtea omnia ſibi eſſent indifferentia, nulliſq. præceptis obligarentur: ſed ſoluti omnino eſſent, ac ne peccare quidẽ poſſent: qua de re Balſamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, c.20.

¶ De eodem. C. IX.

SI quis per ſuperbiam tamquam perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas [d] ſanctorum martyrum fiunt, vel accuſauerit, vel etiã oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Pann.l.2.c.8.

Item ex eodem, c. 5.

a SI qua mulier ſuo propoſito.] quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, q̃ in clauſa ad meretricandum.

b SI quis contemptum.] quia ſi non facit in contemptum illius diei, etiã omni die bonum eſt ei ſi ieiunat, vt 76. diſt. vtinam.

SI quis eorũ.] CASVS. Beneuentan[9] ſic ponit caſũ. Quidã dum ieiunaſſet, cœpit eũ fames affligere: ille propter famem ſuperbiens dicebat non eſſe ieiunandum, & ſufficere ſolam conſcientiam pro facto. de iſto dr̃ q̃ debet anathematizari. Ego Barth. Brixi. aliter caſum intelligo, ſic ponens. Quidam dum permaneret in propoſito abſtinentiæ, id eſt, continentiæ: propter neceſſitatẽ corporalem, id eſt, abſtinentiam, per quam multa neceſſaria corpori ſubtrahũtur, ſuperbiebat, omnia ieiunia paruipendens, cum plus alijs ieiunaret: perfectam conſtitutionẽ eccleſiæ iudicans in ſua conſcientia, dr̃ q̃ talis anathema ſit. Seq. cap. vſque ad cap. ſi quis virorum. patet.

c ¶ Neceſſitatem.] id eſt, continentiam.

d SI quis.] ¶ Baſilicas.] niſi cum fiunt per inanes reuelationes, vt de con ſecra. diſt. 1. placuit.

a ¶ Si quis

¶ De eodem. C. X.

Burch.l.3.c.94. Iuo par. 3.c.84.

I quis docet domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes,quę in ea fiunt,anathema ſit.

Item ex eodem,c.6.

¶ De eodem. C. XI.

Burch.l.3.c.95.

SI quis extra [a] eccleſiã priuatim populos congregans, contemnat eccleſiaſticas ſanctiones α, ipſamque eccleſiam apud ſe ſine concilio † epiſcopi cum presbytero agat,anathema ſit.

† *al. conſilio*

α ¶ Sanctiones.] *Poſt hoc verbum in priſca verſione iſta ſunt interiecta*, aliterque ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, nõ conueniente presbytero iuxta decretũ epiſcopi, ipſamq. *& cetera, quæ hic ſequuntur. Dionyſii autem verſio, quæ optime reſpondet verbis græcis, & refertur à Burchardo, hæc eſt:* SI quis extra eccleſiã ſeorſum conuentus celebrat, & deſpiciens eccleſiam, ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epiſcopi, anathema ſit.

Item ex eodem,c.1.

¶ De eodem. C. XII.

Infra 31. diſt. c. ſi qs nuptias. ex verſione Dionyſij. Burc.l.8.c.61. Iuo par.7.c.79.

SI quis nuptias in accuſationem duxerit; & mulierem fidelem, ac religioſam cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tamquam non poſſe coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

Item ex eodem,c.2.

¶ De eodem. C. XIII.

Iuo par.4. c.50. † *al. immolatam, & ſuffocatam*

SI quis carnem manducantem ex fide [b] cum religione, præter ſanguinem, & idolo immolatum † [c], & ſuffocatũ, crediderit cõdemnandum, tamquam ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

Item ex eodem,c.15.

¶ De eodem. C. XIIII.

Iuo p.8.c.318.

SI quis dereliquerit proprios filios [d] ſuos, & non eos aluerit, & (quod pietatis ε eſt) neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

ε ¶ Quod pietatis eſt.] *Longe fidelius Dionyſius:* & quod ad ſe pertinet, nõ ad pietatẽ diuini cultus informat. *Græce enim eſt:* *καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ. Subintelligitur autem particula negans, id eſt, μὴ, ex ſuperiore membro.*

† *al. ἑαυτῷ*

Item ex eodem,c.12.

¶ De eodem. C. XV.

Burc.l.8. c.63. Iuo p.7. c.81.

SI quis virorum putauerit ſancto propoſito (id eſt continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tamquam ex eo iuſtitiam habiturus, & reprehendat vel iudicet alios, qui cũ reuerentia birris † vtuntur, & alia veſte [e] communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit.

† *al. beris.*

Item ex eodem, c. vltimo.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p.8. c.321.

2 HAec autem ſcripſimus non abſcindentes eos, qui in

a SI quis extra.] Et domus in qua hæc fiunt, publicanda eſt, vt in auth. de eccl. tit. §. ſi quis in ſua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis.] ¶ Ex fide.] id eſt, ex bona conſcientia. extra de pſcrip. quoniam omne.

c ¶ Immolatũ]. Idolothytis nõ debemus veſci, vt hic. & 5. diſtinct. presbyteros. & 32. q. 4. ſicut ſatius. Sed contrariũ videt̃ illud Apoſtoli ad Corinth. Si qs infideliũ vocat vos ad cœnã. omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogãtes. 1 Sed illud, loquitur ſecundũ ſua tẽpora, cũ adhuc pauci erant fideles. Quod aũt dicit de ſanguine & d̃ carne ſuffocata, hodie non tenet: quia tãtũ in figura fuit iſtud prohibitum.

1 Vt 11.q. 3. ad menſam. & 1.q. 4.§. notandũ. Archi.

ADDITIO. 11.q.2. gloria epi. Archidia.

d SI quis. ¶ Filios.] Nam ex iuramento nõ poſſumus adſtringi ad illud, vt 22. q.4. inter. de hoc habuiſti ĩ. diſt.1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidam in quadam pretioſa veſte iuſtitiam ponebat quaſi propoſito continentiæ conueniret, reprehendens eos, qui alia veſte vtebantur, dr̃ q̃ talis anathema ſit.

e ¶ Veſte.] Sufficit ergo q̃ quis veſte vtatur ſm̃ conſuetudinem regionis: & ſic tranſmontani non coguntur vti affibulatis veſtibus, vt Italici, non obſtante noua cõſtitutione, extra de vi. & honeſta. cle. clerici. quia lex debet conuenire conſuetudini, vt ĩ. diſt. 4. erit.

Conſuetudinẽ in vſu veſtiũ debemus obſeruare.

HAec autem ſcripſimus.] Hæc ẽ ſcda pars diſt. in qua conciliũ interpretat̃ prædicta. Archi.

CASVS. Dicitur in hoc ca. q̃ ea quæ ſtatuta ſunt ĩ ſuperiori bus

bus cap. non ſunt ſtatuta, niſi ꝯ eos, qui religionis habitum & propoſitum continentiæ aſſumentes in ſuperbiam efferuntur cōtra eos, q ſimpliciter viuūt, facientes noua ſtatuta ꝯ diuinas ſcripturas, & eccleſiaſticos canones: illi vero commendantur, qui continentiā ſeruant, & proprijs abrenuntiant cū humilitate: & qui diuitias poſſident cū iuſtitia, & bonis operibus.

a ¶ Et noua.] ff. de cōſtitu. princ. in reb⁹.

b ¶ Diuites.] Hoc verum eſt de talibus, qui faciunt miſericordiam non habentibus, vt 33. q. 5. ſecūdum. nam & Dominus habuit pecuniā, vt 12. q. 1. exēplum, alias abijciēda eſt pecunia exēplo Cratis, vt 12. q. 2. gloria epi §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui vltra neceſſaria ſibi retinet, vt 42. diſ. §. 1. Io.

b ¶ Diuites.] Non eſt contra illud, facilius eſt camelum per foramen acus trāſire: qa illud de talibus intelligitur, q in diuitijs ſpem ponentes, gratis incumbunt aurū, quàm ſolē, de quibus habetur 47. diſt. ſicut hi 1.

Rapere aliena dicit q vltra neceſſitatē ſibi retinet.

Diuites aliqui boni ſunt.

1 Et dicit Hieronym. Iuſtitias habuiſti, regē perdidiſti. Dū vigilas augmentū diuitiarū cogitas. Dū dormis latronē ſomnias. In die ſolicitus, in nocte pauidus, & ſic ſē⟨per⟩ et mendicus. Archi.

ecclesia Dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitū continentiæ eligunt: ſed eos a, qui ſuſcipiunt habitum eius, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, & noua [a] introducūt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur; & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus: & renuntiationem ſæculariū negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum c vinculum, quod ſecundum caſtitatem † perdurat, honoramus; & diuites b cum iuſtitia, & operibus bonis non abijcimus γ.

† *caſtitatem ſecū*] orig. & Iuo.

a ¶ Eos, qui ſuſcipiunt habitum.] *Græce eſt:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους δὲ καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: id eſt, qui ex inſtituto exercitationis huiuſmodi, capiunt occaſionem ſeſe efferendi: ſeque extollunt aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt, & aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones introducunt nouitates.

c ¶ Et nuptiarum vinculū.] *Græce* καὶ γάμου σύνδεσιν σεμνὴν, *quæ Dionyſius vertit:* & nuptiarum caſtum vinculum.

γ ¶ Non abijcimus.] *Poſt hæc verba in concilio ipſo proxime ſequuntur quæ habentur infra c. parſimoniam, diſt. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinū Bracarenſem, c. 57.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. C. XVII.

SI quis presbyter a propter publicam c pœnitentiam à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, ſicut Manichæi, anathema ſit. Similiter c quia, quod ab Apoſtolis traditū eſt, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paſchæ vſq. ad Pentecoſten †, nō γ proſternant d ſe in oratione cauſa † humilitatis: ſed recto vultu ad Dominum fungatur orationis officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebrāmus. Si quis e etiam non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarum à carne abſtineat; placuit ſancto concilio vt prægustet e; & ſic, ſi vult abſtinere, abſtineat. Si autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet, iſte non obediens, nec ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine clericatus.

Burc. l. 13. c. 20. Iuo p. 4. c. 52.

† *al. quinquageſimam*

† abeſt vox iſta ab orig.

Ibid. c. 58.

a ¶ Presbyter.] *Sequebatur*, vel diaconus, *quæ ſublata ſunt, quoniam abſunt à pleriſq. manuſcriptis, & originali. Ceterum Burchardus, & Ivo ſimilem canonem citant ex concilio Turon. atq. ita habent:* Si quis propter publicam pœnitentiā à ſacer-

Si quis presbyter.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur q ſi quis presbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intētione qua Manichæi ieiunabāt, anathema ſit. In ſe. parte, quæ incipit ibi, [Similiter.] dicit, q in diebus Dominicis & inter Paſcha & Pentecoſtē nō debemus flectere genua; ſed vultu erecto orare ad Dñm. In tertia parte q incipit ibi, [Si quis etiā.] dicit. [Si qs nō comedit carnes vel olera, i qb⁹ carnes coquūr, ꝑpter execrationē eſcarū, cōpelli debet deguſtare, & ſi noluerit, tamquam hæreticus deponatur.

c Si quis.] Propter publicā.] quam facere pōt ſacerdos, ſed nō ſolēnē, vt dixi 3. 28. diſt. presbyter.

d ¶ Proſternant.] vt de conſecrat. diſtinct. 5. quoniam ſiut.

e ¶ Prægustet.] Ecce q ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nūmquid idem eſt ſi aliquis eſt ſuſpectus eo q non cōicat in anno 1: numquid cogēdus eſt cōicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator, ſed ad hoc poteſt cogi vt faciet ſe dignum, id eſt, vt pœniteat. de conſec. diſt. 2. ſi qui Intrat. 2. diſt. hi qui. ſecundum Hu. cuius fuit iſta glo.

Tem-

TEmpus quoque.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes. In prima corrigitur ſententia Pelagij per Greg vt in c.ſeq. Secunda ibi, [Cauſa vero.] Tertia ibi, [Poteſt & aliter.] Quarta ibi, [Sed obijcitur.] Quinta ibi, [Aliter.] Sexta ibi, [Similiter.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 31. diſt. dicit Gratia. quòd illa cap. quæ fuerũt poſita in diſt. 18. intelliguntur ex tempore: quia nondum erat indicta continentia ſacerdotibus. & hoc probat per ſequentia. Dicit etiam quæ eſt cauſa, ſcilicet ꝙ propter munditiã fuit continentia indicta & ꝙ ſacerdotes vxores non abijciant à ſua cura, quin eis neceſſaria miniſtrẽt.

dote acceptam, aut pro aliqua neceſsitate. *In aliquot Gratiani manuſcriptis eſt*: ſi quis præter publicam pœnitentiam, à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſsitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in capite 18. concilij Gangrenſis, vnde hoc videtur Martinus ſumpſiſſe, nulla presbyteri fit mentio, ſed vniuerſe pronunciatur vt ſupra ead. c. ſi quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationem, die Dominico ieiunet, anathema ſit, *& verba illa:* abſque aliqua neceſſitate, *videntur huc importata ex cap. 19. eiuſdem cõcilij. Neque vero presbyteris huiuſmodi pœnitentiæ more laicorum imponebãtur. c. illud. cum ſequentibus, diſt. 50. & c. fin, verſi. nec enim. 82. diſt. Sed quando in grauiſsima crimina publice incurrebant; depoſiti peregrinari iubebantur. c. ſi quis ſacerdos. 30. q. 1. c. ſacerdos. de pœn. diſt. 6.*

β ¶Similiter quia.] *Hoc ſumptum eſt ex canone vltimo concilij Niceni.*

γ ¶Non proſternant.] *In codice Lucenſi regio legitur*: non proſtrati, ſed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiam.] *Hoc ſumptũ eſt ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

1 Can. 7.

DISTINCTIO XXXI.

TEmpus [a] quoque, quia nondũ [a] erat inſtitutũ, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent.

a ¶Nondum.] *Quod ait hic Gratianus, fuiſſe tempus, quo nondum erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent, in ſubdiaconis (Nam & hi ſacerdotũ nomine interdum comprehenduntur, valetque idem ſacerdotis nomen atque in ſacris conſtitutus, vt infra ad initium diſtinctionis 33. notaturque in gloſſa 1. q. 1. qui per pecuniam.) locum habere poteſt. Fuit enim tempus, cum ſubdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, continentiæ legibus non adſtringebantur: quod Gregorij locus, qui ſolus ad hanc rem confirmandam proxime à Gratiano citabitur, manifeſte probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina eccleſia numquam licuiſſe vxoribus, quas ante ſacros ordines duxerãt, vti, ex canonibus, qui poſt primum in hac eadem diſtinctione citantur, & alijs multis, præſertim epiſtola ſecunda Syricij ad Himerium Tarraconenſem clare demonſtratur.*

Vnde Gregorius ſcribit Petro ſubdiacono Siciliæ, lib. 1. epiſtola 42.

¶Qui caſtitatem non promiſit, ab vxore ſua ſeparari non cogatur. C. I.

Pann. l. 3. c. 89. Poly. l. 4. tit. 31.

ANte triennium ſubdiaconi omnium eccleſiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ eccleſiæ nullatenus ſuis vxoribus miſcerentur. Quod mihi du-

a ¶Tempus.] in hac 31. diſt. oſtendit, ꝙ à tempore Grego. ſtatutũ fuit ut ſubdiaconi non ordinarentur niſi promiſſa continentia 1. Secundo agit de cauta continentiæ presbyterorũ & diaconorum 2. Tertio dicit, ꝙ licet ordinati in ſacris ordinibus vxoribus nõ debeant commiſceri, tamen neceſſaria prouidebunt eis 3. Vltimo aſſignat differentiam inter orientales & occidentales.

1 Vt ĩ. ead. cap. 1.

2 Vt ĩ. ead. §. cauta. vſque ad §. ꝙ autem.

3 Hoc facit ad prædictũ §. qđ ante. vſq; ad cap. Nicæna. Archidia.

ANte triẽnium.] Caſus iſtius cap. ex quadam conſtitutione Pelagij pendet: vnde ſcire debes, ꝙ vna conſtitutio facta fuit ab Apoſtolis de continentia clericorum, vt 84. diſt. cum in præterito. Item fuit poſtea à Syricio repetitum in 82. diſt. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habetur 27. q. 2. multorũ. de qua fit hic mentio. Eſt ergo caſus huius cap. Pelagius fecit quandam conſtitutionem per quemdam diaconum nomine Seruũ Dei, vt omnes ſubdiaconi Siciliæ à ſuis vxoribus abſtinerẽt, quas in minorib⁹ ordinibus duxerãt, aut ab officio ceſſarent: quam conſtitutionẽ, quia dura fuit & iniqua, vt ſubdiaconi cõpellerentur ad continentiã, Grego. primus qui ſucceſſit Pelagio, retractauit, & ſtatuit vt nullus de cætero fiat diaconus, niſi continentiã promittat: ita tamen, vt mala præterita, id eſt, continentia, quæ ſolet eſſe iuuenib⁹ mala, id eſt, pœnalis: vel mala ſi nõ ſeruetur,

per

rum [a], atque incompetens videtur, vt qui vſum eiuſdem continentiæ non inuenit [b], neque caſtitatem ante promiſit, compellatur à ſua vxore ſeparari, atque per hoc (quod abſit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt à præſenti die epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum ſubdiaconum facere præſumant, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit [c], quatenus & præterita mala [α] [d], quæ per propoſitum mentis appetita nõ ſunt, violenter nõ exigantur, & futura caute caueantur. ¶ Qui vero poſt eamdem prohibitionem, quæ ante triennium facta eſt, continenter cum ſuis vxoribus vixerunt, laudandi, atque remunerandi ſunt, & vt in bono ſuo † permaneant, exhortandi. ¶ Eos autem, qui poſt prohibitionem factam ſe à ſuis vxoribus cõtinere noluerint, ad ſacrum ordinem nolumus promoueri; quia nullus debet ad miniſteriũ altaris accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

7. diſt. 28. c. nullum.

† ſic] orig.

α ¶ Mala.] *Vox iſta abeſt à Polycarpo, & aliquot vetuſtis Gratiani codicibus.*

2 *Cauſa vero huius inſtitutionis munditia ſacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi poſſint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab vxoribus eſt ceſſandum, vt expeditius orationi vacemus; miniſtris vtique altaris, quibus quotidiana neceſsitas orandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur.* 1. Cor. 7.

Vnde Beda in commentarijs ſuper Lucam ad c. 1. ait.

¶ Sacerdotibus ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. C. II.

SAcerdotibus [e], vt ſemper [f] altari queant aſsiſtere, ſemper ab vxoribus continendum, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Pann. l. 3. c. 92.

Item in concilio Carthaginenſi 2. c. 2.

¶ Qui diuinis ſacramentis inſeruiunt, continentes eſſe oportet. C. III.

EPiſcopos [g], presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet ſacros antiſtites, ac Dei ſacerdotes, necnon & leuitas, vel qui [h] ſacramentis diuinis inſeruiunt) continentes eſſe in omnibus. 7. diſt. 84. c. cum in præterito. Pann. l. 3. c. 95. Raba. pæn. c. 19.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. epiſcopo, epiſt. 2. cap. 9.

per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Qui vero.] commendat illos, qui conſtitutionem illam, quæ facta fuit ante triẽnium ſeruauerunt: & hortatur eos vt debeant in ſuo propoſito permanere. Illi vero qui noluerint à ſuis vxoribus abſtinere, promoueri non debent: quia nullus debet promoueri, niſi eius caſtitas fuerit approbata. Vel ſic: Olim promouebantur ſubdiaconi non promiſſa continentia: & licite vtebantur vxoribus & beneficijs: Poſtea Pelagius prædeceſſor Gregorij ſtatuit, vt vel contenti eſſent vxoribus tantum, vel beneficijs tantum: de qua conſtitutione Gre. facit mentionẽ 27. q. 2. multorum. Poſtea idẽ Pela. aliã edidit conſtitutionẽ, in qua præciſe prohibuit, vt ſubdiaconi nullo modo commiſceri debeant amodo vxoribus ſuis: & illam conſtitutionẽ quidam ſubdiaconi ſeruabant, quidam non: ſed quia illa cõſtitutio fuit iniqua, ſcilicet quod aliquis, qui non promiſit continentiam, cogeretur continere: ideo retractatur hic à Greg. & ſtatuitur, quod ſi qui ſubdiaconi non ſunt, nõ cogantur continere, niſi velint. ſi qui autem in futurum ſũt ordinandi, non admittantur niſi promittant continentiã.

a ¶ Durum.] ſtatutũ Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur ſola fornicatio 1. 33. q. 2. quos Deus. & ideo reprobatum fuit. Sed quare reprobatur illa conſtitutio Pelagij, in qua ſtatuit, vt aut beneficia, aut vxores dimittant: cum idem ſtatuerit Alexander extra de cler. coniug. cap. 1. Sed dic, cũ aliquis in minoribus ordinibus exiſtens poſtea contrahit, poteſt priuari beneficio prius habito. & de illis loquitur Alexan. cum vero aliquis primo contrahit, & poſtea eccleſia ſcienter ei confert beneficium, poſtea non poteſt illud ei auferre: & de illis loquitur Pelagius. & ideo cõſtitutio eius fuit iniqua. ſimile ext. de cle. coniug. diuerſis.

ſ Vt 32. q. 1. dixit.

b ¶ Non inuenit.] id eſt, non ſuſcepit.

c ¶ Promiſerit.] hoc intelligo ſi habeat licentiã vxoris.

d ¶ Mala.] id eſt, continentia, quæ iuuenibus eſt mala. 33. q. 2. in adoleſcentia [ſ].

ſ Sub. & ad

CAVSA VERO. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, quod cauſa huius conſtitutionis fuit munditia ſacerdotalis. & hoc probat per vj. c. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quod propter munditiam ſacerdotalem inducta fuit continentia in eccleſia, quia cum ſacerdotes ſemper debeant orare, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli per ſeq. cap. quorum prima duo patent.

e SAcerdotibus.] idem eſt de alijs clericis. Lau.

f ¶ Semper.] id eſt, horis debitis. ſic 7. eod. ſi laicus. 22. diſtin. ſacroſan. & infra 37. diſtin. de quibuſdam. 36. diſt. cap. vlt. Archid.

g EPiſcopos.] Hoc cap. habetur 84. diſt. cũ in præterito.

h ¶ Vel qui.] id eſt, ſubdiaconi. nam & ſubdiaconi ſacramẽtis inſeruiunt. 84. diſt. cum in præterito. Et expone.

pone iſtud, vel, pro, &, ſecundum Hug. & ita per hoc, & per illud infra 32. diſtin. placuit. ſuppletur illud 84. diſtinct. cum de quorumdam: quia hæc tria cap. ſunt. Carthaginenſis concilij, & faciunt pro opi. Hug. ſecundum Lau.

Ideo quæſiuit à Papa, an presbyteri & leuitæ deberent viuere continenter? Et reſpondet quod ſic, & hoc probat auctoritate prophetæ dicentis, Sancti eſtote, &c. id eſt, mundi. & exemplo ſacerdotum vete. te. qui in ſua hebdomada à ſuis vxoribus abſtinebant, ſed finita ſua hebdomada ſuis vxoribus commiſcebantur propter ſobolem procreandam: quia nullus poterat fieri ſacerdos niſi de tribu Aaron. hodie vero cum ſacerdotes quotidie debeant orare, nec requiritur de qua tribu promoueantur, ſemper debent ab vxoribus abſtinere. Sequentia duo c. plana ſunt, & per te videbis.

Tene-

¶ Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus ſuis miſceri non debent. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 118. Anſ. l. 7. c. 134. Iuo p. 6. c. 94. & 194. Pan. l. 3. c. 94.

TEnere debet omnino eccleſia, vt ſacerdotes, & Leuitę cũ vxoribus ſuis nõ miſceãtur; quia miniſterij quotidiani neceſsitatibus occupãtur. Scriptũ eſt enim; [Sãcti eſtote, quoniã & ego ſanctus ſum[a] Dominus Deus veſter.] (Leuit. 11.) Nam ſi priſcis temporibus anno [b] vicis ſuæ de templo Dei ſacerdotes non diſcedebant (ſicut de Zacharia legimus) (Luc. 1.) nec domum ſuam omnino tangebant, quibus vtique propter ſobolis ſucceſsionem, vxoris vſus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter quam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium nullus accedere præcipiebatur † (Num. 18. † al. præceptus fuerat); quanto magis hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſsione eſt, nec præterit dies, [c] qua vel à ſacrificijs diuinis, vel à baptiſmatis [d] officio vacent?

PALEA. C. V.

1. Cor. 7. — Ibidem continenter Anſ. l. 7. c. 132.

NAm [a] ſicut Paulus ad Corinthios ſcribit dicens: [Abſtinete vos ad tempus, ut vacetis orationi:] & hoc vtique laicis præcepit; multo magis ſacerdotes, quibus orandi, & ſacrificandi iuge ſacrificium † (al. offitium) eſt: ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere.

a ¶ Nam ſicut.] *Hæc palea in duobus vaticanis (in quibus ſolis reperitur) eſt coniuncta cum ſuperiori capite, quemadmodum etiã in epiſtola Innocentij. & legitur,* Nam ſi Paulus. *Sed non eſt mutatum, quoniam eſt initium capitis.*

Item Exuperio Tholoſano epiſcopo, epiſt. 3. c. 1.

¶ Qui ab vxoribus ſuis abſtinent, ad ſacrificia admittantur. C. VI.

Infra diſ. 82. c. propoſuiſti. Pann. l. 3. c. 95.

EOs [e] ad ſacrificia fas ſit admitti, qui vel cum vxore [e] nõ exercent carnale officium [f].

e ¶ Eos.] *Apud Innocentium, & infra diſt. 82. c. propoſuiſti, vbi hoc idem eſt repetitum, legitur,* neque eos ad ſacrificia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale conſortium,

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Sacerdoti, cui eſt ſemper orandum, matrimonio ſemper eſt carendum. C. VII.

Pann. l. 3. c. 96.

SI laicus, & quicumque fidelis orare [g] non poteſt, niſi careat officio coniugali; ſacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandum eſt: ſi ſemper orandum eſt; ergo ſemper matrimonio carendum [h].

a ¶ Quoniam ego ſanctus ſum.] Ex quo Dominus ſe commẽdauit, & Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. lectio. 81. diſt. legitur, ergo & nos poſſumus nos commendare, & Aug. ſe commendat, æquiparando ſe prophetis, vt 23. q. 4. ecce, & proconſul poteſt præmittere libellum cõmendationis ſuæ, vt ff. de offi. procõ. obſeruare. Similiter ille qui impetrat veniã ætatis, ſe commendat. 1 C. de his qui veniam ætatis imp. l. 2.

Commendare poteſt aliquis ſeipſum.

b ¶ Anno.] id eſt ſeptimana. ſic alibi ponitur dies pro anno, vt 33. q. 2. hoc ipſum. & tempus pro anno, vt de conſe. diſ. 4. omni tempore 2.

1 Ad idem quod dicit Bal. Cuſtodiam animam meam quoniam ſanctus ſum, &c. & in pſal. Inclina Domine. 2 Ideo autẽ fit hoc, quia annus dicitur ab an, quod eſt circum, quia circumuoluitur. ſic & quod ibet ipſa Lapren.

c ¶ Nec præterit dies.] excepto ſabbato ſancto, & die veneris præcedente, vt de conſecr. diſt. 3. ſabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem. ſic j. de cõſ. diſt. 2. teuera.

d ¶ Vel à baptiſmatis.] dum eſt neceſſitas. arg. 5. diſt. ad baptizari.

e EOs.] ¶ Vel cum vxore.] ne dũ cum alia.

Probato vno coniunctorũ, probatur reliquũ. 3 Sic de talibus vno conceſſo & aliud cõceſſũ e. 1. q. ſicut Chriſtus. vbi de hoc Arch.

f ¶ Officium.] poſt votum factum.

g SI laicus.] ¶ Orare.] Quid de hac materia iuris ſit, habes 33. q. 4. ca. 1. & 2.

h ¶ Matrimonium carendũ. iar. quod ſi aliquæ ſibi cohærẽt, vel ſi aliquid ſequitur ex alio, vno probato & reliquũ eſt probatũ 3, vt 33. diſt. ſi qs viduã. 26. diſt. deinde. 3. q. 6. hæc quippe. arg. j. de pæ. diſ. 1. ſicut primi. l. ſi.

TEnere debet.] CASVS. Victorius Rothomagenſis epiſcopus, habebat quoſdam presbyteros & leuitas in ſua diœceſi, qui nolebant à ſuis vxoribus abſtinere.

Quod

Quod autem [a] Manichæorum cauſa de coniugio [a] ſacerdotum illud ſupradictum ſit, ex Gangrenſi concilio apparet, in quo c. 1. ſic ſtatutum legitur.

a ¶ De coniugio] *Sequentem canonem Gratianus reſtringit ad coniugia ſacerdotum, cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquẽ Chriſtianum etiã laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, ſed contra quemdam Euſtathium, qui hunc errorem cum alijs multis in Armenia diſſeminauerat. Eſt autem caput hoc idem cum capite, ſi quis nuptias. ſupra diſt. 30. ſed ex alia verſione.*

¶ Anathema ſit, qui nuptias vituperat. C. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro ſuo fidelem, ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem æſtimat, velut quæ regnũ Dei introire nõ poſſit, anathema ſit. *ſ. diſt. 30. c. ſi qs nuptias.*

Item ex eodem, c. 8. & 9.

¶ De eodem. C. IX.

QVicumque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit. *ſ. diſt. 30. c. ſi qs vel virginitaté, ex alia verſione. Burch. l. 8. c. 61. Iuo. p. 7. c. 79. ſ. diſt. 28. c. ſi qs.*

3 *Poteſt & aliter intelligi illud, quod in canone [b] Apoſtolorum legitur, vt iſte ſit ſenſus capituli: [ſi quis docet ſacerdotem vxorem ſuam contemnere,] non quam vxorem in ſacerdotio accepit, ſed quam, dum adhuc eſſet laicus, vel in minoribus ordinibus conſtitutus, ſibi copulauit, cũ qua continentiam profeſſus eſt, cum ad ſacros ordines aſcenderet, quam nullus debet contemnere, hoc eſt ab animo, & cura ſua abijcere, quin ei neceſſaria prouideat. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epiſt. 90. c. 3. ſcribens Ruſtico Narbonenſi epiſcopo ait.*

¶ Miniſtris altaris cum epiſcopis, & presbyteris eadem eſt lex continentiæ. C. X.

LEx continentiæ eadem eſt altaris miniſtris, quæ epiſcopis, atque presbyteris, qui cum eſſent laici, ſiue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: ſed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [c], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat ſpiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quaſi non habeant, ſic habere, quo & ſalua ſit charitas, & ceſſent † opera nuptiarum. *Burc. l. 2. c. 114. Anſ. l. 7. c. 135. & 6. c. 104. Polyc. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pann. l. 3. c. 106. 1. Cor. 7* *† al. ceſſet exercitatio nuptiarum*

Item Leo [a] ix. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

a ¶ Leo.] *Habetur in reſponſione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi aduerſus Latinos editum: quam reſponſionem, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, ſcripſerit, poteſt recte nomine ipſius citari, ſicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur ſupra diſt. 12. c. concilia. & infra 40. diſt. c. non nos & 81. diſt. c. nemo recte. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 3. c. aliorum. Ac ſupra diſt. 22. nomine Nicolai j. citatur caput, omnes. quod habetur in oratione Petri Damiani.*

QVOD AVTEM. CASVS. Dr in hoc §. q; illud qđ dictũ fuit in Gãgrẽſi cõci. ſ. 28. diſt. in c. ſi qs docuerit. & c. ſi quis diſcernit. ex cauſa fuit ſtatutum, ſcilicet ꝓpter Manichæos, qui nuptias cõdẽnabãt exẽplo ſacerdotũ. Et hoc probat duobus ſeq. c. q̃ plana ſunt, & per ſe patent.

a ¶ Quod autẽ.] Reſpicit tria pen. cap. 28. diſt. dicẽs q; illud ſtatutũ fuit ꝓpter hæreſim Manichæorũ, q nuptias cõtemnunt.

QVicũque.] POTEST ET ALITER. Hæc eſt tertia pars diſt. I qua dr, q; illud qđ ſupra dictum eſt in cã. ſi qs docuerit. diſt. 28. ex cauſa vel ex tpe intelligiť. Nũc autẽ aliter exponit, dicẽs q; illud c. põt intelligi de ſacerdotibus noſtri tẽporis, vt ſi qs docuerit ſacerdotẽ cõtẽnere vxorem, quam in minoribus ordinib⁹ duxit, vel cũ erat laicus, vt eã à ſua cura abijciat, cũ qua poſtea cũ promoueretur cõtinẽtiã eſt profeſſus, anathema ſit. & hoc ꝓbatur per duo cap. ſeq.

b ¶ In canone. ſ. 28. diſtin. ſi quis docuerit. lo.

LEx.] CASVS. Ruſtic⁹ Narbon. eps quæſiuit à Leone, vtrum diaconi poſſint vel debeant cognoſcere vxores ſuas? Qui reſpondet quòd non, ſed debent continere ſicut epiſcopi & presbyteri. nam cum erant laici vel lectores, hoc eis licebat, ſed poſtquam promoti ſunt ad ſacros ordines, cœpit eis non licere quod ante licebat; eas tamen à ſua cura abijcere non debent, quin eis neceſſaria ſubminiſtrent.

c ¶ Eis non licere.] Nota q; propter commutationem ſtatus incipit aliquid non licere quod prius licuit 1. 12. quæſt. 2. ne quis arbitretur.

s Ad hoc ſ. 27. q. 1. nuptiarũ. 32. q. vlt. c. vlt. 27. q. 1. ſũt quidam. & habes & ad hoc 88. diſ. fornicari. ff. de ſolut. cũ quis. 1. reſpon. ar. contra extra de diuort. gaudem⁹. Arc.

Om-

OMnino.] Casvs. Abbas Nicæta dicebat licere epiſcopo, presbytero & diacono ampleċti vxorẽ ſuã, & cognoſcere. & hoc probabat auctoritate Apoſtoli dicentis ſe habere poteſtatem circumducendi mulierem ſicut frater Domini, & Cephas. Leo autem Papa eum reprehendit, & ſcribens contra eum dicit non eſſe verum vt poſſint cum ea dormire more ſolito, tamen debent eis largiri victum & veſtitum: & hoc probat exemplo Apoſtolorum, reprehendens eum ex eo q̃ male intelligebat illud verbum, circumducendi.

a ¶ Et veſtitum.] Ex quo dicit victum & veſtitum, videtur q̃ nomine victus non comprehendatur veſtitus, vt ff.de tranſ. cum hi. §.qui tranſigit 1. quod non eſt verum. ff.de verb.ſig. verbo, victus.

b ¶ Largiatur.] ſequeſtrato tamen habitaculo, vt 77. diſtin. epiſcopus. & hoc cum perſona eſt ſuſpecta.

c ¶ Paulo apoſtolo dicente.] ducebant enim vxores ſecum, vt ſeruirent eis in cibis parandis, & ab eis paſcerentur (cũ eſſent pauperes) de mercede prædicationis.

d ¶ Sororem.] id eſt, quaſi ſororem.

e ¶ Circumducẽdi.] nobiſcum.

f ¶ Vt de mercede.] argu. q̃ ſi quis habet vxorem & filios, de bonis eccleſiæ ipſos poteſt paſcere, ſi non habet propria, vt 86. diſt. non ſatis. ĩ. diſt. proxi. ſi quis vero. & 50. diſt. ſtudeat. in fi. & 37. diſt. legãt. quia nemo carnem ſuam vnquã odio habuit, vt 13. q. 2. nõ æſtimemus. & hæc vera ſūt ſi indigẽt. 1. aliàs ſecus, vt 28. diſt. de Syracuſanæ. vnde & ſi viro relictus eſt vſus alicuius rei, mulier eadem re poteſt vti, vt ff. de vſu & habi. l. ceterum. §. mulier.

g ¶ Hinc & illud.] ĩ. in illo cap. presbyter quidam. quod eſt infra diſtinct. proxi. Ioan.

sed hoc verũ eſt quo ad tranſactionẽ, aliter bene cõtinetur. Archi.

Beneficiat⁹ ſuis cõſanguineis ſubuenire põt.

1 Ad hoc 12. q. 1. habebat in prin.

¶ Epiſcopus, vel presbyter vxorem propriam à cura ſua non abijciat. C. XI.

Pann. l. 3. c. 115.

OMnino confitemur non licere epiſcopo, presbytero, diacono, ſubdiacono propriam vxorem cauſa religionis abijcere à cura ſua, ſcilicet, vt ei victum & veſtitum [a] largiatur [b]; non vt cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & ſanctos Apoſtolos legimus egiſſe, beato Paulo apoſtolo dicente [c], [Numquid [a] non habemus poteſtatem mulierem ſororem [d] circumducendi [e], ſicut fratres Domini, & Cephas?] Vide inſipiens, quia non dixit, [numquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem amplectendi?] ſed, [circũducendi,] ſcilicet vt de mercede [f] prædicationis ſubſtentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1. Cor. 9.

a ¶ Nunquid non habemus.] *variæ ſunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in primo libro contra Iouinianum oſtendit.*

Hinc & illud [g] Gregorij, [Presbyter quidã.] quod require infra diſt. ſequenti. c. penultimo: ¶ Vt igitur ex his auctoritatibus apparet, ſacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus conſtituti ſibi legitime copularunt, neceſſaria miniſtrare, debita vero reddere non valent.

VT IGITVR. Casvs. Concludit Gratian⁹ ex ſupradictis, q̃ ſacerdotes debent ſuis vxoribus cũ quibus in minoribus ordinibus vel in laicali habitu contraxerũt, neceſſaria miniſtrare, ſed debitum reddere non valent. Sed cõtra hoc duo ſequẽtia cap. inducuntur, ſcilicet q̃ ſacerdotes debent reddere debitum vxoribus ſuis.

4 *¶ Sed obijcitur illud tripertitæ hiſtoriæ, lib. 2. c. 14.*

SED OBIICITVR. Hæc eſt 4. pars diſtin. in qua ponit duos canones orientales, in quibus cõceditur clericis habere vxores. Ioan. de Fan.

¶ Diſſuaſu Paphnutij Nicæna ſynodus non conſtituit, quòd presbyteri cum ſuis vxoribus non dormirent. C. XII.

Pann. l. 3. c. 85.

NIcæna ſynodus corrigere volens hominum vitam in eccleſijs commorantium, poſuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere [h] legem, vt epiſcopi, presbyteri, diaconi, & [a] ſubdiaconi cum coniugibus, quas ante conſecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confeſſor contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem [i] eſſe dicens, cum propria coniuge concubitum †: ſuaſitque concilio, ne talem poneret legem, graue eſſe aſſerens cauſam, quæ in ipſis, aut eorum coniugibus occaſio fornicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum eſſet inexpertus) expoſuit: ſynodus-

Adde glo. concord. in cap. propoſitiſti. 1 ver. ſtote. ĩ. 62. diſt.

NIcæna ſynodus.] Casvs. Nicæna ſynodus volebat legẽ imponere & neceſſitatem epiſcopis, presbyteris, diaconis & ſubdiaconis vt ſeruarent caſtitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt. Sed quia hæc lex erat occaſio fornicandi, ſurrexit Paphnutius confeſſor inexpertus nuptiarum, & ſynodo contradixit ne talem poneret legem, cũ caſtitas ſit cognoſcere vxorem propriam. ſynodus autem ſententiam eius laudauit, & approbauit.

h ¶ Introducere.] de cõſenſu vxoris, aliter eſſet iniqua.

i ¶ Caſtitatem.] ſic qui bene comedit, abſtinens eſt. 44. diſt. conuiuia. in fine.

Victus nomine comprehenditur veſtitus.

Vbi not.

Contradicere poteſt vnus multis.

† Et eſt hic arg. quod vnus canonicus poteſt ſe opponere pro defenſione eccleſiæ ſuæ. Ad idē extra de conceſ. pbē. ex parte. vbi dicit Ioan. de Fan. hoc eſſe verum etiā ſi capitulū illius eccleſiæ nollet defendi, & hoc fauore eccleſiæ. arg. ff. de liber. cau. l. 1. 2. & 3.

a ¶ Sententiam.] vnus ergo poteſt cōtradicere toti vniuerſitati 1 ſi habet rationabilem cauſam, vt extra de his quæ fi. à ma. par. cap. c. 1. nam ſententia vnius poteſt alios trahere ad partem ſuam, vt extra de eo qui mit. in poſ. cap. cum ſicut. ff. de arbitris. ſi vnus. §. vlt. C. de vete. iu. enu. l. 1. § ſed is, &c.

Qvoniam.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quod in canone Romano ſtatutum erat quod diacones & presbyteri orientalis eccleſiæ deberent continentiam profiteri: quod male ſeruabatur, quod ſexta ſynodus cognouit: ideo ſtatuit iuxta antiquum canonem Apoſtolorum, vt vnuſquiſque clericus ſuā poſſit habere vxorē: nec pp. hoc repellatur à promotione ſi dignus fuerit: nec tempore ſuæ ordinationis cogatur continentiam profiteri: eo tñ tempore, quo miniſtrat altario, debet abſtinere. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Si quis.] dicitur quod ſi quis presbyteros vel diacones à contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet: & quicumque clericus cauſa religionis ſuam vxorem abiecerit, deponi debet, ſi in contumacia perſeuerat.

b ¶ Quoniam.] id eſt, quandoque.

c ¶ Romani.] hic aſſignatur differentia inter orientales & occidentales.

d ¶ Qui ordinati ſunt.] i. ordinantur.

e ¶ Apoſtolicæ.] quia Apoſtolus præcepit, vt vir reddat debitū vxori. 33. q. 1. c. 1.

Vir debitū vxori non ſemper nec vbiq. reddere tenet.

f ¶ Opportuno.] iſtud eſt contra Gandulphum & alios, qui dicunt quod vir quolibet loco etiā in eccleſia, & quolibet tempore tenetur reddere debitū vxori petenti. Sed hoc non eſt verum: quia ſicut debitor non debet ſemper venire cum ſacco paratus, vt ff. de ſo. quod dicimus. ſic nec vir ſemper debet eſſe paratus. 33. q. 4. Chriſtiano 2.

poteſt promoueri ſine licentia vxoris? Dicit H. quod ſic 3 quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei: quia poſt mortem viri non poteſt contrahere 4. Item & in alio fit ei præiudicium: quia tempore ſacrificii ſui non debet ei commiſceri: etiam ad tempus vir

3 Sc... Lan. ci...

4 Hæc ... non vi... na. nan... vxoribu... orientali... non ha... locū qu... habetur ... 28. diſt ... ſunt al... & ſeq. ... conuen... non pr... tunt ... vel m... ſe. Arch.

que laudauit ſententiam [a] eius; & nihil ex hac parte ſanciuit: ſed hoc in vniuſcuiuſque voluntate, non in neceſſitate dimiſit.

a ¶ Et ſubdiaconi.] *In aliquot vetuſtis codicibus, & in originali Socratis non ſunt duæ iſtæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam græce, quàm in latina vetere, & noua verſione, vt etiam Nicephorus.*

Item ſynodus ſexta, c. 13. lib. 8. c. 19.

¶ Non in perpetuum, ſed tempore oblationis à complexu ſuarum vxorum ſacerdotes abſtineant. C. XIII.

Qvoniam [β] [b] in Romani [c] ordine canonis eſſe cognouimus traditum, eos qui ordinati † ſunt [d] diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quòd iam ſuis non copulentur vxoribus; nos antiquum ſequentes canonem Apoſtolicæ [e] diligentiæ, & conſtitutiones ſacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum vxoribus ſuis eorum connubia diſſoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tēpore opportuno [f]. Quicumque ergo diligens † [g] inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem aſcendere gradum pro vxoris ſuæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri cogatur; quòd abſtinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra*. ¶ Oportet eos, qui altari miniſtrant, in tempore oblationis † ſanctorum continentes [h] eſſe in omnibus; vt à Deo poſſint conſequi, quæ ſimpliciter poſtulant. ¶ Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis cauſa vxorem ſuam expellit, excommunicetur: ſi vero in hoc permanſerit, deponatur.

Pann. l. 3. c. 86.

† ordinandi] ſed ob gloſſam nō eſt mutatū.

† leg. dignus] ſed ob gloſſam nō eſt mutatū.

† al. tractationis

β ¶ Qm.] *Græce ſic habetur: ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. id eſt.* Qm in Romana eccleſia loco canonis traditū eſſe cognouimus, &c. *Hanc vero eccleſiæ Romanæ traditionem non ſolum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus ſupra citatus, & alij Latini ſcriptores defendunt, ſed etiam Balſamon in explanatione huius canonis ſatis aperte probat. Verum de omnibus huiuſmodi canonibus, qui ſextæ ſynodo adſcribuntur, quid ſit ſentiendum, ad caput, Habeo librum. diſt. 16. ſatis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum eſt. orientalis enim eccleſia (cui ſexta ſynodus regulam viuendi præſcripſit) votum caſtitatis in miniſtris altaris non ſuſcepit.

1 Melius ea. cauſa & q. c. apoſtolus. ſ. gl. vlt.

g ¶ Diligens.] id eſt, dignus.

h ¶ Continentes.] ſed numquid in orientali eccleſia vir

vir inuita vxore non poſſit orare, vt 33. q. 4. Apoſtolus. ſed ibi expone, orare, id eſt, peregrinari. Ioan.

HOC AVTEM. Casvs. Modo Gratianus ſoluit ſupra

ſupra dictã obiectionem:& dicit ꝙ hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis eccleſiæ, qui non ſuſceperunt votum caſtitatis,cui ſexta ſynodus præfuit: licet occidentalis ſic:& hoc probatur per ſequens cap.

ALiter.] Casvs. Dicitur in hoc cap.ꝙ alia eſt traditio

tant votum continentiæ.In cap.presbyterum.non legitimæ nuptiæ intelliguntur ſecundæ ſcilicet. ſi quis diſcernit,locale fuit: vel intelligitur de vxore,quæ ducta fuit in minoribus ordinibus.Similiter cap.illud.ſi ſubdiaconus,de ſecunda vxore intelligitur.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione ſynodi ab ipſo in Baſilica Lateranenſi congregata.

¶ Occidentalis, non orientalis eccleſia caſtitatis obtulit votum. Cap. XIIII.

Pann.l.3.c.84.

§ ALiter ſe orientalium traditio habet eccleſiarum,aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes diaconi, atque ſubdiaconi matrimonio [a] copulantur[a],iſtius autem eccleſiæ, vel occidentalium nullus ſacerdotum à ſubdiacono vſque ad epiſcopum licentiam habet coniugium ſortiendi.

SI quis.] C A S V S. Quidam poſt baptiſma duas habuit vxores, vel vnam vxorem, & aliam concubinã: quęſitum fuit ab Apoſtolis vtrum talis poſſit promoueri & reſpon. ꝙ nõ poteſt talis promoueri ad ordinẽ clericalẽ.

d ¶ Poſt acceptum.] maxime. Idem enim eſt ſi ante baptiſma habuit vnam, & poſt aliam vxorem vel concubinam: vel determinat verbũ infra poſitũ, habuerit. 3

e ¶ Aut concubinam.] poſt primam vxorem: talis tñ ex diſpen-

3 26. diſt. cautius.

1 ¶ Nouerint] antea legebatur, feminę nomen tuum neſciant. *Emendatũ eſt ex aliquot manuſcriptis, & ex epiſtola Hieronymi ad Ruſticum monachum.*

2 ¶ Frequentia.] *In epiſtola ad Oceanum eſt*, frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 2.

¶ Presbyter vxorem ſuam quaſi ſororem diligat, & quaſi hoſtem fugiat. C. XVIII.

PResbyter quidam ſibi commiſſam regebat eccleſiam cũ magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram [a] ſuam vt ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem cauens, ad ſe propius accedere nõ ſinebat; eamq. ſibi appropinquare nulla occaſione permittens, ab ea ſibi communionem funditus familiaritatis abſcidit. Pann. l. 3. c. 114.

Presbyteram vero quam debeamus accipere, Laodicenſe concilium, c. xi. oſtendit dicens.

¶ Viduæ, vel ſeniores presbyteræ appellantur. C. XIX.

MVlieres [a], quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, vniuiræ, & matricuriæ [b] appellantur, in eccleſia tamquam ordinatas conſtitui non debere.

a ¶ Mulieres.] *ſic habet priſca verſio. Græce:* περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. *id eſt*: quòd nõ oporteat eas, quæ presbyteræ, vel præſidentes dicuntur, in eccleſia collocari. *quæ eſt Dionyſii verſio præterquam in vltimis verbis. Ille enim habet*, eccleſijs ordinari. *Et videndus eſt Balſamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

ECce, *quòd in ſacris ordinibus conſtituti vxores habere non poſſunt; vel ſi bigami aliqui fuerint inuenti; ad ſacros ordines aſcẽdere nõ valent. Sed quæritur* [c], *ſi quis præter vxorem concubinam habuerit; vtrum in ſacerdotem promoueri valeat. Talis à ſacris ordinibus auctoritate canonum Apoſtolorum prohibetur: in quibus, can. xvij. ſic ſtatutum legitur.*

¶ Secundis nuptijs poſt baptiſma copulatus, aut concubinam habens ad ſacrum ordinem conſcendere non valet. C. I.

SI quis poſt acceptũ [d] baptiſma ſecundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam [e] habuerit; non poteſt fieri † epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus eorum, qui miniſterio [a] ſacro deſeruiunt. Anſe. l. 6. c. 143. Iuo p. 8. c. 387. al. 151. † al. eſſe

a ¶ Miniſterio.] *græce* τῶν ἐν καταλόγῳ τοῦ ἱερατικοῦ. *id eſt*, qui ſunt in catalogo ſacerdotali.

ex diſpenſatione quandoque promouet. ſ. ea. habuiſſe. & 34. diſt. fraternitatis.

DESERVIENTES. Exponit modo Gratianus qui dicantur ſacro miniſterio deſeruire: & dicit quod ſubdiaconi & acolythi: & qualiter deſeruiant, dicit. Exponit etiã quòd

punitur quis & meretur, vt ſ. qui. vt indig. l. 1. 1

c ¶ Vel iniuſto.] id eſt ex indignatione, vel ex nimia commotione. ſecus ſi propter neceſſitatem faceret, vt 55. diſt. ſi quis à medicis.

d ¶ Illum.] talis etiam deponitur. 47. diſt. de Petro. & cap. quoniam.

e ¶ Pœnitentia.] vt 51. diſt. § in aliquo. & 50. diſt. de his.

f ¶ In furiam.] tamen promotus non deponitur, vt 7. q. 1. quamuis.

Deſeruientes ſacro miniſterio intelliguntur ſubdiaconi, qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cum cereis diaconos præcedunt; vnde & ceróferarij dicuntur: qui etiam vinum, & aquam præparando calici ſubminiſtrãt. Concubina intelligenda eſt præter vxorem; vt iſte ſit ſenſus capituli: [Si quis poſt acceptum ſacrũ baptiſma ſecundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinã duxerit:] diſtinguendũ eſt, antequam vxorem duxerit, ſiue poſt mortẽ vxoris.

Vnde B. Gregorius a ait.

a ¶ Gregorius.] *Hoc caput ſumptum eſt ex c. 72. libelli de eccleſiaſticis dogmatibus, qui inter opera B. Aug. editus eſt; atque ex eo alibi ſæpiſſime ab ipſo Gratiano citatur. A Tritemio autẽ adſcribitur Alcuino, ab alijs Iſidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt: vt Valfridus Strabo, lib. de re. eccleſ. c. 20. Petrus Lombardus ſent. 2. diſt. 8. S. Thomas quolib. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & alij.*

¶ Duarum matronarum maritus poſt baptiſmum, clericus non ordinetur. C. II.

Anſ. l. 7. c. 22. al. 26. Iuo p. 8. c. 295. Poly. l. 2. tit. 32.

MAritum duarum poſt baptiſmum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui vnam quidem, ſed concubinam [a], nõ matronam habuit; nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricẽ [b] in matrimoniũ aſſumpſerit: nec eum, qui ſemetipſum quolibet corporis ſui membro indignatione aliqua, vel iuſto, vel iniuſto [c] timore ſuperatus truncauerit: nec illum [d], qui vſuras accepiſſe conuincitur, aut in ſcena luſiſſe dinoſcitur: nec eum, qui publica pœnitentia [e] mortalia crimina defleuit † : neque illũ, qui in furiã [f] aliquando verſus inſaniuit, vel afflictione diaboli vexatus eſt: neq. eum, qui per † ambitioné ad imitationem Simonis magi pecuniam obtulerit †.

† defleuit] Iori.

† al. pro ordinatione

† offert] orig.

Act. 8.

Item Pius Papa.

¶ Arreptitij, vel epileptici ſacris altaribus non miniſtrent. C. III.

Burc. l. 5. c. 72. Iuo p. 2. c. 125. Polyc. l. 4. ti. 32.

2 COmmuniter diffinimus, vt nullus de ijs [g], qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant

COmmuniter.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua probatur per tres auctoritates ſanctorum patrum, quod dæmoniaci, & epileptici, & furioſi non debent promoueri. Io. de Fan.

CASVS. Sequitur in hoc capitulo, quod illi qui dæmonibus arrepti eliduntur, non debẽt ſacris altaribus miniſtrare, niſi ſuſpenſi per annũ inueniantur ab incurſu dæmonum liberati. Illi vero qui morbo epileptico vel caduco laborant, non miniſtrent, niſi prius inquiratur qualiter illi laborent: qui ſi in terram cadunt, non miniſtrẽt. Alijs vero ægritudinibus laborãtes nõ prohibentur. Et not. quod hoc cap. loquitur de iam promotis. Sequens cap. patet.

g ¶ De ijs.] qui ita vexantur, diſtinguendũ eſt: nã ſi frequenter cadunt, non debent miniſtrare, vt ſ. 7. q. 2. c. 1. ſi vero raro, & emittunt voces cõfuſas, ſimiliter nõ debent miniſtrare, vt ſ. 7. q. 2. c. 2. ſi autem raro, nec emittunt voces confuſas, poſſunt: ſed habere debẽt coadiutores, vt 7. q. 1. illud. promoueri autẽ

quòd concubina intelligitur illa, quæ ante vxorem ducta fuit, vel poſt mortem vxoris.

MAritum.] CASVS. In hoc cap. 10. enumerantur impedimenta pro quibus aliquis repellitur à promotione, vt ſi maritus fuit duarum matronarum: vel præter vxorem, concubinam, vel meretricem in matrimonium aſſumpſit, &c.

a ¶ Concubinam.] Arg. quod ſi quis habuit virginem cõcubinam: licet poſtea ſumat eam in vxorem, quod non poteſt promoueri, vt 34. diſt. curandũ. & cap. præcipimus. & 30. q. 5. qualis.

b ¶ Vel meretricem.] 32. q. 1. cap. nõ eſt culpandus. arg. cõtra. Sol. illud in figura. & ita ex vno eodemque facto

non poſſunt tales ex quo paſſi ſunt ſemel, vt ſ. ea. cap. maritum. Et hæc eſt opinio H: nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis ſimiliter nulla eſt contradictio inter H. & alios quo ad promotionẽ: quia omnes dicunt quod nullus talis debet promoueri, vt cap. maritum. & c. clerici. In promotis autem diſtinguitur inter H. & alios. Nam dicunt alij, quod ſicut nõ debet promoueri qui ſemel eſt arreptus à dæmone, ita nec officium põt exercere etiam ſi iam promotus ſit: & qui hoc dicunt, illam litteram, qui tamen, aliter intelligunt quàm H. [nam dicunt quod hoc relatiuum, qui, refertur ad proxime poſitũ: ſcilicet epilepticos 2: & eſt ſenſus litteræ: Epileptici nõ debent ſe ingerere diuinis ſacramẽtis, exceptis illis qui ſine

Punitur quis & meretur ex eodem facto.

1 Dic melius: illud nõ contradicit: nam quãtum ad legẽ promotionis reus eſt, vt hic: ſed quantũ ad gratiam innocẽs, vt argu. 10. q. 1. cap. ſi. 32. q. 5. c. ille. Archid.

Morbo caduco laborantes an miniſtrare poſſint.

Dæmoniacorũ promotorũ & promouendorum diſtinctio.

2 Ad huius verbi declarationem dic, quod epilepſia græce appẽſio dicitur: eo quod mẽtẽ appẽdes pariter & corpus poſſideat. ſit autẽ ex melãcholico humore quoties exuperauerit, & ad cerebrũ conuerſus fuerit. Arch.

ſine paſſionibus, id eſt, qui ſine vocis confuſæ emiſſione & ſpumæ iactatione: qui tamē & ipſi, id eſt, iſti qui hoc non faciunt, ſed tantum cadunt, debent eſſe tamdiu ſuſpenſi, donec appareāt eos per annum liberatos, id eſt, non occupatos incurſu dæmonū, id eſt, appareat, quod illa paſſio nō eſt dæmoniaca, ſed epileptica. H. vero dicit in dæmoniacis proprie, quod ſi per annū ſteterūt, & nō fuerunt paſſi ſupradicta, poſſūt exercere diuina officia. vnde dicit, quod illud relatiuū, qui, refertur proprie pro dæmoniacis: & improprie ſecundū eū ponitur in fi. liberati.

tiat opinionis, niſi præter vxorem concubinam vel meretricem vxoris affectu cognouerint.

n ¶ Inſtituerunt.] id eſt, informauerunt.

o ¶ Si non pellicem.] Pellicem vocat quam quis ad tēpus habet cauſa ſaturandæ libidinis.

altaribus miniſtrare, vel indiſcuſſe[a] ſe ingerant ſacramētis diuinis, exceptis illis[b], qui corporis incōmoditatibus dediti, ſine huiuſmodi paſsionibus[c] in terrā probantur eliſi: qui tamē[d] & ipſi tamdiu erūt ab officij ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio[e] per diſcretionem epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonum liberati †.

† alieni] ceteri collectores.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. IIII.

CLerici, qui in adoleſcentia à dæmonibus cognoſcuntur obſeſsi, ad ſuperiorem ſacri regiminis[f] gradum aſcendere non poſſunt. Iuo p. 11. c. 104.

¶ *Simile quiddam habetur in concilio Aranſico 1. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluuino Ionanſi archiepiſcopo, ad quem etiam fortaſſe ſcribitur c. quorundam, infra diſt. 34.*

Item Gelaſius Papa, epiſt. ad vniuerſos epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, c. 21.

¶ De eodem. C. V.

VSque adeo ſane comperimus illicita quæque prorumpere; vt dæmonibus, ſimilibuſque paſsionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur. Quibus ſi in hoc opere[g] poſitis, aliquid propriæ neceſsitatis[h] occurrat; quis fidelium de ſua ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ, tanta perſpexerit calamitate vexari: Atque ideo neceſſario remouendi ſunt, ne quibuslibet[i], pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore fauciatum[k] fortaſsis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina[l] permiſit; quanto magis[m] doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (quod eſt deterius) mente perculſos?

Burch. l. 2. c. 20. Polyc. l. 3. tit. 9. c. vlt. Iuo par. 2. c. 88. & p. 6. c. 40. Leuit. 21.

Item Innocentius Papa 1. Felici epiſcopo Nucerino, epiſt. 4. c. 4.

¶ Qui tempore baptiſmi vxores habent, ſi poſtea religioſe vixerint, clerici fieri non prohibentur. C. VI.

3 LAici, qui habentes vxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt[n], vt opinio eorū in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti ſint, aut monaſterijs, ex quo baptizati ſunt, adhæſerint, ſi non concubinam, non pellicem[o] nouerint, ſi in omnibus bonis operibus vigilauerint; non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi.

Anſ. l. 7. c. 29. al. 34. Iuo p. 6. c. 95. Pano. l. 3. c. 45.

4 *Ceterum ante ſuſceptum ſacrum ordinem quoſdam legimus concubinam habuiſſe, quos tamen ſacri canones nō*

a ¶ Vel indiſcuſſe.] id eſt, temere.

b ¶ Exceptis illis.] epilepticis, qui raro cadunt.

c ¶ Paſſionibus.] id eſt, ſine ſpuma, &c.

d ¶ Qui tamē.] ſcilicet dæmoniaci. H.

e ¶ Spatio.] 7. q. 2. c. vlti. contra. Sed ibi fuit dubiū: hic certū.

f CLerici.] ¶ Sacri regiminis.] Ex hoc quod dicit, ſacri regiminis, videtur quod ad minores ordines bene poſſunt promoueri. Lau.

VSque adeo.] CASVS. Quidam epiſcopi permittebāt dæmoniacos presbyteros caducos & furioſos miniſtrare diuina: quos Gelaſius reprehendit: & probat quod hoc fieri non debet, ne per hoc generetur ſcandalū Chriſtianis, & probat hoc à minori: quia lex Moſaica nō permittebat ægros corpore tāgere ſacra: multo ergo minus in nouo teſtamēto dæmoniacis, caducis, & furioſis debet hoc permitti.

g ¶ Opere.] id eſt, diuino obſequio.

h ¶ Neceſſitatis.] id eſt, infirmitatis.

i ¶ Ne quibuslibet.] Prima ratio.

k ¶ Sauciatū.] id eſt, debilitatum, vt 49. diſt. c. 1.

l ¶ Diuina.] id eſt, Moſaica.

m ¶ Quanto magis.] q. d. ex quo vitiati corpore remouētur, multo magis vitiati mente: arg. 38. diſt. ſedulo 1.

1 Ar. ad hoc 44. diſtin. c. nulli clerico. 16. q. 1. miramur. nam mens maior eſt quam corpus. 38. diſ. ſedulo. ſecundum Lau.

LAici.] CASVS. Felix epiſcopus quæſiuit ab Inno. an laici, qui tempore maxime baptiſmi vxores habuerunt, poſſint promoueri. Et reſpon. quod ſic, ſi bonæ fue

CETERVM. CASVS. Supra dictum eſt, quod ille qui præter vxorē habuit concubinam, promoueri non poteſt. Nunc vero dicit quod multi inueniuntur concubinas habuiſſe, quos canones non reijciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ſe immaculatos cuſtodiunt.

Habuiſſe.]

HAbuiſſe.] CASVS. Andreas Tarentinus epiſcopus habuit concubinam ante quàm eſſet eps. & hoc Greg. bene nouerat. Sed quidam dicebant poſt epiſcopatum eum habuiſſe acceſſum ad eam. Greg. autẽ hoc audiens, cum dubium eſſet, certam noluit ferre ſniam: ſed cum ſuæ conſcientiæ cõmittens præcepit ei, vt nullo modo accederet ad miniſtrandũ, ſi cõmiſtione illius concubinæ ſe poſt epiſcopatum ſciret eſſe maculatum.

a ¶ Ambiguis.] ſ. 14. diſt. ſicut contra. Sed dic quod triplex eſt ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas perſonæ: vbi ambiguitas iuris eſt, ibi de ſimilibus ad ſimilia proceditur, vt 20. diſt. de libellis. & de tali ambiguitate loquitur illud c. 14. diſt. ſicut. ſed vbi factum ambiguum eſt, tunc numquam ferenda eſt ſententia in alicuius præiudicium, vt 11. q. 3. graue, hoc ideo dico, quia ſi nulli ſit præiudicium, vt in baptiſmo, conſecratione, vel ordinatione: bene fertur in dubio certa ſententia, ſcilicet vt baptizetur, vel eccleſia conſecretur, vel denuo ordinetur, vt de conſecr. diſt. 4. paruulos. & diſt. 1. ſolemnitates. & 68. diſt. presbyteri. tamen quandoque dubitatur de facto, & fertur ſententia in præiudicium alterius, vt extra de ſpo. iuuenis. ſed illud eſt propter periculum animæ. Vbi autem eſt ambiguitas perſonæ, ſed factum eſt certum, bene fertur certa ſententia, vt 5. q. 1. quidam.

Ambiguitas eſt triplex.

b ¶ Cõmittendum.] Sed quare nõ indicitur ei hæc purgatio: quia exilis fuit infamia[1]: & ſic quandoque aliquis propriæ conſcientiæ committitur[2]: vt ſ. diſt. 4. c. denique. & 15. q. 8. c. 1. & 33. q. 4. vir cum propria.

[1] Sed tunc habet locũ circa hoc quod legitur & not. 2. q. 5. quanto. Archid.

[2] Ad idem 35. q. 6. ſi duo. extra de voc. poſtulaſtis. vbi de hoc.

c ¶ Depoſito.] i. ſuſpẽſio ad tẽpus quouſque ſatisfaciat. ſic ponit 21. q. 2. quoniã.

d ¶ Præſumas.] Arg. quod occultum delictũ reddit hominem irregularem. Arg. contra diſt. proxi. erubeſcant. Dic vt ibi. hoc forte in eo caſu quãdo non pœnituit ſuper crimine.

reijciunt; ſi poſt ſacrum ordinem ab eius commiſtione ſe ſe immaculatos cuſtodiunt.

Vnde Gregorius Andreæ Tarentino epiſcopo, l. 2. epiſt. 44. ſiue c. 83.

¶ De quodam epiſcopo, qui ante ſui epiſcopatus apicem concubinam habuit. C. VII.

Burc. l. 1. c. 195. Iuo p. 5. c. 310. Poly. l. 4. tit. 39.

HAbuiſſe te concubinam manifeſta veritate comperimus [a]; de qua etiam contraria eſt quibuſdã nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis [a] abſolutum non debet eſſe iudicium, hoc tuæ conſcientiæ eligimus committendum [b]. Qua de re, ſi in ſacro ordine coſtitutus eius te permiſtione eſſe recolis maculatum; ſacerdotij honore depoſito [c] ad miniſtrandum nullo modo præſumas [d] accedere; ſciturus in animæ tuæ periculo † te miniſtrare, & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationẽ; ſi huius ſceleris cõſcius in eo, quo es ordine, celans veritatẽ permanere volueris.

† al. periculũ

a ¶ Comperimus.] *ſequebatur,* & te illius criminis participationem habere. *quæ verba ſunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum ſublata ſunt, quoniã abſunt & ab alijs editionibus, & à cæteris collectoribus, & à Ioanne diacono lib. 3. num. 43. vitæ eiuſdem Gregorij, omninoq. ſententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIIII.

DOmeſticarum [a] *quoque perſonarum immoderatã familiaritatem epiſcopum vitare oportet.*

Vnde Nicolaus Papa ad Albinum † archiepiſcopum.

† al. Alcuinũ

¶ Etiam conſanguinearum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet. C. I.

Iuo p. 5. c. 353.

QVorumdam relatione fideliũ, noſtris auribus intimatum eſt, quod Lanfredus epiſcopus, qui & iuuenis eſſe dicitur, venationi ſit deditus: quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, genere dumtaxat Germanos [f]

Domeſticarum.] Hæc diſt. diuiditũr in 9. partes. In quarũ prima reprehendit Gratianus quemdã epm, qui erat venator: & cum filia nimiã familiaritatẽ habebat. ſecunda ibi, [Concubina] tertia ibi, [Ceterũ.] quarta, [Quod ergo.] quinta ibi, [Similiter.] ſexta ibi, [Quæ aũt.] ſeptima ibi, [Sed poſtea.] octaua ibi, [Quibus autem. nona ibi, [Vidua.] Io. de Fan.

CASVS. In hac 34. diſt. oſtendit Gratianus abſtinendũ eſſe à nimia familiaritate domeſticarũ mulierum. Addit etiam qualiter in ſuperioribus c. accipiatur concubina, & de quibuſdam perſonis, quæ à promotione repellunt.

e ¶ Domeſticarũ.] In hac 34. diſt. oſtendit, quod clerici etiam domeſticis perſonis non exhibebunt nimiam familiaritatem: & quod clerici non intererunt venationibus aut aucupationibus. Secundo oſtendit qualiter accipiatur cõcubina in ſuperioribus c. ſi quis poſt maritum, & habuiſſe quæ ſunt ſ. diſt. proxi. Tertio adiungit de multis non promouendis, & quod bigami quãque promouentur ad ſubdiaconatum, vt j. cap. lector. Quarto oſtendit quod clerici non debent intereſſe conuiuijs nuptiarum. In fine oſtendit propter cuius viduæ copulam quis impeditur à promotione.

QVorumdam.] CASVS. Lanfredus epiſcopus in duobus peccabat: ſcilicet in venatione more Germanorum & Gallorum, & in moderata filiæ ſuæ familiaritate: propter quæ mala fama erat orta de ipſo: & ideo ſæpe correptus ab Albino & eius ſuffraganeis fuit: nullatenus tñ emendatus fuit: quare Nicolaus præcepit vt concilio epiſcoporum conuocato moneant illum, vt à ſupradictis ſe abſtineat: quod ſi non fecerit, excommunicetur: tandem ſi contumax fuerit, deponatur.

f ¶ Germanos.] id eſt, Theutonicos, qui ſunt veri germani, vel

Germani vnde dicitur.

mẽ, vel vere nobiles. Argu. extra de elect. venerabilem. & de præben. venerabilis.
a ¶ Venatorem.] exiſtentem venatorem: ne obijciatur de Euſtachio 86. diſt. Eſau. Additio. Sub. qui prius fuit venator, poſtea fuit ſanctus: poteſt tamen aliquis ſimul eſſe venator & ſanctus. Archidia.
b ¶ Fama.] nõ quod aliquid ibi ſæui criminis exiſtimaretur propter fœdus naturæ. i. ſ. qa coram omnibus eã nimis oſculabatur, & ponebat manus in gremium eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. ſic extra de pur. cano. cap. cum in iuuentute.
c ¶ Epiſcopis.] Argum. quòd ſolus metropolitanus non poteſt audire cauſam 2 epiſcopi, etiam ciuilẽ vt 11. quæſtio. 1. ſi clericus. & 6. quæſtione 4. ſi inter.
d ¶ Beſtiarum.] infra 86. diſt. qui venatoribus.
e ¶ Excommunicatus abſcedat.] vt non interſit cum eis negotijs communibus.

1 Id eſt, propter ſanguinis propinquitatem. extra de pſump. cum in iuuentute. C. de epi. & cle. cũ qui. Archid.

Archiepiſcopus ſolus cauſam epiſcopi audire non poteſt.

2 Scilicet miſtam vt hic erat. nã de vitio hic agitur. Ar.

& Gallos irreuerenter implicat. Verum iſte (ſi ita eſt, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus deſiderijs occupatus nulla † grauitate conſtringitur. *& infra.* Nam (vt beatus dicit Hieronymus) venatorem [a] numquam legimus ſanctum. *& infra.* Nihilominus autem de hoc epiſcopo relatum eſt apoſtolatui noſtro; quòd cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama [b] ei orta ſit: pro qua re à ſanctitate tua, ceteriſq. coepiſcopis ſuis commonitus, atque correptus eſt; ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maxime diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionem in quo beatitudinis tuæ, & ceterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam ſynodale cum epiſcopis [c], & ſuffraganeis tuis conuocare concilium, & hunc ſalutaribus eloquijs epiſcopũ conuenire, atque illi paſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab omnium beſtiarũ [d] vel volucrum venatione penitus alienus exiſtat; atque ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat. quod ſi parere contempſerit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filię ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonẽtibus obedire diſtulerit; à veſtro collegio excommunicatus abſcedat [e]. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

† nulla ſenum grauitate] Iuo
Ad c. 5. Micheæ & in pſ. 90.

CON-

[*Ex concilio* [a] *Aurelianenſi* 4.]

PALEA. C. II.

Extra de cleric. ven. c. 1. Burc. l. 2. c. 213. Iuo p. 5. c. 366. & par. 6. c. 288. & par. 13. c. 30. Pan. l. 5. c. 167.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere non licet. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate † ſæpius detentus fuerit; ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione [b] ſuſpendatur; diaconus vero ab omni officio & communione ſuſpendatur.

† al. voluntate ſæpius detectus

a ¶ Aurelianenſi.] *Hæc Palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianenſi, & in Panormia ex c. 8. Sed in Aurelianenſibus, quæ extant, non eſt inuenta. Burchardus, & Iuo par. 6. c. 288. citant ex Meldenſi. Eadem vero ſententia eſt in Agathenſi, c. 55. (quod etiam citat Iuo par. 5. c. 366. & par. 13. c. 30.) & in Epaunenſi c. 3.*

b ¶ A communione.] *In decretalibus legitur* à communione ſi presbyter, duobus; ſi diaconus, ab omni officio ſuſpendatur. *Apud Burchardum eſt*, ſe à communione ſuſpendat, presbyter duobus; diaconus vno ab omni officio & communione ſuſpendatur: *neque multo aliter apud Iuonem par. 6. & in concilio Epaunenſi. In Agathenſi autem, & apud Iuonem par. 5.* Se à communione ſuſpendat presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus vero ab omni officio & † communione ceſſabit. *Verum apud eundem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathenſi hoc modo legitur:* ſe à cõmunione abſtineat † ; presbyter duobus menſibus ſe abſtineat; diaconus vno ab omni officio, vel communione ceſſet.

† al. vel

† al. ſuſpẽdat

PALEA. C. III.

Extra de cleric. ven. c. 2. Burc. l. 2. c. 214. Iuo p. 6. c. 289.

OMnibus ſeruis Dei venationes, & ſiluaticas vagationes † cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

† al. fatigationes

¶ *Hæc etiam Palea habetur eod. tit. de cleri. ven. c. 2. vbi ex eodem concilio Aurelianenſi citatur quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia ijſdem pene verbis eſt in ſynodo Franctca ſub Zacharia Papa. quæ & conciliorum tomis eſt inſerta, & habetur lib. 5. capitular. c. 2. & manuſcripta etiam inter epiſtolas Zachariæ in codice ſæpe memorato monaſterij Dominicanorum.*

Concubina[a] *autem hic ea intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis vnita eſt, & coniugali affectu aſciſcitur*[b]*; hanc coniugem facit affectus; concubinam vero lex*[c] *nominat. De hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17.*

¶ Qui non habet vxorem, ſed loco illius concubinam, à communione non repellitur. C. IIII.

Iuo p. 8. c. 64.
Pann. l. 6. c. 49.
† al tantum

IS, * [d] qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur: tamen † vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ ſit coniunctione[e] contentus.

† al. fidelem
† al. tantum

* ¶ Is qui non.] *Integer concilij canon, qui apud Iuonem quoque, & in Pannormia refertur, eſt hic:* Si quis habens vxorem fidelis †, concubinam habeat; non communicet. Ceterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur: tamen †, vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) ſit coniunctione contentus. Aliàs viuens abiiciatur, donec deſinat, & ad pænitentiam reuertatur. *Neque vero omne concubinarum genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentilium Imperatorum legatur, nihil opus eſt referre. Certe Iuſtinianus nouella 18. c. 5. (vt eſt apud Iulianum antecesſorem) quaſdam concubinas comparat quodammodo vxoribus, quæ ſine dotalium tabularũ ſolennitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum eſt quod ſcripſit B. Auguſtinus in libro de bono coniugali, & refertur infra 32. q. 2. c. ſolet. In quibus hæc tria erant neceſſaria: primum, vt vterque eſſet ſolutus: deinde fides mutua, quòd alteri non iungerentur, neque à procreatione filiorum abhorrerent: tertium, vt vſque ad mortem in ea vita coniunctione manendum ſibi proponerent. Et in his quidem ſcribit B. Auguſtinus poſſe aliquo modo dici, nuptias eſſe, & connubium; quamuis ſic habitam non audeat appellare vxorem; quia non interuenerant inſtrumenta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, vt eſſet legitima vxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & infra. 30 q. 5. c. aliter. Itaque huiuſmodi mulieres, cum non eſſent vxores, vocabantur concubinæ: ſed ob illa tria, ac præcipue, quòd in affectu maritali permanere ſtatuerant, permittebatur ipſis communicare; habebanturque tamquam vxores minus ſolenniter ductæ. Et hoc eſt, quod hic, & in ſequenti capite dicitur, pro vxore, & loco vxoris habere concubinam: Idque Gratianus ipſe ad finem capitis antecedentis. §. concubina. indicauit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiam ſi filiorum procreandorum cauſa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod aſſerit idem B. Auguſtinus, c. audite. infra ead. & in eodem libro de bono coniugali, c. concubina, infra 32. q. 2.*

† a. conſonantia

Item Iſidorus de diſtantia † noui & veteris teſtamenti.

De eodem. C. V.

Iuo p. 8 c. 66.
Pann. l. 6. c. 50.

CHriſtiano[f] non dicam plurimas †, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi vnam tantum aut vxorem, aut certe loco vxoris, (ſi coniunx deeſt) concubinam.

[*Ex dictis Auguſtini in lib. 50. homiliarum, homilia 49.*]

PALEA. C. VI.

Burc. l. 9. c. 15.
Polyc. l. 6. tit. 8.
Iuo p. 8. c. 153.
Pann. l. 6. c. 43.

AVdite chariſsimi mẽbra Chriſti, & matris catholicæ eccleſiæ filij. Quod dico competentibus * & fidelibus, audiãt pænitentes. Quod dico fideli-

CONCVBINA. CASVS. Dicitur hic quod in præcedenti diſt. accipitur concubina, quæ cognoſcitur vxoris affectu: ſed nõ fuit ducta cum ſolennitate: & talem lex concubinam vocat. Duo ſequentia capitula plana ſunt.

a ¶ Concubina.] hic reſpicit id quod dixi §. proxi. diſt. cap. 1.

b ¶ Aſciſcitur.] id eſt amplectitur.

c ¶ Lex. 1] Canonica. vt infra cap. proxi. vel etiam lex ciuilis: quia concubinatus à lege nomẽ accepit, vt ff. de cõcu. in concubinam.

1 Nam & canon lex appellatur. 31. diſt. Nicæna. Arch.

d IS qui.] 30. q. 5. aliter. cõtra. Sed ibi loquitur quando non conſtat de mutuo conſenſu.

e ¶ Cõiunctione.] ſecundum leges ita eſt, quod ſi impares ſunt perſonæ contrahentiũ, non præſumit matrimonium, niſi dotalia inſtrumenta interuenilſe. C. de nup. imperialis. §. Imo. & illud ff. de do. donationes. ſecus ſi pares. ff. de ritu nup. in liberæ. ſecundum canones ſemper præſumitur adulterium niſi appareant legales ſolẽnitates, vt 30. q. 5. aliter 2. extra de clande. deſpon. cum inhibitio.

2 De hoc not. ead. q. noſtrates. in fi. & 3. q. 4. conſanguineorũ. in prin.

f CHriſtiano] ¶ Concubinã.] id eſt, mulierem non ſolenniter ductam: ſi tamẽ mutuus cõſenſus interuenit. aliàs concubinã non licet habere, vt 32. q. 4. nemo 3.

3 Et 35. q. 3. de conſanguinitate. nam nulli fornicari licet. 88. diſt. fornicari. Hu.

CETERVM.

¶ Cum hoc tex. concordat Alex. & Imo. in l. 86 ſi poſt tres. circa prin. ff. ſi qs cau. & gl. in authẽ. de triẽ. & ſe. §. & quia ſæpe. in ver. filiorum. & ibi no. Ange. col. 3. ad hoc quod dictio, plurimas, importet numerũ triũ. Item adde Bar. in l. ſi gemmæ 2. ad fi. ff. de aibo. ſus, ea.

bus, dico & competentibus & pænitentibus. Audiant catechumeni; audiant omnes, omnes timeant; nemo contemnat: ſit mihi in conſolationem veſter auditus, ne vobis ſit in teſtimonium dolor meus; Competentibus dico, fornicari vobis non licet: ſufficiant vobis vxores [c]: audiat Deus, ſi vos ſurdi eſtis: audiant Angeli, ſi vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet: & ſi non habetis vxores; tamen non licet vobis habere concubinas, quas poſtea dimittatis, & ducatis vxores: tanto magis damnatio vobis erit, ſi volueritis habere vxores & concubinas.

a ¶ Competentibus.] *Hoc loco verba ſunt ex originali in ſuum ordinem reſtituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Auguſtinus in ſermone ad competentes; atque intelligi etiam poteſt ex eodem B. Auguſtino alibi, & ex alijs.*

c ¶ Vxores.] *In hac præcipue parte non ſunt relata propria verba B. Auguſtini; ſed nonnulla omiſſa, ac mutata. Nam ipſe ita ſcribit:* Sufficiant vobis vxores, aut nec vxores: concubinas vobis habere non licet: Audiat Deus, ſi vos ſurdi eſtis: audiant Angeli eius, ſi vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: ſi audiant competentes, quod dico fidelibus, non habetis vxores, non licet vobis habere concubinas, quas poſtea ducatis vxores; quanto magis damnatio vobis erit, ſi habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis?

§ *Ceterum, ſi nõ talis concubina fuerit, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incõtinentiæ ſuſpicionem auferre dinoſcitur, apoſtolica conceſſione ad ordinem diaconatus promoueri poteſt.*

Vnde Pelagius Papa ſcribit Florentino † epiſcopo. † al. Florẽtia

¶ Qui poſt mortem vxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittitur. C. VII.

Anſel. l. 7. c. 68. al. 73. Poly. l. 2. tit. 1.

FRaternitatis tuæ relatione ſuſcepta, eius latorem ſecundas quidem nuptias expertum non fuiſſe didicimus; caſtitatem tamen cum † priori non ſeruaſſe coniugio deſignaſti. Et quamuis multa ſint, quę in huiuſmodi caſibus obſeruari canonice iubeat ſublimitatis † auctoritas: tamẽ quia defectus noſtrorum temporum, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur [a] in omnibus manere cenſuram, & ætas iſtius de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dinoſcitur; vt ad diaconatum poſsit prouehi, temporum, vt dictum eſt, conſcendentes defectui conceſsiſſe nos noueris. *& infra.* ¶ Micenam † vero ancillam eius, de qua ſe poſt tranſitum vxoris filios habere confeſſus eſt, iubemus, vt tua diſpoſitione cuiquam monaſterio continentiam profeſſura [b] tradatur [γ].

† al. cum

† al. ſubtilitatis

† al. Micinam

γ ¶ Tradatur.] *Apud Anſelmum ſequitur:* vt meliori ſorte [illegible] quod promouetur officium, ſub bonæ poſsit famæ merito miniſtrare; nec aliqua opinionis eius maculandæ relinquatur occaſio; *neque aliter in Polycarpo.*

Hoc ex diſpenſatione miſericordiæ: ceterum ex rigore diſciplinæ intelligitur illud [δ] Aurelianenſis concilij.

δ ¶ Aurelianenſis.] *hæc ad verbum habentur in conc. Gerundenſi, c. 8.*

CETERVM. Hæc eſt tertia pars diſtinctio. in qua dicitur, quod vero cõcubinatio ex cauſa poteſt diſpenſari. Ioannes de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra, quod ſi quis præter vxorem habuit vxoris affectu concubinam, promoueri non poteſt: ſed ſi fornicariam habuit, nec habetur ſuſpectus de incontinẽtia in futuro, poterit promoueri.

FRaternitatis.] CASVS. Clericus quidam mortua vxore in ſubdiaconũ eſt promotus, qui ſecundas nuptias non contraxit, verumtamen cũ Micena ancilla ſua fornicationem cõmiſit: modo volebat in diaconũ ordinari: vnde quæſiuit Florentinus eps an poſſit? Et reſpondet Pelagius Papa quod ſic, duabus rationibus. Vna eſt, quia defectus noſtri temporis non patitur rigorem antiquorum canonũ valere: & quia ætas iſtius ſubdiaconi ſuſpicionẽ incontinentiæ à ſe remouere videtur: Micena vero ancilla, de qua cõfeſſus eſt filios habuiſſe, monaſterio tradatur. Plana ſunt quę ſequuntur vſque ad §. quod ergo.

a ¶ Nõ patitur.] Ecce caſus vbi plus iuris habet luxuria quam caſtitas: quia caſtus repelleretur ſi cõtraxiſſet cum ſecunda, ſed fornicator non. ad idem facit extra de biga. quia circa. Item per iſtud cap. quidam dicunt derogatum eſſe illi 25. diſtin. cap. vlti. quia cũ iſtud ſit æquitas & illud rigor, merito æquitas præponitur rigori, vt 45. diſtinct. licet. 50. diſtin. pōderet. extra de fur. cap. vlt. C. de iud. placuit.

b ¶ Profeſſura.] alibi dr quod debet vendi, vt 81. diſ. quidã. alibi dr quod redigitur in ſeruitutem, vt 32. diſt. cos. Sed dic quod diuerſitas pœnarũ epiſcopo dat [illegible] optio-

Luxuria quãdoque plus iuris habet quam caſtitas.

Immo fuit diſpenſatum, vt §. pater, & §. proximo & not. 5. di. proxi. c. 1.

1 De hoc no. 21. q. 2. in ſumma. Religionẽ quandoq; cogitur quis intrare.

optionẽ 1. vt extra de off. deleg. de cauſis. Vel diſtinguas an ſint publice ductæ quaſi vxores, vel non. 15. q. vlt. cũ mulier. Sed qualiter p̃cipitur iſti intrare religionem, cũ hæc res nõ ſit p̃cepti, vt 32. q. 1. integritas 1 Dic q̃ rõne delicti cogiẽ intrare monaſteriũ q̃nque aliquis ad agendam. ſeruant: vel quia corrupit eam cum qualibus non tractum, vel meretricari non ceſſant, licet in vxorem ducantur. & hoc probatur per cap. quæ ſequuntur.

b ¶ Meretricari.] hæc ratio non valet: quia nunquam maritus corruptæ promouetur.

¶ Non admittatur ad clerum, qui præter vxorem, aliam cognouerit. C. VIII.

Burch. l. 2. c. 38. Iuo p. 6. c. 139.

SI quis de laicis poſt vxorem, aliam cuiuſcumque conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus [a] admittatur.

4 *Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium ſcribitur; propter ſpem futuræ incontinentiæ conſtitutum creditur: quia difficile continentiam ſeruat, qui ſe illicito concubitu maculare non metuit. Vel* † al. & *prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitatis amiſerit, vel quia meretricari* [b] *non deſinit, licet in vxorem ducatur. Vtrumque enim, impedimentum cuilibet præſtat, quominus ad ſacros ordines pertingere valeat.*

Vnde Hilarius Papa in ſynodo Romana, c. 2. ſcribit dicens.

¶ Qui virginem non duxit vxorem, ad ſacros ordines non accedat. C. IX.

Anſel. l. 7. c. 12. al. 15. Pann. l. 3. c. 50.

† Cauendum] orig. † gradus] orig.

CVrandum † ergo in primis eſt, ne ad ſacros ordines † (ſicut geſtis prioribus ante præſcriptum eſt) quiſquã, qui vxorem non vriginem duxit [c], aſpiret.

† forte] Syllacino

Item Gregorius vrbis Romanæ præſul Squilatino † Epiſc. lib. 2. epiſt. 25.

¶ Bigamus, vel pænitens, corpore vitiatus, litteras ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. C. X.

Anſ. l. 7. c. 35. al. 42. Poly. l. 2. tit. 31. Iuo p. 8. c. 288.

† al. pænitẽtẽ. al. publice pænitentem. al. ſolenniter pænitentem

PRæcipimus, ne vnquã illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginem nõ eſt ſortitus vxorem, aut ignorantem litteras [d], vel in qualibet parte corporis vitiatum [e] vel pænitentiæ † vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium ad ſacros ordines permittas accedere: ſed ſi quos [f] huiuſmodi repereris, non audeas promouere.

Item in Neocæſarienſi concilio, c. 8.

¶ Non fiat ſacerdos, cuius vxorem euidenter conſtat adulterium admiſiſſe. C. XI.

Anſ. l. 7. c. 19.

SI cuius vxorem adulterium commiſiſſe, cũ eſſet laicus, euidenter fuerit comprobatum; hic ad miniſterium eccleſiaſticum admitti [g] non poteſt. Quòd ſi in clericatu iam

CVrandum.] CASVS. In hoc cap. dicit q̃ ad ſacros ordines p̃moueri non poteſt qui vxorem virginẽ ſortitus non fuerit.

c ¶ Virginem duxit.] 30. q. 5. qualis.

PRæcipimus.] CASVS. Septẽ genera hominũ in hoc cap. enumerantur, qui à p̃motione repellunt, vt bigamus, &c.

d ¶ Ignorantem litteras.] ſcilicet prorſus, vt 36. diſt. illiteratos 5.

5 Et 1. q. 1. § ecce ſi clericus. ver. hoc. ſol. extra li. 6. de tempo. or. nullus. ver. pœna imponitur talem ordinanti.

e ¶ Vitiatum.] enormiter.

f ¶ Sed ſi quos.] ſcilicet ordinatos ſupple. aliter idem repeteret.

SI cuius.] CASVS. Aliquis accepit virginem in vxorẽ: ipſa poſtea adulteriũ cõmiſit: quærebatur vtrũ talis deberet p̃moueri, vel remanere in ordine iam ſuſcepto. Et reſpondet q̃ ſi laicus eſt, nõ põt poſtea ad eccleſiaſticũ ordinẽ promoueri: ſi clericus eſt, dimittat eam: alioquin ſit à miniſterio alienus. Idẽ eſt ex toto caſu ſequentis capituli.

g ¶ Admitti.] Sed nonne hic videtur nimius rigor, q̃ aliquis ſine culpa ſua puniatur 4? Propter hoc intelligunt quidam quod hic dicitur, quando maritus patronus eſt turpitudinis, & leno: ſed certe tũc repelleretur p̃pter p̃priũ delictũ, vt 32. q. 1. cap 1. & c. Dic ergo q̃ ideo p̃hibetur, quia eſt maritus corruptæ: etiã ſi non cognouit eam poſt adulterium perpetratũ, promouetur, vt ĩ. ea. cap. vlt. Sed pone q̃ vir accuſet vxorẽ de adulterio: nunquid pendente accuſatione tenet ei reddere debitum, ſi talis eſt qui vult p̃moueri? Dicũt quidã q̃ non: q̃a ſi reddit, fit ei præiudiciũ: ſicut nec cogitur reddere debitũ ei quam audiuit eſſe ancillam, vt extra de coniugio ſeruorum, propoſuit 5. Sed tamen ibi alia ratio eſt: quia cum ſerua non eſt matrimonium, ſed hic eſt matrimonium. vnde melius videt q̃ ſibi præiudicet cognoſcendo eã, quàm q̃ illi iniuriã faciat, ſcilicet denegando ei debitum & ſm hoc ſequitur q̃ aliqs punitur ex eo qđ tenet facere ex neceſſitate, & eſt contra id 23. q. 4. Nabuchodonoſor 6. vbi dicitur q̃ nemo puniẽdus eſt ex eo, quod neceſſe habet facere.

4 Sub. quod fieri nõ debet. vt videtur 16. q. 7. inuentum 56. diſtin. ſatis. 74. di. geſta. Archid. Maritus ſine metu bigamiæ an vxori debitum reddere poſſit pẽdente accuſatione adulterij.

5 Vbi de hoc. & extra d adul. c. vlti. ibi videas.

6 Aliàs incipit. vaſitæ.

dã pænitentiã. vt 50. diſt. ſi ille. & 81. diſt. ſi quis clericus vel expone, iubemus, id eſt, conſulimus.

a SI quis. ¶ Nullatenus.] Hic de ſtricto iure loquitur, vt 2 illud 25. diſtin. primum.

Sub. & il d. 1. q. 7. quis omnium.

QVOD ERGO. Hæc eſt quarta pars huius diſtin. in qua probat per ſex auctoritates ſanctorum patrum, q̃ nullus epiſcopus debet ordinare bigamum, vel viduæ maritum, illitteratum, pænitentẽ, obnoxium curiæ; nec illum qui cognouit vxorem ſuam poſtquam ſciuit illã adulteram. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictũ eſt ſ. in cap. fraternitatis. q̃ ille, qui fornicatus eſt, põt promoueri. ſed quia videbatur cõtrium ei quod dictum eſt ſ. in 33. diſt. in ca. maritũ. & cap. laici. ideo conſtitutũ eſt q̃a tales cũ difficultate continentiã

Item ex hoc ſequeretur q aliquis pro vno facto mereretur pœnam & præmium: quod eſt contra id 8.q.1.ſcitdum. Item ex hoc ſequitur, q aliquis pro vno facto & meretur & demeretur: quod eſt contra id ff. de neg. geſt. ſiue. meretur enim dum cognoſcit vxorem, vt 33.q.5. ca.1. Et q vna res habet contrarios effectus: quod eſt contra id ff. de ſol. qui homi nem. §. vlti. Ioan. Poſſet tamen dici quòd ſi maritus reddat debitũ vxori corruptæ, non præiudicet ſibi quin poſſit promoueri: quia tunc potius dicitur cognoſci ab vxore, quàm cognoſcere ipſam, vt 32.q.5. ita ne. ſicut nec facit ſibi præiudicium qn poſſit eã accuſare de adulterio: licet ſit arg. 33.q.1. ſi quis 1. ff. ſol. mat. cũ mulier. ff. de adul. ſi vxor. §. vlti. quid iuris ſit de hoc, in quæſtione nonaui, ibi. Videas, &c. Poſſet tñ probabiliter dici, q ſibi præiudicat quo ad legem promotionis, quæ factum ſolum requirit, nõ quo ad legem Moſaicam, vt 15.q.1. §. fin. non obſtat q inuitus hoc fecit, vel paſſus fuit. arg. 26. diſt. acutius. hoc totum determinat decre. extra vt lite pen. c.2. Barth.

1 De hoc ead. q. c. 1. & 33. q. 2. placuit.

5. clericos autem non aliter ordinari. coll. 9.

b ¶ Laicus.] Ideo dicit de laico, quia minus videretur de eo: vel ideo quia ſi clericus hoc faceret, non ſolum non promoueretur, ſed omni priuilegio eccleſiaſticæ dignitatis priuaretur, vt 84. diſtin. quiſquis.

eo cõſtituto, adulterauit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius conſortium velit, non poteſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinũ Bracarenſem, cap. 28.

¶ De eodem. C. XII.

SI laici † vxor in adulterio fuerit deprehenſa, hic talis ad miniſterium eccleſiaſticũ nullo modo adducatur. Si autem poſt ordinationẽ alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipſa voluerit permanere, à miniſterio alienus ſit.

† *alicuius laici*] orig.

Præmiſsis auctoritatibus bigami, & qui virgines non ſunt ſortiti vxores, à ſacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur, ſi quis ante baptiſma viduam duxerit vxorem, an propterea ſit prohibendus à ſacris ordinibus.

De his ita ſcribit Innocentius Papa Victricio Rothomagen. epiſcopo, epiſtola 2. c. 5.

¶ Qui ante baptiſma, ſeu poſt baptiſma viduã duxit vxorem, non admittatur ad clerum. C. XIII.

SI quis [a] viduam (licet laicus [b]) duxerit vxorem, ſiue ante baptiſmum, ſiue poſt baptiſmum, non admittatur ad clerum: quia eodẽ vitio [c] videtur excluſus. In baptiſmo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur. *& infra.* ¶ Quòd ſi non putatur vxor eſſe computanda, quæ ante baptiſmum ducta eſt, ergo nec filij, qui ante baptiſmum geniti ſunt, pro filijs habeantur.

Anſ. l. 7. c. 11. Iuo p. 6. c. 35.

C. 6. eiuſdem epiſt.

Prohibentur etiam bigami à quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambroſii epiſt. 82. ad Vercellenſem eccleſiam.

¶ Qui ſecunda coniugia ſortitur, clericus non fiat. C. XIIII.

COgnoſcamus nõ ſolùm hoc de epiſcopo, & presbytero [d] Apoſtolum ſtatuiſſe; ſed etiam Patres in cõcilij † Nicæni tractatu addidiſſe [e], neque clericum quemquã debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſortitus ſit.

Iuo p. 8. c. 290. Pann. l. 6. c. 63.

† *concilio Nicæni tractatus*] orig.

5 *Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non poſſunt.*

Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 18. legitur.

SI laici.] PRAEMISSIS. CASVS. Ex ſupradictis infert Gratianus, q bigami, & qui virgines nõ habuerunt vxores: promoueri non poſſunt. Nũc incidenter quæritur an ille, qui ante baptiſma viduam duxerit vxorem, poſſit promoueri: & probatur quòd non, per ſeq. c.

SI quis viduam.] CASVS. Quidam dicebat, quòd ſi quis ante baptiſma viduã duxerit in vxorem, q propter hoc non debet repelli à promotione: quia illa vxor non reputatur. quare Victricius Rothomageñ. epiſcopus quæſiuit an hoc eſſet verum? Et reſpondet Inno. ſiue ante baptiſma, ſiue poſt viduam duxit vxorem, repelli debent à promotione: quia eadem cauſa videtur excluſus qui ante baptiſma duxit eam, qua is qui poſt baptiſma. Nam in baptiſmo vitia dimittuntur, & non conſortium vxoris: alioquin qui ante baptiſma nati ſunt, non debent filij reputari. Omnia quæ ſequuntur vſque ad cap. ſi ſubdiaconus. per te videre potes.

a ¶ Si quis.] hoc bene habes in Authen. de ſan. epiſc.

c ¶ Vitio.] id eſt defectu 2. ſi. 56. diſtin. quia ſimpliciter. & 26. diſt. acutius.

d COgnoſcamus. ¶ Et presbytero.] ſupple & diacono. 81. diſtinct. c. 1. ¶ Addidiſſe.] Augu. tamẽ dicit quòd ſecundum interpretationem Apoſtolus intellexit 3 de quolibet ordine, vt 81 diſt. c. 3.

SIMILITER. Hæc eſt 5. pars diſtinct. in qua dicit, quòd qui contrahit cum ancilla, vel cum ioculatrice, non poteſt fieri epiſcopus vel presbyter. Ioann. de Fan.

a ¶ Si quis.] ¶ Ancillā.] Sed quare hic prohibetur, vel tamen eo ipſo q aliquis ducit ancillam ſuam in vxorem, ipſa libera efficiatur? vt C. de la. li. tol. authen. ad hoc. & C. de oper. lib. libertæ. ſimiliter tenet matrimonium cum aliena ancilla, vt 29. q. 2. cap. 1. & 2. Reſpondeo propter prærogatiuam ſacerdotij. Vel ideo quia non videtur ibi eſſe plenum matrimonium, vt 32. q. 2. ſicut non omnis. & ideo non videtur ibi eſſe plenū ſacramentum [t]. Vel hoc ideo contingit: quia vilis perſona præſumitur quæ contrahit cum ancilla.

Ancilla cū domino ꝯtrahens libera efficitur.

¶ Spectaculis publicis mancipatam, vel eiectam, vel ancillam ducens vxorem, diaconus non fiat. C. XV.

SI quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam [a], vel aliquam de iis, quæ publicis ſpectaculis mancipantur: non poteſt eſſe epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſeruiunt.

6 *Quæ autem ſit vidua, quæ eiecta, vel meretrix, Hieronymus epiſt. 128. ad Fabiolam de veſte ſacerdotali oſtendit dicens.*

¶ Quæ ſit vidua, vel eiecta, vel meretrix. C. XVI.

Iuo p. 8. c. 297. Pann. l. 6. c. 68.

VIdua eſt [b], cuius maritus [c] eſt mortuus: Eiecta eſt, quæ à marito viuente proiicitur: Meretrix [d], quæ multorum [e] libidini paret.

Apud Martinū Braca. c. 44. Ex concil. Toletano 1. c. 4.

7 *Sed poſtea temporum defectui condeſcendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos conſtitui permiſit, non † regulam præfigendo, dicens.*

† Hæc verba, *non regulam præfigendo*, abſunt ab aliquot exemplarib.

¶ Inter lectores, vel oſtiarios deputetur ſubdiaconus ſecundam ducens vxorem. C. XVII.

SI ſubdiaconus [f] ſecundam vxorem duxerit, inter lectores [g] vel oſtiarios habeatur, ita vt Apoſtolum non legat.

Neceſſitate tamen exigente bigamus vſque ad ſubdiaconatum poteſt promoueri.

Vnde Martinus Papa ait.

Ibidem. c. 43. Ex concil. Tole. 1. c. 3.

¶ Viduam ducens vxorem, ſubdiaconus, ſi neceſſitas exigat, fieri poteſt. C. XVIII.

LEctor, ſi viduam alterius, vxorem acceperit, in lectoratu permaneat; aut ſi forte neceſſitas ſit, ſubdiaconus fiat [h]; nihil autem ſupra. Similiter & ſi bigamus fuerit.

Diſpēſatio vtrum poſſit cum bigamo fieri.

8 *Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis intereſſe.*

Vnde in Agathenſi concilio, cap. 39. legitur.

¶ Nuptiarum conuiuiis presbyteri intereſſe non debent. C. XIX.

Burc. l. 2. c. 134. Iuo p. 6. c. 208. Poly. l. 4. tit. 31.

PResbyteri, diaconi, ſubdiaconi, vel deinceps, quibus

[t] Id eſt, tale matrimoniū nō videtur plene deſignare Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, ſm Lau. & Hu.

b ¶ VIdua eſt.] Vt hoc melius intelligas, dic q vidua dicitur quæ à viro idua, id eſt, diuiſa vel ſeparata eſt. Nā iduo, as, dicitur ſeparare vel diuidere. & dicitur ſic ab idus quod eſt diuiſio vel ſeparatio, ſecundum Pol. & dic vidua, ſcilicet ex cuius copula quis impeditur, Hug. Ioan. de Fan.

c ¶ Maritus.] qui in eam geſſit maris ſitum, eam carnaliter cognoſcendo. Laur.

d ¶ Meretrix.] alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publice venalis eſt. 32. q. 4. meretrices [z].

e ¶ Quæ multorum.] quæ admiſerit plures quàm 23. millia hominum. vt 45. diſt. diſciplina. vel quæ admiſit 60. vt extra de clerico excomm. cap. latores.

SED POSTEA. Hæc eſt vij. pars huius diſ. in qua ponit quomodo olim cum bigamis diſpenſatum fuit, vt ſubdiaconi eſſent. Ioan. de Fan.

SI ſubdiaconus.] CASVS. Quidam promotus ad ſubdiaconatum ſecundam duxit vxorem, quærebatur quam pœnā pati deberet? Et reſpondet Martinus papa, q debet redigi inter minores ordines: epiſtolam vero poſtea legere non debet. Sequens autem §. patet.

f ¶ Si ſubdiaconus.] collige caſum ex eo, quod habetur ī. 31. diſt. §. ſimiliter. in fine.

g ¶ Inter lectores.] hoc ex diſpenſatione, ſed de iure communi perdit priuilegium clericale, vt 84. diſtin. quiſquis. ideo ſit hoc ex diſpenſatione, q remanet in ſacris minoribus ordinibus.

LEctor.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi aliquis in minoribus ordinibus conſtitutus viduam duxit in vxorem, vel bigamus fuerit, ex diſpenſatione poterit ad ſubdiaconatum promoueri, aliàs non.

h ¶ Fiat.] Sic ergo Papa [*] diſpenſat contra Apoſtolum, vt hic, & 32. diſt. presbyter. Innocētius tamen dicit, q non licet diſpenſare cum bigamo, vt extra de bigamis, nuper. & hoc idem dicit Martinus. 50. diſt. ſi quis viduam. Lucius tamen diſpenſauit cum Panormitano archiepiſcopo, q fuit bigamus. Item habes hic, q licet ſit diſpenſatum in vno ordine, non ideo intelligitur diſpenſatum in ceteris, vt 12. diſt. nos conſuetudinem. & 50. diſt. quicumque pœnitens. ſic diſpenſatur in primo matrimonio, & non in ſecundo, vt 56. q. 2. ſi autem.

[z] Adde gl. de ſpon. inter opera. glo. & Cyn. in leg. mercalem. C. de con. ob tur. cauſā. Bal. in l. neque natales. C. de prob.

[*] *Non eſt abſurdum quo ad ius poſitiuū. Vide B. Thom. 4. diſ. 2. q. 3.*

PResbyteri.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd illi quibus non eſt licitum contrahere matrimonia conuiuiis nuptiarum intereſſe non debent, ne propter motus obſcœnos & turpia cantica viſus & auditus eorum contaminentur.

a ¶ Etiam alienarum.] Et ſi clerici fuerint in aliquo conuiuio, & aduenîant ioculatores, ſurgant, & recedant de menſa, vt de conſec. diſtin. 5. non oportet.

VIDVA. CASVS. Dictum eſt ſupra q qui viduam habuit vxorem, repellitur à promotione. Nunc vero dicit, q vidua eſt cuius vir poſt copulam carnalem eſt defunctus. Verumtamen ſi antequam cognoſcatur à viro ſuo, mortuus fuerit vir eius, non debet propter hoc vidua appellari, licet traducta fuerit & velata. Et ſi quis cum tali contraxerit, non repellitur à promotione. quod probatur ſeq. cap.

gulæ, oportet ordinandum non eſſe vinolentum, ſed ſobrium. & introducit multa in commendationem abſtinentiæ, & in reprobationem ebrietatis. interſerit etiam de pœna illorũ, qui frequenter indulgent ebrietati, & dicit q minores corporaliter puniantur, maiores poſt admo-

ducendi vxores licentia [a] non eſt, etiã alienarũ [a] nuptiarum euitent conuiuia, nec his cœtibus miſceãtur, vbi amatoria cantantur, & turpia; aut obſcœni motus corporum choreis, & ſaltationibus efferuntur, ne auditus, aut obtutus ſacris myſterijs † deputati turpium ſpectaculorum, atque verborum contagione polluantur. † al. miniſterijs

a ¶ Licentia non eſt.] *In codicibus impreſſis legebatur*, licentia modo non eſt. *Expuncta eſt dictio*, modo. *quæ neque in originali, neque in vetuſtis exemplaribus Gratiani, aut Burchi. Imo ne, concilio Venetico. c. xi. (vbi hoc idem reperitur) habetur, Ac presbyteris quidem numquam, ne apud Græcos quidem, licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda eſt, ſi poſt ſolemne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro ſuo diuiſa fuerit. Ceterũ, ſi antequam conueniant, fatali neceſſitate ab alterutro diuiſi fuerint; licet ex ſponſalibus vxor ſit appellata, non tamen poſt mortem ſponſi, etiam ſi in propria ſit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur, nec ex eius copula à ſacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa ſcribit.

¶ Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, vxorem duxit, ſacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

VAlentino [b] clerico, cui mulierem cum alio ante velata, non tamen ei nupta, ſed virgo permanens, poſt mortem eius, cum quo velata erat ſponſa †, coniugali eſt copula ſociata, quia iterum † velamen accepit, nullum in promouendo generetur obſtaculum, quia nihil eſt (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet inſtitutis. Simile 27. q. 2. c. quod autē. §. item ſi ſponſa. Iuo p. 6. c. 113. † al. ſponſo † al. interim

VAlentino.] CASVS. Valentinus duxit quamdam in vxorem, quæ antea fuit alteri deſponſata, & cum illo velata: ſed non fuit ab eo cognita, quia fuit morte præuentus, & ſic virgo permanſit. Dicitur hic, q propter hoc Valentino nullum impedimentum generatur, quin valeat promoueri poſt mortem vxoris, vel ea viuente de conſenſu ipſius.

b ¶ Valentino.] hunc caſum habes extra de biga. debitum.

DISTINCTIO XXXV.

A Quibus.] CASVS. Dictum eſt ſupra à quibus ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum bigami reputentur q ante baptiſmũ vnã, & poſt baptiſmum alteram, vxores habuerunt, & an liceat ſortiri vxores in ſacris ordinibus conſtitutis. In hac vero 35. diſt. proſequitur Gratianus tertium cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ordinandũ nõ eſſe vinolentum, ſed ſobrium; quia in vete. teſtam. miniſtris templi prohibebatur vinum & ſiceram bibere, ne propter ebrietatem corda eorum grauarentur: & quia venter mero æſtuans deſpumat in libidinẽ. & hoc, pbatur exemplo Noe, & exemplo Loth: & dicit q vinolentus eſt qui frequenter vino repletur. Sequitur cap. pater.

A *Quibus* [c] *ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum reputentur bigami, qui ante baptiſmum habuerunt vnam, & poſt baptiſmum alteram, & an liceat ſortiri vxores in ſacris ordinibus conſtitutis, multorum auctoritatibus breuiter monſtratum eſt.* Prima Tim. 3. & in gloſſa ad eũ locum habẽtur hæc omnia ex Hiero. epiſt. 83.

¶ *Sequitur autem in deſcriptione illa Apoſtolica, vt ſit ſobrius, qui ordinandus eſt, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris teſtamenti introductum eſt. Miniſtri enim tẽpli prohibentur vinum, & ſiceram bibere, ne ebrietate grauẽtur corda eorum, & vt ſenſus eorum vigeat ſemper, & tenuis ſit, vel quia vẽter* [d] *mero æſtuans facile deſpumat in libidinẽ. Vnde Noe in ebrietate nudauit fœmora: Loth, quẽ Sodoma nõ vicit, vina vicerũt.* ¶ *Quod tamẽ* † *vinolẽ-* 1. Tim. 3. Leuit. 10. ʃ. ead. c. venter. Gen. 9. & 19. Gl. interlinearis. 1. Tim. 3. † al. autem

c ¶ A quibus.] Hic agitur de tertio cap. apoſtolicæ re-

admonitionẽ xxx. dieb⁹ cõione priuẽtur, vt. ʃ. ea. c. vlt.

d ¶ Quia venter.] pinguis venter groſſum generat ſenſum. ea. diſt. §. ſi ergo.

a ¶ Epiſco-

Clerici ludere aut luſores ſpectare non debent. Ludo perditū an repeti poſſit.

a ¶ Epiſcopus.] ¶ Alea.] Clerici non debent ludere, vel ludibus intereſſe, vt extra de vi. & ho. cler. clerici. nec participes erunt ludentibus, nec inſpectores ludi, vt in Auth. de ſac. epiſco. §. interdicimus. coll. 9. Sed numquid poteſt repeti id, quod in alea perditur? Dicūt qui-

d ¶ Priuetur.] aut verberetur, vt infra ea. cap. vlt.

AB exordio.] CASVS. In hoc cap. triplex ſtatus humani generis denotatur. Nā à principio mundi carnes nō comedebamus, nec dabamus libellū repudij, nec circūcidebamur. poſt diluuium vero data lege vinū cū carnibus eſt aſſumptū & repudij duritia eſt conceſſa, & cultellus circumciſionis eſt datus. Poſtquam vero Chriſtus venit, ω reuolauit ad α, id eſt, finis ad principium: quia hodie non circumcidimur, nec damus repudij libellū, nec carnes omni die comedimus dicente Apoſtolo, Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.

tus eſſe prohibetur, non ſemel, ſed frequenter vino repletus debet intelligi.

Hinc etiam in canonibus Apoſtolorum can. 43. & 42. legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & epiſcopus ebrietati, & aleæ deſeruientes, niſi deſierint, deponantur †. C. I.

† communione priuentur.

Burc. l. 14. c. 5. Polyc. l. 6. ti. 17. Iuo p. 13. c. 73. Pan. l. 3. c. 170. Rab. pæn. c. 18.

† καθαιρείσθω. i. deponatur

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ [a], atque ebrietati deſeruiēs [b] aut deſinat [c], aut certe damnetur †. Subdiaconus, aut lector, aut cantor ſimilia faciēs aut deſinat, aut communione priuetur [d]. Similiter etiam laicus.

Item Hieronymus libro primo contra Iouinianum.

¶ Eſus carnium, & vini potus, poſt diluuium conceſſus legitur, poſt Chriſti aduentum inhibitus. C. II.

AB exordio conditionis humanæ nec carnibus [e] veſcebamur, nec dabamus repudiū, nec præputia nobis eripiebantur in ſignum [f]. Hoc curſu ad diluuium vſque peruenimus: Poſt diluuium autem cum datione legis, quam implere [g] nullus potuit, carnes ingeſtæ ſunt ad veſcendū, & repudia conceſſa duritiæ [h], & cultellus circumciſionis appoſitus, quaſi Dei manus plus in nobis creauerit, quàm neceſſe eſt. Poſtquam autem Chriſtus venit in fine temporum, & ω [i] reuoluit ad α [k], & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus [l] carnes, dicente Apoſtolo: [Bonum eſt vinum non bibere, & carnes non comedere.] Et vinū enim cum carnibus poſt diluuium dedicatū eſt [m].

Matth. 19. Act. 15. Gal. 5. Rom. 14.

Idem lib. 2. contra Iouinianum.

¶ Alienum eſt à ſapiente potationibus & ebrietatibus vacare. C. III.

Prou. 20.

LVxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas; omnis, qui cum his miſcetur, non erit ſapiens.

e ¶ Nec carnibus.] tamen Lamech fuit venator, ſed illud fuit propter pelles, nō propter carnes. 32. q. 1. quomodo.

Lamech fuit venator.

f ¶ In ſignum.] vt per eā fideles diſcerneretur ab alijs. vel fuit ſignū interioris circūciſionis. vel fuit ſignum futuri baptiſmi: quia tūc per circūciſionem tollebantur peccata, ſicut nūc per baptiſmum, vt j. de conſecra. diſt. 4. quod autem apud nos.

Circumciſio quare fiebat.

g ¶ Implere] ℥. diſt. 4. erit contra. Sed dic, quod facile non poteſt impleri. Vel dic quod tunc nullus potuit eā implere quo ad hoc vt adipiſceretur vitam æternam: quia per circumciſionem nō aperiebatur ianua cæli, licet ianua inferni etiam eſſet præcluſa, ſecus hodie per baptiſmū. extra de bap.

Circumciſio, & baptiſmus differunt.

Secundū autem.

quidam 1 quod non, ſed pauperibus eſt eroganda pecunia illa. arg. 14. q. 5. non ſane. cū enim turpitudo verſatur ex parte vtriuſque, melior eſt conditio poſſidentis. ff. de cond. ob tur. cau. l. ſi ob turpem 2. melius credo quod poſſit repeti, vt ff. de aleatoribus. l. vlt. in fi. etiā vſque ad quinquaginta annos, vt dicit græca conſtitutio. C. de religio. & ſump. fun. & de alea. Et ſi quis exiſtens in alea rem ſuam vendiderit, tenetur de euictione, vt ff. qua. rerum actio non da. ſi filio. §. 1. licet autem hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo poteſt ludi. ff. eod. l. vlt.

ff. de cōd. ob tur. cau. vbi autē. hæc fuit opi. Pla. & Iar.

3 Ad hoc extra de cle. peregri. 1. vbi de hoc: ſed cō tra 46. diſt. quoniam. not. 27. 1. nec aliqua. in glo. quod.

b ¶ Deſeruiens.] id eſt, valde ſeruiens, vt illa præpoſitio, de, augmentet. ff. depoſi. l. 1. in princip. quandoque priuat, vt ibi:

Sæpe precor mortem, mortē quoq; deprecor idem.

c ¶ Aut deſinat.] Non ergo pro quolibet delicto ſtatim epiſcopi debēt fulminare, vt vel excommunicēt, vel deponāt 3 ad idem facit 67. diſtin. epiſcopus, & 92. diſtin. cap. vlt. Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

maiores. Vel ideo iſtud dicit, quia contrarietas fuit in lege. cum enim præceptum fuit quod ſabbati die non fieret aliquod opus 4, item præceptum fuit quod viij. die circūcideretur puer 5, potuit contingere quod ſabbatum eſſet dies viij. ab ortu pueri, ſed tamen in hoc non peccabāt, quia excuſabantur propter impoſſibilitatē: ideo autem fuerunt eis data dura præcepta, quia ex ſuperbia eorum dixerunt, non deeſt qui impleat, ſed deeſt qui iubeat 6.

4 Vt Exod. 20. c.

5 Gen. 18.

6 Hoc ſententialiter pōt ſumi de primo lib. regum. cap. 8.

h ¶ Duritiæ,] tamen peccatum erat, vt extra de diuor. gaudemus.

i ¶ Et ω.] quæ eſt vltima littera Græcorum.

K ¶ Ad α.] quæ eſt prima Latinorum, & eſt arg. quod reſtituta re ad priſtinum ſtatum, priora iura reſtituuntur, vt 26. q. 6. ſi quis de corpore 7. ff. de ſer. ruſti. præd. ſi qui. aliàs, & Attilicinus. Itē arg. quod non fit iniuria rei, ſi reſtituitur ad priſtinum ſtatum. ff. de pac. ſi vnus. §. quod & in ſpecie dotis.

7 Vbi de hoc. & facit quod no. 11. q. 7. donatum.

l ¶ Nec comedimus.] id eſt, ſuademus non comedere, conſilium eſt.

m ¶ Dedicatum eſt.] id eſt, in vſum aſſumptum.

Idem in Micheam ad c. 2.

¶ Ignominioſum eſt ſacerdoti affluere delicijs, epulis, atque laſciuiis. C. IIII.

Eccleſiæ principes [a], qui delicijs affluunt, & inter epulas, atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, propheticus [b] ſermo deſcribit, quòd eijciendi ſint de ſpatioſis domibus, lautiſque [c] conuiuijs: & multo labore epulis conquiſitis [d], & eijciendi propter malas cogitationes, & opera ſua. Et, ſi vis ſcire, quo eijciendi ſunt; Euangeliũ lege: in tenebras ſcilicet exteriores [e], vbi erit fletus, & ſtridor dẽtium. An nõ cõfuſio, & ignominia eſt, Ieſum crucifixũ, magiſtrum pauperem atq. eſurientẽ fartis prædicare corporibus? ieiuniorumq. doctrinam rubentes buccas [f], tumentiaq. ora proferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed conuerſationẽ quoque, & abſtinentiam amplectamur.

Michea 2.

Matth. 22.

[*Idem ad Oceanum, epiſtola 83.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

I. Initio diſtin. Hiero. in epiſt. ad Titũ ad c. 1.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Vinolentum ſacerdotem & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui miniſtrant † in templo Dei, prohibentur vinum, & ſiceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorũ. Sicera hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt. *& infra.* ¶ Quidquid inebriat, & ſtatũ mentis euertit, fuge ſimiliter vt vinum. [Nolite, ait Apoſtolus, inebriari vino, in quo eſt luxuria.] *& ſupra.* ¶ Qui altario deſeruiunt, vinum, & ſiceram non bibant. Sponſa [a] Chriſti vinum fugiat vt venenum: vinum & ebrietas incendium eſt.

In epiſt. ad Oceanum.

Leui 10. nu. 6

Ad Nepotianũ.

Epheſ. 5.

Ad Euſtochiũ, epiſt. 22.

† *altario deſeruiunt*] on

[a] ¶ Sponſa Chriſti.] *In epiſtola ad Euſtochium ſic habetur:* Hoc primum moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. *& paulo poſt:* vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium voluptatis.

Item Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 22.

¶ De eodem. C. VII.

Luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

Item Ambroſius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.

¶ In paradiſo abſtinentia, poſt paradiſum edendi laſciuia incœpit. C. VIII.

Sex-

Eccleſiæ principes.] Casvs. Quidam prælati cum populum admonere deberent ad ieiunia ſeruanda, fartis corporibus & rubentibus buccis prædicabãt: contra quos inuehitur Hiero. & auctoritate Micheæ prophetæ probat eos dijciendos à prælaturis ſuis in tenebras exteriores: quas vitare poſſunt, ſi imitentur apoſtolos non ſolum ſermone, ſed etiam vitæ conuerſatione. Quæ autem ſequũtur, plana ſunt vſque ad cap. ſexto die.

a ¶ Principes.] id eſt, prælatos, vt de cõſec. diſt. 1. corpora.

b ¶ Propheticus.] ſcilicet Micheæ.

c ¶ Lautiſque.] id eſt, delicatis.

d ¶ Epulis conquiſitis.] id eſt, terrenis delicijs, quę multo labore quæruntur. de conſe. diſt. 5. ne tales.

e ¶ Exteriores.] id eſt, ex toto extra lucem. argu. 40. diſtin. quælibet.

f ¶ Buccas.] Plenus venter facile de ieiunijs diſputat. 11. q. 2. gloria epiſcopi. Arg. quòd archidiacono cũ viſitat parochias non eſt exilis præſtanda procuratio, vt 10. quæſt. 3. illud. Hoc verum eſt ante viſitationem factam. extra de cenſi. exigit. Grego. X.

Sexto die.] Casvs. Secundum H. capitulum iſtud diuidit in tres partes. In prima parte Ambr. deteſtatur vitium gulæ, & commendat abſtinentiã in cibo: & hoc probat per Adam, qui dum voluit abſtinere à cibo vetito, pſeuerauit in bono. ſed poſtquã nõ abſtinuit, ſpoliatus eſt omni bono gratuito, & vulneratus eſt in naturalibus. In ſecunda parte quę incipit ibi, [Et infra:] deteſtatᷣ ebrietatẽ: & hoc per Noe, qui propter ebrietatem nudatus eſt: ex qua ebrietate ſeruitus eſt ſecuta. & per Loth, qui propter ebrietatem commiſit inceſtum cum duabus filiabus ſuis. In tertia parte, quæ incipit ibi, [At non Abraham,] commẽdat ſobrietatem in vino: & hoc per Abraham, qui angelis hoſpitibus ſuis non vinum: ſed lac appoſuit. Et per Ioannem Baptiſtam, qui nec vinum bibit, nec panẽ comedit. Beneuentanus autẽ ſic ponit caſum. In hoc cap. probat Ambr. vij. rationibus & exẽplis eſſe abſtinẽdum

dum à ſuperfluitate ciborum & vini: quia multa mala inde proueniunt. Prima ratio eſt prin. cap, Secunda ibi, [Vt ſciamus.] Tertiá ibi, [In prin.] Quarta ibi, [Manebat.] Quinta ibi, [Legimus.] Sexta ibi, [At non Abraham.] Septima ibi, [Denique annunciauit.] miniſtrauit angelis ſine vino: & exemplo Ioan. Baptiſtę.

a ¶ Sexto.] a ¶ Sexto die.] id eſt, die veneris. nã Dominico die Dominus cœpit facere mundum, vt 75. diſt. q̃ die. Alij dicunt, q̃ omnia ſimul creauit. vnde Salomon [1] Qui viuit in æternum, omnia ſimul creauit: ſed licet omnia ſimul facta fuerint, non ſimul dici omnia poterant: & ideo ſcriptura vtitur tali diſtinctione, extra de ſum. trin. c. 1.

Die Dominico incœpit Dominus mundũ facere.

1 Eccleſiaſtici 18. c.

Sexto [a] die beſtiæ [b] ſunt creatæ, & cum beſtijs orta edendi poteſtas eſt, & vſus eſcarum. Vbi cibus cœpit [c], ibi finis factus eſt mundi: ibi † cœpit ſua incrementa neſcire, vbi † cœperunt diuina opera circa eum feriari [d]. Quo indicio declaratum eſt, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos deſijt [e] augeri. *& infra.* ¶ Et vt ſciamus non eſſe nouum ieiunium [f], primam illic legem conſtituit de ieiunio. *& infra.* ¶ Eouſque nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non eſſet, quæ prima eſt præuaricatio. Indictum ieiunium, abſtinentiæ lex à Domino Deo, præuaricatio [g] legis à diabolo; culpa per cibum, latebra [h] poſt cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.* ¶ Serpens gulæ perſuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiſo regnantem expulit; abſtinentia ad paradiſum reuocauit [i] errantem. *& infra.*

† vbi] orig. † ibi] orig.

Ibidem. c. 5. ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit: dedit naturam, ſed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori. *& infra.* ¶ Sed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. Semel enim inebriatus eſt Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum † [k] ſuum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas: nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet [l] hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem iam fraternæ prælationis inuidia [m], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læſa pietas [n] eſt, dum ridetur ebrietas [o]. Non illis itaque ſolis nocent vina, quos tentant [p], ſed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus etiam, quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incendium ſodomitarum confugerant, & habitabant in ſpelunca. *& infra.* ¶ Fuit itaque ebrietas origo inceſti, peſſimæ regenerationis partus [q] deterior.

† *inuentum*] vera lectio.

Gen. 19.

Gen. 18. ¶ At non Abraham vina in ſuo conuiuio miniſtrabat: ſed immolabat vitulum: butyrum, & lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoſcebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed rectè illic deerat materia peccati [r], vbi erat remiſſio [ſ] peccatorum.

Matth. 11. Denique annuntiauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens vinum. Qui enim Chriſtum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum.

Item ex concilio Agathenſi, c. 41.

b ¶ Beſtię.] id eſt, animalia in terra. nã quinto die fuerunt creata volatilia & piſces. Gene. 1.
c ¶ Cœpit.] mundus.
d ¶ Feriari.] id eſt, ceſſare.
e ¶ Deſit.] tunc fuit homo ſpoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus. de [illegible] nit. diſt. 1. Adam.
f ¶ Ieiunium.] id eſt, abſtinentia.
g ¶ Præuaricatio.] ſcilicet fuit.
h ¶ Latebra.] quia abſcondit ſe Adam à facie Domini. de pœnit. diſt. 1. & venit.
i ¶ Reuocauit.] arg. q̃ primi parentes ſaluati ſunt, vt de pœni. diſt. 1. ſicut primi. & de conſecratio. diſ. 1. hic duo.
k ¶ Iumentum.] id eſt, carnem ſuã quam paſcit homo quaſi iumentum. Vel dicitur corpus iumentum, quaſi iuuamentum.
l ¶ Non eſſet.] 1. diſt. 1. ius gentium. contra ſed ibi ſoluitur.
m ¶ Prælationis inuidia.] quia Cain interfecit fratrem ſuum.
n ¶ Pietas.] paterna.
o ¶ Ebrietas.] id eſt ebrius.
p ¶ Tentant.] id eſt, inebriant.
q ¶ Partus.] id eſt, effect9. iſtud vult dicere q̃ vinum ex ſe duos producit effectus: primo ebrietatem; deinde inceſtum. & ebrietas fuit deterior effectus vini [1] Vel aliter: ex ebrietate proceſſit ſeruitus. Item ex ea proceſſit inceſtus, qui deterior eſt. Vel illud vult dicere, q̃ filia eſt deterior, quàm mater: quia Moabitæ & Amonitæ, quæ ab illis proceſſerunt, fuerunt deteriores, quàm matres.
r ¶ Materia peccati.] ſcilicet vinum.
ſ ¶ Remiſſio.] id eſt, Deus remittens peccata.

Corpus eſt iumentũ.

Effectus vini eſt duplex.

1 Et ſecundum hoc expone regeneratricis, id eſt, vini quod generauit ebrietatẽ in inceſtũ. Ar.

a ¶ Sexto.] Illud inducitur ad deteſtandam ebrietatem ſiue gulam. Primo, quia per eam degenerauit humana conditio, Secundo, exemplo Noe. Tertio, quia ſeruitus eſt inducta propter eam. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat ſobrietatem exemplo Abrahæ, qui cibũ

ANte omnia.] CASVS. Dictum fuit in concil. Agathen. vt prius à clericis vitetur ebrietas, quàm alea, quæ cunctorum nutrix est vitiorum. ſi quis clericus fuerit inebriatus, ſi eſt in ſacro ordine, xxx. diebus à communione remoueatur: ſi eſt in minorib⁹ ordinibus, verberibus ſubijciatur.

a ¶ Aut corporali.] recipiat 40. ictus: ſed epiſcopus non verberabit clericũ per laicum, vt extra de ſenten. excom. vniuerſitatis. niſi ſit incorrigibilis, vt extra de ſent. excõ. vt fame 1.

Epiſcopus per laicum non verberet clericũ.

¶ Triginta diebus à communione abſtineat clericus, quem ebrium fuiſſe conſtiterit. C. IX.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaque eum quem ebriũ fuiſſe conſtiterit, (vt ordo patitur) aut tringinta dierum ſpatio à comununione ſtatuimus ſubmouendum, aut corporali [a] ſubdendum ſupplicio. Burc. l. 14. c. 11. Iuo p. 13. c. 79.

DISTINCTIO XXXVI.

OPortet [b] etiam ordinandum eſſe prudentem. *Quod contra eos notandum, qui ſub nomine ſimplicitatis* [c] *excuſant ſtultitiam ſacerdotum. Prudentem autem epiſcopum oportet intelligi non ſolum litterarum peritia, verumetiam ſæcularium* [d] *negotiorum diſpoſitione* †. Glo. ordinaria. 1. Timo. 3. † al. diſpenſatione.

Vnde in epiſtola Gelaſii Papæ ad epiſcopos per Lucaniam, c. 18. & 19.

¶ Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

ILlitteratos [e], aut aliqua parte corporis vitiatos [a], vel immminutos [f] nullus præſumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens ſacris nõ poteſt eſſe aptus officijs: & vitioſum nihil Deo prorſus offerri legalia præcepta ſanxerunt. ¶ Similiter qui ſeipſos [g] abſcindunt. Burch. l. 2. c. 18. Iuo par. 6. c. 37. & 75. Pann. l. 3. c. 46. Leuit. c. 22. Ibidem c. 19.

a ¶ Vitiatos, vel.] *Iſta duæ voces abſunt à pleriſque vetuſtis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expreſſa eſt potius ſententia, quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epiſt. ad Iſichium epiſcopum Salonitanum.

¶ Ad ſummum ſacerdotium non aſpiret, qui diuinis ſtipendijs vel diſciplinis non eſt erudi tus. C. II.

QVi eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipendijs [h] eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat; & non ſolum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careãt eo ordine [i]. Infra di. 59. c. 1. Anſel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102.

b ¶ Oportet tigitur.] CASVS. Hic intitulatur 36. diſt. in qua proſequitur quartum c. ſcilicet, oportet epiſcopũ eſſe prudẽtem, quod verum eſt nõ ſolum in litteratura, ſed etiã in ſæcularibus negotijs. Et hoc dictum eſt propter eos, qui ſub nomine ſimplicitatis ſtultitiam ſacerdotũ excuſant. De litteratura tractatur in his tribus diſt. continuis. De peritia vero ſæcularium negotiorum tractatur in 39. diſt.

1 De hoc etiam nota. 23. q. 5. c. 1. in fin.

b ¶ Oportet.] Ab hoc loco vſque ad 40. diſ. oſtendit quam peritiam debent habere clerici: & in hac oſtendit, ꝙ habebunt peritiam litterarum ſacrarum. in prox. diſt. oſtendit, quòd etiam habebunt peritiam ſæcularium ſcientiarum. & inde ſumpta occaſione oſtendit in 38. diſt. ꝙ ignorantia eſt periculoſa clericis. in 39. diſt. dicit ꝙ habebunt peritiam ſæcularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apoſtolicæ regulæ.

c ¶ Simplicitatis.] Nec ſimplicitas, nec aliud poteſt excuſare ſacerdotis imperitiam, vt 38. diſt. ſi in laicis.

Sacerdotis imperitia eſt inexcuſabilis.

d ¶ Sæcularium.] cum enim epiſcopus ſit iudex & corporũ, vt 11. q. 1. de perſona. & 12. q. 1. præcipimus. & animarum. 10. q. 1. quæcũq;. oportet ipſum tam ſpirituali, quàm ſæculari ſcientia ornari. 39. diſt. circa prin.

Epiſcopus eſt iudex corporum & animarum.

ILlitteratos.] CASVS. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrum illitterati & corpore vitiati, qui ſe ipſos ſponte abſciderunt, poſſint promoueri. & reſpondet ꝙ non: quia ſecundũ legẽ Moyſi nihil vitioſum Deo debeat offerri.

e ¶ Illiteratos.] ſcilicet penitus. Sufficit tamen mediocris ſcientia, vt extra de elec. cum nobis olim. non enim requiritur in clerico ſumma perfectio. ſic ff. de ædil. edi. ſciendum. §. illud. & l. ſi quis venditor. licet ſit arg. contra extra de pur. ca. cõſtitutus. Sed quid ſi penitus laicus ordinaretur, numqnid reciperet characterem? Sic arg. 1. q. 1. ventum. ibi, ſed dicitur. De hoc not. 40. diſt. ſicut. & extra de cle. per ſal. promo. cap. vno.

Sciẽtia mediocris ſufficit.

f ¶ Imminutos.] enormiter.

g ¶ Se ipſos.] ex indignatione. Ioan.

QVi eccleſiaſticis.] CASVS. Quidam archiepiſcopus promouit quemdam ad epiſcopatum, qui nõ erat litteris eruditus, nec diſciplinis eccleſiaſticis imbutus. Quæſitum eſt de eo, & de ordinatoribus quam pœnam debeant pati. Et reſpondet Zozimus, ꝙ ordinatus debet remoueri ab ordine quem ſuſcepit: ordinatores vero careant poteſtate ferendi eumdem ordinem, quẽ illicite tradiderunt.

h ¶ Stipendijs.] id eſt, officijs.

i ¶ Ordine.] Hic habes ꝙ qui iniuſte confert aliquem ordinem priuatur poteſtate conferendi illum .7. q. 1. ſi qui epiſcopi. alibi ſuſpenditur à celebratione miſſæ per annum.

annum, vt 55. diſt. nullus. alibi deponitur, vt 51. diſt. c. 1. & 62. diſt. c. vltim. & 81. diſt. tantis. cum in hoc ſit pœnarum varietas, forte minor amplectitur. 50. diſtin. eos. vel dic vt not. 21. q. 2. in ſumma, in fin. Conſueuit diſtingui, q. ſi ex negligentia ordinat quis indignum, tunc ſu-

bus, vt extra de præben. graue.

ECCE. CASVS. Bene no. ſic ponit caſum huius §. in hoc §. probat Gratianus xiiij. rationibus vel auctoritatibus, quòd epiſcopus debet eſſe peritus in litteris. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, [Hinc etiam veſtes.] Tertia, [Hinc etiam Dauid.] Quarta [Salomon quoque.] [Quinta, Hinc etiam Dñs.] Sexta. [Hinc ẽt Malachias.] Septima. [Hinc ẽt idem ſaluator. Octaua. [Hinc ẽt Salomõ.] Nona, [Hĩc idẽ Dñs.] Decima. [Hinc ẽt prius.] Vndecima. [Hĩc Petr⁹.] Duodecima, [Hinc ẽt Paulus.] Decimatertia. [Vnde ſacerdotes.] Decimaquarta. [Hĩc ẽt ĩ cãticis.]

quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum.

Ecce quòd ſacrarum litterarum oportet epiſcopum habere peritiam: vnde in veteri teſtamento inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio, & veritas: quia in pectore pontificis

Exo. 28. [ex interpre. lxx.

manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. ¶ Hinc etiam veſtes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti,

Exo. 25.

vt cùm arca eſſet portanda, nulla fieret mora de intromittendis uectibus: quia predicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris literis ſemper debent inſiſtere; ne tunc quærant[a] diſcere, cũ ex officio alios debeãt docere. ¶ Hinc

2. Reg. 5.

etiã Dauid prius ex gratia ſpiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt.

3. Reg. 3. 2. Paral. 1.

¶ Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo petijt, & impetrauit. ¶ Hinc

Hier. 1.

etiam Dominus prius ponit verba ſua in ore prophetæ, & poſtea conſtituit[b] eum ſuper gentes, & regna, dicẽs ad Hieremiam: [Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna.] ¶ Hinc etiam Malachias ait: [Labia ſacerdotis cuſtodiẽt[c] ſcientiam, & legẽ requirẽt de ore eius; quia Angelus Domini exercituũ eſt.]

Mal. 2.

Luc. 2.

¶ Hinc etiam Saluator noſter prius in medio doctorũ ſedit audiens illos, & interrogans, & poſtea prædicare cœpit: quia prius quiſque diſcere; & poſtea prædicandi officium vſurpare debet. ¶ Hinc etiã Salomõ prius ait [tẽpus tacẽdi] et poſtea [tẽpus loquẽdi]; quia veritas prius tacẽdo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur. ¶ Hinc idem

Eccle. 3.

Apocal. 2.

Dominus ait [Qui audit[d], dicat, ueni.[e]]. ¶ Hinc etiã prius Apoſtolos docuit, deinde eos ad prædicandum miſit, dicens [Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes[f], & ſimplices[g] ſicut columbæ]. Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea dixit eis [Euntes in mundum vniuerſum, &c.] Vnde, cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit: quia ſacramenta legis, & prophetarum prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit; & per eos tandem illam fidelibus diſpenſauit. ¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait: [Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem[h] de ea fide[i] & ſpe[k], quæ in vobis eſt.] ¶ Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum ait: [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd non ſufficit

Matt. 10.

Marc. 16.

Matt. 14.

1. Pet. 3.

1. Tim. 4.

a ¶ Quærãt.] nec. n. eps debet egere doctrina aliorum, qm̃ alios debet inſtruere, vt 1. q. 7. conuenientibus. 16. q. 1. ſic viue. Ioann. in Auth. de ſanc. epiſco. circa princ.

Eps aliorũ doctrina non debet egere.

ADDITIO. Si tamẽ eps minus ſit eruditus, ab alio doceri nõ contemnat, vt patet 18. diſt. non oportet. & 22. diſt. de Conſtãtinopolitana. & 10. q. 3. ſi habes.

b ¶ Conſtituit.] No. ex ordine loquẽdi ꝓbari ordinem factorũ. ſic 45. diſt. ſit rector. & 10. diſt. §. 1. lo. & 2. q. 2. vt euidẽter.

c ¶ Cuſtodient.] q. uidere debet quibus prædicet, & quibus non, vt 45. diſ. in mãdatis. & 32. queſt. vlt. c. penul.

d ¶ Qui audit.] diſcendo.

e ¶ Veni.] docendo.

f ¶ Serpentes.] ne eorum dolis ſupplantemini.

g ¶ Et ſimplices.] ne alijs dolos machinemini. Ioan. vt 16. quæ. 1. ſi cupis.

16. q. 1. ſi cupis.

h ¶ Satisfactionẽ.] ſcilicet reſpondendo eis ſatisfaciatis. Et eſt arg. q. prælati tenentur reſpondere ad omnes quæſtiones: nam tñ debent differre prælati à ſubditis, quantum granum à

ſuſpenditur: ſi ex certa ſcientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili diſpẽſare põt, vel cum quo diſpẽſare non poteſt, vt ſm̃ hoc magis vel minus puniatur. hodie tamen mitius agitur cum tali-

palea, vt 25. diſt. §. nomine autem criminis. 1. q. 1. validiſſimus. & 8. q. 1. licet. Ioan.

i ¶ De ea fide.] id eſt, de articulis: q̃d creditis & tenetis. Io.

k ¶ Spe.] id eſt, de his quæ ſperatis.

a ¶ Ora-

a ¶ Oculi.] ſcilicet ſponſæ.
b ¶ Pleniſſima.] ſic ſemper prælati ſedebũt iuxta fluẽta Euangeliorum & ſacræ ſcripturæ: & ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquã vt videat in ipſa aqua vmbram superuenientis accipitris, & ſic ſibi præcauere conſueuit; ſic prælatus ſibi per ſcripturã præcauebit contra hæreticos. 10. diſt. in ſi. 13. diſt. nolite.

...leſtationis & voluptatis; & hoc eſt prohibitũ: quidã legunt ad eruditionem, & illud licitum eſt, vt per eos ſciant recte loqui, & diſcernere verum à falſo. Io. vt ¶. eo. §. cur ergo. Et no. q; in omnibus vſque ad §. ſed contra. videtur ſola voluptas prohiberi.

f ¶ Epi-

Prælat⁹ columbã imitetur.

prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrinæ. ¶ Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculũ, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum. ¶ Hinc etiam in canticis canticorum oculi [a]*, per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima* [b]. Exo. 38. Cant. 5.

Hinc etiam Hieronymus [a] *in Leuit.*

Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare. C. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quòd non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ ſpiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit [c], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: ſi relaxauerit, & demiſerit † manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indeſinenter [d], vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas: qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

Leuit. 8. Exo. 17. † al. dimiſeris

a ¶ Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia ſexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum aliis multis B. Hieronymus latinas fecit; ſed ita, vt noxia quæque detruncarit, vtilia tranſtulerit. Quod ipſemet ad Theophilum epiſt. 62. ad Vigilantium epiſt. 75. & in prologo ſecundi libri in Michæam profeſſus eſt. Ac frequenter Gratianus ea, quæ ſunt Origenis, Hieronymi nomine citat; vel quia præcipui eccleſiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus ea, quo dictum eſt, modo illa vertendo, pene ſua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

SEd quæritur [e]*, an ſæcularibus litteris oporteat eos eſſe eruditos.*

De his ita ſcribitur in concilio Carthaginenſi 4. c. 16.

¶ Libros gentilium non legat epiſcopus. C. I.

EPiſcopus gentilium [f] libros non legat: hæreticorum autem pro neceſſitate, aut tempore.

Anſ. l. 7. c. 202. Burc. l. 1. c. 95. Iuo p. 4. c. 160. & p. 5. c. 197. Pan. l. 2. c. 130. Polyc. l. 4. tit. 7.

SI quis vult.] CASVS. Tria ſunt opera, quæ Moyſes & Aaron, faciebant, ſcilicet legere, docere populum, & orare: hæc tria opera debet epiſcopus facere, ſi vult imitari Moyſẽ & Aaron. & ſi orauerit epiſcopus, vincet populus eius dæmones, ſicut populus Iſrael vicit Amalechitas orãte Moyſe.

c ¶ Non vadit.] Nũquid ergo epi nõ vtentur bellis? immo [1], quia etiã poſſunt alios hortari ad bellũ, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatu. Ioan.

1 No. in c. hic allega. 23. q. 8. igitur. in fin. Arch.

d ¶ Indeſinẽter.] omnino, vel horis ſtatutis. ſic 21. q. 3. hi qui. de conſecrat. diſt. 5. nũquã. 31. diſt. ſi laicus. ff. de condi. & demonſt. ſi quis ita. 12. diſt. ſacroſancta.

SEd quæritur.] Hæc diſt. diuidit in quinque partes. Secunda ibi, [Cur ergo.] Tertia ibi, [Relatũ.] Quarta ibi, [Ideo.] Quinta ibi, [vt itaque.] CASVS. Ponitur hic 37. diſt. in qua quæritur an oporteat clericos eſſe eruditos litteris ſæcularibus, ſcilicet libris gẽtiliũ: Et primo ꝓbat eos nõ eſſe legendos, vſq; ad §. ſed ecõtra. deinde ꝓbat cõtrariũ. poſtea dat ſolutionẽ ¶. eo. §. [1] cur ergo. Prima duo ꝗ cap. plana ſunt.

e ¶ Sed quæritur.] in hac 37. diſ. quæritur [2]. G. an ordinandus debeat habere peritiã ſæcularium ſcientiarum. Primo autem oſtendit, q; clerici nõ debent reſpicere libros gentilium [3]. Sequentium ponit argu. in contrarium, & talem dat ſolutionem, q; quidam legunt libros gentilium cauſa de-

2 Scilicet incidẽter. H. Clerici an libros gẽtiliũ reſpicere poſſint.
3 Et hoc facit vſque ad §. ¶. ead. ſed contra.

f EPiſcopus gentilium.] ergo nec leges audire debent. nam opprobrium eſt eis, ſi ſe velint eſſe peritos

Epiſcopis an liceat leges audire.

Idem Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, epiſt.146.

¶ Reprehenduntur ſacerdotes, qui omiſsis Euangelijs comœdias legunt. C. II.

Iuo p.4. c. 162. Pann.l.2.c.131.

SAcerdotes Dei omiſsis Euangelijs, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum verſuū verba canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris neceſsitatis [a] eſt, crimen in ſe facere voluptatis.

† al. tenere in manibus

Idem ad cap.4. epiſt. ad Epheſios, lib.2. comment.

¶ In vanitate, & obſcuritate ſenſus ambulant, qui ſæcularibus diſciplinis occupantur. C. III.

Eph. 4.

NOnne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui phyſicus perſcrutator oculos trans cælum leuat, & vltra profundū terrarū, & abyſsi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit [a]? qui tantam † metrorum ſiluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit? qui adulatur regibus, hereditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat?

† al. abyſsi quoddam immane demergit

† al. tantum

a ¶ Ferit.] *Antea legebatur,* iambum feruet. *In originali autē impreſſo eſt,* Iambum ſtruit. *Emendatū vero eſt ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo ſic ſcribit:*

Iambus ipſe ſex enim locis manet,
Et inde nomen inditum eſt ſenario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quod pedes coniungimus. *At de ijſdem ſenarijs Iſidorus l. 1. Etymol. c.38. ait,* hos græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Idem lib.9. ad c.28. Eſaiæ.

¶ Qui ſcripturas ſacras male intelligit, vel ſæculari ſapientia abutitur, vino inebriatur, & ſicera. C. IIII.

VIno inebriantur, quando ſcripturas ſanctas male intelligunt [b], atque peruertunt: ſicera, quando ſæculari abutuntur ſapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † ſunt appellāda, quàm phaſmata, id eſt vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque ſoluuntur. *Idem.* ¶ Secundum tropologiam [c] pſeudo prophetas eos debemus accipere; qui aliter ſcripturarū verba accipiunt, quàm ſpiritus ſanctus ſonat; & diuinos eos, qui coniectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi vera pronuntiant abſque diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* ¶ Quicumque ſcripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

† al. ædicula

Hie.l.5.ad c.29. Iere.

Hier. l. 6. comment. ad c.31. Iere.

Idem lib.3. ad c.6. epiſt. ad Epheſi.

¶ Reprehenduntur epiſcopi, qui filios ſuos ſæcularibus erudiunt litteris. C. V.

Iuo p.4.c.166.

LEgant epiſcopi, atque presbyteri, qui filios ſuos ſæcularibus litteris erudiunt, & faciunt illos comœdias

---

peritos q diſciplinarū forēſium. C. de teſta. conſulta diualia. Sed contra, leges ſunt per ora principum diuinitus promulgatæ, vt 16.q.3. nemo 1. Dic q ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligantur canones. argu. ī. ea. diſt. §. ſed ſæculares. Ioan.

1 Ad idem C. de long. tēp. pſcrip. l.fi. 25. q. 1. ideo. Arch.

a SAcerdotes.] ¶ Neceſſitatis.]. vt ſciant recte loqui.

NOnne.] CASVS. Quattuor genera hominum in hoc cap. reprehenduntur, ſcilicet dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquentur, & phyſici, qui oculos trans cælum leuant, & verſificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirūt, quas in momēto cui ſint relicturi, ignorant.

VIno.] CASVS. In hoc cap. exponit quinque Hierony. Dicit enim, q illi inebriantur vino, qui ſacras ſcripturas male intelligunt, atque peruertunt. Secundo inebriātur ſicera, qui ſæculari ſcientia abutuntur. Tertio exponit, qui dicant pſeudo prophetæ. Quarto qui ſint diuini. Quinto q ille comedit vuam acerbā, qui aliter exponit ſcripturam, q veritas habet, etſi non ꝯ fidem.

b ¶ Intelligunt.] talibus qui male intelligūt dicta magiſtri, eſſent aures præcīdendæ, vt 24. q. 1. ſi Petrus.

Aures male intelligētibus ſūt euellendæ.

c. ¶ Secundum tropologiam.] id eſt, ſecundum moralē intellectū à tropos, qđ eſt conuerſio 2, qñ verba noſtra cōuertimus ad mores informandos. 43. diſtin. ſit rector.

2 Et longos ſermo. inde tropologia, id eſt cōuerſio ſermonis. Hug. de hoc no. 76. diſtin. ieiunium. in fi.

ADDITIO. Iſti contrarium faciebant & facit de pœnit. diſt. 1. ſuper tribus. Arch.

LEgant.] CASVS. In hoc cap. reprehenduntur ſacerdotes à Hieronymo, qui filios ſuos & nepotes faciebant legere comœdias

legere, & mimorum turpia ſcripta cantare, de eccleſiaſticis [a] forſitan ſumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, vel totam ſubſtãtiam ſuam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in kalendariam ſtrenam [b], & ſaturnalitiam ſportulam [c], & mineruale munus grammaticus & orator, aut in ſumptus domeſticos, templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertit. Heli ſacerdos, ipſe ſanctus fuit: ſed quia filios [d] ſuos non erudiuit in omni diſciplina, & correptione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt.

1. Reg. 2.

[Item ex reſponſione Hadriani [a] Papæ ad Carolum, cap. 49.]

PALEA C. VI.

Omnem vim venenorum † ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt hæretici, quæ, philoſophorum ſententia, definitur non adſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo ſaluum facere populum ſuum. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.

Iuo p. 4. c. 129.
† al. inueterũ

a ¶ Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed eſt in ſcripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum eſt. Eadem vero habentur apud B. Ambroſium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.

¶ Beatus Hieronymus ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

Legimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [e] legeret Ciceronis, ab angelo eſt correptus, eo quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

Ex Hieronymo ad Euſtochium de cuſtodia virg.
Iuo p. 4. c. 164.
Pann. l. 2. c. 132.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur; qui de ſiliquis [f], quas porci manducabant, ventrem ſuum replere cupiebat. ¶ Hinc etiam Origenes cinifphes, & ranas, quibus Aegyptij ſunt percuſſi, vanã dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumẽta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non eſt ab eccleſiaſticis ſecularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerint. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filijs Iſrael, vt expoliarent [g] Aegyptios auro & argento, moraliter inſtruens, vt ſiue aurũ ſapientiæ, ſiue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vſum ſalutiferæ eruditionis vertamus. ¶ In Leuitico etiã primitias mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre. ¶ Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes [h] philoſophiæ voluit intelligi. Denique (vt in expoſitione pſalterij Caſſiodorus teſtatur) omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. ¶ Hinc & Ambroſius ait ſuper epiſtolam Coloſſenſium. [Omnis ratio ſcientiæ ſupernæ, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum, & auctor: ut qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic eſt perfecta virtus, & ſapientia; quicquid alibi quæritur,

Luc. 15.
Actorum 7.
Dani. 1.
Exo. 3. & 11.
Leuit. 2.
Matt. 2.
Rab. ad hunc locum Matt.
C. 2.

[Glossa:] mœdias & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam eccleſiaſticam & ad alios turpes vſus conuertebant: vnde dicit eos presbyteros puniendos ad inſtar Heli, qui cecidit de ſella ſupinus, & mortuus eſt, quia ſuos filios non correxit. Quæ ſequuntur plana ſunt vſq; ad §. ſed econtra.

a ¶ Eccleſiaſticis.] arg. contra 37. diſt. omnino.

b ¶ Strenam.] ſtrena eſt primum donum, quod datur in principio Kalẽdarum. & datur pro augurio: 26. q. vlt. non obſeruetis. & dicit ſtrena quaſi ſine threna, id eſt, ſine lamẽtatione.

c ¶ Sportulam.] quæ datur pro fabulis ſaturni, vel pro feſtis ſaturni celebrandis, vel pro ludis ſaturni bonæ fortunæ.

d ¶ Sed quia filios.] talis repellitur à teſtimonio, vt 6. q. 1. qui crimen. Item nec poteſt eſſe epiſcopus, vt 28. diſt. §. neceſſitate: imo potius dicitur canis, quàm epiſcopus, vt 2. q. 7. qui nec.

e. Legimus.] ¶ Libros.] quia legit eos cã delectationis, non cã eruditionis, vt de conſe. diſt. 5. non mediocriter.

f ¶ De ſiliquis.] id eſt, ſæcularibus ſcientijs, quæ inflant, non ſatiant.

SED ECONTRA

CASVS. Amodo probat Gratianus, quòd clerici ſæcularibus ſciẽtijs debeãt eſſe eruditi. Et hoc probatur ſex rationibus. Prima eſt in principio. Secunda ibi, [Legitur etiam.] Tertia ibi, [In Leuitico.] Quarta ibi, [Magi.] Quinta ibi, [Denique.] Sexta ibi, [Hinc etiam Ambroſius.]

g ¶ Vt expoliarent.] 14. q. 5. dixit.

h ¶ Tres partes.] ſcilicet moralem, naturalem, rationalem.

Sciẽtiæ ſæculares nõ ſatiant.

1 Sicut enĩ ſiliquæ onerant ventrẽ & inflant, ſed nõ ſatiant, ſic, & illæ à ſpirituali fame nõ liberãt nec cæcitatẽ expellũt, ſed onere peccatorũ & gehennæ reatu grauant. quicũque ergo ad remouẽdã cæcitatẽ ignorantiæ illas artes & ſcientias diſcere appetit, quaſi ſiliquis vẽtrem ſuũ replere cupit, ſecũdũ Hug.

a ¶ Deſpecta] reſpectu aliarum ſcientiarum. Ioannes.

Turbat.] CASVS. Quidam prohibebant Chriſtianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicens, quòd bene poſſunt legi ſine peccato, vt vtilia inde ſumantur, ad inſtar Moſi & Danielis, & et Pauli, qui ſuis epiſtolis inſeruit verſus poetarum, ſcilicet, Cretenſes, &c.

b ¶ Si qua.] arg. quòd vtile non vitiatur per inutile, vt 17. q. 4. quæſt. 5. diſt. 9. ſi ad ſcripturas. contra. Ioan.

c ¶ Magiſter.] Nam legitur quòd cùm Paulus veniſſet Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptũ, Hæc ẽ ara ignoti Dei [1], in quo viuimus, mouemur, & ſumus. à qua ſcriptura Apoſtolus incœpit prædicationẽ ſuã, & aperuit illis Athenienſibus ſenſũ illius ſcripturæ, proſequens de Deo noſtro, & dicens: Quem vos dicitis ignotum, ego prædico, & colo. tunc Dionyſius areopagita videns quemdam cæcum tranſeuntẽ dixit illi: Si illuminaueris iſtum cæcũ, credã tibi, qui ſtatim inuocato nomine Chriſti illuminatus eſt, & ille credidit.

[1] Aliàs, ignoto Deo datiui cas⁹.

Dionyſius p̃ p̃catiõẽ Pauli fuit conuerſus.

hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone oſtẽdit infidelibus ſe totius auctorem ſapientiæ. Quod infideles nõ putant, quia non legunt in Euãgelijs, et Prophetis aſtrologiã, geometriam, & alia huiuſmodi: quæ ideo deſpecta [a] ſunt à noſtris, quia nihil valent ad ſalutem, ſed mittunt in errorem; & dum his ſtudent, curam animæ non habent. Qui uero Chriſtum nouit, theſaurum ſapientiæ, & ſcientiæ inuenit; quia id nouit, quod vtile eſt.]

α ¶ Origenes] *Is homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis; ciniphes autem dialecticis.*

β ¶ Primitias.] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in ſacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, ſed non ſuper altare imponi. Vbi in gloſſa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Iſychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem beati apoſtoli Pauli poſſunt Deo offerri.*

γ ¶ Caſsiodorus.] *In prologo pſalterij, c. 15. & ſequenti multis verbis Caſſiodorus diuinæ ſcripturæ eloquentiam explicat, et commendat. Sed quæ affert in principio explanationis pſalmi 6. valdè videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶ Ambroſius.] *Ex B. Ambroſij principio expoſitionis capitis ſecundi epiſtolæ ad Coloſſenſes, hæc ſummatim collecta ſunt, referunturque in gloſſa ordinaria, & ab Anſelmo ad idem caput ſecundum, cuius Anſelmi verbis Gratiani verba magnopere ſũt ſimilia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expoſitionibus.

¶ Non prohibeantur clerici ſacras litteras legere. C. VIII.

Iuo p. 4. c. 85. Pann. l. 2. c. 133.

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis ſæcularibus litteris omnimodo æſtimat prohibendos; in quibus † ſi qua [b] inuenta ſunt vtilia, quaſi ſua ſumere licet. Alioquin nec Moyſes, & Daniel ſapientia, vel litteris Aegyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen ſuperſtitiones ſimul & delicias horrebant. Nec ipſe magiſter [c] gentium aliquot verſus poetarum ſuis vel ſcriptis indidiſſet [d], vel dictis.

† *al. quibus vbilibet inuẽta vtilia*

d ¶ Indidiſſet.] In epiſtola Pauli ad Titũ illud Epimenidis poetæ, Cretẽſes ſẽper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dñs declarauit. Interſeruit etiam in prima epiſtola ad Corinthios illud Menãdri, Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. 28. q. 1. ſæpe. Item vſus eſt illo verſu. Odero ſi potero, ſi non, inuitus amabo. ſed Hiero. de conſecra. diſt. 5. nonnumquam vſus eſt verſibus Virgilij, & Aug. illo Lucani, mens hauſti nulla, &c. 26. q. 5. nec mirũ. & iuriſperitus auctoritate Virgilij. ff. de rerũ diuiſione. in tantũ. §. cenotaphium. & Homeri, inſti. de contrah. emp. §. pretium.

Apoſtolus vſ⁹ eſt ſententijs poeticis.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratian⁹ cõtrarietatẽ hanc, dicẽs quòd ſæculares ſciẽtias debet quis addiſcere non ad voluptatẽ, ſed ad eruditionẽ, vt quæ in eis vtilia inuenũt, ad vſũ ſacræ eruditionis cõuertãt. vnde Gregori⁹ quẽdã epm reprehẽdit, nõ quia ſæculares ſciẽtias didiceſſet: ſed quia ad voluptatẽ grãmaticã loco Euãgelij exponebat.

2 Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed ſæculares [e] litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiſcunt, vt errores gentilium legendo deteſtentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vſum ſacræ eruditionis deuotè cõuertant. Tales laudabiliter ſæculares litteras addiſcunt. Vnde B. Gregorius quemdam epiſcopum non reprehendit, quia eas didiceratſed quia contra epiſcopale officium pro lectione Euãgelica, grammaticam populo exponebat.

l. 9. reg. epiſt. 48. Infra 86. diſt. 1. c. cum multa.

e ¶ Sed ſæculares.] Vnde beat⁹ Gregori⁹ infra 86. diſtinct. cum multa.

LEgimus aliqua.] CASVS. Totum hoc cap. legi pōt de ſæcularibus ſcientijs ſm H. & oſtenditur ratio triplex quare legantur, ſcilicet ne negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel ſic legimus aliqua vt nouum & vetus teſt. ne negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt ſcripturas hæreticorum, vt repudiemus.

a ¶ Ne negligātur.] vt vetus teſtamentū.

b ¶ Ne ignoremus.] Nam quamuis null⁹ ſit vſus, tamen ſcienda neceſſaria eſt, vt 3. diſt. 7. cap. vlt.

c ¶ Repudiemus.] vt libros hæreticorum, vt 24. q. 3. c. vlt.

SI quis.] CASVS. Ca. iſtud diuidit i duas partes. In prima parte dicitur, q̄ nō eſt reprobādum, ſi quis addiſcit grāmaticā vel dialecticam, vt inter verū & falſum diſcernat. In ſa parte quæ incipit ibi, [Geometria,] dicitur q̄ quadriuiales ſcientiæ veritatē i ſe habent: ſed non ſunt ſcientiæ pietatis, & aſſumendæ. Sed vet⁹ & no. teſt. ſunt ſcientiæ pietatis, & aſſumendæ; & grammatica in bonus vſus aſſūpta proficere pōt.

d ¶ Geometria.] De aſtronomia non facit mentionē: quia hæc abijt in deſuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

QVi de Menſa.] CASVS. Duæ quæſtiones factæ fuerūnt Hieronymo. Prima fuit, an ſit peccatum diſcere doctrinam & ſcientiā paganorum? Et reſpondet Hieronym⁹, q̄ nō: & hoc probat exemplo quattuor puerorū, ſcilicet Danielis, Ananiæ, Azariæ, Miſaelis, & exēplo Moyſi: qui ſi sciuiſſent eſſe peccatū, nunq̄ didiciſſent. Diſcebant enim vt cōuincerent incredulos, aliter riſui paterent, ſi de dogmatibus eorum cum eis diſputarent, cum inde nihil ſcirēt. Secunda quæſtio fuit, an ſit peccatum recordari ſæcularium legū in prædicatione vel diſputatione? Et reſpondet, q̄ non: qa hoc fit ex neceſſitate, vt probemus ea, q̄ ſancti dixerunt in libris gentilium contineri.

e ¶ Qui de menſa.] Daniel, Ananias, Miſael, Azarias 1: nam turpe eſt alicui decretādi ius in quo verſatur igno

Daniel & ſocij ſui.

1 Illi alio nomine dicti sūt Balthaſar, Sidrac, Miſac, & Abdenago: ſecūdū Hug. & Lau.

tate, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. Seruius.

f ¶ Scirent eſſe peccatum.] Ex eo q̄ Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur arg. q̄ in dubijs recurrendum eſt ad exempla maiorū & aliorū. 16. q. 1. ſunt nonnulli. 22. q. 1. vt nouerit. 1. q. 7. cōuenientibus. 12. q. 2. queſta. 16. q. 3. præſulū. 14. q. 1. c. vlt. 16. q. 2. non ſtatuti. & c. non exemplo. C. de ſen. & interlo. nemo 2. contra Sol. vbi iura deficiunt, recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia: aliàs nō. 20. diſt. de qbus dic vt ibi. Itē arg. præſumi eo ipſo bonum, q̄ ab āliquo bono ſit factū, vt 7. q. 1. oīs q. & 34. q. 1. cū beatiſſimus. 9. q. 2. Lugdunenſis. 12. q. 1. expedit. 28. q. 1. ſic n. 31. diſt. omnino. Io.

2 Vt no[...] diſ. c. [...] Recurri[...] quādo[...] de ſimi[...] ad ſimi[...]

Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam in explanatione proœmij.

¶ Sæculares litteræ legendæ ſunt, ne ignorentur. C. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [a] α; legimus, ne ignoremus [b]; legimus, non vt teneamus, ſed vt repudiemus [c]. Pann. l. 2. c. 134.

α ¶ Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, ſed in originali & in vno Gratiani manuſcrip.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pſeudeuangelijs. Sed non eſt mutatum ob gloſſam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epiſtolæ ad Titum.

¶ Grammatica legenda eſt, vt per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur. C. X.

d ¶ Cadit.]id eſt,cadere vi ab eccleſia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt,ꝙ circũſtantiæ loci & tpis & dignitatis & ſcientiæ aggrauant peccatũ [1]: vt magis peccet clericus, q̃ laicus in eodẽ genere delicti,& magis litteratus, q̃ non litteratus, & magis peccatur in loco ſacro vel tẽpore q̃ extra.arg.19.diſt.nulli. & 50.diſt.quia tua.& 11.q.3.præcipue. & 25.q.1.nulli. de pæn. diſt. 5. conſideret. & 32.q.5.qui viderit.& augetur peccatũ dignitate peccãtis [2],vt ff.de re milit. omne. §.augetur. Alij dicũt ꝙ circũſtantiæ cum ſint bonæ & à Deo, non debẽt eſſe alicui occaſio mali.vnde dicunt, ꝙ circũſtantiæ non aggrauãt peccatum,ſed ſolus contẽptus. ſi ergo laicus ex maiori contẽptu peccat, magis peccat q̃ clericus. Sed quia nõ conſtat eccleſiæ qualiter quis peccat, an ex cõtemptu vel alio modo, 24.q.3. Deus. ideo non poteſt iudicare de peccato ſm contemptum & ideo iudicat per circũſtantias, quaſi ꝑ quaſdã ꝓſumptiones: & magis punitur clericus quàm laicus: quia magis præſumitur ꝯ ipſum.& licet hic duæ cauſæ tantum enumerẽtur,quæ videntur aggrauare peccatum: tamen plures ſunt. de pæ.diſt.5.conſideret.

1 Adde ad hoc tex. gl. & doct. in l.& facta.§.1.ff.de pœ. & de hoc ſatis not. Goſ. in ſu. de pæ.& re. §. cõfitetur quis,&c.

2 Ad hoc 1.q.6. presbyteri. C.de epiſ. & cle. presbyteri.

SI Papa.]Hæc eſt tertia pars huius diſtin.in qua probat,ꝙ Papa magis punitur quàm alij, ſi male regit eccleſiam Dei.& hoc probat per hoc cap.Io.de Fan.

CASVS.Bonifacius martyr conſultus fuit, an Papa ab aliquo poſſit iudicari,ſi inueniatur negligens & remiſſus in operibus ſuis,cum noceat ſibi & omnibus ſubditis ſuis:& ſimiliter multos ſecum trahit.Et reſpondet ꝙ non,cum debeat omnes alios iudicare: niſi hæreticus deprehendatur, pro cuius ſalute,cum ipſe ſit caput eccleſiæ poſt Deum,vniuerſitas fidelium inſtantius orat,

næ.de pæn.diſtin.1.mancipium.
g ¶ A nemine.]Papa à nemine poteſt iudicari,vt 9.q.3. nemo. quod intellige niſi ipſe ſe ſubijciat alij. 2. q. 7. nos ſi incompetenter. Sed contra 24.quæſt.2. ſane profertur.verſiculo,item Romanorum. vbi dicitur, quòd Dioſcorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quãuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Conſtantinopolitanum. Item adhuc obſtat 11.q.2.non liceat.ibi,vnus Papa iudicat de ſuo ſucceſſore.Sed ibi non iudicat de ipſo, ſed dicit ꝙ non liceat ei alienare res eccleſiæ.
h ¶ A fide deuius.] quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi; ſi enim paratus eſſet corrigi, non poſſet

quibus eſt hoc caput : & quidem ex antecedentibus, & ſequentibus valde illuſtratur. Sancta Romana Eccleſia priuilegio ſpecialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium eccleſiarum poſt Chriſtum Ieſum effecta, ſecundum Antiſtitis, vel rectoris ſui qualitatem, & valitudinem afficit totius Chriſtianitatis membra, vt illius incolumitati ſua reſpondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominus eius languoribus ſuo languore conſentiant: & ſicut eius gloria iuxta Apoſtolum conglorificantur; ſic eius deiectione deijciuntur, vt illud propheticum in eo præcipue compleri deprehendatur: [Omne caput languidum, & omne cor mærens : à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.] Et reuera tanta reuerentia apicem præfatæ Apoſtolicæ ſedis omnes ſuſpiciunt, vt nonnullam ſanctorum canonum diſciplinam, & antiquam Chriſtianæ religionis inſtitutionem magis ab ore præceſſoris eius, quàm à ſacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, vt ad eius arbitrium ſuam conuerſationem & ipſi remittant, aut intendant. Quòd ſi, vt ſummopere ſibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei ſine intermiſſione tabeſcens, fidelis diſpenſator & prudens exiſtens, Deo & hominibus, opere & ſermone irreprehenſibilem ſeſe conſeruare ſtuduerit, vt vere fateas, vniuerſum pene mundum ſecum attonitum, & ſolicitum poſt Deum currere facit; ex vtroque ſexu populos diuerſæ profeſſionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino ſuo ſuper omnia bona ipſius conſtituendus ducit. Si vero ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus (quod magis officit ſibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus : cuius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi forte deprehendatur à fide deuius : pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fideliũ tanto inſtantius orat; quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertunt propenſius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotentiæ myſterio, vt dignum eſt, loco ab ipſa ſecundo illud B. Iob non incongrue aptari ſanctæ Romanæ Eccleſiæ poteſt : [Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet : & ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat ei: ſi continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram.] nec immerito : cum ipſa ſpecialius in Petro cæli terræque retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Chriſto ſpiritalis ſit mater, nemo debet renuere illius feriri diſciplina, vel emendari cenſura, iuxta illa prouerbia Salomonis: [Ne dimittas legẽ matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abijcit diſciplinam, infelix eſt & ſtultus homo deſpicit matrẽ ſuam.] & rurſus: [Eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta;] illa vtiq. quæ arrogant †, diuiſa à ſede illius, cui dictum eſt: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] & ſuper arenam concupiſcentiæ carnalis, ſeu humanæ præſumptionis probantur poſita : curſus riui minime proſperatur, ſi à ſuo fonte diuidatur.

2. Cor. 1. — Eſa. 1. — Iob. c. 12. — Prou. 1. 6. 18. — Eccle. 3. — † *fortaſſe*] arroganter. — Matth. 16.

Item Auguſtinus ad Valerium, epiſt. 148.

¶ Non ordines, ſed vitæ merita nos Deo commendant. C. VII.

Anſe. l. 6. c. 196. Iuo p. 6. c. 389.

4 ANte omnia peto, vt cogitet religioſa prudẽtia tua,

poſſet accuſari, vt 24. q. 1. aperte. & cap. ait. & c. hęc eſt fides. & 2. q. 3. dixit Apoſtolus. Sed quare non poteſt accuſari de alio crimine? ponamus quòd notorium ſit crimen eius vel per confeſſionem, vel per facti euidentiã: quare non accuſatur vel de crimine ſimoniæ, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis eſt, & ſcandalizatur eccleſia per factũ eius? Certe credo q ſi notorium eſt crimen eius, quandocũque, & inde ſcandalizatur eccleſia, & incorrigibilis ſit: q inde poſſit accuſari. Nam contumacia dicitur hæreſis 1, vt 81. diſt. ſi qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. diſtin. nullus. Hic tamen ſpecialiter fit mentio de hæreſi, ideo quia & ſi occulta eſſet hæreſis de illa poſſet accuſari: ſed de alio occulto crimine non poſſet. Item nũquid poteſt denuntiari crimen Papę ſecundum regulam iſtam, Si peccauerit in te frater tuus 2: cum nomine fratris quilibet Chriſtianus dicatur, vt 11. q. 3. ad menſam. Sed dico q nõ poteſt denuntiari crimen de ipſo, niſi inde poſſet accuſari. nam inutilis eſſet denũtiatio 3. Itẽ nũquid Papa poſſet ſtatuere, q non poſſet accuſari de hęreſi? Reſpon. q non: quia ex hoc periclitaretur tota eccleſia: quod non licet. 𝔍. 2 5. q. 1. ſunt qdã. quia hoc fit in eo caſu quo deſinit eſſe caput eccleſiæ, & ita non tenet cõſtitutio. Sed pro quo peccato poteſt Imperator deponi? pro quolibet ſi eſt incorrigibilis. vñ deponitur, ſi eſt min' vtilis. vt 15. q. 6. alius.

Papa an de crimine accuſari poſſit.

1 Dic, q hæreticus dicitur pluribus modis, vt not. 24. q. 3. inter. & extra de hæret. firmiſſime.

2 Vt 2. q. 1. ſi peccauerit.

3 Sub. nam denuntiatio fit ad correctionẽ, ad quã cõpelli non poteſt: cum ſuperiorẽ nõ habeat. Archidia.

Imperator p quo peccato deponi poteſt.

ANte omnia.] Hęc eſt quarta pars huius diſt. in qua dicit, q difficile eſt bñ regere ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates, ſed facile eſt male rege-

nihil eſſe in hac vita, & maxime hoc tempore, facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, ſi perfunctorie [a] atque adulatorie res agatur; ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius. ¶ Item nihil eſſe in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laborioſius, periculoſius [b] epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: ſed apud Deũ nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator iubet. Quis autem iſte ſit modus, nec à pueritia, nec ab adoleſcentia mea didici; & eo tempore, quo diſcere cœperam, vis mihi [c] facta eſt merito peccatorum meorũ. Nam quid aliud exiſtimem neſcio, vt ſecundus locus [d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

Item Iſidorus.

¶ Corrumpitur, & ad terram ſacerdotium trahitur, niſi legaliter, & iuſte ſeruetur. C. VIII.

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus; ita clericatus [e] & ſacerdotium vnum faciunt presbyterum; & electio [f] & conſecratio vnum faciunt epiſcopum: quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, niſi legaliter ſeruetur, niſi iuſte viuendo laudetur.

Item Ambroſius lib. de paradiſo, c. 4.

¶ Gratia, non locus ſaluat animam. C. IX.

ſ ILlud † autem animaduerte, quia extra paradiſum [g] vir factus eſt, & mulier intra paradiſum: vt aduertas, quòd non loci [h], non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque gratiam ſibi comparat. ¶ Denique extra paradiſum factus, hoc eſt in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa, quæ in meliore loco, hoc eſt in paradiſo, facta eſt, inferior reperitur.

Item Gregorius, lib. 6. reg. epiſt. 5. ſeu c. 169.

De eodem. C. X.

QVælibet † occulta [i] loca ſine gratia Dei animam ſal-

Anſe. l. 6. c. 186.

Epiſcopatũ deſiderare valde periculoſũ eſt.

Papatus eſt primus locus.

† Quo loci illud aduerte] orig.

† al. Quamlibet

1 Idem no. 36. diſt. c. 1. in glo.

le regere, & periculoſum: & hoc probat per hoc c. & c. ſeq. Ioã. de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit epiſcopus Hipponenſis eccleſiæ. Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug. dicit, q̀ ſi quis vtatur officio epi, presbyteri, diaconi tranſitorie & ſemiplene, nihil eſt leuius & facilius: ſed nihil eſt et damnabilius apud Deũ. ſed ſi qs militet eo modo quo Chriſtus iubet, nihil eſt difficilius, ſed nihil beatius apud Deũ. Et oſtendit q̀ ad tantã dignitatem eligi nõ debuit, cũ minora officia nõ didicerit gubernare. Et hoc p̄bat nauigantis exemplo, cui cura nauis cõmitti non debet, qui remũ tenere nõ nouit.

a ¶ Si perfunctorie.] id eſt, negligenter.

b ¶ Periculoſius.] qa qui epatum deſiderat in terra, inueniet confuſionem in cœlo. 8. q. 1. qui epiſcopatũ. & ĩ. ea. c. multi.

c ¶ Mihi.] & ſic aliqs poteſt cogi vt fiat eps. quod verũ eſt, ſi ab initio cogitur, vt fiat de nolente volẽs, vt 3. q. 4. diſplicet. ſed ſi perſeueraret in voluntate, nõ eſſet cogẽdus, vt 74. diſ. vbi iſta.

d ¶ Vt ſecundus locus.] quia primus locus eſt papatus, ſecundus locus eſt epiſcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus eſt epiſcopus alteri, vt 7. q. 1. non autem.

SIcut viri.] CASVS in hoc c. notatur ſimilitudo inter matrimonium carnale & ſpirituale: quia ſicut legitima coniunctio, ſcilicet animorũ, vnum facit matrimonium; & ſicut duorum commiſtio vnum facit corpus, ita clericatus, & ſacerdotium vnum faciunt presbyterum; & electio & conſecratio faciunt vnum epiſcopum. Et hæc omnia ſupradicta vnum corpus efficiunt, i. eccleſiam. quod cito rumpitur, niſi legaliter obſeruetur.

e ¶ Clericatus.] id eſt, minor ordo. hic videtur, q̀ ſi laicus promoueretur in ſacerdotem, nullum reciperet characterem: ſed ſi haberet aliquem minorem ordinẽ, & per ſaltũ reciperet ſuperiorẽ, bene reciperet characterẽ vt 52. diſtin. ſolicitudo. Alij dicunt, q̀ laicus verum ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1. q. 1. ventum. Io. quod verum 1. credo. B.

f ¶ Electio.] conſueuit iſtud induci, q̀ ex ſola electione nõ cõſequitur aliqs ius, vt de hoc dixi 63. diſt. quanto.

ILlud.] Hæc eſt quinta pars huius diſt. in qua probatur, quòd non eſt ita magnus, quin cadere nõ poſſet, ſi gratiam non haberet: & hoc probatur per hoc c. & duo c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Quidam nimis gloriabantur de loci nobilitate, ſed Ambro. probat non eſſe gloriandum: quia in loco nobili poteſt eſſe malus, & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exẽplo Adæ & Euæ: nam Adam creatus fuit in agro Damaſceno, & tñ melior eſt inuentus Eua, quæ in paradiſo eſt creata.

g ¶ Extra paradiſum.] in agro Damaſceno.

h ¶ Non loci.] arg. q̀ rõne loci vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo non præſumitur, vt 12. q. 2. gloria. arg. 5 24. diſt. qñ. Et certe p̄ nobilibus ſemp debet p̄ſumi in iis, quæ ſpectant ad nobilitatem. ar. ff. de fid. inſt. l. fi. Io.

QVælibet.] CASVS. Quidam dicebant, q̀ aliquis nõ poterat ſaluari, niſi in locis ſolitarijs: ſed. Greg. dicit hoc non eſſe verũ. & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipſa ciuitate fuit iuſtus, & in monte peccauit. Adam in Paradiſo deliciarum peccauit, quo nihil eſt iucundius. Et angelus de cœlo p̄ peccatum deſcendit. Cap. quod ſequitur, patet.

i ¶ Occulta.] arg. contra eremitas.

a ¶ Erta-

a ¶ Erratibus.] id eſt peccatis vel delictis.
b ¶ Peruerſa ciuitate.] arg. q̃ non nocet bono malorũ conuerſatio, vel cohabitatio.
c ¶ In monte.] 15. q. 1. inebriauerunt.
d ¶ Cecidit.] Nam ex varietate locorum nullum diſcrimen

e ADam.] ¶ Electus eſt.] Gen. 4. de pœn. diſt. 1. Adam, & priuatus, vt de pœn. diſtin. 2. c. ſerpens. & c. ſicut primi.

MVlti.] Hæc eſt ſexta pars huius diſtin. In qua dicit, q̃ nomen ſacerdotis debet conſiſtere in re, & non tantum in nomine, vt per hoc ca. probatur. Io. de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui erant presbyteri, vel ſacerdotes nomine tantum, & non re vel vita, qui propter cathedrã ſe ſanctificatos putabant: ſed male, quia locus non ſanctificat hominẽ, ſed homo locũ. vnde dicit Ioã. Chryſoſto. q̃ ſi bene docẽt, & bene viuunt, populum inſtruunt, & bene habebunt: & ſi bene docent & male viuunt, ſeipſos cõdemnant.

f ¶ Sed homo locũ.] Sed res accedere debet hominibus, & nõ homo rebus. ff. de ædil. edic. iuſtiſſimæ.

IDEM QVICVMQVE. CASVS. Quidam deſiderabãt dignitatem, vt preeſſent tantum, & non vt prodeſſent: ſed dicit Ioan. Chryſoſt. q̃ tales inuenient confuſionem in cęlo, nec inter ſeruos Chriſti computabuntur. Nõ enim debet aliquis feſtinare qualiter appareat maior alijs: nam qui iuſtior eſt, maior eſt: & non qui maior eſt dignitate, eſt iuſtior.

g ¶ Deſiderauerit.] Ad hoc vt præſit, nõ vt proſit, ne obſtet. 8. quæſt. 1. qui epiſcopatum.

h ¶ Tractauerit.] No. quòd eo ſolo quòd aliquis loquitur de epiſcopatu, punitur: ſic eo ipſo, quòd quis loquitur ambitioſe de minimis, peccat. 16. quæſt. 1. ſi cupis. & qui loquitur de mulieribus, vt 32. diſtin. hoſpitiolum.

i ¶ In honore.] quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. 23. quæſt. 4. ſicut hi. & 16. quæſt. 1. ſunt nonnulli. Et eſt hic argum. q̃ illa pars quæ iuſtiori rationi innititur, maior dicitur, licet ſit minor. ſic 31. diſt. Nicæna. 19. diſtin. & in canonicis. 4. q. 3. §. 2. ex tua de teſtibus, in noſtra 3. & 20. diſt. §. 1.

Peccat qui de minimis ambitioſe loquitur.

3 Extra de elect. eccleſia veſtra 2. ibi videas & dixi plene 31. diſt. Nicęna. Archidia.

Gen. 19.

uare non poſſint: quod aliquando in ipſis quoque conſpicimus erratibus[a] electorum. Nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate[b] fuit iuſtus; in monte[c] peccauit. Sed iſta cur dicimus, cũ maiora nouerimus? Quid enim paradiſo iucundius; quid cælo ſecurius? & tamẽ homo ex paradiſo, & Angelus de cælo peccando cecidit[d].

Idem.

De eodem. C. XI.

Burc. l. 1. c. 206. Iuo p. 5. c. 320.

ADam primus homo pro peccato de paradiſo eiectus eſt[e]: hoc eſt, quia Dei nobilitatem à ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

¶ *Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur*: Quia autem loca mentem non muniunt, ipſe humani generis primus teſtatur parens, qui & in paradiſo cecidit.

Item Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom. 43. ad c. 23.]

¶ Non eſt verus ſacerdos omnis, qui nominatur ſacerdos. C. XII.

6 MVlti ſacerdotes, & pauci ſacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo ſedetis ſuper cathedrã; quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram; nõ locus ſanctificat hominem, ſed homo locũ[f]; non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedrã, honorẽ accipit ab illa; qui male ſederit, iniuriã facit cathedræ; ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimẽ acquirit, nõ dignitatẽ. In iudicio enim ſedẽs, ſi quidẽ bene vixeris, & bene docueris, omniũ iudex es: ſi autẽ bene docueris, & male vixeris, tui ſolius cõdemnator eris † Nam bene viuendo, & bene docendo, populũ inſtruis, quomodo debeat viuere; bene autẽ docẽdo, & male viuendo, Deũ inſtruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem.* ¶ Quicumque deſiderauerit[g] † primatum in terra, inueniet confuſionem in cælo; nec[α] inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit[h]; nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo alijs maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam nõ qui maior fuerit in honore[i], ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.

1. Pet. 3.

† al. es

Ibidem homilia 35. ad c. 20.

† al. deſiderat

α ¶ Nec inter.] *In loco indicato legitur*, vt iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec vnuſquiſque, &c. *Sed obſtitit gloſſa, ne mutaretur.*

d ¶ Cecidit.] diſcrimen inducitur. C. de tempo. in integ. reſtit. l. vlt. arg. contra. 32. q. 5. qui viderit.
d ¶ Cecidit. 2.] Et hæc eſt cauſa, quare nos perſequitur, quia nos illuc debemus aſcendere, vnde ipſe deſcendit. 16. quæſt. 2. c. 1.

ECce.] Supra in præcedenti diſt. dictum eſt, ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatũ moribus & virtutibus. In hac vero 41. diſtin. dicitur, ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatum in exterioribus, & in habitu ſcilicet & inceſſu, in

Ornatus exterior clericorum.

habitu, ne fulgidis vel ſordidis veſtibus ſe exornet, qđ probat auctoritate Hieronymi dicentis: Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudes pariunt, quod tã de veſtibus q̃ de cibis eſt intelligẽdũ. Et ad hoc inducit ſequens cap. De inceſſu autẽ dicet j. ea. §. vlt.

a ¶ Et inceſſu.] vt grauitate itineris oſtendat grauitatem mentis, vt j. ea. §. vlt.

QVisquis.] CASVS. Hoc capi diuidit in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ nullus debet vti rebus trãſitorijs ſtrictius vel abũdantius quàm ſocij cũ quibus viuit; quia remiſſius vtendo aut hypocriſim ſignificat, aut intemperantiam: abundantius vtendo, vel laudem ſignificat, vel quia eſt guloſus vel prodigus. In ſcda parte quæ incipit ibi, [In omnibus.] oſtendit vſum illorũ pretioſorũ nõ eſſe repudiandũ, ſi trãquille, & ſine turpitudine, vel voracitate aſſumant. Et hoc ꝓbatur exemplo Chriſti, qui cibũ delicatum, ſcilicet piſcẽ comedit, & reprehẽditur vſus vilium ciborum, ſi nimis ardenter & cum voracitate aſſumantur, quod ꝓbatur exẽplo Eſau & iumentorũ.

Excommunicatus ratione societatis toleratur.

b ¶ Viuit.] Nota ꝙ quilibet ſe cõformabit ſocijs ſuis in cibo & in moribus, vt diſ. 8. quę contra. 12. diſt. illa. Et eſt arg. ꝙ ratione ſocietatis toleratur excõicatus, quia excõicatus ratione ꝯtractus ad cõionem admittitur. extra de ſent. excom. ſi vere.

g ¶ Sed libido.] q. d. potius conſiderabimus cauſam facti, quàm ipſum factum. ſic 23. q. 8. occidit. & 29. diſtin. ſciendum. arg. contra j 32. q. 4. origo.

h ¶ Flagitia.] id eſt, non ſtatim dicamus aliquid eſſe vitioſum, nam dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.

DISTINCTIO XLI.

ECce quibus oporteat ſacerdotem eſſe ornatum moribus; ſed præterea oportet illum eſſe ornatum in exterioribus, habitu videlicet & inceſſu [a]; habitu, vt nec fulgidis, nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus [α], nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt; quod tam de veſtibus, quàm de cibis intelligendum eſt.*

α ¶ Hieronymus.] *Ad Euſtochium de cuſtodia virg. ſic ſcribit:* nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ mũditiæ cõueniunt Chriſtiano. *Ad Nepotianum quoque in eandem fere ſententiam,* veſtes pullas æque deuita, vt candidas; ornatus, vt ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Auguſtinus ait lib. 3. de doctrina Chriſtiana, c. 12.

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. C. I.

QVisquis rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum cum quibus viuit [b]; aut intemperans [c] [β], aut ſuperſtitioſus [d] eſt. Quiſquis vero ſic eis vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat; aut aliquid ſignificat [e], aut flagitioſus [f] eſt. In omnibus enim talibus nõ vſus rerũ, ſed libido [g] vtentis in culpa eſt. *& infra.* ¶ Quid igitur locis, & temporibus, & perſonis conueniat, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur; inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimũ olus ardeſcat, & ſanius † quiſque maluerit, more Domini, piſce veſci [h], quàm lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorũ. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ; quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſmodi rebus nõ ex earum rerum natura, quibus vtimur, ſed ex cauſa [i] vtendi, & modo appetendi, vel probandũ, vel improbandum quod facimus.

Ino p. 4. c. 24. Pann. l. 2. c. 195.

† al. *ſanus*

Luc. 24.

Gen. 25.

β ¶ Intemperans.] *Apud ſanctum Aug. & Iuonem legitur:* tẽperans. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Idem ſuper epiſtolam Ioannis.

¶ Non cibus, ſed appetitus in culpa eſt. C. II.

DElicitæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, non

c ¶ Aut intẽperans.] ſcilicet nolens conformare ſe alijs.

d ¶ Superſtitioſus.] id eſt, inanis gloriæ cupidus, vel hypocrita.

e ¶ Significat.] forte habet ventrem inſatiabilem, vel cauſa infirmitatis hoc facit.

f ¶ Aut flagitioſus eſt.] prodigus vel hypocrita.

tanda. extra de reg. iur. eſtote.

h ¶ Piſce veſci.] hanc hiſtoriam habes de pœn. diſtin. 2. §. opponitur.

i ¶ Sed ex cauſa.] vt j. 21. q. 4. omnis iactantia.

DElicitæ.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi quis viuit cibo delicato ſine immenſo deſiderio, non

peccat,

peccat, vt Helias, qui carnes comedit. Si quis autem vilē cibum nimis ardenter appetit, reprehenditur, vt Dauid, qui aquā de ciſterna Bethleē cōcupiuit nimis ardenter.

NOn cogantur.] Cᴀsᴠs. Quęſitum fuit ab Auguſt. quid debeat fieri de diuitibus, qui tempore pœnitentiæ non poſſunt vti cibis vilibus & aridis vt alij pœnitentes? Rñdet Augu. quod non debent ad hoc cogi, ſed vtantur pretioſis, & dent pauperibus vilia: quia ſi conſuetudinem mutant, ægrotant: dolere tamen debent quod non poſſunt ſicut alij abſtinere.

a ¶ Non cogantur.] Arg. quod mitius agendum eſt cum diuitibus & nobilibus, quàm cum pauperibus, vt 86. diſt. non ſatis. & 84. diſt. peruenit. 50. diſt. contumaces. 26. q. 7. tempora. Arg. 5 11. q. 1. nul. Apoſtolus. Dic quod ignobiles magis puniuntur corporali pœna, quàm nobiles: ſed pecuniariter magis puniſtur nobilis quàm ignobilis, vt 24. q. 1. qui contra. & ff. de pœ. ſi quis aliquid. & l. quædam.

b ¶ Diuites.] cum ſunt in pœnitentia.

c ¶ Si conſuetudinem.] Arg. quod commutationes pœnarū poſſunt fieri in ſpiritualibus. 82. diſt. presbyter.

d ¶ Superfluis.] id eſt pretioſis.

e ¶ Pauperibus vilia.] Argu. contra 5. 49. diſt. c. vlti. in fine.

Nobilium & ignobilium pœna non eſt æqua.

Pœnæ in ſpiritualibus poſſunt cōmutari.

officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abſtinentiæ. Dauid enim aquam male concupitam effudit, & Helias carnes comedit.

2. Reg. 23.
3. Reg. 17.

¶ In operibus beati Auguſtini aut impreſſis, aut manuſcriptis, quæ hactenus ad manus venerint, hæc non ſunt inuenta. Ceterum apud Proſperum de vita contemplatiua l. 2. c. 22. eadem fere leguntur: Nec deliciæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur, officiunt: & viles cibi plerumque abſtinentiæ profectum, ſi appetenter accipiatur, impediunt. Hinc eſt, quòd ſanctus Dauid aquæ in ſe concupiſcentiam caſtigauit, atque eam ſibi à ſuis oblatam, ne deſiderio ſuo ex ea ſatisfacere videretur, effudit: & ſancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

Idem de verbis Domini ſecundum Matthæū, ſerm. 5. †

† *ad illa verba* [petite, & dabitur vobis] *ſed paulo aliter.*

¶ Contra ſuæ infirmitatis conſuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogantur [a] diuites [b] pauperum cibis veſci: vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ; ſed doleant aliter ſe non poſſe: ſi conſuetudinem [c] mutant, ægrotant. Vtantur ſuperfluis [d], dent inopibus neceſſaria. Vtantur pretioſis, dent pauperibus [e] vilia.

Idem lib. 2. quæſt. Euang. c. xi.

¶ Aequanimitas tolerandi, non vſus vel abſtinentia cibi iuſtitiam facit. C. IIII.

Ivo par. 4. c. 23.
Matth. xi. & Luc. 7.

QVod dicit Dominus in Euangelio [f]: [Iuſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis.] oſtendit, filios ſapientiæ intelligere nec in abſtinendo, nec in manducando eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportune ſumendi, vel non ſumendi ea, quorum non vſus, ſed cōcupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino, quid alimentorum ſumas, vt ſuccurras neceſſitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum eſt. Neque quātum ſumas intereſt multum: cum videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari; & eos tamen illi ipſi [g] paruo quo ſatiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem pluſculo quidem ſatiari, ſed tolerabilius inopiā perpeti; & vel ante ora poſitas [h] epulas, ſi id in tempore [i] opus ſit, cum tranquillitate aſpicere, neque [k] tangere. Magis ergo intereſt, non quid, vel quantum ali-

QVod dicit.] Cᴀsᴠs. Augu. exponit hic illum locū Euāgelij ſuper Matth. venit Ioannes non manducans neque bibens: & dicunt, demoniū habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicūt Iudæi: Ecce hic homo vorator eſt, & potator vini. Sed iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. id eſt, Chriſtus iuſtus eſt oſtenſus à ſuis Apoſtolis. Eſt ergo caſus. Quæſitum fuit ab Auguſt. vtrū ſit virtus in abſtinendo vel manducando. & reſpondet quod non: ſed iuſtitia eſt in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperādi ſe in abundantia ciborum: & non ſe corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apoſtoli dicentis: ſcio eſurire, & ſcio abundare in cibis enim non multum intereſt ſiue parum ſiue multum ſumat quis: cum ille qui parum ſumit, & ardenter, reprehendatur: & is qui paulo plus & ante horam cū oportet ſumit ſine auiditate, cōmēdetur.

f ¶ In Euangelio.] Tāgit hic quod Chriſtus in Euangelio Matth. xj. dicit de Iudæis: Venit Ioannes non manducans carnes neq; bibens vinū & dixiſtis, dęmonium habet. venit Ieſus mā-ducans, & bibens, & dixiſtis, ecce vorator & potator vini. ſed licet alij male opinarētur d ipſo: tñ iuſtificatus eſt ab Apoſtolis ſuis a. Abſtinētia Chriſti & Ioannis Baptiſtæ diuerſa fuit, id eſt Chriſtus iuſtus eſt oſtenſus à ſuis diſcipulis ſiue apoſtolis ſecundum Bartho. Brixien. qui ipſum omnia iuſte facere intellexerunt.

g ¶ Ipſi.] datiui caſus.

h ¶ Poſitas.] coram alijs.

i ¶ Si id in tempore.] id eſt, pro tempore, ſcilicet cum coram aliquibus tempore neceſſitatis citius proponitur cibus.

k ¶ Neque.] id eſt, nō ideo debet quis ſtatim comedere, quod videt

mentorum pro congruentia hominum, atque perſonæ ſuæ & pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis capiat; ſed quanta facilitate, & ſerenitate animi careat; cum [a] his [b] vel oportet, vel neceſſe eſt carere, vt illud in animo Chriſtiani cópleatur, quod Apoſtolus dicit: [Scio [c] & minus habere: ſcio & abundare: vbique & in omnibus imbutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare: & penuriam pati: omnia poſſum in eo, qui me confortat.] *Philip. 4.*

Item ex concilio Gangrenſi, c. vltimo.

Temperantia ciborum, & veſtium, non diſſolutio eorum laudatur. C. V.

Iuo p. 8. c. 321.

PArſimoniam [d] cum veſte humili non reprobamus: ſicut etiam ornatum [α] præter corporis diligentiam [e] infucatum [f] laudamus. Diſſolutos autem, & fractos in veſtibus inceſſus non recipimus, & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tamquam ſanctos & vtiles recipimus: pietatem in priuatis [g] domibus non concludentes, ſed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes & congregationem in eccleſia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ ſupra [h] vires [β] in fratres pauperes exercentur, ſecundum eccleſiaſticas traditiones beatificamus; & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apoſtolicis, & ſanctarum ſcripturarum præceptis, in eccleſia fieri exoptamus.

α ¶ Præter corporis.] *Eſt ex priſca verſione. Græce eſt:* δι' ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον, *id eſt:* propter corporis tantum curam minime ſuperuacaneam atque operoſam. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

β ¶ Supra vires.] *In priſca illa verſione eſt:* iuxta vires. *Dionyſiana habet vt Grat. Græce autem:* τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιΐας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, *i.* eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ ſecundum traditiones per eccleſiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Conſtantinopolitano, lib. 1. reg. epiſtola 24.

¶ Sub ſpecie virtutis ſæpe ſe vitia ingerunt. C. VI.

SAepe ſe vitia [i] eſſe virtutes mentiũtur, vt tenacitas, parſimonia; effuſio, largitas; crudelitas, zelus iuſtitiæ; remiſſio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs epiſcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiſcopus vilem ſupellectilem [k], & menſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatẽ fide, & vitæ meritis quærat. ¶ Hoſpitium quoque non longe ab eccleſia habeat. *Ibidem c. 14.*

Item ex eodem, c. 45.

De eodem. C. VIII.

CLericus profeſſionem ſuam & habitu, & inceſſu probet: & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat. *Burc. l. 2. c. 209. Iuo p. 6. c. 184. Anſ. l. 7. c. 202.*

---

quòd videt alios neceſſitate exigente comedere, & proponitur cibus.

a ¶ Cum.] id eſt, quando.

b ¶ His.] id eſt, eis.

c ¶ Scio.] ſic faciant epiſcopi, cum veniunt ad pauperes eccleſias: ne breui hora conſumat victum longi temporis. extra de cenſi. cum Apoſtolus.

Parſimonia.

PArſimoniam.] CASVS. Octo enumerantur in cap. quorum ſex commendantur, & duo reprobantur. & ſcire debes, quòd parſimonia eſt vſus rerum temporalium cum moderatione.

d ¶ Parſimoniam.] id eſt, temperatum vſum.

e ¶ Diligentiam.] id eſt, voluptatem.

f ¶ Infucatum.] id eſt, pretioſum: vel infucatum, id eſt non pretioſe fucatum.

Orare publicè quàm clam melius eſt.

g ¶ In priuatis.] Ar. contra illos, qui dicunt melius eſſe orandum in priuato loco, & non coram hominibus, quàm in eccleſia, ex illa auctoritate: Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem: ſed illud de cubiculo mentis intelligitur.

h ¶ Quæ ſupra.] Nã quidquid ſupererogaueris, reddam tibi, ſic 86. diſt. non ſatis.

SAepe.] CASVS. Dicit hic Grego. quòd vitia diligenter ſunt præcauenda, quia ſæpe ſub ſpecie virtutum vitia latẽter ſubintrãt.

i ¶ Sæpe ſe vitia.] Stulti dum vitãt vitia in contraria currunt.

K EPiſcopus. ¶ Supellectilẽ.] hoc hodie non tenet: quia modo habent amplas poſſeſſiones, vt 12. q. 1. expedit. & ſic nõ eſt ſ. de conſe. diſt. 1. vaſi. & extra de cenſi. cũ Apoſtolus. vbi dicitur quòd archiepiſcopi quinquaginta equitaturas habebunt in viſitationibus.

SICVT

SICVT ERGO. Concludit Gratianus ex ſupradictis, q; ſicut mores eorum cũ quibus viuimus, ſeruandi ſunt in cibis: ſic etiam in indumentis, & in inceſſu etiam debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis oſtendat maturitatem. Si enim incompoſite & non decenter

Sicut ergo in cibis mores eorũ cũ quibus viuimus, obſeruare monemur; ſic & de indumentis intelligendum eſt. Vt enim alibi dicitur; [Quiſquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora ſibi, vel auſteriora præceteris indumẽta, vel alimenta quærit, aut intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt.] In inceſſu autem debet eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtendat. Incompoſitio enim corporis (vt Auguſtinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde hiſtoriographus [a] ille cum eius mutabilitatem [b] deſcriberet, cuius conſcientia excita † curis mentem vaſtabat †; inter cetera hoc etiam notabile indicauit, dicens [Citus modo, & modo tardus inceſſus.]

ʃ. ead. c. quiſquis.

epi. 109. ad Monachas habetur ſenſus.

Salluſtius de Catilina.

† al. excitatã, al. exagitatã

† al. vexabat

DISTINCTIO XLII.

HOſpitalem [c] vero ſacerdotem eſſe oportet, ne ſit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me.] Qui enim Apoſtolum ſecutus, alios ad hoſpitalitatem debet inuitare, quomodo hoſpitalitatis exhortator poterit eſſe, qui domum propriam hoſpitibus claudit? Si enim ſacerdos primum à ſeipſo [d], & à domeſtica eccleſia ſua debet exigere quod poſtea populis imperet: ſi primum, imitando Chriſtũ, ipſe debet facere, quæ poſtea populum doceat, neceſſe eſt, vt pauperes hoſpitio recipiat, quò ad hoſpitalitatem faciliùs ſuo exemplo ſubditos attrahat. ¶ Ordinandus itaque ſacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hoſpitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hoſpitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſſi, Loth cum familia ſua liberauerunt; quomodo clauſas domos cum hoſpitibus ignis ingreſſus perdiderit; quomodo etiam ſecundum Hieronymum, aliena [e] rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur: ac ſic per opera pietatis ſe inſtruat, vt & præſentis vitæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶ Vnde Apoſtolus ſcribẽs ad Timotheum ait: [Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis [f] quidem exercitatio ad modicum vtilis eſt; pietas autem eſt vtilis ad omnia [g], habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.] Ab hac [h] quiſquis alienus [i] fuerit, in ſacerdotem ordinari non poterit. ¶ Si enim vidua [k] in eccleſia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit ho-

Matth. 25.

Gen. 18. et 19

Gloſſ. ord. gen. 19. ex Alcuino.

In regula Monacharum c. de paupertate.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5.

31. q. 1. quomodo.

quitur vſque ad cap. quieſcamus. Secunda ibi, [Quieſcamus.] Tertia ibi, [Sed licet. Quarta ibi, [Non oportet.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 42. diſtinct. proſequitur Gra. ſextum cap. Apoſtolicæ regulæ ſcilicet, oportet ſacerdotem eſſe hoſpitalem. quod ꝓbat 8. rationibus. Prima eſt, in principio. Secunda incipit ibi, [Qui enim Apoſtolum.] Tertia ibi, [Si eñ ſacerdos.] Quarta & quinta incipiũt ibi, [Ordinãdus itaque.] Sexta ibi, [Quomodo etiam ſecundum Hierony.] Septima ibi, [Vnde Apoſtolus.] Octaua ibi, [Si enim vidua.] Caſus autem ſequentis cap. planus eſt.

c ¶ Hoſpitalem.] In hac diſtinct. oſtendit Gratianus, quòd hoſpitalis eſt ordinandus: quia nõ haberet frontem inuitãdi alios ad hoſpitalitatem, ſi domum ſuã hoſpitibus clauderet: & quia hęc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniã hoſpitales erant, Angelos hoſpitio recipere meruerunt 1. Addit etiã quòd in hoſpitalitate nõ erit electio vel delectus perſonarum 2. adiũgit etiam de conuiuijs in eccleſia non faciendis 3. In fine breuiter tangit 7. ca. Apoſtolicę regulę: ſcilicet, oportet epiſcopus eſſe pudicum 4.

1 Vt ĩ. §. 1.

2 Et ĩ. eadẽ, quieſcam⁹.

3 Vt ĩ. c. nõ debet. & ca. ſeq.

4 Scilicet in §. pudicus.

d ¶ A ſeipſo.] ſi. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. vlti. ff. de fideiuſ. tutor. ff. de pa. cũ in eo. 47. diſt. §. neceſſe. in princ.

e ¶ Aliena.] 47. diſt. ſicut. ĩ. 93. diſtin. diaconi. ĩ. 14. quæſt. 4. quid dicam. ſic extra de reſti. ſpo. ſæpe. & 16 q. 1, decimæ.

f ¶ Corporalis.] ſine operibus pietatis.

ADDITIO. Et quod dicit ad modicum, dicas reſpectu eorum per quæ habetur vita æterna. vtilis tamen eſt, quia opportunitatem peccandi aufert. de conſec. diſtinctio. 5. numquam. Lau.

center incedit (vt dicit Aug.) mentis inæqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter varium inceſſum fuit à Salluſtio notatus.

a ¶ Vnde hiſtoriographus.] Salluſtius.

b ¶ Mutabilitatem.] Catilinæ.

HOſpitalem.] Hęc diſt. diuiditur in quatuor partes: in quarum prima dicitur, q; ſacerdotes debẽt eſſe hoſpitales, & recipere pauperes Chriſti. & hoc ꝓbatur per id quod ſe-

g ¶ Ad omnia.] id eſt, ad temporalia & æterna, vt 16. q. 1. decimæ.

h ¶ Ab hac.] hoſpitalitate.

i ¶ Alienus.] vt 85. diſt. archidiaconum.

k ¶ Vidua.] 31. q. 1. quomodo.

S I quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Gratianus hoſpitalitatem eſſe tenendam, & qui eam non habuit, abijcitur ab eccleſia, ſicut Ioan. eiecit quemdam Diotrephẽ, quia pauperes nõ recipiebat. Et oſtendit etiã q̃ oĩbus indifferẽter quibus poſſumus debemus hoſpitalitatẽ exhibere: quod probat ſequenti capitulo.

a ¶ Diotrephẽ.] proprium nomen, vel id eſt, ſacerdotem.

Q Vieſcamus.] Hęc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua dicit, q̃ in eleemoſynis dandis non debet eſſe differentia cum petitur pro nutrimento. ſi autẽ peteretur cauſa prædicationis, tunc eſſet diſcernendum. Hoc autem intelligo de eleemoſynis quotidianis, non autẽ de præmeditatis. alias contradiceret Hierony. 16. q. 1. c. fin. vbi dicit, q̃ in paupere magis eſt attendenda religio, q̃ paupertas. Io. de Fan.

CASVS. Quidam dicebãt, q̃ in omnibus hoſpitibus recipiẽdis facienda erat examinatio. ſed dicit Ioan. Chryſo. nõ eſſe verũ. Nam ſi petat aliquis tamquam prælatus. facienda eſt examinatio, quia forte nõ recte petit, vel eſt intruſus, vel excõmunicatus. Non enim datur tantum temporale, ſed etiam accipitur ſpirituale. Si verò petit amore Dei, indifferẽter eſt omnibus dandum, exemplo Abraham, qui meruit Angelos recipere; quod forte non feciſſet, ſi diſtinxiſſet perſonas. Quæ ſequuntur, patent vſque ad diſtinctionem.

ſpitio, qui pedes ſanctorum non lauit, quá omne opus bonum non eſt executa; multa magis ſunt prohibendi à ſacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde † *hoſpitalitatis opera deſpicientes, in Gangrenſi concilio excommunicantur. Sic enim in eo ſtatutum eſt, c. xi.*

† *al. Vnde quidam*

¶ Non ſunt deſpiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

Bur. l. 19. c. 124. Iuo p. 15. c. 136. Anſ. l. 5. c. 76.

SI quis deſpicit eos, qui fideliter agapas †, ideſt conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuſcemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema ſit.

Epiſt. 3.

Hinc etiam Ioannes Euangeliſta in epiſtola ſua quemdam Diotrephem[a] *excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de eccleſia eijciebat. In hoſpitalitate autem non eſt habendus delectus perſonarum; ſed indifferenter quibuſcumque ſufficimus, hoſpitales nos exhibere debemus.*

Vnde Ioannes Chryſoſtomus in epiſt. ad Hebræos hom. xi. ad c. 6.

¶ In recipiendis hoſpitibus nulla debet eſſe diſtinctio. C. II.

† *al. pernicioſa*

2 QVieſcamus ab hac abſurda curioſitate[b], & diabolica, & peremptoria †. Si enim in clero ſe electũ eſſe dicat, ſi ſacerdotem ſe nominet, ſcrutare: non enim ſine periculo in talibus indiſcuſſa communicatio eſt: circa maiora periculum[c] vertitur; non enim das, ſed accipis. Si vero pro nutrimento poſtulat[d]; nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hoſpitalem ſe circa omnes oſtendebat. Si ſcrutator fuiſſet circa refugientes ad ſe, numquam Angelos hoſpitio recepiſſet. Fortaſsis enim nõ putans eos Angelos eſſe, cum reliquis & hos repuliſſet. Sed quoniam omnes[e] recipiebat, ſuſcepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus eſt Deus; ſed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex miſericordia, ex bonitate.

Diſcretiõe maiore in maioribus opus eſt.

b ¶ Curioſitate.] Nõ enim ſemper erimus curioſi, nam multa ſunt diſſimulanda. ff. de noua. l. doli. in fin.

c ¶ Periculũ.] ſi enim in minoribus adhibẽda eſt diſcretio, fortius I maioribus. ſic 7. q. 2. c. vlt. ff. ad Carb. l. 1. §. 2.

Eleemoſyna quibus eſt danda.

d ¶ Poſtulat.] Ergo indiſtinctè oĩbus eſt danda eleemoſyna, vt ĩ. ea. cap. proxi. & 5. §. proxi. & 86. diſt. paſce. & 1. q. 2. quàm pio. & 11. q. 3. quoniam multos. & 16. q. 1. ſi cupis. & 23. q. 4. duo. alibi dicitur: omni petẽti retribue. Sed cõtra dñs dicit 1, Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Et in Canticis, vbi dicitur: Ordinauit in me charitatem. Et dicit Ambro. Ordinata eſt charitas vt primo Deus, ſecundo parentes, deinde filij, poſtea domeſtici, vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambroſ. q̃ delectus perſonarum debet eſſe in miſericordia impendenda, vt 86. diſtin. nõ ſatis, & Hierony. dicit, q̃ in pauperibus non tam paupertas quàm religiõ eſt attendenda, vt 16. q. 1. quoniam quidquid. & Aug. dicit: Vtilius eſurienti panis tollitur, quàm de cibo ſecurus, &c. vt 5. q. 5. non omnis. 23. q. 4. nimium. Diſtingue ergo: eorum qui petunt eleemoſynam, alij ſunt cogniti, alij nõ. Item alij petunt quaſi ex debito, vt prædicatores & prælati, alij pro ſuſtentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit ſe ad hoc miſſum vt ibi prædicet, & tale officium conſtat ei commiſſum eſſe, recipiendus eſt. ſi eſt incognitus, eſt examinandus an ita ſit, vt in hoc cap. Si autẽ quis petit pro nutrimento, tunc indiſtinctè omnibus eſt danda; vt hic, & 1. q. 2. quàm pio. & 11. q. 3. quoniam. niſi quis per ſecuritatem cibi negligat iuſtitiam: quia tunc ſubtrahenda eſt ei, vt 5. q. 5. non omnis. niſi iam fame moriatur, vt 86. diſtin. paſce. ſi autem non poſſumus omnibus ſufficere, tunc danda eſt potius bono, quàm malo; conſanguineo, quàm extraneo. & ſic loquitur illud, Deſudet eleemoſyna, &c. & illud, Ordinauit in me charitatem, vt 86. diſt. non ſatis.

1 H. dicit q̃ hoc dixit I Euangelio: ſed neſcio vbi, Sed poteſt ſumi eccleſ. 12.

e ¶ Sed quoniam omnes.] arg. q̃ ratione dubitationis melius eſt ex abundãti aliquid facere, q̃ aliquid dimittere,

tere, vt 11.q.3. nolite. 15.q.2.non æſtimemus. 24.q.3. corripiantur. Et eſt arg. ad quæſtionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, quòd potius ambo admittantur ad ordines, quàm ambo repellantur 1. arg. 23.q. vlt. ſi quatuor. Quid iuris ſit de hoc, notat in q. ſtio-

& eſt contra epiſcopos qui nolūt prouincias viſitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt 10.q.1. relata.
b ¶ Propter iniuriam.] id eſt infamiam.
c ¶ NVlli.] ¶ Tranſeuntes.] Sic in tabernis poſſunt clerici comedere cauſa neceſſitatis, vt 44. diſt. clerici. de vi. & hone. cleric. clerici.

Clerici in tabernis poſſūt quãque comedere.

Sed licet ipſa conuiuia deſpicienda non ſint; non tamen in eccleſiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes ſibi tollere oportet.

Vnde in Laodicenſi concilio, c.27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes ſibi non tollant. C. III.

Anſel. l.5.c.77. Iuo p.3.c.128.

NOn oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos α ad agapem † vocatos, partes [a] tollere propter iniuriam [b] β, quæ ex hac occaſione eccleſiaſtico ordini poſsit deputari.

α ¶ Clericos.] *In concilio græco, & priſca etiam verſione additur*, vel laicos.

β ¶ Propter iniuriam.] *græce eſt*: διὰ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προσρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, *ideſt*, eo quòd eccleſiaſtico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, c.28.

¶ In locis Deo ſacratis nec comedere, nec accubitus ſternere liceat. C. IIII.

Burc. l.3.c.82. Iuo p.3.c.32. Anſ. l.5.c.78.

4 NOn oportet in baſilicis, ſeu in eccleſijs agapem facere, & intus γ manducare, vel accubitus ſternere.

γ ¶ Et intus.] *græce eſt*, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ: *quod Dionyſius vertit*, nec intra domum Dei: *ſed apud Balſamonem abeſt vox*, Dei.

Item ex concilio Carthagin. 3. c.30.

¶ Niſi neceſsitate coacti clerici in eccleſia non conuiuentur. C. V.

Burc. l.3.c.83. Iuo p.3.c.74.

NVlli epiſcopi, vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi forte tranſeuntes [c] hoſpitiorum neceſsitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuijs, quantū poteſt fieri, prohibeantur.

[Item ex dictis B. Benedicti abbatis.]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

In reg. B. Benedicti. c.52. Burch. l.3.c.81. Iuo p.3.c.71.

ORatorium [d] hoc ſit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud [e] geratur, vel condatur, quàm quod diuinis miniſteris † conueniat.

† *al. laudibus*
Senſus non verba. Iſidorus Ety mo. l.15.c.4.

Item Auguſtinus epiſt. 109. de regula monachorum.

De eodem. C. VII.

Smaragd. ſ reg. B. Bñdicti. c.52. Burch. l.3.c.80. Iuo p.3.c.72.

IN oratorio præter orandi, & pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impenſa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

Cant. 5. ex gloſſa interlin. ibi.

PVdicus [f] quoque debet eſſe ſacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indeſinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorum genæ [g] ſponſæ, ideſt prædicatores, turturi comparantur. ¶ *Debet* [h] *etiam gratiam*

d ¶ Oratoriū.] ab orando quippe dicit, vt in eo nihil aliud quàm oretur & pſallatur. 3. ead. in oratorio.
e ¶ Quidquā aliud.] tū eccleſiaſticæ cauſę 2 poſſunt & debēt tractari in eccleſia, vt 2.q.2. præceptum.

2 Sed non ſæculares. extra de immu. eccl. c. 1. vbi de hoc.

PVdicus quoque.] Hæc di. diuiditur in quattuor partes, in quarū prima dicit, quòd rector eccleſiæ debet eſſe diſcretus in ſilētio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicēda ſubticeat. & ad hoc probandū inducit c. ſequ.] Secunda ibi, [In mandatis.] Tertia ibi, [Scimus autem.] Quarta ibi, [Pariter quoq;.] Io. de Fan.
CASVS. In hac diſt. 43. proſequitur Gratianus 7. cap. Apoſtolicę regulæ, ſcilicet, oportet epm eſſe pudicū: quod verū eſt nō ſolū factis, ſed etiā verbis, vt probat per cantica canticorum.
f ¶ Pudicus.] Hic breuiter tāgit 7. ca. Apoſtolicę regulę, oportet epiſcopū eſſe pudicū.
g ¶ Genæ.] Sicut enim per genas cibi 3. ſic per prædicatores eccleſię fideles incorporantur, vt de cōſecratio. diſt. 2. quia paſſus.

3 Scilicet maſticantur, & maſticādo incorporantur. Hug.

DEBET. In hoc §. proſequitur Gratianus 8. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epm eſſe doctorē, id eſt, talē qui ſciat docere. Nā quantū prodeſt bonis per exēpla bonæ vitæ, tantū nocet malis ſi ſileat. Nam prædicatione prælatorū mali ſunt accēdendi & corripiendi, ſed in ſua prædicatione debet prælatus eſſe diſcretus, ne vel tacenda proferat, vel dicēda taceat. Quod ſequentibus capitulis probatur.

Nſtionibus. & eſt expreſſum de homi. ſignificaſti.
NOn oportet, &c.] ¶ Partes.] & domum mittere.

h ¶ Debet. &c.] Hic proſequitur viii. cap. Apoſtolicæ regulæ,

regulæ, oportet ordinandum eſſe doctorem; id eſt, talem, qui ſciat docere & prædicare. conſiderabit autem prius quibus & quæ prædicet 1: quia nõ omnia oĩbus ſunt prędicanda: hęreticis enim ſecreta fidei non ſunt pandenda 2, nec nimis alta dicet minus capacibus. & ſi ſubditi non obediunt prædicanti, nõ ideo ceſſabit à doctrina & correctione eorum 3.

i ¶ Tacendo.] Not. ꝙ tacens & timens fugere dicitur. vnde etiam tacens pro contumace habetur, vt 63. diſt. ſi forte & ff. de interro. act. de ætate. § qui tacuit.
K ¶ Qui dum fugitiua.] id eſt, tranſitoria.
l ¶ Quos.] ſimplex relatio, nõ refert ad immediate dictũ.
m ¶ Securitate.] eo ipſo ꝙ tacetur, promittitur ſecuritas delinquentibus, vt 83. diſt. error.

1 Vt j. ea. diſt. in mãdatis.
2 11. q. 3. nolite. in fin.
3 Vt j. ea. diſt. tancimus. cum duobus c. ſeq.

docendi habere: quia, vt Hieronymus ait: [*Innocens, & abſque ſermone conuerſatio, quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio* [a] *nocet. Nam latratu* [b] *canũ* [c], *& baculo* [d] [a] *paſtorum, lupi ſunt arcendi.*] *In ipſa autem doctrina diſcretum oportet eſſe rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.*

Ad Oceanũ ep. 83. & gloſſa or. in 1. Timo. 3. in ver. doctorem.

a ¶ Silentio.] Expone negatiue. ſic 2. q. 7. ſancta.
b ¶ Nam latratu.] id eſt, prædicatione.
c ¶ Canum.] infra 2. q. 7. qui nec.
d ¶ Et baculo.] comminationis.

a ¶ Baculo.] *In epiſtola B. Hieronymi legitur,* baculoque paſtoris luporum rabies deterrenda eſt. *Sed gloſſa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregorius par. 2. ſui paſtoralis, c. 4. ait.

¶ De diſcretione prædicationis, & ſilentii. C. L.

Sit rector.] Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit, ꝙ rector debet eſſe diſcretus, vt ſileat vel loquat cũ viderit expedire. Nã ſicut incauta locutio ponit hominem in errorẽ, ſic indiſeretum ſilentiũ in errore relinquit. & hoc probatur ix. auctoritatibus. In 2a parte, quæ incipit ibi, [Sed cum rector.] dicitur ꝙ ṗdicator debet eſſe vtilis in verbo, id eſt, talia proferat, per quę corda audientiũ non lędantur. & hoc probatur tribus auctoritatibus. In tertia quæ incipit ibi, [Prouidendũ quoq; eſt.] dicitur ꝙ etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc ꝓbatur trib9 auctoritatibus. CASVS. Primo dicit ꝙ prædicator, vel rector nec ſilenda ꝓferet, nec proferenda ſilebit. & hoc probat ix. auctoritatibus. Secundo dicit, ꝙ talia ꝓponat, quę non deducant homines in errorem: & hoc ꝓbat trib9 auctoritatibus. Tertio oſtẽdit ꝙ etiã vtilia nõ debet nimis effundere. & hoc ꝓbat. tribus auctoritatibus.

Sit rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nã, ſicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiſcretũ ſilentiũ eos, qui erudiri poterãt, in errore derelinquit. Sæpe namq. rectores improuidi humanã amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis cuſtodiæ, paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiunt: quia veniente [e] lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens: [Canes muti, non valentes latrare [f].] Hinc rurſus [g] queritur, dicens [Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.] Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt pro defenſione gregis, voce libera, huius mundi poteſtatibus contraire. Et in die Domini in prælio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amore reſiſtere. Paſtorem enim recta timuiſſe dicere [h], quid eſt aliud, quàm tacendo [i] terga præbuiſſe? qui nimirum ſi pro grege ſe obijcit, murum pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hinc rurſus delinquenti populo dicitur [Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuã, vt te ad pœnitentiã prouocarent.] Prophetæ quippe in ſacro eloquio nõnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiua [k] eſſe præſentia indicant, quæ ſunt ventura manifeſtant: quos [l] diuinus ſermo falſa videre redarguit; quia dum culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus promiſſa ſecuritate [m] blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticeſcunt. Clauis quippe apertionis eſt ſermo [n] correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam ſæpe neſcit [o] ipſe etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: [Vt potens ſit in doctrina ſana exhortari; & eos, qui cõtradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiam

Ioan. 10.
Eſa. 56.
Ezech. 13.
Thren. 2.
Ad Tit. 1.

e ¶ Veniente.] iux ta illud.
Nam ſilniſſe nocet, multoſque ſilentia damnant.
f ¶ Latrare.] propter pigritiam.
g ¶ Hinc rurſus.] Primo conqueritur, & primo ponit verba prophetæ, dein de ea exponit, & ſic procedit per totũ ca.
h ¶ Dicere.] id eſt, dicitur.

n ¶ Sermo.] doctoris.
o ¶ Neſcit.] ſcilicet eſſe peccatum ille cui prædicatur, vel cum eius pœnitentia audiatur, quæritur ab eo locus.

&

& tempus, & perſona cum qua deliquit, quæ forte peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pœnit. diſt. 6. diſt. 6. c. 1. in fin. 1 Tamen in quæſtionibus vbi fit præiudicium alij, non fient ſpeciales interrogationes, vt ff. de quæſtio. l. prima. §. qui quæſtionem.

1 Et de pa. diſt. 3. c. 1. in prin.

Malach. 2. dicitur: [Labia ſacerdotis cuſtodiunt [a] ſcientiam, & legẽ requirunt ex ore eius; quia [b] Angelus Domini exercituum
Eſa. 58. eſt.] Hinc per Eſaiam Dominus admonet dicens: [Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.] Præconis [c] quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, ſi prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vocem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt enim, quòd ſuper paſtores [d] primos in
Act. 2. linguarum ſpecie ſpiritus ſanctus inſedit; quia nimirum, quos repleuerit, de ſe protinus loquẽtes facit. Hinc Moyſi
Exo. 28. præcipitur, vt tabernaculum ſacerdos ingrediens tintinnabulis [e] ambiatur; vt videlicet prædicationis voces habeat; ne ſuperni inſpectoris iudicium ex ſilentio offendat: ſcriptum quippe eſt: [vt audiatur ſonitus, quando ingreditur, vel egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini; & non moriatur [f].] Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non auditur; quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Apte autem tintinnabula veſtimentis illius deſcribuntur inſerta. Veſtimenta enim ſacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta teſtante,
Pſal. 131. qui ait: [Sacerdotes tui induantur iuſtitia]. Veſtimentis
† al. ſi itaque illius tintinnabula inhærent; vt † vitæ viam cum linguæ ſonitu ipſa quoque bona opera [g] ſacerdotis clament. Sed cum rector ſe ad loquendum præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat; ne ſi inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortaſſe ſapiens videri deſiderat, vnitatis compagem inſipienter abſcindat. Hinc namque veritas
Mar. 9. dicit [Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos.] Per ſal quippe, verbi ſapientia deſignatur. Qui ergo loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait [Non plus
Rom. 12. ſapere quàm oportet ſapere, ſed [h] ſapere ad ſobrieta-
Exo. 28. tem [i]]. Hinc in ſacerdotis veſte iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, niſi fidei vnitas deſignatur? Nam ſicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur; ſic innumeros ſanctæ eccleſiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat; hoc, quod iam præmiſimus, per ſemetipſam veritas diſcipulis cla-
Mar. 9. mat: [Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos.] ac ſi figurate per habitum ſacerdotis dicat; mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obſeruatione teneatis. Prouidendum quoque eſt ſolicita intentione rectoribus, vt ab eis non ſolum praua nullo modo, ſed ne recta quidem nimie [k] & inordinate proferantur: quia ſæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur [l]: & auctorem ſuum hæc eadem lo-

a ¶ Cuſtodiunt.] id eſt, cuſtodire debẽt.
b ¶ Quia Angelus.] id eſt, nuntius Domini.
c ¶ Præconis.] infra de conſecra. diſtin. 4. baptiſmus.
d ¶ Paſtores.] id eſt, Apoſtolos.
e ¶ Tintinnabulis.] octoginta tintinnabula, & totidem mala punica i inferiori margine tunicæ ſacerdotalis pendebãt.
f ¶ Non moriatur.] anima ſcilicet peccando, vel vt fama eius non ſit mortua.
g ¶ Opera.] Argum. quod ſi aliqua permiſerit ſe deſponſari vel arrhari, licet expreſſe non conſentiat, videtur quod ſponſalia ſint contracta. arg. 30. q. 5. feminæ. 27. q. 2. ſi quis deſponſauerit, 32. q. 2. honorantur. ff. de ſponſa. ſed ea 2. Nam opera probant, vt. 46. diſt. c. 1. 11. q. 3. exiſtimant. 22. q. 5. cauete. vt extra de his quæ fiunt à ma. par. c. ex ore. argu. ff. de mino. ſi filius. ff. de inoffi. teſta. l. vlt. ff. de ædil. edic. ſi tamen. §. ei qui. Ioan. Ego dico, quod ſi contrahentes poſſunt loqui, exprimere debent conſenſum ſuum; alioquin non iudicaretur pro matrimonio, cum neceſſaria ſint verba quantum ad eccleſiam, vt extra de ſpõ. tuæ fraternitatis. quia etiam mutus ſi contrahit, ſignis debet exprimere cõſenſum, vt extra de ſpon. cum apud. Bar.
h ¶ Sed ſapere.] ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hæret. cum ex iniuncto.
i ¶ Ad ſobrietatem.] id eſt, ſine præſumptione.
k ¶ Nimie.] id eſt, in multiloquio.
l ¶ Leuigatur.] id eſt, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.

2 Dicas quod ſi parentes contrahãt cum filijs, ſufficit eorum taciturnitas, vt in iuribus prędictis, & extra de deſpon. impub. acceſſit. & c. de illis. Archi.

Verba in contrahendo matrimonio, an ſint de neceſſitate.

quacitas inquinat, quæ ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. Vnde bene per Moyſem dicitur: [Vir, qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt [a]]. In mente quippe audientium, ſemen ſecuturæ cogitationis eſt qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem ſermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi ſapientibus prædicator egregius ſeminiuerbius [c] eſt vocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſeritur; quia multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat, quod ſi ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuiſſet: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vſum generis, ſed ad immundiciam ſemen effundit. Vnde Paulus quoque, cum diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret, dixit: [Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius, prædica verbum, inſta opportune, importune:] dicturus [importune,] præmiſit [c] [opportune;] quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua vtilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas [d] opportunitatem neſcit.

Leuit. 15.

Act. 17.

† al. corde

2. Tim. 4.

Item Clemens epiſt. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus ſacra non ſunt committenda.

C. II.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatem diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus; quanto magis noſſe conuenit, quis, qualiſue ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti enim, & valde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & ob alias cauſas vtile eſt viri huius habere me notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt [f] dubitari, quòd [g] bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis; hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis, & humanus (quæ vtique bona eſſe nullus ambigit) tunc conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum [h], etiam quod deeſt fidei, & ſcientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si ve-

Matth. 10. Mar. 7.

Matth. 7.

a ¶ Eſt.] ſcillicet vſque ad veſperam, vt ſupra diſtin. 6. teſtamentum.

Seminiuerbius quis dicatur.

b ¶ Seminiuerbius.] A presbyteris Athenienſium dictum eſt de Apoſtolo, quid ſibi vult iſte ſeminator verborum? & ſecundum hoc erit hic ſeminiuerbius, ſed ſi habes ſemiuerbius, tunc dic ǫ obſcurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ADDITIO. Seminiuerbius, id eſt ſeminans verba, vel id eſt, abbreuians verba, ſecundum Lau. Item Paulus in quadam ſequétia dicitur ſpermologus. ſperma enim græce, latine dicitur ſemen, & logos ſermo, ſm Hugon.

Argumentum ab ordine verborum ſumitur.

c ¶ Præmiſit.] argu. ǫ ab ordine 1 verborum eſt argumentandum. 10. diſtinct. §. 1. & 23. quæſt. 4. diſplicet. & 1. q. 1. vt euidenter. & 3. q. 7. in grauibus. extra de reſcrip. cum dilecta. Et ſi præcedens verbum eſt dubium, & ſequẽs manifeſtum, ſequens clauſula eſt ſequenda. ff. de peti. hæred. verum autem quandoque etiam ſecundum præcedenté exponitur ſequẽs. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium, in fin.

1 Aliàs dñ ǫ de ordine ſcripturæ non eſt curãdum. ff. de ſol. nec enim. Archid.

d ¶ Importunitas.] Nota quòd propter tria conſueuit induci cap. ſcilicet quòd tacens & timens videntur fugere. Itẽ quòd æque aliquid probatur factis vt dictis. Itẽ ordinem verborum attendendum, vt per notata 3. poſita patet.

IN mandatis.] Hæc eſt ſecunda pars hius diſtin. in qua dicitur, quòd hæreticis & paganis non ſunt ſecreta noſtræ fidei manifeſtanda. & hoc cap. ad hoc probandum inducitur. Si tu quęras quæ dicta Origenis recipiantur? Reſp. recipit eccleſia tamquam ſua ea, quæ de dictis eius Hiero. recipit. aliàs ſunt cum ſuo auctore damnata per Papam Gelaſium. 15. diſt. Sancta Romana. verſic. item Origenis. Io. de Fan.

CASVS. Quæſitum fuit ab Origene, vtrum indifferenter ſecreta fidei ſint cuilibet reſeranda? & Reſpondit, ǫ nõ, duabus rationibus. prima eſt, quia Chriſtus pcepit vt intrantes ciuitaté examinemus, quis ſit in ea dignus, vt apud eum cibum ſumamus; multo fortius eſt hoc faciendum in cibo ſpirituali, cum non debeamus proijcere margaritas noſtras ante porcos. Secunda eſt quia ſi fidelis eſt, & bonus paratus corrigi, reſerare ſibi debemus, vt quod in eo deficit, per nos ſuppleatur, vt ſi qua in eo macula fuerit, emendetur: ſi autem perfidus eſt & incorrigibilis, nulla ſecreta fidei ei ſunt reuelanda, ſed monendus eſt vt reſipiſcat. Si vero nos prouocet dicere quòd non decet ipſum audire, debemus eum prudenter eludere; ne ſi nil reſpondeamus, putent auditores inopia reſponſionis nos declinare certamen.

e ¶ In mandatis.] ſcilicet Euangelicis, Matthæi 10. c. & Mar. 7. vbi Dominus præcepit diſcipulis ſuis: In quamcumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ſic ibi manete. Ex verbis illis arguitur, hic à minori. Lau.

f ¶ Non poteſt] Nam timor in dubijs deteriora canit. Et Lucanus. [Peſſimus in dubijs augur timor.]

g ¶ Quòd] id eſt, quia bona ſint.

h ¶ Virtutum.] Ergo videtur, ǫ qui non habet fidem poſſit habere virtutem, quod non eſt verum, vt 24. q. prima, ybi.

a ¶ Qu

a ¶ Quæ palam.]id eſt, dubitanter ſunt mala.
b ¶ Permanet.]ſæpius admonitus.
c ¶ De ſecretioribus.]ſed ea quæ ſpectant ad admonitionem, non autem ſecreta fidei: quia ſi illa ſciret: facilius non inde impugnaret, vt 11.q.3.nolite.
d ¶ Pru-

ro in ijs, quæ palam [a] ſunt peccatis inuolutus permanet [b]; & inquinatus; nõ me oportet ei aliquid de ſecretioribus [c], & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui; ſed magis proteſtari, & cõuenire eum, vt peccare deſinat, & actus ſuos à vitijs emẽdet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem non oportet audire; prudẽter [d] eum debemus eludere [e]. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſa vtile non videtur: ne forte exiſtiment nos reſponſionis penuria [f] declinare certamen; & fides eorum lędatur non intelligentium propoſitum noſtrũ.

Item Anacletus, epiſt. 1. omnibus epiſcopis.

¶ Verba prædicationis perſecutoribus ſuis prælati non ſubtrahant. C. III.

Iuo p. 5. c. 237. circa medium.

3 SCimus autem multos ob id infeſtare doctores, vt eos perdant [g], & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires ſuppetunt) a recta æmulatione [h], & bona intẽtione † recedere [i] debent; ſcientes, quià beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

† al. inſtitutione

Matth. 5.

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epiſt. 33.

¶ Non eſt mundus à ſanguine ſubiectorum, qui Dei conſilium illis non annuntiat. C. IIII.

Act. 20.

EPheſijs Paulus [k] dicit: [Mundę ſunt manus meę à ſanguine [l] omnium veſtrum: non enim ſubterfugi, quominus annũtiarem [m] omne conſiliũ Dei vobis.] Mundus [n] ergo à ſanguine eorum non eſſet, ſi eis Dei conſilium annuntiare noluiſſet: quia cum increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo [o] paſtor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium eſt, [Propoſueramus.]

¶ Aeternæ damnationis pœnam incurrit prædicator, qui ſemen diuini verbi non ſpargit. C. V.

DIſpenſatio † eſt nobis cæleſtis ſeminis iniuncta:

† Diſpẽſatione nobis] orig.

& i recta æmulatione, id eſt, dilectione: quia beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.
g ¶ Perdant.]id eſt, confundant.
h ¶ Aemulatione.]id eſt dilectione. Vnde no. verſum, qui valet ad multas expoſitiones:

Aemulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bar.

Aemulor varia ſignificata habet.

i ¶ Recedere.[Not. quòd propter ſubſannationem vel perſecutionẽ nõ ceſſabit doctor à docendo, vel prelatus à prædicando, vt hic, & 11.q. 3. nolite. quia etſi illi nõ proficiant, tamen ipſe faciat quod ſuum eſt, vt 47. diſt. quod apud nos. & 23. q. 4. ſicut non eſt. nec obſtat 3. c. prox. vbi dicit, quòd prudẽter debem⁹ eludere tales. nec etiã illud ob. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. vbi dicit, hæreticum hominẽ poſt primã & ſecundam correctionẽ deuita. quia vtrumque illorũ obtinet in ſecretioribus fidei, quę nõ debemus pandere illis: ſed ab illis quæ faciunt ad correctionem, numquã ceſſandum eſt, vt 1.q. 7. cõuenientibus, Io. Hodie autem ſi hæretici nõ corrigantur, ſtatim tradendi ſunt curiæ ſæculari ad puniendũ: ſi autẽ corrigantur, & iurent ſtare mãdato eccleſiæ, in perpetuo carcere debent detrudi ad agẽdam pœnitentiam, vt extra de hæreti. c. penul. Bar.

Prælatus propter perſecutionẽ nõ deſerat prædicationem.

EPheſijs.]Casvs. Venantius epiſcopus ſuos ſubditos corrigere nolebat, vel negligebat, de quo cum Gr. reprehendit: quia peccata ſubditorum niſi eos corrigat, ſibi

d ¶ Prudenter.]transferendo nos callide ad alienã materiam: cum nec ipſi debeant alieni regni ſcrutari arcana. C. de cõmer. mercatores. & extra de elec. quòd ſicut. immo ſubtili ingenio debemus à barbaris extorquere aurũ, vt C. de cõmercijs, l. 2. & 14. q. 4. ab illo. & q. 5. c. dixit.
e ¶ Eludere.] Nota dolum eſſe bonum contra hoſtem. ſic 22. q. 2. vtilem. & ff. de do. l. 1.
f ¶ Penuria.]Arg. contra infra 24. q. 3. cum quibus 1.

SCimus.]Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua dicitur, ſi prę̨lati non corrigunt ſuos ſubditos, ſanguis ſubditorum de prælatorum manibus requiretur. Si autem faciamus quod in nobis eſt, non imputatur nobis malitia ſubditorum. & hoc probat per iſta tria cap. Io. de Fan.

Casvs. Quidã prælati ceſſabant à correctione, & à recta via, quia infeſtabantur à ſuis ſubditis: ſed dicit Anacletus, quòd propter hoc à prædicatione ceſſare non debẽt.

imputantur. & hoc probat auctoritate Pauli: & quia paſtor videtur occidere delinquentes, niſi eos corrigat.
K ¶ Paulus.] in actibus Apoſtolorum 20. cap.
l ¶ A ſanguine.]id eſt à peccato.
m ¶ Annuntiarem.]Ar. quòd ſi per te nõ ſtat aliquid quominus fiat, nõ eſt tibi imputandũ, vt 24. q. 2. admonere. & 47. diſt. c. vlti. & §. neceſſe. & C. de inſt. & ſubſti. l. 1. Ar. contra extra de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. cap. 1. Ioan. Sed certe ibi ſtetit nõ per petentem poſſeſſionem. ff. de reg. iur. l. culpa. Bar.

Imputandum non eſt ei per quem non ſtat.

n ¶ Mundus.] Argum. à deſtructione antecedentis, vt 24. q. 2. ſane.
o ¶ Tacendo.]infra 83. diſt. error.

DIſpenſatio.]Casvs. In hoc cap. Nicolaus Papa reprehendit prælatos, qui nolunt corrigere ſubditos, & prædicare: quia væ erit eis, ſi verba cæleſtis ſeminis nõ prædicauerint, & nõ ſparſerint in ſubiectos: & hoc

probat auctoritate Pauli. Præterea ſicut magnũ eſt periculũ prælatis ſilere: ſic periculoſũ eſt ſubditis nõ obedire.
a ¶ Væ.] aliàs veh, ſcilicet æterna mors. 11. q. 3. væ qui.
b ¶ Et clamet] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ſ. 6. diſt. ſed penſandum.

comeſſationes noxiæ non ſolum ſacerdotibus, ſed etiã laicis: qui dies feſtiuos celebrare non putant, niſi comeſſationibus deſeruiant.
CVM AVTEM. Hæc diſtinct. ſpectat ad tertium x. apoſtolicæ regulæ, quæ tractata eſt 35. diſtinct. oportet

ADDITIO. Vel dic, clamet prædicando: vel ſe timere æternã damnationem, ſecũdum Hug.
c ¶ Quanto magis.] Arg. à maiori, vt 32. q. 5. ſi Paulus. & q. 1. ſi ergo tantus.
d ¶ His.] id eſt, ſubditis.
e ¶ Parere.] id eſt, obedire.
PARITER. Hæc eſt quarta pars huius diſt. Dictum eſt ſ. in cap. in mandatis, q ſecreta fidei non ſunt hæreticis reuelãda. Nũc vero dicit Gratianus q idem eſt de catholicis indignis, & non intelligentibus. ſi autem ſecus, fiat nõ fit ad eorũ vtilitatem: ſed potius ad oſtentationem, vel adulationem, vel ſcientiæ iactationẽ, vel propter loquacitatem incautã. Et hoc probat per expoſitionem, Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, q ſi prælatus in prædicando diſcretionem nõ ſeruat, tamquam torto naſo, id eſt, diſcretione carens, ſacerdotis officio videtur indignus.
f ¶ Irreuocabile.] Horatius: [Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile verbũ.] extra de verb. ſig. fortius. & Ouidius.
Neſcit vox miſſa reuerti.] iuxta illud:
Vox emiſſa ſemel, irreditura volat 1.

væ [a] ſi non ſparſerimus: væ ſi tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet [b]; quanto magis [c] cuilibet exiguo metuendũ eſt: Proinde, ſicut non leue diſcrimen incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro diuinitatis cultu, & eccleſiæ correctione quod cognruit; ita his [d] (quod abſit) nõ mediocre periculum eſt; qui cũ debeant parere [e], deſpiciunt. 1. Cor. 9.

4 *Pariter quoque obſeruare debet ſacerdos, ne indignis, & non intelligentibus ſecreta myſteria, ſua prædicatione reſerare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi; non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationẽ facit. Vnde in expoſitione, [Beati immaculati] dicitur. [Vitium eſt ſecreta myſteria vulgare indignis: quod fit vel loquacitate incauta, dum ſine iudicio volat irreuocabile [f] verbum; vel adulatione, vt ei placeat †, cui ſecreta reuelat; vel iactatione ſcientiæ, vt plura ſcire videatur.] In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat eſſe diſcretio in prædicatione ſacerdotis: quæ ſi forte caruerit, tamquam torto [g] naſo, ſacerdotalis officij iudicatur indignus.*

Gloſſa ordi. ex Ambr. ſer. 2. in pſal. 118. ſ ver. [Abſcondi eloquia tua.]

† Tex. eſt in ſ. in l. 1. C. de ſtat. & imag. vbi vide quid ſit adulatio.

DISTINCTIO XLIIII.

Cvm autem vinolentus eſſe prohibetur, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur: Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Vtrumque [h] enim inter opera tenebrarum Apoſtolus connumerat ſcribens Romanis; [Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.] Ventris namq. ingluuies ad luxuriam prouocat facile; & omne opus bonum diſſoluit. Vnde [venter, & genitalia ſibimetipſis vicina ſunt: vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hieruſalem deſtruxiſſe legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deſeruit, ædificia virtutum ad ſolum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere [i], non luxuriari quæ-

Rom. 13.

Hier. in epiſt. ad Amandum, & Aug. de Temp. ſerm. 65. Greg. in paſtor. par. 3. c. 20.

4. Reg. vlt. ſecundũ lxx.

1 Ad idẽ 5. q. 5. qui ambulat. ff. de cap. & poſtli. reuer. in bello. §. facta. in authen. de aqua. do. §. hinc igit. in ſ. Arch.

g ¶ Torto.] infra diſ. 49. ca. 1. Hinc etenim naſum cõparat diſcretioni: quia per eũ percipitur ordo & fetor.

CVm aũt.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ. & hoc probat per quattuor auctoritates ſanctorum patrũ. Secunda ibi; [Multis.] Tertia ibi, [Nõ oportet.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in 35. diſt. dictum eſt, q ſacerdos nõ debet eſſe vinolentus, ſed ſobrius: quia comeſſatio & voracitas ebrietatis ſunt cohærentia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44. diſt. voracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima eſt, quia comeſſatio & ebrietas ab Apoſtolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comeſſationibus, &c. Secunda eſt: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriam: & omne opus bonum diſſoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui deſtruxit muros Hieruſalem: quia ei multitudo coquorum deſeruit, Sunt autẽ

tet ordinandum eſſe nõ vinolentum, ſed ſobrium. ſed non tractauit ibi niſi de ſobrietate potus: ideo reſumit eam hic, & tractat de temperantia & ſobrietate cibi. Annectit q laici & clerici qui faciunt magna conuiuia cauſa laſciuiæ delinquunt 2. Item addit q clerici non debent comedere vel bibere in tabernis, niſi neceſſitas exigat 3. Deinde dicit, q cibum clericorum ſemper præcedet, & ſequetur oratio. Item q in ſacerdotali conuiuio ſemper debet legi lectio ſacræ ſcripturæ.
h ¶ Vtrumque.] Argumen. quòd vno prohibito vel permiſſo, idem erit in connexo ſibi, vt ſ. diſt. 4. deniq. & 1. q. 1. ſicut Chriſtus. Et eſt hic argu. q ſi Papa vel epiſcopus ſcienter aliquem ordinat, videtur reſtituere ipſum famæ 4, cum fama & ſacerdotium ſibi ſunt annexa. Ioan. Quod falſum eſt, vt extra de ſchiſma. cap. 2. vbi dicitur quòd probare debet ſecum fuiſſe diſpenſatum. Bar.
i ¶ Viuere.] Sufficere debet ergo clerico, quod viuat, id eſt,

2 Conuiua reprobanda. 2 ſ. ea. c. conuiuium. cap. multis. 3 Vt ſ. c. non oportet. cũ deb. cap. ſequenti. I concor. g. in c. nobis nullis. 1. ſ. 42. d. Ordo purgat infamiam. 4 Arg. C. his qui infamia, leg. 3. Idem ſentit Io. Vt ſtu. & ſtitus ſ. ... co.

eſt, ſola neceſſaria habeat: & attēdatur illa neceſſitas vt eſt ad victum & veſtitū 1, 12. q. 1. epiſcopus. Qualiter tamē hoc intelligendum eſt, dixi 21. quæſt. 1. cap. 1.

COmeſſationes.] CASVS. Quæſiuit Aurelius ab Auguſt. vtrum laici, qui in diebus feſtiuis deſeruiunt comeſſationibus & ebrietatibus, propter hoc debent ſuſpendi vel excommunicari. Et reſpondet quòd non: quia multitudo eſt in cauſa, in quam ſeueritas diſciplinæ non eſt exercēda: ſed monendi ſunt non imperioſe, ſed benigne, vt Deus in noſtro ſermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiendū eſt à ſpiritualibus, vel ſpiritualibus proximis.

1 Quod le. & no. 24. q. 1. reſecandæ. & 32. q. 2. ſic non ſunt. in gl. vlt.

In Michæā c. 3. in extremo.

rat, vt ait Hieronymus. [*Tibi o ſacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur*] *Sunt autem comeſſationes non ſolum ſacerdotibus, ſed etiam laicis noxiæ: qui feſtiuos, & ſolennes dies non aliter ſe digne celebrare putant; niſi comeſſationibus deſeruiant.*

Vnde Auguſtinus ſcribit ad Aurelium epiſcopum, epiſt. 64.

¶ Non eſt vacandum comeſſationibus, & ebrietatibus. C. I.

Iuo p. 13. c. 68.

COmeſſationes, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur [a], vt in honorem etiam beatiſſimorum martyrum non ſolum per ſolennes dies, (quod ipſum quis non lugendum [b] videat, qui hæc non carneis [c] oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. *& poſt pauca*: Non ergo aſpere, quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur; magis docendo, quam iubendo; magis monendo, quam minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine [d] [peccantium †. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum. Et ſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictam futuram: ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur. Ita prius mouebuntur ſpiritales, aut ſpiritalibus proximi; quorum auctoritate, & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

† abeſt ab orig. Iuo. & aliquot manuſcriptis Gratiani.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. C. II.

Vbi. Aquiſgr. c. 60. Burc. l. 2. c. 131. Iuo p. 6. c. 205.

NOn oportet clericos [a] ſeruientes à presbyteris vſque [e] ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes vſque ad miniſtros, aut lectores, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut pſalmiſtas, aut etiam eos, qui in propoſito [f] continentiæ ſunt, tabernas [6] intrare.

a ¶ Clericos ſeruientes.] *Græce eſt,* ἱερατικούς, *quod Dionyſius vertit,* ſacro miniſterio deditos: *quam verſionem concilium Aquiſgranenſe, Burchardus, & Iuo attulerunt.*

6 ¶ Tabernas.] *ſequebatur in impreſſis,* niſi cauſa neceſſitatis: *quæ ſunt expuncta, quia neque in pleriſque manuſcriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipſo concilio Laodicenſi, aut Aquiſgranenſi (vbi c. 60. hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apoſt. 54.*

Item ex ſexta ſynodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergaſterium habere voluerit. C. III.

NVlli clerico licet tabernā [a], aut ergaſteriū [g] habere.

a ¶ Putantur.] à ſtultis videlicet.

b ¶ Lugendum.] id eſt nonne vnuſquiſque hoc lugendum videat.

c ¶ Carneis.] ſcilicet ſpiritualibus.

d ¶ Cum multitudine.] Multi ſunt xl. vt extra de cle. excom. latores. Aliquā do 23. millia ſunt pauci: vt 45. diſt. diſciplina. Et habes hic q. propter multitudinem detrahitur ſeueritati, vt 50. diſt. vt conſtitueretur. & 11. q. 7. quoties. 33. q. 4. ipſa pietas. &c. nō poteſt. Quandoque & cum paucitate mitius agendum eſt, cū timetur ſcandalum 23. q. 4. cum quiſque. 5. Vbi ergo aliquid male fit: & quaſi ex auctoritate defenditur, tunc non debet dormire ſeueritas: quando vero non defenditur, tunc diſſimulari poteſt propter ſcandalum, vt de pœni. diſt. 6. c. 1. in fi. & 82. diſt. plurimos. & 50. di. domino ſancto. ſed propter ſcandalū nunquā debet deſeri veritas ipſa, vt extra de reg. iu. qui ſcandalizauerit 6. ſed ſeueritas pœnarum poteſt deſeri, vt hic. Io. Item vbi nō habet locum diſpenſationis remediū, vt in matrimonio: propter multitudinē nō eſt recedendū a ſeueritate canonica: vt extra de tranſact. ex parte. Bar. 7.

Seueritati an propter multitudinem vel paucitatē detrahat.

5 Concor. textus in l. decurionū & ibi gl. & doct. C. de pœn.

6 Vbi de hoc, & extra de tēp. ord. ſane. ibi videas.

NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votum continentiæ fecerunt, prohibentur ingredi tabernas, niſi cauſa neceſſitatis, vt infra. c. ſequenti. Sequentia duo capitula plana ſunt.

7 Scilicet, & tacet quandoque prælatus non propter ſcādalum, ſed propter maius malum qd poſſet eccleſiæ prouenire, vt cum Rex aliquid facit in rebus eccleſiæ, ſecūdū. Lau.

e ¶ Vſque.] improprie ponitur hic, vſque, cum nulli ſint in medio.

f ¶ Qui in propoſito] vt Deo deuoti conuerſi. 12. q. 1. duo, &c.

NVlli clerico licet] ¶ Ergaſterium.] id eſt ſtationē.

a ¶ Quan-

Si enim huiuſmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis [a] alijs miniſtrare in ea? ſi quis vero tale quid fecerit, aut ceſſet [b], aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergaſterium.] *Græcè eſt*, καπηλικὸν ἐργαστή-ριον, *id eſt*, cauponariam tabernam.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Niſi neceſſitate compulſi clerici tabernas non ingrediantur. C. IIII.

Clerici, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis [c] neceſſitate compulſi. — Aquiſgran. conc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

Item Gregorius Natali epiſcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epiſt. 14.

¶ Corripiendus eſt epiſcopus, qui conuiuijs occupatur. C. V.

2 Multis ab vrbe tua venientibus, frater chariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conuiuijs occupatum: quæ audita non crederem, niſi hæc actionum † [d] tuarum experimentis adprobarem. Nam quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi inuigiles [e], ſed ipſum quoque vſum eccleſiaſtici ordinis ignores; hoc eſt in teſtimonium [f], quod eis, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis.

† Adde, q. actio accipitur pro actu. ſimile in l. magiſtratuū. C. de adm. & in l. 3. ff. de offi. pcon. & j. 100. diſtin. rationis.

Idem ad eumdem, lib. 2. epiſt. 37.

¶ De eodem. C. VI.

Conuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte veſtra fraternitas † in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt; quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur [g]; nullus ex irriſione reprehenditur; nec in eis inanes ſecularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quàm neceſſe eſt, ſeruitur corpori; ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendæ virtutis habeatur. Hęc itaque ſi vos in veſtris conuiuijs agitis, abſtinentium † [h], fateor, magiſtri eſtis.

† al. ſanctitas

† al. abſtinentia

[Item ex concilio Nannetenſi.]

PALEA. C. VII.

Nullus presbyterorum, quando ad anniuerſarium diem, trigeſimum aut ſeptimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatu ſ. amore † ſanctorū, vel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cōgere, vel ſe aliena precatione ingurgitare; nec

De conſec. diſt. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 252.

† al. in amore

a ¶ Quanto magis.] cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic. & 14. q. 1. miramur. & 74. diſt. geſta. 14. q. 5. pœnale. † ſicut in caſu conuerſo; ſcilicet cui licet maius & minus. 16. q. 2. viſis.

† Ad idem 30. q. 3. pyttacium. ff. de inter. & rele. l. relegatorū. §. vlt. Archi.

b ¶ Aut ceſſet.] ſic 55. diſt. c. 1.

c ¶ Clerici.] ¶ Niſi peregrinationis.] Not. q̄ permittitur viatori, quod alij non permittitur. Arg. ſimile j. 11. q. 3. quoniam multos.

Multis.] Hæc eſt 2. pars hui⁹ diſt. in qua reprehenditur quidam Natalis epiſcopus, qui ſemper erat in comeſſationibus: ita q̄ officium ſuum neſciebat, & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc cap. & per ca. ſeq. Ioan. de Fan.

Casus. In hoc cap. reprehendit Gregor. Natalem epiſcopum, qui tantum conuiuijs deſeruiebat, in quibus vita abſentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabantur: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni, neque exhortationi inſiſtebat: neque ſuis maioribus reuerentiā exhibebat.

d ¶ Actionum.] Arg. præſumi contra aliquem quādoque propter crimen præteritum. 18. diſt. peruenit. 2. 34. q. 2. cum per bellicam. Quandoque ex præſenti circa præſens, vt hic: quandoque circa futurum. 50. diſtin. ſi quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritū. 22. quæſt. 1. non eſt. quandoque ex præterito circa futurū. 23. q. 5. ſi apud. & 82. diſt. plurimos.

† Vbi de hoc & extra de præſumpt. ſcribam. & C. de adul. ſi qui. 31. q. 1. ſi quis viuēte. extra de ele. officij. Archi.

e ¶ Inuigiles.] quæ duo, ſcilicet lectioni ſtudere, & exhortationi inuigilare, ſūt opa pōtificis. 36. di. c. vlti.

f ¶ In teſtimoniū.] hic vnū factū pbat aliud, vt 1. q. 1. cōſtat, & c.

Conuiuia.] Casus. Idē Natalis epiſcopus excuſabat ſe, quia reprehenſus fuit propter cōuiuia, quæ faciebat: dicens quòd bona intentione & cauſa impendendæ charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, quòd tunc fiunt ex charitate, dum vita abſentium non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur. ſed verba ſacræ lectionis, & cum infirmitas ſola reficitur: & qui hæc in ſuis conuiuijs facit, magiſter eſt abſtinentiæ. quæ autem ſequuntur vſque ad diſtinctionem, plana ſunt, & per ſe patēt.

g ¶ Mordetur.] Vnde verſus.

Quiſquis amat dictis abſentium rodere vitam.
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

h ¶ Abſtinentium.] Nota quòd abſtinens dicitur qui

bene

† al. facere permittat

plauſus, & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre: aut cantare præſumat, aut turpia ioca, vel vrſo vel tornatricibus ante ſe fieri† patiatur: nec laruas dæmonum a ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & à ſacris canonibus prohibitum.

a ¶ Dæmonum.] *Burchardus addit*, quas vulgo Talamaſcas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

Burc.l. 2. c. 162. Iuo p. 6. c. 253. † decanus, aut aliquis.] Burch.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis †. prior illorum, verſum ante menſam incipiat, & cibum benedicat; & tunc ſecundum ordinem ſedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum & potum benedicãt, & aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Et poſt refectionem ſimiliter ſanctum hymnum dicant ad exemplum Domini; ſicut in cœna feciſſe legitur: & ſic ſe contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, vt non vituperetur miniſterium illorum.

Matth. 26.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IX.

C. XII.

Burc.l. 2. c. 164. Iuo p. 6. c. 255. † al. miniſterium

QVando presbyteri per kalendas ſimul conueniũt poſt peractum diuinum myſterium †, ad neceſſariam collationem, non quaſi ad plenã refectionem, ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabulas reſideant: ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent: quia indecẽs eſt, & oneroſum; ſæpe etiam tarde ad eccleſiam redeuntes maius damnum de reprehenſione conſequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrum ibi † faciant. Nam de huiuſmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam Dominicam, ideſt ad collationem verbi ſub occaſione conueniunt, & ex veritate † ventris cauſa coniũguntur; reprehẽſibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant, & ſinguli ſingulos bibere faciant; & maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant; & ſic ad eccleſias redeant.

† & † al. cibi 1. Cor. 11. † al. ingluuie tate

Item ex concilio Laodicenſi, c. 55.

¶ Chriſtiani ex ſymbolis conuiuia non celebrent. C. X.

Conc. Aquiſgr. c. 83. Rab. l. pœn. c. 27. † iſta ſunt addita loco cuiuſdã gloſſæ.

NOn oportet[a] miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos, aut etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis[b], [quæ † vulgus comeſſalia appellat] conuiuia celebrare[c].

Item ex concilio Toletano 3. c. 7.

¶ Sacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus ſemper conuiuijs miſceatur. C. XI.

Burc. l. 2. c. 169. Iuo p. 6. c. 260. Rab. l. pœn. c. 28.

PRo reuerentia[d] Dei, & ſacerdotum id vniuerſa ſancta cõſtituit ſynodus, vt (quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Apud Martin. Braca.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 61. & 66.

¶ De

---

bene comedit: & continens dicitur q tamen cognoſcit vxorem ſuam, vt 31. diſ. Nicæna.

NOn oportet.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, q nullus debet facere conuiuium de confertis, ideſt, d ſymbolis: quod in vulgari dicitur, eſchot. & ad hoc probandum iſta tria cap. inducuntur, Ioann. de Fant.

a ¶ Nõ oportet.] hic habent quidam ca. nullus. quod ẽ infra de conſec. diſtinct. 5. nullus.

b ¶ Ex ſymbolis.] ſymbolum eſt quando plures conferunt ad conuiuia facienda. idẽ eſt conferuũ.

c ¶ Celebrare.] Nam vt ait Iuuenalis. Miſerum eſt aliena viuere quadra.

d PRo reuerentia.] infra de conſec. diſt. 5. in omnibus.

Non

a Non liceat.] ¶ Hymno.] ſ. de conſec. diſ. 1. panis & calix. & c. didicimus.

Sequitur.] Hæc diſt. diuiditur ī quattuor partes. In quarum prima probatur per ſeptem auctoritates, q̄ prælati nō debēt eſſe acceſſi ad irā vel pturbationē. Secūda ibi, [Salomon.] Tertia ibi, [Ex his.] Quarta ibi, [Percuſſor.] Ioā. de Fan. Casvs. In hac 45. diſt. pſequitur 9. ca. apoſtolicæ regulę, oportet epm non eſſe pcuſſorē· q nō debet eſſe iraſcibilis & perturbati sēſus, ſed patiens exēplo Chriſti, q dorſum poſuit ad flagella. Et primo pbat q. plati nō debēt aliquē pcutere vſq; ad §. Salomō poſtea allegat ī 3rium vſq; ad §. [Ex his.] Not. ergo q. ē pcuſſio ſpiritualis: & eſt pcuſſio corporalis. Spiritualis eſt, cū qs indiſcreto ſermone corrigit aliquos. iſta phibet, vt ſ. c. vlt. Corporalis[1] eſt illa, q manu fit. & iſta vbi fit ex ira vel odio, vel ad hoc vt magis timeat, peccatum eſt, vt ſ. ea. ca. 1. ſed ſi fit cauſa correctionis 1, licita eſt ei q habet poteſtatē in eū, vt ſ. ead. cū beat[9]. & 35. diſt. ante oīa. hoc tamē ſcias, q epſ ſuis manib[9] neminē verberabit, vt 86. diſ. non liceat. ſed p aliū poteſt, vt 5. q. 5. illi. non tamen per laicum, ſed per clericū, ſi clericus fuerit verberandus, vt extra de ſent. excom. vniuerſitatis. niſi penitus ſit incorrigibilis. tūc ēt p laicum pōt, vt extra de ſentent. excomm. c. vt famæ. Item diſtinguendū eſt circa qualitatem ipſarum perſonarum, quæ corrigendæ ſunt, & etiam circa quantitatem criminum. nam qui ſunt in minoribus ordinibus, conſtituti, licite verberantur etiam pro minoribus criminibus, vt infra ead. §. Salomon. & 35. diſt. ante. ſed maiores non ſunt verberandi niſi pro maioribus, vel enormibus criminibus, vt infra ead. cum beatus. & 35. diſtinct. ante. Sunt tamen alij caſus, in quibus licite percutitur clericus, vt not. 16. quæſt. 4. ſi quis ſuadente.

Quidam autem.] Casvs. Quidam prælati erant, qui vt magis timerentur, ſuos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus non prædicatione cogebant: ſed dicit Grego. in hoc cap. q. hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicentis: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo ſtatuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contra fecerit, triduo ſuſpendatur.

Percuſſio ē duplex.

1 De hoc mēbro dic vt legi. & no. extra d ſent. excō. cū volūtate. ver. q cuā d hu.

Corrigens debet mul ta auēdere

Cleric[9] an poſſit verberari.

a ¶ Ci.

¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. C. XII.

NOn liceat ſacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de confertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, niſi hymno[a] dicto, comedere panem; & poſt cibos gratias auctori Deo referre.

Burc. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. c. 256. C. 66.

Si ergo laicis comeſſationes damnabiles ſunt, multo magis ſacerdotibus imputantur ad gehēnam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) craſſum ſenſum generat: cum ſacerdotalis ſenſus contra vigil eſſe debeat, & tenuis: atque ideo edacitatis vitio obnoxij in ſacerdotes vngi non debet. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorum bello ſubiacent, nequaquam per prædicationis vſum præeſſe magiſterio ceterorum debent.

Epiſt. ad Nepotianum.

Lib. 23. c. 12.

DISTINCTIO XLV.

SEquitur, [nō percuſſorem.] Non enim oportet epiſcopum ita eſſe iraſcibilē, & perturbati ſenſus, vt percutiat; qui debet eſſe patiens: ſed ſequatur eum, qui dorſum poſuit ad flagella.

1. Tim. 3. & ibi gloſſa ordin. & Anſ. ex Hier. ad Oceanum.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Conſtantinopol. lib. 2. epiſt. 52. al. c. 91.

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet epiſcopus. C. I.

QVid autem de epiſcopis, qui verberibus timeri volūt, canones[b] dicant†, bene fraternitas veſtra nouit. Paſtores etenim facti ſumus non percuſſores. & egregius prædicator dicit: [Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, 2. que inaudita eſt illa prædicatio, quæ verberibus exigit fidem[c].

In Diac. l. 3. c. 9. Poly. l. 4. tit. 9.

2. Tim. 4.

† Ar. q ficit al... tio ge... lis nō c... ſo li. d... p gl. I... bo. cō... bat. I... tineb... deſpo... pub.

Item in concilio Romano ſub Silueſtro, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

NEminem†[d] quicquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non epiſcopus clericum, vel ſeruitorem eccleſiæ ad cædem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici; triduo[e] priuetur honore, vt pænitens redeat ad matrem eccleſiam.

† Nemo] ori.

b ¶ Canones.] 86. diſt. non liceat.

c ¶ Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus eſt, vt 23. q. 5. ad fidē. & ſ. e. de Iudæis. ſed fidē rec. ptam cogitur quis tenere. & ſic non obſtat 23. q. 4. quis nos. & q. 6. iam vero.

d ¶ NEminem.] ¶ Peccantē.] dum tamē non nimis & enormiter excedat. vel intellige q. clericus in ſacris ordinibus conſtitutus non eſt grauiter & immoderate verberandus. & ſic nō obſtat extra d. ſen. excom. vniuerſitatis. Ioan.

e ¶ Triduo.] Similis ſuſpenſio eſt 5. q. 3. in loc... &c.

Fidē ſe... pere n... cogitu...

1 Ex ſi... ob. ex... ſens... vt ... io. d...

Qui

Item Gregorius Paſchaſio epiſcopo Neapolita. lib. 11. epiſt. 15.

¶Non aſperis, ſed blandis verbis, ad fidem ſunt aliqui prouocandi. C. III.

QVi ſincera intentione extraneos à Chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis [a] non aſperitatibus debent ſtudere; ne quorū mentem reddita ad † planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicumque aliter agūt, & eos ſub hoc velamine à cōſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere; ſuas illi magis, quàm Dei cauſas probantur attendere. ¶ Iudæi ſiquidem Neapoli conſiſtentes queſti nobis ſunt, aſſerentes, quòd quidam eos à quibuſdam feriarum ſuarum ſolennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis ſit licitum feſtiuitatum ſuarum ſolennia colere: ſicut eis nunc vſque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obſeruare. Quòd ſi ita ſe veritas habet, ſuperuacuæ rei videntur operam dare †. Nam, quid vtilitatis eſt, quando, & ſi contra longum vſum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuerſionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cæremonias [b] ſuas colere debeant, regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum ergo eſt, vt ratione potius, & manſuetudine prouocati ſequi nos velint, non fugere; vt eos, ex eorum codicibus oſtendentes, quæ dicimus, ad ſinum matris eccleſiæ Deo poſſimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de ſuis illos ſolennitatibus inquietari denuo non permittat: Sed omnes feſtiuitates, feriaſque ſuas, ſicut hactenus tam ipſi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberā habeant obſeruandi, celebrandique licentiam [c].

Item Gregorius iiij. in epiſtola epiſcopis per Galliam, & Germaniam conſtitutis.

¶Non ſeueritate, ſed beneuolentia ſubditos prælati corripiant. C. IIII.

LIcet plerumque accidant in ſacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia [d], quàm ſeueritas; plus cohortatio, quàm cōminatio †; plus charitas, quàm poteſtas: cum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato [e] viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrum apoſtolum præceptorem noſtrum iudicaſſet; non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi [f] ergo,

† al. à plano

Iuo p. 13. c. 105.

† al. adhibere

§. ead. c. licet. Iuo p. 5. c. 368.

† al. commotio

Matth, 26.

QVi ſincera.] CASVS. Neapolitani verberabant Iudæos vt ad fidem cōuerterentur: nec permittebant eos ſuas feſtiuitates celebrare. De hoc cōqueſti fuerunt Iudæi Papæ. Præcepit ergo Papa Neapolitano archiepō, ne hoc fieri permittat: quoniam nō aſperitatibus, ſed rationibus & auctoritatibus vete. teſt. ſunt commonendi, & admonitionibus ad fidem ſunt conuertendi. aliàs eorū conuerſio erit inutilis. ſi autem conuerti noluerint, in ferijs & feſtiuitatibus ſuis, quas ipſi & parentes eorū hactenus coluerunt, inquietari nō permittat, ſed liberam habeant licentiam celebrandi.

a ¶ Blandimentis.] vel etiā muneribus, vt 23. q. 4. c. vlt. licet arg. ſit contra. 1. q. 2. quàm pio. 22. q. 2. primum.

b ¶ Cæremonias.] cæremoniæ dicuntur ſacrificia Iudæorum: quia cereis exercebantur ſupra diſt. 6. §. his ita.

c ¶ Licentiam.] ſed nonne Iudæi mortaliter peccant iſta faciendo? quomodo ergo datur eis licētia peccandi mortaliter? Item ſi peccant mortaliter, quare nō puniuntur, cum ipſi in alijs delictis puniantur, vt 17. q. 4. conſtituit. extra de vſu. poſt miſerabilem? Sed dic ꝙ non dat eis hic licentiam peccādi: ſed liberationē à pœna. & eſt ſimile 4. diſtin. deniq; & 21. q. 2. placuit. 23. q. 1. paratus. Ad aliud reſpondeo, ꝙ ſi Iudæi ab hoc ꝓhiberentur, ergo iam cogerētur ad fidem. & hæc vera ſunt: dū tamen ipſi in cōtemptū noſtræ fidei non exerceant talia, vt C. de Iudæ. Iudæos. & extra de Iudæis, & ſi Iudæos.

Eccleſia quare permittit Iudæos mortaliter peccare.

1 Nam celebrare & exercere illa cæremonialia eſt peccatum mortale. vnde Hier. Cultus legis ab aduētu Chriſti nō differt ab idololatria. Archid.

LIcet plerumque accidant.] CASVS. Epiſcopi, in Gallia, Germania & Europa ſtatim cū perpendebant clericos ſuos delinquere, eos iudicabant. & eijciebant de eccleſia ſua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, ꝙ ſi aliqui clerici delinquant, nō ſtatim fulminēt illos, ſed ſupportent: cum nec ipſi ſint ſine reprehēſione & peccato. & hoc probat exemplo Chriſti: q ſi Petrum poſt trinam negationem ſtatim iudicaſſet, nō tantum fructum ex eo recepiſſet. Et auctoritate Euāgelij dicens. Quod tibi nō vis fieri, &c.

d ¶ Beneuolentia.] nam ſententia, quæ miſericordiā vetat, fugienda eſt. 50. diſt. ponderet.

Sententia ſit coniuncta miſericordiæ.

e ¶ Sine peccato.] vt 81. diſt. Apoſtolus. & 25. diſt. §. nunc autem.

f ¶ Expectandi.] arg. quòd ſemper iudex potius ſequetur miſericordiam quàm iudicium: vel æquitatem quàm rigorem, vt 86. diſtin. non ſatis. 50. diſtin. ponderet. 26.

Iudex ſit amator æquitatis, & miſericordiæ.

Digitized by

[illegible] 6 quæſt.7.alligant.& 35.quæſt.9.veniam.Ad idem 9.diſtin.ſana.

a ¶ Iudicandi.]id eſt,damnandi.

alterius iniuriam,vt ex .[illegible] de eccle.ædif. cap.2. & extra de app.reprehenſibilis

h ¶ Concordiam.] ſcilicet vt vnus præeſſet alijs, ne fieret

atque corrigendi magis ſunt rectores eccleſiæ, quàm ſtatim iudicandi [a]: cum maiora negotia,& difficiliores cauſarum exitus,ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia conſecrati iubeant ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendi, noſtroque moderamine finiri. Vnde neceſſe eſt hæc, & alia eccleſiaſtica quæque negotia poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitius perſpici †, & diligentius præcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis,& pacis, omnis materies ſcandalorum [b],& præſumptio inuidorum [α] atq. oppreſsio ſimplicium fratrum de eccleſijs Domini auferantur. Et ſicut non vult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari;ita non audeat alij inferre, quod ſibi non vult [c] fieri. Iudæi non ſunt cogendi ad fidem: quam tamen ſi inuiti ſuſceperint,cogendi ſunt retinere.

† *proſpici*]or.

α ¶ Inuidorum.] *In epiſtola Gregorij IIII. (quæ eſt in ſæpe memorato codice bibliothecæ Dominicanæ) & aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani legitur,* Iudæorum.

Vnde in concilio Toletano 4.c.56.ſtatutum eſt.

¶ Sicut non ſunt Iudæi ad fidem cogendi; ita nec conuerſi ab ea recedere permittuntur. C. V.

Burc.l.4.c.81. Iuo p.1.c.276. & par.13. c.94. Pann.l.1.c.72. *Rom.*10.

DE Iudæis autem præcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus,miſeretur; & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt [d], ſed volẽtes, vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij volũtate ſerpẽti obediens perijt;ſic vocante ſe gratia Dei,propriæ mẽtis conuerſione homo quiſque credendo ſaluatur. Ergo non vi,ſed liberi arbitrij facultate vt conuertantur,ſuadendi ſunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt [e] venire,(ſicut factũ eſt temporibus religioſiſsimi principis Siſebuti) quia iam cõſtat eos ſacramentis diuinis ſociatos baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe,& chriſmate vnctos eſſe, & corporis & ſanguinis Domini extitiſſe participes,oportet,vt fidem, quam etiã vi,vel neceſsitate ſuſceperunt,tenere cogantur;ne nomẽ Domini blaſphemetur; & fides,quam ſuſceperunt,vilis [f], & contemptibilis habeatur.

Item Leo Papa,epiſt.82.ad Anaſtaſium epiſcopũ Theſſalonicenſem,c.1.

¶ Beneuolentia plus quàm ſeueritas erga corrigendos agat. C. VI.

S. ead. c. licet plerumque. Poly. l.4.tit.29.

LIcet nonnũquam accidant,quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas;plus cohortatio, q̃ comminatio †;plus charitas,quàm poteſtas.Sed hi,qui quæ ſua ſunt,quærunt,non quæ Ieſu Chriſti,facile ab hac lege diſcernuntur, & dum dominari magis, q̃ conſulere ſubditis quærunt, placet honor;inflat ſuperbia: & quod prouiſum [g] eſt ad concordiam [h],tendit ad noxam.

† *al.cõmotio*

b ¶ Scandalorum.] nam ſcandalum eſt, clericum ſtatim puniri poſt delictũ. ſic 11.q.3.ruſus.

c ¶ Non vult.] ſic 2.q.6.qui ſe ſcit.

DE Iudæis.] CASVS. Quidã cogebãt Iudæos ad fidẽ: & ideo ſtatutum fuit in concilio Toletano, ne de cetero ad fidem per vim adducantur: quia cui vult,Deus miſeretur: & quem vult indurat. Admonẽdi ergo ſunt,& non cogendi. Verumtamen ſi iam coacti ſunt ad fidẽ, ſicut factũ fuit temporibus principis Siſebuti: quia iam ſacramenta diuina receperũt, cogẽdi ſunt ea ſeruare:ne nomen Domini blaſphemetur in eis & fides quã ſuſceperunt, cõtẽptibilis habeat. Sequens c.ſatis planum eſt.

d ¶ Saluandi ſunt.] quia nullus inuitus fit bonus, vt 23.q.6.vides.

Coactio eſt duplex.

e ¶ Coacti ſunt.] coactio cõditionalis de qua hic loquitur, nõ impedit ſacramentũ baptiſmi:nec etiã ſacramentũ ordinis,vt 74 diſt. vbi. impedit tamen ſacramẽtum matrimonij 1,vt extra de ſpon. cũ locũ. ſed ſi fuerit abſoluta coactio,nullus character imprimitur, vt extra de baptiſ.maiores. ſed in dormiẽtibus & amentibus diſtinguitur: q̀ ſi prius habeant propoſitũ baptizandi,recipiunt characterem; aliter non, vt ibidem dicitur in fin. eo q̀ dormiens poſſeſsionem non acquirit,vt ff.de acqui. poſſeſ.l.1.§.1.

1 Arg. contra 22.q.4. inter. vbi de hoc. ita videas.

f ¶ Vilis.] not.pp vilitatem vitandã aliquid fieri.100.diſtin. priſca.& c.ſeq.

g LIcet.] Et quod prouiſum eſt.] ſimile eſt quod dicit decret. qđ alicui pro pietate cõceditur, nõ debet redundare in

ſieret ſchiſma,vt 93.diſt.legimus.& 89.diſt.ad hoc.

EPiſcopum.] CASVS. Statutum fuit in canone Apoſtolorum,vt nullus epiſcopus,presbyter, vel diaconus percutiat fideles delinquentes, vel infideles volens ab eis timeri.quod ſi fecerit,deponatur: quia Dominus hoc nisi p grauioribus & mortalibus culpis. Et hoc probat auctoritate Apoſtoli,q præcipit arguere & obſecrare in patiẽtia.& vna rõne:qa ſi qs Icaute honorabiliora mẽbra pcutit,ſibi debitã ſubtrahit reuerẽtiã:iuxta illud Sapiẽtis. Leuiter caſtigatus reuerentiã exhibet caſtiganti: & q ſecus fecerit, iuxta verborum modũ pœnam excommunicationis & exilij ſuſtinebit.

Item ex canon. Apoſtolorum, c. 28. iuxta priſcam verſionem.

¶ Deijciatur ab officio presbyter, & diaconus & epiſcopus verberibus timeri quærens. C. VII.

Anſ.l. 6. c.159. Poly.l.4. tit. 9. EPiſcopum,aut presbyterum,aut diaconum percutientem fideles delinquẽtes,aut infideles inique agẽtes, & per huiuſmodi volentem timeri, deijci ab officio ſuo præcipimus;quia nuſquam nos docuit [a] hoc Dominus. E contrario vero ipſe cum percuteretur,non repercutiebat: cũ malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur. (2. Petri, 2.)

Item ex concilio Bracarenſi 3.c.6.

¶ Non verberibus,ſed verbis ſubditos epiſcopi corripiant. C. VIII.

2. Tim. 4. CVm beatus Apoſtolus arguere,obſecrare,vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quoſdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos ſubditos † efferueſcere,quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ. Et ideo,qui gradus iam eccleſiaſticos meruerunt,ideſt presbyteri,abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus [b] & mortalibus culpis, nullis debẽt verberibus ſubiacere;non eſt dignum, vt paſſim vnuſquiſque prælatus honorabiliora membra ſua, prout voluerit, & ei placuerit,verberibus ſubijciat,& dolori:ne,dum incaute ſubdita percutit membra,ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat [c],iuxta illud,quod quidam ſapiens dixit:[Leuiter † [d] caſtigatus reuerentiã exhibet caſtiganti:aſperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit,nec ſalutẽ.] Et ideo,ſi quis aliter,quàm dictum eſt,prædictos honorabiles ſubditos, licentia perceptæ poteſtatis elatus,malitia animi tãtũ,crediderit verberandos;iuxta modum verberum,quę intulerit, excommunicationis pariter & exilij [e] ſententiam ſubſtinebit.

† ſic in codice regio.

† Leuiter] orig.

Prouerb. 23. 2 *Salomon vero contra admonet dicens:[Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius à morte.] Hinc etiam B.Gregorius ſcribit in dialogo beatum Benedictum,* (lib.2.dial.c.4.) *quemdam monachum virga percutiendo ſanaſſe; quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiã Dominus flagello facto de funiculis, male verſantes in templo* (Io.2.)

b ¶ Grauiorib⁹.] His patet q maiores clerici non ſunt verberãdi,niſi pro maiorib⁹ culpis: ſed minores etiam verberantur pro minoribus,vt 35. diſt.ante.& 22. diſt.c. denique.5.q.5. illi q. ſunt,& aliæ perſonæ, quæ habent coercitionem verberum, ſed temperatam, vt pater, dominus, magiſter, pater familias, magiſter, maritus 1, vt 23.q.4.duo iſta. & q.5.c.1.& 7.q.1.ſicut. vnde ſi pater verberat filium clericum in minoribus ordinibus conſtitutum,non eſt excõicatus: idem eſt de alijs propinquis,vel de ijs qui familiam habent,vt extra de ſenten. excommu.cum voluntate.ſ fi. Ioan.Tancredus th reſpondit, q ſi pater animo corrigẽdi verberat filium in ſacris ordinibus cõſtitutũ, q non eſt excõicat⁹: quia manus illa non eſt iniurioſa:cum nõ faciat animo iniuriãdi, vt extra de ſent. excommu.cap 1.hoc etiam notaui in quæſtionibus.B.2

c ¶ Subtrahat.] Argumen q ex quo prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare, vt 45. diſt.eſto.22.q.5. de forma. 32.q.5. iniquum.

d ¶ Leuiter.] ff. ad leg.Aquiliam. præceptoris.

e ¶ Exilij.] Not.clericum poſſe relegari in exilium,vt 2.q.1.in primis.& notatur 3.q.4.hi qui.

Clerici nõ ſunt æqualiter verberandi.

1 Adde gl. in l. iurantibus. ff.de iuriſ. om. iud. & i Authen.d nu. §. ſi vero. coll. 3.

2 Quæſtio venetialis ẽ: & incipit qñ verum pater, &c.

Cleric⁹ põt relegari.

hoc non docuit:immo cum percuteretur,non repercutiebat;ſed patiebatur.

a ¶ Docuit.] Sed nõne Dñs flagellis pcuſſit,vt 1.q.3.ſaluator? Sol. Sic:ſed non fecit hoc vt timeretur, ſed cauſa correctionis,vt ĩ.eodem,in ſumma.

CVm beatus.] CASVS. Quidam epi odio inflammati fratres ſuos honorandos ſcilicet abbates, pſbyteros,& diaconos ſic verberabant cum delinquebãt, ſicut conſueuerunt verberari latrones. quod reprehendit cõcilium Bracarenſe: & oſtendit hoc non eſſe faciendũ,

SALOMON. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua probatur q ſubditi ſunt caſtigandi: & tunc eos pręlati diligunt cum eos caſtigant. & hæc probantur per iſtum §.& per quinque auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, q epi percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. ſeptem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per ſequentia capitula probat.

a ¶ Fla-

a ¶ Flagellauit.]vt 1.q.5.ſaluator.
b ¶ Fornicatorem.]ſ.2.q.1.de manifeſta.
c ¶ Et magum.]ſ.23.q.8.legitur.
d ¶ In canonibus.]in hoc libro non inuenio illos canones. ſed verba correctionis inueniũtur 28.diſt.de his.& 12.q.1.c.1.
e ¶ Ergaſtulis.]infra 27.q.1.impudicas. & c.peruenit.

i ¶ Dele.]Sed quare hoc petijt Moſes[a], cũ nemo deleri poſſit niſi pp peccatum proprium: quia ſpiritus ſanct⁹ nulli ingerit immeritam pœnam, vt 11.q.3.illud[a] Dicunt quidam ꝙ impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt, ꝙ ex magna confidentia hoc dixit: quaſi dicat, impoſſibile

a Sub. [...] Et idẽ [...] tijt 23 [...] iuxta [...] Archid.

flagellauit [a]*: & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apoſtolus fornicatorem* [b] *illum ſatanæ corporaliter vexandũ tradidit: & magum* [c] *illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus* [d]*, pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter verſantur, verberibus caſtigari iubentur. Virgines quoque, ſi religionis veſte depoſita alijs ſe copulauerint, ergaſtulis* [e] *retrudi præcipiuntur.*

1.Cor.5.
Act.13.
Siricius Papa epiſt.1.c.6.

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. par. 4.c.6.

lib.20.c.6.ad c.29.Iob.
paſt.par.2.c.6.
l.1.reg.epiſ.24.

¶ Diſciplina non eſt ſeruanda ſine miſericordia, nec miſericordia ſine diſciplina. C. IX.

Diſciplina.] CASVS. In hoc ca. pbat Gratian⁹ (aliàs Greg.) ꝙ plātus circa correctionẽ ſubditorũ debet in ſe habere miſericordiam & diſciplinã. Et hoc pbat quinque rationibus vel exẽplis, ſcilicet Samaritani, qui vulneribus ſemiuiui appoſuit vinũ & oleum: & arcæ, in qua virga erat & manna: & Dauid, q virga & baculo ſanatus eſt: & Moyſi, q circa populũ exercuit miſericordiã & ſeueritatem: & exẽplo Iob, qui cum ſederet quaſi Rex exercitu circumſtãte, erat tamen mœrentium conſolator. Et qd hæc ſupra dicta ſignificent, diligẽter ĩ hoc cap. exponitur.
f ¶ Diſciplina.] ideſt, rigor ſiue pœna.
g ¶ Miſcenda eſt.] Not. ꝙ iudices ſemp ſequentur mediocritatẽ, vt ar. extra de cẽſi. ex parte. ff. de pig. act. ſi ſeru⁹. ff. de iur. & fac. ign. nec ſupina. extra de offi. cuſto. c.1. & ff. de verb. obli. continuus. §. cũ ita[1]. Arg. contra. ff. d nego. geſt. Neſenni⁹. in fi. lo. Sol. iudex potius ſequatur æquitatem, quàm rigorem, vt C. de iud. placuit. vbi certum eſt ius ab æquitate diſſentire, vt in reſtitutione minorum: niſi ex cauſa magis ſequeret̃ rigorẽ: vbi ſ. multis graſſantibus opus eſt exemplo, vt ff. de pœ. aut facta. in fi. vbi autem ius ſcriptum nõ eſt, iudex ſemper ſequetur æquitatem, vt extra de tranſact. c. vlt. Har.

Iudex mediocritatẽ ſequatur.

1 Ad idem ff. de ſer. le. l. generaliter. nã ſi legaui tibi ſeruũ. nec expreſſi de quo: de mediocri ĩtelligendũ eſt. Laure.

Diſciplina [f], vel miſericordia multũ deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet, & iuſte conſolans miſericordia, & pie ſæuiẽs diſciplina. Hinc eſt, quòd ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleum; vt per vinũ mordeantur vulnera, per oleum foueantur: quatenus vnuſquiſque, qui ſanandis vulneribus præeſt, in vino morſum diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiẽ pietatis: per vinũ mundẽtur putrida, per oleũ ſananda foueãtur. Miſcenda [g] eſt ergo lenitas cũ ſeueritate, faciendũque quoddã ex vtraque temperamẽtum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cũ tabulis virga ſimul & manna eſt, quia cum ſcripturæ ſacræ ſcientia, in boni rectoris pectore, ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & mãna dulcedinis. Hinc etiã Dauid ait: [Virga tua, & baculus tuus ipſa me cõſolata sũt.] Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Si ergo eſt diſtrictio virgæ, quæ feriat, ſit & cõſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderate ſæuiens: ſit pietas [c], ſed nõ plus, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moyſi pectore miſericordiam cum ſeueritate ſociatã. Videamus amantem pie, & diſtricte ſæuientem. ¶ Certe cum Iſraeliticus populus ante Dei oculos pene inueniabilem contraxiſſet offenſam, ita vt eius rector audiret, [deſcende; peccauit populus tuus] ac ſi ei diuina vox diceret: qui in tali peccato lapſus eſt, iam meus non [h] eſt; atque ſubiũgeret, [Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentẽ magnã.] Ille ſemel & iterum pro populo, cui præerat, obicẽ ſe ad impetũ Dei iraſcẽtis opponẽs ait: [Aut dimitte eis hãc noxã: aut ſi nõ facis, dele [i] me de libro tuo, quem ſcripſiſti.]

Luc.10.
Heb.9.
Pſ.22.
Exo.32.

h ¶ Meus non eſt.] Arg. quod de vno conceditur, de alio negatur. ſic. 1.q.1. per Eſaiam. 33.q.5. qui ſinit. & 23.q.4. forte. & 25. diſt. qualis. ſimiliter cum iudicatur rem meam eſſe, per conſequens iudicatur tuam non eſſe, vt ff. de procur. Pomponius. §. 2.

ſibile eſt ꝙ me deleas. Aug. tamen dixit, ꝙ hæc dictio, aut, ponitur hic conditionaliter, ideſt ſi non dimittis eis hanc noxam, dele mecũ eis. poſtea deſtrue cõſequẽs: ſed non deles me: ergo dimittes eis hanc noxã. & Gregori⁹ hic cõditionaliter exponit. Alij intelligũt hoc d mo

te temporali, prout videtur ſonare littera ſequens.
a ¶ Obtinuit.] ꝛ.50.diſt.ſi quis præpoſtera. contra, ibi dicitur ꝙ veniam petijt, ſed non obtinuit? Reſpondeo. Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter: ſed non vt numquam punirentur. Puniti enim ſunt pro illo peccato in Romana & in Babylonica captiuitate, vt 76.diſt. ieiunium. vel obtinuit veniã quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: ſicut & Dauid remiſſum fuit peccatum quo ad vitam æternam: ſed tamen punitus fuit temporaliter, vt de pœniten.diſtin. 1. ſicut primi.

Moyſis oratio pro populo i quo fuit exaudita.

Penſemus ergo, quibus viſceribus eũdem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petijt. Sed tamen iſte, qui tanto eius populi amore conſtringitur, contra eius culpas penſemus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpę veniam obtinuit [a], ad eumdem populum veniens ait, [Ponat vir gladium ſuum ſuper fœmur ſuum: ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum; & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum: cecideruntque in die illo quaſi viginti [α] tria millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum ſua morte petijt: paucorum [b] vitam gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris: foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta ſeueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec ſibi parceret: & tamẽ delinquentes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente proſterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladijs allegauit [c]. Intus amans diuinæ iræ ſupplicando obſtitit: foris ſæuiens culpam feriendo conſumpſit. Sucurrit citius omnibus oſtẽſa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelẽ famulum ſuum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit, quid ſuper populum acturus eſſet ipſe pro Deo. In regimine ergo populi vtrumque Moyſes miſcuit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ. Vnde hic quoque iuxta vtramque virtutem dicitur, [Cumque ſederem quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.] Sedere quippe circumſtante exercitu, vigor eſt, ac diſciplina regiminis: mærentium vero corda conſolari, miniſterium pietatis.

(Margin: *Ibid.* beside "veniam obtinuit"; *Iob. 29.* beside "[Cumque ſederem".)

α ¶ Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, ſed in hebrais, paraphraſi Chaldaica, verſione ſeptuaginta, & vulgata eſt,* tria millia.

Item Iſidorus lib. 3. ſententiarum de ſummo bono, cap. 54.

¶ Iuſte iudicans miſericordiam cum iuſtitia ſeruat. C. X.

Burc.l.16.c.25. §.omnis

OMnis, qui iuſte iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque [d] penſo iuſtitiam & miſericordiam portat [e]: ſed per iuſtitiam reddit peccanti ſententiam; per miſericordiam, peccanti temperat pœnam: vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat; quædam vero per miſerationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis ſuis proponit, ſemper timens & tremens in omni negotio formidat: ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iuſtificatur, inde potius condemnetur.

Item Auguſtinus in Enchiridio, c. 72.

b ¶ Paucorum.] not. 23. millia dici pauca 1: quia pauci fuerunt reſpectu aliorũ. ſimi. ff. de verb. ſigni. maiorem.

Additio. Et 23. quæſt. 4. §. quod autem.

c ¶ Allegauit.] arg. ꝙ idẽ poteſt eſſe aduocatus vtriuſq; partis: & nunc inducere iura pro vna parte, nũc pro altera. quod eſt falſum 2: & ſic tutor duorum litigantium pro vno agit, & pro altero reſpõdet, vt ff. de auct. tut. accipientis. Ex hoc loco ſumitur cauſa quare eps accedens ad altare deponit mitram & baculum: ſed cum conuertit ſe ad populum, reſumit comminationis ſuæ inſignia, vt de conſecra. diſtin. 1. nullus epiſcopus.

OMnis.] Casvs. Dicitur in hoc cap. ꝙ omnis, qui recte iudicat, debet in manu geſtare ſtateram, vt iudicet & abſoluat iuſte: & in vtroque penſu, id eſt in condẽnatione vel abſolutione debet habere ſimul iuſtitiam & miſericordiam, vt per iuſtitiam peccati ſententiam reddat: & per miſericordiam peccati temperet pœnam: in omni negotio timens ne iuſtitiæ tramite deuians cadat.

d ¶ In vtroque.] id eſt, in abſoluendo & condemnando.

e ¶ Portat.] ſed qualiter iſtud ſtare poteſt, ꝙ iudex habeat miſericordiam & rigorem? Primum ea ratione, quia iudex non poteſt mitigare pœnam, à canone latam vel lege inflictam, vt 2. quæſt. 3. §. notandum 2. ſed illud ibi: expeditum eſt. Item qualiter miſeretur iudex illius, quem

1 Adde regulariter quot dicatur pauci, not. glo. in l. ſenatus. ff. de don. cau. mor. & in c. cupientes. §. cæterũ. in glo. in ver. contradicẽtiũ paucitas. de elec.

2 Adde de hoc late p Io. And. in mercu. in reg. contracta in lib. 6.

Epiſcopus quãque ſumit, & quando q; deponit mitrã & baculũ non ſine cauſa.

Iudex qualiter poteſt habere rigorẽ & miſericordiã.

1 Nam iudex iuſte & | ei:e inter ſ...it. 23. q. 5. miles. nā nō eſt crudelitas crimina pro Deo punire: ſed pietas. 23. q. 8. legi. Archi.

quem occidit 1? Item quæ miſericordia manet circa illum, qui deponitur? Item quæ miſericordia fit ibi, vbi filius punitur pro delicto patris? vt 6. q. 1. §. verum 2. Solu. ideo dicitur iudex ſeruare rigorem & miſericordiam: non quod ſimul exerceat ea circa aliquem: ſed quia ſi opus fuerit, & cauſa ſubeſt, debet eſſe miſericors in diſpẽſando: ſi cauſa non ſubeſt, debet eſſe rigidus in iudicando. Vel dic quod iudex ſemper habebit miſericordiam etiam occidendo hominem: & ſi non per mitigationẽ pœnæ, saltem per compaſſionem, vt infra ead. vera. Item ex hoc facit miſericordiam, cum facit vt ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vnde eo ipſo quod iudex punit aliquem, miſericordiam facit, vt infra ead. cap. proxi. & iſte intellectus patere poteſt ex illis cap. 23. q. 4. duo iſta. & c. ea vindicta. qui enim facit finem peccato, miſericors eſt, vt de pœn. diſt. vlt. c. vlt. in fi.

non 3. Contraria vero ſunt in caſibus ſpecialibus loquuntur, in quibus quis cogitur.

SVNT ENIM. Dictum eſt ſupra in cap. proxi. quòd qui corripit & punit, dat eleemoſynam: ideo ponit quot ſunt genera eleemoſynarum, & ad hoc alleg. duo cap.

3 Supra ead. ... dixis.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque miſeretur. C. XI.

4. ſentent. diſt. 15.

ET qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina; & tamen peccatũ eius, quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit[a] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur; non ſolũ in eo, quòd dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit[b], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat; quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis[c], quãdo eorum conſulitur vtilitati, non voluntati; quia ſibi ipſi inueniuntur eſſe inimici.

Sunt enim multa genera eleemoſynarum, de quibus Albinus † ait.

† al. Alcuinus

¶ De multiplici genere eleemoſynarum. C. XII.

Pann. l. 2. c. 192.

TRia ſunt genera eleemoſynarũ: vna corporalis, egẽti dare, quidquid[d] poteris: altera ſpiritualis, dimittere[e] à quo læſus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

Item Auguſtinus lib. 50. homil. homilia 6.

¶ Eleemoſynæ pecuniæ præfertur eleemoſyna cordis. C. XIII.

Pann. l. 2. c. 193.

DVæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, altera pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei, à quo læſus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes; indulgere peccanti, quantũ volueris redundat[f] tibi. *& infra.* ¶ Eleemoſyna cordis multo maior eſt quàm eleemoſyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemoſyna, ſine ſubſtantia terrena ſufficit ſibi; illa vero, quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde[g] tribuitur, omnino non ſufficit.

3 *Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine*

ET qui emendat.] CASVS. In hoc cap. oſtendit Auguſtinus, quod eleemoſyna dupliciter fit à prælato: ſcilicet dimittẽdo ei à quo læſus eſt, & orando pro ipſo vt ei dimittatur, vel verberando, vel corrigẽdo delinquentes etiã inuitos: quia multa bona præſtãtur inuitis, quia ipſi ſunt ſibi inimici. Capitulũ quod ſequitur, planũ eſt.

Rancorem dimittere tenemur.

a ¶ Dimittit.] quilibet poteſt & tenetur dimittere rancorem, ſed non tenetur dimittere ſatisfactionem, vt 90. diſt. ſi quis contriſtatus. & 23. q. 4. ſi illic.

b ¶ Corripit.] hic videtur, quod aliquis poteſt verberare vel excõicare aliquẽ pro propria iniuria, ſic 23. q. 4. ſi illic. & 2. q. 7. ſi quis. Sed contra infra diſt. proxi. ſeditionarios 2. vbi dicitur, quod clerici non debent eſſe vltores propriæ iniuriæ. ſimiliter eſt contra 23. q. 4. inter. vbi dicitur, quod nullus debet alium excommunicare pro propria iniuria, ſimiliter eſt contra 23. q. 5. de occidendis. vbi dicitur, quod iudex pro ſua iniuria non debet reũ occidere. Sed ſolue vt dixi 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. Ioan. Sol. pro propria iniuria poteſt prælatus aliquem punire, dummodo nõ faciat hoc animo vlciſcendi, vt infra diſt. proxi. ſeditionarios. vel vt magis timeatur, vt infra ead. diſt. cap. 1. ſed ſi animo corrigendi hoc facit, & non ex indignatione, bene licet, vt in hoc cap. dicitur. Bar.

2 Ad idem adde extra de homi. ſignificaſti. 2. in fi. de hoc not. extra de cler. pugnante. c. 1. ibi videas. Archid.

Beneficiũ inuito confertur.

c ¶ Inuitis.] arg. quod inuito confertur beneficium, vt 23. q. 4. diſplicet. & q. 5. non vos. 74. diſt. placuit. & c. conſulint. ff. de neg. geſt. ſoluendo. ff. de libe. cau. l. 1. & 2. & ff. de appel. non tantũ. argu. contra 10. quæſt. 3. præſens. & 23. q. 5. ad fidem. ff. de reg. iuris. inuito. Solu. ad bonum ſemel receptũ bene cogitur aliquis illud retinere; aliàs cap. ſequen. Ioan. de Fan. & Hug.

d TRia ſunt.] ¶ Quidquid.] hæc eſt magna eleemoſyna qui dat vltra id quod poteſt 4, vt 41. diſtin. parſimoniam.

e ¶ Dimittere.] quantum ad rancorem ad minus, vt 90. diſt. c. ſi quis contriſtatus.

DVæ ſunt.] CASVS. Dicit Auguſtinus in hoc cap. quod duæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, ſcilicet dimittere & parcere inimicis; alia corporis, ſcilicet pecuniæ: ſed eleemoſyna cordis maior eſt, quàm eleemoſyna corporis. quandoque enim volo facere, ſed non poſſum, cum non habeam cui dem, vel pauperes nõ inueniam. eleemoſynam vero cordis ſemper facere poſſum, quæ ſine terrena ſubſtantia ſufficit.

f ¶ Redundat.] id eſt, abundat.

g ¶ Benigno corde.] quia qui dat pauperi eleemoſynã non ex charitate, ſed ideo vt remoueat à ſe importunã petitionem; rem perdit & meritũ, & venialiter peccat 5, vt 25. diſtin. §. criminis.

EX HIS OMNIBVS. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probatur, quod in correctionibus debet ſemper iudex declinare in partem mitiorem, & tamen punire: & hoc

Eleemo... na ma...

4 Domi... nõ vn... pes ... ſed diſ... ſari. 76... non ſ... Archid.

Eleem... næ d... pôt re... ter pe...

5 Sic e... peccat... dando... moſy... vanã... tiã. ar... 1. vid... tum.

& hoc probat per quatuor auctoritates. Ioan. de Fan.
CASVS Concludit Gratianus ex ſupradictis, q̄ ſeueritas cum manſuetudine, & econuerſo ſemper eſt habenda. Et ſoluit ſupradictã contrarietatem, dicens quòd in capitulis ſupra dictis vſque ad §. Salomon, illi percuſſores

erant miſericordes, q̄ omnino rigorem iuſtitiæ negligebant. Alij erant intantum rigidi, q̄ nullam miſericordiam, vel manſuetudinem habebant. quos Greg. ĩ hoc cap. reprehendit, dicens q̄ circa delinquentes, & iuſtitiã & miſericordiã ſeruare debent, ita q̄ rigor nõ ſit rigidus, neque mãſuetudo ſit diſſoluta.

manſuetudine in prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo, qui præmiſsis auctoritatibus ab epiſcopali officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes; ſed prætermiſſa manſuetudine ad uerbera ſemper parati intelligendi ſunt: qui per flagella non vitia corrigere, ſed timeri appetunt, quibus Petrus ſcribit: 1. Pet. 5. *[Ne ſitis dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo]. Hinc etiam Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 19 parte 4. c. 23.* in c. 29. Iob. c. 16

¶ Manſuetudo, & diſtrictio ab inuicem non ſeparentur. C. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cũctis rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenenda, vt nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſum in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ, quatenus nec à compaſsione pietatis obdureſcant, cum contumaces corrigunt: nec diſciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum animos conſolantur. Regat ergo diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet vigorem: & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

Item homilia 34. in Euangel.

¶ Vera iuſtitia miſeris compatitur, delinquentibus indignatur. C. XV.

VEra iuſtitia compaſsionem habet; falſa vero † [a] dedignationem: quamuis & iuſti ſoleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt, quod agitur typho ſuperbiæ; aliud, quod zelo diſciplinæ. Dedignantur † etenim, ſed nõ dedignantes. *& poſt pauca.* ¶ At contra hi, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, ceteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deterius peccatores fiunt.

† *iuſtitia*] or.

† *al. Indignantur*

Item Hieronymus ad c. 4. Threnorum.

Rabani ſunt, non Hieron. ij commentarij

¶ Peccantes manſuetudine prouocentur, non auſteritate abiiciantur. C. XVI.

Thren. 4.
Eſa. 52.

REcedite [b], inquiunt, polluti: recedite, abite; nolite nos tangere; nolite in aliquo nobis communicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotum, non curat infirmum; ſed magis occidit, atque in deſperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate [c] aliorum infirmitates penſantes magis per humili

VEra iuſtitia compaſſionem.] CASVS. In hoc cap. aſſignatur differentia inter veros iuſtos, & falſos hypocritas, quia veri iuſti compaſſionem habent, & indignantur aduerſus delinquentes, eos corrigendo. Falſi vero iuſti deſpiciunt peccatores, & dedignantur eos, & nulla miſericordia, vel compaſſione delinquentibus condeſcendunt, & ĩquãtum ſe extollũt, ĩtãtũ deteriores fiunt.
a ¶ Falſa vero.] Vnde falſa iuſtitia non eſt iuſtitia, & iudex ſi iuſtitia in eo nõ eſt, non eſt iudex, ſicut nec iniuſta miſericordia, miſericordia, vt 23. q. 4. eſt iniuſta. ſicut falſus denari' [1] non eſt denarius: & falſus tutor non eſt tutor, vt ff. de ver. ſig. Paulus. Et nota q̄ facit hic differentiam inter indignari & dedignari, vt indignatio ſpectet ad malos [2] & dedignatio ad bonos: & illud odium eſt bonum, quo quis odit peccata, non homines, vt 86. diſt. odio. & iuſtus iraſcetur peccatis populorum, vt 7. q. 1. §. cum vero.

1 Sic dicit falſa virt'. 28. q. 1. §. ex his.
Iudex falſ' nõ ẽ iudex.
Indignari, & dedignari differũt.
2 Vnde dicas, q̄ dedignari proprie ẽ cum ſupbia iraſci, & corripere, & increpare, ſecũdũ Hug.

REcedite.] CASVS. In pricipio hui' ca. ponit Hieron. verba hypocritarũ ſcripta ĩ Hieremia, qb' vtunt̃ hypocritæ eijciendo peccatores à ſua cõmunione, dicẽdo: Recedite, &c. Sed dicit Hierony. q̄ talis loquela nõ ſanat, immo peccãtes ĩ dſperationé ĩducit. Bon' autẽ paſtor cõpatiet̃ delinquẽti, & p humilitaté conatur eum ab errore reuocare, ſicut

res ab epiſcopali officio repelluntur, qui verberant, nõ vt vitia corrigant, ſed vt magis timeantur: & qui prætermiſſa mãſuetudine ſemper ſunt ad verbera parati, de quibus dicit Petrus, Ne ſitis dominantes, &c.

SVnt namque.] CASVS. Quidam prælati intantum

Paulus faciebat, qui dixit: Factus ſum infirmus ĩfirmis.
b ¶ Recedite.] Hæc ſunt verba illorum, qui habent falſam iuſtitiam: ſed hæc verba non de corporali, ſed de ſpirituali receſſu intelligenda ſunt, vt 23. q. 4. recedite.
c ¶ Infirmitate.] ideo enim Dominus permiſit Petrum

Petr' cecidit nõ ſi.e cauſa.

eadere,vt ex ſua infirmitate ſciret qualiter deberet aliorum infirmitatibus compati,vt 50. diſt.conſiderandū.
a ¶ Leuamentum.] Debet enim prælatus ſingulos iuuare pro poſſe,vt 8.q.1.Clemens.

SEd illud.]CASVS. Quidam ſacerdotes volebant videri beneuoli inter ſuos ſubditos, & qa timebant ne homines male loquantur de ipſis,negligūt corrigere delinquentes, quos Hieronymus redarguit: & q̀ debent eſſe vigiles,& corrigere peccatores, probat quatuor auctoritatibus,ſcilicet, Peccantē coram omnibus, &c. Oſtendit etiam quantum malum ex negligentia prælatorum ſequatur,ſcilicet vno peccante vniuerſa plebs polluitur. Qd probat duobus exemplis, ſcilicet Achor,& ouis morbidæ.
b ¶ Vno.] ſcilicet Achor, qui furatus fuerat regulam auream de hiericontino anathemate,vt 1. q.4. §. item peccato ciuium.
c ¶ Vt ceteri.] Not. q̀ cū quis delinquit publice, publice ē arguendus, & non occulte 1, vt ſic ceteris metus incutiatur, & etiam ſcandalū auferatur,vt 2.q.5.ſi mala. & q.7. qua ꝓpter. & 23.q.4.ita plane.& 28.q.2. ꝑuenit. & 11. q.3.cap.vlt. & multis perſonis craſſantib⁹ exemplo opus ē,vt ff. d pœn.aut facta.§. vl.
d ¶ Duob⁹.] Ex hoc cap.videt̃ q̀ illa auctoritas:ſi peccauerit, intelligatur etiam de manifeſto delicto. Quid iuris ſit,dixi 2. q.1.ſi peccauerit.
e ¶ Morbida.] infra 1.q.1.fertur. 24.q.3. reſecandæ.
f ¶ Hinc etiā alibi.] arg. q̀ poſſumus vti iure aliquo, cuius nō habemus auctorē, vt ſ. ead.neminē. & extra de frig. & malef. cap.1. de conſec. diſt. 4.ſanctū arg. contra. ff.de fal.l.vl. vbi dicitur, quòd falſarius ē qui allegat leges,quarum non habetur auctor. Ioann. Hoc ideo contingit in legibus; quia nulla ſine auctore certo inueniuntur. B.

1 Pone q̀ aliquis peccauit publice & ſatisfacere vult ī occulto, nūquid ſufficit? Non. Nā dicit canō vbi malū contingit,ibi moriatur 2. q. 1. ſi peccauerit. Ad hoc de pæ. diſtin. 1.§. hic ergo. Archid.

Iure cuius nō eſt auctor verum poſſumus vti.

PERCVSSOR. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua præſequitur de percuſſione ſpirituali,quia ſupra dixit de corporali.Arch.

CASVS.Hactenus expoſuit de percuſſore corporali:Nūc intendit tractare de ſpirituali,de illo ſcilicet qui inutili ſermone infirmorum animos vulnerat. Hoc probat, per ſequens cap. cuius caſus facilis eſt, & per te uidebis.

Equit.]Hæc diſ.diuidit̃ ī tres partes, in quarū prima reprehendit ſuperbos doctores Secun-

tatis,& manſuetudinis leuamentum [a] ſtudent peccantes ab erroris laqueo eruere,quàm per auſteritatem in foueā perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium: [Factus ſum,inquit,infirmus infirmis.] 1.Cor.9.

Item ex Origene,homilia 7. in Ioſue.

¶ In populum ira Dei deſæuit,cum prædicator delinquentes palpat,non corripit. C. XVII.

SEd illud non otioſe tranſmittendum eſt,quòd vno [b] peccante ira Dei ſuper omnem populum venit. Hoc quando accidit?quando ſacerdotes,qui populo præſunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantiū linguas,ne forte male de eis loquantur, ſacerdotalis ſeueritatis immemores nolunt complere quod ſcriptum eſt: [Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri [c] timorem habeant.]& iterum: [Auferte malum ex vobis ipſis.] nec zelo Dei ſuccenſi imitantur Apoſtolū dicentem: [Tradidi huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.]Neque illud Euangelij implere ſtudent, vt ſi viderint peccantem; primo ſecrete conueniant: poſt etiam duobus [d], vel tribus adhibitis †; quod ſi contempſerit,& poſt hæc eccleſiæ correctione non fuerit emēdatus, de eccleſia expulſum velut gentilem habeant, ac publicanum:& dū vni parcunt, vniuerſæ ecleſiæ moliuntur interitum.Quæ iſta bonitas?quæ iſta miſericordia? vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida [e] vniuerſus grex inficitur;ſic vno fornicante, vel aliud quodcumque ſcelus committente plebs vniuerſa polluitur. 1.Tim.5. 1.Cor.5. Ibid. Matt.18. †al.arbitris

Hinc etiam alibi [f] dicitur [Rectorem ſubditis pietas matrem,diſciplina vero patrem exhibeat.] 4 ¶ *Percuſſor quoque dicitur,qui ſermone inutili infirmorum conſcientiam vulnerat.* Greg. paſt. 2. par.c.6.

Vnde Anacletus Papa epiſt. 2.ad epiſcopos italiæ.

¶ Qui ſermone incauto conſcientiam percutit infirmorum, percuſſor vocatur. C. XVIII.

SAne percuſſor ille dicitur doctor,qui ſermone inutili cōſcientiam percutit infirmorum.Ideo tenere vos,& omnes fideles oportet eum,qui ſecundum doctrinam eſt,fidelem ſermonem,vt potēs ſit conſolari in doctrina ſancta †; & contradicentes redarguere; & recte viuentes, atque rectam fidem tuentes conſolidare. Ad Titum.1. †al.ſana

DISTINCTIO XLVI.

S*Equi-*

Secunda ibi, [Ecce quare.] Tertia ibi, [Non licet.] Ioan.de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 46. diſt. in qua proſequitur decimũ cap. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epm eſſe nõ litigioſum. Nihil enim deterius eſt arrogantia prælatorũ incom-

promptiſque ſecundum ordinem hic exequitur 2.

HOc habet.] CASVS. In hoc cap. dicitur ꝙ duo genera ſunt prælatorum. Nam alij ſunt arrogantes: alij ſunt humiles. Arrogantes ſunt qui humiliter neſciunt proferre quod docẽt: qui quaſi in quadam ſublimitate reſidentes, quos docent tanquã in imo poſitos deſpiciunt: & vix dominãdo eis loqui dignãtur. Et hoc probat auctoritate prophetæ dicẽtis: Vos autem, &c. Humiles vero ſunt q tanto vehemẽtius vitiũ elationis fugiũt, quãto ardentius verborũ iaculis ipſum magiſtrũ elationis, ideſt, diabolum perſequuntur.

2 Terra quia cum ipſe ſit litigioſus, & per conſequentiam prouocet alios ad diſcordiam, non poſſet ad concordiam reuocare: q; th tenetur ex officio facere. 93. diſtin. c. 1. p totũ, ſecundum Hoſt.

1. ad Tim. 3. & ibi gloſſa ordi. & Anſ. ex Hierony. in epiſt. ad Oceanum.

tur [a], [*Non litigioſum.*] *Nihil eſt enim impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant; & parati ad lites, in ſubiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & ſuperbia prouenire manifeſtum eſt.*

Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 23. par. 5. cap. 12. ad cap. 33. Iob.

¶Arrogantes neſciunt inferre humiliter quæ docent. C. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter neſciant inferre quod docent: & recta, quæ ſapiunt, recte miniſtrare non poſſint. In verbis [b] enim eorũ proditur; quòd cum docẽt, quaſi in quodam ſibi videntur ſublimitatis culmine reſidere: eoſq. quos docent, vt longe infra ſe poſitos, veluti in imo reſpiciunt †; quibus non conſulendo loqui, ſed vix dominando dignãtur. recte autem his per prophetam Dominus dicit: [Vos autem cũ auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.] Cum auſteritate enim, & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non tranquille ratiocinando corrigere, ſed aſpere inflectere dominando feſtinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationẽ †: quanto ardentius verborum ſuorum iaculis ipſum magiſtrum [c] elationis inſequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium ſacris ſermonibus inſectatur [d].

† al. deſpiciũt

Ezech. 34.

Ibid. c. 13.

† al cognitionem.

b ¶ In verbis.] ex verbis enĩ perpendimus alicuius ſtultitiã, vt 93. diſt. legimus. & extra de ſucceſ. abintecum dilectus. & ex verbis perpenditur quãta fides adhibeat teſtibus, vt ff. de qõn. de minore. quãq; etiã p ſigna perpenditur: quia impudicus oculus, &c. vt 32. q. 5. nec ſolo. & de pœn. diſt. 1. in actione.

Stultitia p verba ac ſigna perpẽditur.

c ¶ Magiſtrum.] id eſt, diabolum.

d ¶ Inſectatur.] id eſt, perſequitur.

ECCE. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua reprehendit auaros, adulteros, maledicos, murmuratores, ſeditionarios, & iniuriarum vltores. & hoc probat per octo auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſupra ꝙ litigioſi non debent in epiſcopos ordinari. quia neſciunt humiliter docere. Ponit Gratianus alias cauſas: quia tales cõſueuerunt eſſe adulatores & detractores, & inter fratres diſcordias ſeminantes: q̃ oĩa ſunt dãnabilia in ꝑlatis. Et ad hoc inducuntur ſequẽtia capitula.

2 *Ecce, quare litigioſi prohibentur in epiſcopos ordinari. Eſt & alia cauſa huius prohibitionis. Litigioſi namque vel adulationibus animos principum ſibi conciliant: vel fratribus ſuis detrahendo, infamiæ notam ingerunt; vel inter fratres diſcordiam ſeminãdo, ſeditionem numquam facere ceſſant: quæ omnia in prælatis damnabilia eſſe probantur.*

Vnde Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 18. par. 4. c. 3. ad cap. 27. Iob.

¶De ijs, qui peccatoribus adulantur. C. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent [e] quæ increpare debuerunt †. Hinc enim per prophetam dicitur: [Væ qui cõſuunt puluillos ſub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia ſub capite

Ezech. 13.

Adde tex. l. captarias. ff. de ... in l. 1. & ... Cyn. ... ſta. phi.

... litigioſus ... duplici ... ordi... non ... Vt §. ead. p. 1.

incompoſitorum: vnde ruſticis comparantur, qui garrulitatem auctoritatẽ putant: & parati ad lites, tumide in ſubditos intonant: quod ex ſuperbia prouenit. Et ad hoc inducit ſequens cap.

a ¶ Sequitur.] in hac 46. diſt. exequitur x. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epm eſſe non litigioſum. talis autem duplici de cauſa prohibetur ordinari. Vna, quia cũ talis ſit arrogans, neſcit humiliter docere: vnde ſubditi vilipendunt eius doctrinam 1. Item alia ratione: quia conſueuerunt tales diſtemperati eſſe in moribus. ſolent enim eſſe adulatores, proditores, & detractatores, maledici, inuidi, ſcurriles, ad vlciſcendas iniurias ſuas

SVnt nonnulli.] CASVS. Quidam prælati cũ deberẽt redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Grego. in hoc cap. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicentis: Væ qui cõſuunt, &c. quam auctoritatem Greg. diligenter exponit. Secundo quadam ſimilitudine, quæ incipit ibi, [Hinc rurſus.] Tertio exemplo Iob, quod incipit ibi, [Sed ſanctus vir.] cuius verba hic exponit Gregorius. Quæ autem ſequuntur vſque ad cap. ſicut, plana ſunt, & per te formabis.

e ¶ Augent.] non enim oportet laudando augere malitiam ſerui, vt ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere, in fi.

vniuerſę ętatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, puluillũ ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. ¶ Hinc rurſum ſcriptum eſt: [Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur. Aedificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati cõſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſe agentes ædificant; ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. ¶ Sed ſanctus [a] vir ſicut mala de bonis non æſtimat [b], ita iudicare bona de malis recuſat, dicens: [Abſit à me, vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.]

Ibidem.

Iob 27.

Hinc etiam in concilio Carthaginenſi 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. C. III.

CLericus, qui adulationibus [c], & proditionibus [d] vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Burc. l. 2. c. 176. Iuo p. 6. c. 267. Pann. l. 3. c. 173.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab epiſcopo qui fratribus non probanda obiiciunt. C. IIII.

ACcuſatores [e] fratrũ epiſcopus excommunicet, qui [a] non probanda fratribus obijciunt. Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad cõionem, non ad clerum [f].

[a] ¶ Qui nõ probanda fratribus obiiciunt.] *Verba iſta neq. in originali, neq. in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus, ſcurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur. C. V.

¶ *Rubrica hæc pertinet ſimul ad hoc caput, & ad duo ſequentia.*

CLericus maledicus (maxime in ſacerdotibus) cogatur [g] ad poſtulandã veniam: ſi noluerit, degradetur: nec vmquam ad officium abſq. ſatisfactione reuocetur [h].

Burc. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & par. 13. c. 66.

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶ De eodem. C. VI.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum cenſemus.

Anſ. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo p. 6. c. 263. & par. 11. c. 79. Pann. l. 3. c. 172.

Item ex eodem, c. 54.

¶ De eodem. C. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt, non promoueatur.

Burc. l. 2. c. 16. Iuo par. 6. c. 35.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non ſunt ordinandi, qui ſeditionibus vacant. C. VIII.

SEditionarios ſtatuimus numquã ordinandos [i] clericos, ſicut nec vſurarios, nec [k] iniuriarũ [l] ſuarum vltores.

Agath. cõc. c. 69. Burc. l. 2. c. 17. Iuo par. 6. c. 36.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 5.

¶ Vſuras exigere clericis minime licet. C. IX.

3 NOn licet fœnerari miniſtris altaris, vel ĩ ſacerdotali

---

a ¶ Sed ſanctus.] ſcilicet Iob: cuius verba Greg. hic exponit.
b ¶ Non æſtimat.] quia dubia in meliorem partem interpretantur, vt extra de regulis iuris, eſtote.
c CLericus.] ¶ Qui adulationib9.] triplex eſt adulatio, vt dixi 25. diſ. §. aliàs.
d ¶ Proditionibus.] Proditor dr̃ qui pp timorem non defendit veritatem: & qui tacet eam, vt 11. q. 3. nolite 1. Item qui crimen alterius ſibi ſoli notum manifeſtat 2, vt 2. q. 1. ſi peccauerit. Item q malitioſe circumuenit alium, & callide ſeducit, vt in periculum ſalutis trahat. 16. q. 1. ſi cupis. Item qui rẽ ſibi commiſſam exponit hoſtibus 22. q. 5. de forma. Item q iuſſa veritatis contemnit. 11. q. 3. abijt. Item q ſecretum ſibi commiſſum reuelat. 13. diſtin. nerui.
e ACcuſatores.] id eſt, detractores.
f ¶ Non ad clerum.] Optimũ eſt hic argu. pro H. qui dicit, ꝙ q ſemel fuit excommunicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos 3, vt dicã 4. q. 1. in princi.
g CLericus.] ¶ Cogatur.] p excommunicationem, vt 6. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. prædicandũ.
h ¶ Reuocetur.] arg. quòd epiſcopus poſſit depoſitũ reſtituere. de hoc dixi infra q. 6. ideo. Vel dic degradetur: ideſt, ſuſpẽdatur, & reuocetur per Papam.
i SEditionarios.] ¶ Ordinãdos.] & ordinatos deijciendos.
k ¶ Vſurarios.] quia tales pp auaritiã pro minimo litigant.
l ¶ Nec iniuriarũ.] de hoc dixi 1. diſtin. proxi. & qui emẽdat.
NOn licet.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua rñdet & prohibet vſuras præcipue clericis prohi-

Proditor multipliciter dicitur.

1 Et vbi de hoc.
2 Item prodit qui nõ ꝓbãda defert. 2. q. 7. §. de his. in prin. Item qui ſecreta ſibi cõmiſſa reuelat. de pæ. diſt. 6. ſacerdos. Archid.
3 Hoc cap. nil vr̃ facere ad hoc, quia nõ refert ſe ad excõicationẽ: quæ eſt pœna medicinalis: ſed ad vitium quod eſt crimẽ. Archid.

[1]prohibet dico per duas auctoritates. Ioan. de Fan.

a ¶ Seſcupla.] Hic ponitur ſeſcuplum pro ſeſquialtero, quod continent totum, & eius medietatem. Seſcuplū, [2] ſm quod per ſ. ſcribitur, dicit a ſequi, quod eſt totum, & plica. vnde ſeſcupla vſura dicitur cum datur ſumma ali-

vſuræ. Ioan. Vnde ſi aliquis tutorē me recipit vſuras no mine pupilli: finito officio poſſum petere vſuras à tutore: qa ꝑ alio peccare non debuit, vt dr hic: ſecus in alijs contractibus: qa finito officio non conuenitur tutor vel curator, vt C. de admi. tut. ſi nō ſubſcripſiſti. & C. quando tuto. vel cura. eſſe deſi. [3] l. 1. licet ſec[9] ſit in procuratore [4], vt ff. de ꝓcu. ꝓcurator qui ꝓ euictione. quia tutor fit ex neceſſitate, procurator voluntate. ff. de procura. l. 1. Bar.

Seſcuplum[1] [1] Vide Bud. in lib. de aſſe & partibus eius, in prin.

† al. ſeſquipla

ordine cōſtitutis, vel vſuras, vel lucrā, quæ ſeſcupla † [a] dicuntur, accipere.

Item Leo Papa epiſcopis per Campaniam, epiſt. 1. c. 4.

¶ Nec ſuo nomine, nec alieno clericus fœnerator exiſtat. C. X.

Anſ. l. 7. c. 150. Burc. l. 2. c. 121. Iuo p. 6. c. 66.

SIcut non ſuo [b], ita nec alieno nomine aliquis clericorū exercere fœnus attentet. Indecens eſt enim, crimen ſuū commodis [c] alienis impendere. Fœnus autem hoc ſolum aſpicere † & exercere debemus, vt quod hic miſericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura tribuit, recipere valeamus.

† al. accipere

DISTINCTIO XLVII.

QVòd autem [d] in fine huius capituli, vſurarij ordinari prohibentur; inde eſt, quod vſuram exercentes cupiditati deſeruire probantur: cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur [e]: quia tales facile à iuſto deuiarent.

1. Tim. 3.

Vnde in canonibus Apoſtolorum, c. 44. legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & epiſcopus exigens vſuras niſi deſierit, deponatur. C. I.

Burc. l. 2. c. 119. Iuo p. 6. c. 195. & p. 13. c. 15. Pan. l. 3. c. 157.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vſuras à debitoribus exigens [f], aut deſinat, aut certe deponatur.

Item ex concilio Niceno, c. 17.

¶ Vſuras exigens ſiue clericus, ſiue ſubiectus regulæ, deijciatur. C. II.

Ↄ. 14. q. 4. c. 8. ex alia verſione. Poly. l. 4. tit. 31. Rab. l. 15. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Anſ. l. 7. c. 153. Iuo p. 6. c. 196. & par. 13. c. 8. Pſal. 14.

QVoniam multi ſub regula conſtituti auaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique diuinæ ſcripturæ dicentis: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] mutuum dantes, centeſimas [g] exigunt, iuſte cenſuit ſancta, & magna ſynodus, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipiens, [aut † ex adinuentione ali-

† redūdat iſta particula.

c ¶ Commodis.] qa periculoſa ē talis cōpenſatio. 14. diſtinct. quod ait.

QVod autē.] Hæc diſt. diuidit i quatuor partes: quarū prima principaliter ꝓhibet vſuras: & hoc facit ꝑ quinque auctoritates. Secūda ibi, [Viſum.] Tertia ibi, [Neceſſe ē.] Quarta ibi, [Qd ſūc.] Io. de Fan. CASVS. Dictū eſt ī. ſ. illo ca. ſeditionarios, ꝙ vſurarij prohibentur ordinari. In hac vero diſt. 47. dicit ꝙ ideo hoc cōtingit, qa tales cupiditati deſeruiunt. cupidi autem ab Apoſtolo ordinari prohibentur: quia cito & facile à iuſtitia deuiant. & ꝓſeqt 11. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epm nō eſſe cupidū. Sequens cap. patet.

d ¶ Quod autē.] Hic proſequit 11. ca. Apoſtolicæ regulæ, non cupidū, & continuat illi ca. ſeditionarios. & ideo prohibetur cupidus, quia facile à vero deuiat.

e ¶ Prohibent.] ſcilicet in epiſtola ad Timotheum.

[3] Aliàs, qū mi. ex facto tuto. l. 1.

[4] Adde Paulū. de Caſtro, & Alexādrum de Imola in l. ſi quis iniquum. §. ſi ꝓcurator. ff. qd quiſq; iu. gl. iſt. in l. ſi ſciente. ff. d pact. videt tenere contrariū, quā ſequit ibi Bar. & Ange. per. l. ordinē. §. in fraudē. ff. ad muni. Idē etiam tenet Bar. ſ. l. 1. §. incidit. in ſi. ff. ad Turpil. & Franciſc. tigri. in d. §. in fraudem. facit tex. in l. 1. C. vt nemo ad ſuū ꝑa. li. 11. & ibi Ange.

aliqua, & recipitur ſumma illa cum ſua plica, id eſt, medietate [2]. Sexcuplum ſcriptum per x. dicitur qlibet res ſexies multiplicata.

SIcut non.] CASVS. Quidam quæſiuerunt à domino Papa vtrum liceret alicui clerico tutorio vel curatorio nomine vſuras exercere. Et reſpondet ꝙ ſicut non ſuo, ita nec alieno nomine debet quis facere vſuras. Incongruum enim eſt pro aliorum commodis perpetrare delicta. Sed illam ſolam vſuram facere debemus, vt quod in hoc ſæculo miſericorditer operamur, à Domino in futuro ſæculo multiplicatum recipere valeamus.

b ¶ Non ſuo.] Arg. quod quis non poteſt facere ſuo nomine, nec alieno, vt 23. q. 8. his à qbus. & ff. de admi. re. ad ci. per. l. 2. in prin. Arg. Ↄ. 88. diſt. eps. & 2. q. 6. ſi eps. 5. q. 3. cap. vlt. ff. quæ res pi. obli. poſ. Ariſto. Et eſt hic argu. ꝙ ſi aliquis quaſi procurator vel tutor quādoq; recipit vſuras, quòd non poſſit petere vt ſibi reddantur

f EPiſcopus.] ¶ Exigens.] ſed non ſuſcipiens. tunc enim deponeretur, vt Ↄ. ca. ſi quis. Ↄ. vbi de accipiēte dicitur. vel exigens cum effectu [5]. vel illud pro tempore datū eſt. & non habet locum hodie, ſed habuit locū tempore Apoſtolorū propter nouitatem eccleſiæ. Et habes hic, ꝙ non quodlibet mortale peccatum deijcit iam promotum, vt 55. diſtinct. cap. 1. & 5. q. 4. in loco.

QVoniam multi.] CASVS. Quidam clerici obliti diuinæ ſcripturæ dicentis, Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. vſuras centeſimas faciebant, quæ in fine anni ſorti æquiparantur. Ideoque ſynodus ſtatuit. vt ſi quis inuentus fuerit vſuras vel hemiolia de cetero exercere, vel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.

g ¶ Centeſimas.] Centeſima dicitur vſura, quæ ſorti æquiparantur in anno [6].

[5] Iſta ſententia & præcedens fuit Goff. & Hu. ſm iſtā expoſitionē dic exigens .i. exactum recipiens. Peccatum mortale nō ſemp deijcit iā ꝓmotum.

[6] Immo in centū menſibus.

[2] Et ſenatio quatertiū ē ſeſquiplex: er-... ſi qs da... mutuo ſolidos. poſtea ꝑ ... ura ſuſci... ret 6. illa ... ura eſt ſe... ipla, qua ſeſquipli... à ſeſqui... eſt totum & plica, aſi aliotorum, medie... & ſcri... ꝑ ſ. non x. ſm ... ſuo pu... i noīe debet ... ras exi...

a ¶ Tranſigens.]id eſt, quodcumque nouum pactum. vel contractum inueniens in fraudem vſurarum, vt ſi ſumat rẽ in pignore, & nõ cõputat fruct⁹ in ſortẽ. ca. 1 & 2. extra de vſuris.

bonitate. quod non eſt verum, quia charitas poteſt in infinitum extendi. iuxta illud, Bonum mihi lex oris tui ſuper millia, &c. ſed malitia non, quia aliquis non poteſt

qua, vel quolibet modo negotium tranſigens [a], aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla « † exigens; vel aliquid tale prorſus excogitans [b] turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus exiſtat à regula. †al. ſeſquipla

« ¶ Seſcupla. †]*Hoc ſeſquialterarum vſurarum genus, quamuis grauiſſimum, in frugibus humidis, vel arentibus Conſtantinus lege permiſerat, quæ nunc extat in codice Theodoſiano, lib. 2. ti. vlt. de vſuris l. 1. Eodem pertinet, quod ſcribit B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis.* Solent in agris frumenti, & milii, vini, & olei, ceterarumque ſpecierum vſuræ exigi, ſiue, vt appellat ſermo diuinus, ſuperabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vſuras clericis interdicunt, voluerunt etiam ſe ſeſcuplam frugum expreſſe iiſdem interdicere. Poſtea vero in alijs concilijs, & à Romanis Pontificibus, genus omne vſurarum tamquam iuri naturali, ac diuino contrarium tam clericis, quàm laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus tit. de vſur.* † al. ſeſquipla

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 29. c. Iob ſcribit dicens.

¶ Temporalibus lucris deſeruientes, Deo nequaquam militare probantur. C. III.

OMnes huius ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cæleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetũt, & pro ſpe perpetua, ne parum quidem in labore ſubſiſtunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cæleſti mercede vel tenuiſſimi verbi ferre contumelias recuſant: terreno iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt: in oratione vero corã Domino vel vnius horæ momẽto laſsãtur: ſæpe nuditatẽ, deiectionẽ, famem pro acquirendis diuitijs atque honoribus tolerant: & earum rerum ſe abſtinentia cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinant; ſuperna autẽ laborioſe quærere tanto magis diſſimulant, quãto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quaſi aliarum arborum more deorſum vaſti ſunt, ſurſum anguſti: quia fortes in inferiora ſubſiſtunt, ſed ad ſuperiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum [c] deſignatur proficiens vita iuſtorum, qui nequaquam ſunt in terrenis ſtudijs fortes, & in cæleſtibus debiles; ſed longius, atque diſtantius ſtudioſos ſe Deo exhibent, quàm ſæculo fuiſſe meminerunt. ¶ Nam cum quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: [Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem]: eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur; ſi nequaquam amplius [d] poteſtis, ſaltem tales [e] eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum, ne debiliores Rom. 6.

ADDITIO. Vel dic tranſigens, id eſt, turpia lucra p negotium trãſactionis petens, id eſt, vel trãsformãs, vt qa vẽdit granũ centum ſolidos, ſecundum Goff.

b ¶ Excogitãs.] arg. q ſola cogitatio puniaẽ, vt 6. q. 1. §. ũ qs cum. qd verũ eſt quo ad Deum, etſi non pcedit ad actũ. vt 27. q. 1. nec aliqua.

OMnes.] CASVS. Cap. iſtud diuidiẽ in tres partes. In prima parte inuehitur Greg. cõtra cupidos, qui I terrenis sũt fortes, & i cæleſtibus debiles. qm circa terrena sũt ardẽtius inſudantes, ſed p vita æterna vix p momẽtũ laborant. In ſa parte. quæ icipit ibi. [Hi itaque.] dicitur, q cupidi & mundanorũ amatores aſſimilantur arboribus quibuſdam, q deorſum vaſtæ ſunt, & ſurſum tenues. Nam hi tales circa terrena ſunt fortes, & in ſuperioribus deficiũt. Boni vero palmæ cõparanẽ, quæ deorſum eſt tenuis, & ſuperius ampla. Nã hi tales in cæleſtibus magni ſunt, in terrenis debiles. In tertia parte q incipit ibi, [Nã cum quibuſdã.] Hortaẽ nos Grego. q ſaltẽ ita ſimus fortes circa bonũ, ſicut fuimus circa vitia corpori ſeruiẽdo.

c ¶ Palmarum.] ſm illud: Iuſt⁹ vt palma florebit.

d ¶ Amplius.] Tantũ faciatis boni, quãtum feciſtis mali, nõ intelligas q tamdiu debeat pœnitere, quã diu fuit malus, quia tanta poſſet eſſe contritio, quòd momentanea pœnitentia ſufficeret. de conſecrat. diſtinctio. 4. baptiſmi.

e ¶ Tales. Videtur hic q aliquis poſſit tantum creſcere in malitia, quantum in

a Adde an & qñ ſola cogitatio puniaẽ, no. i cap. 1. in gl. in verb. nos tñ ſtudioſam. de eo qui mi. in poſſeſ.

Peccato an tamdiu debeat pœnitere, quamdiu fuit malus.

* In eo.c. idem indicium ſit de vtroque.

1 Quæ ideo di aer, quia in ea ſæpe boni pęna cōtēplationis eriguntur ad ſublimia ſicut auis in aere. 23. q. 4. cū in lege. Archid.

poteſt eſſe ſumme malos, vt de pen. diſtin. 2. c. ſi ſerme. §. econtrario*.

a ¶ Aeris.]id eſt, cæleſtis conuerſationis 1.

DE Petro.] Casvs. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiſcopum, de quo confirmando ſuppli-

ens inquiratur, quo inuento recedant ab eius electione, & alium eligant. Si autem hoc falſum fuerit, quia perſona eius ſibi nota non erat, & verum ſit ita ſimplex vt dicitur, præcipit vt de cetero Romã veniat, vbi ſi aptus inuētus fuerit iuuante Dño conſecrabitur. Seq. c. patet.

vos habeat ſancta libertas aeris [a] *, quos in carne validos habuit vſus terrenæ voluptatis.

* ¶ Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, ſancta libertas heredes: *vel*, ſancta libertas charitatis, quàm in carne: *In vno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cæleſtis conuerſationis: *quod in gloſſa ad explanandam dictionem*, aeris, *affertur*.

Item Gregorius clero, & ordinibus Neapolitanis, lib. 8. epiſt. 40.

¶ Ad ſacros ordines vſurarii promoueri non debent. C. IIII.

Anſel. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. 1.

DE Petro [b] inſuper ad nos perueniſſe [c] cognoſcite, quòd ſolidos dedit ad vſuram, quod vos oportet cū omni ſubtilitate [d] perquirere: & ſi ita conſtiterit, alium eligite, & ab huius vos perſona ſine mora ſuſpēdite. Nam nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero ſubtili habita inquiſitione hoc falſum eſſe patuerit (quia perſona eius nobis ignota [e] eſt, & vtrū ita ſit de ſimplicitate eius, quod ad nos perlatum eſt, ignoramus) cum decreto [f] à vobis facto ad nos eum venire neceſſe eſt; vt vitam, moreſque illius ſolicitius inquirentes, ſenſum quoque pariter agnoſcamus, vt ſi huic iudicio aptus extiterit, veſtra in eo (adiuuante Domino) deſideria compleamus.

Item ex concil. Eliberitano, c. 20.

¶ Degradetur clericus, qui vſuras accipere detegitur. C. V.

Iuo p. 13. c. 12. Pann. l. 3. c. 156.

SI quis clericorum detectus fuerit vſuras accipere; placuit degradari [g], & abſtinere [h].

Item Leo Anatolio epiſcopo Conſtantinopolitano, epiſt. 51.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari ſacerdotem oportet. C. VI.

Anſel. 7. c. 149.

2 VIrum catholicum, & præcipue Domini ſacerdotē, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſancta ſcriptura, [Poſt concupiſcentias tuas non eas.] Mens [i] enim potentiæ [k] † auida nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis, nec * pietati adhibere conſenſum.

Eccli. 18.

† al. pecuniæ

* ¶ Nec pietati] *Hoc poſtremum orationis membrum abeſt ab originali: ſed habetur etiam apud Anſelmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epiſt. 110.

b ¶ De Petro.] de eodem Petro habes 39. diſt. Petrus, & 61. diſt. ſtudij. De hac materia notaui ſ. 28. diſt. priuſquam.

c ¶ Perueniſſe.] iſte repulſus erat propter duo, ſ. pp vitium vſurarum, & pp ſimplicitatē, & tamen neutrum fuit ei forte oppoſitū. & ita eſt argu. ꝙ iudex ex officio ſuo pōt aliquid obijcere. extra de electio. cum nobis.

Iudex ex officio pōt aliqđ obijcere.

d ¶ Subtilitate.] not. ꝙ alicui cōmittitur inquiſitio de proprio facto: ſed hæc inquiſitio erit ſummaria, non plena, aliàs non committeretur.

e ¶ Ignota.] per hoc patet, ꝙ q eſt notus, non examinatur, vt 94. diſt. valde. 35. q. 9. veniam. vnde & notus ſine probatione recipitur, vt extra de regul. ad Apoſtolicā. ſed dum cōſecratur, bene examinetur, vt 23. diſ. qui epiſcopus.

Notus non examinaṫ.

f ¶ Cum decreto.] omnium ſubſcriptionibus roborato, vt 61. diſt. epiſcopus. & 63. diſt. quanto 2.

SI quis clericorum.] g ¶ Degradari.] ſ. 14. q. 4. qui. h ¶ Et abſtinere.] à ſacramentis quouſq; pæniteat.

2 Extra de elect. innotuit. vbi de hoc.

VIrū catholicū.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua probat p tres auctoritates, ꝙ aliàs euū non debentus eſſe cupidi. Io. de Fan.

Casvs. Leo Papa hortatur clericos, & præcipue ſacerdotes, ne alligētur vitio cupiditatis, dicente ſcriptura. Poſt concupiſcentias tuas nō eas. Nam mens potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec vti conceſſis, nec pietatem habet. Sequens c. patet.

ſupplicauerant Papæ, duo obijciebātur, ſcilicet quòd ſolidos dederat ad vſuras, & quòd nimis erat ſimplex. De vſura ſcribit Gregorius Neapolitanis, vt de hoc veri-

i ¶ Mens.] alligata vitio cupiditatis cito deuiat à vero, vt 96 diſt. bene. in prin. & 83. diſt. nihil.

K ¶ Potentiæ.] id eſt humanæ dignitatis

Cupidus deuiat à veritate.

Sicut.] Casvs. Hoc cap.diuiditur in tres partes.In prima parte inuehitur Ambro.cõtra auarũ,& eum comparat inſano ; quia ſicut inſanus non videt rei veritatem,ſed ſuæ paſsionis phantaſias,ſic auarus non videt quod debet,ſemper vſuræ & cupiditati deſeruiẽs,& gratius aurum,q̃ ſolẽ contemplatur. In ſecunda parte,quæ incipit ibi,[Sed ait.]reſpondet Ambro.obiectioni auari dicentis: Non pecco ſi propriũ ſeruo diligentius, cũ nõ inuadam aliena. Sed dicit Ambroſius eum nõ habere propria, ſed communia ſunt indigẽtibus quęcumq; poſsidet vltra propriũ vſum. In tertia parte,quæ incipit ibi,[Nũquid iniquus eſt Deus?] ridetur alij obiectioni,quam auarus faciebat. Dicebat. n. ſi non ſunt mea,quæ poſsideo,& pecco retinẽdo, ergo Deus eſt iniquus,qui tãtum mihi dedit,& multis alijs egẽtibus nihil,vel parum. Sed reſpõdet Ambroſius, Ideo voluit Deus diuitias dare, vt p vſũ diuitiarum diuitem, & p virtutem patientiæ coronaret egẽtẽ; quia quidquid vltra neceſsitatem detinet aliquis,totum pauperibus rapit;quia non minus peccat qui aufert,q̃ qui indigẽtib⁹ ſubtrahit neceſſaria.

d. ¶ Etiam violenter.] dicitur hic q̃ p violentiam dr auferre,qui vltra neceſſaria ſibi retinet i. & 12.q.1. nolo. & q.2.aurum . quod verum eſt ſi hoc fiat tpe neceſsitatis.nam aliàs poteſt quis ſibi vltra neceſſaria retinere,vt 12.q.1.expedit.&c.habebat.& q.2.aurum.

¶ Qui cupiditatem à ſe non abſcindit,bonorum auctori inhærere non valet. C. VII.

Bonorum auctori inhærere aliter non valemus,niſi cupiditatem à nobis,(quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus. 1.Tim.6.

Item Ambroſius de eo,quod ſcriptum eſt in Euangelio, Serm.81.
[*Hominis cuiuſdam diuitis fructus vberes ager attulit.*] Luc.12.

¶ Auari eſt hominum bona inuadere, quorum neceſsitatibus ſubuenire valet. C. VIII.

Sicut ij,qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas,ſed paſsionis ſuæ phantaſias vident;ità etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat;gratius aurum intuetur,quàm ſolem †: ipſa eius oratio,& ſupplicatio ad Dominũ,aurũ quærit. *& poſt pauca.* ¶ Interdum etiam vſuræ arte nequiſsima ex ipſo auro aurum naſcitur.Sed quid agis? Nec ſatietas [a] vmquam,nec finis aderit cupiditati. *& infra.* ¶ Sed ais: quid iniuſtum eſt,ſi cum aliena [b] non inuadã,propria diligentius ſeruo? O impudens dictum.Propria dicis?quæ?ex quibus reconditis in hunc mundum detuliſti? Quando in hãc ingreſſus es lucẽ,quando de ventre matris exiſti;quibus,quæſo,facultatibus,quibuſq. ſubſidijs ſtipatus ingreſſus es? *& poſt pauca.* ¶ Proprium nemo dicat, quòd eſt commune [a] [c] quod plus quàm ſufficeret, ſumptum, etiam violenter [d] obtentum eſt. *& infra.* ¶ Numquid iniquus eſt Deus,vt nobis non æqualiter diſtribuat vitæ ſubſidia?vt tu quidem eſſes affluens,& abundans;alijs vero deeſſet, & egerent? An idcirco magis,quia & tibi voluit benignitatis ſuæ experimẽta conferre,& alium per virtutem patientiæ coronare? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, & ſi in ſinum tuũ redactis, nihil te putas agere iniquum ; ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas? Quis enim tam iniuſtus,tam auidus,tam auarus,quàm qui multorum alimenta ſuum †, nõ vſum,ſed abundantiam,& delicias facit? Neque enim minus [e] eſt criminis habenti tollere;quàm cum poſsis, & abundes,indigentibus denegare. Eſurientium [f] panis eſt, quem tu detines:nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt, & abſolutio, pecunia, quam tu in terrã defodis. Tot † te ergo ſcias inuadere bona,quot † poſsis præſtare,quod velis.

Ex Baſilij homilia ad eũdẽ Euangelij locũ.

†*ſolem videt*] orig.

† *al. non ſuũ*

† *al. Tantorũ*
† *al. quantis*

[a] ¶ Commune.] *Apud beatum Ambroſium legitur*, Proprium nemo dicat,quod è communi plus quàm ſufficeret, ſumptũ, & violenter obtentum eſt. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Auarus eſt inſatiabilis.

a ¶ Satietas.] qa totus mundus nec obolus videtur auaro, vt 14.q.4.quid dicã.vnde illud,Semper auarus eget:& illud:
Aeris ſeruus eris:ſi te ſpecies trahat æris.
vnde in Tobia,
Deſit auaritiæ fæx, cui ſua deeſſe ſtupeſcit,
Copia nuda, ſitis ebria,plena fames.
Diues habere cupit quanto plus omnia ſumit.

b ¶ Aliena.] quaſi dicat, circa rem ꝓpriã non poteſt quis peccare [i], ſed certe expedit rei publicæ, ne quis re ſua male vtatur,vt inſtitu.de ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris.§.ſed hoc tempore.

[i] Hoc eſt falſum. nã omneq̃.& c. 14. q. 4. quid dicã. in fi.42.diſtinct. §. 1. verſic. quo modo Archidia.

c ¶ Commune.] id eſt,communicandum tempore neceſſitatis,vt 12.q.1.duo.& q.2.aurum.86.diſt.non ſatis. & lex dicit, q cibaria tempore neceſsitatis ſunt omnibus communicãda,vt ff.ad leg.Rhod.de iact. l.2.§.cum in eadem.in fi.

e ¶ Minus.]alibi inuenitur, q magis delinquit qui aufert,quàm qui non dat,vt 12.q.2.& ſi illi.

f ¶ Eſurientium.] numquid ergo pauperes ipſum poſſunt petere? Non directo iudicio:ſed denuntiare poſſunt eccleſiæ illum, qui non dat: & ſic eccleſia poteſt eum cogere vt det.argumen.extra de ſimo.ad Apoſtolicam.

NECES-

NECESSE. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua dicitur & probatur, ꝙ prælatus debet bene eſſe diſpoſitus domui ſuæ. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic proſequitur 12. c. apo. regulæ. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum, ſcilicet, vt vxorem & filios, ſi quos in laicali habitu habuerit, verbo & exemplo prouocet ad virtutes, vt prius à domeſticis exigat quod erit poſtea populis præcepturus. Et ꝙ debeat eſſe bene præpoſitus domui ſuæ, probat Gratianus duabus auctoritatibus Pauli, & vno exemplo, ſcilicet Iob. qui pro filijs ſuis quotidiana ſacrificia offerebat. Si vero non ſit bene præpoſitus, & filios ſuos negligit corrigere, ordinari ꝓhibetur. Et hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Hely & Dauid, & duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli & Hieremiæ.

a ¶ Neceſſe eſt.] Hic proſequitur 12. c. Apoſtolicæ regulæ, oportet ordinandum eſſe domui ſuæ bene præpoſitum. Tunc dr̄ quis bene præpoſitus domui ſuæ, quando familiam ſuam bene gubernat verbo & exemplo: quia qui negligenter ſuos gubernauit, præſumitur contra eum, ꝙ circa extraneos ſit magis negligens [1], nec haberet frontem redarguendi alios qui ſuos noluit corripere: tamen ſi per eum non ſtaret, quin familia eius emendaretur, nõ imputaretur ei. ꝟ. ea. cap. pen. & vlt.

Domui ſuæ bene præpoſitus qs dicatur.

[1] Et crimẽ negligẽtiæ adeo magnum eſt, ꝙ inducit depoſitionem. 8. diſ. dictũ. Ray.

Hier. Oceano. 1. Tim. 3. & ibi gloſſa or.

3 *Neceſſe eſt*[a] *etiam, vt ille, qui ordinandus eſt, [ſuæ domui ſit bene præpoſitus.] id eſt, ſi in laicali habitu vxorẽ habuit vel filios, à vitijs ad virtutum ſtudia, & verbo, & exemplo prouocet, vt quod poſtea præcepturus eſt populis, prius exigat à domeſticis*[b]. *Vnde Apoſtolus Epheſiis ſcribit, vt vxores ſuas ſicut ſua corpora diligant, & filios ſuos non ad iracundiam prouocent, ſed enutriant illos in omni diſciplina, & correctione Domini. Vnde cum Paulus ad Timotheum ſcribens dixiſſet, [ſuæ domui bene præpoſitum, ſtatim ſubiunxit, [habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate.] [non in accuſatione luxuriæ.] non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi. Vnde de beato Iob legitur, quòd pro filiis ſuis quotidiana offerebat Deo ſacrificia, offerens holocauſta per ſingulos, quos tanta charitatis perfectione in vnum conſtrinxit, vt quiſque eorum in ſuo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandum ſecum tres ſorores ſuas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere diſſimulauit, ac falſa pietate ſuperatus delinquentes filios ferire noluit, (ſicut in libro Regum legitur) apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filijs crudeli damnatione percuſſit: vnde ei diuina voce dicitur: [Honoraſti filios tuos magis, quàm me.] Hinc etiam Dauid erga filios benignitatem, non diſciplinæ ſeueritatem exercẽs eorum iuuentutem experimento didicit pernicioſam, quorum pueritiam vaga licentia permiſit eſſe voluptuoſam. Vnus*[c] *quippe eorum ſororem*[d] *ſuam ſtupro corrumpens, à fratre eius, Abſalone videlicet, inter epulas, quas fratribus ſuis fraudolenter parauerat, obtruncatus eſt. Abſalon, vero poſtquam veniam à patre obtinuit, de regno illũ expulit, & ad concubinas eius ingreſſus eſt; demum per inuia deſerti patrem perſequens, quercui inhæſit, atque ita ſuſpenſus interijt. Hinc etiam Paulus ad Timotheum ſcribit dicens: [Qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidẽ negauit, & eſt infideli deterior.] Iure ergo qui domui ſuæ neſcit præeſſe, in epiſcopũ ordinari prohibetur: quia qui in re minima, de qua ſibi*[e] *familiarior debet*[f] *cura ineſſe, fidelis nõ eſt; quomodo in eccleſia Dei, (vbi tot ſunt, & alieni) ſolicitã diligentiã adhibebit? vnde Hieronymus. [Nõ*[g] *enim † iuſtus polluitur ex vitijs filiorũ, ſed libertas*[h] *ab Apoſtolo eccleſiæ prĩcipi*[i] *reſeruatur; vt talis fiat, qui nõ timeat ꝓp vitia liberorũ extraneos reprehendere.]*

Epheſ. 5. · 1. Tit. 3. · Tim. 1. · Iob. 1. · 1. Reg. 2. · 2. Reg. 13. · 2. Reg. 16. · 2. Reg. 18. · 1. Tim. 5.

In comm. ad c. 1. epiſt. ad Titũ. † Itaque.] orig.

4 *Quod tunc*[k] *fiet, ſi non erit, quod ſibi imputetur.*

b ¶ A domeſticis.] vxor vero dr̄ domeſtica, vt 33. q. 6. cap. vlt. C. de re milit. vnicuique. lib. 12. ff. ad Syl. l. 1. §. verum.

c ¶ Vnus.] Ammon.

d ¶ Sororem.] Thamar.

e ¶ Sibi.] ſic 8. q. 1. quid autem.

f ¶ Debet.] id eſt, conſueuit. Hoc ideo dico: quia nemo debet præferre res ſuas rebus ſibi commodatis, vt 8. q. 1. quod autem. & ff. commoda. ſi vt certo. §. commodatum.

ADDITIO. Ad idem 12. q. 4. quæcũque. ff. de admini. tuto. tutor. & C. arbi. tut. l. quidquid.

g ¶ Non enim.] ſic 2. q. 7. qui nec regiminis.

h ¶ Sed libertas.] corrigendi [2] alios, cum corripit ſuos.

[2] Melius diceret, corripiendi. & ꝟ. ibi corrigit, melius diceret corripit, vt co. ibi corripere quãtẽ, &c.

i ¶ Principi.] id eſt, prælato, &c. Ioan.

QVOD TVNC. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua probatur, ꝙ non imputatur patri peccatum filiorũ, nec prælato peccatum ſubditorum, ſi per eum non ſtetit, & hoc probat duabus auctoritatibus. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ꝟ. in §. neceſſe. ꝙ ordinandus ſuæ domui debet eſſe bene præpoſitus, quod tunc fiet, ſi non ſit quod poſſit ei imputari. Nam ſi corripiat quantum in ſe fuerit filios, licet non corrigantur, quia non ſunt in eis viæ dñi, nec greſſus eorum à Dño diriguntur, non eſt ei imputandum, quia pulſare poteſt, non aperire, nec eorum animũ mutare. Et hoc probat Gratianus ſequenti cap.

k ¶ Quod tunc.] ſcilicet, ꝙ domui ſuæ ſit bene ꝓpoſit⁹.

Quan-

ſequitur ſ. & vlt. cap. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet ordinandum non eſſe neophytum. Dicitur autem neophytus nouellus in fide 1. vel in religione 2. prohibentur autem tales ordinari duplici de cauſa, ſcilicet ne incidant in ſuperbiam, putantes q; fides Chriſtiana multum eis 3 indigeat, vel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſiæ, vnde neſcit ſe alijs conformare. Verum autē in aliquo caſu talis valeat ordinari, dicetur ĩ. diſt. 61. §. his omnibus.

Vt ĩ. c. 1.
Vt ĩ. c. 2.

c ¶ Momentaneus.] Longò enim tempore debet eſſe aliquis probatus, vt 24. diſt. epiſcopi. in authent. quomodo oportet epiſcopos. §. ſancimus. colla. 1. & graue eſt inexpertos, &c. 19. q. 3. monaſterijs.

d ¶ Miſerum eſt.] Miſerū enim eſt eum fieri magiſtrū, qui nondum formā diſcipuli aſſumpſit. ĩ. 61. diſt. miſerū 4.

1. Tim. 3. gloſſa ordin. ibidem, & Hier. Oceano.

... phyti a in epiſcopos ordinari, vt qui heri erat catechumenus, hodie non fiat epiſcopus; qui heri erat in theatro b, hodie non ſedeat in eccleſia; qui veſpere erat in circo, hodie non miniſtret altario: qui dudum fuerat fautor hiſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginū. Cauſa autem huius prohibitionis eſt ſecundum Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam, tamquam religio Chriſtiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus c namque ſacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui puncto horæ nec dum diſcipuli fiunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait: [Miſerum d eſt eum fieri magiſtrum, qui nec dum didicit eſſe diſcipulus.]

Leo apud Anſ. l. 6. c. 10.

Epiſt. 12. ad Aurelium.

Vnde in Niçeno concilio, c. 2. legitur.

¶ Neophytus in epiſcopum non eſt ordinandus. C. I.

Martinus Brac. epiſcop. c. 22.

QVoniam multa ſiue per neceſsitatem e, ſiue ex quacumque a cauſa, contra regulam geſta ſunt; ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtructi ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent f, & continuo, cum baptizati, etiam ad epiſcopatum, vel presbyterium prouecti ſunt; recte igitur viſum eſt de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore g opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namque eſt apoſtolicum præceptum dicens. [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli.] Si vero præcedente † ϛ tempore h aliquod [mortale γ peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit; ceſſet i à clero, qui huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc fecerit k; tamquam contraria ſtatutis ſancti † concilij gerens; ipſe periclitabitur de ſtatu ſui cleri.

1. Tim. 3.
† al. proceden te] orig.
† al. magni

α ¶ Quacumque cauſa.] *Græce eſt*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionyſius vertit*, aut aliàs cogentibus hominibus.

ϛ ¶ Præcedente.] προϊόντος, ideſt procedente, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Mortale.] *abeſt vox iſta à priſca verſione. græce eſt*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quod Dionyſius vertit*, delictum animæ.

QVoniā multa.] Casvs. Duo in hoc cap. per Nicænum conciliū ſtatuuntur. Primum eſt, q; neophyti non ordinētur, licet quondam ex quadam neceſſitate contra regulam fuerint ordinati: quoniam opus eſt mora tēporis, & multa probatione indigent antequam tales debeant ꝓmoueri. ne elati in ſuperbiā incidant in laqueū Diaboli. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Secundum eſt, q; ſi quis poſt baptiſma conuictus fuerit duobus vel tribus teſtib9 mortaliter peccaſſe, à ꝓmotione repellitur: & qui cōtra prædicta fecerit, ipſe eū deponetur.

4 Vt extra de ele. offi- cij. & c. cū in magi- ſtrū. Arch.

e ¶ Neceſſitatem.] Si ꝓpter neceſſitatē aliquid fit, videtur quod illud licite fit: quia quod non eſt licitū ĩ lege, neceſſitas facit licitū, extra de reg. iur. quod non eſt licitū 5. Itē neceſſitas legem non habet. ĩ. de conſec. diſt. 1. ſicut non. ergo fit contra regulam? Reſpon. neceſſitas quæ reperitur in auctoritate, vt neceſſitas, vitę excuſat, vt extra de furt. ſi quis per neceſſitatem. de conſecra. diſt. 5. diſcipulos. ſed in adulterio neceſſitas nō excuſat. ff. de ritu nup. palā. §. non eſt. Nam potius debemus quælibet mala tolerare, &c. 32. q. 5. ita ne.

Neceſſitas q̃nq; excuſat, quādoque nō.

5 Concor. tex. in Lalquando. ff. de offi. pcon. & de fica. l. ſerent.

6 Sub. & ſic ordinatus eo ipſo debet deponi. 50. diſt. ex pænitentibus. 81. diſ. quicūque. Crimen ciuiliter ꝓbatum depoſitionē inducit.

a ¶ Neophyti.] Non facile eſt tyroni committenda cuſtodia. nam culpa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit. ff. de co. reo. non eſt facile.

Addit. Io. Ex eſt argum. contra nouos magiſtros. Archid.

b ¶ In theatro.] Hæc ſunt verba Hieron. ſuper epiſtolam ad Titum. Ioan.

f ¶ Veniſſent.] ĩ. de conſe. diſt. 5. neophyti.

g ¶ Et tēpore.] diſt. 50. ponderet. & tempore, per interſtitia temporum, vt 77. diſt. in ſingulis.

h ¶ Tempore.] ideſt, ante ordinationem, & poſt baptiſmum 6, ſic intelligitur ĩ. q. 7. ſi quis omnem. hoc ideo dico. quia pro crimine commiſſo ante baptiſmū non deponitur, vt 26. diſt. vna. & cap. deinde opponitur.

i ¶ Ceſſet.] id eſt, non ordinabitur. Vel ſecundum alios etiam ordinatus degradabitur: & ſic vt q; crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionem. ſic 24. diſt. c. vlt.

k ¶ Fecerit,] promouendo tales, &c.

Neophyti vero hodie appellantur, propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumentes.

Vnde B. Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, & alijs epiſcopis l.7. epiſt. 110.

Et l. 5. epiſt. 51. Vigilio epiſcopo Arelateñ.

¶ Quis dicatur Neophytus. C. II.

Sicut neophytus tunc dicebatur, qui initio † [a] ſanctæ fidei erat eruditione plantatus; ſic modo neophytus habẽdus eſt, qui repente[a] in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † ſacros irrepſerit †. ¶ Ordinate ergo ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſummi † [b] loci faſtigia poſtpoſitis gradibus [c] per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi à nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi ante pondera, quàm ſolidentur, accipiant, cunctam ſimul fabricam ad terram deponant.

Poly. l. 2. tit. 1. Anſ. l. 6. c. 26. Iuo p. 5. c. 131.

† al. in initio

† al. ordines

† al. ſumma

† Adde ... in fi. in ... ff. ad ... Iul. de ... bi. & ... doct. de ... binoſis ... ſtant.

[a] ¶ Initio ſanctæ.] *In lib. 7. epiſt. 110. vbi habetur prior pars huius capitis vſque ad verſ.* Scimus autem *. legitur*, in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus. *lib. autem 5. epiſt. 51. ſiue c. 95. (vbi & eadem fere ijſdem verbis habentur, ac præterea ſequens pars vſque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

Ecce [d], à quibus vitijs debeant eſſe immunes, qui in epiſcopum ſunt ordinandi. Qui enim interceſſores [e] pro populo ad Deum parãtur, neceſſe eſt, vt eius gratiã bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in paſtorali. ¶ *Solicite formidandum; ne qui placare poſſe iram Dei creditur; hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido nouimus; quia, cum is, qui diſplicet [f], ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc deſiderijs terrenis adſtringitur; caueat, ne diſtricti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat ſubditis auctor ruinæ. Solerter ergo ſe quiſque metiatur; nec † locum regiminis aſſumere audeat, ſi in ſe adhuc [g] vitium damnabiliter regnat; nec is, quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.*

Idem in eod. paſtorali eod. c. xi. continenter.

par. 1. c. xi.

† ne] orig.

Sicut neophytus.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod neophytus eſt qui de nouo ad fidem eſt conuerſus, vel qui de nouo intrauit religionem. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Ordinate ergo.] dicitur quod neophytus ordinari non debet ante quàm in fide ſolidetur. aliter enim caſum appetit cum per abrupta, id eſt, præcipitanter quærit aſcẽſum. Et probatur ſimilitudine parietũ: qui niſi prius ſolidentur, & à nouitatis ſuæ humore ſiccentur, tignorum pondera non accipiunt, & ſi apponantur, fabrica tota diruitur.

a ¶ Repente.] id eſt, nouiter in monachali habitu: talis enim non eſt eligendus in prælatum, vt extra de elec. cũ cauſam. & extra de ele. officij. q. aũ. debeant eſſe interſtitia [1]. habes 87. diſt. in ſingulis. & c. monachus.

[1] Scilicet quo ad ordines ſuſcipiendos à nouiter monachato.

b ¶ Qui ad ſummi.] infra 1. q. 1. pueri. & ſi quis epiſcopus per pecuniã. & 61. diſt. ſtatuimus.

c ¶ Gradibus.] id eſt, interſtitijs, nec ob. 52. diſt. ſolicitudo.

d Ecce.] Casvs. Hactenus oſtendit Gratian[9] per 13. cap. Apoſtolicæ regulæ, à quibus ordinandus debeat eſſe immunis. Nunc autem ſupponit 49. diſtinct. in qua generaliter oſtẽdit, quòd non debet eſſe criminoſus: quia cũ is ad intercedendum mittitur, qui diſplicet; cum intercedit, irati animus ad deteriora prouocatur, & ſic ſubditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locũ aſſumat aliquis, vt pro culpis aliorũ oret, ſi in ſe damnabile vitium recognoſcit.

d ¶ Ecce.] A 25. diſt. hucuſque tractatum eſt de 13. cap. Apoſtolicæ regulæ. Hic magiſter in his duobus cap. ſub compendio tractat de eiſdem.

e ¶ Interceſſores.] Videtur hic, quod orationes factæ à ſacerdotibus malis, noceant ſubditis, quod intellige cum ipſi ex certa ſcientia eligunt malum, & cõformem ſuis moribus: aliàs ſcilicet æquè operatur remiſſionem per malum vt per bonum ſacerdotem, vt 1. q. 1. ſi fuerit. ad hoc arg. 6. q. 1. ex merito. arg. 8. q. 1. audacter.

f ¶ Diſplicet.] 3. q. 7. in grauibus.

g ¶ Si adhuc.] Argum. quod quis non poteſt accuſari de crimine, de quo pœnituit [2] & quod nõ impeditur à promotione 26. q. 5. quicumque ſupra 46. diſtin. clericus, 3. & 8. q. 1. in ſcripturis. Argu. contra 33. q. 2. admonere. Sol. accuſari poteſt ſi commiſſum eſt poſt baptiſma, vt 25. diſt. primum. B.

[2] Adde ... hoc tex. ... 1. q ea ... te. ff. d ...

Hinc

¶ Sacrificium Deo non offerat, qui vitijs eſt maculatus. C. I.

Leuit. 21. Hinc[a] etenim ſuperna voce ad Moyſem dicitur: [Loquere ad Aaron: homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo ſuo; nec accedat ad miniſterium eius.] Vbi & repente ſubiungitur: [Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, & torto naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus[b] †.] Cæcus quippe eſt, qui ſupernæ contẽplationis lumen ignorat: qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conſpicit, quo greſſus operis porrigat †, neſcit. Hinc etenim prophetãte Anna dicitur: [Pedes ſanctorũ ſuorũ ſeruabit[c]; & impij in tenebris[d] conticeſcẽt.] ¶ Claudus vero eſt; qui quidem, quo pergere debeat, aſpicit; ſed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ † non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis ſtatum dũ fluxa conſuetudine non erigitur, quo per deſiderium innititur, illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: [Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite; & greſſus rectos facite pedibus veſtris; vt non claudicans quis erret, ſed magis ſanetur.] ¶ Paruo autẽ naſo eſt, qui ad tenendam menſurã diſcretionis idoneus non eſt. Naſo quippe odores, fœtoreſque diſcernimus. Recte ergo per naſum diſcretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude ſponſæ dicitur: [Naſus tuus, ſicut turris, quæ eſt in libano.] quia nimirum ſancta eccleſia, quę ex cauſis ſingulis tentamẽta prodeãt, per diſcretionem conſpicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli, qui dum æſtimari hebetes nolunt, ſæpe ſe quibuſdam exquiſitionibus plus quam neceſſe eſt, exercentes, ex nimia[e] ſubtilitate falluntur. Vnde hic quoque ſubditur: [vel grandi, & torto naſo.] Naſus enim grandis, & tortus eſt, diſcretionis ſubtilitas immoderata: quæ dum plus quàm decet, excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet; atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, ſaltem cum infirmitate teneat; ſed ab his omnimodo alienus exiſtat. ¶ Gibbus vero eſt; quem terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit, ne vmquam ad ſuperna reſpiciat; ſed ſolis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui et ſiquando aliquid ex bono patriæ cæleſtis audierit, ad hoc nimirum peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem[f] non attollit: quia cogitationis ſtatum erigere non valet; quem terrenæ ſolicitudinis vſus curuum tenet. Ex horum quippe ſpecie pſalmiſta dicit: [Incuruatus ſum, & humiliatus vſquaque.] Quorum culpam quoque per ſemetipſam veritas reprobans ait: [Semen autem, quod in ſpinis cecidit, hi ſunt, qui audiunt verbum, & à ſolicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus vero eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat; ſed tamen hoc carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore defluente infirmantes † palpebræ groſſe-

Marginal notes: † herniosus] vulgata. — † al. dirigat — 1. Reg. 2. — † al. perfectè — Hebr. 12. — Cant. 7. — Pſal. 118. — Luc. 8. — † infirmitate] orig.

Hinc etenim.] Casvs. Probat Gregorius in hoc c. quod illi qui vitijs ſubiacent, panes Domino non valent offerre: nec ad miniſterium eius accedere, cum aliena peccata non poſſint diluere: quia in veteri teſtamento corpore vitiati & maculati repellebantur à miniſterio. Et hoc probatur xii. exemplis vitiorum: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamento repellunt. Vnde exponit G. quid per vnumquodque vitium deſignetur, & quare repellant à promotione. Sequens cap. patet.

a ¶ Hinc.] Probat Grego. in hoc cap. quod vitioſi non poſſunt offerre panes Domino, nec aliorum peccata diluere: quia in veteri teſt. corpore vitiati repellebantur: & hoc probat xij. exẽplis: quod vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamẽto repellunt.

b ¶ Vel ponderoſus.] ideſt, criminoſus.

c ¶ Seruabit.] ne labatur in hæreſim.

d ¶ In tenebris.] peccatorum.

e ¶ Ex nimia.] Nimia ſubtilitas in iure reprobatur. extra de iudi. dilecti. & ſic fit aliquid in iure cõtra rationem gratia diſputandi. ff. ad legem Aqui. ita vulneratus. in fi. & magis valet ſimplicitas quàm difficultas. inſt. de fideicom. heredi. §. ſed quia ſtipulationes.

f ¶ Faciem.] id eſt, rationem, quæ eſt facies cordis.

a ¶ Et

a ¶ Et eo.] id eſt, ideo.
b ¶ Quo.] id eſt, quia.
c ¶ Aliarum.] improprie ponitur, ſic ī. 26. diſt. deinde. ibi, cū ceteris criminibus.
d ¶ Ponderoſus.] per immundam cogitationem.
e ¶ Ad opus.] Ex hoc videtur ꝙ occultum peccatum impedit promouendum 1, & ex eo ſequitur ibi, grauat in abditis. Sed contra argu. 50. diſt. Sacerdotes. quia latenna peccata non habent vindictam quo ad eccleſiam militantem, vt 32. q. 5. Chriſtiana. & 32. diſt. erubeſcant.

1 Hoc hodie determinat' extra de tem. ord. c. 5.

ſcunt: quæ quia infuſione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat: qui videre recta ſubtiliter per ingenium poterant; ſed vſu prauorum actuum caligant. Lippus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed conuerſationis prauitas confundit: cui bene per Angelū dicitur: [Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoſcendam veri luminis claritatem intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non finitur: quia arrogantia ſapientiæ, ſeu iuſtitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt: albuginem tolerans nihil videt: quia videlicet ſenſus humanę cogitationis, ſi ſtultum ſe, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem ſibi iuſtitiæ, ſiue ſapientiæ tribuit; à luce ſe ſupernæ cognitionis excludit: & eo [a] claritatem veri luminis nequaquā penetrat, quo [b] ſe apud ſe per arrogantiam exaltat, ſicut de quibuſdam dicitur: [Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.] ¶ Iugem vero habet ſcabiem, cui carnis petulātia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor uiſcerū ad cutē trahitur, per quam recte luxuria deſignatur: quia ſi cordis tentatio vſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorumpit, & foris iam corpus ſauciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quaſi enim cutis pruriginem Paulus curabat abſtergere, cum dicebat: [Tentatio vos non apprehendat, niſi humana:] ac ſi aperte diceret. Humanum quidem eſt tentationem in corde perpeti: dæmoniacū vero eſt in tentationis certamine in operatione ſuperari. ¶ Impetiginem quoque habet in corpore, quiſquis auaritia vaſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirum ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat, & abſque occupati tædio excreſcens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quaſi delectat, exulcerat: dum adipiſcenda quæque cogitationi obijcit, ad inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum [c] quoque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur; & quaſi totum corpus exaſperat; quia per vniuerſa vitia animum ſupplantat, Paulo atteſtante, qui ait: [Radix omnium malorum eſt cupiditas.] ¶ Ponderoſus [d] vero eſt, qui turpitudinē non exercet opere; ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vſque ad opus [e] nefarium rapitur; ſed eius animus voluptate luxuriæ ſine vllo repugnationis obſtaculo delectatur. Vitium quippe eſt ponderis, cum humor viſcerum ad virilia labitur; quæ profecto cum moleſtia dedecoris intumeſcunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde: & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente: nec ad vſum boni operis in aperto valet aſſurgere; quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quiſquis ergo quolibet horum vitio ſubigitur; panes Domino offerre prohibetur: ne [a] profecto diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuaſtant. ¶ Quia igitur paucis ad magiſterium paſtorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimeſcat, oſtendimus; nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonſtremus.

Sacerdo-

Apoc. 3.

Rom. 1.

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Sic & Arnobius

a ¶ Ne profecto.] *Sic etiam in originali impreſſo. In aliquot Gratiani manuſcriptis legitur,* Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quē adhuc propria deuaſtant.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte reprehenduntur ſacerdotes, quia nomen Domini deſpiciunt: & quantum in ſe eſt, panem pollutum offerunt: quod fit cum quis indigne ad altare accedit, vel ſacerdotium ſimoniace acquiſiuit: cum doctrinā populo male diſpergit, deſpicit pauperē, honorat potentē. In ſcda parte, quę incipit ibi, [Si offeratis.] reprehenduntur qui indignos inſtituūt: & hoc facit auctoritate veteris teſta. in qua reprehenduntur ſacerdotes vete. teſta. qui Dño offerebant animalia cæca, clauda, & languida, & etiam pigra. quæ vitia hodie figuraliter intellecta repelluntur in nouo teſtamento.

a ¶ Ad ſe.] No. q̄ aliquid dicitur malum quo ad ſe. ſic 1. q. 1. quod quidam. & q. 3. ſaluator. ſic matrimonium dicitur ſolui quo ad ſocerum, qui repudium miſit: non quò ad coniuges. ff. de dona. inter vi. & vxo. cū hic ſtatus. §. ſi ſocer. & facit qs aliqd quantū in ſe ipſo eſt. 11. q. 3. inter verba. ſic 22. q. 2. §. vltim. ſi. de cōſe. diſt. 4. q̃tis.

b ¶ Potentem.] in eo quòd potens eſt.

c ¶ Pauperem.] ī. 11. q. 3. pauper.

d ¶ Locat.] in dignitate.

e ¶ Vſquequo.] Dictum fuit ab Helia fugiente irā Reginæ Iezabelis vniuerſo populo colenti Baal. 3. Regum, 18. nam deficit ambobus qui vult ſeruire duobus: & 26 diſt. acutius 1.

f ¶ Illum.] idest, alium.

g ¶ Indignum eſt.] contra ſupra 41. diſt. nō cogant. ſed ibi ide rebus: hic de pſonis.

Helias Iezabel fugiens quibus verbis vſus eſt, ad populū.

1 Concor. tex. in c. 1. de eo qui ar bel. depo. & ī feu. c. 1. coll. x.

Item Hieronymus ſuper Malachiam, ad c. 1.

¶ Indoctus, terrena lucra ſectans, vitioſus ordinari non debet. C. II.

Senſus aliqua ex parte.

SAcerdotes nomen Domini deſpiciunt, & quantū ad ſe [a], panem pollutum offerūt, qui ad altare indigne accedūt; quique dato munere ſacerdotiū præſumunt. Panem quoque polluit, qui doctrinam Domini in populo male diſpergit † ; & qui honorat potentem [b], & deſpicit pauperē [c] †. *& infra.* ¶ [Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? &c.] ſuperius accuſati de panibus, nunc accuſantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti; magiſtrumque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat [d]; vtpote pedem in diuerſa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: cui poteſt inferri illud de libro Regum: [Vſquequo [e] claudicatis in duas partes?] Languidum offert, qui vitioſum habet pro religioſo; quique tardum, & pigrum probat [a] patientem, dicens illum [f] negligentiæ redarguendū. Indignum eſt [g] enim dare Deo, quod dedignatur homo.

†al. diſpertit

† Concor. tex. in l. 1. C. de vet. iure enu. & in authen. de mona. §. 1. coll. 1.

3. Reg. 18.

a ¶ Probat patientem.] *Sic interpungitur etiam in manuſcriptis, & in gloſſas cum tamen ita poſſet etiam diſtingui,* & pigrum probat, patientem dicens illum, &c.

DISTINCTIO L.

EX premiſſis.] Hęc diſt. diuiditur in 7. partes: in quarū prima dicit q̄ lapſi non poſſunt reparari. & hoc probat per 12. auctoritates. Secunda ibi, [Ecōtra exēplis.] Tertia ibi, [Q̄uo igitur.] Quarta ibi, [De lapſis.] Quinta ibi, [Quod vero.] Sexta ibi, [Hic obijcit.] Septima ibi, [Apoſtatæ.] Io. de Fa. CASVS. Supra monſtratum eſt, q̄ criminoſi ordinari nō poſſunt. In hac vero 50. diſt. quæritur, an tales poſt pœnitentiam poſſint in ſuis ordinibus remanere, & ad ſuperiores ordines aſcendere. & probat multis auctoritatibus, q̄ ipſi prohibentur, nec poſſunt aſcēdere. & hoc facit vſque ad §. [Econtra.] Demum probat contrarium vſque ad §. [Quomodo.] & ibi incipit ſoluere.

h ¶ Ex præmiſſis.] Tractauit hucuſque magiſter d̄ qualitate ordinandorū. In hac diſt. 50. tractat primo de iam promotis, an ipſi poſtquam lapſi ſunt, valeāt reparari? Et primo allegat, q̄ nō poſſunt reparari: poſtea allegat p̄ parte contraria. & hoc bene ſoluit. ī. e. §. [Q̄uo.] & pro parte prima allegat vſque ad § [Econtra.] & poſtea inducit multa c. ad probandam ſolutionem ſuam, vſque ab §. ſed illud. vbi aliam ponit: & eam probat per c. ſeq. vſque ad §. [Quod vero.] & poſtea adiungit de lapſis in hæreſim 2, quòd non ſit eis communicandum ante reconciliationem. Ab illo §. [Quòd vero.] ſubiungit tractatum de homicidijs vſque ad illum §. [Præmiſſis.] Deinde addit de ſolenniter pœnitentibus, q̄ non debeant ordinari, vel ad militiam ſæcularem redire: & quòd clericis talis pœnitentia non ſit imponenda. & pro quibus culpis ſit imponenda. Vltimo ſubdit de apoſtatis, qui nec ad habitum ſæcularem, nec ad eccleſiaſticos aſcendere poſſunt poſt pœnitentiam. Circa lapſos tres regulæ ſunt notandæ 3, quæ continentur ī. ca. diſtin. vt conſtitueretur. Prima regula ſecundum H. hæc eſt, vt Qui mortaliter peccauit poſt baptiſmum, non promouea-

EX præmiſſis [h] *auctoritatibus liquido monſtratum eſt; quòd varijs criminibus irretiti in ſacerdotes ordinari non poſſunt. Nunc autem de eiſdem quæritur, vtrum poſt peractam † pœnitentiam, vel in proprijs ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conſcendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti à proprijs ordinibus deijciuntur, & ab acceſſu maiorum prohibentur.*

† al. actam

Vnde Gregorius ait Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo, lib. 4. epiſt. 17. ſiue c. 61.

2 Scilicet in §. de lapſis. Laur.

Lapſorū reparatio tribus regulis declaratur.

3 Scilicet ius commune continētes. Lau.

fatrimonium quā- am ad di- erſos diſ- ſoluitur, & om ſolui- ar.

moueatur,vt 25.diſt.primum.1.q.7.ſi quis omnem. Secunda eſt, Promotus ſi mortaliter peccat,deijciẽdus eſt. infra cap.qui ſemel. Tertia eſt, Qui ab ordine deponitur,amodo non reſtituitur.j.ca.c.1.& 2.& c.peruenit.& vbicumque mitius agitur,diſpenſatio eſt. Iſtæ autẽ tres regulæ ſecundũ tres opiniones recipiunt interpretationẽ. Quidam enim dicunt,q omne peccatũ mortale impedit promouẽdum, & deijcit iam promotum 1.& ſi talis ſit promotus,& egerit pœnitentiam:tamen non poteſt miniſtrare ſine diſpenſatione. Alij intelligunt de magnis criminibus prędictas regulas; quia minora poſt pœnitentiam nõ repellunt, nec deijciũt,vt 81.diſt.c.Apoſtolus.& diſt.46.clericus.5.q.4.in loco.68.diſtin.c.1.quia nec omne publicum crimen animæ mortem irrogat. inſt.de pub.iudi.§.vlt. Tertij intelligunt prędictas tres regulas de manifeſtis. occulta enim poſt pœnitentiam nõ repellunt, nec deijciunt;immo iure cõmuni promouetur:& ſi promotus eſt,remanet in ordine ſuo. j.ead.c.de his vero.& cap.præcedenti.& hęc opinio verior eſt,& benignior:hoc tamen excepto, q maxima peccata etiam occulta repellunt, vt de hoc plene dixi ſ.25.diſt.c.vlt. De adulterijs autem & ſimilibus poteſt epi ſimplex diſpẽſare.extra de iud.at ſi clerici.j.ea.cõtumaces.de maioribus nõ.j.ea.minor.& in ſimonia.1.q.1.erga.& ſecũdum quoſdam in omnibus criminibus diſpenſat vbi non prohibetur.extra de ſen.excõ.nuper.& de pœn.diſt.6.§.1.in fi.& 81.diſt.presbyter. & in pluribus caſibus inuenio epiſcopum poſſe diſpenſare, vt notaui 1.q.7.§.niſi rigor. Petrus Hiſpanus cõtrariũ dixit.nam cum in quibuſdam certis caſibus ei permittitur diſpenſare,ergo in alijs prohibetur:arg.25.diſtin. qualis.& C.de procu.maritus 2. Quis autẽ cum depoſito poſſit diſpenſare,dixi 2.q.5.ideo. Cum ſuſpenſo autem vel pœnitente etiã in hæreſi bene diſpenſat eps.j.ea.presbyteros. Io. Iſtæ opiniones hodie terminantˀ per decr. Greg.in extrauag.de temp.ordi quęſitũ.vbi reprobatur opi.Io.& credo q epiſcopus ſemper poſſit diſpenſare, niſi ei prohibeatur expreſſe à iure, vt 27.q.2.lex diuinæ.in fi.& extra de ſen.excom.nuper. B.

1 Mortaliter peccat qui poſt baptiſmũ peccauit, ſi ſe promoueri permittit: vel ſi iam ſuſcepto remanet,quã tumcumq; egerit pœnitẽtiã:niſi cũ eo fuerit diſpenſatum.

Iſti intelligunt regulas put ſonant.L.

Epiſcopus in quibus criminib' diſpenſat.

2 Extra de transl. epi. cap. 2. ver. nec q de ceſſiõe,&c. ſecundum. Lauren.

b ¶ Spe.]quia facilitas veniæ,&c.vt 23.q.4.eſt iniuſta. & extra de vi.& hone.cleri.vt clericorum.
c ¶ Supplicatio.]carnalis,ſed ſpiritualis bñ.j.ea.clerico.
d ¶ Reuocare.]j.23.q.4.eſt iniuſta.
e ¶ Non ſtatuta.]perpetuo. Qui enim deponitur,perpetuo deponitur,vt hic 3.& 81.diſt.ſi quis clericus. & C.de pœ.ſeruus. Arg. contra 33.q.4.non oportet 2.Ibi ſimpliciter ponitur,ſeparentur:& tamen ſeparantur ad tẽpus,non perpetuo, vt extra de conſti.ex litteris. in fin. Sed certe illa non ſunt contraria:quia ibi nulla fuit depoſitio: & eſt hoc ideo ſtatutum,ne leges ludibrio fiãt, vt C.de bo.quæ.lib.l.vlti.§.fi.& eſt ſi.quod lex dicit, q damnatus de crimine,ad militiam non recipitur,vt ff. de re mili.qui cum vno.§.adulteri.

Depoſitio eſt perpetua.

¶ Lapſi in ſuum ordinem reparari non poſſunt. C. I.

SI lapſis [a] ad ſuum ordinem reuertendi licentia concedatur; vigor canonicæ proculdubio frangitur diſciplinæ: dum pro reuerſionis ſpe [b], prauæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat. *& poſt pauca.* ¶ Illud igitur præ omnibus ſtudete, vt lapſos, in ſacrum ordinem nullius vobis ſupplicatio [c] aliquo modo reuocare [d] ſuadeat: ne huiuſmodi non ſtatuta [e], ſed temporaliter dilata credatur eſſe vindicta.

Anſ.l.8.c.35. & lib.11.c.13. Iuo p.6.c.80. Pann.l.3.c.145.

Item Martinus Papa I. Amando epiſcopo.

¶ Qui poſt ſuam ordinationem labitur, depoſitus permanebit. C. II.

QVi ſemel poſt ſuam ordinationẽ in lapſum ceciderit; deinceps iam depoſitus erit; nullumque gradum ſacerdotij poterit adipiſci [f].

Pann.l.3.c.141.

Item Gregorius Papa Sabiniano epiſcopo, lib.7. epiſt.25.

¶ Presbyter poſt lapſum nulla ratione in ſacro ordine reparari valet. C. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præſentium legatione † conſuluit, nulla ratione in ſacro ordine poſt lapſum, aut permanere [g] aut reuocari poſſe cognoſcas. Circa quem tamen mitius [h] agendum eſt: quia commiſſum facinus facili [i] dicitur profeſſione confeſſus.

Anſ.l.8.c.26. Pann.l.3.c.146. † al. relatione

Item Ioannes VIII. Cœnomantico † Vticenſi epiſcopo.

† al. Cœnomoco Venetienſi

SI lapſis.]CASVS. Conſtantius Mediolañ.eps quæſiuit à Gregorio,an cuilibet lapſo debeat licentia dari ad ſuum ordinem reuertendi? Et reſpondet q non, triplici ratione,quia ſi hoc fieret,vigor eccleſiaſticæ diſciplinæ frangeretur & quilibet propter ſpem reuerſionis praua deſideria concipere non formidaret: & præterea vindictam ſibi inflictam putaret eſſe temporalẽ, & nõ perpetuam. Sequens cap.patet.

Epiſcopus an poſſit ſemper diſpenſare.

a ¶ Si lapſis.] Hoc cap. loquitur de depoſito,vt patet per ſin.

f QVi ſemel.] ¶Adipiſci.]Hoc ca. intelligitˀ de rigore.25.diſt.primũ.j.ea.miror.vel in maioribus, vel de manifeſtis criminibus. extra de tẽpo. ord.ca.fi.ſic nõ ob.82.diſt.p̃sbyter. & 15.q.vlti.hi qui.

PResbyterum.]CASVS. Sacerdos quidam fuit lapſus in crimen, de quo poſtea in iudicio fuit ſponte cõfeſſus,quare quæſiuit epiſcopus Fabianus, an poſſet in ſacro ordine remanere,vel reuocari deberet? Et reſpõde: Gregorius q non. Sed quia ſponte confeſſus eſt, mitius eſt agendum cum ipſo:ſcilicet vt nomẽ ſacerdotis retineat,vel in minoribus ordinibus remaneat.

g ¶ Aut permanere.]Simile ſ.24.diſt.c.vlt.j.15.q.vlt. ſi quis presbyter.cõtra. Sol. in inferiori miniſtrauit, vt ibi:ſed in ſuperiori, vt hic.

h ¶ Mitius.]Arg.q mitius agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto 4, vt j.eo.de his vero.& 15.q.vlt.Si quis presbyter.Si.61.diſt.quia ſimpliciter.1.q.5.præſentium. Arg. contra 24.diſt.c.vlt. Sed ibi timore probationum eſt confeſſus: hic ſponte.

i ¶ Facili.]id eſt,ſponte,vt extra de homic.lator.

3 Nam verbũ, ſtatuere, rem perfectam ſignat.de p[...] diſtin. 1. hoc autẽ ſecundum Lau. ff. q[...] quiſque iu[...] ris.l.1.

4 Concor. tex. in l[...] & ibi g[...] & doc. quæ ap[...] non r[...].

Miror.]

MIror.]CASVS. Quidam epiſcopus volebat cũ quodam ſacerdote homicida diſpenſare:& perſuadebat dño Papæ, vt ei poſt perpetratũ homicidium concederet miniſtrare Sed Io. Papa eum reprehendit, dicens hoc fieri non poſſe poſt quantamcunq; pœnitentiam: ſed diluat tam immane flagitium lacrymis, vt poſſit inuenire ſuffragium ſalutis.

¶ Poſt perpetratum homicidium ſacerdotale officium miniſtrari non poteſt. C. IIII.

Iuo p.6.c.114. & par.10.c.51. Pann.l.3.c.153.

MIror [a] minus doctam ſcientiam tuam ſacerdotem putare poſt perpetratum homicidium [b] poſſe in ſacerdotio miniſtrare; immo (quod eſt ineptius) nobis ſuadere [c] velle, vt ipſi tali præſumptioni præberemus aſſenſum. Quis enim tam demens, tamque peruerſi ſenſus, tale quid æſtimaret, vel poſt quantamcumque pænitentiã concedendũ; cum omnino ſit canonicæ diſciplinæ contrarium? Debet ergo ſacerdotio priuatus lacrymarum fonte flagitium tã immane diluere, vt talibus ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſsit inuenire ſuffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non poteſt, qui paganum occidit. C. V.

Iuo p.6.c.120.

CLericum, qui paganum occiderit [d], non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquiſito: homicida enim eſt. Nam cum diſcreti ſint milites ſæculi à militibus eccleſiæ; nõ conuenit militibus eccleſiæ militare [e] ſæculo, per quod [f] ad effuſsionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire.

Item Osbaldo chorepiſcopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo ſe paganum occiderit, ſacerdotali careat officio. C. VI.

DE his [g] clericis, pro quibus conſuluiſti, ſcilicet qui ſe

a ¶ Miror.] Hic habes q epiſcopus non põt diſpenſare [1] cum homicida: item nec cum ſimoniaco, vt 1.q.1. erga. niſi quandoque, vt 1.q.5.c.1.& vlti. Ioa. De ſimoniaco eſt expreſſum extra de elect. ca. pe. vbi dicitur, q ſi aliquo ignorante ſit cõmiſſa ſimonia, eps cum eo põt diſpenſare, ſi in ſimplici beneficio ſit cõmiſſa ſimonia: ſecus ſi in prælatura. ſi autẽ eo ſciente ſit facta: epiſcopus non poteſt diſpenſare cũ eo. extra de ſim. nobis. B. Itẽ nec cum depoſito ſecundũ quoſdam, vt 2.q.6. ideo. Item nec cum eo qui excõicatus celebrat. vt 11.q.3. ſi qs eps. & 7.q.1. ſi quis presbyter. licet ſit arg. contra 2.q.5. quanto. Sed illud de mandato Papę. Itẽ nec cum eo qui accedit ad iudiciũ ſæculare, vt 21.q.5. ſi quis eps. Item nec cũ bigamo, vt extra de biga. c. de bigamis. & 34. diſt. lector. Io. Nec diſpenſat hodie cum filijs presbyterorũ, vt extra de fil. presby. c. pe. vbi ſcilicet miniſtrauit pater immediate. B. Diſpenſat autẽ in pleriſque criminibus, vt notaui 1.q.7.§. niſi rigor. & generaliter vbi non prohibetur epo diſpenſatio, ſemper diſpenſare poteſt, vt extra de ſen. excom. nuper. licet quidam dicant, q in illis ſolis caſibus diſpenſabit vbi à iure ei permittitur: quia cũ in quibuſdam criminibus ei cõceditur diſpenſatio, vt extra de iud. at ſi clerici. ergo in alijs ei prohibetur. arg. 25. diſt. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet diſpẽſatio ſit ius quod peti non poteſt: tamen quandoq; eps tenetur diſpenſare, vt infra ca. vt conſtitueretur. in fi. & c. ſi quis diaconus. & ca. domino ſancto. & 2.q.7. diſpenſationes. & 25.q.1. noli. in fine.

b ¶ Homicidium.] ſponte, vt extra de homici. lator.

c ¶ Suadere.] plus enim eſt ſuadere, quàm compellere. ff. de ſer. cor. l.1.§. perſuadere. & plus punitur ſuaſor, quàm faciens. 86. diſt. tanta. Ioan.

CLericũ.]CASVS. Clericus quidam occidit paganum: poſtea volebat ad ordines promoueri maiores. quæſiuit quidã epiſcopus an poſlet? Et reſpondet Papa, q nõ: immo carere debet etiam acquiſito. Nam milites eccleſiæ non debent ſæcularẽ militiã exercere, per quam neceſſe ſit ad ſanguinis effuſionẽ peruenire.

d ¶ Occiderit.] ſponte. B.

e ¶ Militare.] Per hoc patet quòd loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamen põt clericus aliquos ad defenſionem ſuæ eccleſię. 23.q.8. vt pridẽ. arg. ff. de his qui no. infa. ob hæc verba. §. vlti.

f ¶ Per quod.] Arg. q ratione vnius delicti imputantur omnia delicta, quæ ſequunt ex illo, vt 15.q.1. ſi qs inſaniens. 22.q.4. inter. ff. qđ metus cau. ſi mulier. Arg. cõtra extra de ſpon. veniens. ADDITIO. Et facit quod no. j. ca. quantum. in gl. hic patet, ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis ſua culpa cadat in metum, non nocet, vt no. extra q metus cau. Abbas. Arch.

Imputãtur multa propter vnum delictum.

DE his.]CASVS. Quidam clerici defendendo ſe, paganum occiderunt: quare quæſiuit Quadrantinus epiſcopus, an peracta pænitentia poſſint ad priſtinum gradum redire, vel aſcendere ad altiores? Et reſpondet q non: quia Papa non dat eis licentiam aliquem hominem occidendi: & ideo melius eſt illis in gradu inferiori irreprehenſibiliter famulari, quàm alta indebite appetendo in profundum inferni demergi.

g ¶ De his.] Circa illos, qui cõmittunt homicidiũ, diſtingue ſic: q aut cõmittitur homicidiũ ex neceſſitate, aut ex caſu, aut ex voluntate. Si ex neceſſitate: aut illa neceſſitas eſt euitabilis: aut ineuitabilis. Si eſt euitabilis, ad ſuperiores ordines non poteſt aſcendere: ſed in iam ſuſceptis toleratur [2], vt j. ca. de his clericis. Si fuit ineuitabilis neceſſitas, ſine omni diſpenſatione poteſt miniſtrare in ordine iã habito: ſed ad ſuperiores habẽdos petet diſpenſationem, vt extra de homici. ſuſcepimus. & c.2. Nec obſt. extra eod. lator. vbi dicitur, q ad ſuperiores talis licite promouetur: quia hoc intelligo ex diſpenſatione [3]. Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. de neceſſitate ineuitabili, capitulum videtur expreſſe dicere q talis neceſſitas in nullo obſit, vt j. ca. qa te quaſi obnoxium. De hoc notaui in quæſtionibus. B. Si vero caſu committitur homicidium: aut dedit operam rei licitæ, aut non. Si dedit operam rei licitæ, ei non imputatur: ſed põt miniſtrare in ſuſcepto, & aſcendere ad ſu-

Homicidiũ verũ impediat promouendos, & deijciat iã promotos.

2 Scilicet de miſericordia, vt no. extra d homi. ſicut. vbi plene de hoc.

3 Vel dic q ibi fuit caſus fortuitus, vt no. j. ca. de his clericis. in glo. j. in fi. Arch.

defendendo [a], paganum occiderunt, ſi poſtea per pænitétiam emendati poſsint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorem conſcendere; ſcito nos nullam occaſionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum ſi contigerit, vt clericus ſacerdotalis ordinis ſaltem paganum occiderit, multũ ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit: ſatiuſque eſt illi in hac vita Domino ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari, quàm alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathenſi, c. 50.

¶ Cadat ab officio epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen cõmiſerit, aut chartam [b] falſauerit, aut falſum teſtimoniũ [c] dixerit; ab officij honore depoſitus in monaſterium retrudatur; & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

Apud Mar. Brac.

¶ Qui homicidii, facto, aut præcepto, aut conſilio poſt baptiſmum conſcius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

Anſ. l. 7. c. xl. Ex can. 18. Apoſt.

SI quis [d] viduam, aut ab alio dimiſſam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quòd ſi irrepſerit, deijciatur. Similiter, ſi homicidij aut facto [e], aut præcepto [f], aut conſilio [g], aut defenſione [a] [h] poſt baptiſmum [i] conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit; deijciatur, & in fine vitæ ſuæ † laicam communionem tantummodo recipiat.

† al. relictam

† al. ſua communionem recipiat

a ¶ Defenſione.] *In codice Lucenſi regio, (in quo ſunt etiam hæc capitula à Martino Bracarenſi epiſcopo collecta) & apud Anſelmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur,* aſſenſione: *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburienſi, c. xi. circa finem.*

Item Gregorius, Ianuario epiſcopo Calaritano, lib. 3. epiſt. 26.

---

r Et c. hi qui. & cap. ſi duo. niſi forte grãde ſcandalum inde orirẽtur: qa tũc indicitur ei purgatio. extra eo. ex litteris 1. & no. extra de homici. cum dilectus. in glo. qui tamẽ, &c. quę fuit gloſſ. Vin.

ſuperiorem, vt extra eo. c. vlt. & ĩ. ea. ſępe r & extra eo. Ioannes Sed ſi illicitæ rei operam dedit, tunc nec in ſuſcepto poteſt miniſtrare, nec ad ſuperiorem aſcendere, vt ĩ ea. clerico. & cap. ſi quis voluntate. Si vero voluntate occidit: numquam diſpenſandum eſt cum eo ſecũdum quod loquitur ca. miror. H. tamen cum ſuo rigore dixit q in nullo caſu põt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere ſe occidi, quàm aliũ occidere, vt 32. q. 5. ita ne. & dicit q hoc verbum, conſulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt 28. q. 1. ſic enim. Itẽ ſecundum H. etiã ſi crimen homicidij ſit occultũ: tñ poſt pænitentiã nõ poteſt exequi ſuũ officiũ. ſecus eſt ſm eũ in quolibet crimine alio, vt ĩ. ea. de his. niſi in ſimonia. Io. Ex hoc expreſſe dr̃ extra de tẽp. ordi. ca. vlti. & ita duo crimina tãtum excipit: ſcilicet ſimoniam, & homicidiũ. Arg. extra de accuſa. inquiſitionis. B. Alij autẽ pleriq; dicunt, q ſiue ſit homicidium, ſiue aliud crimen, dummodo ſit occultum, poſt pęnitentiam bene exequitur officiũ ſuum ſine omni diſpenſatione, licet nõ poſſit promoueri. Sed in ſimonia poſt nullam pænitentiam poteſt exequi officium ſuum. 1. q. 1. erga. Hodie autẽ obtinet opinio H. circa crimẽ occultum, vt extra de accuſa. inquiſitionis. B.

a ¶ Defendendo.] in culpæ ſine moderamine. cuilibet enĩ licitũ eſt ſe defendere cũ moderamine, vt ſ. diſt. 1. ius naturale. & extra de appel. ca. ſignificauit. C. vnde vi. l. 1.

d ¶ Si quis.] Iudex executor & aſſeſſor in cauſis criminalibus non poſſunt promoueri. hoc nõ eſt ratione peccati; quia non peccant iſta faciendo 2, vt 23. q. 4. quæſitum. & q. 5. miles. ſed propter irregularitatem, quam ex tali facto contraxerunt.

e ¶ Aut

2 Ideo decebat Be. q iſtud intelligeretur de illis qui nõ peccauerunt.

SI eps.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Agathen. quam pœnam debet pati eps, presbyter, vel diaconus, qui capitale crimen commiſerit, vel chartam falſauerit, vel falſum teſtimonium dixerit? Et reſpondet, q deponi debet, & detrudi in monaſterium ad agendam pænitentiam: vbi donec viuit, non niſi laicam tantummodo communionem accipiat.

b ¶ Aut chartam.] Dic vt ſ. 19. diſt. in memoriam.

c ¶ Teſtimonium.] ĩ. 5. q. 6. presbyteri 2.

SI quis viduam.] CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, q ſi quis duxerit in vxorem viduam vel relictam: aut homicidium cõmiſerit facto, p̃cepto, conſilio, vel defenſione, poſt baptiſma promoueri nõ poteſt: & ſi irrepſerit, deponatur & eijciatur; & in fine ſuæ vitæ communionem accipiat.

e ¶ Aut facto.] Vt miles.

f ¶ Aut præcepto.] Vt iudex.

g ¶ Aut conſilio.] Vt aſſeſſor. & ita ex conſilio punitur aliquis, contra illud. ff. man. l. 2. in fin. & l. denique. Sed numquid addi debet de voluntate? argum. quòd ſic. 1. q. 4 quia præſulatus. in fin. quod non concedo, licet antequam fiat, vellet illud factum eſſe: vel poſt factũ gratum habeat.

h ¶ Defenſione.] euitabili. B.

i ¶ Poſt baptiſmum.] Ergo ſi ante baptiſmum, poteſt. Bazianus dixit: ſi ante baptiſmum occidit non peccando, vt iudex, non poteſt promoueri: quia non tollitur irregularitas: ſed ſi occidit peccando, tollitur totum. Io. Et ſic melioris conditionis eſt peccans, quàm non peccans. De hoc quid iuris ſit, notaui in q uæſtionibus. & 56. diſt. in gloſſ. videtur. B. 3

Conſiliu[m] facit vt q[uis] puniatur. Homicid[a] ante bapti[ſ]mũ an [pro]moueri p[oſ]ſit.

3 Quæſt[io] venerialis eſt: de qua habuiſt[i] diſt. 1 [...] & ibi de hoc. & [...] diſ. in ſu[m]ma. & [...] diſt. de [...] de. Arc[...]

Peruenit.] CASVS. Epiſcopus Caralitanus reſtituebat clericos lapſos in crimen fornicationis ante pænitentiam, vel poſt. prohibet Greg. dicens q tales carere debent ſacris ordinibus: & ad altaris miniſterium numquam accedere.

a ¶ Fue.

¶ De ſacris ordinibus lapſi reparari non poſſunt. C. IX.

Poly. l. 4. tit. 39. Anſel. l. 8. c. 20. Iuo par. 6. c. 78. Pann. l. 3. c. 133.

PErùenit ad nos, quoſdam de ſacris ordinibus lapſos, vel poſt pænitentiam, vel ante, ad miniſterij ſui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re ſacratiſſimi quoque canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit [a]; ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunenſi epiſcopo, lib. 4. epiſt. 5. ſeu c. 49.

¶ De eodem. C. X.

Poly. ibidem. Anſel. l. 8. c. 21. Iuo par. 6. c. 83.

ACcedens ad Gorgonam inſulam fraternitas veſtra diſcutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [b] perlatum eſt. Peruenit namque ad nos, quia poſtquam pro crimine lapſus ſui, à ſacerdotij ordine eſt deiectus, ad explendum miniſterium ſacerdotij præſumpſit accedere, & omnipotenti Deo hoſtias immolare. Quod ſi ita factum fraternitas veſtra repererit; eum ſacri corporis & ſanguinis Dominici participatione priuatũ in pænitentiam redigat: ita vt vſque ad diem obitus ſui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus ſui tempore percipiat: Sin autem eum fraternitas tua talem pænitentiam agere cognouerit, vt ei iuſte ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum debeat miſereri; hoc in tuæ [c] fraternitatis ponimus poteſtate: *& infra.*

Eodẽ li. 4. epiſt. 16. ſeu c. 60. Pann. l. 3. c. 132.

¶ Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpondentes ſtatuimus, diaconum, & abbatem [d] de portu Veneris [e], quẽ indicas cecidiſſe [f], ad ſacrum ordinem non debere, vel poſſe vllo modo reuocari. Quem quidem ſacro ordine priuatum in pænitentiam deputare te conuenit: cuius ſi poſtea actus, conuerſatioque meruerit; priorem [g] inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, ſtandi locum obtineat [h]. Subdiaconi quoque, quos ſimilis culpa conſtringit, ab officio ſuo irreuocabiliter depoſiti, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapſi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterũ, vt numquã ad ſacri ordinis miniſteriũ præſumat accedere, ſcriptis cauere decreuimus: ſed eũ in inſula Gorgona, atq. Capraria ſolicitudinẽ [i]

a ¶ Fuerit.] de quo fuerit conuictus vel confeſſus. & hoc [1] verum eſt niſi epiſcopus cum eo diſpenſaſſet, vt extra de iudi. at ſi clerici. Sed nõne canoniſta prohibet epiſcopo diſpenſare in hoc caſu? non: ſed redarguitur indiſcreta diſpenſatio, vt dixi extra de præb. de multa.

1 Scilicet q canones ſ- dicunt in hac re, &c.

ACcedens.] CASVS. Hoc cap. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodam diacono abbate, & de quibuſdam ſubdiaconis. presbyter Saturninus propter ſuum delictum depoſitus fuit & tñ poſt depoſitionem Miſſas celebrauit. Diaconus vero abbas & ſubdiaconi mortaliter peccauerunt, crimen fornicationis cõmittendo, Vnde Lunẽſ. epiſ quæſiuit quam pœnã iſti pati deberent; Et reſpondet Gregor. q Saturninus presbyter careat cõmunione corporis & ſanguinis Chriſti donec vixerit, in fine tñ viaticum accipiat: niſi antea epiſcopo viſum fuerit ei eſſe miſerendum. & in ſcriptis caueat, vt de cetero Miſſam non cantet: & gerat curam monaſteriorum in inſula Gorgonia & Capraria ſine præiudicio alicuius. Diaconus vero abbas ſemper ab ordine ſacro depoſitus erit: qui tñ poterit inter alios monachos priorem locum obtinere, ſi eius conuerſatio meruerit: ſed ordinem non obtinebit, in cuius loco debebit alius ordinari. Subdiaconus vero irreuocabiliter deponetur: laicam tamen communionem accipiat.

b ¶ Presbytero.] Ergo clericus degradatus non retinet ordinem arg. 54. diſt. ex antiquis. & 11. q. 3. epiſcopus. & 15. q. vlt. ſi quis presbyter. & 15. q. vlt. clerici. & idẽ videtur per hoc quod dicitur infra inter laicos communionẽ. Sed tamẽ dico q characterem ſemper retinet, per id quod habet 1. q. 1. quod quidam. & 32. q. 7. licite. arg. 81. diſt. dictum. Vnde qui percutit ipſum, incidit in canonem: ſaltem in memoriam priſtinæ dignitatis, vt ff. de decurio. l. vlt. & ff. d queſt. vnius. §. ſeruus. & de conſecra. diſt. 4. oſtenditur. Io. qđ nõ credo cum careat omni priuilegio clericali [2] nec credo q conficiat [3]: quia omnem poteſtatem amiſit. B.

Degradatũ percutiens icurrit excommunicationem.

2 Adde q no. in addi. c. 2. de pœ. lib. 6. & cap. dominus in glo. in verſi. ſacrilegium. ĩ. 93. diſt.

3 Hæc fuit opin. Ray. quam rec. Gof. & B. extra d cle. excom. mi. cap. 1.

c ¶ In tuæ.) Ergo epiſcopus poteſt remittere pænitentiam iniunctam à Papa. ſic 33. q. 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. argu. ĩ 15. diſ. c. 2. In fi. ibi videas. De hoc etiam not. 26. q. 7. tẽpora.

d ¶ Abbatem.] Ergo abbas poteſt eſſe diaconus: quia abbas potius eſt nomen officij, quàm dignitatis. 18. q. 2. c. 1. immo in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt eſſe [4] abbas. extra de ætate & quali. cuam.

Abbas quẽ ordinẽ debet habere.

4 Verũ eſt diſpenſatiue: & ſic loquitur decre. tuã. ibi: ex tua. &c.

e ¶ Veneris.] exiſtentem.

f ¶ Cecidiſſe.] per crimen.

g ¶ Priorem.] id eſt, vt ſit monachus, vt prius fuit: non tamen erit abbas.

h ¶ Obtineat.] non ordinem, vel dignitatem.

i ¶ Solicitudinem.] Vt ſit procurator loci, licet ſit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneribus,

ribus 1, ſed honoribus. Argu. C. de his qui non imple. ſti:ſacra.ſoluti ſunt.l.1.lib.10.& extra de æta.& qualita. titam.& ſic procurator monaſterij poteſt eſſe infamis: ſed non procurator epi.5.q.3.quia eps.quia non requiritur ſumma in eis pfectio integritatis, vt 16.q.1. legi. vt ſ.ea.conſiderandum.vnde non fuit penitus immunis,vt extra de homi.cap.ſicut.§.illi quoque tñ.hoc exéplum non competit, quia iſtud fuit ante baptiſmum. f ¶ Auguſtinus.] qui fuit Manichæus 3: ſed ante baptiſmum:& ideo non competit exemplum,&c.

Ponde-

de monaſterijs gerere, & in eo, in quo eſt ſtatu, ſine cuiuſquam aduerſitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur*, expresbyteros: *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero expreſbyterū. *ſive vt in impreſſis B. Gregorij*, expresbytero. *Depoſitos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monaſteria deſeruerant, exmonachos appellabant, ſicut illi qui conſulatum, aut quæſturam geſſerant, exconſules, aut exquæſtores vocari ſoliti fuerant.*

Idem Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 6. epiſt. 39. ſeu c. 203.

¶ Loco lapſi alius ordinandus eſt. C. XI.

POſtquam quemquam criminaliter abſcedentem †, in locum, de quo lapſus eſt, nulla permittit ratio reuocari; & vltra tres menſes a eccleſiam vacare pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt: ne cadente paſtore dominicum gregem antiquus (quod abſit) hoſtis inſidiando dilaniet; fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in loco lapſi debet epiſcopum ordinare.

Anſel. l.8.c.15. — † *al.* cedentem — diſt.75.quoniã.

Item Martinus Papa I. in epiſtola ad Amandum.

¶ Qui poſt ordinationem ſuam in lapſum ceciderit, ſacra myſteria non debet tractare. C. XII.

SI poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehẽſus] obnoxius, omnimodo prohibendum eſt, eum manibus lutulentis, atque pollutis myſteria noſtræ ſalutis tractare.

† *al. deprehendatur*] orig.

2 *E contra* b *exemplis, et auctoritatibus probatur, poſt actã pœnitentiam proprios gradus licite poſſe adminiſtrare, & ad maiores conſcendere. Maria enim ſoror Aaron poſtquam lepra percuſſa eſt, quia in Moyſem murmurauerat, acta pœnitentia à peccato mundata, & ſanata eſt, & priſtinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* c *autem poſt conflatum vitulum, etiam in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. Dauid* d *poſt adulterium, & homicidium ſpiritum prophetiæ recepit, et in proprio † gradu permanſit. Achab quoque poſt mortem Nabuthæ viri ſanctiſſimi per pœnitentiam humiliatus in regia ſede remãſit. Et vt prætereamus multa exempla veteris teſtamenti, Petrus negauit Chriſtũ, & tamen poſtea princeps Apoſtolorum factus eſt: Paulus Sthephanum lapidauit* e*, & tamen à Deo in Apoſtolum electus eſt. Multi quoque ab hæreſi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in ſuis ordinibus ſunt recepti: alij vero ad epiſcopalem etiam gradum ſunt promoti, vt pote Auguſtinus* f*, & alij complures.*

33.q.2.c.hoc ipſum. — Num 12. — Exo 32. — 2.reg. 11. & 12. — † *al. priſtino* — 3.Reg.21. — Matth.26. — Ioan.21. — Act. 7. & 9.

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

IOannes Chryſoſtomus à duabus ſynodis orthodoxorũ

Burc.l.1.c.233. Iuo in prologo. Pann. in prologo.c.32.

POſtquam.] CASVS. Epiſcopus quidã depoſitus fuit: canonici volebat aliũ eligere. Archiepiſcopus vel primas diſturbabat eum reſtituere nolens: quod dicit Greg. de iure fieri nõ poſſe: & cum eccleſia vltra tres menſes vacare non debeat, præcipit Grego. archiepiſcopo, vt deprecationi canonicorum conſentiat, & loco depoſiti alium ordinet.

a ¶ Tres mẽſes.] tres dantur ad electionẽ à die mortis: & alij tres menſes ad conſecrationem petendam. ſ. 100. diſt. quoniam. & 65. diſt. obeuntibus. & extra de elect. ne pro defectu. niſi per neceſſitatem prorogetur 2: vt 28. diſt. de Syracuſanæ.

ECONTRA. Hæc eſt ſecũda pars huius diſtinctionis, in qua magiſter probat contrarium eius quod ſupra probatum eſt: ſcilicet, quod poſt lapſum poſſunt reparari: probat inquã per exẽpla, & per nouẽ auctoritatẽs. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra probatum eſt, quod lapſi poſt pœnitentiam nõ ſunt reſtituendi. Modo Gratianus probat contra, ſcilicet quod poſſunt reſtitui, & ad altiora conſcendere: & probat octo exẽplis: ſcilicet Mariæ & Aaron, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Auguſtini, & aliorum, quorum nomina in ſequenti palea ponuntur: qui oẽs poſt peccatum ſunt reſtituti.

b ¶ Econtra.] Maria, &c. de hoc dicitur 2. q.7.§. item obijcitur.

c ¶ Aaron.] Hæc hiſtoria habetur 45. diſt. diſciplina.

d ¶ Dauid.] Hæc hiſtoria dicitur 2. q. 7. §. item cum Balaam.

e ¶ Lapidauit.] id eſt, lapidantibus conſenſit, cuſtodiẽdo veſtes,

1 Iſta opi. cõiter tenetur per gl. & doct. in c. cum deputati. de iudi. &c. imperatorũ. de iura. calum. Spec. in ti. de procu. §. 1. ver. item quod eſt infamis & Alexander de Imo. in l. rerum criminis. in fine. C. de procu.

Infamis poteſt eſſe procurator.

Electio an fieri debeat intra tres menſes.

2 De hoc 61. diſt. Oſius. & c. bene nouit. ibi de hoc.

3 Arg. contra. 22. q. 4. vides. vbi de hoc.

† al. iudicatus

episcoporum fuit diiudicatus †, ſed iterũ fuit reſtitutus. Marcellus epiſcopus Ancyræ Galatiæ depoſitus fuit: ſed poſtmodũ propriũ recepit epiſcopatũ. Aſclepius diiudicatus à ſynodo, eccleſiã ſuam poſtea recepit. Lucius epiſcopus Adrianopolites damnatus à Papa Iulio recepit eccleſiã ſui epiſcopatus. Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus depoſitus fuit, poſtea recõciliatus eſt eccleſiæ ſuæ. Simili modo Polychroniũ eiuſdẽ eccleſiæ Hieroſolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipſe eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum epiſcopum damnauit, ſed poſtea eum in proprium locum reſtituit eccleſiæ ſuæ. Miſenum [a] epiſcopum à Felice Papa damnatum Gelaſius Papa ſucceſſor illius reconciliauit †, & eccleſiæ ſuæ reſtituit. Leontius, dum eſſet presbyter, depoſitus fuit, ſed poſtea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodoſium, quem Eugenius eius anteceſſor presbyterij honore priuauerat, ſanctæ eccleſiæ Signinæ conſecrauit epiſcopum. Ibas naque epiſcopus diiudicatus fuit: ſed ſancta ſynodus canonica ſuam illi reſtituit eccleſiam. Rothadum vero epiſcopũ ſanctæ Sueſsionenſis eccleſię à ſynodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium † Placẽtinum epiſcopum merito reprobatũ, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

Sixtus Papa iij.

35. q. 9. c. Gregorius.

† al. & communicauit

† al. Soffrenum] vel Suffredũ, vt infra 6 q. 3. denique Suffredus.

¶ *Caput hoc à vetuſtioribus codicibus abeſt: in vulgatis inſcribebatur*, Item ex epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inſcriptio ſublata eſt, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs hiſtorijs ſunt collecta, & aliqua longe poſt Cyrillum & Hieroſolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inſcriptio eſt, ſed tantum in Pannormia.*

[a] ¶ Miſenum.] *Antea legebatur*, Nicænum. *Emendatum eſt ex Burchardo, Iuone, & c. Gregorius infra 35. q. 9. Atque in Pontificali Romano manuſcripto in vita Nicolai primi hæc leguntur:* Sicut beatus Papa Felix Vitalem, & Miſenum epiſcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti conſenſerant, ſacerdotali gradu, eccleſiaſtica immo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiuſmodi ſcribit ita, epiſtola 2. ad epiſcopos Galliarum.

¶ Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt. C. XIIII.

PONderet[a] vnuſquiſq. ſermones ſuos, & quod ſibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene ſacra ait ſcriptura: [Quod tibi [b] non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore [c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus cõſilia, & opera noſtra, neque ordinem corrumpamus. ¶ Sed ſi aliquis lapſus quocumque modo fuerit, portemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: ſicuti ait B. Apoſtolus: [[d] Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis; conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & ſic adimplebitis legem Chriſti.] ¶ Porro ſanctus Dauid [e] de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permanſit. ¶ Beatus quoque Petrus amariſsimas lacrymas fudit, quando Dominum negaſſe pœnituit: ſed tamen Apoſtolus per-

Tob. 4.

Burc. l. 19. c. 41. Iuo p. 6. c. 48.

† nõ perdamus eũ, ſed fra.] orig.

POnderet.] CASVS. In hoc cap. oſtendit Calixtus Papa, q. clerici poſt lapſum peracta pœnitẽtia poſſunt in priſtinum ſtatum reſtitui. Et hoc probat auctoritatibus & exẽplis xi. Prima eſt in principio capituli. Secũda probatio incipit ibi, [Sed ſi aliquis lapſus.] & ad hoc inducit auctoritatẽ Apoſtoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, [Porro ſanctus Dauid,] Quarta ibi, [Beatus quoque.] Quinta ibi, [Peccator.] Sexta ibi, [Errãt itaque.] Septima ibi, [Nũquid q dormit.] Octaua ibi, [Redde mihi.] Nona ibi, [Vade, & amplius noli peccare.] Decima ibi, [Nõ ergo.] Vndecima ibi, [Suſam.]

[a] ¶ Ponderet.] Grauis erit quilibet in verbis, vt 4. q. 3. §. item in criminalibus. ver. in teſtibus & qui cito fatur, ad pœnitentiam properat, vt dicit Seneca: & põt quis in proprio facto petere inducias ad reſpondẽdum, vt ff. de interro. act. qui interrogat. an hæres ſit: nam teſtis repẽtinus, &c. 5. q. 5. §. ſed aliud.

[b] ¶ Quod tibi.] ſ Tobia.

[c] ¶ Tempore.] Nã ratio tẽporis mutat cõſtitutionẽ, vt 34. diſt. fraternitatis.

[d] ¶ Apoſtolus.] ad Galatas.

[e] ¶ Dauid.] Hoc exẽplum non competit, nã nihilominus fuit dictum ei: Non ædificabis mihi domũ: quia vir ſanguinũ es. 1. de cõſec. diſ. 1. c. 1. & 1. q. 7. ſi quis omnẽ.

Dauid prohibitus eſt ædificare.

a ¶ Mini-

a ¶ Miniſtrare.] diſpenſatiue, ſi crimen eſt manifeſtum: vel ipſo iure, ſi crimen eſt occultum. extra de tép. ord. c. vlt.
b ¶ Qui dormit.] in peccato.
c ¶ Non adijciet.] id eſt, non conabitur bene operádo.
d ¶ Vt reſurgat.] per pœnitentiam.
e ¶ Docuit.] id eſt, doctură ſe promiſit: & ſic eoipſo q̃ quis promittit ſe velle docere, Deo obligatur. ſic 21. diſt. in nouo, vbi ſimiliter arguit Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues, .i. do in corpore mortali: & ſic futurũ ponit pro pſenti, vt de cõſe. diſt. 2. § Chro. ff. de ver. ſig. verbũ erit. B. ſimile 23. q. 5. §. hic notandũ. ibi, da, &c.
f ¶ Miſericordiã.] Si enim in aliquo redarguẽdi ſumus, melius eſt miſericordiæ reddere rationem, quàm crudelitatis. 35. q. 9. veniã. & ĩ. 26. q. 7. alligãt. & 11. q. 3. nemo. ĩ. 86. diſt. non ſatis. ĩ. 1. q. 7. exigunt. 5. diſt. 9. ſana quippe.

Docere ſe velle] promittẽs, Deo obligatur.

Procedendũ eſt potius circa miſericordiam, quàm circa crudelitatem.

ET purgabit filios.] CASVS. Probat Hiero. poſt peractã pœnitentiam ſacerdotes poſſe Deo placere, & ſacrificare ſibi ſicut ante peccatum faciebant. Et hoc pbat auctoritate Malachię dictis, ſacerdotes vete. teſtamen. purgandos eſſe & colãdos, vt puri remaneant, ſicut aurũ & argentum, vt Deo digne offerãt. Ita & alij, vt dicit Greg. cum emẽdati fuerint poterũt offerre, & placebit Deo ſacrificiũ eorum, ſicut dies ſæculi, & anni antiqui Dño placuerũt, id eſt, ſicut ante peccatum Domino placuerunt, ita & poſt peccatum emendati placent, & placere debẽt.
g ¶ Et purgabit.] Verba Malachię ſunt; Ecce veniet Dominus exercituũ, & quis poteſt cogitare diẽ aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis cõflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans quaſi aurũ, & argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurũ, & argentũ, & erũt offerẽtes Dño iuſta ſacrificia, & placebit Domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſæculi, & anni antiqui.
h ¶ Tempus enim, &c.] verba Petri in epiſtola canonica. Anno 110. primæ Petri. 4. c.
i ¶ A domo.] id eſt, ſacerdotibus. Omnia enim * mala à ſacerdotibus pioceſſerunt. 24. q. 3. transferunt.
k ¶ Et alibi.] in Ezechiele. cap. 9.

* Vide g... ſam in c... pite ſu... allegato.

manſit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur, dicens: [Peccator in quacumque die conuerſus ingemuerit, omnium iniquitatũ illius nõ recordabor amplius.] Errant enim qui putant Domini ſacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare[a] non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonam deinceps vitam duxerint, & ſuum ſacerdotium cõdigne cuſtodierint. Et ipſi, qui hoc putant, non ſolum errant, ſed etiam contra † traditas eccleſiæ claues diſputare, & agere videntur: de quibus dictum eſt: [Quæcumque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cælo.] Alioquin hæc ſententia aut Domini non eſt, aut vera eſt. ¶ Nos vero indubitanter tam Domini ſacerdotes, quàm reliquos fideles poſt dignam ſatisfactionem poſſe redire ad honores credimus; teſtante Domino per Prophetã: [Numquid[a] qui dormit[b], non adijciet[c] vt reſurgat[d]?] Et propheta Dauid pœnitentiam agens dixit: [Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me.] Ipſe namque poſt pœnitentiã, & alios docuit[e]; & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplũ doctoribus ſanctæ eccleſiæ, ſi lapſi fuerint, & condignam pœnitentiã Deo geſſerint, verumque facere poſſe. Docuit enim quando dixit: [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Et ſacrificium Deo pro ſe obtulit, dum dicebat: [Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.] Videns enim Propheta ſcelera ſua mundata per pœnitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo à peccato, & reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt ſententia Euangelij maneat in eo: [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apoſtolus: [Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.] *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ miſericordiam[f] vetat, non ſolũ tenere, ſed & audire refugite, quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs.

Ezech. 18.

Polyc. l. 4. ti. 38. Pann. l. 3. c. 148.

† al: traditas eccleſie claues deſpicere videntur] infra ex Aug. c. vt cõſtitueret.

Matt. 18.

Greg. l. 7. ep. 53.

Pſalm. 40.

Pſalm. 50.

Ioan. 8.

Rom. 6.

a ¶ Numquid.] *In epiſtola Calixti, & apud collectores indicatos legitur:* numquid, qui cadit, non adiiciet, vt reſurgat? & qui auerſus eſt, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ ſententiæ habentur Hiere. 8. & Ezech. 33. Sed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

Item Hieronymus ad c. 3. Malachiæ.

¶ In priſtinum gradum poſt pœnitentiam reuocari poſſunt ſacerdotes. C. XV.

ET purgabit[g] filios Leui: tempus[h] eſt enim vt iudicium incipiat à domo[i] Dei.] & alibi[k] ſcribitur: [A ſan-

Malach. 3.

1. Pet. 4.

a ¶ Omnem.] arg. quod de vno dr. de omnibus intelligitur, vt 61. diſt. miramur. & 24. q. 1. quodcunque.
b ¶ Antiqui.] id eſt, patres ſancti.
c ¶ In principio.] id eſt, ante peccatum. arg. ꝫ. proxi. c. ... d ¶ Sic
d ¶ Sic poſt peccatum.] immo plus. ꝫ. ea. c. fidelior.

Ezechiel 9.

ctis meis incipite]. In filijs autem Leui omnem [a] ſacerdotalem intellige dignitatem. Si autem ſacerdotes purgandi ſunt, & colandi, vt purum aurũ remaneat, & argentũ; quid de ceteris eſt dicendum? Qui cum emundati fuerint, & cõlati; tunc offerent Domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hieruſalem, hoc eſt pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conſpiciunt: [ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui [b]:] vt quomodo in principio [c] placuerunt Deo, ſic poſt peccatum [d], & pænitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epiſt. 53.

¶ Lapſi reparari poſſunt. C. XVI.

Rab. in pœn. c. 5. Burc. l. 19. c. 43. Iuo par. 6. c. 85. Pan. l. 5. c. 147.

QVia ſanctitas tua hoc à nobis requiſiuit, vt ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi auctoritates ſcriberemus; dum ſe dicit de hoc canones diuerſos legiſſe, & diuerſas ſententias inueniſſe, aliàs reſurgendi, aliàs nequaquam poſſe: Ideo [1] nos generales ſynodos à Nicæna incipiẽtes, hanc cũ reliquis quattuor [e] veneramur; quia, ipſam ſequentes ceteræ in cunctis canonicis ſententijs vnanimiter concordant. Nos vero præcedentes patres ſequi debemus, qui auctore Deo à ſacra doctrina illorũ non diſcordamus. A capite [f] itaque incipientes vſque ad quartum [g] altaris miniſtrum, hanc formam ſeruandam cognoſcimus, vt ſicut minorem maior præcedit in honore; ita & [h] † in crimine; & quem maior ſequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & ſic poſtea † pænitentia credatur eſſe fructuoſa. ¶ Quid enim prodeſt triticum [i] ſeminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum conſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatisfactionem credimus poſſe rediri ad honorem. *& infra.* ¶ Ad fontẽ miſericordiæ recurrentes Euangelij proferamus ſententiam. [Gaudeo [l], inquit, ſuper vno peccatore pænitentiã agente, magis quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui non indigent pænitentia.] Et ouem perditam, nonagintanouem [m] non errantibus relictis in deſerto [n] †, humero pij paſtoris ad ouile reportatam Dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionẽ ad ouile humero reportatur; cur poſt pænitẽtiã ad eccleſiæ miniſteriũ lapſus nõ reuocetur? Sicut [2] in Apocalypſi dicitur de miniſtro eccleſiæ: [Memento vnde excideris, & age pænitentiam, & prima [o] opera fac.] Quid enim eſt grauius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci [p] inueniuntur, aut Dei filiũ iureiurando negare? In quo tamen hunc ipſum beatũ Petrũ apoſtolorum principem, ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pænitentia ſecuta eſt, & poſt pænitentiam miſericordia data eſt; quia poſtea ab Apoſtolatu eum non expulit, qui ante quidem ipſum ſe negare prædixit.

† al. & crimine

† al. vindicta, quæ poſt pænitentiam

Luc. 15.

† in deſerto] abeſt ab orig.

Apoc. 2.

QVia ſanctitas tua.] CASVS. Secundinus inueniebat ꝯrias auctoritates de reparatione lapſorum, quare ſupplicauit Gregor. vt ſolueret ei has ꝯrietates: & ſcriberet ſibi de clericis lapſis, vtrum poſſint poſt pænitentiã reparari. Grego. vero ei ſatisfaciens oſtendit lapſos peracta pænitentia, poſſe in ſtatũ priſtinũ reduci, ſequens concilia & antiquos patres. & hoc probat exemplis & rationibus ſex. Prima ratio eſt ibi, [Quid em.] Secundum exẽplũ vel ratio eſt ibi, [Aut domum.] Tertia ibi, [Gaudeo.] Quarta ibi, [Et ouẽ.] Quinta ibi, [Sicut in Apocalypſi.] Sexta ibi [Quid em grauius.]
e ¶ Quattuor.] ſcilicet Cõſtantinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſis, & Ancyrana, de qua habes ꝫ. ea. domino 1.
f ¶ A capite.] id eſt, epiſcopo.
g ¶ Vſq; ad quartũ.] id eſt, ſubdiaconatũ.
h ¶ Ita & in crimine.] ꝫ. 24. q. 1. non afferamus.
i ¶ Triticum.] id eſt, pænitentiam.
k ¶ Et fructum.] id eſt, reſtitutionem.
l ¶ Gaudeo.] ideo dicit, gaudeo; quia poſt pænitentiam fortior reſurgit homo, vt infra ea. fidelior 2.
m ¶ Nonagintanouẽ.] Per hunc numerũ deſignantur nouẽ ordines Angelorũ, de quibus habes ꝫ. de pæ. diſt. 2. principium.
n ¶ In deſerto.] id eſt, in cælo: quod diabolus per caſum deſeruit.
o ¶ Et prima.] arg. q; reſtituti poſſunt accuſare & teſtificari. arg. ꝫ. ead. ferrum. & c. domino ſancto.
p ¶ Pauci.] difficile enim eſt continere, vt 28. diſt. de his. & 33. q. 5. qui ſitit: nec tamen ideo minus delictum eſt, vt 2. q. 1. multi. in fi. & 32. q. 7. flagitia. & licet iſtud ſit naturale, non tamen excuſat. vt ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius.

1 De iſtis habes 15. diſt. c. 1.

2 Secundũ hunc intellectũ iſtud, magis, qđ eſt in textu tenetur cõparatiue, & legitur de veris iuſtis & loquitur quadã ſimilitudine vulgari. Archid.

QVid eſt.] CASVS. Probat Gre. in hoc c. q͂ prælati poſt lapſum peracta pænitentia, ex officio ſuo prædicare poſſunt: & hoc probat exéplo Ezechielis prophetæ, q cum ſtaret & videret ſimilitudinem quattuor animalium, & quattuor rotarum, cecidit in faciem ſuã, & Dñs dixit ei: Fili hominis, ſta ſupra pedes tuos, & loquar tecum. Iacenti ergo in peccato prophetæ dicit̃, vt reſurgat per pænitentiã. & poſt pænitentiã ad ꝑdicandũ mittit̃. plati ſimiliter in peccato iacẽtes ꝑdicabunt, ſicut fecit propheta. Nam cum ſtant in peccatis ſuperbiæ plati, dignum eſt, vt ad bona opera conſurgant per pñiã. Et no. q͂ in prædicta auctoritate ſtare dupliciter ſumitur. Nã primo accipitur in mala ſignificatione, poſtea in bona.

a ¶ Prophetæ.] Ezechieli, Ezechie. 2.

b ¶ Stans.] Hic ſtans accipitur in mala ſignificatione, & prius in bona, & ita eſt hic arg. q͂ aduocatus varijs modis pōt iura exponere, ſicut hæc auctoritas, Verbum caro factum eſt. vel illud: veritas de terra orta eſt. quandoque exponitur, id eſt, Chriſtus de virgine natus eſt, vt 35. q. 10. c. 1. quãq; exponitur, ideſt, confeſſio de pænitente. de pæ. diſt. 1. quicũque. arg. contra 23. q. 7. quod autẽ. Sed hæc diuerſo reſpectu. ADDITIO. Ad idem extra de ap. ſolicitudinẽ. in fi. vbi de hoc.

Iura vario modo poſſunt exponi.

c ¶ Timore.] ſeruili ſ. cũ quo charitas dedignatur habitare. Inducit tñ iſte timor filialẽ ſicut ſeta filũ, vt ꝫ. de pæ. diſt. 2. ſi qs tãtam.

Timor eſt duplex.

FErrum.] CASVS. Legitur in Iob. Habet argentum venarũ ſuarũ principia. & locus eſt auro, in quo cõflatur. ferrũ de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in æs conuertitur. Per hanc auctoritatem vult Greg. probare q͂ poſtquam prælatus ſeparatus eſt per pænitentiam à peccatis, debet lucidus reputari; nec debet conſpici in eo id quod fuit, ſed quod modo eſt, ad inſtar ferri, quod donec eſt ſub terra, obſcurum eſt: ſed poſtquam ſeparatur à terra, fit lucidum, & vtile ad ſecandum. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ Ferrum.] in Iob continetur ita: habet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo conflatur: ferrum de terra tollitur. & lapis calore ſolutus in æs conuertitur.

e ¶ Incipit.] arg. q͂ poſt pænitentiam reuertitur q̃s ad priores actus. ſ. 33. q. 1. cum renunciatur. & q. 5. præcepimus. in fi. & 6. q. 1. illi qui. & 3. eo. c. quia ſanctitas tua. in fi. In fi. ff. de ædil. edic. q̃d ita ar. ꝫ. 61. diſt. in ſacerdotibus. Reſp. q͂ numquam per pñiã reuertitur res ad priorem ſtatum, vt 33. q. 2. admonere. & 81. diſt. Romanus. & c. ſi quis clericus. ſed per diſpenſationem, vt 2. q. 3. §. notandum. in fi. Ioan. niſi in occultis criminibus, vt extra de temp. ordinan. c. vlt. B.

f ¶ Quod non fuit.] id eſt, qualis non fuit, & ſic non eſt hic aliqua fictio iuris. Vel dic q͂ ius fingit eum eſſe nouum hominem ſicut baptizatum. 26. diſt. c. 1. de pæn. diſt. 2. §. Romanos. & c quo modo. verſi. expoliantes. alteratus tamen eſt. 2. q. 7. §. quia ergo, ſic fingit non eſſe homici-

¶ Ad hoc ſ. eo. quia tua. ver. ſicut in. vbi de hoc. & 23. q. 6. vides, iuxta fi. vbi etiã de hoc.

a ¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epiſtolarum B. Gregorij legitur*, ideo generaliſſima, quæ à Nicæno concilio incipiunt cum reliquis quattuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuſcripto codice eſt*, generaliſſime: *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Panormiam.* Nam nos generaliter; *ceteroqui parum à Gratiano diſcordant.*

c ¶ Sicut.] *Hinc vſque ad verſ.* Quid enim. *in aliquot codicibus epiſtolarum excuſis, & duabus manuſcriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Idem ſuper Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.

¶ Poſt acerrimam pænitentiam lapſi reparantur. C. XVII.

QVid eſt hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur non ſe, niſi ſtanti promittit eſſe locuturum? Sed ſciendum, quia alia ſunt, quæ iacentes; alia, quæ ſtantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, vt ſurgat; ſtanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere ſurgimus, cum iam recti ſtare cœperimus, dignum eſt, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans [b] ergo propheta viſionem ſpiritalem vidit, & cecidit: cadens vero iam monitionis verbum ſuſcepit, vt ſurgeret: ſurgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret. Nam qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus, cum iam de æternitatis timore [c] aliquid ſentire cœperimus, dignum eſt, vt ad pænitentiam cadamus. Et cum infirmitatem noſtram ſubtiliter cognoſcentes, humiliter iacemus, per diuini verbi conſolationem ſurgere ad fortiora opera iubemur.

Ezech. 2.

Idem lib. 18. moralium, c. 16. ad c. 28. Iob.

De eodem. C. XVIII.

FErrum [d] de terra tollitur, cũ fortis propugnator eccleſiæ à terrena, quam prius tenuit, actione ſeparatur. Non ergo in eo debet deſpici, quod fuit; quia iam incipit [e] eſſe, quod non fuit [f] †.

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

† Conc. text. in ... in l. 1. §. ... ſumma. ... d aqua ... arc. & in ... prouſcia ... ff. de ve... ſig.

Ius ... fingit.

homicidam qui eſt homicida.23.q.5.ſi homicidiũ.ſimiliter fingit aliquẽ nõ tranſiſſe qui trãſiuit,vt 7.q.1.mutationes.& non eſſe epiſcopum qui eſt epiſcopus, vt 21.q.7.non omnes.& c.qui nec.& eſſe virginem, quæ non eſt virgo,vt 32.q. 5.propoſito. & non eſſe matrimoniũ quod

alienigenis cõpellebantur idololatrare, quas poſtea ad monitionem Eſdræ dimiſerunt. De iſto Ieſu Zacharias propheta vidit viſionem quamdam, quam recitat ſic: Oſtendit mihi Dominus ſacerdotem magnum Ieſum corã angelo Dei,& ſatan, ideſt,vxor idololatra, ſtabat à dextris eius, & Ieſus erat indutus ſordidis veſtibus. Dixitque angelus ad eos qui corã ſe ſtabant: Auferte ei ſordida veſtimenta, & date ei candida veſtimenta,& poſuerũt ſuper caput eius cidarim, induerũtque eũ candidis veſtibus.

¶ Poſt condignam pœnitentiam priſtina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [a] eos, dabo eis virtutem ſpiritus mei, & implebo eos iudicio meo,& fortitudine.] Animaduerte in præſenti loco poſſe docere aliquem poſt peccatum;ſi tamen vitia priſtina,pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium,& homicidiũ loquitur in pſalmo:[Aſperges me hyſſopo,& mundabor;lauabis me,& ſuper niuem dealbabor.]Nec ſua tantum puritate contentus eſt;ſed infert: [Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me.]cumque hoc feceris,[docebo,ait, iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur.]

Pſal. 50.

Idem Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum.

De eodem. C. XX.

§.de pœnit.diſt. 2.c. ſi enim. §. Ieſus.

IEſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, quamquam in typo [b] præceſſerit Saluatoris,qui noſtra peccata portauit, & alienigenam ſibi ex gentibus copulauit eccleſiam; tamen ſecundũ litteram poſt ſacerdotium ſordidatus [c] induitur, & ſtat diabolus [d] à dextris eius: & cãdida [e] illi deinceps veſtimenta redduntur.

Item ex concilio Agathenſi, c. 2.

Et capitular. l. 7.c.311.

¶ Per pœnitentiam clerici correcti gradum ſuum,& dignitatem recipiant. C. XXI.

Iuo.p.6. c. 366.

COntumaces clerici, prout dignitatis ordo [f] permiſerit, ab epiſcopis corrigantur,& ſi qui prioris [g] gradus elati ſuperbia, communionem [h] forraſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint [i], peregrina [k] eis communio tribuatur;ita, vt cũ eos pœnitentia correxerit,reſcripti in matricula [l] gradum ſuum, dignitatemque [m] recipiant.

Apud Martinũ Bracarenſem.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 17.

qđ eſt,vt 30.q.5.aliter. Sed nũquid p tales fictiones pjudicabitur iuris veritati:ita vt nõ admittatur probatio ĩ cõtrium?videtur q ſic,vt extra de regularibus,vidua. Videt cõ.vt extra de renun. ſup eo.& ff.qđ met. cau.non ẽ veriſimile. & vna pſũptio p aliã pſũptionẽ tollit. ff. de in inte.reſt.l. diu⁹. Ego dico breuiter,q cõ. oẽm pſũptionẽ admittiť pbatio,niſi vbi ius de iure alicui⁹ nõ tm̃ pſumit,ſed etiã certũ qđ ſtatuit 1, nec multũ appretior illã diſtinctionẽ quorũdã,q eſt qdã pſumptio iuris, qdã hominis, qdam naturæ;de qbus habes extra de ſpõſa. is qui.qa lex dicit.q per fictionẽ iuris veritas nõ cõfunditur, nec deletur, vt C. de iure dotiũ.in rebus. in princ.

CVm exaudiero.] C A S V S. Probat Aug.in hoc c.q pſlatus ſi diluat peccata ſua p pœnitentiã, docere põt ſicut prius. Et hoc pbat auctoritate Eſaiæ,quæ eſt ĩ principio c.& exemplo Dauid.

a ¶ Cum exaudiero.] Eſaias propheta.37.cap.

IEſus.] C A S V S. Iudæi venientes de Ægypto p deſertũ,cũ viderent vxores ſuas valde ſqualidas ex labore itineris,abiecerunt eas, & ſupinduxerunt alienigenas, qđ fecit Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus;à quibus

b ¶ In typo.] quia duxit alienigenam ſicut Chriſtus eccleſiam.

c ¶ Sordidatus.] quia dimiſit vxorem.

d ¶ Diabolus.] id eſt, vxor q idola coluit.

e ¶ Candida.] quando ad conſilium Eſdræ reliquit illam. 28.q.1.§.1.& 2.

COntumaces.] C A S V S. Quidã clerici cõionem fratrum, & intrare eccleſiam contemnebant, officia ſua penitus negligentes: qſitum fuit in concil. Aga. quam pœnã pati deberẽt:& reſpõdetur,q puniri dbent prout ordo permiſerit,ideſt, maiores ſuſpẽdãť officio & beneficio: & eis peregrina cõio tm̃ tribuatur: minores vero acrius puniãtur: qui tñ ſi poſtea reſipuerĩt & pœnitentiam egerint,in matrice eccleſia reſcribentur, & in ſtatum priſtinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniũtur, quam minores.

2 Lau.dicit cõionem.i. cõmunem obſeruãtiã & cõuerſationẽ. Arc.

Prælatorũ eccleſias negligentium punitio.

f ¶ Prout dignitatis ordo.] Alio enim modo ſunt puniẽdi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, vt 35. diſt.ante oĩa.& 11.q.1.ſi clericorũ.& 12. q.2.fraternitas.

g ¶ Prioris.] id eſt, altioris.

h ¶ Communionem.] id eſt, nolunt eſſe inter alios. 3

i ¶ Neglexerint.] Auferetur eis officium & beneficiũ. Ioan. per ſuſpenſionem.ſecundum Hug.

k ¶ Peregrina.] quæ aliàs dicit laica.extra de elec. c.2.

l ¶ In matricula.] ſic.2.q.1.nomen.

m ¶ Dignitatemque.] ſi enim à vigilijs deeſt, auferendũ eſt ei ſtipendiũ, vt 91.diſt.clericus victũ ſed ſi prælatus per tres hebdomadas deeſt, per triennium ſuſpenditur:vel etiam ſi diebus ſolennibus deeſt. vt 7. q. 1. ſi quis in clero. ſi per duos menſes,priuatur eccleſia, vt 7. q.1.præſentium.niſi velis dicere hodie correctum, vt extra de cler.non reſidẽ.ex tuæ 3. Sed an poſſit repetere fructus poſtea cum reuertitur; non videtur, C.de re milit, l. 1.lib.12. alioquin ſpe reſtitutionis facilius delinqueret,vt ĩ.ea.diſt.cap.1. Item quia pœnæ non ſolent repeti. ff. de condicti. indebi. pœnæ, & pœnam quam quis ex ſuo delicto præſtitit, non repetit 4. ff. de procura. qui proprio. §. pœnam, Item hic & in ſequen.

3 De hoc plene not. extra vt lite non conte. qm̃.§.ſi vero.& 7.q.1. ambitiõis. ibi dicam. Archi.

4 Dic q ſi iuſtã cauſã abſẽtiæ habet, oĩa recuperat. ff. ex q. cau.ma. l.ſed & ſi pro re pub. & ff. de re mili. ex cauſa.nã & ſentẽtia reſcinditur pba'a iuſta cauſa abſẽtiæ. extra de re iudic. cũ Berthold⁹.

quen.c.vł ꝙ ep̃s poſſit diſpenſare cum depoſito. Nam & ſanatus reſtituit.ff.de poſtu.l.1. §. de qua autem. & ſenatus æquiparatᷣ principi.ff.de aqua plu.arcen. quod principis. & eccleſia habet ſuum ſenatũ, vt 16.q.1.eccleſia.argu.ad hoc 11.q.3.§epiſcop⁹.& C. de epiſco. & cler. placet. Argu. §.extra de cleri. non reſiden. ex tuæ.in fi. & dixi de hoc 2. q.6. ideo.Ioan.Solu. cum depoſito ſolenniter ſolus Papa diſpenſat, vt de pœni. diſt. 6.c.1.in fi.B.

Papa ſolus cũ ſolenniter depoſito diſpenſat.

SI quis.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Martini Papæ quam pœnam deberet pati presbyter vel diaconus, q in caſu illicito calicẽ vel librum eccleſiæ alienat:& reſpondet ꝙ non debet haberi in ordine clericorum: vel debet ab adminiſtratione cauſæ remoueri. ſ iudicio.n. ep̃i dimittitᷣ, ſi cũ eo voluerit diſpenſare.

a ſ Iudicio tñ epiſcopi.] Hic ergo permittitur epiſcopo diſpenſare in ſacrilegio,ſic & in hæreſi, vt j.ead. presbyteros qui.& in occultis etiam magnis.infra, de his vero.& hoc verũ eſt niſi ſit enorme ſacrilegiũ,vt 12.q.2.de viro.

Epiſcopus in hæreſi diſpenſat.

QVOMODO. Hæc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua concordat iura: & dicit ꝙ qui vere pœnitent, poſſunt reparari: & qui ficte pœnitent, non ſunt reparandi; & hoc probat ex aucto. Ioann. de Fan.

CASVS. Probauit ſupra Gratianus, ꝙ lapſi reparari non poſſunt: poſtea probauit ↄ̃triũ. Nunc vero ponit ſolutionem, dicens ꝙ illi qui agunt ficte pœnitentiam, non odio criminis, ſed timore vilitatis, vel affectione honoris, non debent reſtitui: ſed qui vere pœnitentiam agunt, reſtitui poſſunt. Et hanc ſolutionem probat per ſequentia cap. vſque ad §. quicunque.

VT conſtitueretur.] CASVS. Quæſiuit Boniſa.ab Auguſti. quare in eccleſia ſit ſtatutum vt clerici poſt pœnitentiam de criminibus nõ ꝓmouerẽt,vel deijciantur.

¶ De eodem. C. XXII.

SI quis presbyter, aut diaconus a inuentus fuerit aliquid de miniſterijs eccleſiæ venundaſſe; quia ſacrilegium cõmiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica non haberi. In iudicio tamẽ epiſcopi a dimittendum eſt, ſiue dignus ſit, ſiue indignus in ſuo recipi ut debeat gradu: quia multoties hoc ipſum, quod de ſacroſancto altario contaminatũ eſt, in epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

Burc.l.3.c.179. ex Bracarenſi. Iuo p.3.c.173. ex Martino. & 240. ex Bracarẽſi.

a ¶ Diaconus.] *Sequebatur:* aut ſubdiaconus. *quæ duæ dictiones expũctæ ſunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[Item Auguſtinus ad Bonifacium.]

PALEA β C. XXIII.

c ¶ Palea.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: ſed poſt finem capitis:* ſi quis presbyter. *ſequitur continenter,* Quomodo igitur: *ſunt tamen in multis, atque in ijs quidem, à quibus plerumque paleæ abſunt. Ac videntur ſumma quadam partim præcedentium capitum,* ponderet. *et,* quis ſanctitas. *partim ſequentis,* vt conſtitueretur. *quod refertur ex Auguſtino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere citatio.*

BEne valet ſacerdos reſtitui ad honorem ſuum poſt peractam pœnitentiam: licet in hoc diuerſi diuerſa ſentiant, dicentes non poſſe reſtitui ad honorem. Sed ſic dictum eſt propter ſimulatas pœnitentias quorũdam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA C. XXIIII.

SAcerdos quidem ſi cadit, valet, & habet reſtitutionis locum poſt dignam peractam pœnitentiam, in honorem ſuum, propheta atteſtante, qui ait: [Numquid qui cadit, non adijciet, vt reſurgat?] Et beatus Gregorius hoc dicit ad Secundinum incluſum, amicum ſuum. Etiam ab ipſo propheta in hoc argumentum habemus: qui cum poſt peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamẽ poſtea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad priſtinum officium reſtituitur.

Hiere. 8. Greg.l.7.ep.53.

i ¶ Et ſui.] ſui enim filij & ipſe eadẽ perſona intelligũtur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate. in princ. & vxor dicitur pars viri. 33. q. 2. admonere. vnde videt̃, ꝙ licet clericus ſit ſuſpenſus ab homine vel canone, ꝙ tamen ei relinqui debeat vnde ſe & ſuos poſsit ſubſtentare. & eſt ſi. arg. ff. de preca. l. penul. ff. de vſu & habi. l. 2. maxime cum

Diſpenſatur qñque in beneficio, non in officio.

2 Per ſententiam, non ipſo iure. Archid.

1 Vel dic ꝓuincijs, ideſt, diœceſibus, ſicut ecõtra ponit̃ 11. q. 3. epĩ qui. ſm Lau. & Hug.

Vxor & filij de bonis eccleſiæ paſci per ſunt.

¶ Perpetuo careat officio presbyter, qui ira commotus, licet extra animum, aliquem interfecerit. C. XXXIX.

STudeat [a] ſanctitas tua perſuadere epiſcopo tuo, ſibi canonicum ſociare numerum collegarum, ideſt ſex [b] ex vicinis prouincijs fratres, & coepiſcopos ſuos: quibus tecum iunctis, & decernentibus, diligenter inueſtigate, & omni niſu ſcrutari procurate, quatenus inuenire valeatis, vtrum percuſsione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus, vt fertur, extinctus eſt. Et ſiquidem à ſæpe fato presbytero nõ ad mortem percuſſus eſt, ſed ex equo cadens [c] ceruice fracta interijt [d]; ſecundum arbitrium veſtrũ pro percuſsione, incaute agenti presbytero pœnitentiam competentem indicite: & aliquanto tempore à Miſſarum ſolennijs ſuſpendatur; denuo poſt hæc ad ſacerdotale rediturus officium. † Quòd ſi veraciter qualicumque percuſsione [e] iſtius presbyteri, ille mortuus eſt diaconus; nulla hunc ratione miniſtrare ſacerdotis more decernimus: quoniã etſi voluntatem [f] occidendi non habuit; furor tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt [g], in omnibus, ſed præcipue in Dei miniſtris multipliciter inhibentur, atque vbique damnantur. Verum ſi presbyter adeo veſtro ſtudio obnoxius † forte claruerit; præcipimus, vt tale beneficium [h] ſibi eccleſiæ ſuæ concedatur; quo & ipſe, & ſui [i] ſufficienter poſsint habere ſuæ ſubſtentationis ſolatium.

Iuo p. 10. c. 14.

† al. noxius] Iuo

† Addeas excõicatus abſolutus ꝑcipiat fructus medij tẽpis. arg. 9 non, in l. 1. & l. ſi vt allegas. C. de teſt. mili. & in Auth. vt cũ. de app. cog. §. ſi vero. coll. 8.

Item ex concilio Maticen. [a] c. 6.

a ¶ Maticenſi.] Burchardus, & Iuo citant ex concilio Moguntino: in nullo tamen eorum, quæ extant, habetur. Simile vero aliquid legitur in concilio Vormac. c. 27.

¶ De eodem. PALEA. C. XL.

QVi vero odij meditatione, vel propter cupiditatem, Iudæum, vel Paganum occiderit; quia imaginẽ Dei, & ſpem futuræ conuerſionis exterminat †, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat.

Burch. l. 6. c. 33. Iuo p. 10. c. 162.

† *al. extinxit*

¶ De eodem. PALEA. C. XLI.

SI quis homicidium fecerit, ſi epiſcopus eſt, xv. annos pœniteat, & deponatur, cunctos quoque dies vitæ ſuæ peregrinando finiat. presbyter xij. annis pœniteat, tres † ex his in pane & aqua; & deponatur ſuperioris ſententia. Diaconus x. annis pœniteat, tres ex his in pane & aqua. Clericus & laicus ſeptem annis pœniteat, tres in pane

Anſ. l. 11. c. 34.

† *al. quattuor*

eum etiam vxor. & filij de bonis eccleſiæ paſci poſſunt, vt 31. diſt. omnino. nec totum extorquendum eſt à debitore quod habet: ſed habenda eſt ratio, ne egeat. ff. de re iud. inter eos. in fi. ille autem qui excõicatur, nihil percipiet nomine eccleſiæ. extra de appell. paſtoralis.
Eos

Dei dicitur, vt 15. q. 1. nec ſi.
b ¶ Humana.] ideo magis eſt tenenda, vt 3. 9. diſt. ſanaſo. Quid iuris ſit de hoc, notaui plene in q̃ſtionibus. H.

SI qua.] CASVS. Quædam domina furore iracundię accenſa, ita acriter ancillam ſuam flagellauit, q̃ intra diem tertium expirauit. quæſitum fuit in concilio Eliberitano quãdo poſſit ad communionẽ admitti. & reſpondet q̃ ſi voluntarie fecit, poſt ſeptem ann. pænitentiam: ſi caſu, poſt v. poterit ad cõmunionem admitti: & non ante, niſi intra hoc tẽpus fuerit infirmata. Sequentẽ caſum per te videbis.
c ¶ Ancillam.] Hic habes q̃ æque punitur dñs occidens ſeruum ſuum ſicut alienum, vt ff. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iur. l. 1. in fi. modica tamẽ caſtigatio permittitur domino. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 2. vnde ſecundum iura noſtra ſeruus poteſt conqueri de domino, ſi ſæuiat in ipſum, vt 23. q. 4. ſi eccleſia. &c. q̃ peccat. in fi. Et dic vt no. ſuper illo c. ſi eccleſia. 1. q. 7. q̃ritur.
d SI quis.] ¶ Semper.] idest, horis ſtatutis. ſic 22. diſ. ſacroſãcta. & 26. diſt. ſi quis vult. & de conſe. diſt. 5. numquam.
e ¶ In exitu.] ſupple, ſi moritur ante finitum tempus pænitẽtiæ: quia poſt tempus pænitentiæ licite cõmunicat, vt 26. q. 7. ſi quis de corpore.
ADDITIO. Hoc fit in quibuſdam criminibus: & præſertim ſi quis pæniteat ſolenniter. 26. quæſtio. 7. ſi quis. ſecundum Hug.

Dominus non poteſt in ſeruum ſæuire.

& aqua; & ad gradum cuiuslibet ſacerdotii accedere non præſumat.

Et priſca verſione. Et Tribur. c. 52.

Item ex concilio Ancyrano, c. 22. §. eos vero.

¶ Quinquennio à communione abſtineant, qui caſu homicidium faciunt. C. XLII.

Poly. l. 6. tit. 10. Burc. l. 6. c. 15. Iuo p. 10. c. 25. & 144. † al. humanior

EOs vero, qui non voluntate, ſed caſu [a] homicidium fecerint, prior quidem regula poſt ſeptem annorum pænitentiam communioni ſociauit, ſecundum gradus conſtitutos: hæc ª vero humana † [b] quinquennij tempus tribuit.

ª ¶ Hæc vero.] *Græce eſt,* ἡ δὲ δευτέρα τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *idest:* Secunda vero quinquennij tempus explebit. *Atque ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionyſii verſione. & infra ea. cap. ſi quis voluntate.*

Et in conc. Vormac. c. 39.

Item ex concilio Eliberitano, c. 5.

¶ Quibus temporum ſpacijs à communione abſtineat, quæ voluntate, vel caſu ancillam ſuam interfecerit. C. XLIII.

Rab. pænit. c. 14. Bur. l. 6. c. 19. Anſ. l. 11. c. 36. Iuo p. 10. c. 22. & 148.

SI qua femina zeli furore accenſa, flagellis verberauerit ancillam [c] ſuam, ita vt infra tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occiderit; ſi voluntate, poſt ſeptem annos; ſi caſu, poſt quinque annorum tempora (acta legitima pænitentia) ad communionem placuit admitti. Quòd, ſi intra tempora conſtituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracarenſis epiſcopi, c. 78.

¶ De his, qui voluntate, vel caſu homicidium faciunt. C. XLIIII.

Iuo p. 10. c. 39.

SI quis [d] voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam eccleſiæ catholicæ ſemper ſubiaceat, & communionem in exitu [e] vitæ ſuæ recipiat. Si autem non voluntarie, ſed caſu aliquod homicidium fecerit; prior canon ſeptem annis agere pænitentiam iuſſit; ſecundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furtis. L. Qui ſaccum.

¶ De eodem. C. XLV.

Pandect. lib. 47. tit. 2. le. 79.

QVi ſaccum habentem pecuniam ſurripuerit; furti actione, etiam ſacci nomine, tenetur; quamuis non ſit ei animus [f] ſacci ſurripiendi.

QVi ſaccũ] CASVS. Quidam furatus fuit ſaccũ cũ pecunia. Quęſitũ fuit an poſſit cõueniri actione furti nomine ſacci. Et rñdet quod ſic: licet non habuit voluntatẽ furandi ſaccũ principaliter.
f ¶ Animus.] Sed contra, furtum ſine affectu furãdi non committitur, 13. q. vlti. c. vlt. & inſtit. de vſucap. §. itẽ ſi is. Sed dic q̃ ratione acceſſionis cõmittitur furtũ: & quæ cõmodatis vel depoſitis rebus accedunt, depoſita vel commodata intelliguntur. ff. commo. l. ſi vt. §. vſque adeo. Vel dic, animus, ſcilicet principaliter: ſed ſecundario & indirecte per quandã conſequentiã fuit ei animus ſaccum furandi: & ſic non eſt contrariũ. ff. de fur.

Furtũ committitur ratione acceſſionis.

EOs vero.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Neocæſarieñ. quanta pænitentia deberet iniungi eis, qui caſu fecerunt homicidium. Et reſpondet q̃ ſecundum antiquam regulam ſeptem annorum pænitentia iniungetur poſtquam reddetur communioni. Hæc vero eſt noua regula, quæ humaniorem imponit pænitentiam quinque annorum tantum.
a ¶ Seu caſu.] dum tamen culpa præceſſerit caſum: & aliqs etiã clericus poſſet promoueri. extra eod. ex parte, & c. ſignificaſti & c. dilectus in fine. Ipſo talis miniſtra.

fur. ſi quid fur. §. 1. ſic.&.ff. quod metus cau.l.ſi mulier.§.penu.15.q.1.mer.10.23.q.4.diſplicet.
CONTRA. CASVS. Dictum eſt ſupra in c. ſtudeat. quòd ſi quis faciat homicidium ſine voluntate, tamen punitur. Modo probat ɔtrium ſcilicet ꝙ voluntas puniatur, non opus. Et hoc probat vſque ad §. Præmiſsis.
g ¶ Contra.] Hucuſque oſtēdit opus ſine animo puniri: nunc oſtendit cōtrarium.

Occidens in ludo an ſit puniendus.

EVm q.] CASVS. Quidam ludēdo ictu calcis ſuum ſocium percuſſit, adeò ꝙ mortuus eſt. Iudex loci propter hoc delictū cū voluit punire, conſultus eſt Imperator, an ille debeat puniri. Et reſpondet ꝙ non debet puniri: immo debet liberari ab omni ſuſpicione & pœna legis Corneliæ: & hoc ſi probauerit ſe caſu, non voluntate hoc crimen commiſiſſe.
b ¶ Cū calcis.] quoniā fecit ludi cauſa.
c ¶ Si hoc.] ſcilicet ꝙ in ludo occidit. & iſtud obtinet cum ludus licitus eſt. ff. ad leg. Aquil. nam ludus ſed ſi eſt illicitus ludus, non excuſat 1, vt extra de præſump. c. 1. ex quo autem conſtat ꝙ in ludo mortuus eſt, non eſt neceſſe probare ꝙ caſu occiderit, vt ff. ad leg. Aquil. l. in lege. extra de ſen. excom. ſuper eo. aliàs qui caſum allegat, ipſum probare tenetur, vt C. de pigno. act. quæ fortuitus, & C. de iniur. ſi non conuitij. Ergo ſi aduerſarius dixit, ꝙ ipſum dolo occiderit, hoc probabit: quia qui dolum obijcit, ipſum probabit. ff. de proba. quoties. & intellige ꝙ ludus fuit licitus: & ſecundum hoc intellige ꝙ nō punitur talis lege Cornelia, ex quo nihil fecit dolo: punit̃ tñ l. Aquil. in qua venit leuiſſima culpa. ff. ad leg. Aquil. i lege.
d ¶ Adnotatione.] id eſt, lege.

1 Si ludus noxius, id eſt, nocens eſt, imputatur. ff. ad l. Aqui. nam ludus. nam omne maleficiū prauæ præſumitur actū hæc tamen p̃ſumptio ex variis circumſtantiis colligitur. 22. q. 2. qd ait. & c. ne quis. & de conſ. diſtin. 4. ſolet. ff. de actio. & obl. l. 3. §. verborum. ff. de iniu. illud. §. poſt. 15. q. 1. illud extra de ſentent. excom. c. 1. ſecundum Goffre. qui ſta not. extra de præſump. c. 1. Archid.

Contra[a] *animum, non opus puniri, lib. 9. codi. tit. ad leg. Cornel. de ſicarijs, exemplo ſacrarum litterarum Diocletiani, & Maximiani colligitur.*

¶ De eodem. C. XLVI.

EVm, qui aſſeuerat homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis[b] ictu mortis occaſio præbita videatur; ſi hoc[c] ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni metu, ac ſuſpicione, quam ex admiſſæ rei diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id, quod adnotatione[d] noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cor. de ſica. l. 1.*]

PALEA. C XLVII.

FRater veſter rectius fecerit, ſi ſe præſidi prouinciæ obtulerit. Qui, ſi probauerit non occidendi animo hominem à ſe eſſe percuſſum, remiſſa homicidij pœna ſecundū militarem diſciplinam ſententiam proferet. Crimen enim contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quæ ex improuiſo, caſu potius, quàm fraude accidunt; fato plerumque, non noxæ imputantur.

Hinc, & Gelaſius Papa. †*al. Pelagius*

¶ De eodem. C. XLVIII.

QVantum[e] dicit iſte Placidus †, anno præterito dictū eſt de vxore illius; quia ſubito inter caballos inuenta eſt, & dum traherentur caballi, colliſa eſt illa, & abortū fecit. ¶ Quod ſi ita eſt; forte ſi caballos alienos[f] tulerit, inde eſt culpabilis[g]. Nam de muliere, quæ caſu inter caballos confracta eſt, vbi voluntas illius non agnoſcitur[h] pernicioſa fuiſſe, non poteſt, nec debet addici per leges. †*al. Placidius*

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. XLIX.

HI, qui arbores incidere videntur, ſi contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles[i] ſunt,

QVantum.] CASVS. Cum Placidus traheret caballos de ſtabulo, vxor ſua inter caballos fortuito caſu colliſa eſt: & fecit abortum [confracta & ideo iudex eum punire volebat tamquam homicidā. Conſultus Papa ſuper hoc reſpondet, ꝙ ſuper hoc puniri non debet ſecundum leges, poſtquam volūtas eius pernicioſa nō fuit: ſed de furto poteſt puniri, ſi alienos caballos furatus eſt. Poteſt tñ legi totum illud capitulū de vxore Placidi, quæ dum traheret caballos, colliſa eſt fortuito caſu, & fecit abortū, quā dicit Papa nō eſſe puniendā de abortu, non ſua ſpōte facto: ſed de furto ſi fecit, pōt puniri. Et ita duplicites H. & Bñ. poſuerūt caſū.

e ¶ Quantum.] id eſt, ſicut.
f ¶ Alienos.] Si vis dicere, ꝙ iſte furabatur caballos, & ducendo eos colliſit mulierem: tunc quod dicit in fine non puniri per leges, verum eſt l. Cornelia de ſicar. in qua venit dolus, non lata culpa. ff. de ſica. in lege. tamen de culpa bene punitur, vt ĩ. eadem cauſa. ſtudeat.

Culpa lata in l. Cornelia non venit.

g ¶ Culpabilis.] & ſic patet, quòd licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de ijs quæ ſequuntur ex furto. ſic 15. quæſt. 1. ſanc. ĩ. 5. diſt. ad eius. ff. de furtis, verum. extra deſponſa. veniens. Argum. contra. ĩ. ead. clericum.
h ¶ Non agnoſcitur.] quando eam præmonuit. H.
HI, qui.] CASVS. Quidam arbores incidebant, eis cadentibus quidam homines ſunt oppreſſi ab eis: Quærebatur an eſſent homicidæ, qui arbores incidebant. Et reſpondetur: ſi non eſt factum eorum voluntate, & debitam cautelam adhibuerunt, inculpabiles ſunt. Si vero eorum culpa vel negligentia mortui ſunt, deponendi ſunt, & non ſuſcipiendi de cetero. Idem eſt caſus ſequentis cap. Caſus illius c. ſi duo. facilis eſt: & per te formabis.
i ¶ Inculpabiles.] Si fecit in priuato loco: tūc enim nō

poterit

potuit diuinare, vt ff. ad leg. Aquil. ſi putator. & extra vt eccle. beneſi. vt noſtrum. Si in publico, debuit clamare, caue caue, vt ℥. ead. ſi duo.

a SAepe contingit.] ¶ Vel negligentia.] Arg. q. qui occaſionem damni dat, &c. 1 ſic 86. diſt. paſce. 16. q. 1. decimæ. & extra de homic. presbyterorum. 27. q. 2. ſi tu. & 31. q. 2. ꝺ neptis. & 1. q. 1. placuit 3. B. argu. contra. 15. q. 1. inebriauerunt. & ff. de ſer. corru. Neratius. §. ſi ſeruo. ff. de furtis, verum. de eo qui fregit oſtium meretricis, ſed non ideo punitur amplius, quia ſatis eſt punitus propter ignominiam.

1 Sub. damnum dediſſe videtur, immo plus quamque peccat, vt patet in eo quod legit. & no. 23. q. 5. cũ homo. Ioã. de Fan.

Ignominia ſatis punit.

a Sæ-

atque innoxij; quia nec voluntate eorum, nec deſiderio, homicidium perpetratum eſt. Si vero aliqua culpa eorũ, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoſcitur aduenïſſe; abijciendi ſunt à gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.

Item ex concilio Vormacienſi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

Burch. l. 6. c. 21. Iuo p. 10. c. 150.

SAepe contingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, vt aliquis ſubtus ipſam veniens deprimatur: Et idcirco, ſi voluntate, vel negligentia [a] incidentis arborem factum eſt; vt homicida, pænitentiæ debet omnino ſubmitti. Quòd ſi non voto, non incuria illius, non denique ſcientia contigit; ſed dum ille operi neceſſario fortaſsis incumberet, iſte inſperatus [b] occurrens ſub arbore improuiſus deuenit, & ſub ipſa oppreſſus eſt; inciſor arboris non tenetur pro homicida.

b ¶ Inſperatus.] fortuiti enim caſus nullo hominum cõſilio præuideri poſſunt. ff. de admi. ter. ad ciui. perti. l. 2. C. de pign. act. l. quæ fortuitis.

Caſus fortuiti non poſsũt præuideri.

Item ex concilio Triburienſi, c. 36. [Sed ibi copioſius.]

¶ De eodem. C. LI.

Burch. l. 6. c. 22. Iuo p. 10. c. 151.

SI duo [c] fratres in ſilua arbores ſucciderint, & appropinquante caſura ipſius arboris frater dixerit fratri, caue; & ille fugiens in preſſuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; viuens frater innocens de ſanguine germani diiudicetur.

c SI duo.] ff. ad legem Aquiliã, ſi putator.

Præmiſis [d] auctoritatibus, lapſis permittitur [e], vt poſt pænitentiã in ſuis ordinibus reparari valeant: ad maiorẽ autem conſcendere poſt lapſum nulla eis auctoritate permittitur; immo penitus prohibetur.

PRAEMISSIS. CASVS. ℥. in illo c. de his clericis, qui in ſubdiaconis, & in capitulo illo, clerico. dictum eſt q. clericis lapſis permittitur in ſuis ordinibus miniſtrate: ad maiores vero aſcendere nõ poſſunt. Idem dicitur in hoc §. & hoc probat per ſequens cap. Sed poſtea exemplo beati Petri probat, quòd lapſi poſt pænitentiã ad maiora poſſunt promoueri.

d ¶ Præmiſſis.] ℥. ea. de his clericis.

e ¶ Permittitur.] allegãdo dicit propter ſequen. cap. Ioan.

Vnde in Ilerdenſi concilio, c. 5. legitur.

¶ Lapſi in ſuis ordinibus reparari poſſunt, ſed non ad maiora conſcendere. C. LII.

15. q. 8. c. hi qui. Rabanus pæn. c. 1. Burc. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

HI, qui [f] altario Dei deſeruiunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente, digne pænituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti ſacrificium Deo offerant; maneat in poteſtate pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tẽpore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quòd α ſi iterato velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & β veluti ſues in volutabris luti iacuerint; non ſolum dignitate officij careãt; ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

HI, qui.] CASVS. Quidam clerici in ſacris ordinibus conſtituti fornicati ſunt; quæſitum fuit, verum ad ſua officia redire poſſint, & ad maiora promoueri. Et ſtudet concilium: ſi digne pœnituerint, in poteſtate ſit epi vel veraciter afflictos nõ diu ſuſpẽdere: vel deſidioſos prolixiori tẽpore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, vt ſua loca retineant, & ad altiora non promoueantur. qui ſi iterum ipſi lapſi fuerint, omni dignitate carebunt nec habebunt niſi in fine communionem.

f ¶ Hi qui.] hoc cap. habes. 15. q. vlt. hi q.

α ¶ Quod ſi iterato.] *Hinc vſque ad finem abſunt à codicibus illis Gratiani, à quibus paleæ abeſſe ſolent. In alio autem hic præpoſitum eſt nomen palea.*

β ¶ Et veluti ſues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Colonienſi, ac Pariſienſi, duobus codicibus Vaticanis, Lucenſi regio, neque infra 15. q. 8. c. Hi qui. Sunt autem apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

SED EXEMPLO. CASVS: Dictum eſt ſupra, q̄ lapſi poſt pænitentiam non poſſunt ad altiora conſcē-dere. Modo dicit Gratianus contrarium: ſcilicet q̄ lapſi non ſolum reſtitui poſſunt ad antiquum ſtatum, ſed etiam ad altiora promoueri: quod probat exemplo beati Petri, qui poſt trinā negationem non ſolum permanſit apoſtolus, ſed etiā factus eſt paſtor totius eccleſiæ; quod pbatur duobus ſequen. cap.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt ſexta pars huius diſtin. in qua loquitur de pænitentibus cum ſolennitate, & de Bigamis: & mittit ponit xiiij. auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Adhuc obijcit Gratianus, quòd lapſi non poſſunt

Sed exemplo beati Petri, (qui poſtquam trinæ negationis maculas confeſſione diluit amoris; non ſolum in gradu ſui apoſtolatus remanſit, verum etiam in paſtorem totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit) probantur lapſi poſt dignam pænitentiam non ſolum propria officia retinere, ſed etiam ad maiora poſſe conſcendere. Quòd autem beatus Petrus poſt negationem paſtor eccleſiæ à Domino ſit inſtitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ reſurrectionis de eodem principe Apoſtolorum ſcribit, dicens. Homil. 21. in Euang.

¶Petrus poſt culpam negationis princeps Apoſtolorum à Domino eſt inſtitutus. C. LIII.

CONſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocē pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit [a]. ¶ Quod nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet [b]. Prius itaq. eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit [c] ceteris; vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambroſius in ſerm. 47. de fide Petri.

¶Poſt negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus eſt Petrus, poſtquam fidē ſe perdidiſſe defleuit; atque ideo maiorem gratiā [d] repperit, quàm amiſit. Tamquam enim bonus paſtor tuendū gregem accepit, vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum petra dicitur; ſicut ait Dominus: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus [e] fidei fundamenta poſuerit, & tamquam ſaxū immobile totius corporis † Chriſtianitatis compagem, molemque contineat. Matth. 16. — † *operis Chriſtiani*] orig.

6 *Item obijcitur; pænitentes † ad ſacros ordines promoueri non debent: non ergo lapſi poſt pænitentiam ad maiora pertingere poſſunt.* — † *al. ſolēniter pænitentes*]

Vnde in concilio Carthaginenſi 4. c. 68. & 69. legitur.

¶Non ordinetur clericus ex pænitentibus. C. LV.

Poly. l. 2. tit. 31. Anſel. l. 7. c. 20. & 25. Burc. l. 2. c. 35. Iuo p. 6. c. 136. & par. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60.

EX pænitentibus, quamuis ſit bonus, clericus non or-

COnſiderādum.] CASVS. Quæritur hic, quare Chriſtus permiſit Petrum peccare negando ſeipſum ad vocem ancillæ, quem facere diſpoſuerat paſtorē eccleſiæ. Et reſpondet Gregorius, hoc eſſe permiſſum ex magnæ pietatis diſpenſatione: ſcilicet vt Petrus ſuam fragilitatem cognoſceret, & in ſua culpa diſceret qualiter aliorum delictis parcere deberet, & alijs miſereri poſſet.

a ¶ Permiſit.] id eſt, non prohibuit.

b ¶ Debuiſſet.] argu. diſpenſationem eſſe debitam.

c ¶ Præpoſuit.] hoc verbo, Paſce oues meas, factus eſt princeps 1. extra de elec. ſignificaſti. nō illo, Tu es Petrus & ſuper hāc petrā, &c. quia illud fuit ei dictum ante paſſionem. 22. diſt. ſacroſancta.

Petrus per quæ verba fuit factus Papa.

1 De hoc plenius 21. diſt. in nouo teſtamē to. Archi.

FIdelior.] CASVS. Dicit Ambroſius in hoc cap. q̄ Petrus poſt negationem fortior reſurrexit, & fidelior factus eſt, & maiorem gratiam recepit, quam perdiderat. Factus eſt enim paſtor eccleſiæ, vt qui infirm⁹ fuerat in fide, ceteros in fidei ſtabilitate firmaret. Et p̄ ſolida deuotione quam habuit circa eccleſiam, & circa homines conuertendos, dictus eſt petra: quod probat auctoritate Euangelij.

d ¶ Gratiam.] argu. quòd potius eſt eligendus qui peccauit & pænituit, quàm qui ſemper fuit bonus: quia magis ſcit compati peccatoribus, vt ī. cap. proxi. nam infirmus fortior reſurgit. de pæn. diſt. 1. poteſt. & ibidem diſtin. 3. ille. Arg. contra 12. diſt. nos conſuetudinem. & 16. q. 1. legi.

Eligendus potius eſt qui peccauit & pænituit, q̄ qui numquam peccauit.

e ¶ In nationibus.] id eſt, gentilibus.

poſſunt aſcendere ad maiora. nam pænitentes promoueri nō debent: ergo nec ad maiora aſcendere poſſunt. quod probat ſex ſequentibus cap. quæ loquuntur de ſolenniter pænitentibus.

EX pænitentibus.] CASVS. Quidam epiſcopus ordinauit quemdam ſolēniter pænitentē; quærebatur quam

quam pœnam deberet pati epiſcopus vel ordinatus. & reſpondet q; ſi epiſcopus ordinauit talem ignoranter, tantum ordinatus deponitur:quia tempore ordinationis ſuæ, ſuum impedimentum non manifeſtauit epo. Si vero epiſcopus ordinauerit eum ſcienter, etiam ipſe poteſta-

cumque modo poteſt. 2.q.5.§.notandum.& ff.de bo.eo. qui ante ſenten.l.1. ſic & honorem ſuū. Sed numquid clerico promouendo præiudicat confeſſio ſua, vt inde debeat puniri? videtur q; ſic, vt extra de elect.per inquiſitionem.immo idem etiam vr̄ ſi extra iudiciū fieret confeſſio, vt extra de exceſ.prælat.quàm ſit graue. Dico q; nō, niſi in ſolo q; nō admittitur ad ordines, vt 25.diſt.quando.in fi. ſic extra de exce. denique. & eſt ea rō: quia licet confeſſus fuerit, tñ non punit: quia ad hoc non agebatur, vt dixi 3. q. 6. hoc quippe. idē dico ſi teſtis confitetur crimen ſuum, vt probatur extra de accuſ.inquiſitionis.loan.

c ¶ Priuetur.] Hic ſignantur contraria, quæ ſoluta ſunt 36. diſt. q eccleſiaſticis.

Q Vicū;que.] Casvs. Quidam pænitētes, & bigami, & viduarum mariti ordinati fuerunt in minoribus ordinib⁹, vel forte vſq; ad ſubdiaconatum. quæſitū fuit a Siricio Papa, vtrum poſſint pmoueri ad ſuperiores ordines? Et reſpōdet Papa, q; non: immo pro maximo beneficio debent reputare, ſi tolerentur in ordinibus, in quibus inueniuntur, omni ſpe promotionis eis adempta.

dinetur. Si per ignorantiam [a] epiſcopi factum fuerit; deponatur à clero: quia ſe ordinationis tempore non prodidit [b] fuiſſe pænitentem. Si autem ſciens epiſcopus ordinauerit talem; etiam ipſe ⸰ ab epiſcopatu ſuo ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur [c]. Simili ſententiæ ſubiacebit epiſcopus; ſi ſciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut ſecundam.

C.69.

⸰ ¶ Ipſe ab.] *In originali legitur*, ipſe ab epiſcopatus ſui ordinandi dumtaxat poteſtate priuetur. *al.* ipſe epiſcopatus ſui, *quemadmodum & apud Iuonem, par.15.c.5.*

Item Siricus Papa Himerio epiſcopo, epiſt.1.c.15.

¶ Bigamus, pænitens, viduæ maritus, ſacræ militiæ ſe ingerens ſine ſpe promotionis in ſuo ordine permaneat.

C. LVI.

Anſ.l.7.c.17.20.21.

QVicumque pænitēs, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus, ad ſacram militiam indebite, & incōpetenter irrepſerit; hac ſibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in hoc, quo inuenitur [d], ordine perpetua ſtabilitate permaneat.

Item ex concilio Gerundenſi, c.9.

¶ Non prohibeatur à clero, qui preſſus languore per cōionem pænitentiæ benedictionem accepit. C. LVII.

† *Is vero*] manuſcri.& ori.

SI † ⸰ vero [e], qui ægritudinis languore depreſſus pæni-

potestate ordinandi priuabitur. Eamdem pœnam patiatur epiſcopus, qui ſcienter ordinauit bigamum, viduæ vel repudiatæ maritum.

a ¶ Si per ignorantiam.] Bene enim poteſt ignorare cū non ipſe, ſed alij examinent. 24. diſt.quando. extra de offic.Archid.vt noſtrum.

b ¶ Non prodidit.] Ex hoc cap.videtur q; quilibet ordinandus teneatur prodere crimen ſuum 1, vt 24.diſt. c.quando.& c.vlt.& 81.diſt.tantis.& c.quicūque.& 8.q. 3.Attaldus.in fi.Sic vr̄ q; in iure teneatur quilibet confiteri delictum ſuum ſi interrogatus fuerit, vt 11. q.3. quiſquis.& 35.q.6.ſi duo.& 15.q.vlt.c.1.& penul. Quod H.concedit, & dicit q; quilibet in examinatione & in iudicio tenetur confiteri crimen ſuum: ſed in examinatione ſufficit vt dicat q; in genere confiteatur ſe criminoſum: & ſic petat diſpenſationem. Sed ſi ſpecialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus: tunc reſpondebit, & dicet ſe feciſſe inde pænitentiam. nec obſt. j. đ pen.diſt. 1.§.his auctoritatibus.vbi dr̄.nō tibi dico prodas. quia illud loquitur de pænitente, qui ſe non debet in publico prodere: niſi enim occultus peccator prodat crimen ſuum, dicit H. non poſſe diſpenſari ſecum & coram pluribus debet dicere, & prodere ſe: quia prodere eſt in publico dicere, vt 2. q.1.ſi peccauerit. ſicut enim epiſcop⁹ non poteſt audire cauſam 2 criminalem, niſi cum clericis ſuis, vt 15.q.7.epiſcopus.ſic nec ſolus poteſt diſpenſare.qualiter enim probaret aliquis ſecum diſpenſatū eſſe, niſi coram pluribus factum eſſet, vt extra de ſchiſmat. fraternitatis? Alij dicunt q; nec in iudicio nec in examinatione tenetur aliquis prodere ſe: quia Deus occultat peccatum.de quo aliq; pænituit, vt 32.q.1. apud. & ſic licitum eſt alicui redimere ſanguinem ſuū quo-

d ¶ Inuenitur.] Sic ergo facilius diſpenſatur in ordine ſumpto, q̄ in ſuſcipiendo: vt extra de renū.niſi cum pridem: quia ſ turpius, &c.vt extra de iureiur. quēmadmodū. Vel vocat hic ſacrā militiā minores ordines, ad quos poſſunt pmoueri, vt j.ca.placuit.& 6.q.1.ca.infames.

Diſpēſatur facilius in ſumpto, q̄ in ſuſcipiēdo ordine.

3 Vt Benedict.

S I vero.] Casvs. Quidā in extremis laborans: pænitentiā poſtulauit, cui ſacerdos ſolennem pænitentiā iniunxit, præbēdo ſibi cōionē corporis Chriſti. Poſtquā vero conualuit, pænitentiā ſolennē ſibi iniunctam non egit. quæritur an valeat pmoueri? Et rñ. q; ex quo caput ſolenni pænitentiæ non ſuppoſuit, bene pōt promoueri, ſi aliàs eſt dignus: ita poſuit Beneuen. hūc caſū. ſed qa hoc ꝯ iura vr̄, cū ille ante ægritudinē mortaliter ſm hoc peccaſſet, & poſtea ſimiliter non adimplendo pænitentiā: ideo ego Barth. Brix. cū H. intelligo caſum hūc de illo qui nō accipit corpus Chriſti vſq; ad articulum mortis: vñ non videbatur vere pænitens. Qui tñ ſi nō egit pænitētiā ſolennē, nec modo eſt criminoſus, pmoueri pōt. Vel forte de illo intelligitur, qui pro occulto & paruo crimine ſolennē pænitentiā facere pmiſit.

4 Sicut qui iniecit manus violentas in clericum: & pter inualetudinem vel aliud impedimētum non poteſt accedere ad curiam, abſoluitur ab inferiori, tamen tenetur accedere reſtituta conualeſcētia, vel opportunitate cū diſt. extra đ ſēt. excō. de cetero, & in illa decre. peruenit.

e ¶ Si vero.] Quidā ita ponunt caſum 3. Aliquis tēpore ægritudinis tale recepit mādatū à ſacerdote, vt poſtquā conualeſceret, ſolennem faceret pænitentiam: talis non prohibetꝰ à promotione, dumtamen nō ſteterit inter pænitentes. Sed iſte caſus non placet: quia poſtquam ſanatus eſt talis, tenetur ſtare in ordine pænitentium, vt 26. q.6.qui recedunt 4. Itē cū pænitentia talis non iniungitur, niſi pro graui peccato mortali: ergo poſt mortale peccatum non debet promoueri, vt 26.q.6.c.vlt. Alij ſic ponunt caſum. Quidam communionem non accepit quouſque

quouſque fuit in periculo mortis. dubitabatur de tali vtrum poſſet promoueri poſt ſanitatem: quia non videbatur tunc vere pœnitens, qui timore mortis pœnituit. Et reſpondetur ꝙ poteſt: & hæc fuit cauſa dubitationis; quia ſicut non poteſt promoueri qui in ęgritudine baptizatur, quia potius præſumitur ex timore, quàm ex voluntate libera baptizatus, vt 57. diſt. ſi quis in ægritudine. idem videbatur de pœnitente tali. ſed nó eſt ſimile: quia multi omittunt ex deuotione ꝙ non cõicant, vt de cõſec. diſt. 2. quotidie. ſed quicumq; differt baptizari, in mora eſt, & etiã in culpa.

ad eumdem poteſt redire, vt ibi dicitur.

NOn confidat.] CASVS. In hoc cap. nouem impedimenta ponuntur, quæ repellunt à promotione. Sequens cap. patet.

e ¶ Vel ſine litteris.] ꝭ. 36. diſt. c. illiteratos.

tentiæ [a] benedictionem [b], quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtmodum reconualeſcens caput pœnitentiæ in eccleſia publice non ſubdiderit, ſi prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Item Hormiſda Papa omnibus epiſcopis per vniuerſas prouincias conſtitutis.

¶ Qui ad pœnitentiam agendam in monaſterio retruditur, presbyter non ordinetur. C. LVIII.

SI ille, qui vltro petit pœnitentiam, quamuis eam perfecte agat, nó poteſt epiſcopus, aut presbyter ordinari; ita vt etiam ſi per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur pœnitentiam accepiſſe, deijciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monaſteriũ [c], (qui vtique nihil aliud, quàm pœnitens dicendus eſt [d]) qua conſcientia ad ſacerdotium venire permittitur: Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel cccxviij. epiſcoporum, vel reliquorũ canonum conſtituta, obijciat: quia quidquid contra illorum definitioné (in quibus ſpiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.

Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus epiſcopis per Lucaniam, & cetera. c. 5.

¶ Bigamus, vel quilibet poſt pœnitentiam ſacris non applicetur miniſteris. C. LIX.

NOn confidat quiſquam pontificum bigamos †, aut coniugia ſortientes ab alijs derelicta, ſiue quoſlibet poſt pœnitentiam, vel ſine litteris [e], vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis congruentis [f] expectatione diſcuſſos, diuinis ſeruituros applicare miniſterijs †.

Item Innocentius Agapito, & ceteris, epiſt. 6.

¶ Pœnitentes nec etiam clerici fieri poſſunt. C. LX.

CAnones apud Nicæam conſtituti, pœnitentes etiam ab infimis [g] officijs clericorum excludunt [h].

Hoc non de quibuſlibet pœnitentibus intelligitur, ſed de illis tantum, qui poſt actam pœnitentiam ſæcularis militiæ cingulum accipiunt. De quibus Innocentius epiſcopus ſcribit Victricio Rothomagenſi epiſcopo, epiſt. 2. c. 2.

Supra c. ex pœnitentibus. Poly. l. 2. tit. 31. Anſ. l. 7. c. 22. & l. xi. c. 87.

Anſel. l. 7. c. 18.

† al. fas eſſe bigamos

† al. myſterijs

In Conc. Nicæno, c. 10.

Pœnitentia infirmis nó eſt imponenda.

a ¶ Pœnitentiæ.] Pœnitentia infirmis nó eſt imponenda, ſed innoteſcéda. 26. q. 7. ab infirmis. Ioan. Tu autem videas caſum, quem notaui ſupra ibi, alij. B.

b ¶ Benedictioné.] ideſt, communioné.

SI ille.] CASVS. Duæ quæſtiones factæ fuerunt Hormiſdæ Papæ. Prima fuit talis. An ille qui perfecte egit ſolenné pœnitentiam, poſſit eps vel presbyter fieri. Et reſpõdet ꝙ nó: & ſi fuerit ordinat⁹, & de hoc conuincatᷣ, debet deponi. Secunda quæſtio fuit, an ille qui inuitus detruſus eſt in monaſterium ad agendam pœnitentiam, poſſit ad ſacerdotium promoueri. Et reſpondet ꝙ non: quia nihil aliud dicendum eſt, quàm ſolemniter pœnitens ſm decreta ſedis Apoſtolicæ & canones ccc. & xviij. ẽporũ. Si aũt ꝫ factũ fuerit, non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe nó dubito.

c ¶ In monaſteriũ.] ergo pro aliquo delicto. aliàs. n. nó cogeretur ibi manere. 20. q. 1. ſicut. & dic vt ibi notaui, & 16. q. 6. de lapſis.

d ¶ Dicendus eſt.] propter ſimilitudinem in ieiunijs & vigilijs: aliàs enim differt publica pœnitentia ab ingreſſu monaſterij, vt ꝭ. 33. q. 2. admonere. 2. q. 1. in primis. Contra. ibi epi miſſi in monaſterium ad agendam pœnitentiam, poſt ſex menſes reſtituuntur ordini ſuo: ſed ibi temporaliter fuerunt miſſi, hic perpetuo. Vel dic ꝙ ad ſuperiorem non poteſt promoueri, vt hic; ſed

f ¶ Congruentis.] ꝭ. 77. diſt. in ſingulis, &c. 1.

CAnones.] Pœnitentes.] ſcilicet ſolemniter.

g ¶ Ab infimis.] ſic 24. diſt. c. vlt.

h ¶ Excludunt.] niſi in neceſſitate, vt ꝭ. ead. c. placuit.

HOC NON DE QVIBVSLIBET. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quòd prædi. cap. loquuntur de pœnitentibus non ordinandis, qui poſt pœnitentiam cingu-

f ¶ Con-

1 In hoc c innuitur ꝙ interuallũ debet eſſe inter ordinem & ordinem: & dic, cõgrues, id eſt, o nonibus ſtituti: ſecundũ

cingulum ſæcularis militiæ ſuſceperunt:qui promoueri non poſſunt,vt probatur ſeq.cap. Alia ponitur ſolutio.J.ſeq.§.poteſt.qui §.patet.& per ſe planus eſt.

SI quis poſt remiſſionem.] Qui ſemel egit pænitentiam ſolennem, non poteſt fieri clericus, nec etiam miles,

nitentiam,vt ead.diſt.falſas.

POTEST ET ALITER. CASVS. Ponit hic aliam ſolutionem Gratianus,ſcilicet,quod eſt quædam pænitentia ſolennis,quæ reiterari non põt:ſicut nec baptiſmus. Et hoc probat auctoritate Ambroſij.

¶ Non debet fieri clericus,qui poſt remiſsionem peccatorum,militiæ cingulum habuit. C.LXI.

Anſel.l. 7.c.13.

SI quis poſt remiſsionem [a] peccatorum, cingulum militiæ ſæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Poteſt & aliter intelligi. Eſt quædam pænitentia, quæ ſolennis appellatur, quæ ſemel tantum in eccleſia conceditur: de qua Ambroſius ait:[Sicut vnum eſt baptiſma; ita vnica eſt pænitentia.] Item:[Non eſt ſecundus locus pænitentia.] [Merito reprehenduntur α, qui ſæpius agendam pænitentiam putant, quia luxuriantur in Chriſto. Nam ſi vere agerent pænitentiam, iterandam poſtea non putarent.]

lib.2.de pæn. c.10.De pœn.diſt. 3. c.reperiũtur. &c.fin. Hugo lib. de ſacram. p.14.c.4. Ambroſius ibidem

α ¶ Reprehenduntur.] *Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum eſt hic ex originali: quod tamen fieri non potuit infra.c.reperiuntur.de pæni.diſt.3.quia vox*,reperiuntur,*ibi eſt initium capitis.*

Item Auguſtinus ad Macedonium,epiſtola 54.

¶ De eodem. C. LXII.

infra de pænit. diſt.5.c.quãuis. Magiſter l. 4. diſt.14.c.3. Iuo p. 15. c.24.

QVamuis caute,& ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius humillimæ pænitentiæ ſemel tantum in eccleſia concedatur, ne medicina [b] β nimis vtilis vilis [c] habeatur; tamen quotidie peccantibus numquam per pænitentiam [d] venia negatur.

β ¶ Ne medicina.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani caput hoc eſt coniunctum ſuperiori. Locum enim beati Auguſtini ſuo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur:* Ne medicina vilis minus vtilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt,quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui poſt primam pænitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis? &c.

Hæc autem pænitentia quomodo imponenda ſit,in Agathenſi concilio legitur,in quo ſic ſtatutum eſt,c.15.

Cap.l. 5.c.58.& l.7.c.310.

¶ Quomodo pænitentes ad pænitentiam accedant. C. LXIII.

Burc.l.19.c.17. Iuo p.15.c.17.

PAenitentes tempore quo pænitentiam petunt, impoſitionẽ [e] manuũ & ciliciũ ſuper caput à ſacerdote (ſicut vbique conſtitutum eſt) conſequantur. Si autem comas [f]

QVamuis.] CASVS.Macedonius inuenerat, quod pænitentiæ non eſt ſecundus locus,& quod vnica eſt pœnitentia ſicut baptiſma: dubitauit an quotidie peccãtibus deberet pœnitẽtia denegari. & ideo quæſiuit ab Aug. quid iuris eſſet:qui rñdit, quod licet ſolennis pænitentia ſemel tantum concedatur ne vilis reputetur: tñ priuata pænitẽtia non debet quotidie peccantibus denegari.Seq. §. patet. & quod in eo dicitur probat duobus cap.ſeq.

b ¶ Ne medicina.] Hæc eſt vna ratio quare nõ iteratur,ſcilicet ne vilis habeatur ſolẽnis pœnitẽtia,quæ eſt medicina, vt hic. Secũda quia eſt ſacramentũ, & ſignificat eiectionẽ Adæ de paradiſo 2. J. ca.in capite.& non eſt facienda iniuria ſacramento,vt de conſe.diſt. 4. oſtenditur.& 1.q. 1. ſacramenta. Gratianus tñ dixit, quod ſecundũ conſuetudinem quarumdam eccleſiarũ iteratur,vt de pæn.diſt. 3.§.ex perſona.

Pænitentia ſolẽnis nõ iteratur.

a Sub. quæ ſemel tantũ facta eſt.

c ¶ Vilis.] Nota quod propter fugiendã vilitatem multa ſtatuuntur, vt hic, & 45. diſtin. de Iudæis. 80. diſt.epiſcopi.27. q.2. inſtitutum.

Vilitas eſt fugienda.

d ¶ Pænitentiam.] priuatam.

PAenitentes.] CASVS.Dicitur in hoc cap.quod ſacerdotes debent imponere ſuper capita pænitentium manum excluſoriam vel benedictoriã & cilicium;& tunc ipſi pænitentes debent deponere comas,& mutare veſtes: quod ſi non fecerint,abiiciantur.Iuuenibus autem ſolennis pænitentia non facile imponatur propter fragilitatem ætatis: viaticum autem omnibus in morte datur.

miles,vt 33.q.1.admonere.nec laicalem habitum poteſt deferre,vt J. ead.cap.vlti.tñ ſecundum regulam eccleſiaſticam viuet,vt de pæni.diſt.5.contrarium.& cap.falſas, & eſt tamen conueniendus ſub iudice eccleſiaſtico, vt 11.q.1.aliud.Ioan.

a ¶ Remiſſionem peccatorum.] id eſt,baptiſma 1, vt 51.diſt.ſi quis poſt acceptũ. & intellige de officiali, qui ſæua executus eſt præcepta,vt 51.diſt.c.1.

AUDITIO. Vel dic quod intelligit de illa pænitentia, in qua prohibitum eſt ei ne ad militiam redeat.de pæni. diſtinct. 5. contrarium. & hoc ideo quia forte in ipſa militia commiſeras peccatum propter quod egeras pænitentiam,vt ead.diſt.falſas.

e ¶Impoſitionem.]ab epiſcopo,ad quem ſolum ſpectat imponere ſolennem pænitentiam, vt J.cap.proxi.& reconciliatio ad ſolum eum ſpectat niſi in neceſſitate, vt 26.q.6.cap. 1.& vlti.

f ¶ Comas.]Sed numquid deponet mulier comam, ſi etiam ei ſolennis pænitentia imponitur,vt 33. q. 2. de his? Reſpon.non:quia habet eã in ſignum ſubiectionis.

Mulieri quare permittitur coma.

30.diſt.c.2. ideo autem comẽ deponet vir, quia amodo in habitu veniet clericali r. ꝟ.de conſe.diſt.5.dictum.& 81.diſt.dictum.& 33.q.2.admonere.& ꝟ.ead.c.vlti.

r Quod de tonſura, & non veſtibus intelligitur. Lau.

a ¶ Iuuenibus.]& ſi fuerit impoſita, non ideo prohibentur contrahere. 33.q.2.in adoleſcentia. Alij autem non poſſunt cõtrahere 33.q.2. de his. Idẽ dico de decrepitis: qa ætatis ratio habenda eſt in pænitẽtia. 26.q.7. tempora.& c.hoc ſit. Sic præſumitur magis pro ſene, quàm pro iuuene, vt 34.diſ. fraternitatis.

Aetatis ratio in pænitentijs eſt habenda.

b ¶ Omnibus.]2.q.3. ſi quis epm.contra: illud certioris eſt, vel hoc de pænitentibus digne: ibi ficte. 24.q.2.legatur.

Addit10. Vel viaticũ non conceditur. extra de pæ.& remiſ. quod in te.in princi. & de ſent. excõ. permittimus. & adde quod legitur & not. 27.q.1. impudicas. in fi. Archidia.

non debet eps reuocare ſententias excommunicationis iuſte latas ab eorum prælatis ſine eorum conſenſu. B.

Additio. De hoc not. 11.q.3.qui reſiſtit. Arg.

h ¶ Benedictam.]vt per eã tollantur venialia peccata, vt de conſe.diſt.3.aquam.& diſt.4.nec quenquam.

non depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint, abijciantur: & niſi digne pænituerint, non recipiantur. Iuuenibus [a] etiam pænitentia non facile committenda eſt propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus [b] in morte poſitis non eſt negandum.

Item ex eodem [α].

¶ Quæ ſint ſeruanda in ſolenni pænitentia. C. LXIIII.

Burc.l.19.c.26. Iuo p.15.c.45.

IN capite Quadrageſimæ omnes pænitentes, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſceperunt [c] pænitentiam, ante fores eccleſiæ ſe repræſentent epiſcopo ciuitatis, ſacco [d] induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes. Ibi adeſſe debent decani, ideſt archipresbyteri [e] parochiarum, & [β] presbyteri pænitentium, qui eorum conuerſationem diligenter inſpicere debent, & ſecundum modum culpæ pænitentiam per præfatos † [f] gradus iniungere [g]. Poſt hæc eos in eccleſiam introducant †, & cum omni clero ſeptem pænitentiales pſalmos in terra proſtratus epiſcopus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantet: tunc reſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam [h] ſuper eos ſpargat; cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris ſuſpirijs denuntiet eis, quòd ſicut Adam proiectus eſt de paradiſo, ita ipſi pro peccatis ab eccleſia abijciuntur: poſt hæc iubeat miniſtris [i], vt eos extra ianuas eccleſiæ expellant: clerus vero proſequatur eos cum reſponſorio: [In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, &c.] vt videntes ſanctam eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam, atque commotam, non paruipendant pænitentiam. In ſacra autẽ Domini cœna [k] rurſus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, eccleſiæ liminibus repræſententur [l].

† al. præfixos
† al. introducat
Gen.3.

α ¶ Ex eodem.] *Ex Agathenſi etiam citant Burchardus & Iuo, & Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paſchalis Pontif. claruit) in libro ſuo de pænitentia publice non iteranda. In vno tamen manuſcripto Burchardi exemplari citatur ex Pænitentiali Romano. Sententia vero huius capitis magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano à pag. 24. vſque ad 30.*

β ¶ Et presbyteri.] *Apud Burchardũ legitur.* ideſt presbyteri.

IN capite.] Casus. Dicit hic q̃ volentes ſolenniter pænitere, debent in capite Quadrageſimæ ſe cũ archipresbyteris & presbyteris ſuis epõ ciuitatis ante fores eccleſiæ repræſentare in triſti habitu, nudis pedibus: & eis in eccleſia introductis, eps ſeptem pſalmos pænitẽtiales decantet: deinde manũ eis imponat: cineres & cilicium ſuper capita eorum ponat: eos aqua aſpergendo benedicta. demũ expellantur de eccleſia, ſicut Adã fuit de paradiſo electus: & totus clerus eos cũ reſponſorio proſequat, & in cœna Dñi à ſuis archipresbyteris & presbyteris liminibus eccleſiæ præſententur.

c ¶ Suſceperunt.]Ergo alio tempore põt pænitentia imponi à ſacerdote: & poſtea hæc ſolennitas fiat ab epiſcopo.

d ¶ Sacco.]ſicut fecit Achab. de pæni.diſt.3.§.ecce.

e ¶ Archipresbyteri.] videtur ergo q̃ alius ſit decanus, alius archipresbyter. & ſic eſt contra 60.diſt.c.1.ſed ibi ponitur hæc dictio, aut, ſubdiſiunctiue. Vel loquitur hic de rurali decano.

f ¶ Per præfatos.]in parte cap. quæ hic non eſt. ad hoc facit 33.q.2.latorum.

Epiſcopus verũ ſit iudex omniũ clericorum ſuæ diœceſis.

g ¶ Iniungere.]Arg. q̃ eps non poteſt iudicare de ſubditis ſuorum prælatorum, vt extra de offic. ordi. cũ eccleſiarum. Ioan. quod non eſt verum, cum ſit iudex ordinarius omniũ clericorũ ſuæ diœceſis. ſed dicit ibi q̃

i ¶ Miniſtris.]id eſt, oſtiarijs: ad quorum hoc ſpectat officium, vt 21.diſt.cleros.& 25.diſt.perlectis.

k ¶ Cœna.] ꝟ.de conſec.diſt.2.in cœna.

l ¶ Repræſentantur.]ita fit quolibet anno 2, vt tali die immittantur in eccleſiam: & licet ſtent in eccleſia, non tñ communicabunt cum alijs in euchariſtia vel oſculo: & ſic erunt vſq; ad octauam Paſchæ: & tunc iterum exibunt de eccleſia, & erunt extra eccleſiam vſq; ad talẽ diẽ, ſequentis anni: & hoc fiet vſq; ad finẽ pænitẽtiæ. & etiam ſi bene pæniter, ſecundo vel tertio anno poteſt ei reddi ingreſſus eccleſiæ, vt 12.q.2. de viro & 33.q.2. latorem. Quandoque etiam vſque in finem vitæ manebit

extra

extra eccleſiam, vt 33. q. 2. admonere & hæc intromiſſio ſit à proprio ſacerdote, niſi ſolemniter debeat reconciliari eccleſiæ. ſcilicet finito tempore pænitentiæ 1 vel etiam ante ſi epõ viſum fuerit expedire: hanc enim ſol' epũs poteſt facere, vt 26. q. 6. c. 1. Item ſolennis pænitentia

eſt propter hoc eis ſolennis pænitentia iniungatur, ſicut laicis conſueuit imponi: In fine dicitur, q rebaptizati ordinari non permittuntur.

a ¶ Pænitentibus.] niſi ſit depoſitus: tunc poteſt ſolennem pænitentiam facere. & ſic intelliguntur contraria de pæni. diſt. 6. ſacerdos. ib. tñ publicam pænitentiam poteſt facere ſacerdos, vt 28. diſtin. presbyter. 50. diſt. ſi quis presbyter. & 81. diſt. ſi quis epiſcopus. & hoc pro publico crimine nõ pro priuato.

1 Et hoc cõtingit propter ſcandalum, qd ſubditis imĩneret. arg. ĩ. c. de his vero. 61. di. in ſacerdotibus. Ioan. de Fan.

¶ Hanc pænitentiam nulli vmquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiuſmodi pænitentes ad clerum admitti prohibentur.

Vnde in Carthaginenſi concilio 5. c. xi. ſtatutum eſt.

¶ Clericis non imponatur manus, tamquam pænitentibus, C. LXV.

Burc. l. 19. c. 72. Iuo p. 15. c. 85. Capitu. l. 5. c. 66.

CONſirmandum † eſt, vt ſi quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à miniſterio neceſſe ſit remoueri; non eis manus tamquam pænitentibus [a], vel tamquam fidelibus laicis imponatur, neque vmquam permittendum, vt rebaptizati [b] ad clericatus gradum promoueantur.

Vnde Sirious Papa Himerio, epiſt. 1. c. 14.

¶ Nec clerico pænitentiam agere, nec pænitenti ad clericatum accedere permittitur. C. LXVI.

Anſel. l. 7. c. 10. Burc. l. 19. c. 49. Iuo p. 6. c. 54. & par. 15. c. 65.

ILlud quoque nos par [c] fuit prouidere, vt ſicut pænitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum; ita & poſt pænitudinem, ac reconciliationem nulli vmquam laico liceat honorem clericatus adipiſci: quia quamuis ſint omnium peccatorum contagione mundati; nulla tamen debent gerendorum ſacramentorum inſtrumenta [d] ſuſcipere, qui dudum [e] fuerunt vaſa vitiorum.

† al. 92.

Item Leo Papa Ruſtico Narbonenſi, epiſt. 90. † c. 2

¶ Presbyteris, & diaconis tamquam pænitentibus nõ debent manus imponi. C. LXVII.

Poly. l. 4. tit. 39. Burc. l. 19. c. 71. Iuo p. 6. c. 67.

ALienum eſt [f] à conſuetudine eccleſiaſtica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint conſecrati; ij pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pænitendi: quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundum quod ſcriptũ eſt: [Sacerdos a ſi peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendã miſericordiam Dei priuata eſt expetenda ſeceſſio [g] β: vbi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

a ¶ Sacerdos.] *Vulgo ſæpe indicatur in margine locus iſte ex. 1. Reg. c. 2. vt infra de pænitentia diſt. 1. c. ſi ſacerdos, cum tamen in eo ſcripturæ loco in vulgata legatur*, ſi autem in Deum peccauerit; quis orabit pro eo? *Verum B. etiam Gregorius ad illum locum in morali interpretatione, talem ſententiam elicit*, Quis ei inter-

b ¶ Rebaptizati.] ſcienter, vt ĩ. de conſec. diſtin. 4. qui bis. tamen in habitu clericali vel regulari ſemper erunt, vt de conſecra. diſt. 5. dictum.

ILlud. CASVS. Quæſitum fuit an laici, qui ſolennem pænitentiam egerit mundati à contagione peccatorum omnium valeant promoueri? Et reſpondet Siricus Papa, q ſicut clericis non permittitur agere ſolẽnem pænitentiam, ſic nullus laicorum poſt ſolennem pænitentiam poteſt promoueri, cum dudum fuerit vas vitiorum.

c ¶ Par.] id eſt, æquum.

d ¶ Inſtrumenta.] id eſt ordines, vel vtenſilia.

e ¶ Qui dudum.] ſi. ĩ. 61. diſt. in ſacerdotibus. arg. cõtra R. ex. ferrum. & 33. q. 1. admonere.

ADDITIO. Itẽ arg. 2. 26. q. 6. vides. iuxta fi. vbi de hoc. Arch.

ALienũ.] CASVS Quidam quæſiuit à Leone Papa, an presbytero, vel diacono ſollennis pænitentia ſit imponenda? Et reſpondet q non, quia ſic eſt traditum ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis. Sed huiuſmodi lapſis ſecretus locus eſt requirendus, ſcilicet monaſterium, vbi ſi

tentia non eſt imponenda, niſi pro crimine manifeſto & enormi, quod totam vrbem commouit. 26. q. 6. c. vlt.

HANC. CASVS. Dicit Gratia. in hoc §. q nulli clericorum permittitur agere ſolennem pænitentiã: & ideo huiuſmodi pænitentes non admittuntur ad clerũ.

COnſirmandum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q ſi presbyter vel diaconus aliquid commiſerit, propter quod debeat à miniſterio eccleſiæ remoueri; non

digne pæniteant, valeant ad ſtatum priſtinum reduci. Quod dicitur in ſequen. §. patet.

f ¶ Alienum eſt.] Hæc omnia capitula loquuntur de ſolenni pænitentia.

g ¶ Seceſſio.] nec tamen credendum eſt ſtatim, q cauſa pænitentiæ ſit in monaſterio. nam quandoque boni viri ingrediuntur monaſterium, quia meritum augere deſiderant, 17. q. 2. ſunt qui dicunt.

Placuit.]

PLacuit.] Casvs. Statutum fuit in concilio Toletano, vt ſolemniter pænitentes non promoueantur, ſi tñ neceſſitas, vel vtilitas exegerit, ad minores ordines poterunt promoueri, ita q̃ ad maiores non promoueantur, in quibus epiſtolam, vel euãgelium legere poſſunt: ſi qui tñ eorũ promoti fuerint in diacones, inter ſubdiacones religantur: ita tñ; q̃ manum altari nõ imponant, nec ſacra contingant. Item cũ dubitaretur quis eſſet ſolenniter pænitens, reſponſum fuit in concilio, vt ſolenniter pænitens diceretur, q poſt baptiſmũ pro homicidio, vel ꝑ alio graui crimine publicam gerens pænitentiã ſub cilicio diuino altari fuerit reconciliatus. Quod ſequitur in §. patet.

tem retinendo eccleſiam dimitteret tonſuram & habitum, vel religioſus religionem a ſuam, apoſtata iudicatur, vt extra de apoſta. cap. 1. & vlt.

QVi partem.] CASVS. Duo fuerunt homines, qui ſemetipſos abſcideruñt: vnus ſponte, alius caſu, cum ruſticano operi curam impenderet. quæſiuit Nucerianus epiſcopus, an valeant promoueri? Reſpondet Felix Papa, q̃ ille qui ſe abſcidit ſponte, nõ poteſt: ille vero qui caſu ſe abſcidit, poteſt promoueri: & ſi clericus eſt, non deponetur: quia caſus veniam meretur: ſed voluntas propria vindicanda eſt.

e ¶ Digiti.] forte ſi haberet ſuperfluos digitos, eos poſſet præcidere: ſicut vngues, vel dentes nimis prolixos præcidere poſſet. & Hieronymus fecit ſibi ſecari dentes: & Eſaias ſuam linguam amputauit, vt 8.q.1.in ſcripturis. Arg. contra, 35.diſt. ab exordio, vbi dicitur, q̃ Deus nihil ſuperfluũ creauit in nobis: & eſt arg. ad hoc ĩ.ca. quis. vbi dicitur q̃ Dei conditionis eſt inimicus.

f ¶ Præcipiunt.] id eſt, permittunt. ſic 31. q.1. hac rõne.

g ¶ Caſus.] ſic ſimplicitati & ignorantiæ venia tribuatur. ĩ. de conſecra diſt. 2.c.13. & extra de re. permu. cum vniuerſorum 2. tamen caſus non excuſat in amotione terminorum. ff. de termi.mo.l.2.

Membra poteſt quiſq̃que diminuere, vt Hieronymy. & Eſa.

a Concor. tex. in l. 1. ff. de don. facit tex. in l.tutor. ff. d ſuſpe. tuto.

SI quis à medicis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ ſi quis per languorẽ à medicis ſectus fuerit, vel caſu à barbaris abſciſus, vel à domino caſtratus, poterit promoueri ſi aliàs eſt dignus: & ſi eſt clericus, non repelletur. Si quis vero cum ſanus eſſet, ſeipſum ſponte abſcidit, non promouebitur: & ſi promotus eſt, debet repelli. Sequens c. planum eſt.

i ¶ A medicis.] medicus licite promouetur, ſi eum non remordet conſcientia. extra de ætate & qualita. ad aures. ei enim non imputatur euentus mortalitatis. ff. de offic. præſid. illicitas. §. ſicut. & tamen imperitia eius culpæ annumeratur. ff. ad legem Aquil. idem iuris. circa medium.

Medicus poteſt promoueri.

K ¶ Deſectus eſt.] vt tamen non pariat nimiam deformitatem, vt extra de cle. ægro. presbyterum.

a ¶ Audentque.] Qui enim ſibi audet manum inferre, multo potius alijs auderet, vt ff. de ædi. edic. cum autem. §. excipitur. 23. q. 5. ſi non licet.
ADDITIO. Et miles, qui ſe ipſum vulnerauit, punitur ſecundũ id qđ habetur ff. de re milit. omnes. §. qui ſe.

b ¶ Aut domini.] qui autem ſeruum caſtrat, capite punitur & ſeruus, & medicus. ff. de ſic. l. 4. §. vlt. & locus in quo hoc factum eſt, confiſcatur. C. de eun. l. 1.

c EVnuchus.] Talis. n. vitioſus eſt, vt ff. de ædil. edic. eũ adt. & quandoque pretioſior. ff. ad legé Aquil. ſi ſeru⁹. §. & ſi puerũ.

d ¶ Si in perſecutione.] Non eſt ergo neceſſe ſeruare carnem illam, vel pulueram vt dicunt vulgares.

e ¶ Natus.] vt frigid⁹.

† ἐξεταζόμενον tum† abſtinere conuenit, & deinceps ɓ nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectant, audentque a ſemetipſos abſcindere, dictum ſit; ſic eos, quos aut barbari, aut domini b caſtrauerunt, ſi inueniuntur aliàs † digniſsimi; tales ad clerum ſuſcipit regula.
† ἄμοις ἄξιοι

ɓ ¶ Et deinceps.] *His verbis nihil reſpondet in græco vulgato codice: ſed optime apud Balſamonem quemadmodũ & in Carthagineñſi 6. in capitulis Nicenæ ſynodi à Teſlone & Thearíſto verſis.*

Item ex canone Apoſtolorum vigeſimo primo.

¶ Licite ordinetur epiſcopus, qui per hominum inſidias eunuchizatur. C. VIII.

EVnuchus c, ſi per α inſidias hominum factus eſt, vel ſi in d perſecutione, eius ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus e eſt, & eſt dignus, fiat epiſcopus ϲ.

α ¶ Per inſidias.] ἐξ ἐπηρείας, id eſt, ex inſultu, & iniuria.
ϲ ¶ Epiſcopus.] *In græcis exemplaribus non habetur vox iſta, & videtur ſubintelligi, κληρικός.*

Item ex Martino Bracarenſi epiſcopo, in capitulis ſynod. græc. c. 21.

¶ Non excluduntur à clero, qui à medicis, vel à barbaris vel à dominis ſuis caſtrantur. C. IX.

Iuo p. 6. c. 174. Pann. l. 3. c. 56.

SI quis pro ægritudine naturalia à medicis ſecta habuerit, ſimiliter & qui à barbaris, aut dominis ſuis fuerint caſtrati, & moribus digni fuerint viſi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem ſanus, nõ per diſciplinam f religionis, & abſtinentiæ, ſed per abſciſionem plaſmati à Deo corporis exiſtimans poſſe à ſe carnales concupiſcentias amputari, caſtrauerit ſe; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod ſi iam ante fuerit promotus ad clerum; prohibitus à ſuo miniſterio deponatur.

Item ex concilio Ilerdenſi.

Concordat Triburienſe, c. 33.

¶ Non prohibetur à ſacris ordinibus, qui à medicorũ inciſione claudus efficitur. C. X.

Burch. l. 2. c. 15. Iuo pa. 6. c. 34. Pann. l. 3. c. 42.

SI quis in infirmitate poſitus clericus, medicorum inciſione claudus g efficitur, promoueri ad ſacros ordines eum non denegamus.

Item Stephanus Roberto Metenſi epiſcopo.

¶ Non prohibetur à clero, qui digitũ ſibi caſu abſcidit. C. XI.

Iuo p. 6. c. 118. Pan. l. 3. c. 44.

LAtor præſentium Flauius † ſcilicet clericus ad ſãctam ſedem Apoſtolicam veniens detulit à te nobis directam epiſtolã, quã indagare ſtuduiſti, eum à Normannis h nuperrime captum ſiniſtræ i manus digitum habere

SI quis pro ęgritudine.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ ſi quis propter infirmitaté à medicis ſectus fuerit, vel à barbaris, vel à domino ſuo caſtratus fuerit: ſi aliàs dignus eſt, poterit promoueri. Si quis vero cum ſanus eſſet ſponte ſibi virilia amputauit, vt à carnali concupiſcentia abſtineret: ꝓpter hoc, & non propter abſtinentiam nõ poteſt promoueri. & ſi promotus eſt, debet deponi. Sequens capitu. patet.

f ¶ Non per diſciplinam.] vt videatur coram hominibus eius continentia. & forte hoc facit propter hypocriſim: ſic 35. diſt. eccleſiæ principes.

g SI quis claudus.] non tñ vt oporteat ipſum ire cum baculo ad altare, vt de conſecra. diſt. 1. nullus epiſcopus. tamen ſecundum legem veteré claudus non promouebatur. 49. diſt. c. 1. & vlt.

Claudus an poſſit ꝓmoueri.

LAtor præſentiũ.] CASVS. Flauius clericus captus à Normãnis amiſit digitũ ſiniſtræ manus: & ꝓpter hoc Robertus epiſcopus ſuus miſit eum ad Papam cum litteris ſuis: & quæſiuit ſi poſſet promoueri. Et rñ. Papa ſe vidiſſe qđ acciderat. Vnde commendans epm̃ de ſua ſolicitudine dicit, q̃ ſi a barbaris ſectus fuerit, & aliàs dignus eſt, poterit promoueri: cũ canones in ſimilibus caſibus idem dicant.

Normanni feroces sũt.

h ¶ A Normãnis.] de iſtorũ feritate hẽs 1. 7. q. 1. ſciſcitaris 1.

i ¶ Siniſtræ.] idem ſi dextræ.

1 De Vngaris habes 3 cõſec. diſt. 1 concedim⁹ Archi.

dextræ, dum tamen non ſit deformitas magna. extra eod. cap. 1. & extra de cleri. ægrotan. presbyterum. maxime ſi non admiſit aliquem de illis, per quos fit ſignum crucis.

Præcepta.] CASVS. Presbyter Stephanus inter acutas ſudes amiſit burſam teſticulorū, dum præſidio fugæ niteretur euadere imminētes gladios Barbarorum, q Thuſciā præ omnibus prouinciis deuaſtabant: & propter hoc Palladius epiſcopus priuauit eū officio & beneficio. Stephanus vero conqueſtus eſt Papæ de facto epiſcopi. præcepit ergo Gelaſius Palladio epiſcopo, vt ſibi reſtituat vniuerſa: quia ſicut canones non patiuntur debilitatos per culpam ſuam in magnis mēbris promoueri: ita promoti per caſum fortuitum debilitati in membris, non debent repelli.

oculum eius eruit. Ideo Rufinus epiſcopus priuauit eum officio presbyterij. poſt hoc factū poſtulabat diaconus in ſacerdotem promoueri duabus rationibus. Tum quia inuitus oculum amiſerat. Tum quia in recompenſationem ſuæ iniuriæ. quod totum Rufinus epiſco-

abſciſſum: ſciſcitans, ſi ob hoc ad eccleſiaſticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶ Quod & nos reperientes, quia ſolertia tua magis ſuper hoc ſolicita à ſede Apoſtolica doceri flagitat, normam iuſtitiæ ſemper ſequi exoptans, ſtudium tuæ ſanctitatis merito collaudamus, reuerētiam tuam ſcire volentes, quoniam ſi ita eſt, quod à Normannis digitum ipſum habeat abſciſſum, ad promouendum (ſi aliàs dignus fuerit) nil ei nocebit; eo quòd quid de his, qui à dominis vel medicis, ſiue à paganis non ſponte tale quid patiuntur, ſacri cenſeāt canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Item Gelaſius Papa Palladio epiſcopo.

¶ Tempore ſinceritatis dignitas accepta ſequente debilitate non amittitur. C. XII.

Anſ. l. 7. c. 39. Iuo p. 6. c. 107. Pann. l. 3. c. 57. Poly. l. 2. tit. 31.

Præcepta canonum, quibus eccleſiaſtica regitur diſciplina, ſicut ad ſacerdotium debiles [a] corpore non patiuntur venire; ita & ſi quis in † eo fuerit conſtitutus, ac tunc fuerit ſauciatus, amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſinceritatis accepit. ¶ Stephanus ſi quidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod [y] habetur in ſubditis, [Olim ſibi ante annos plurimos collatam presbyterij dignitatem, quam re uera immaculati corporis iudicio † ſuſcepiſſet; ſed nuper propter prouinciæ vaſtitatem (quam Thuſciæ præ omnibus, Barbarorum † feritas diuerſa ſectantium, & ambiguitas inuexit animorum) dum imminētes gladios euadere fugæ præſidio niteretur, acutis ſudibus occurrētia ſibi ſepta trāſiliens, inferiores [b] partes corporis inſeruiſſe ſuggeſſit, quę vix adhibita curatione biennio potuiſſēt abſtergi †.] Et ideo frater chariſſime ſupradicto locum ſuum, dignitatemque reſtitue, quatenus ſacroſancta myſteria, ſicut conſueuit, exerceat. Neque enim cōuenit ob hoc auferri ante ſuſceptum ordinem, in quo poſtmodum [c] in inualetudinem corporis caſu probatur faciente collapſus.

† in eo actu] Iuo

† al. indicio

† al. abſtringi

a ¶ Debiles.] ſcilicet voluntate, non caſu.

Miles eſſe non poteſt qui caret teſticulis.

b ¶ Inferiores.] Videbatur q iſte non poſſet eſſe ſacerdos: quia nec miles eſſe poſſet niſi haberet ad minus vnum teſticulū. ff. de re mil. l. q cū vno.

c ¶ Poſtmodū.] arg. q licet quis perueniat ad ſtatum à quo non poteſt incipere, tamē toleratur. 29. q. 2. ꝑlatū. 30. q. 1. ad limina. 32. q. 7. hi, q. & c. neque. Arg. ꝯ. extra de æta. & qual. c. 1. Solu. hic non fuit in culpa: ibi ſic. 15. q. 1. c. ſi. 1

1 Adde hoc quod le. & not. 1. q. 1. ca. 1. in fi. in gl. in ca. eccleſia. Archid.

y ¶ Quod habetur.] *Sic eſt emendatū ex Anſelmo & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc eſt vſitata forma in epiſtolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionum ſubiungunt. Antea legebatur:* quod haberet.

2 *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum eſt. Qui enim oculum caſu amiſerit, licet deſit voluntas; tamen ſacerdotium adipiſci non poteſt.*

HOC AVTEM Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dr qd in proxi. cōtinetur. Ioā. de Fan. & ſic cōtinuatur. Dictum eſt ſupra in pluribus capitulis, q non repellit à promotione qui caſu vel ægritudine vel perſecutione perdidit membrū. Nunc vero dicit Gratianus, q hoc non intelligitur de quolibet membro. Nam qui oculum qualitercumque amiſit, promoueri non debet ad ſacerdotium.

Vnde Gelaſius † ſcribit Rufino epiſcopo.

† al. Pelagius

¶ Non ſunt præſtanda iura ſacerdotij cui oculus erutus eſt. C. XIII.

Polyc. ibidem Anſ. l. xi. c. 169. Matt. 5.

Si euāgelica admonitio iracundiā nec vſque ad verbū furentem proſilire permittit, ne ſi Racha fratri ſuo quis dixerit, reus ſit gehēnæ ignis: quali putamus pœna plectē-

Si euangelica.] CASVS. Quidam diaconus ad tantā iracundiam quemdam ſacerdotē prouocauit, q ille ſacerdos non ſolum percuſſit diaconū fuſte, ſed etiam

epiſcopus Papæ ſignificauit. præcipit ergo Gelaſius Papa, vt presbyterum detrudat in monaſterium: & loco eius aliū ordinet, nec diaconū in ſacerdotē promoueat: quia

quia ſacri canones nullum caſum in monoculo excipiunt vt promoueri poſſit:nec ei prodeſt,ꝙ oculum inuitus amiſit: maxime cum ad tantam iracundiam ſacerdotem prouocauerit,vt ille officium, & iſte promouendi facultatem amitteret.

bijs vel canonia regulari: & hoc probat p cap.Vrbani, quod ſolum. cap.continet ius commune. Secunda ibi,[Sed hoc.]Tertia ibi,[Contra.]Ioan.de Fan.

Casus. Hic intitulatur 56.diſt. in qua agit Gratianus de filijs presbyterorum: & oſtendit qui eorum promoueri poſſunt, & qui non, allegando pro vtraque parte,& ſolutionem ponendo.

a ¶ Inuitus.]

dum eſſe,qui non ſolum pugno impie percuſsit in leuitici hominem officij miniſterio ſeruientem;ſed quaſi non ſufficeret ad cædem manus,ita(inſtigante ſe diabolo)raptus eſt ad iracundiam,vt fuſte non ſolum percuteret,ſed etiã erueret oculum fratris? Et quamuis huiuſmodi exceſſus grauiori eſſet pœna plectendus; bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterij remouere.Hoc tamẽ ſolicitudinis tuæ ſit,vt locum ei pænitentiæ conſtituas,& in aliquo eum monaſterio retrudas,laica tãtummodo ſibi communione conceſſa.In loco autem illius alium te neceſſe eſt ordinare presbyterum. Nam illi, cui erutus eſt oculus, non poſſunt ſecundum canones ſacerdotij iura concedi.Neque enim aliquid ei prodeſt, quòd oculũ inuitus [a] amiſit; cum nec volens quiſquam oculum amiſiſſe credendus eſt; nec ſacratiſsimos canones aliquem caſum in amiſsione oculi, qui ad ſacerdotium adipiſcendum nõ impediret,ſuis excepiſſe [b] regulis inuenimus: ſed hoc tantummodo ad prohibitionem ſuffeciſſe videmus patribus, vt qui careret oculo,ſacerdotij officium adipiſci nõ poſſit. Sed nec illi vllatenus quaſi in compenſationem iniuriæ [c] ſacratus ordo concedi poterit; qui ad tantam ſacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare [d], vt & ille officium,in quo erat,amitteret, & iſte prouectus ſui perderet facultatem.

Iuo p.6.c.111.

DISTINCTIO LVI.

Presbyterorum [e] etiam filij ad ſacra officia non ſunt admittendi.

Vnde Vrbanus Papa ſecundus,ait.

¶ Filij presbyterorum à ſacris prohibentur officiis. C. I.

In concilio Claramontẽſi,c.15 & Melphienſi, & in concilio Iano.ij.c.19. Sentẽtia eſt in conc. Lateran. ſub Alex.iij. p.19.c.2. Ex decretis Grego.vij. & Vrbani ij. Anſ.l.6.c.150. Iuo p.6.c.410. Pann.l.3.c.51.

PResbyterorum [f] filios [g] à ſacris altaris miniſterijs remouemus;niſi aut in cœnobijs [h],aut in canonijs † religioſe probati,fuerint conuerſati.

e ¶ Presbyterorum.] de legitimis filijs nõ eſt dubium, quin licite promoueantur. ĩ.ca. §.cum ergo. ſed illegitimi non: ſi tñ ſint in monaſterijs vel canonijs regularib⁹, licite promouentur, vt ĩ.ea.cap.1.& extra eod.c.1.& c.ad abolẽdam. quia ingreſſus monaſterij tollit irregularitatem 2,vt 16.q.1.legi.19.q.vlt.cap.vlt.& in auth.de monachis.in prin.coll.1. Licet quidam ɔ̃trium dicant: & dicunt ꝙ religio circa eos non plus operatur, niſi ꝙ facilius cũ eis diſpenſatur.arg. pro eis.55.diſt.c.priſcis.& 50.diſtin.c.ſi ille. Et dico ep̃m poſſe diſpenſare circa tales,vt extra eo.veniens. & cap.ex tranſmiſſa 3. ſed ſolus Papa diſpenſat cũ eis in ep̃atu, vt extra de elect.innotuit.Dicunt tñ quidã,ꝙ circa paternas eccleſias immediate habẽdas ſolus Papa poſſit diſpẽſare:arg.extra eo. ex tua 4. quod non credo,per illam decr. veniens.Ioan.Sed certe ſolus Papa diſpenſat in hoc caſu, vt extra eod. c.dilectus filius.& extra eod.cap.vlt. vbi de hoc traditur. B.

Filij preſbyterorum duplices ſunt.

2 Arg.contra extra q cler.vel vouentes,c.2.& de apoſt.c.2. vbi de hoc: & ibi videas.

3 Inno.intelligit iſtã decre.de diſpẽſatione Papæ. Aliq cõtra.co.ti.cõquerẽte. Archid.

4 Dicas ſecũdũ Rayne.& Hoſt. ꝙ in talib⁹ eccleſijs poteſt ep̃s diſpẽſare cũ filio illegitimo,vt ꝓbať in hac decret. ex tua. cũ ibi tñdeať ad cõſultationem.Arch.

a ¶ Inuitus.]Arg.eſt ad qõnẽ,ꝙ ſi ſponſa eſt oppreſſa à ſponſo,nõ poſſet 1 intrare religionẽ:quia nõ prodeſt ei,ꝙ inuita eſt paſſa.Quid de hoc ſit,in quæſtionibus dixi.B.Dic ꝙ ingredi poterit nõ obſtante corruptela:quia non debet eſſe melioris conditionis malus q̃ bonus. nã nemo ex ſuo delicto,&c.vt ff.de reg.iur.non fraudatur. tamen qui oculum amiſerit,remanet tutor, vt C.de excuſa.tuto.frater tuus.

b ¶ Excepiſſe.] Argu.ꝙ vbi canon non excipit,nec nos excipere debemus.2.q.5.conſuluiſti.

c ¶ Iniuriæ.] quia pœna vnius non debet conuerti in præmium alterius.ff.ad Sylla.l.ſi ſequens.ff.quod met.cau.ſi ent in exceptione.§.Pedius.

d ¶ Prouocare.]Grauius delinquit qui me ad iracundiam prouocat, quàm ego.C.ad l.Iul.de vi priua.quoniam.& 23.q.5.cum homo.

PResbyterorum.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. In prima parte probat,ꝙ nullus illegitime natus promouetur niſi in cœno-

PResbyterorum.]Casus.Quæſitũ fuit an filij preſbyterorum ſint promouendi? Et rñdet ꝙ non,niſi in monaſterio vel regulari canonia fuerint cõuerſati.

f ¶ Presbyterorum.] idem de diaconis & ſubdiaconis, quia non eſt alia cauſa prohibitionis, niſi quia timentur in eis exempla paterni criminis, vt 6.q.1.ſi quis cũ. & etiam pp odium paternum,vt 15.q.vlt. cum multæ. & 24.diſt.quando.

g ¶ Filios.]ſed numquid hoc ad nepotes extenditur?& videtur ꝙ ſic:quia nomine filiorum nepotes continentur.ff.de verb.ſig.liberorum.& arg.ff.ad Maced.filium. Sed non eſt ita:quia odia ſunt reſtringenda, vt de pæn.diſt.1.pœnæ.ff.de liber.& poſthu.cum quidam. tollitur enim vitium per ſucceſſionem,vt ĩ.ead. dominus.& licet ſenator non poſſit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit:tamen poteſt illam ducere cuius auus,vel auia artem ludicrã fecit, vt ff. de ritu nup.l.lege Iulia.§.1.

Filiorũ appellatione nepotes cõtinentur.

h ¶ Cœnobijs.] ſed ad facilitatem diſpenſationis referas,vt

a ¶ Sic

2 *Sed hoc intelligendum eſt* [a] *de illis, qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint. Verum ſi morum honeſtas eos commendabiles fecerit; exemplis & auctoritatibus non ſolum ſacerdotes, ſed etiam ſummi ſacerdotes fieri poſſunt.*
[Vnde Damaſus Papa ſcribit.]

In Pontificali

PALEA. C. II.

OSius Papa fuit filius Stephani ſubdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo faſciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori epiſcopi de ciuitate Hieroſolyma. Siluerius Papa filius Siluerij † epiſcopi Romæ. Deuſdedit Papa filius Stephani ſubdiaconi. Felix enim tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbytero fuit. Item Gelaſius natione Afer, ex parte epiſcopo Valerio natus eſt. Item Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero originé duxit. Complures etiam alij inueniuntur, qui de ſacerdotibus nati Apoſtolicæ ſedi præfuerunt.

† *al. Hormiſdæ*

Iuo ſ prologo. Pan. in plogo, c.30. & lib.3. c. 52.

¶ *In nullo vetuſto Gratiani codice adſcribitur hic nomen Palea. In decimo Vaticano, & alijs quibuſdam habetur coniunctè cum verbis ſuperioribus Gratiani. à verſ.* Felix enim tertius, *vſque ad finem. In alio autem ſatis etiam emendato iſta eadem cohærēt cum ſuperioribus: ſed poſt illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originē duxit, *ſequitur:* vnde Damaſus Papa ſcribit. Deuſdedit Papa filius Stephani ſubdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo faſciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori epiſcopi de ciuitate Hieroſolyma, Siluerius Papa filius Hormiſdæ epiſcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandum eſt hæc omnia ex Damaſo citari, qui vixit ante iſtos, qui hic enumerantur. Liber enim qui Pontificalis dicitur, vbi hæc ſcripta ſuis locis leguntur, à Damaſo cœptus eſt ſcribi: ideoque licet ab alijs multa deinde ſint addita; retinuit tamen primi auctoris nomen: Iuo quidem eadem fere iſta refert ex Geſtis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius capitis, ſaltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipſo Gratiano ſcriptam eſſe conſtat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite; & capite penultimo huius diſtinctionis. Auctor vero Paleæ, dum vnum per ſe caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præſertim in repetitione Felicis tertij, & illud de Oſio temere adiunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Auguſtinus ait libro de bono coniug. cap. 16.

¶ Vitia parentum filijs non imputantur. C. III.

Sent. 4. diſt. 33. in fine. 32. q. 4. ſicut, §. vndecumque. Iuo in plogo, & p. 6. c. 415. Pann. in prologo, c. 29.

VNdecumque homines naſcantur, ſi parentũ vitia non ſectentur, & Deũ recte colant, honeſti & ſalui erũt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura eſt; & eo male vtentibus male erit, nõ ipſum aliquãdo malum erit. Sicut autẽ boni filij adulterorũ, nulla [b] eſt

---

tar, vt quidam dicunt. Idem eſt vbicumque conuerſentur religioſi: quia locus non ſanctificat hominem, vt 40. diſt. non loca. nam conuerſati in monaſterijs ſæpe deteriores ſunt alijs, vt 47. diſt. quantumlibet.

Locus non ſanctificat.

SED HOC. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua probare vult, q; ſi boni fuerint, non nocent illis natales parẽtum. & hoc vult probare per viij. auctoritates Ioã. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quòd ſupradicta intelliguntur de filijs ſacerdotum, q; paternam incontinẽtiam imitantur. ſed ſi ſunt bonæ vitæ, nõ ſolum ſacerdotes, ſed etiam Papæ fieri poſſunt. Quod probatur exemplo Bonifacij, Felicis, & Agapiti, & multorum aliorum, qui fuerunt filij ſacerdotum: & tamen ad ſummum ſacerdotium ſunt promecti.

a ¶ Sed hoc intelligendum eſt.] iſtud ſpectat ad principiũ capituli.

OSius.] Aliàs Oroſius. Omnia iſta exempla intellige de his, qui laicali ſtatu vel minoribus ordinibus orationibus parẽtum ſuſcepti ſunt: quando ſuis parentibus licebat vti vxoribus ſuis. ſ. eo. cum ergo. Archid.

VNdecumque.] CASVS. Ab hoc loco vſque ad [§. Contra.] probat Gratianus peccata parentũ filijs non imputari. eſt ergo caſus iſtius cap. talis. Duæ quæſtiones factæ fuerũt Augu. Prima fuit, an peccata parentum filijs imputẽtur. Et reſpondet, q; non, ſi paterna vitia nõ ſequãtur. Semen enim hominis ex quocumq; homine bonum eſt, & Dei creatura eſt. ſecũda fuit, an mali filij coniugatorũ nuptias vituperẽt: & reſpondet q; non: ſicut nec boni filij adulterorum eos ab adulterio excuſant.

b ¶ Nulla eſt.] ſimilis locutio: Veſtes quas gerid, ſordida lana fuit.]

a ¶ Sic mali.] Nota q bonum præcedens non excuſat malum ſequens: nec bonũ ſequens purgat malum præcedens, vt 23.q.5. ſi legentes.& 14.q.5. forte.& cap. neque. Sed verum eſt, q non nocet delictum patris filio quantum ad vitam æternam, nocet tñ quo ad ordines: item quo ad ſucceſſionem, vt 6.q.1. ſi quis cum. item quo ad alias pœnas, vt 1.q.4.§. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis, qui ſpurii ſunt. q non obeſt eis hoc, quin poſſint eligi ad decurionatum; quia non eſt impedienda dignitas eius, qui nihil admiſit, 1. vt ff. de decu. ſpurii. in pr̃c. & l. generaliter. §. ſpurios. & Boetius; quid genus aut proauos, &c. & Iuuenalis,

Tolle tuum Hannibalem. Malo pater tibi ſit Terſites, dummodo tu ſis Eacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas: Quàm te Terſitæ ſimilẽ producat Achilles.

† *al. adulteriorum*] orig. Ad illa verba, *Iudas autem genuit*, &c. Sent. ibidem Iuo p.6.c.414.

defenſio adulterij†; ſic mali filij [a] coniugatorum nullum eſt crimen nuptiarum.

Item Ioannes Chryſoſtomus homilia tertia in Mattheũ.

¶ De eodem C. IIII.

NVmquàm de vitijs erubeſcamus parentum; ſed vnũ illud queramus [a], & amplectamur, virtutem videlicet. Huiuſmodi enim, etiam ſi alienigenam quis habeat matrem, etiam ſi fornicatione pollutã, vel quolibet eiuſmodi dedecore ſordidatam; nihil tamen de eius aut vilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quòd ſi fornicatorem ipſum ad meliora conuerſum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorum nõ dedecoratur opprobrijs. *Item infra.* ¶ Non eſt omnino nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpãdus: nemo inde vere aut obſcurus aut clarus eſt; immo etiam (ſi quiddam [c] à communi opinione abhorrẽs dicendum eſt) neſcio [b] quomodo ille magis reſplendet qui ex parentibus [c] à virtutibus prorſus alienis, ipſe tamẽ fuerit de virtute mirabilis.

a ¶ Quæramus.] *In verſione, quæ nũc vulgata eſt legitur*, atq; omnibus ſtudiis aſſequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet*, μηδ' ὑμᾶς δὲ τὰ τοιαῦτα μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ, ἀλλ' ἓν μόνον ἐπιζητεῖν τὴν ἀρετήν.

β ¶ Si quiddam à communi.] *Sic eſt emendatum ex græco.* εἰ δὲ χρή τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν. *Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata verſione, & apud Iuonem*, vt conſideratius aliquid dicamus, aut expreſſius.

NVmquam.] Casvs. Dicit Ioa. Chryſo. q, numquã filiꝰ debet erubeſcere de vitiis parentũ, dummodo ſit virtuoſus. Nã quãtumcũq; quis matrẽ habeat vilẽ & pollutã, numquã de eius vilitate obfuſcabitur vel polluetur: qa ſi fornicatrix, vel fornicator poſt pœnitentiã ex vita nõ maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, ſi virtute propria decoratur: immo magis laudandus eſt quàm natus ex bonis & nobilibus parentibus, ſi malitiam ſequatur, & malus ſit.

b ¶ Neſcio.] Hoc vult dicere, q ille, qui natus eſt ex parentibus prorſus alienis à virtutibus, dumtamen ipſe ſit bonus, melior eſt quàm ille q natus eſt de bonis parentibus, licet ipſe etiam ſit bonus 2.

c ¶ Parentibus.] id eſt ratione parentũ.

2 Magis. i. admirabilis eſt, qui exẽplar nõ habuit, & bonus eſt: quàm qui habuit, & bonus eſt. arg. 96. diſt. in ſcripturis. Archid.

Item Hieronymus in epiſtola ad Pammachium cõtra errores Ioannis Hieroſolymitani.

¶ Non parentum, ſed propria culpa quemque condemnat, C. V.

Iuo p.6.c.413.

NAſci de adulterio, non eſt eius culpa, qui naſcitur; ſed illius, qui generat. Quomodo in ſeminibus non peccat terra, quæ fouet; non ſemẽ, quod in ſulcis iacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; ſed, verbi gratia, fur & latro, qui fraude, & vi eripit ſemina; ſic in generatione hominũ recipit terra, id eſt vulua, quod ſuum eſt [d], receptum confouet, confotum corporat, corporatũ in mẽbra diſtiguit, & inter illas ſecretas vẽtris anguſtias Dei manus ſẽper operatur, idẽq. eſt corporis creator & animæ. Noli deſpicere bonitatẽ figuli tui, qui te plaſmauit, & fecit, vt voluit. Ipſe eſt Dei virtꝰ, & Dei ſapiẽtia, qui in vtero virginis ædificauit

Eccle. 33. 1. *Cor.* 1. *xi. Iud. xi.*

NAſci.] Casvs. Rufinus natus fuit ex adulterio, & ideo deſpiciebat creatorem, qui ſic eum formauerat, & culpabilem & peccatorem ſe propter hoc reputabat. Sed Io. Chryſoſtomus ſcribit cõtra eum, & docet, q propter hoc non debet deſpicere Dominũ, nec ſe peccatorem reputare; quia nõ ipſe, ſed qui eum de adulterio generauit, peccauit, ſemine abutẽdo: ſicut nec peccat ſemen, quod in ſulcis naſcitur, ſed peccat fur qui rapit: & conſolatur eum duobus exẽplis ſcilicet Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tamen ſanctus fuit. Et exemplo Eſau, qui licet natus fuerit de legitimo coniugio, tñ malus fuit & peſſimus.

d ¶ Quod ſuum eſt.] mulieres enim ad hoc natura genitæ, vt partus ederent 3, vt C. de indict. vidui. l.1. & pudor eſt feminis nuptarum præmia non habere, vt 32.q.2. pudor.

Mulieres ad quid producuntur.

3 Et eſt maximum in mulieribus concipere, &c. ff. de ædil. edic. quæritur. §.1.

a ¶ Sanctos.] tamen in hoc non fuit ſanctus; quod temerarium iuramentū voluit ſeruare, vt 22.q.4. vnuſquiſque. ADDITIO. Ibi inuenies hanc hiſtoriam, ſecundū Hu.
b ¶ Triticum.] 24.q.1. quoniam vetus.

ſibi domum Iepte inter viros ſanctos[a] Apoſtoli vocē numeratus meretricis eſt filius. Sed audi. Eſau de Rebecca, & Iſaac genitus hiſpidus tam mente, quàm corpore, quaſi bonum triticum[b] in lolium, auenaſque degenerat: quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa vitiorum eſt atque virtutum.

Item Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 22. c. 64.

¶ Iniquitates parentum filiis obeſſe non poſſunt. C. VI.

SPonſus[c] ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, ſuis congruens inuitatis, naſci etiam voluit de bonis & malis: quo exemplo diſcant fideles parentum ſuorū iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Matt. 22.

¶ *Apud B. Auguſtinum lib. 22. contra Fauſtum, c. 64. ſic legitur,* Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipſius diſcere debuerūt, parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Proinde ſponſus ille ſuis congruēs inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam naſci voluit de bonis, & malis. *Et ex his compoſitum eſt hoc caput.*

Item Gregorius ad Columbum epiſcopum Numidiæ, lib. 10. epiſt. 8.

¶ Non aliena culpa, ſed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deiicit gradu. C. VII.

SAtis peruerſum[d], & contra eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, vt fruſtra pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quem ſua cupa, vel facinus ab officij, quo fungitur gradu, non deijcit.

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus à ſacerdotio non prohibentur. C. VIII.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus voluit non ſolum de alienigenis, ſed etiam de adulterinis commiſtionibus naſci, nobis magnam fiduciam præſtans, vt qualicumque modo naſcamur dumtamen eius veſtigia imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus. Et ſicut ille verus eſt pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus; ita qualicumque ordine natus ſit aliquis tantum † vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, ſitque litteratus, & vir vnius vxoris; nequaquam à ſacerdotio[e] repellitur[f]. Iudas enim

Anſ. l. 6. c. 149. Poly. l. 2. tit. 31.

† al. tamen

SPonſus.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod Chriſtus, qui quotidie vocat bonos & malos ad nuptias ſuas, naſci voluit & bonis & malis parētibus, vt eius exēplo diſcamus vitia parentum nobis non obeſſe.

Eccleſia eſt Chriſti ſpōſa, & non vxor.

c ¶ Sponſus.] eccleſia vocatur ſponſa Chriſti: quia adhuc per delictum ſeparari * poteſt ab ipſo, ſicut ſponſa à ſponſo ante cōſummatū matrimonium, ſed in futuro ſæculo dicet vxor, quæ modo ſponſa dicitur. 7. q. 1. ſicut vir.

* Nō tota ſed in partibus.

SAtis.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat priuare quoſdam clericos officio & beneficio propter peccata parentū. Sed dicit Greg. ſatis eſſe peruerſum, vt deiiciatur ab officiis vel gradu, quem proprium facinus, vel culpa non deiicit.

d ¶ Satis peruerſū.] Iſtud ca. intelligitur de iam promoto. talis enim propter delictū alterius non priuat iure ſuo. non enim priuandus eſt quis iure ſuo, niſi pro grauiſſimo delicto vt 16. q. 7. inuentum. & 74. diſtinctio. geſta. excipiunt quidam caſum in eo, qui ignoranter adeptus eſt beneficium pecunia patris, vt 1. q. 5. cap. 1. Sed illud ideo perdit quia furtiuū eſt. Sed quid ſi pater commiſit crimen læſæ maieſtatis, nonne filius priuandus eſt beneficio, cum ſit infamis factus? vt 6. q. 1. ſi quis cum. & infames promoti etiam deiiciuntur, vt 6. q. 1. infames. Non, quia cum clericus ſit, eſt à iuriſdictione principis exemptus † vt 96. diſ. duo. 1. q. 4. §. ex his. Item fallit illud extra de eccle. ædi. adi. ad audientiā 2. & extra de cle. ægro. cap. 2. vbi quis ſine culpa, priuatur iure ſuo: hoc tamen ſcias, quod multoties quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, vt extra vt lit. non conteſt. quoniam. ſupra 34. diſt. ſi cuius vxorem.

Patris delictum etiā grauiſſimū non tollit filio beneficium.

† Exēptus. Idē Albe. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. Lud. Rom. ſing. 686. Ange. tractat. maleficio. ver.

DOminus noſter.] CASVS. Hiero. fuit interrogatus an ille qui naſcitur de adulterio, repellatur à ſacerdotio. Et reſpōdet quod nō, ſi eſt bonæ vitæ: & hoc probat exemplo Chriſti, qui naſci voluit dè adulterinis commiſtionibus & alienigenis: dans nobis fiduciam vt vndecumque naſcamur, ſi boni erimus, quòd non repellimur à ſacerdotio, & quod Chriſtus natus fuerit de adulterinis commiſtionibus probat per genealogiam, incipiens à Iuda patriarcha, qui cum Thamar nuru ſua inceſtum & adulterium commiſit, & ex illa generatione plures nati ſunt, poſt quos Dauid; ex quibus Chriſtus originem duxit.

e ¶ A ſacerdotio.] non intelligas, quod ipſo iure poſſit promoueri: ſed hoc ideo dicit, quia epiſcopus tenetur in hoc caſu diſpenſare: quia diſpenſatio quandoque eſt debita, vt dixi 50. diſt. vt conſtitueretur.

f ¶ Repellitur.] Sed nonne filii ſacerdotum ſerui ſunt eccle-

eccleſiæ? vt 15. quæſt. vlt. cum mulier. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quòd illud loquitur de his, qui quaſi legitime & ſolenniter ducunt 1, vel derogatum eſt ei contraria conſuetudine. 4. diſtin. § leges.

terreas imagines, & aliàs ſibi nocendo.

a ¶ Fraterna diſcordia.] quam habuit contra Iſaac. 32. q. 4. recurrat.

b ¶ Poteſtas.] hanc olim habuerunt poteſtatem mulieres, vt de licētia, vel pſāte ipſarū viri poſſēt accedere ad ancillas ſuas 2, & filij ita nati dicebātur potius filij dominæ q̄ ancillæ: ſed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita ſecundum legem Moſaicam mulieres poterant adoptare filios 3: ſed ſecundum legem Inſtinians non poſſunt, niſi filij eius ſint in acie admiſſi, vt inſti. de adop. §. feminæ.

2 Vt 32. q. 3. dixit.

3 Adde ſacerdotes habere idem ius cū mulierib⁹. nota in l. 2. §. lud. & in l. ſi pater. §. fin. & in l. ſi arrogator, penult. ff. de adop.

Iſmael:

Gen. 38. Ruth. 4.

patriarcha concubuit cum Thamar nuru ſua, & ex illo cōcubitu nati ſunt Phares, & Zaran: inde poſtea Salmon, qui fuit dux in deſerto: inde Obeth α; inde quoq. Booz, inde poſtea Iſai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti, qui verus ſacerdos eſt: ideoque ſi filij eius ſumus; quæ ipſe fecit, nos imitari debemus.

α ¶ Inde Obeth.] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuiſſe Obeth.*

Item Auguſtinus de vnico baptiſmo cōtra Donatiſtas, lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non ſeparat aliquem materna conditio, ſed propria culpa. C. IX.

Iuo p. 8. c. 61. Pann. l. 6. c. 47.

ISmael, vt ſepararetur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna [a] diſcordia: nec profuit poteſtas [b] vxoris, cuius magis filius erat; quia per ipſius iura coniugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus.

CONTRA. Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua probat cōtrarium eius quod pmittitur. Io. de Fan.

CASVS. Hactenus pbauit q; peccata parentum filijs nō imputantur. Nunc vult probare contrarium per ſequens cap.

3 Contra Bonifacius martyr ſcribens Ethelbaldo regi Anglorum.

¶ Vitia parentum etiam ad poſteros transferuntur. C. X.

Iuo p. 8. c. 124.

SI gens Anglorum (ſicut per iſtas prouincias diuulgatum eſt, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis improperium eſt) ſpretis legalibus cōnubijs, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit; de tali commiſtione meretricum æſtimādum eſt degeneres [c] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouiſsime nec in bello ſæculari fortem, nec in fide ſtabilem: & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam: ſicut alijs gentibus Hiſpaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit: quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec iudex † omnipotens talium criminū vltrices pœnas per ignorātes β legem Dei, ideſt † per Saracenos venire, & ſæuire permiſit [d].

† al. vindex

† al. etiam

β ¶ Per ignorantes.] *In epiſtola B. Bonifacij martyris, (quæ vnà cum multis alijs extat manuſcripta in codice ſæpe memorato bibliotheca Dominicanæ) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetuſta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

SI gens.] CASVS. Improperabatur Bonifacio in Italia & Francia, & etiā ab ipſis paganis, q; gens Anglorum ducebat fœdam vitam adulterando & fornicando ad inſtar Sodomiticæ gentis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorum, dicens non eſſe mirū, ſi nuper fuit in bello deuictus: cum ex tali cōmiſtione vilis gens oriatur, & libidinoſa, nec Deo amabilis & hoc probat exemplo Hiſpanorum & Prouincialiū & Burgundionum, qui tam diu fornicati ſūt donec p Saracenos puniti & deuicti fuerūt.

c ¶ Degeneres.] quo ad fortitudinē & nobilitatem, vt 35. q. 3. quædam.

d ¶ Permiſit.] not. q; pp delictū permittit Deus inferri 4 pœnas, vt 5. q. 5. non omnis. 16. q. 1. & temporis. & c. reuerentiſsimi. & 7. q. 1. ſciſcitaris.

4 Ad hoc 23. q. 5. remittiſtis. & §. hinc notādum. & q. 4. ſi quos. Archidia.

ſ. ead. c. presbyterorum.

Vnde [e] Vrbanus in fine ſuperioris capitis diſtinguendo ſubiunxit.

VNDE. Iſtud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non poſſunt promoueri niſi in cœnobijs: vel niſi diſpenſetur cū eis. Quod ſequitur, planum eſt vſque ad cap. apoſtolica.

ISmael.] CASVS. Abrahā auctoritate & licentia vxoris ſuæ, ſcilicet Saræ cognouit Agar ancillā, & ex ea genuit Iſmaelem, qui repulſus fuit à populo Dei. non ideo quia natus fuerat de ancilla, ſed quia faciebat iniuriam fratri ſuo Iſaac, compellendo ipſum adorare terreas imagines, & aliàs ſibi nocendo.

e ¶ Vnde.] iſtud vnde, continuatur ei quod dixi ſupra in illo §. ſed hoc. in prin.

¶ Si religioſi inuenti fuerint filij ſacerdotum, ordinentur. C. XI.

¶ *Rubrica huius capitis abeſt ab aliquot vetuſtis (neque enim eſt vlla capitis diſtinctio) & præponitur ſequenti capiti,* apoſtolica.

NIſi aut in cœnobijs, aut in canonijs † religioſe probati fuerint conuerſari. † *al. canonicis*

Item Alexander II.

¶ De eodem. C. XII.

Anſel. l. 6. c. 29.

APoſtolica auctoritate præcipimus vobis, vt ſi eum, qui ab eccleſia [a] electus eſt, altero digniorem eſſe, canonicamque eius electionem probaueritis; fulti noſtra auctoritate cōſecretis. Nam pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi ceteræ [b] virtutes in eum conueniant, non reijcimus; ſed ſuffragantibus meritis conniuendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filijs ſacerdotum dicitur, ex diſpenſatione eccleſiæ introductum videtur: & quod ex diſpenſatione introducitur, ad conſequentiam regula trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. ſcribit Bartholomæo Turon. archiepiſcopo.

¶ Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi ceteræ virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

Anſel. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 53.

COenomanenſem electum [c] pro eo, quòd filius ſacerdotis dicitur, ſi ceteræ virtutes in eum conueniunt, non reijcimus; ſed ſuffragantibus meritis patienter ſuſcipimus; non tamen, vt hoc pro regula in poſterum aſſumatur; ſed ad tempus [d] eccleſiæ periculo conſulitur.

Cum ergo [e] ex ſacerdotibus nati, in ſummos Pontifices ſupra leguntur eſſe promoti, non ſunt intelligendi de fornicatione [f], ſed de legitimis cōiugijs nati: quæ ſacerdotibus ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali eccleſia vſque hodie eis licere probatur. ꝟ. c. Oſius.

Quòd aūt vitium originis ſemini imputari negatur [g], videtur eſſe contrarium illi ſententiæ: [Adulterorum filij abominatio ſunt Domino.] Sed ſicut ſupra dictum eſt de presbyterorum filijs; ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur; vt illi dicātur eſſe abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hereditaria ſucceſſione deſcendunt. Similiter & illud Vrbani intelligendū eſt, quod ipſe ſcribit Petronio Legionen. epiſcopo. Sapi. 3. ſed paulo aliter.

APoſtolica.] CASVS. In quadam eccleſia epiſcopali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab eccleſia, & canonice, qui dignior erat, altero electo ab eccleſia [1] & digniori obijciebatur, q erat filius ſacerdotis. Super hoc fuit conſultus Papa, qui mandat electum canonice cōſecrandum, non obſtāte eo quod dicitur filius ſacerdotis: ſi aliàs dignus inueniatur.

a ¶ Ab eccleſia.] not. quòd dicitur ab eccleſia electus, qui à maiori parte capituli eſt electus, vt extra de elect. cum nobis. ff. ad munici. quod maior. extra de elect. cum inter. in prin.

Electus à maiori parte capituli dr̄ electus ab eccleſia.

b ¶ Ceteræ.] improprie ponitur. ſic 26. diſt. deinde 1. vel nomine ceterorum, omnes 2 comprehendūtur, vt ff. de verb. ſig. ceterorum.

1 Sic ſ. cap. proxi.

2 De hoc etiā leg. & not. 50. diſ. vt [cōſtitueretur. & ſecundū hoc dic, ceteræ, ideſt, ſi omnes. Arch.

HOC AVTEM. Dicit Gratianus, q ſupradicta cap. in quibus dictum eſt, q filij presbyterorū poſſunt promoueri, ex diſpēſatione loquuntur, nec faciunt regulam generalem: quod probat ſeq. cap.

COenomanēſem.] CASVS. In eccleſia Cœnomanen. electus fuit in epiſcopū quidam filius ſacerdotis: quare quæſiuit Barth. Turonēſ. archiepiſcopus, an propter hoc eū deberent repellere. Et reſpōdet Papa q non, ſi aliàs bonus eſt: non tamē volumus vt in poſterum hæc regula recipiatur, ſed vt ad tempus neceſsitati eccleſiæ conſulatur.

c ¶ Electum.] hodie non ſunt tales eligendi, ſed poſtulandi à ſolo Papa: quia metropolitanus cum electo in epiſcopum nō poſſet diſpenſare, vt extra de electio. innotuit.

Illegitimi ſunt poſtulandi.

d ¶ Sed ad tempus.] ſ. 1. q. 7. tali. Ioan.

CVM ERGO. Iſte §. reſpicit illum §. ī. ſed hoc intelligendum. Et dicit Gratianus, quòd illi qui dicuntur ibi eſſe promoti in ſummos pontifices, intelligūtur eſſe nati nō de fornicatione, ſed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus ſacerdotibus: nunc autem licet tantum orientalibus.

e ¶ Cum ergo.] reſpicit primum §. huius diſt.

f ¶ De fornicatione.] nō dicit bene; quia ſi eſſent legitimi ſine diſpenſatione promouerentur.

QVOD AVTEM. CASVS. Obijcit Gratianus ſibi in hoc §. & poſtea ſoluit dicens, q illud quod dictum eſt ī. in c. vndecumque. q vitium originis non imputatur ſemini: videtur cōtrarium ei, quod dicitur in Eccleſiaſtico.

ſiaſtico, q adulterorum filij abominatio ſunt Domino. Sed dicit illud ſic eſſe intelligendum, ſicut intelligitur quod ſupra dictum eſt de filijs presbyterorum, vt illi tantum dicātur abominatio eſſe Domino, qui paterna vitia vel flagitia eorum ſequuntur.

g ¶ Negatur.] ī. ead. vndecumque.

Quia.

QVia.] CASVS. Hoc.c. intelligitur ex diſpenſatione, ſicut illud cap. Cœnoma. Perronius, qui d adulterio natus eſt, fuit in epm Legioñ. electus: qui poſt electionem ad Apoſtolicum veniens humiliter eſt confeſſus: Papa vero audiens ipſum eſſe bonæ famæ, & bonæ vitæ ab his qui ſecum erant, ipſum confirmauit in dignitate ex diſpenſatione.

ITem qui ægritudine.] CASVS. Hic intitulatur 57. diſt. in qua dr̃ hominem in ægritudine baptizatum non promouendum.

d ¶ Ægritudine.] In hac diſt. traditur, q̃ q̃ baptizatur in ægritudine, non eſt promouendus: & eſt intelligendum de tali, q cũ ſanus eſſet, diſtulit baptizari: ſed timore mortis petijt baptiſmũ, cauſa autem huius cõſtitutionis eſt, quia præſumitur nõ vere pænitens, qui mortis cauſa eſt pænitẽs: & ſic p̃ſumuntur peccata nõ eſſe ei dimiſſa: ſi tñ ſtatim moreretur, præſumeret eccleſia peccata ei dimiſſa eſſe, vt de pœ. diſt. 7. nullus. & ſic eccleſia circa idẽ factũ habet contrarias p̃ſumptiones: ſed diuerſo reſpectu. de cõſecr. diſt. 3. perlatum.

Baptizatus in ægritudine non eſt promouendus.

a ¶ Sacerdotibus ante.] *Hic oſtendit aperte Gratianus, ſe in ea fuiſſe opinione, aliquando in Latina eccleſia presbyteris etiam licuiſſe vti coniugio, quod in eccleſia Græcorum & olim, & nunc permiſſum eſt. Id vero minime ita eſſe ſuperius initio diſt. 31. eſt adnotatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuiſſe ſummos Pontifices, dicendum eſt eos, antequam patres ipſorum vllo ſacro ordine eſſent decorati, fuiſſe generatos.*

¶ De eodem. C. XIIII.

Pann. l. 3. c. 54.

QVia ſimpliciter ad ſedem Apoſtolicam veniens humiliter peccatum confeſſus es, quod pontificij tui videbatur officium impedire; videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus ſis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouiſſe dignoſcitur † [a]: Nos Apoſtolicæ manſuetudinis gratia admonente, à ceteris, quæ ſacerdotium impediunt, criminibus, tam tui profeſſione, quàm fratrum teſtimonio, qui tecum ſunt, immunem te agnoſcentes, & vitam [b] tuam religioſam audientes, ab huius te peccati vinculo abſolutum in ſuſcepto ſacerdotali officio confirmamus [c].

† *al. dicitur*

DISTINCTIO LVII.

ITem, qui in ægritudine [d] *conſtitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.*

Vnde in Neocæſarienſi concilio, cap. 12. legitur.

¶ Non ordinetur presbyter, qui in ęgritudine conſtitutus baptizatur. C. I.

Poly. l. 2. tit. 31.
Burch. l. 4. c. 43.
Iuo p. 1. c. 227. & p. 6. c. 101.

SI quis [e] in ægritudine conſtitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate [f] eſt: niſi forte poſtea [g] ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut † hominum raritas [h] exegerit.

† *al. &*

¶ *Quod canon hic ſtatuit, videtur multo ante in Romana eccleſia obſeruatum, quemadmodum ex epiſtola Cornelij Papæ de Nouatiano patet; cuius verba relata ab Euſebio Hiſteria Eccleſ. lib. 6. c. 35. illuc ſpectantia hæc ſunt:* Qui quidem, vbi exorciſtarũ præſidio, ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & poſt in tam grauem morbum, vt iam ferme mori putaretur, incidiſſet; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus baptiſmum accepit: *& paulo poſt, cum de ipſius ordinatione agit, adiungit:* Qui quidem epiſcopus, non ſolum ab vniuerſo clero: ſed etiam à

SI quis.] CASVS. Quęſitum fuit in cõcilio Neocæſarieñ. an ille, qui eſt in ægritudine baptizatus debeat ordinari preſbyter. Et reſpon. q̃ non; quia fides illius non præſumitur voluntaria, ſed metu mortis facta: ſi tamẽ poſtea bonæ vitæ apparuerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoueri.

e ¶ Si quis.] intellige adultus: nam pueri ab hæreticis baptizati promouentur, vt 1. q. 4. placuit.

f ¶ Sed ex neceſſitate eſt.] præſumitur. & ſic canon præſumit hoc in deteriorẽ partem a: ſimiliter 30. q. 5. aliter. Sed cum hæc irregularitas p̃ueniat à peccato, & baptiſmus tollat peccatũ: quare non tollit irregularitatẽ ipſius? Rñ. quia baptiſmus inducit hanc irregularitatẽ: vnde nõ poteſt eam tollere: quia eadẽ res non p̃õt habere ꝯtrios effectus. arg. extra de bap. maiores. vltra medium, ibi: ſed hæc tãquã impoſſibilia, ſic 3. 26. diſt. deinde. ſic eadẽ cauſa nõ p̃õt parere obligationẽ & liberationem, vt ff. de ſolu. qui hominem. c. vlt.

Baptiſmus an tollat irregularitatem.

a Scilicet q̃ peccata nõ ſunt ei dimiſſa: & hæc p̃ſumptio nõ poteſt tolli p baptiſmũ: cũ ſm Lau. & Ioa. eam inducat: ſed tollitur per aliam p̃ſumptionem. ſcilicet per ſequentem bonam cõuerſationẽ, vt in c. continetur. Arc.

a ¶ Dignoſcitur.] Arg. contra. ff. de acqui. here. ſed & ſi de ſua.

b ¶ Et vitam.] Ex quo plura fecerunt pro ipſo: & tantum vnum faciebat contra ipſum, & non debuit impediri eius promotio. 28. diſt. de Syracuſanæ. & 13. diſt. duo mala 1.

c ¶ Confirmamus.] Et hoc fit ex diſpenſatione. Ioan.

g ¶ Poſtea.] & ita per ſequens factum eliditur præcedens præſumptio. ſic de conſec. diſt. 4. tunc valere. 34. q. 1. cum per bellicam, ſic quandoque præſumptio ſequẽs elidit præcedentem, vt ff. de in integ. reſtit. diuus.

h ¶ Raritas.] Argu. q̃ propter raritatem hominum aliqua conceduntur, vt 55. diſt. cap. priſcis. 1. q. 7. talis.

Item

multis laicis vetitus; quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, ſicut huic contigerat, in clerum aſſumi; magnopere poſtulabat, ſibi poteſtatẽ dari, huic ſoli manus in ſortem presbyterij imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

Item ex monachali [a] *habitu nullus aſſumitur ad eccleſiaſticum officium, niſi fuerit oblatus voluntate proprij abbatis.*

Vnde Gregorius ſcribit Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 7. epiſtola decimaoctaua. paulo aliter

¶ Monachus non ordinetur clericus, niſi voluntate abbatis epiſcopo fuerit oblatus. C. I.

NVllus ad eccleſiaſticum officium ex monaſterio producatur monachus; niſi quem abbas [b] loci admonitus propria voluntate obtulerit epiſcopo.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 13. & in Afri. c. 47.

¶ De eodem. C. II.

SI quis de alterius monaſterio repertum [α], vel ad clericatum promouere voluerit, vel in ſuo monaſterio maiorem [c] monaſterij conſtituere [ς]: epiſcopus, qui hoc fecerit, à ceterorum communione ſeiunctus, ſuæ [d] tantum plebis communione contentus ſit; & ille neque clericus [γ], neque præpoſitus perſeueret.

α ¶ Repertũ.] *Græce legitur,* ἐάν τις ἀπ' ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται τινά, i. ſi quis ab alieno monaſterio receperit aliquẽ.
ς ¶ Conſtituere.] *Antea ſequebatur,* ſine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba ſunt expuncta: quia abſunt à concilio Carthag. & Africano, & pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus.*
γ ¶ Clericus.] *Sequebatur,* neque cannoicus, *quæ ob eaſdem cauſas ſunt ſublata.*

DISTINCTIO LIX.

Item [e], *qui eccleſiaſticis diſciplinis imbuti, & temporum approbatione diſcuſſi non ſunt, ad ſummum ſacerdotium non aſpirent. Vnde ait Zozimus Papa ad Iſichiũ Salonitanum epiſcopum, epiſt. 1.*

Item ex monachali.] CASVS. Supra in 54. diſt. dictum fuit, q̃ ſerui ordinari non debent, niſi voluntas dominorum acceſſerit. Sed quia in quibuſdam locis monachi ſeruis comparantur, cum nõ habeãt propriũ, nec ſint ſuę voluntatis, vt 12. q. 2. non dicatis. ideo Grat. ponit hanc 58. diſt. in qua oſtẽdit monachũ ad eccleſiaſticum officiũ non promoueri, niſi de voluntate proprij abbatis, & etiam de conſenſu conuentus.

a ¶ Item ex monachali.] Supra 55. diſ. c. priſcis. dixerat, q̃ monachi poſſunt præfici parochialibus eccleſijs: ſed ne crederet aliquis, q̃ hoc poſſet fieri ſine licentia abbatis: ideo ponit hãc diſt. &c.

NVllus.] CASVS. Quæſitũ fuit à Gregorio, an epiſcopus poſſit monachũ promouere ad officiũ clericatus, vel ad dignitatem. Et reſpondet, q̃ non, niſi cum abbas obtulerit propria voluntate ſibi. Quod ſequitur, planum eſt, vbi dr̃, quod fit ex diſpenſatione, ad conſequentiam trahi non debet; ad quod inducit ſeq. c.

b ¶ Abbas.] Nota, q̃ nullus monachus poteſt promoueri ad eccleſiaſticos honores, niſi cum licentia abbatis, vt 16. q. 1. ſi quis monachus. & c. cum pro vtilitate. idẽ intellige de quolibet clerico, vt ſine licentia prælati ſui non poſſit ab ep̃o transferri [1] ad alium locum, cum nec clericus ep̃i ab archiepiſcopo, qa omnium conſenſus eſt requirendus quorum ius læditur, vt 54. diſt. nullus. 9. q. 3. per ſingulas. Et non ſolum voluntas abbatis eſt requirenda, ſed etiam monachorum, vt 19. q. 3. ſtatuimus. Nam hæc eſt quædã alienatio. vnde non poteſt fieri ſine conſenſu omniũ, vt 12. q. 2. ſine. Io. & quod dicitur de epiſcopo, credo falſum, ſi cauſa ſubeſt. extra de exceſ. præla. ſicut.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ ep̃s non poteſt alienum monachum promouere ad clericatũ, vel facere abbatem in ſuo monaſterio, niſi de voluntate proprij abbatis: quod ſi fecerit, cõione ſuæ plebis ſit cõtentus, & promotus remouebitur ab eo quod accepit.

a ¶ Cleri.] *Hinc vſque ad verſ.* Tunc. *ſunt addita ex orig. & referuntur infra 63. c. cleri.*

PALEA. C. XIIII.

Ex regula S. Benedicti, c. 64.

IN ordinatione præpoſiti illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors congregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars congregationis (quamuis parua) ſaniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito, & ſapientia eligatur, qui ordinandus eſt, etiam ſi vltimus fuerit in ordine congregationis. Quòd ſi etiam omnis congregatio vitijs ſuis (quod abſit) conſentientem perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, vel † ad alios vicinos præpoſitos, vel Chriſtianos claruerint; prohibeant prauorũ præualere conſenſum, & domui Dei conſtituant dignum diſpenſatorem.

† vel abbatibus, vel Chriſtianis vicinis claruerint

a ¶ Nullus inuitis.] à principio. ſed ſi per negligentiam neminem elegiſſent, bene daretur eis inuitis, vt 89. diſt. volumus. ſimiliter vbi minor pars contradicit, nec habet iuſtã cauſam contradictionis, bene datur eis ep̃s inuitis. Idem poteſt dici de laicis q̃ eis inuitis nõ eſt dandus ep̃s ſi habent iuſtam cauſam cõtradictionis, vt 63. diſt. ſi forte. De hoc not. 23. diſt. c. illud.

Electio an poſſit fieri de eo, qui non eſt de gremio.

b ¶ Ciuitatis.] numquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel diœceſis eſſe reprobandos? Videtur q̃ ſic, vt ĩ. 63. diſt. ſacrorum. & c. plebs. & c. noſſe. & extra de vſu pal. cum ſuper. illi enim videntur eſſe de aliena eccleſia, cum totũ non ſit aliud à parte, vt extra de elect. cum nobis olim. & qui in continentibus ædificijs demorantur, Romæ morari videntur, vt ff. de verb. ſig. l. qui in continentibus. & l. ædificia. & l. pupillus. §. incola. ſicut in tutela reprobandi ſunt omnes d̃ ciuitate, antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tuto. & cur. l. diuus. & præſes debet eſſe de diœceſi, vt C. de incol. l. verum. lib. x. & hoc concedit H. Sed credo ſufficere, q̃ reprobati ſunt omnes de maiori capitulo. arg. extra de verb. ſign. cum clerici. & de reſcrip. cum Rodulphus. Sed quid ſi maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio ſuo 1? Videtur q̃ hic præualebit electio paucorum, vt 7. q. 1. denique. nam in poſtulatione omnes erant concordes, vt 63. diſt. litteras. Ioan. Sol. hoc falſum eſt. ſufficit enim q̃ duæ partes conſentiant in poſtulatione. de ele. ſcriptum. B. Item minor pars iuſtam habet cauſam contradicendi. Vnde licet ſint pauciores, auditur eorũ contradictio, vt extra de his quæ fi. à maio. par. cap. cũ in cunctis. 31. diſt. Nicæna. Arg. contra extra de elect. cũ nobis olim. & cap. cũ inter. Dico tenere electionem minoris partis, cum eligunt ſecundum formam canonũ de ſuo gremio. Vnde ſi diuerſi ſunt clerici: prius examinatur ille, qui eſt de propria, q̃ qui eſt de aliena eccleſia, vt diſt. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obſtãt præmiſſæ decre. ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, quia nullus fuit ibi ex aduerſo electus. Sed adhuc ob. extra eo. tit. in cauſis. vbi præualet poſtulatio trium de aliena eccleſia electioni duorum de propria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, vt in quem maior pars conueniret, ille eſſet potior, &

1 Ad hoc extra d̃ electio. c. eccleſia 2. vbi de hoc plene per Phi. Arg. contra eo. tit. licet. § fi. De hoc not. 23. diſt. c. 1. in glo. ergo aliqs. ibi videas.

conſentire. Item quid ſi data eſt aliquibus poteſtas vt eligant, & ipſi poſtulant extraneum? Tenet poſtulatio, vt extra de renun. poſt tranſlationem. extra de elect. in cauſis. de poſtula. bonæ. licet autem aperte ſint egreſſi fines mandati, tamen fecerunt id quod eſt vicinũ mandato, vt ff. iudi. ſol. iam tamen. §. vlt. Ioan. Quidquid dicat Ioan. eius opinio nõ ſeruatur de electione 2 minoris partis de eadem eccleſia. vnde cum totum capitulũ facere videatur, quod fit à maiori parte capituli, vt extra de his quæ fi. à maio. par. cap. cum in cunctis. tenebit electio extranei, vt dicit T. per decre. ſuperius allegatas: quia multa fieri non debent, tamen facta tenent: nam melior eligi debet, vt 8. q. 1. licet tamen ſufficit ſi bonus eligatur, vt extra de elect. cum nobis. & c. cum dilecti. & C. de ſtatu. & ima. l. vlt. Bar.

2 Idẽ ſen[illegible] Goff. ex[illegible] de elect. [illegible] cauſis.

c ¶ Non credimus.] No. benignam præſumptionem, q̃ ſemper præſumitur q̃ aliquis ſit dignus in eccleſia, vt ĩ. ea. obitum.

d ¶ Fructum] ſic ff. de adop. nec ei. §. præterea.

e ¶ Præmiũ.] ſcilicet obtinere, vt aliquis de ipſis eligatur. Per hoc videtur q̃ licet aliqui perdiderint ius eligẽdi, q̃ poſſunt excipere contra illum, qui datur eis: videtur tamen, q̃ excipere non poſſunt, ſed tantum agere, vt extra de ap. conſtitutus. in ſi.

f ¶ Vel liberum.] vel, id eſt, ſaltem.

Studij.]

a ¶ Palea.] *Hæc palea abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ ſunt collata. Extat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla ſunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. reg. epiſt. 40.

¶ De eodem. C. XV.

Anſ. l. 6. c. 13.

† *vt ſi forte huic ordini hic non videatur idoneus*] orig.

STudij veſtri ſit, etiã alium, qui aptus ſit, prouidere, vt † ſi forte Petrus, quem à vobis electum aſſeritis, huic ordini non videatur idoneus; ſit in quem † ſe veſtra declinare [a] poſſit electio. Nam graue cleri illius erit opprobriũ, vt ſi hic fortaſſe approbatus non fuerit, alium ſe dicant, qui eligi debeat, non habere.

Item Gregorius Barbaro epiſcopo, lib. xi. epiſt. 16.

¶ De eodem. C. XVI.

Io. dia. l. 3. c. 12. Deuſdedit p. 1. Anſel. l. 6. c. 16.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter viſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operã ſolẽniter [b] delegamus: Quam ita te cõuenit exhibere, vt nihil de prouectionibus clericorũ, reditu, ornatu, miniſterijſque, vel quidquid eſt in patrimonio eiuſdem, à quoquam præſumatur eccleſiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam eccleſiam properabit, & aſsiduis adhortationibus clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ admonere feſtinet, vt remoto ſtudio [c], vno eodemque cõſenſu talem ſibi præficiendum expetant ſacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dũ fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio litterarũ ad nos ſacrandus occurrat. ¶ Cõmonemus etiã fraternitatem tuam, vt nullũ de altera eligi permittas eccleſia; (niſi forte inter clericos ipſius ciuitatis, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad epiſcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri) prouiſurus ante omnia; ne ad hoc a, cuiuslibet conuerſationis, vel meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in periculum [d] ordinis tui (quod abſit) incurras. Monaſteria autem ſi qua ſunt in ipſius conſtituta parochia [e], ſub tua cura, diſpoſitioneque, quouſque illic proprius fuerit ordinatus epiſcopus, eſſe concedimus.

Polyc. ibidem.

a ¶ Ne ad hoc.] *Similis clauſula eſt etiam eodem lib. proxima epiſtola 17. & lib. 2. indict. 10. epiſt. 19. Benenato epiſcopo, &*

STudij.] CASVS. Neapolitani elegerũt Petrum in epiſcopum: ſed quia dicebatur ſimplex & vſurarius, mãdat Gregorius vt alium eligant cum illo de eadem ciuitate, vt ſi ille fuerit reprobatus, ſecundus confirmet. ſic dixit H. in ſumma. Beneuen. ſic dixit: Neapolitani elegerunt Petrum minus idoneum: & quia idoneus nõ inuenitur, præcipit Greg. vt alium inueniant de eadem ciuitate, in quem electio eorum valeat declinare, quem ſi non inuenerint, graue ipſius cleri erit opprobrium. Poteſt tñ dici, q antequã inuẽtus eſſet minus idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem ciuitate, & hæc videtur melius litteræ conſonare.

a ¶ Declinare.] Arg. q eccleſia poteſt in duos conſentire, vt ſi vnus non obtineat, alter ſaltem obtineat. arg. 85. diſt. archidiaconũ. & 8. q. 1. in ſcripturis. maxime vbi diffidunt de iure ſuo, vt extra de poſtu. bonæ. Sed nõne priuati debent eſſe iure ſuo, vt extra de elec. cum in cũctis? Sed hæc & ſimilia loquunt in eo caſu, qñ eligentes latebat vitiũ electi. ſic 28. diſ. de Syracuſanæ. Sm alios ſecundus põt eligi ſub cõditione, vt ſi primus nõ obtineat, ſecũdus maneat, vt 85. diſt. archidiaconũ Florentinum. ſic extra de electio. cũ terra. ſic 7. q. 1. quamuis. & ca. paſtoralis. Hodie euacuat totum per cap. Inno. iiij. quod incipit, in electionibus. de elec. lib. 6.

Eccleſia põt in duos conſentire.

1 Dicas q hic nõ dicitur q aliũ debeat eligere antequam Petrus reprobetur: ſed dicitur vt prouideant aliũ quem Petro reprobato eligãt: & hoc planũ eſt. Archid.

OBitum.] CASVS. Mortuo epõ Panormitano Gregorius poſuit ibi quẽdam viſitatorem, cui quattuor commiſit, vt admoneat clerum & plebem dignã perſonam in epiſcopum eligere: & vt de alia eccleſia nullũ ibi eligi patiatur, niſi in ea non inueniretur idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aſpirare præſumat: & vt omnia monaſteria eius diſpoſitione regantur, quouſque illis proprius epiſcop⁹ fuerit ordinatus.

b ¶ Solemniter.] id eſt, ita plene quaſi epiſcopus omnia diſponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

c ¶ Studio.] id eſt, diſſenſione, vel inuidia.

d ¶ Et in periculũ.] Et ita videtur q ſi vitioſa ſit electio, imputatur viſitatori. Et per hoc c. dicit Hug. viſitatorẽ habere ius in electione, vt ĩ. cap. proximo, & 63. diſt. plebs. aliàs non videt quare pateretur pœnam. Sed dico, q non plus habet iuris, q̃ per canonem exprimatur. argu. 18. q. 2. hoc tantũ. vnde non dico ipſum poſſe eligere, vt 63. diſtinct. §. ex his. ea autem facit viſitator, quæ per ſacerdotes non poſſunt expediri, vt 7. q. 1. pontifices. Item niſi intra annum procuret, q ſit ibi eps, ipſe remouetur. 8. q. 1. conſtitutũ. & viuet de rebus eccleſię. 12. q. 2. charitatem. & c. eccleſiaſticis. Item viſitator dare poteſt præbendas & eccleſias vacãtes, vt hic innuitur in fi. c. & 12. q. 2. nõ liceat.

Viſitator an ius habeat in electione.

e ¶ Parochia.] In tota diœceſi habebit iſte prouiſionẽ, vt 12. q. 1. quoniam Velina. vt patet in fine capituli.

epiſt. 26. Ioãni epiſtopo Scyllaceno, & lib 7. indict. 2. epiſt. 25. Fortunato epiſcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epiſtolarũ, emendatus eſt hic locus, vt nõ multum diſcrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epiſtolarum B. Gregorij in epiſtola hic citata legitur; ne ad id cuiuslibet conuerſationis, vel meriti laicam perſonam aſpirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Meſſanenſi epiſcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

Polyc. ibidem. Anſel. l. 6. c. 44.

CAtinenſis eccleſiæ viſitationem tibi iniungimus, cuius epiſcopum de hac luce trãſiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. Impoſsibile [a] enim eſt, vt nos in prouincia illa dumtaxat in Syracuſanis partibus alij cuilibet cauſas, quæ ad Deum pertinent, cõmittamus; niſi forte talem per te Deus nunc in Catinenſi eccleſia eligere voluerit; de cuius cõſcientia poſsimus eſſe ſecuri, vt à te labores iſtos paululum remouere poſsimus. Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominẽ de clero, qui nec vxorem habeat, nec filios [b], nec crimen aliquod canonibus inimicũ, eligi cũ auxilio Dei cõpellat [c], atque ſuadeat: & ſtatim cum ad vrbem Romam cum decreto, & teſtificatione relationis tuæ tranſmitte.

Item Gregorius Paſſiuo epiſcopo, lib. 10. epiſt. 13.

¶ Qui in epiſcopum eligitur, non ſit reus criminum, quæ ſacra lex morte punit. C. XVIII.

BEne nouit fraternitas veſtra, quàm longo ſit tempore Aprutium † paſtorali ſolicitudine deſtitutum †: vbi diu [d] quæſiuimus, quis ordinari debuiſſet, & nequaquã potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatur, & religioſam vitã omnimodo agere dicitur; hũc volumus, vt fraternitas veſtra ad ſe faciat venire, & de anima ſua admoneat, quatenus in bonis ſtudijs creſcat. Et ſi nulla ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obuiant; tunc hortandus eſt, vt vel monachus [e], vel à vobis ſubdiaconus fiat: & poſt aliquantum temporis, ſi Deo placuerit, ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri.

† *Aprutium ciuitas*] orig. † *deſtituta*] orig.

Cui autem viſitatio iniungitur, nihil de rebus eiuſdem eccleſiæ à quoquam præſumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio epiſcopo, lib. 4. epiſ. 12. ſeu cap. 56.

CAtinenſis eccleſiæ.] CASVS. Defuncto epiſcopo Catinenſi Pelagius committit Eucarpo epiſcopo illius eccleſiæ viſitationem, & negotia gubernanda donec ibi per ipſum paſtor dignus eligatur. præcipit ergo ei vt illuc pergat, & de eodẽ clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non ſit criminoſus: & eo electo Romam veniat conſecrandus.

a ¶ Impoſſibile.] id eſt, non commode aliter fieri potuit: qa iſte erat vicinus [1]: ſic ſumit ff. de ver. ſig. nepos Proculo. Item dicit impoſſibile quod nõ eſt honeſtũ. ff. de condi. inſtitu. filius. Item quod non iuſte fit. 24 q. 2. ſane. 22. q. 2. faciat homo.

b ¶ Nec filios.] Tamen aliàs quantũ ad ſeculares honores pſunt filij, vbi filius pro anno cõputatur. ff. de minor. l. 2. Sed nũquid iſtud eſt cõtra præceptum Apoſtoli, qui dixit, vnius vxoris virum? Solu. hic loquitur quando præſumptio eſt, q̃ ꝓpter filios dilapidet bona eccleſiæ. ſic 28. diſtin. de Syracuſanæ. & tunc dabit cautionẽ, & faciet inuentarium. 12. quæſt. 1. ſine manifeſtæ. Idem dico de nepotibus, vt in authen. quomodo oportet epiſcopos. §. 1. coll. 1.

c ¶ Compellat.] Ergo aliquis poteſt cogi ad epiſcopatum [2] ſicut ad alios ordines; vt 40. diſtin ante omnia. 92. diſtinct. ſi quis epiſcopus per manus. 74. diſtin. placuit. Ioan.

BEne nouit.] CASVS. Aprutiana eccleſia diu fuit deſtituta paſtore, & longo tempore quæſiuit Gregorius, nec ibi dignum potuit inuenire. Tandem inuentus eſt ibi quidã Opportunus laudabilis vitæ: quare præcipit Gregorius Paſſiuo epiſcopo, vt illũ Opportunũ moneat vt in bonis ſtudijs creſcat: & ſi nulla crimina ei obſtant, monachus vel diaconus fiat: & demũ epiſcopus conſecretur.

d ¶ Vbi diu.] Argumentum, quòd differri poteſt electio [3], cum non inuenitur idoneus. & licet aliqui intra tempus ſtatutum iuſto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, vt extra de electio. ne pro defectu. nam non currit præſcriptio contra illum, qui non poterat eligere, vt extra de conceſ. præben. & eccle. non vacan quia diuerſitatem. & argu. C. de anna. excep. l. 1. in fi. C. de inoffi. teſt. cõtra. ff. ex quibus cauſis ma. l. quod quidam [4].

e ¶ Vel monachus.] Sed quare monachus? forte quia erat monaſterium cui deerat prælatus. Vel ideo quia ſi eſt monachus, citius poteſt promoueri ad ſacros ordines, vt 77. diſtinctio. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur, quàm per tres menſes: quod eſſe non debet, vt 50. diſt. poſtquam. ſic ĩ. eod. Oſius. & 7. quæſt. 1. conſtitutum.

Impoſſibile multipliciter dicitũ.

1 Ad hoc C. de cur. fur. l. pen. ff. de ele. & effu. cũ ſane. ff. locati. cùm plures. § 2.

Filius quãq; facit quẽ præſumi maiorem.

Epiſcopatũ ſuſcipere poteſt qs cogi.

2 Hoc non habet hic: ſed potius clerici ſũt compellendi ad faciẽdã electionem ſecũdum Hug. & ſic nõ be ne arguit gl. Archid.

Electio ex cauſa põt differri.

3 Etiã cuiuſcũq; beneficij. Laur. Et ꝑ hoc vide quod leg. & not. 85. diſt. c. 2.

4 Ex ꝓdictis patet, q̃ tẽpus deputatum ad electionem celebrandã eſt vtile non continuũ: nam nõ currit iuſto impedimẽto detẽtis: nec eũ ignorantibus. Archi.

Quoniam

QVonlam Feſtus.] C A S V S. Capuanus archiepiſcopus Romæ defunctus eſt:& ideo Papa præcipit cuidam epiſcopo,vt illuc viſitator accedat: & nil de rebus eccleſiæ minui patiatur: ſed & clerũ & plebem illius loci moneat,vt in vigilijs mortuorum, & in obſequio...

ri:& q̃ laici nõ debeant in ep̃os eligi. Nunc vero docet, q̃ clericorum eſt eligere,& populi conſentire.

c ¶ Breuiter.] Nunc hic oſtendit,q̃ clericorum ſit eligere,populi cõſentire. Oſtẽdit etiã q̃ ſi aliquis fuerit cõſecratus ſine auctoritate metropolitani,deponit.51.diſ. qui in aliquo. ver. ſi.

¶ Non patiatur à quoquam præſumi de rebus eccleſiæ, cui eius fuerit iniuncta viſitatio. C. XIX.

Anſ.l.5.c.12.

QVoniam Feſtus Capuanæ eccleſiæ epiſcopus in Romana ciuitate poſitus de hac luce migrauit;curæ nobis fuit (quæ vniuerſis eccleſijs à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præſentia ſcripta dirigere, vt memoratæ eccleſiæ viſitator [a] accedas: ſic tamen,vt nihil de prouentionibus † clericorum,reditu [b],ornatu,miniſterijſque, vel quidquid præfati loci eſſe patuerit,à quoquam præſumi patiaris;ſed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum,plebemque eiuſdem eccleſiæ exhibere te conuenit;vt in vigilijs,obſequioque eccleſiaſtico ſedulo, ac deuote debeant deſeruire.

† *al. pronectionibus*

DISTINCTIO LXII.

B*Reuiter* [c] *monſtratũ eſt,ex quibus ordinibus in quos gradus ſunt eligendi. Nunc videndum eſt, à quibus ſunt eligendi, & conſecrandi. Electio,clericorum eſt* α: *petitio, plebis. Vnde Leo Papa Ruſtico Narbonenſi epiſcopo,epiſt.90.al.92.c.1.*

α ¶ Eſt.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, conſenſus principis. *In manuſcriptis vero partim legitur*, conſenſus plebis, *partim*, petitio plebis: *atque ita eſt emendatum.*

¶ Non ſunt habendi inter epiſcopos, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. C. I.

Poly.l.2.tit.1.
Burch.l.1.c.2.
Anſ.l.6.c.75.
Iuo p.5.c.65.
† *al. comprouincialibus*

NVlla ratio ſinit, vt inter epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi,nec à plebibus [d] expetiti, nec à prouincialibus † epiſcopis cum metropolitani iudicio conſecrati. Vnde cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcatur;quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum [e], quod nec † docetur [f] fuiſſe collatum? Si qui [g] autem clerici ab iſtis pſeudo epiſcopis in eis eccleſijs ordinati ſunt,*&c. vt infra in cauſa ſimoniacorum.*

† *al. non*
ĩ.1.q.1.c.ſi qui.

Item Caleſtinus Papa ad epiſcopos Apuliæ, & Calabriæ, epiſt.3.c.3.

Polyc.l.6.tit.1.
Burc.l.15.c.13.
Iuo p.16.c 14.
Deuſdedit p.1.

¶ Populus non debet præire,ſed ſubſequi. C. II.

DOcendus eſt populus,non ſequendus:noſque, ſi ne-

NVlla ratio.] C A S V S. Quidã epiſcopi non fuerunt electi à clericis, nec à populo expetiti: nec metropolitani iudicio conſecrati. Quæritur de iſtis talibus ep̃is, & de ordinatis ab eis,an debeant inter ep̃os & ordinatos reputari? Et reſpon. Leo Papa q̃ non: poteſt tamen diſpenſari cum clericis ab eis ordinatis,vt ĩ.1.q.1. ſi quis à pſeudo epis.

d ¶ Nec à plebibus.] Conſenſus plebis requiritur in electione: & eo ipſo conſentiunt, q̃ perhibent ei teſtimonium:quia teſtimoniũ plebis æquiualet electioni,vt 24.diſt.c.1.& 67.diſt.reliqui. Sed q̃d ſi aliquis eſt cõſecratus,qui nõ habuit conſenſum plebis,numquid caſſabitur conſecratio? Vĩ q̃ ſic, in odium conſecrantium & eligentium, cum contemptus eſt: licet ex gratia populus ſit requirendus vel vocandus,vt 16.q.7.decernimus.21.q.2.c.1. & 70.diſt.c.1.Nam ſemper conſenſus plebis eſt requirendus,vt 8.q.1.licet. Item quia laicus poteſt excipere contra electum: & dicere q̃ ei inuito nõ eſt dandus ep̃s, vt ĩ. 63.diſt.cap.ſi forte.& c.Hadrianus.H.dicit ſi oritur ſcandalum ex hoc,q̃ caſſanda ſit electio & cõſecratio: ſed dico[1] nõ ideo caſſandum, licet non affuerit: quia plura exiguntur, quæ tamen omiſſa non vitiant factum.arg.30.q.5. noſtrates. quia huiuſmodi leuia omiſſa non vitiant rem,vt ff. de ventre inſpicien.l.1. in fin. eo ipſo autem intelligitur laicus conſentire,ſi non diſſentit,vt 54.diſt.ſi ſeruus 2. ff.ſol.ma.l.2.§.vlt.

Conſenſus plebis eſt in electione requirendus.

1 Et bene ſecundum Lan.& Ioã. de Fan.

quio diuino ſedule ſeruiat & deuote.

a ¶ Viſitator.] Hic habes,q̃ Papa viſitationis committit officium.Sed an metropolitanus poſſit viſitatorem conſtituere,ſicut præſes curatorem, vt inſtitu. de cura. §. vlt. Non credo. Ioan. Ego dico q̃ ſic,cum non inueniam prohibitum.argumentum extra de ſent. excom. nuper.B.

b ¶ Reditu.] A quo cuſtodiri debent bona vacantis eccleſiæ, notaui infra 2. q. 2. charitatem.& cap.illud.

BReuiter.] C A S V S. Supra dictũ eſt ex quo ordine,& in quem debeat quis promoue-

e ¶ Tribuendum.] Iſti tamen dant ordinem,& habent eum:ſed non iuſte,vt ĩ.de conſecra.diſt 4. nullus autẽ.

f ¶ Nec docetur.] ſi.extra de iure pa.q̃ autem.

g ¶ Si qui.] 1.q.1. ſacerdotes & cap. ſi qui à pſeudo epiſcopis.

DOcendus.] C A S V S. Quidam populus nolebat epiſcopũ eligere,nec permittebat eligere clericos:

ſciunt eos quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his conſenſum præbere debemus. Quiſquis vero conatus fuerit tentare prohibita; ſentiet cenſuram ſedis Apoſtolicæ minime defuturam. Quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt, vt per ſeueritatem [a] congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ proprijs rectoribus carent, eccleſias volumus innoteſcat, vt nullus ſibi aliqua ſpe forſitan blanditus illudat.

Niſi autem canonice electus fuerit, conſecrari nõ debet. Vnde Calixtus Papa ſecundus.

¶ Non conſecretur in epiſcopum, niſi canonice electus. C. III.

NVllus [b] in epiſcopum, niſi canonice electum conſecret. Quod ſi præſumptum fuerit, & conſecrans, & conſecratus abſque recuperationis ſpe deponatur.

In Pontificali eſt mentio huius decreti.

DISTINCTIO LXIII.

LAici [c] vero nullo modo ſe debent inſerere electioni.

Vnde Hadrianus Papa in octaua ſynodo Conſtantinopoli ſub ipſo celebrata.

¶ Laici electioni Pontificum non ſe inſerant. C. I.

NVllus laicorum principum, vel potentum ſemet inſerat electioni, aut promotioni patriarchæ, metropolitæ, aut cuiuſlibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio; præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quemquam poteſtatiuorum, vel ceterorum laicorum habere conueniat. *& infra.*

¶ Quiſquis autem ſæcularium principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicus aduerſus communem [d] & conſonantem, atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit; anathema ſit, donec obediat, & conſentiat, quidquid eccleſia [e] de electione, & ordinatione proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.

Anſel. l. 6. c. 23. & 72.
Iuo p. 5. c. 122.
Pann. l. 3. c. 8.
Deuſdedit p. 1.

j. c. proximo.
Poly. l. 2. tit. 1.

quæſitum fuit à Cæleſtino quid in hoc caſu ſit faciendum. Et reſpondet, populum eſſe docendum vt prohibita non attentet: qui ſi non corrigitur, punietur eccleſiaſtica ſeueritate, ſcilicet excommunicatione.

a ¶ Per ſeueritatem.] ſcilicet excommunicationem. ferro enim reſecanda ſunt vulnera, &c. vt 26. q. 1. in canonibus.

NISI. CASVS. In hoc §. & ſeq. c. dicit, q epiſcopus conſecrari non debet, niſi fuerit canonice electus. & caſum per te videbis.

b NVllus.] ¶ Deponatur.] 1. q. 1. ſi quis eps. & c. ſi qui epi. j. diſt. 50. ex pænitentibus. ſ. 36. diſ. qui eccleſiaſticis.

LAici.] Hæc diſ. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per 8. auctoritates ſanctorum, q laici non debent eligere, nec electioni intereſſe niſi vocati. Secunda ibi, [Contra.] Tertia ibi, [Principibus.] Quarta ibi, [Verum quia.] Io. de Fan.

CASVS. Supra dictũ eſt, q electio eſt clericorum. Sed quia laici volebant intereſſe electionibus clericorum, ideo ſupponit hanc 63. diſt. in qua primo oſtendit, q laici non debent intereſſe electionibus, vſque ad §. [His omnibus.] Deinde probatur contrarium. Deinde in §. [Electiones] ponit ſolutionẽ.

c ¶ Laici.] In præcedenti diſt. oſtenſum eſt, q laici tantum debent conſentire electioni. plenius hic proſequitur, q nullo modo debent intereſſe [1], & hoc facit vſque ad illũ §. [His omnibus.] deinde probat contrarium vſque ad illum §. [Electiones.] & ibi ſoluit. deinde oſtẽdit quæ priuilegia fuerunt Imperatoribus data circa electiones, & poſtmodum fuerunt eis ex cauſa ablata. Vltimo dicit, q religioſi viri non ſunt excludendi ab electionibus. ergo hæc veritas, q nullus laicus debet intereſſe electioni, etiã in conuẽtuali eccleſia, niſi hoc habeat ex conſuetudine præſcripta, vt extra de iure pa. nobis 2. licet H. dixerit, q ibi poteſt bene patronus intereſſe, vt 18. q. 2. abbatem. & hoc c. dicit intelligi de non patronis: æqualiter autem eſt patronus, qui minus dat, ſicut qui plus: quia vnus põt ſupplere per operã, quod ei deeſt in patrimonio. ff. pro ſolu. l. 5. & plenius no. 16. q. 7. pie.

NVllus.] CASVS. Hadrianus Papa prohibet in hoc c. vt nullus laicus, etiam in maxima poſitus dignitate ſe inſerat electioni patriarchæ & archiepiſcopi; & quicumque laicus canonicam electionem voluerit diſturbare, debet anathematizari donec obediat.

d ¶ Communem.] cum ergo hæc tria requiruntur ſcilicet communis, conſonans, & canonica, ſi vnum iſtorum deeſt, vitioſa eſt electio, vt arg. 58. diſtin. quæ ipſis non

ſis. non enim ſufficit electionem eſſe communem, niſi ſit canonica, vt hic. & 79. diſt. c. 1. & c. antepe. [3] Item eſt hic arg. q ſi aliqui ſeparatim conſenſerunt in aliquẽ, q talis conſenſus non valet, quia nominationes circa concilium publicum factæ non valent, vt 2. q. 6. nominationes, & priuata conuenticula in electionibus prohibentur, vt 79. diſt. c. 1. & c. nullus. H. arg. contra 63. diſt. quanto. extra de electio. quod ſicut. & extra de poſtu. bonæ 2. in fi. & ſeruitus ſeparatim conceditur. ff. de ſerui. ruſtico. prædi. per fundum. Dico nullam talem eſſe electionem, cum ſit clandeſtina, vt extra de electio. quia propter. ad finem. Ioan. Hoc hodie determinatum eſt extra de elect. in Geneſi. vbi dicitur, q ſingulares electiones non valent. Bar.

e ¶ Eccleſia.] eccleſiam hic vocat viros eccleſiaſticos: quandoque vocatur congregatio fidelium, vt j. de conſecra. diſt. 1. eccleſia. De hoc dixi 7. q. 1. ſcite.

Electio ſit cõis, conſonans, & canonica.

[1] Vel facias continuationem nõ ad proximã diſt. ſed ad 61. diſt. vbi dicitur, q laici non debent eligi, ſic nec eligere, vt j. i. hac diſt. Io. de Fan. Electioni nullus laicus debet intereſſe.

[2] Idẽ not. j. ead. diſt. Reatina.

[3] Argu. ad hoc 92. diſ. c. pe. & ibi de hoc. arg. ad hoc 18. q. 2. ſi quos abbas.

Hadria-

HAdrianus Papa.] CASVS. Ignatius patriarcha Conſtantinopolitanus iniuſte fuit depoſitus, & Photius loco eius ſubſtitutus. quam præſumptionem Nicolaus voluit remouere, ſed morte præuentus non potuit, ſed Hadrianus ſucceſſor eius miſit nuntios tres Conſtantinopolim ad Baſilium Imperatorem, & ad filios eius, cum quibus fuit cancellarius Romanæ ſedis; & ibi octaua ſynodus congregata, duo fecit. Primo Photium depoſuit, & Ignatium reſtituit. Secundo conſtituit, vt clericorum ſit electio tantum, & quod nullus laicus inſerat ſe electioni patriarchæ metropolitani vel epiſcopi: ſed ſilere debet, & attendere quis clerus faciat, niſi à clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos.

a ¶ Diſpoſuerat.] arg. ſucceſſorẽ debere conſummare quod anteceſſor inchoauit, vt hic [1], & 12.q.2. hæc hutus. & q.5. quia.

[1] Et 18.q.2. dudum.

ADDITIO. Ad idẽ extra de reſcrip. litteris. vbi de hoc. & 12. q.3. ſi eps ante damnati. Papa tñ non tenebatur ad hoc, nec hoc dr̃ quod teneretur: bene tñ fecit. B.

¶ Hic citantur partes quadam vigeſimi ſecundi canonis octaua ſynodi ſub Hadriano Papa ij. habita, & ab Anaſtaſio bibliothecario latinitate donata.

Item ex octaua ſynodo, actione prima.

¶ De eodem. C. II.

Anſel.l.6.c.23. Iuo p.5.c.122. Pann.l.3.c.8. Deuſdedit p.1.

HAdrianus Papa ſecundus (quod Nicolaus prædeceſſor eius diſpoſuerat [a]) miſſos ſuos, Donatũ ſcilicet Hoſtienſem epiſcopum, & Stephanum Nepeſinum epiſcopum, & Marinum diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ad Baſilium Imperatorem, & ad filios eius Conſtantinum & Leonem Auguſtos [b] Conſtantinopolim direxit; cum quibus & Anaſtaſius bibliothecarius [c] Romanæ ſedis, vtriuſque linguæ græcæ & latinæ peritus perrexit: & ſynodo congregata (quam octauam vniuerſalem ſynodum illuc conuenientes appellauerunt) exortum ſchiſma de Ignatij depoſitione, & Photij ordinatione ſedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium reſtituentes. In qua ſic ſtatutum eſt: Conſecrationes † [d], & promotiones epiſcoporum concordans prioribus concilijs clericorum electione, ac decreto epiſcoporum collegij fieri ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus diffinit & ſtatuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [e] principum, vel potẽtum ſemet inſerere electioni, vel promotioni patriarchæ vel metropolitæ, aut cuiuslibet epiſcopi; ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio; præſertim cum in talibus nullam poteſtatẽ quemquã poteſtatiuorum, vel ceterorum laicorum habere conueniat, ſed ſilere, & attendere ſibi vſquequo regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri põtificis. Si vero quiſquam laicorum ad contractandum † [f], & cooperandum inuitatur [g] ab eccleſia, licet huiuſmodi, cũ reuerentia, ſi forte voluerit, obtemperare ſe aſciſcentibus. Taliter enim dignum paſtorem ſibi regulariter ad ſuam eccleſia † ſalutem promouet.

Poly.l.2.tit.1.

† *Promotiones & conſecrationes*] orig.

† *al concertãdum*] orig. & alij collect.

† *al. & eccleſiæ*

a ¶ Promouet.] *Si hic addatur ver.* Quiſquis. *ex capite antecedẽtes erit integer 22. canon 8. ſynodi. In vulgatis ſequebatur vox,* clerus, *quæ in vetuſtioribus eſt gloſſa interlinearis.*

b ¶ Auguſtos.] not. quod filij imperatorum dicuntur etiam Auguſti, quia ſperabatur, quod eſſent futuri Imperatores, & quaſi per auguriũ hoc ſperabatur. Vel ſicut Imperator dr̃ Auguſtus, quia illius propoſitũ debet eſſe, quod augeat, ſic & filius poteſt dici Auguſtus, quia & hoc propoſitũ debet habere, cum habebit imperium [2].

Imperator quare dicatur Auguſtus.

[2] Hoc valet ad ſolutionẽ eius quod habetur 21. diſt. nunc autẽ. 7.quæ.1. in apibus. L.

c ¶ Bibliothecarius.] ideſt, cancellarius. ĩ. 21. diſt. ſubmittitur.

d ¶ Conſecrationes.] hæc ſũt verba cõcilij

e ¶ Laicorum.] ĩ. 96. diſt. bene quidem.

f ¶ Ad contractandum.] id eſt, ſimul tractandum.

g ¶ Inuitatur.] hinc inuitãtur laici ad electionem, alibi ad ſermonem faciendum, vt 23. diſtin. mulier. quandoq; ad cauſas matrimoniales, vt 35.q.5. ad ſedem. cauſis autem fidei intererunt etiam non vocati, vt 96. diſ. vbi nã. Sed nunquid ſubſcribent laici? arg. quod ſic 7.q.1. eps de loco [3].

Laici ad aliqua ſpiritualia inuitantur.

[3] Ad idem quod leg. & no. ĩ. c. quãto. in glo. ex hoc loco. in ſi. &c.

Caput eſt collectoris arbitratu compoſitũ.

Item ex hiſtoria Tripertita, lib. 7. c. 8.

¶ Electioni epiſcoporum Imperator intereſſe non debet. C. III.

VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad heſperias partes (vt refert hiſtoria eccleſiaſtica) mortuo. Auxẽtio Arianæ perfidiæ magiſtro, qui Mediolanenſem

VAlentinianus.] CASVS. Cum eccleſia Mediolan. vacaret paſtore, mortuo Auxentio hæretico, qui Mediolan. eccleſiam, vt lupus dilaniarat, venit ab oriente Valentinianus Imperator, & ſuaſit epiſcopis cõgregatis, vt talem in archiepiſcopum eligerent, cui etiam ipſe Imperator ſe ſyncere ſubmittere poſſit. epiſcopi vero eum rogarent Imperatorem; vt eligeret, ipſe noluit aſſentire. demum Ambroſium elegerunt nondum baptizatum. vnde Imperator gratias referens, quòd electus eſſet ad ſaluandas animas, cui curam corporum commiſerat, confortauit

cum

eum vt non timeret, dicens: Deus te adiuuabit, & ego te ſemper defendam, & pro te pugnabo.

a ¶ Epiſcopos.] ergo electioni metropolitani intererunt omnes epiſcopi cõprouinciales, vt ĩ. eo. metropolitano, & 66. diſ. c. 1. lo. ſed in his nõ attẽdo 1 niſi cõſuetudinẽ, vt extra de elec. cum eccleſia. & extra de poſtu. bonæ. lo. De iure cõi omnis electio ſpectat ad capitulũ, vt extra de can. poſ. & pprie. cũ eccleſia. B

Electio ad quem ſpectat de iure communi.

1 Vt eſt ecclesia Rauennas.

quidam, gerit tũ officium ſubdiacõi cũ miniſtrat epo.

PORRO.] CASVS. Lotharius Rex non permittebat aliquem ad epiſcopatum eligi in regno ſuo, niſi fauẽtẽ ſibi, id eſt, niſi eſſet amicus ſuus, vel niſi ſibi iuraret ideo præcipit ei Nicolaus, vt in eccleſia Treuerẽſi, & in Agrippina colonia nullum eligi patiatur i a epiſcopũ, niſi prius ſedi Apoſtolicæ referatur.

eccleſiam vt lupus dilaniauerat, cũ vellet catholicũ, Deo ordinante, ibi conſecrare epiſcopum, euocãs epiſcopos [a] hæc eis locutus eſt. Noſtis aperte, eruditi quippe diuinis eloquijs, qualem oporteat eſſe pontificem, & quod non deceat eum verbo ſolo [b], ſed etiam conuerſatione gubernare ſubiectos, & totius ſemetipſum imitatorem virtutis oſtendere, teſtemque [c] doctrinæ conuerſationem bonam habere. Talem itaque in pontificali conſtituite ſede cui & nos, qui gubernamus imperiũ, ſincere noſtra capita ſubmittamus [d]; & eius monita, dum tamquã homines deliquerimus, neceſſario velut curantis medicamenta ſuſcipiamus. Hæc cum dixiſſet Imperator, petiit ſynodus, vt magis ipſe decerneret ſapiens, & pius exiſtens. At ille, ſuper a vos [e] eſt, inquit, talis electio. vos enim gratia diuina potiti, & illo ſplendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc ſacerdotes egreſſi de epiſcopali ſede tractabant. *& infra.* ¶ Cum autem ordinatione diuina Ambroſius nondum baptizatus, electus [f] fuiſſet; exultans Imperator ait: Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & ſaluator noſter, quoniam huic viro ego quidem commiſerã corpora [g]; tu autem animas, & meam ſententiam oſtendiſti tuæ iuſtitiæ conuenire. Cumque ſanctus Ambroſius cõtriſtaretur de hoc quod acciderat (vt idem ipſe in ſuis epiſtolis ſcribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus qui te elegit, ſemper te adiuuabit, & ego adiutor, & defenſor tuus (vt meum ordinẽ [h] decet) ſemper exiſtam.

In epiſt. ad Vercellenſes.

a ¶ Super vos.] *Vera lectio eſt,* ſupra nos, μείζον ἢ καθ᾽ ὑμᾶς. *Sed ob gloſſam non eſt reſtituta.*

b ¶ Solo.] ſic magiſtri moribus, & facũdia alios debent præcedere, vt C. de profeſ. & me. magiſtros. lib. 10.

c ¶ Teſtẽque.] nota ꝙ cõuerſatio præbet alicui teſtimonium, vt 2. q. 7. cũ paſtoris.

d ¶ Submittamus.] arg. ꝙ Imperator eſt minor quolibet epo, & excommunicari põt ab epo, vt hic innuitur, & 18. diſt. quoniã quidem. 96. diſt. duo ſũ. Imperator eſt maior in temporalibus illis, qui ab eo recipiunt tẽporalia: ſed minor eſt in ſpiritualibus. ext. de ma. & obed. ſolitæ. 2. q. 7. §. item cum Dauid.

Imperator poteſt ab epo excommunicari.

e ¶ Super vos.] id eſt, ad vos ſpectat. ſic reſpondit Theodoricus 17. diſtin. §. hinc. vel ideo hic dicit, ſuper vos; quia electio eſt periculo eligentiũ 2. ſi quis enim malum nominat, tenetur de omni damno, & diſpendio, quod per eũ acciderit. C. de periculo nominatorũ. l. 1. lib. 11. Item ſi inhabilem nominat, & appellatur, tenet' dare ſumptus, quos fecerant aduerſarij. C. de decur. l. 2. lib. 10. 3

Electio eſt periculo eligentium.

2 Vt 61. diſtin. quid proderit. & cap. obitũ.

3 Et de ſũp. recu. l. vna. lib. x. Arch.

Item Nicolaus Papa I. Lothario regi.

¶ Autoritate apoſtolica, non regio fauore epiſcopus eſt eligendus. C. IIII.

PORRO ſcias, quia relatum eſt nobis, quòd quicumque ad epiſcopatum in regno tuo prouehendus eſt; non niſi fauentem [i] tibi permittas eligi [k]. Idcirco Apoſtolica auctoritate ſub diuini iudicij obteſtatione iniungimus tibi, vt in Treuerenſi vrbe & in Agrippina colonia nullũ eligi patiaris antequam relatum ſuper hoc, noſtro Apoſtolatui fiat.

Iuo p. 5. c. 157.

Item ex concilio Pariſienſi primo, c. 8.

f ¶ Electus.] & ita maledicit G. ꝙ fuerit poſtulatus. ĩ. 61. diſt. §. his olbus. & §. ſic beatus. in fi. Sed potes dicere, ꝙ fuit electus in poſtulandum 4: vt extra de renũ. poſt trãslationẽ. Ioan. & dicit T. ꝙ clericus alterius eccleſiæ in ſacris ordinibus conſtitutus eligi poteſt. Ita no. in illa decre. poſt trãslationẽ. niſi ſit eps, vt vř dicere dec. extra de ele. cũ inter canonicos. & poſtea debet poſtulari. B.

g ¶ Corpora.] & ita fuit curialis, ſed abſolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatem, alioquin non promoueretur. 51. diſt. ſi quis poſt.

h ¶ Ordinem.] ex hoc verbo dixerunt quidam, ꝙ Imperator debet habere ordinẽ ſubdiaconalem, ſed non eſt verũ 5, quia habet militarẽ characterẽ, vt 1. q. 1. quod

4 Sic etiam not. ĩ. ca. quanto. in gl. 1. Ad idẽ extra ď ele. in cauſis. Electio tamen ſic celebrata nõ eſt initialis. ſed præparatoria ad electionem faciẽdam ſecundum Ioan. & Goff.

5 Adde Bal. plene hoc

i ¶ Fauentem.] in crimine adulterij cum Gualdrada. Vel forte fecit eos iurare ei fidelitatẽ: quod clerici non debent facere laico. 22. q. vlt. c. vlt. niſi habeant ab ipſo regalia. 22. q. 5. de forma.

K ¶ Eligi.] videtur ergo, ꝙ in illis duabus eccleſijs non poſſit fieri electio, niſi voluntas Papæ requiratur. ſicut eſt in eccleſia Rauennate, vel iſtud pro tempore fuit ſtatutũ. Vel dic eligi, id eſt, conſecrari 6, vel inſtitui.

Si per

Ino p.5.c.123. Pann.l.3.c.9.

† al. epiſcopus

† al. indicta] orig.

¶ Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione epiſcopale culmen eſt adeptus. C. V.

SI per ordinationem regiam honoris iſtius culmen perſuadere aliquis nimia temeritate præſumpſerit; à comprouincialibus loci ipſius epiſcopis † recipi [a] nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum cognoſcunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta † præſumpſerit, ſit à fratribus omnibus ſegregatus, & ab ipſorum omnium charitate ſemotus.

Item ex concilio Laodicenſi, c.13.

Burc.l.2.c.8. Iuo par.6.c.28. Anſel. l.6.c.38. al.43. Deuſdedit parte 1.& 4.

¶ De eodem. C. VI.

NOn eſt permittendum turbis electionem eorum facere, qui ſunt ad ſacerdotium promouendi.

Item ex α ſeptima ſynodo, quæ eſt ſecunda Nicana, eccl. epiſcoporum, c.3.

Can. Apoſt.31. ✠.16.q.7.c.ſi qs. Iuo p.5.c.120. Anſel.l.6.c.8. Burc.l.3. c.109. Deuſdedit ibidem.

¶ Irrita ſit electio epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principibus facta. C. VII.

OMnis electio epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principibus facta, irrita maneat, ſecundum regulã [b], quæ dicit: [Si quis epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtinuerit, deponatur; & ſegregentur β ab eccleſia omnes, qui illi communicant.

α ¶ Ex ſeptima.] *Citabatur antea ex ſecunda actione ſextæ ſynodi. Reſtitutus eſt locus ex* Iuone.

β ¶ Et ſegregentur.] *In aliquot vetuſtis* Gratiani *exemplaribus eſt:* ſegregetur. *Sed pleriſque cum vulgata lectione conuenit. In canone 31. Apoſtolorum græce ſic legitur.* καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, *& infra 16.q.7. cap. ſi quis epiſcopus, vbi hic idem canon ex alia refertur verſione, legitur:* & ſegregetur, omneſque, qui illi communicant. *eodẽq. modo eſt apud Anſelmum. Verum in verſione Anaſtaſii bibliothecarij legitur quemadmodum apud* Gratianum, *& conuenit cum verſione priſca, ac Dionyſiana.*

Apud Martinũ Bracarenſem, c. 1.

Item ex concilio Martini Papæ, c.1.

¶ Non eligantur à populo, qui ſunt promouendi ad clerum. C. VIII.

✠.diſt.24. epi.& diſt.61.epm. Burch.l.1.c.10. Iuo p.5.c.64. Anſel. l.6.c.8. al.12.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad ſacerdotium promouentur: ſed in iudicio epiſcoporum ſit, vt ipſi eum probent, ſi in ſermone, & fide, & ſpirituali vita edoctus ſit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione ſacerdotum, atque iniungitur eis neceſſitas obediendi, non libertas imperandi.

2 *Contra [c] vero ſcribit B. Gregorius Ioanni epiſcopo primæ [d] Iuſtinianæ † Illyricæ, lib.4. epiſt.15. ſeu c.59.*

¶ Voluntas principis in ordinatione Pontificis deſideratur. C. IX.

Anſel. l.6.c.95.

QVia igitur ſuſcepta fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum relatio ad locum vos ſacerdotij, totius

SI per ordinationem.] CASVS. Statutum fuit in concilio Pariſiẽſi, vt nullus per regiam poteſtatem ad honorem aſcendat prælaturæ: & ſi quis præſumpſerit, ab alijs epis non recipiatur: & qui eũ receperit, ab aliorum eporum cõione ſegregabitur. Sequẽtia tria cap. per ſe patent.

a ¶ Recipi.] tñ ille q recipit eccleſiã à laico, non eſt excommunicatus, ſed eſt excõicãdus, vt extra de iure pat. præterea. niſi à ſacramẽtis. 16.q.vlt. c. quoniã. & c. ſi quis deinceps. ſi tñ poſt donationẽ laici acceſſerit cõſenſus epi, cõfirmat donatio 1, vt extra de iure pat. cura paſtoralis. Ioan. Hodie etiam talis intelligibilis ſis, vt extra de electio. quiſquis. Bar.

1 Scilicet facta ab ipſo laico, vt donatario, nõ vt à pͣlato, puta qa ius dat patronatus. non enim itelligo qđ pſcribat eccleſia quã qs habeat a laico, vt à prælato: ſecundũ Lau.

OMnis electio.] b ¶ Regulã.] 16. q.7. quis deinceps.

NOn licet.] His.] CASVS. Hactenus probauit, q laicus nõ debet intereſſe electioni. Modo vult Gratianus probare contrarium.

CONTRA. Hęc eſt ſecunda pars diſt. in qua probat ſophiſtice, q laici poſſunt & debent intereſſe electioni epiſcopi & archidiaco. Ioã. de Fan. dicit cap. ad hoc inducta eſſe intelligenda, q tantum debent conſentire, non autẽ eligere, niſi hoc habeant ex priuilegio ſpeciali: vel ſunt vocandi ad tempus ex cauſa.

c ¶ Contra.] tu dicas, q laici debent intereſſe non ad eligendũ, ſed ad cõſentiendũ. ✠. ead. noſſe 2.

2 Vt ✠. ea. § electionis.

d ¶ Primæ Iuſtinianę.] id eſt Salonitanæ: quæ ſic dicta eſt: quia Iuſtinianus ibi natus eſt. Alij dicunt de Rauenna, quia vtraq; eſt Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

QVia.] CASVS. Ioannes de cõmuni voluntate

luntate totius concilij & principis electus eſt in epiſcopum primæ Iuſtinianæ: quod cum audiſſet Grego. retulit gratias Deo, & confirmauit eumdem: & rogauit Deũ vt ipſum cuſtodiret.

a ¶ Concilij.] id eſt, collegij.

Metropolitanos confirmare ad quem pertinet.

b ¶ Conſentimus.] confirmãdo electionem tuam: & ita Papa confirmat omnes metropolitanos, vt ĩ. ea. quanto. & c. Salonitanæ. & 100. diſt. quoniam, quod verũ eſt, cum non habent primatem: ſed ei nullo medio ſubſunt, vt ĩ. ea. cum longe. & ĩ. diſt. proxi. quia per ambitiones. niſi velis dicere, q̃ eo ipſo quòd quis recipit palliũ à Papa, intelligitur cõfirmari ab ipſo: imo & plerique archiepiſcopi non confirmantur nec cõſecrantur, niſi à ſuis ſubditis: nec petunt confirmatio à Papa, ſed tantũ pallium, vt dixi. De hoc 51. diſt. qui in aliquo.

iuris acquiratur nominato? videtur q̃ ſic. vt 16. q. 7. contra ſanctorum. & 2. q. 6. nominationes. & 72. diſtin. placuit. & extra de elect. auditis. Arg. cõtra extra de elect. q̃ ſicut. & c. innotuit. Dico q̃ 2 ſi nominatio eſt tractatus præcedens electionem, per nominationem nihil iuris acquiritur

2. Iſta ea fuit hic ... tentia H. quã ... Goff. extra de transl.

concilij [a] vnito conſenſu, & sereniſsimi principis voluntate declarat accerſiri, gratias omnipotenti Deo creatori noſtro magna cum exultatione retulimus, qui vitã actuſque veſtros ita de præteritis fecit eſſe probabiles, vt omnium vos, quod eſt valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoq. in perſonam fraternitatis tuæ per omnia conſentimus [b]: atque omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatẽ veſtram, ſicut ſua gratia elegit, ita in omnibus ſua protectione cuſtodiat.

Idem Gregorius Ioanni ſubdiacono, lib. 2. Indict. xi. epiſt. 30. ſeu cap. 69.

¶ Clerus, & populus Pontificis electioni interſint. C. X.

Anſel. l. 6. c. 26. Polyc. l. 3. tit. 5.

QVanto Apoſtolica ſedes, Deo auctore, cunctis prælata conſtat eccleſijs: tanto inter multiplices curas, & illa nos valde ſolicitat, vbi ad conſecrandum antiſtitem, noſtrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio eccleſiæ Mediolanẽſis epiſcopo, ſua nobis relatione clerus innotuit, in electione ſe filij noſtri Conſtantij diaconi ſui vnanimiter conſenſiſſe. Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio [c], ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus; huius idcirco præcepti auctoritate ſuffultũ Genuam [d] te proficiſci neceſſe eſt. Et quia multi

QVãto.] Casvs. Laurentio Mediolanẽ. archiepiſcopo ſublato de medio, Conſtantinus diaconus electus eſt in eius locum vnanimi conſenſu à clericis: qui ſupplicauerunt Papæ vt ipſum confirmaret. Sed quia in petitione eorum nõ continebantur clericorum ſubſcriptiones, ideo Gregorius præcipit Ioãni ſubdiacono, vt Genuam proficiſceretur: & voluntates Mediolanẽ. qui illi coacti barbarica ſeueritate detinebantur, inueſtigaret. & ſi omnium voluntates in electione eius perdurare cognoſceret, auctoritate apoſtolica faceret ipſũ à ſuffraganeis conſecrari.

c ¶ Relatio.] Ex hoc loco quidam dixerunt, q̃ electio poſſet variari vſque ad ſubſcriptionem: ſed poſt non. arg. 1. q. 7. ſaluberrimum. & 27. q. 1. omnes feminæ. & arg. pro eis. extra de cen. olim. Alij dicunt vſque ad confirmationem eſſe ambulatoriam volũtatem eligentiũ, vt extra de præbe. cum non ignores. & ex eo q̃ dicit hic, perdurare. ĩ. ea. Salonitanæ. 28. diſt. de Syracuſanæ. 71. diſt. ſtudij. vnde & priora ſtipendia retinet electus vſq; ad confirmationem, vt extra de elect. cum in cunctis. nec cogitur inſcribere qui excipit contra electum non confirmatum: quia non deijcitur ab obtento, ſed ab obtinendo, vt extra de accuſa. ſuper his. Item quia ante cõfirmationem non renunciat electus epiſcopatui, cum adhuc nihil iuris ſit conſecutus, vt extra de tranſla. inter. Sed tu dicas, q̃ per conſenſum eligentium ius eſt acquiſitum electo: dum tamen ipſe conſentiat 1, vel conſentire velit, vt extra de electio. cum inter canonicos. in fine. Ioan. nec poſſunt poſt electionem variare: ſed ante publicationem ſcrutinij poſſunt, vt extra de elect. publicato. B. Si quæras quale ius acquiritur electo per electionem, dico q̃ ius prælaturæ, & ius adminiſtrandi: ſed nõ exercitium prælaturæ vel adminiſtrationis. per confirmationem enim nihil iuris noui acquiritur: ſed tãtum exercitium: extra de reſcrip. paſtoralis. in fine. 16. q. 1. §. ecce. electio enim facit Imperatorem, vt 93. diſt. legimus. Sed quæritur vtrum per nominationem aliquid acquiritur. nam per talem nominationem exprimitur conſenſus de futuro: & eſt ſenſus; nomino talem, id eſt, nomino eum eligendum: ſicut etiam aliquis eligitur in poſtulandũ, vt extra de renun. poſt trãſlationẽ. & ĩ. ea. Valentinianus. ſicut non contrahitur matrimoniũ carnale per hæc verba; nomino te in mulierem. ſed ſi per denominationem exprimitur conſenſus de præſenti, tunc denominato ius eſt acquiſitum: quia non refert quibus verbis quis exprimat conſenſum, vt 22. q. 5. humanæ. maxime ſi cõſuetudo eſt alicuius eccleſiæ, q̃ per talia verba celebretur electio: tunc in talibus ad communem intelligentiam verborum eſt recurrendum, vt extra de ſpon. ex litteris 1. Quid de poſtulatione iuris ſit, dixi. ĩ. 61. diſt. §. ſed aliud. Sed quare reprobatur hic electio propter defectum ſubſcriptionis? ſed intellige q̃ hic non erant duæ partes præſentes 3, quæ ad minus debent eſſe in electione: & ideo in fraudem nolebant ſubſcribere, ne eorum paucitas reprehenderetur. vnde cum ab initio non fuerit conſenſus eorum legitimus, bene dicit Papa ſi perdurat. ſic ĩ. 28. diſt. de Syracuſanç. & 39. diſt. Petrus. Sed videtur, q̃ non eſſet denuo requirendus eorum conſenſus, vt ff. de ſer. ru. præd. per fundum. ſed illud non eſt ſimile: quia ſeruitus concedi poteſt ſeparatim: ſed electio debet eſſe communis, vt hic dicitur, & ĩ. ead. c. 1. ſed cũ Gratianus intelligat hoc c. q̃ conſenſus laicorum hic requirebatur: quare ergo dicit ſubſcripta relatione, cum laici non ſubſcribant? Videtur q̃ ſubſcribant, vt 7. q. 1. epiſcopus de loco. & 1. q. 6. ſi quis autem epiſcopatum. Item ſubſcriptio non eſt de electione, ſed de ſolemnitate, vt 61. diſt. epiſcopus.

d ¶ Genuã.] not. q̃ vocant abſentes à Mediolano vſq; ad Genuam: ſed nõ vſque ad 12. dietas, vt extra de elect. cum inter. Quid de hoc iuris ſit, dixi 7. q. 1. factus. extra de elect. in Geneſi.

Electo ius acquiritur per conſenſum eligẽtium.

1 Intellige ſm id qd habetur extra lib. 6. de elect. quam ſit. Gre. x.

Electus qd ius habet.

Nominatio an tribuat aliqd ius nominato.

3 Vel ... indign... cundũ ... cẽ. & B. dic vt ... extra de ... ſtu. bon... glo. ideo cit. &c.

Abſ... vnde ... tur ad... ctione...

b ¶ Bar-

a ¶ Barbarica.] propter hoc verbum inducit magiſter cap. vt etiam conſenſus laicorum requiratur.
b ¶ Perdurare.] Arg. quod non eſt conſenſus niſi duret, vt de pœ. diſt. 1. diuortium. extra de verb. ſig. nam & ego. ff. de in rem ver. ſi pro patre. §. verſum.
c ¶ Aſſenſu.]

viſitatores illius eccleſiæ reprobauerunt. quod cum audiſſet Gelaſius, præcepit viſitatoribus, vt omni turba clericorum & laicorum conuocata moneant eos talē perſonam eligere in prælatum, quæ non poſſent pati repulſam.

illic Mediolanenſium coacti barbarica [a] feritate conſiſtunt, eorum te voluntates oportet conuocatis eis in cōmune perſcrutari. Et ſi nulla eos diuerſitas ab electionis vnitate diſterminat, ſi quidem in prædicto filio noſtro Conſtantio omnium voluntates, atque conſenſum perdurare [b] cognoſcis; tunc eum à proprijs epiſcopis, ſicut antiquitatis mos exigit, cum noſtræ auctoritatis aſſenſu [c] ſolatiante & auxiliante Domino, facias conſecrari; quatenus huiuſmodi ſeruata conſuetudine, & Apoſtolica ſedes proprium vigorem retineat, & à ſe conceſſa alijs ſua iura non minuat.

† al. Gerontio

Item Gelaſius Papa Philippo, & Geruntino† epiſcopis.

¶ In electione epiſcopi populus debet adeſſe. C. XI.

Anſ. l. 6. c. 50.

PLebs Diotrenſis data nobis petitione defleuit diu ſe ſine rectoris proprij gubernatione diſpergi. Ac ſicut aſſeritur, is qui à vobis iam probatus dicitur, à paucis, & tenuibus [d] putatur electus, cum ad vos † pertineat, vniuerſos aſsidua admonitione compellere, vt omnes in vnū quem dignum ſacerdotio viderint, & ſine aliqua reprehēſione, conſentiant. Et ideo fratres chariſsimi diuerſos ex omnibus [e] ſæpe dicti loci parochijs presbyteros, diaconos, & vniuerſam turbam [f] vos oportet ſæpius cōuocare, quatenus non, prout cuilibet libuerit, ſed concordantibus animis talem, vobis admonentibus [g], ſibi quærant ſola diuinitatis attentione perſonam, quam nulla contrarietas, à conſtitutis poſsit reuocare præſcriptis.

† al. nos

Item Stephanus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Romano archiepiſcopo Rauennati.

¶ De eodem. C. XII.

Anſ. l. 6. c. 36.

NOſſe tuam fraternitatem volumus ad noſtras aures fore peruentum, Imolenſem [h] epiſcopum ab hac luce migraſſe, in cuius ſucceſſoris electione, populi diuiſionem proueniſſe audiuimus. Quod quia ſæpe [i] contingere ſolet (quærentibus ſingulis quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti) non adeo miramur. Verūtamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi ſolicitudinem, vt conuocato clero [k] & populo, talis ibi eligatur per Dei miſericordiam, cui ſacri non obuient canones. Sacerdotum quippe eſt electio: & fidelis populi conſenſus adhibendus eſt; quia docendus eſt populus, non ſequendus.

Philip. 2.

ſ. 62. diſt. c. docendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiſcopo.

¶ De eodem C. XIII.

EPiſcopos per Aemiliam [l] non conſecres, niſi poſt electionem cleri, & populi.

d ¶ Et tenuibus.] id eſt, modicæ auctoritatis. & ſic non tantum numerus, ſed etiam auctoritas eligentiū conſideratur. argu. 19. diſtin. in canonicis. Arg. contra extra de elect. dudum.

e ¶ Ex omnibus.] Ergo in electione epiſcopi totus clerus ciuitatis intererit, vt hic, & j. ca. obeuntibus. & 8. q. 1. licet. ſed verum eſt, quod intererunt ad conſentiendum, non ad eligendum, vel interſunt ſi eſt conſuetudo longa. extra de cau. poſ. & proprie cum eccleſia.

Electioni epiſcopi qui debent intereſſe.

f ¶ Turbam.] Hoc c. & omnia quæ dicūt laicos vocari ad electionem, intelligit H. de patronis. Dic vt ſ. in prin. huius diſt.

g ¶ Admonentibus.] Ergo patet hic, quòd viſitator non eligit, vt dixi 61. diſtinct. obitum.

NOſſe.] CASVS. Defuncto Imolenſi epiſcopo vota populi ſe diuiſerūt in partes in electione ſucceſſoris. Vnde præcipit Stephanus archiepiſcopo Rauēnati, vt clero & populo conuocato monente eo talis in epiſcopum eligatur, cui non poſſint canones obuiare. Dicit etiam quòd clericorum eſt eligere: populi vero conſentire. Sequens cap. patet.

h ¶ Imolenſem.] iſto tempore Stephani nō erat Imola ſedes epiſcopalis: ſed iuxta, in caſtro ſancti Caſſiani i. Et ſic eſt arg. quod non vitiatur reſcriptum, licet quis nominetur epiſcopus non nomine cathedræ. ſed hoc ideo fecit, quia locus ille celebrior erat.

i Tempore Imperatoris Friderici antiq. & Othonis quartū epiſcopus Imolenſis appellabatur epiſcopus Cornelienſis. ſic vidi contineri in priuilegio prædicti Othonis, quod eſt ipſius epiſcopi Imolēſis. & eccleſia vocabatur eccleſia Cornelienſ. Archid.

c ¶ Aſſenſu.] Hic habes quod Papa confirmat electionem metropolitani, vt dixi ſ. cap. proximo.

PLebs.] CASVS. Vacante eccleſia Diotrenſi, electus eſt ibi quidam à paucis & tenuibus, ceteris diſcordantibus; cuius electionem Philippus & Geruntius

i ¶ Sæpe.] j. ea. cap. vlti. & j. 8. q. 1. nec nouum.

K ¶ Clero & populo.] Et nota verbum ſemel hic poſitum, æquiuoce poni. ſic 28. diſt. presbyterorum.

l EPiſcopos per Aemiliam.] Aemilia dicitur à Rauenna vſque ad Placentiam.

Litte-

Litteras.] Casvs. Iulianus epiſcopus Grumentinus ſignificauit Pelagio, ꝙ clerus & populus Marcellian. eccleſiæ poſtulabat in epiſcopum Latinum diaconum ſuũ. Papa vero reſcribit, quòd gaudet, ſi vult ipſum cõcedere. & deinde ſi poteſt electus occurrat ante paſcha, vt & tunc in ſabbato immediate poſt paſcha ordinetur.

a ¶ Omnes.] Hic colligitur, ꝙ omnes cõſentire debent in poſtulatione extranei, vt dixi ſ. 61. diſt. nullus. & ideo dicit decre. ꝙ poſtulatio non admittitur in diſcordia, vt extra de poſtul. præ. bonæ. quod tamen verum eſt ſecundum diſtinctionem eius quod legitur extra de electio ſcriptum eſt.

b ¶ Et vis.] Hic habes ꝙ clericus alterius epiſcopi eſt poſtulandus, vt 61. diſt. §. ſed aliud. & cap. Oſius. & laicus etiam eſt poſtulandus, vt ibi dic. & illegitimus, vt extra de elec. innotuit. Item hic habes, ꝙ eps non cogitur dare poſtulatum, vt 85. diſt. Florentinum. Nemo enim cogitur emancipare filium ſuum, vt inſtitut. qui mo. inſ. pat. pote. ſol. §. vlti. Sed pone quòd eligatur talis clericus, & epiſcopus eius poſtea non conſentiat, numquid iſti ſũt priuati electione quia elegerunt eum, quem nõ poterant habere: vel numquid conſenſus illius à quo erat poſtulandus, confirmat electionem? argu. ꝙ non confirmat extra eod. auditis. Argu. quòd ſic, extra eo. quod ſicut. & extra de iure pa. cura paſtoralis. Ad hoc dico, ꝙ ſi eligitur in poſtulandum 1, bene tenet talis electio, vt extra de renun. poſt tranſlationem. Vel dic, ꝙ ſi elegerunt eo propoſito, vt ſtatim debeat tenere electio, non ratificatur per ſequentem conſenſum illius à quo eſſet poſtulandus. Si vero ſciebant electionem per ſe inualidam eſſe, ſed ſperabant, ꝙ Dominus Papa eam ratam haberet: tunc ratificatione Domini Papæ confirmatur. ſic 9. q. 2. Lugdunenſis. Similem diſtinctionem facit lex. ff. de ſol. ſi quis offerenti. Vel dic, ꝙ non eſt incõueniens, ſi clericus alienus eligatur, quia talis primo debet eligi, & poſtea poſtulari, vt dixi 61. diſt. §. ſed aliud. Item obiicitur, cum clericus contradicente epiſcopo poſſit fieri Monachus, vt 19. q. 2. c. 2. ergo multo fortius poteſt promoueri ad epiſcopale regimen, cum ille tranſeat pro priuata vtilitate, iſte pro communi, quæ præiudicat priuatæ, vt 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. in ſcripturis. extra de poſtu. bonæ 1. Reſpon. monachus trãſit ad locum delectionis, vbi nulla præſumitur ambitio: hic vero præſumitur ambitio ex eo, ꝙ nolente epiſcopo vltro ſe ingerit, qui potius trahi deberet, vt 8. q. 1. ſciendum 2, male tamen fecit epiſcopus, ſi eum abſque iuſtitia negat, vt 7. quæſt. 1. omnis qui. & per ſuperiorem cogi poteſt. argum. extra de iure pat. nullus. principali.

Electio vel poſtulatio de clerico alteri ſubdito facta an valeat.

1 Idẽ ſi ſimpliciter eligitur, vt ſatis patet 76 diſtin. dilectionis. ext. de ele. eccleſia 1 & extra. li. 6. eod. tit. ca. quam ſit.

2 Et c. epiſcopatum. 1. q. 5. ſicut, C. de epiſ. & cle. ſi quemquã. ſecundum. Io. de Fan. qui ſequitur hęc omnia ſupra dicta.

¶ *In vetuſto codice Mutinenſi ſex cõcilij Romæ habiti referuntur capitula, quorum ſecundum eſt hoc. Et de hac eadem re habentur multa in pontificali manuſcripto in geſtis Nicolai primi.*

Item Pelagius Papa Iuliano epiſcopo Grumentino.

¶ De eodem. C. XIIII.

Litteras charitatis tuæ ſuſcepimus, quibus ſignificas, Latinum diaconum tuum ad epiſcopatũ eccleſiæ Marcellianenſis à clero & omnibus, qui illic conueniunt, poſtulari. *& infra.* ¶ Sed nunc & hoc dicimus, vt ſi eum omnes [a] eligunt, & vis [b] eum concedere, gratum nobis eſſe cognoſce; & ſi poteſt, ante diem ſanctum feſtinet occurrere, vt vel ſabbato ipſo noctis magnæ poſt baptiſmum cum Dei gratia valeat ordinari.

J. diſt. 76. c. vlt. Poly. l. 2. tit. 29. Anſ. l. 6. c. 60. Iuo p. 6. c. 112.

Idem Laurentio epiſcopo Centumcellenſi.

¶ Ex ſacra principis quis ordinatur. C. X V.

Principali [c] deuotiſsimorum militum, qui illic in ciuitate Centumcellenſi conſiſtunt, relatione ad nos directa ſacrã inſinuant ſe clemẽtiſsimi principis [d] impetraſſe, quæ eis presbyterum, diaconum, & ſubdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuam, vt perſonas ipſas videas, & diligẽter inquiras, ne aliquid cõtra canones cõmiſiſſent; & ſi eos inculpabiles reppereris,

Anſ. l. 7. c. 94.

Principali.] Casvs. Milites Centumcellenſes impetrarunt reſcriptum à principe, in quo dabatur licentiã vt in eccleſia Centũcellẽſi. ordinaretur vnus presbyter, & vnus diaconus, & ſubdiaconus; quod cũ Papæ ſignificaſſent, præcepit Laurentio epiſcopo, vt ſi perſonas illas inculpabiles inueniret, & bonæ vitæ, & laudabilis teſtimonij, adueniente mediana hebdomada vnũquemque per præfata officia promoueret. Et dicit H. ꝙ iſta 4. c. intelliguntur de eccleſijs, in quibus Imperator habebat iuſpatronatus, vel iſti erant curiales, qui poſtulati fuerunt ab Imperatore. Nota ꝙ iſta tria ſeq. cap. ſ. Reatina. nobis. & electis. de vno & eodem clerico loquũtur. ſ. Colono. & illud c. lectis. præcedit alia duo cap. & primo debet legi ſecundum naturam rei geſtæ. Eſt ergo caſus illius cap. lectis. Reatina eccleſia paſtore deſtituta, Colonus diaconus ab omnibus vnanimiter eſt electus, pro quo ordinando, & conſecrando Guido comes Stephano Papæ ſupplicauit. Stephanus vero noluit eum ordinare: quia imperialem epiſtolam abſolutionis iuxta morem non detulerat. & ideo ne moleſtaretur imperialis animus: eius petitionem non admiſit, ſed ſuadet comiti, vt acquirat epiſtolam imperialem, & tunc habita licentia iuxta eius volũtatẽ conſecrabitur.

c ¶ Principali.] Ex cap. iſto & ſequen. dicit H. patronum debere eligere cum alijs in eccleſia conuentuali: alij dicunt quòd eccleſia epiſcopalis non habet patronum.

d ¶ Principis.] ſed quare petebatur iſtud ab Imperatore; quia forte iſti curiales erãt, vel forte patronus erat. Et ita eſt argu. ꝙ patronus non tantum prælatum, ſed etiam ſubdiaconum, & diaconũ poteſt inſtituere. arg. 18. q. 2. Eleutherius. 16. q. 2. ſi qs epiſcoporum. in auth. de ſan. epi. §. ſi quis oratorij domum, coll. 9. & extra de fil. preſ. ex tranſmiſſa. dum tamen hoc fiat cum conſenſu prælati, vt extra eo. tit. propoſuit. Sed verius credo hoc ſpectare ad ipſum 3 prælatum, vt ipſe poſſit miniſtros præficere, quos velit, vt extra de iure patro. poſtulaſti. Quid iuris habeat in electione patronus, dicit decre. extra de iure patro. nobis. B.

3 Iſtam ſententiam ſequitur Hu. 16. q. 7. decernimus, vbi dixit, Non credo ꝙ patronus debeat eligere niſi prælatum: [illegible] intereſt [illegible] ctioni [illegible] prælati. [illegible] chid.

a ¶ Mo-

& vitæ ipſorum laudabile teſtimonium videris, veniente mediana [a] ſeptimana † Paſchæ, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus [b] vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

† al. hebdomada

a ¶ Ex ſacra.] *Emendata eſt hæc rubrica, vt indicet illum, de quo agitur, fuiſſe ad petitionem* Imperatoris *ordinatum: ſacra enim epiſtolam Imperatoris ſignificat.*

Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Auguſtis.

¶ Papa rogat Auguſtos, vt Reatinam eccleſiã cuidam electo dignentur concedere. C. XVI.

REatina [c] eccleſia, quæ per tot temporũ ſpatia paſtoralibus curis deſtituta conſiſtit; dignum eſt, vt brachio amplitudinis veſtræ ſubleuetur, ac gubernationis tegmine protegatur. Vnde ſalutationis alloquio præmiſſo veſtram manſuetudinẽ deprecamur, quatenus Colono humili diacono eamdem eccleſiam ad regendum concedere dignemini; vt veſtra licentia [d] accepta [e] ibidẽ eum, Deo adiuuante, conſecrare valeamus epiſcopum. Sinautem in prædicta eccleſia nolueritis †, vt præficiatur epiſcopus, Tuſculanam † eccleſiam, quæ viduata exiſtit, illi veſtra ſerenitas dignetur concedere, vt conſecratus à noſtro præſulatu Deo omnipotenti, veſtroque imperio grates [f] peragere valeat.

† al. volueritis

† al. Aſtulanam

Item Ritæ Comitiſſæ.

¶ Regio præcepto ab Apoſtolico Colonus Reatinæ eccleſiæ ordinatur epiſcopus. C. XVII.

NObis dominus [g] Imperator, & Imperatrix per ſuas epiſtolas direxerunt, vt Colonũ in Reatina eccleſia, quæ paſtoris officio per longa iam tempora deſtituta videbatur, epiſcopum facere deberemus, ſicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

¶ Imperatoris epiſtola in electionis confirmatione deſideratur. C. XVIII.

LEctis ſagacitatis veſtræ apicibus, qui defuncto eccleſiæ Reatinæ antiſtite, clerum & plebem eiuſdem eccleſiæ elegiſſe ſibi futurum antiſtitem, nobiſque conſecrãdum veſtro ſtudio directũ eſſe, ne ipſa eccleſia diu [h] ſine proprio conſtet paſtore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipſum electum vnanimitate †, & canonica ipſius eccleſiæ electione, vt mandaſtis, tam citiſsime ordinare omiſimus, quòd imperialẽ nobis, vt mos eſt, abſolutionis minime detulit epiſtolam. Pro qua ſcilicet re ambiguum eſt nobis: ideo voluntati veſtræ in hoc parere diſtulimus; ne auguſtalis animus duriſsime hoc, quocumque modo perciperet. Sed ſciẽtes eccleſiam Dei ſine proprio diu paſtore non debere conſiſtere, gloriæ veſtræ mandamus, quoniã aliter nos agere non debuimus, vt veſtra † ſolertia, imperiali, vt priſca conſuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos ſcire credimus, imperatoria directa epiſtola tunc voluntati veſtræ de hoc parebimus, eumdemque electum, Domino adiuuante,

S. Antonin. parte 2. tit. 16. c. 1. §. 1.

† al. vnanimi

† al. vt à veſtra

a ¶ Mediana ſeptimana.] ſcilicet cum cantatur, Sitientes. Ioan.

b ¶ Si vixerimus.] ſi habes vixeritis, planũ eſt: ſi habes vixerim⁹, eſt arg. q̃ mandatũ & pceptũ morte mandãtis re integra [1] ſoluitur. extra de offic. deleg. gratum. Io.

1 De hoc ĩ. 13. q. 2. c. vlt. dic vt ibi.

REatina.] CASVS. Leo Papa præmiſſo ſalutationis alloquio rogauit Imperatorem Lotharium, & Ludouicum, vt eccleſiam Reatinã dudum deſtitutã paſtore concederet gubernandam Colono diacono; quod ſi nollet facere, concederet ei Tuſculanã eccleſiã, q̃ diu vacauit: vt conſecratus Deo, & ſibi gratias agere poſſit.

c ¶ Reatina.] hoc cap. & duo ſeq. loquũtur in eadem materia.

d ¶ Licentia.] cõſenſus principis eſt requirendus electione celebrata, vt extra de elect. quòd ſicut. niſi aliud ſuadeat ſcandalũ, extra eo. quia, vel præſcripta cõſuetudo [2], vt extra de iure patro. nobis.

Principis cõſenſus eſt electione celebrata requirendus.

2 Idem notatum eſt ĩ. eo. in ſũma, dic q̃ ius eligẽdi in collegiata eccleſia nõ cadit in laicũ. ſecus parochia. 16. q. 1. in parochia. & q. 7. decernimus. Arch.

e ¶ Accepta.] 16. q. 7. decernimus.

f ¶ Grates.] ſpirituales, non carnales. 1. q. 1. filium. hoc enim eſſet ſimonia, vt 1. q. 1. ſunt nonnulli. & q. 2. ſicut. Immo videtur, q̃ non ſit ſimonia, dũmodo ex poſt facto mere ſine aliqua ambitione petentis. 1. q. 2. ſicut epiſcopum.

NObis.] CASVS. In hoc cap. dicitur qualiter Imperator miſit litteras ſuas Papæ, in quibus dedit ei licentiã conſecrandi dictum Colonũ in eccleſia Reatina, quod & Papa fecit.

g ¶ Dominus Imperator.] Ex humilitate hoc fecit, cum ipſe ſit filius eccleſiæ, vt 96. diſt. ſi Imperator.

h LEctis.] ¶ Diu.] id eſt, vltra tres menſes, vt 50. diſtin. poſtquam. niſi

cauſa

conſecrabimus: quod, chariſsime fili, moleſte nullo modo ſuſcipias.

Item Leo Papa primus ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 82. al. 84. c. 6.

¶Clericorum, & ciuium voluntate metropolitanus eſt ordinandus. C. XIX.

METropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit ſubrogandus, prouinciales epiſcopi ad ciuitatē metropolim † [a] conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque ciuium voluntate diſcuſſa ex presbyteris [b] eiuſdem eccleſiæ, vel diaconis [c] optimus [d] ordinetur.

Anſel. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo p. 5. c. 348. Deuſdedit p. 1. † *al. metropolitanam*

Item Iſidorus in lib. officiorum.

¶Cum clero, & populo archipresbyteri fiat electio. C. XX.

SI in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint, archidiaconus, quāto ocius proficiſcatur [e] illuc, & cum clericis, & populis † ipſius plebis electionem faciat, quatenus dignus paſtor domui Dei conſtituatur, & dum ordinatur, eius prouidentia ipſa plebs cuſtodiatur.

† *al. presbyteris*

Item ex geſtis Romanorum Pontificum.

¶Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, niſi eius decretum Imperatori primum præſentetur. C. XXI.

AGatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes epiſcopus Portuenſis Dominico die octauarum Paſchæ in eccleſia ſanctæ Sophiæ publicas Miſſas coram principe, & patriarcha latine celebrauit, hic ſuſcepit diualem † ſecundum ſuam poſtulationem, per quā releuata eſt quantitas, quæ ſolita [f] erat dari pro ordinatione pontificis facienda †; ſic tamen vt ſi contigerit poſt eius tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, niſi prius decretum generale introducatur in regiam † vrbem ſecundum antiquam conſuetudinem, vt cum eius ſcientia, & iuſsione debeat ordinatio prouenire †. ¶ Item Vitalianus natione Signienſis direxit reſponſales ſuos cum ſynodica epiſtola iuxta conſuetudinem in regiam vrbem ad pijſsimos principes ſignificans de ordinatione ſua.

In Pontificali Vaticano. in decretis Agathonis, & Tomo. 2. conc. in decretis eiuſdem.

† *al. iuſsionē*] orig.

† *al. faciendi*

† *al regia vrbe*

† *al. proſperari*

In Pontific. in geſtis Vitaliani Papæ.

causa neceſſitatis 1, vt 75. diſt. quoniam. & 7. q. 1. conſtitutum. Et ita reſtringitur quandoque vaga ſignificatio alicuius verbi, vt 65. diſt. de perſona.

METropolitano.] CASVS. Dicitur hic, q. defuncto metropolitano omnes ſuffraganei debent ad ſedem archiepiſcopalē conuenire, vt omniū ciuium & clericorum voluntate diſcuſſa, ex presbyteris vel diaconis eiuſdem eccleſiæ optimus ordinetur.

a ¶ Ad ciuitatem metropolim.] ibi enim conſecrandus eſt metropolitanus, vt 51. diſtin. qui in aliquo. Et eſt arg. hic q. prouinciales epiſcopi intererunt electioni metropolitani 2, vt ī. eod. Valentinianus.

b ¶ Ex presbyteris.] presbyterum præmittit. q enim prior eſt in ordine, erit prior ī electione 3. 75. diſt. c. vlt. & 61. diſt. ſtatuimus. vnde hæc dictio, vel, non dat illis optionē ſic vel ſic eligendi, ſed ordo verborum oſtendit quo ordine debeant eligere. ſic ī. de conſe. diſt. 2. in Chriſto 2. & optime hoc dicitur. ff. ad Trebel. l. heredes. in fine.

c ¶ Vel diaconis.] hodie ex ſubdiaconis poteſt eligi, extra de ætate & quali. à multis.

d ¶ Optimus.] ſi. in Authē. de monachis. §. ordinationē. coll. 1. Sed quis dicetur optimus? qui & principalem locum tenet. qd̄ enim per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli conuenit, vt ff. de verb. oblig. vbi autem non apparet, 1. reſpō. ff. de ædil. edic. ſi venditor. §. vlt. Qualiter iſtud intelligatur, inuenies. 8. q. 1. licet.

SI in plebibus.] CASVS. Iſidorus docet hic, q. ad officiū archidiaconi pertinet, vt defuncto vel depoſito archipresbytero alicuius loci archidiaconus illuc vadat, & à clero, & populo faciat electionem fieri, & ipſam plebem regat donec archipresbyter ibi ordinetur.

e ¶ Proficiſcatur.] ſpeciali auctoritate epi, aliàs nō liceret 4, vt extra de offi. archid. cū ſatis. niſi hoc habeat de cōſuetudine pſcripta. & ſic intelligo extra de exceſ. plat. ad hoc. & extra de app. bonæ. & extra de inſtit. cū veniſſent. Quid tamen de hoc iuris ſit, dixi 25. diſt. perlectis.

AGatho.] CASVS. Conſuetudo erat, q. electio Papæ ſubſcripta repræſentaretur Imperatori Conſtantinopoli. & tunc temporis electus dabat quandam ſummam pecuniæ Imperatori, ad quam ſummam releuandam miſit Agatho Ioannem epiſcopum Portuen. Conſtantinopolim, qui in octaua Paſchæ in eccleſia ſanctæ Sophiæ latine Miſſam corā Patriarcha & principe celebrauit, & ad ſuam poſtulationem accepit Imperiale reſcriptum, per quod ſolita quantitas eſt ei relaxata: ita tamen vt electio pontificis Imperatori ſemper repræſentaretur, vt cum imperatoris conſcientia, & iuſſione pontificis ordinatio deberet proſpere fieri; ſicut factū fuit de Vitaliano, cuius electio fuit præſentata ipſis principibus, ſicut conſuetudo erat.

f ¶ Quæ ſolita.] quilibet enim epiſcopus dare conſueuit aliquid Imperatori in electione ſua, vt ī. ead. quia. dummodo reditus epiſcopales excederent duas libras auri, vt in Authen. de ſanct. epiſc. §. 4. & forte tunc cum mos

Ad hoc ſ. 61. diſtin. Oſius. &c. bene. & ibi de hoc. extra de elect. ne pro defectu.

1 Facit ad hoc 63. diſ. cap. 1.

3 Id eſt, vt prius eligatur. arg. ad hoc 64. diſ. eporū. ſm Lau.

Quod per ſuperabundātiam dr̄, vni ſoli cōuenit.

4 Arg. opt. 94. diſ. cap. vlt. in fi. de cre. hic alleg. cum ſa ꝑs. nō pro

mos erat, et ſmen non erat 1, vt 32. quæ. 4. obiiciuntur. Sed nonne Imperator commiſit ſimoniam relaxando illud ius ſub hac conditione, vt conſenſus eius requiratur in electione? Sed dic, quòd non, quia prius vtrũque ius habuit, vnde modo alterũ potuit 2 remittere. ideo

vt 23. q. 5. principes. & ſi nollent eã defendere, poſſunt excommunicari. 23. q. 5. adminiſtratores. Ioan.

b ¶ Patriciatus.] vt puniret crimina, & ſecundum hoc poteſt intelligi. 2. q. 6. omnis oppreſſus. Et ita iudex eccleſiaſticus alij poteſt committere cauſam ſanguinis. Vel intellige q̃ eſt aduocatus Romæ, vt extra de elect. venerabilem.

Item ex hiſtoria eccleſiaſtica.

¶ Imperator ius habet eligendi Pontificẽ. C. XXII.

Pann. l. 8. c. 135.

HAdrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas [a] res eccleſiæ poſtulauit. Carolus vero Romã veniens Papiã obſedit: ibique relicto exercitu in ſancta reſurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice ſuſceptus eſt. Poſt ſanctam vero reſurrectionem reuerſus Papiam cepit Deſiderium regem: deinde Romam reuerſus conſtituit ibi ſynodum cum Hadriano Papa in Patriarchio Lateranenſi in eccleſia ſancti Saluatoris: quæ ſynodus celebrata eſt à C LIII. epiſcopis religioſis, & abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuerſa ſynodo tradiderunt Carolo ius, & poteſtatem eligendi Pontificem & ordinandi Apoſtolicam ſedem. Dignitatem quoque patriciatus [b] ei conceſſerunt. Inſuper archiepiſcopos, & epiſcopos per ſingulas [c] prouincias ab eo inueſtituram accipere diffiniuit: & vt niſi à rege laudetur, & inueſtiatur, epiſcopus à nemine conſecretur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit, & niſi reſipiſceret, bona eius publicari [d] præcepit.

Item Leo Papa.

¶ Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris. C. XXIII.

Pann. l. 8. c. 136.

IN ſynodo congregata Romæ in eccleſia ſancti Saluatoris. Ad exemplum beati Hadriani Apoſtolicæ ſedis antiſtitis, qui domino Carolo victorioſiſſimo regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ ſedis, & inueſtituram epiſcoporum conceſſit: ego quoque Leo epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei cum toto clero, ac Romano populo conſtituimus, & confirmamus [e], & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus, atq. largimur domino Othoni primo [f] regi Teutonicorũ, eiuſq. ſucceſſoribus huius regni Italiæ in perpetuũ facultatẽ eligẽdi ſucceſſorem [g], atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ Pontifi-

c ¶ Per ſingulas.] ergo in Francia & in Hiſpania. vnus 3 eſt enim Imperator, vt 7. q. 1. in apibus. quod concedo niſi probẽt ſe exẽptos ab Imperatore, vt 23. q. 8. §. ecce. vnde adhuc de capite ſuo dabunt tributũ Imperatori omnes, cum non probẽt ſe exemptos ab Imperatore, vt ff. de cenſi. l. vlti. ſi enim dicunt ſe nõ ſubeſſe Romano imperio, per conſequens dicunt ſe nõ habere aliquid proprij, vt ſ. diſt. 1. ius Quiritũ. fateamur 4 ergo Imperatorẽ eſſe dñm mundi, vt ff. ad legem Rhod. depreca tio. Obſtat 5 q̃ Reges Hiſpaniæ cũ nõ ſubeſſent imperio, regnum ab hoſtiũ faucibus eruerunt.

d ¶ Publicari.] Hic eccleſia publicat bona laicorũ, & q̃ñq; deponit laicos à dignitatibus. 32. q. 5. præceptorũ. in fi. Vel dic q̃ hic docet eccleſia qđ fieri debeat. ſic 24. q. 3. de illicita. & 5. q. vlti. delatori.

IN ſynodo.] CASVS. In hoc c. continetur, q̃ ſicut Hadrianus conceſſit priuilegium Carolo: ita Leo Papa in ſynodo Romæ cõgregata cõceſſit idẽ priuilegiũ Othoni primo Regi Teutonicorum, & eius ſucceſſoribus, vt ipſe eligat ſibi ſucceſſorem, & ordinet Romanum Pontificem, & epos & archiepos, vt ab eo inueſtiturã accipiãt: niſi aliquorũ inueſtiturã cõceſſerit Romanis põtificibus, vel archiepis: & q̃ cõ venerit: decreuit excõicationi ſubiacere: & niſi reſipiſceret: irreuocabiliter exulare: vel ſi laic⁹ eſt, vltimo ſupplicio affici.

ideo aſt petijt à Papa hanc conſuetudinem tolli, quia continebat ſpeciem mali, vt 1. quæſt. 1. emendari.

HAdrianus.] CASVS. Deſiderius rex morabatur Papiæ, q totam Italiam ſtimulauit: propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire: qui Papiæ dimiſſo exercitu, Romam iuit: ibique honorifice receptus, Papiam rediit: & tamdiu eam obſedit, donec Deſiderium regem cepit. Deinde Romam reuerſus ſynodum congregauit, vbi Hadrianus cum centum quinquagintatribus epiſcopis dedit Carolo poteſtatem eligendi Papam, & ordinandi ſedem apoſtolicam, & cõfirmandi omnes epiſcopos & archiepiſcopos per prouincias: & quicumque contra hoc priuilegium veniret, anathema eſſet: & niſi reſipiſceret, bona eius publicari præcepit.

a ¶ Defendendas.] ad hoc tenentur omnes principes,

e ¶ Confirmamus.] Arg. q̃ idẽ poteſt dare & confirmare. 23. diſt. in nomine. extra de elec. cũ inter. Arg. cõ extra de fi. inſtr. c. inter dilectos 6. dic q̃ non põt eodẽ reſpectu: ſed diuerſis, vt in d. c. cũ inter. & ff. de iuriſ. om. iud. & quia. q̃ñq; etiã dr̃ dare, id eſt, datũ oſtendere, vt 23. q. 5. §. hinc notandum. ff. de teſta. heredes. §. ſi quid.

f ¶ Primo.] non dicas primo regi, ſed primo Othoni, id eſt, ante quem nullus alius fuit. ſic extra de verbo. ſigni. Ioſeph. & ff. de verbo. ſignifi. proximus.

g ¶ Succeſſorem.] Hoc ſpeciale fuit cõ id. 8. q. 1. Moyſes.

1 Vnus eſt. Sol. intelligit per ſingulas prouincias ſui imperij.
4 Iſtam gl. ſequuntur Cy. Bart. & Bal. Sal. & Ia. in l. 1. col. 2. C. de ſũma tri.
5 Adde hic an Reges Frãciæ ſubijciantur Imperio, gl. in c. 1. in prin. de pa. iuram. fir. tenet q̃ ſic. Communiter tamẽ tenetur cõtrarium p tex. in cap. per venerabilem: extra qui fi. ſint legi. Spe. in tit. de app. §. nũc tractemus. I princip. Bar. in l. hoſtes. in 2. col. ff. de cap. & Bal. in d. c. 1. de pa. iur. fir. reprobata. ibi gloſſ. & etiam ibi ponit And. de Yſer. itẽ p hoc ad. de concor. in apoſtl. ad Iaſ. in l. 1. C. d ſum ma trini. Idem de rege Hiſpaniæ, gl. magna ad fi. in c. & neceſſe. de dona. int. vir. & vxo. Pã. c. venerabilem. col. 9. de ele. Iaſ. l. id quod apud hoſtes. d le. 1.
6 Ibi diſtinguitur vtrum eſſet ibi donatiuum vel confirmatiuum. nã non poteſt

donare ſi iam denatum erat, vt in hac decre.in fi. inſtitu. de do.circa fi. nec idē date & confirmare ſimul & ſemel, niſi oſtendatur conceſſio principalis primo. ff. de iur.om. iudic. l. & quia. Archid.

ſic.7.q.1.per iſti.hic patet q. maximam habet poteſtatē Papa circa imperium. Sed dic q. tantum in Italia. permittit ei facere ſucceſſorem.

a ¶ Ac per hoc.] quaſi dicat:ex quo in Romana eccleſia hoc permittitur:ergo & in minoribus. Et eſt argu. q. idem iur.s eſt in mēbris, quod in capite, vt 16. q. 2. cap. 1.12. q.2. cognouimus. & q. 1.præcipimus.& 2. q. 3. ſi quis eps.24.q. 1.rogamus.

b ¶ Conceſſit.] videtur ergo q. imperator poſſit dare priuilegium libertatis, vt extra de reſtitu. in integ.auditis.

c ¶ Sit patricius.] & ſic Papa dat hic gladij poteſtatem:cuius tamen exercitium ipſe non habet. Io. extra de electio. ſuffraganeis.B.

Papa dat gladij poteſtatem.

d ¶ Apoſtolicam.] Sed numquid Papa poſſet ei poteſtatem dare, vt deponeret ipſum? ſic in hæreſi.& de conſenſu Cardinalium: immo in omnibus ſe pōt ſubijcere ei, vt 2.q.7.nos ſi.

e ¶ Exilio.] not. eccleſiam poſſe aliquē mittere in exilium, vt 3.q.4.hi qui.

f ¶ Affici.] Cum hæc priuilegia fuerit omnibus ſucceſſoribus data, quare non vtūtur eis? Reſpon. quia Imperatores eis renuntiauerunt, vt ī. ead.tibi. Itē quia per abuſum ea perdiderunt, vt ī.ead.§.verū. Item quia ex cauſa fuerunt eis conceſſa. vnde ceſſante cauſa, ipſa ceſſauerūt, vt in 1.q.7.quod pro remedio. Nec obſt. qđ hic dr̄ de ſucceſſoribus: quia hoc intelligendum eſt de illis ſucceſſoribus, qui hoc impetrare poſſunt, vt 23. diſt.in nomine.

Imperatores multa perdiderūt priuilegia.

cumq; & 16.q.1.in canonibus.Io. Sed in malo nulli eſt obediendum:nec aliquis excuſatur, vt 11.q. 3.ſi dn̄s.B.

b ¶ Sub excōicationis.] Ex hoc videtur q. per talia verba fiat excōicatio:cum ſic dr̄; præcipio tibi hoc ſub pœna excōicationis. Et eſt arg.ad idem extra de eo qui or. fur.

Obediendum non eſt alicui in malo.

Excommunicatio aſſeratur per hæc verba præcipio ſub pœna excommunicationis.

cem ordinandi, ac per hoc [a] archiepiſcopos, ſeu epiſcopos, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, vnde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & archiepiſcopis conceſsit [b]: & vt nemo deinceps cuiuſque dignitatis, vel religioſitatis eligendi vel patricium, vel Pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicæ, aut quēcumque epiſcopum ordinandi habeat facultatem abſque conſenſu ipſius Imperatoris: (quod tamen fiat abſque omni pecunia) & vt ipſe ſit patricius [c], & rex. Quod ſi a clero & populo quis eligatur epiſcopus, niſi à ſupradicto rege laudetur, & inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apoſtolicam [d] auctoritatē aliquid molietur, hūc excommunicationi ſubiacere decernimus: & niſi reſipuerit, irreuocabili exilio [e] puniri, vel vltimis ſuplicijs affici [f].

a ¶ In ſynodo.] *Initium huius capitis videtur eſſe iſtud:* Ad exēplum, *&c. verba autem, quæ antecedunt, ipſa quoque pertinere ad titulum, vt integer titulus ita habeat:* Leo Papa in ſynodo congregata Romæ in eccleſia ſancti Saluatoris. *Eſt autem Leo octauus, de quo multa ſcribit Luitprandus in fine libri ſexti, & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 16.*

Item Gregorius lib. 4. reg. epiſt. 34. ſeu cap. 78. ad Conſtantiam Auguſtam.

¶ Præcepto principum Maximo remittitur, quòd abſque auctoritate Apoſtolica ordinatur.

C. XXIIII.

Poly.l.1.tit.5.

SAlonitanæ ciuitatis epiſcopus me, ac reſponſali meo neſciente, ordinatus eſt; & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi, vt omnino Miſſarum ſolennia celebrare nullo modo præſumeret, niſi prius à ſereniſsimis dominis cognoſcerem, ſi hoc fieri ipſi iuſsiſſent [g]. Quod ei ſub excommunicationis [h] interpoſitione mandaui. Qui † contempto me, atque deſpecto, in audaciam quorumdam ſæcularium hominum, quibus, denudata ſua eccleſia, præmia multa præbere dicitur, nunc vſq. Miſſas facere præſumit, atque

† *al.* Et] ori.

SAlonitanæ.] CASVS. Maximus dicebatr in quattuor deliquiſſe. Primo quia p ſimoniā archiepatum Salonitanæ ciuitatis acquiſierat. Secundo quia ordinatus fuerat Papa irrequiſito, vel eius rn̄ſali. Tertio qa ꝯ excōicationē à Papa latā ſub conditione ſi diuina celebraret, eo q. ſic fuerat ordinatus, Miſſas cantare pſumpſit audacia quorundā ſæculariū, quibus multa pmia, ſua eccleſia ſpoliata, dare dicebatur. Quarto, q. fornicationis vitio laborarabat. Sed ad preces principū Conſtantinopolitanæ ciuitatis ratam habuit eius ordinationem. Alia vero mala illius indiſcuſſa relinquere noluit: ideoque præcepit ſibi, vt Romam venire non differret: & ſi non venerit, diſtrictione canonica ferietur.

g ¶ Iuſſiſſent. Arg. q. auctoritas maioris excuſat 1, vt 14. q. 5. dixit. 28. diſt. diaconi. 23. q. 5. miles. Arg. ꝯ 12.q.2.q-

1 Etiam in auctoritoribus quo ad q.1, vt not. 86. diſt. an putatis.

fur.rece.c.1. Arg. ꝯ extra de iure patro. relatum. in fi. & de ſagitarijs. cap. vno vbi de hoc. H. dicit q. ſi talis phibitio fiat à canone, nō fit excōicatio per illa verba, vt 30. diſt. per totum. ſecus ſi ab homine 2: quia canon mitius agit quàm homo, vt 26.q.7. alligant & ff. de arbi. Celſus. Alij dicunt, q. refert an diffiniendo illa verba proferantur; vt tunc per ea fiat excommunicatio, an cōſtituendo ius. & tunc non fiat excommunicatio per illa verba. Sed hæc veritas eſt, q. illa verba nō habēt vim ſententiæ, ſed tantum comminationis, vt C. commina. epiſtolas, per totum. Hoc autem ſcias, q. ſub conditione poteſt quis excommunicari: & taliter hic intelligo latam ſententiā: vnde exiſtente conditione ligat excōicatio, & nō prius: & tamen à tali excōicatione poteſt appellari licet H. contrariū ſcripſerit, vt extra de app. pręterea 2. & hoc ideo, quia excōicatio tunc non valuit ſecū ſuam

2 Quia ... eſt ligat... vt hic. & extra de ap... pel. pręterea ... & de eo qui ... fur. ord... rece. c. 1 ... cundū ... qui h... quitur ... ſentē... Hu.

Exco... nica... teſt ... cōdi...

ſuam executionem; quia non cedit, nec venit dies ante exiſtentem conditioné, vt ff. de verb. ſig. cedere. Sed quid ſi excommunicans moritur priuſquàm exiſtat cõditio? tunc dico excõicatum qñ extat conditio; & ita aliquis excommunicatur à mortuo 1. Vtrum auté conditione exiſtente

Cum longe.] Casvs. Conſuetudo erat in Hiſpania, q quoties moriebatur eps, omnes epi comprouinciales congregabantur, vt regi de obitu præſulis ſignificarent. Sed quia qñq; nuntiorum impediebatur celeritas, ita q ſine magno incommodo electio principis non valebat expectari: & ſi recederent, oportebat eos iterum conuenire ad conſecrationé electi: & ſic eis difficultas maxima incũbebat: ſimiliter & regi iminebat difficultas, cum alijs negotijs impeditus non poſſet tã cito cõſulto eporum rñdere, quod conſultum numeroſa neceſſitas expectabat: ideo placuit omnibus epis Hiſpaniæ, vt archiepiſcopus Toletanus haberet poteſtatem confirmandi & ordinãdi in quibuſlibet puincijs epiſcopos: quos regalis poteſtas eligat ſaluo priuilegio cuiuſlibet prouincię: ita tamen vt quicumque fuerit ordinatus, poſt ſuam ordinationem intra ſpatium trium menſium proprio archiepiſcopo ſe præſentet.

ad me venire ſecundum iuſsionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorũ obediens [a], eidem Maximo, qui me neſciente ordinatus eſt, hoc, quod in ordinatione ſua me, vel reſponſalem meum prætermittere præſumpſit, ita ex corde laxaui [b], ac ſi me [c] auctore fuiſſet ordinatus. Alia vero peruerſa illius, ſcilicet mala corporalia, quæ cognoui [d], vel quia cum pecunijs eſt electus, vel quia excommunicatus Miſſas facere præſumpſit, propter Deum irrequiſita relinquere non poſſum. *& infra.* ¶Et ſi ad me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

Item ex concilio Toletano 12. c. 6.

¶In electione epiſcoporum, principis deſideratur aſſenſus. C. XXV.

† *Dum*] orig. in quo hæc oratio pẽdet ab alio principio.

Cvm † longe lateq. diffuſo tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præſulis tranſitus innoteſci, aut de ſucceſſore morientis epiſcopi libera principis electio præſtolari; naſcitur ſæpe, & noſtro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ poteſtati [e], dum conſultum noſtrum pro ſubrogandis pontificibus ſubſtinet, innumeroſa † neceſsitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hiſpaniæ, atq. Gallicíæ † [f], vt ſaluo priuilegio [g] vniuſcuiuſque prouinciæ, licitum maneat [h] deinceps Toletano pontifici, quoſcumque regalis poteſtas elegerit, & iam dicti Toletani epiſcopi iudicium dignos eſſe probauerit, in quibuſlibet prouincijs & in præcedentium ſedibus præficere præſules, & decedentibus epiſcopis [i] eligere ſucceſſores; ſic tamen, vt quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus infra [k] trium menſium ſpatiũ proprij metropolitani præſentiã viſurus accedat.

† *al. iniurioſa*

† *al. Gallia*

Electiones quoque ſummorum Pontificum, atque aliorũ infra præſulum quondam Imperatoribus repræſentaban-

existente intelligatur retro fuiſſe excommunicatus, per id quod legitur. ff. qui pot. in pign. hab. l. potior. & ff. de manumiſ. teſt. Neratius. Vel tantũ à tpe conditionis extantis, per id qđ eſt. ff. de ędil. edi. bouem. §. ſi ſub conditione. diſputationi relinquo. Ioan. Ego credo q à die exiſtentis conditionis per decre. illam, præterea. extra de appel. B.

a ¶ Obediens.] hoc dicit ex humilitate, quia ei præcipere non poterant. H.

b ¶ Laxaui.] not. epiſcopum remittere poſſe quæ ad ipſum ſpectant, non quæ ad Deum 2: arg. 23. q. 4. ſi is qui prælatus. Sed nonne quæ fiunt in perſonam epiſcopi, vel alterius prælati, fiunt in contemptum eccleſiæ, & ideo in Deum? vtique: ſed principaliter in prælatum, ſ. diſt. 45. & qui emendat. & 23. q. 4. inter.

c ¶ Ac ſi me.] argu. q ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime. extra de iure pat. cura. 18. q. 2. de monachis. 9. q. 2. Lugdunen.

d ¶ Cognoui.] per auditum. 2. q. 5. quanto. 22. q. 5. hoc videtur. non tamquam iudex. 2. q. 1. §. quando.

e ¶ Poteſtati.] nihil tamen hic regi ſubtrahitur: quia ſicut prius eligebat, ita & modo poſt priuilegiũ Toletano epiſcopo cõceſſum. B.

f ¶ Atque Gallicíæ.] connumerat hic Galliciam Hiſpaniæ, cũ tamen ſit pars eius: & ita pars connumerat ſuo toti. ſic ĩ. ea. ego. & C. de excuſa. tuto. exactores. vbi dicitur, oneribus & tutelis.

Additio. Cum tamen omnis tutela ſit onus§. & ita ius non reſpicit talem connumerationem. Vel locus eſt ſicut loquuntur peregrini. vel non eſt pars eius, ſecundum Lau.

g ¶ Priuilegio.] id eſt, iure. ſic 9. q. 3. ſaluo 3. ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. ſi debitor. §. 1. potius ergo onus quàm ius primatiæ conceſſum fuit huic Toletano epiſcopo. cum enim rex eligeret olim de conſilio omnium epiſcoporum, hoc conſilium conceditur ei hic.

h ¶ Maneat.] argu. propter loci & temporis difficultaté electionem fieri à quo non debeat: ſic extra de iure pat. ſi vero. & 24. q. 1. pudenda. 93. diſt. iuxta.

i ¶ Epiſcopis eligere.] id eſt, à rege electos conſecrare & confirmare.

K ¶ Infra.] ĩ. diſt. 93. iuxta. extra de iure pat. ſi vero. ĩ 65. diſt. ſi quis contra. ſed non eſt contra 4.

Electiones. Casvs. Iſte §. reſpicit proximum cap. cum longe. Non ſolum in Hiſpania eligebantur epi per reges, ſed etiam electiones ſummorum pontificum & epiſcoporum quondam Imperatoribus repræſentabantur: ſicut factũ eſt de Ambro. & Grego. Vnde appa-

3 Et ſic nota, q cõſentit aliquid ſaluo iure ſuo.

4 Sub. immo potius concordat, cum hic dr intra triũ menſium, & c. in duobus menſibus impletis: qđ idé eſt. ſ. in lo.

ret laicos ab electione non eſſe excludendos. Hanc vero contrarietatem ſoluit Gratianus, dicens q laici non debent vocari ad electionem faciẽdam, ſed ad præbẽdum electioni conſenſum. Nam clericorum eſt eligere, & populi cõnſentire: ſicut ſupra in cap. noſſe. in fi. Et q laici vocentur ad electionẽ non vt eligant, ſed vt conſentiant electioni probat per duo ſequẽtia capitula, quorum primum patet.

notiſſimi conſentirent in electum, quem ſibi viderent in patrem eligi: ſicut de Ambro. fecit Valentinianus. Et q principes intereſſent propter hæreticos & ſchiſmaticos, probat per ſequens capitulum.

k ¶ Legibus.] 23. q. 7. c. 1. & 2. & diſt. 8. quo iure.

tur: ſicut de electione beati Ambroſii, & beati Gregorij [a] *legitur. Quibus exemplis, & præmiſſis auctoritatibus liquido colligitur laicos non eſſe excludendos ab electione, neque principes reijciendos ab ordinatione eccleſiarũ. Sed quòd populus iubetur electioni intereſſe; non præcipitur aduocari ad electionem faciendã, ſed ad conſenſum electioni adhibendum. Sacerdotum enim (vt in fine ſuperioris capituli Stephani* [b] *Papæ legitur) eſt electio: & fidelis populi eſt humiliter conſentire. Deſiderium ergo plebis requiritur, vt clericorum electioni concordet. Tunc enim in eccleſia Dei rite præficietur antiſtes, cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.*

Vnde Cæleſtinus Papa ait ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. cap. 5.

¶ Plebis non eſt eligere, ſed electioni conſentire. C. XXVI.

CLeri, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur.

Itẽ Leo primus ad epiſcopos Vienenſis prouinciæ, epiſt. 87. al. 89. [Sed paulo aliter, & copioſius.]

¶ De eodem. C. XXVII.

VOta [c] ciuium [d], teſtimonia populorum, honoratorũ [e] arbitrium [f], electio clericorum in ordinationibus [g] ſacerdotum expectantur. *& infra.* ¶ Per pacem, & quietem ſacerdotes, qui præfuturi ſunt, poſtulentur: teneatur ſubſcriptio clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus [h], & plebis [i].

3 *Principibus vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum epiſcoporum referendas vſus, & conſtitutio tradidit pro ſchiſmaticorum, atq. hæreticorum diſſenſionibus; quibus nonnunquam eccleſia Dei concuſſa periclitabatur. Contra quos legibus* [k] *fideliſſimorum Imperatorũ frequẽter eccleſia munita legitur. ¶ Repræſentabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel ſchiſmaticorum auderet contraire, & vt ipſi principes tamquã deuotiſſimi filij in eũ conſentirent, quẽ ſibi in patrẽ eligi viderent, vt ei in omnibus ſuffragatores; exiſterẽt ſicut Valentinianus beato Ambroſio ſupra legitur dixiſſe: [Noli timere; quia & Deus, qui te elegit, ſemper te adiuuabit, & ego adiutor, & defenſor tuus: vt meum ordinem decet, ſemper exiſtam.]*

Vnde Stephanus Papa ſtatuit, dicens.

¶ Præſentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. C. XXVIII.

QVia ſancta Romana eccleſia, cui, auctore Deo, præſidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice

Quia.

ī. ead. c. noſſe.

ī. diſt. 61. c. nullus.
Poly. l. 2. tit. 1. & ceteri, vt ī.

ī. c. Valentinianus.

Pann. l. 3. c. 1. §. Stephan⁹ Papa.

a ¶ Et beati Gregorij.] non in hoc volumine, niſi arg. ī. ead. Agatho.

b ¶ Stephani.] ſ. ead. diſt. noſſe.

VOta.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quæ debeant in electione concurrere, ſcilicet conniuentia & conſenſus ciuium, bona fama populi, maiorum laicorum arbitrium & voluntas, & electio clericorum, & ſubſcriptio.

c ¶ Vota.] ideſt, conniuentia & cõſenſus, vt ī. diſtin. 24. epiſcopus.

d ¶ Ciuium.] non ruſticorum extra ciuitatem conſiſtentium.

e ¶ Honoratorum.] ſcilicet maiorum de populo, & clero. ī. ea. Hadrianus, in fi.

f ¶ Arbitrium.] ī. diſtin. 23. c. 1. 24. diſtin. c. nullus.

g ¶ In ordinationibus.] i. electionibus.

h ¶ Ordinis conſenſus.] quia dicitur ordo cerdonum, pellipariorum, vel alterius corporis.

i ¶ Et plebis.] nomine plebis cenſentur illi, qui non ſunt collecti ad aliquod corpus 1 faciendum: de quo corpore habes ff. quod cuiuſq; vniuer. l. 1. & eſt ad hoc bonum ſimile C. de epiſco. aud. l. iubemus.

Plebis nomine qui cenſentur.
1 De hoc le. & no. extra de exceſ. prælat. delicta. & p Inno. extra de off. ord. cum ab eccleſiarum. Archid.

PRINCIPIBVS. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua reddit rationem, quare vocabantur principes ad electiones. Archid.

CASVS. Hic duplex ratio redditur, quare quondam Regibus & Imperatoribus electiones repræſentabãtur: ſcilicet vt nullus hæreticorum & ſchiſmaticorum electioni contrauenirer, pro quibus ſæpe eccleſia periclitabatur; & vt ipſi principes tamquam filij de-

QVia.] CASVS. Romana eccleſia ſæpe patiebatur moleſtias in obitu Papæ, & i electione ſucceſſoris: quia

quia nuntij Imperatoris defuerant: ideo ſtatuit Stephanus, q̃ electio Papæ non fieret niſi præſente populo, & ſenatu, & Imperatore, vel eius legatis: vt ſcandala remoueantur, & eis præſentibus conſecretur: & nullus audeat extorquere iuramenta vel promiſſiones niſi quæ fuerint de antiqua conſuetudine. ſeruetur talis conſuetudo, vt dicit illa conſtitutio, ad apoſtolicam. H. tamen dicit, q̃ iſtud referatur ad legatos Imperatoris, vt non aliud Romana eccleſia petat ab eis, quàm ipſi ſoliti ſunt facere, ſcilicet vt Papa non cogat eos aliud iuramentum facere Papæ, quàm iuramentum fidelitatis, quod Imperator cõſueuit præſtare, vt j. ead. tibi. & hoc indicat illud verbum, minuatur.

obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperiali notitia Pontificis fit conſecratio; nec canonico ritu, & cõſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuntij, qui ſcandala fieri vetent, volumus vt cum inſtituendus eſt Pontifex conuenientibus epiſcopis, & vniuerſo clero eligatur præſente [a] ſenatu, & populo, qui ordinandus eſt; & ſic ab omnibus electus præſentibus legatis Imperialibus conſecretur; nulluſque ſine periculo ſui iuramenta [b], vel promiſſiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere; niſi quæ antiqua exigit conſuetudo [c]; ne vel eccleſia ſcandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur.

4 *Verum, quia Imperatores quandoque modum ſuum ignorantes non in numero conſentientium, ſed primi diſtribuentium, immo exterminantium eſſe voluerunt; frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapſi catholicæ matris eccleſiæ vnitatem impugnare conati ſunt; ideo ſanctorum Patrum ſtatuta aduerſus eos prodierunt, vt ſemet electioni non insererent: et quiſquis eorum ſuffragio eccleſiam obtineret; anathematis vinculo innodaretur: ſicut ſcriptura quoq; diuina dicit, quod Ezechias diſſipauit excelſa [d] & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, & fregit ſerpentem aneum, quem fecit Moyſes; videlicet, quia illum ſerpentem Deus fieri iuſſerat, ne ſerpentina morte populus interiret; ideo [e] ipſe populus colere, & venerari eum cœperat: & idcirco deſtruxit [f] iſte, quem iubente Deo fecerat ille: Ac per hoc magna auctoritas iſta eſt habenda in eccleſia; vt ſi nonnulli ex prædeceſſoribus, & maioribus noſtris fecerũt aliqua, quæ illo tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem, et ſuperſtitionem, ſine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à poſteris deſtruantur [g]. Poſtremo præſentibus legatis Imperatorum, & inconſultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ, & tandem ijdem Imperatores religioſo mentis affectu præfatis priuilegijs renuntiauerunt; multa inſuper donaria eccleſiæ conferentes.* *Vnde Gregorius* [a] *ſcribit.*

4. Reg. 18.

VERVM. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua dicitur, quare principes poſtea fuerunt prohibiti, ſcilicet quia impedimentum præſtabant: & quia ipſi renuntiauerunt. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. in cap. quia. quòd conſtitutio facta fuit quondam, q̃ Imperatores deberent intereſſe electioni Papæ & epiſcoporum, vt ſ. patet in multis cap. Nunc vero dicit Gratianus in hoc §. q̃ poſtea ſtatutum fuit cõtrarium propter tres rationes. Prima ratio eſt, quia Imperatores abutebantur priuilegio ſuo: quia non ſolum conſentire volebant, ſed etiam electionibus ſe ingerebant. Secunda ratio fuit, quia in hæreſim labebantur, & ſæpe eccleſiam impugnabant. Et q̃ Apoſtolici potuerunt in contrarium ſtatuere, & deſtruere conſtitutiones, quas anteceſſores fecerunt pro bono, probat exemplo Ezechiæ, qui ſerpentem æneum, quẽ fecerat Moyſes pro liberatione populi, deſtruxit: cum populus illum coleret ſicut Deum. Tertia ratio eſt, quia Imperatores ſuis priuilegijs renuntiauerunt: & poſtea electiones Apoſtolicorum celebratæ ſunt præſentibus & inconſultis legatis Imperatorũ: quod probat ſequens capi.

a ¶ Præſente.] infra 79. diſt. nullus.

b ¶ Iuramenta.] videtur ergo, quòd ante electionem non ſit præſtandum iuramentum de indemnitate eccleſiæ, vt 8. q. 3. Artaldus. & ſ. 28. diſt. de Syracuſanæ. præſumeretur enim hæc ideo facere vt eligeretur. Dicunt tamen quidam, q̃ ſi eſt conſuetudo, quòd præſtetur, præſtari poteſt: & ſic intelligũt quod dicitur hic in fi. Quid tamen iuris ſit de hoc, habes 8. q. 3. in ſumma.

c ¶ Conſuetudo.] Per hoc videtur, quòd in ſpiritualibus ſeruãda ſit conſuetudo in recipiendis muneribus: vt ſ. ead. Agatho. & in auth. de ſanct. epiſco. §. 4. coll. 9. & 1. q. 3. quæſitũ. & 9. q. 3. conqueſtus. & extra de ſimo. ad apoſtolicam. Argu. contra. extra de ſimon. cum in eccleſiæ. & cap. ſicut. Ad hoc dicunt quidam, quòd licitum eſt aliquid petere in ſpiritualibus, ſed non pro ſpiritualibus, vt non petatur pro conſecratione, ſed pro conſuetudine. Vel dic q̃ ſi conſuetudo illa pietatem continet, non poteſt petere, tamen ſuperior cogere poteſt, vt extra de ſimon. tuam & facit ad hoc q̃ conſuetudo facit non delictũ, quod aliàs eſſet delictũ. 32. q. 4. obijciũtur. Ad idẽ habes arg. opt. extra. de tẽp. ord. c. 2. ibi videas. Arch.

d ¶ Excelſa.] id eſt, templa idolorum in excelſis poſita.

e ¶ Ideo.] quia iuſſu domini factus erat: & quia eum reſpicientes, liberabantur.

f ¶ Deſtruxit.] Hic Ezechias commendatur ex deſtructione imaginis, quæ erat occaſio ſuperſtitionis. quare ergo Maſilienſis epiſcopus condemnatur, qui deſtruxit imagines, in quibus populus idololatriã committebat, vt de conſec. diſt. 3. perlatũ? Dic q̃ ſerpẽs iſte fuit tẽporalis ad ſanandum vulnera. vnde ceſſante cauſa ceſſare debuit effectus: ſed cauſa imaginum perpetua eſt, vt habeatur in eis memoria Dei.

Ezechiæ commẽdatio.

g ¶ Deſtruantur.] Arg. ſucceſſores debere mutare facta & inſtituta prædeceſſorũ etiã bona, ſi viderint eſſe ea perniciosa exẽplo. 7. q. 1. vide etiã 35. q. 1. c. 1. & 96. diſt. bene,

Succeſſores, prædeceſſorũ ſtatuta mutare poſſunt.

bſi. in fi.diſt.63.chorepiſcopi.& extra de dec.ſuggeſtũ: vbi eſt arg.ꝙ priuilegium quod eſt exemplum mali.remouendum eſt.inſtit.ui bon.rap.§. ſed ne dum talia.

CVm Hadrianus.] CASVS. Hadrianus ſecundus ab eccleſia ſanctæ Mariæ maioris deportatus eſt à clero & populo & proceribus certatim ad patriarchium Lateranẽſe.quod audiẽtes nũtij Ludouici Imperatoris moleſte tulerũt ꝙ cum præſentes eſſent,vocati non fuerunt:qui audiẽtes ꝙ non fuit factum in contemptum eorum, ſed ad cautelam futuri temporis, omnẽ indignationem medullitus ſedauerũt,& acceſſerũt humiliter ad ſalutandũ electũ.

a ¶ Traheretur.] Debet enim ire quaſi inuitus, vt arg. 1.q.6. ſicut is.C.de epiſc. & cle.ſi quemquam.ſic enim appellãtur quaſi proprio nomine & quia portatur Papa in manibus,ne offendat ad lapidem.

b ¶ Temporis.] Nota quæ non ſunt mala, interdum debent omitti,ne ſint exemplo pernicioſa, vt ſ. diſt.23.in nomine. ſ diſt.21. denique. 12. q.2.liberti.2.q.7. accuſatio.& 30. q. 1.c. 1. inſti. ui bo. rap. §.ſed ne dum.

c ¶ Et ad ſalutandũ] Ar.eos conſenſiſſe electioni ex quo interfuerunt,& eum ſalutauerunt,& non reclamauerunt, ſic extra de his quæ fi. à ma.par. cap. ex ore. in fi.& extra de priuile.cũ olim. in fi. & extra de ſent.excom. ſi aliquando 1 .& eo ipſo ꝙ qs ſalutat alium,videtur conſentire ei,vt 24.q.1. omnis. Sic ex eo ꝙ quis non vult ſalutare alium,præſumitur inimicus,vt extra de offi.dele.cum ſuper. in parte deciſa.& eo ipſo ꝙ Stephanus dixit perlegatur. intelligitur conſenſiſſe,vt 96. diſt.bene.ſic ĩ.de conſec. diſt.2.pacem.

Electum ſalutãs electioni eius præbet conſenſum.

Ad hoc facit quod leg.& not. extra de p̃bẽ. dilecto. in glo. ad hoc videbatur. Sed poteſt dici. ꝙ ibi epiſcopus ignorabat illum minus canonice fuiſſe receptũ: & ideo nõ obfuit.arg. ff. de interrog. ac. de ætate.§.vlti. Archid.

¶ Inconſultis legatis Imperatoris Hadrianus II. ad Pontificatum eligitur. C. XXIX.

CVm Hadrianus ſecundus ad Romanum Pontificatum ab eccleſia Dei genetricis Dominæ noſtræ,quæ dicitur ad præſepe, traheretur [a] ad Lateranenſe patriarchiũ: certatim à clero,& proceribus, & plebe deportatus eſt. Quod audientes miſsi Ludouici Imperatoris moleſte tulerunt,indignati ſcilicet,quòd dum præſentes eſſent, non fuerunt inuitati,nec optatæ à ſe futuri præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui accepta ratione,quòd non cauſa contemptus Auguſti,ſed futuri tẽporis [b] proſpectu omiſſum hoc fuerit † (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præſulum expectandi,mos per huiuſmodi fomitem inoleſceret) omnem indignationem medullitus ſedauerunt,& ad ſalutandũ [c] electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt [c].

Iuo p.5.c.16.

† Concor. tex. in l. ſi exheredatus. & in l. ſi ꝓponat. §. 1. ff. de inoffic. teſta.

Scire [a] debet ſanctitas veſtra. Per hos quinquaginta dies nobis eſt iugis, & continuata feſtiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obſeruandum indicamus ieiunia, neq. ad exorandũ Deũ genibus ſuccedamus † [c]. *& infra.* ¶ Inſtar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes iſti dies, velut dominici deputantur. Reſurrectio enim Dominica eſt. Nam in Dominica reſurgens ſaluator reuerſus ad homines eſt, & poſt reſurrectionem tota quinquageſima [d] cum hominibus commoratus eſt. Aequalis ergo eorum [e] neceſſarium vt eſſet feſtiuitas, quorum æqualis eſſet & ſanctitas †. Sic enim diſpoſuit Dominus, vt ſicut eius paſsione in quadrageſimæ ieiunijs contriſtaremur: ita eius reſurrectione in quinquageſimæ ferijs lætaremur. Nõ igitur ieiunamus in quinquageſima; quia in his diebus nobiſcum Dominus cõmoratur. ¶ *Item in Apologia* [f] *Dauid.* Hunc numerum [quinquageſimum videlicet] læti celebramus poſt Domini paſſionẽ, remiſſo culpæ totius debito, chirographo quoque [g] euacuato [h], ab omni nexu liberi, & ſuſcipimus aduenientem in nos gratiam ſpiritus ſancti: die Pentecoſtes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur [i].

† *ſuccidamus*] orig. & aliquot Gratiani exemplaria vetuſta, & recentes editiones.

† *ſic quantitas*] orig.

C. 8.

Coloſſ. 2.

a ¶ Scire debet.] *In multis manuſcriptis exemplaribus à capite,* ieiunium. *vſque ad c.* poſt Paſcha. *in aliquot etiam vſque ad vltimum, nulla eſt diſtinctio capitum. Tamquam enim vnico contextu continentur multa auctoritates à Gratiano citata: Ideo verba iſta,* Scire debet ſanctitas veſtra, *cohærent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capitis, atque ita legendum,* Vnde Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 61. qui incipit, Scire debet ſanctitas veſtra, *ac deinde ſubiungendum,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambroſium paulo aliter habetur.*

Neceſſario ergo eccleſia conſtituit, vt poſt diem Pentecoſtes ieiunia celebrentur. Sed quòd in illis quinquaginta diebus ieiunandum eſſe negatur; ex obſeruantia [k] *neceſſitate intelligitur.*

Scire debet.] Casvs. Docet Ambro. q̃ quinquaginta dies à paſcha reſurrectionis vſque ad penteco. reputantur velut dies reſurrectionis & dies Dominici: quia reſurrectio die Dñica fuit: & hos dies cum hominibus & diſcipulis ſuis ſtetit: & ideo ſicut in reſurrectione gaudendum eſt, & non ieiunamus: ſic & in his quinquaginta diebus gaudendum eſt, nec ieiunia ſunt indicanda: nec genua flectimus.

c ¶ Succedamus.] quia vnũ genu ſuccedit alij: & ita factũ notat.

d ¶ Quinquageſima.] Si quadrageſimã dixiſſet, melius dixiſſet: nam poſt quadraginta dies aſcendit in cælum. de conſe. diſt. 5. ieiunium, & ſic ponitur totum pro parte. ſic 23. q. 4. cum ſuperna. ſic econuerſo pars ponitur pro toto. 14. q. 5. pœnale.

Chriſtus poſt dies xl. aſcendit in cælum.

e ¶ Eorum.] Arg. pro omnib9 vigilijs Apoſtolorum ieiunandis, vel pro nullis: quod falſum eſt: eccleſia tamen Romana cõſueuit in vigilijs omniũ ieiunare. extra de obſer. ieiunio. conſiliũ, niſi Ioannis, Philippi & Iacobi, vt ibi. Lau.

Ieiunandũ eſt in vigilijs omniũ Apoſtolorũ. niſi Ioãnis Philippi & Iacobi.

f ¶ In apologia.] ideſt, ſermone excuſatorio de adulterio, quod Dauid commiſit cum Bethſabee. ab apo, quod eſt re: & logos, quod eſt ſermo: quaſi reſponſio pro aliquo.

g ¶ Chirographo quoque.] ideſt, peccato quo tenebamur diabolo obligati tãquã chirographo.

h ¶ Euacuato.] vt C. de plus pe. l. vna. & eſt argu. q̃ cancellato inſtrumento liberatur debitor 2: quod verum eſt niſi creditor probet contrariũ. ff. de prob. ſi chirographum.

2 De hoc no. extra de renunt. ſane. in gl. & ſic. & extra vt lite pen. eccleſia 2. in ſi. Arch.

i ¶ Cantatur.] ſ. de conſec. diſt. 3. ne quis. & cap. ieiuniũ.

NECESSARIO. Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. dicens q̃ eccleſia neceſſario inſtituit ieiunium poſt pentecoſtem: quod dicitur non eſſe ieiunãdum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex neceſſitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia pentecoſtes, ſicut in vigilia reſurrectionis, & ad hoc inducitur ſequens cap.

Vigilia pentecoſtes eſt neceſſario ieiunanda.

k ¶ Obſeruantiæ.] hic male dicit, & in ſeq. §. immo vigilia

gilia pentecoſtes neceſſario ieiunanda eſt, vt infra cap. noſſe.& ī. cap. ieiunio. non obſtat c. ſcire. quia pro vno die, nec plus nec minus 1, ſed ꝙ ieiunari debeat hoc habet eccleſiæ conſuetudo generalis.

f ¶ Auferam.] dicendo tunc eſſe ieiunandum.
ADDITIO. q. d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Archid.
g ¶ In ſuo.] vt morem obſeruet in ieiunijs, ſicut dicitur de vigilia Bartholomæi. extra de obſer. ieiu. conſilium.
h ¶ Apo-

Vnde idem Ambroſius in eiuſdem diei ſermone 60. qui ſic incipit:

¶ De eodem. C. IX.

NOſſe credo [a] vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quàm ſanctum Paſcha curauimus. Tunc enim, ſicut modo fecinus, ieiunauimus ſabbato, vigilias celebrauimus: orationibus pernoctantes [a] † inſtitimus; vnde neceſſe eſt [b], ſimilem † obſeruantiam ſimilis lætitia ſubſequatur.

† *pernoctantes*] orig.
† *ſimilis obſeruantia ſimilē lætitiam ſubſequatur*] or.

a ¶ Noſſe credo.] *Idem euenit in hoc capite, quòd in ſuperiore eueniſſe notatum eſt. Coheret enim cum ſuperioribus, prima ſermonis periodo quaſi in ſummam redacta.*

Obſeruantia vero ſimilis dicitur quo ad factum, non quo ad neceſſitatem.

Vnde Iſidorus lib. 1. de eccleſiaſticis officijs, c. 42.

De eodem. C. X.

POſt Paſcha vſque ad Pentecoſtem, licet traditio eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandijs relaxauerit [c]; tamen ſi qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, non ſunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abſtinuiſſe, neque ſoluiſſe abſtinentiam, niſi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.

¶ De eodem. C. XI.

VTinam omni tempore ieiunare poſſimus; quod in actibus [d] Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico apoſtolum Paulum, & cum eo credētes feciſſe legimus. *& infra.* ¶ Nec hoc dico, quòd Dominicis † diebus ieiunandum putem, & contextas [e] quinquaginta † diebus ferias auferam [f]: ſed vnaquæque prouincia abundet in ſuo [g] ſenſu: & præcepta maiorum leges Apoſtolicas [h] arbitretur.

Poly. l. 3. ti. 25.
Act. 13. 20. & 27.
† *al. feſtiuis*
† *al. ſexaginta*] orig.

Item Pelagius Papa Petro epiſcopo Potentino.

¶ Sabbato magno poſt horam baptiſmi epiſcopus valet ordinari. C. XII.

DIlectionis tuæ ſcripta ſuſcepimus, quibus ſignificas Latinum eccleſiæ Grumentinæ diaconum ad epiſcopatū Marcellianēſis eccleſiæ, ſiue Cluſitanæ † ab omnibus fuiſſe electū: quod iam ante hoc tempus retuliſti & iuſſi-

ī. diſtin. 63. litteras.
Poly. l. 2. tit. 28.
Anſ. l. 6. c. 59.
† *al. Cuſilinatis*

NOſſe credo.] CASVS. Docetur hic, quòd cum tāto gaudio celebrandus eſt dies pentecoſtes, quanto dies reſurrectionis. Et hoc probat per ſimilē obſeruantiam: quia vigilia pentecoſtes celebratur ſicut vigilia reſurrectionis, vnde ſimilis obſeruātia ſimili debet gaudere lætitia.

1 De conſe. diſ. 1. teneta. & vide qd dixi 65. diſt. c. 1.

a ¶ Pernoctantes.] per totam noctem ſignificat. ff. de verb. ſign. vrbana. §. pernoctare.

b ¶ Neceſſe eſt.] id eſt conueniens eſt 2 ſecundum G. nam conſilium eſt. non enim quidquid conſulitur, iuris neceſſitati ſubijcitur. de pœn. diſt. 6. c. 1. in fin. ff. de iudi. non quidquid.

2 Adde glo. cōcor. in l. de pupil. §. meminiſſe. ff. de no. ope. nun. & in l. 1. ff. de off. præfec. præto. Archid.

OBSERVANTIA. CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ ſimilis obſeruātia eſt quo ad factum, & non quo ad neceſſitatem: conſuetudo tñ eccleſiæ præiudicat ei quod Gratianus dicit.

POſt Paſcha.] CASVS. Quæſitū fuit ab Iſidoro, vtrū monachi vel clerici vel laici poſſunt ieiunare à reſurrectione vſque ad pentecoſtem? qui reſpondet dicens, ꝙ licet eccleſia relaxet ieiunia & abſtinētiæ rigorem, ſi quis tñ vult ieiunare, pōt ad inſtar Antonij & Pauli & ceterorū patrū, qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

c ¶ Relaxauerit.] intermittendo ieiunia.

VTinam.] CASVS. Lucinius quæſiuit à Hieronymo an ſit peccatū ieiunare in 50. diebus poſt Paſcha reſurrectionis, & in diebus dominicis. Et reſpondet ꝙ non. Et hoc probat exemplo Pauli & aliorum credentium, qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, ſed vnaquæque prouincia in ſenſu ſuo abundat, & leges maiorum interpretatur.

d ¶ In actibus.] ī. 30. diſt. ſi quis tamquam. contra.

e ¶ Contextas] id eſt, interſertas ſolennitates, vel cōtextas id eſt, iuges & continuatas. ī. ea. ſcire.

h ¶ Apoſtolicas.] conſuetudo enim interpretatur legē. ff. de verb. ſig. anniculus.

DIlectionis.] hoc c. inducitur ad oſtendendum varietatem computationis inter Latinos & Hebræos. Nā ſecundum Latinos quartus eſt menſis Iunius, ſecundū Hebræos Iulius: & ita facit ad propoſitum Gra. eſt ergo caſus. Latinus diaconus eccleſiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in epiſcopum Marcellianēſem, qđ negotium.

gotium totum Petrus Pontinus epiſcopus Papæ ſignificauit. Reſcribit ergo Pelagius, q iam iuſſerat Latinum prædictum Romam venire, credens eum habere litteras dimiſſorias à ſuo epiſcopo: quod ſi verum eſt, mittit Petro vt faciat eum venire ad Vrbem in ſabbato ſancto: quia

quicumque. alia in monachis, quia monachus ex diſpenſatione intra annum promouetur, laicus intra annum & dimidium, vt ĩ. ea. monachus. & docet 1. c. huius diſt. q gradatim debet fieri ordinatio.

d ¶ His temporibus.] hic intitulatur 77. diſtin. in qua tractat de interſtitijs temporum obſeruãdis. Not. ergo q ſi qs ab infantia ſit mancipatus militiç clericali, anno vij. poteſt ordinari clericus, oſtiarius, lector, & exorciſta, & ſic ſtabit vſque ad annum xij. exinde acolythus vſque ad annum xx. & poſtea in xxi. ſubdiaconus, in xxv. an. diaconus, in xxxj. preſbyter, exinde poteſt eſſe epiſcopus, vt ĩ. ead. in ſingulis. & c. quicumque. 28. diſt. de his. ſed ſi adultus velit ordinari, ſic põt fieri ordinatio, vt p vij. annos recipiat ordines omnes. in duobus primis quatuor minores, in reliquis quinque ordinetur acolythus, ſubdiaconus, diaconus, preſbyter, & epiſcopus ſi electus fuerit. ĩ. ea. quicumque. ſi autem ſecus factum fuerit, deponi debet. ĩ. ead. diſt. ſubdiaconus. ex generali tamen conſuetudine his omnibus capitulis derogatũ eſt. vbi vero maior neceſsitas eccleſiç incumbit, laicus per annum & dimidium, monachus vero per annũ poteſt recipere omnes ordines, vt ĩ. ea. c. vlt.

Temporũ interſtitia ſunt in ordin hꝰ obſeruanda

s. diſt. 54. c. frequens.

mus, vt veniret [a]; credentes eos de perſona eiuſdem ab epiſcopo [b] ſuo dimiſſorias accepiſſe. Quod ſi modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere, vt ſi Deus iuſſerit, in ſabbato magno poſt horam baptiſmi ordinetur. Quòd ſi ante memoratum diem nõ occurrerit, cogetur vſque ad quarti [c] menſis ieiunia ſubſtinere.

DISTINCTIO LXXVII.

HIs temporibus [d] ſecundum Anacletum, Zepherinum, Gelaſium, & Pelagium, epiſcopi, preſbyteri, & diaconi ſunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem ex preſbyteris eiuſdem eccleſiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus niſi per gradus eccleſiæ, debet ad ſummum ſacerdotium peruenire.

Epiſt. 82. Anaſtaſio.

Vnde Caius Papa Felici epiſcopo, epiſt. vnica in extremo.

¶ Non niſi per diſtinctos gradus quiſquam ad ſacerdotium aſpiret. C. I.

ILlud nos ſtatuentes vobis, & omnibus ſeruare mandamus, vt ad ordines eccleſiaſticos ſic aſcendant in eccleſia, qui ordinari merentur: id eſt, ſi quis epiſcopus eſſe meretur; ſit primum [e] oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur acolythus, demum vero ſubdiaconus, deinde diaconus, & poſtea preſbyter; & exinde, ſi meretur, epiſcopus ordinetur.

Vnde Zozimus epiſcopus vrbis Romæ ait ad Iſychium, epiſt. 1. c. 3.

¶ Quæ interualla temporis in ſingulis gradibus ſeruanda ſint. C. II.

Anſ. l. 7. c. 49. Rabanus de inſt. cler. l. 1. c. 13.

IN ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſeruanda

quia ſi tunc non venerit, cogetur ſubſiſtere uſque ad ieiunia quarti menſis, id eſt, Iulij.

a ¶ Vt veniret.] quia forte ſuberat Papæ iſte epiſcopus nullo medio.

b ¶ Ab epiſcopo.] arg. q clericus alicuius epiſcopi in alia prouincia nõ debet eligi. nec ipſe debet conſentire niſi habeat litteras dimiſſorias, quibus abſoluatur ab obnoxietate ſui epiſcopi. arg. 85. diſt. Florentinum archidiaconum. & diſt. 71. fraternitatẽ. arg. contra, quod ſcilicet non exigatur conſenſus epiſcopi, inſtitut. de adopt. §. ſed ſi quis nepotis. De hoc dixi ſupra 61. diſt. §. ſed aliud.

c ¶ Ad quarti.] ĩ. 75. diſt. ordinationes.

HIs temporibus.] Casvs. Oſtenſo quibus temporibus ſint clerici ordinandi, nunc in hac 77. diſt. oſtendit quæ vel quanta interſtitia temporum in ſingulis ordinibus ſint ſeruãda, & ſup hoc triplex regula ſeruatur. Nam alia ſeruatur in pueris, qui per interſtitia promouentur, quæ ſunt ĩ. ea. in ſingulis. & quicumq; alia in grandæuis, qui intra vij. an. recipiunt ordines, vt ĩ. ea.

ILlud.] Casvs. Docet Gelaſius in hoc ca. q ſi quis vult ad epiſcopatum aſcendere, debet gradatim promoueri, vt primo oſtiarius, deinde lector, &c. quod oportet per interſtitia temporum fieri.

e ¶ Primum.] ſupra 21. diſt. cleros. cõtra. ſ. diſt. 32. ſeriatim. contra ĩ. 44. diſt. nõ oportet 1. contra 59. diſt. ſi officia. contra nam ibi colligitur, q pſalmiſtatus ſit ordo primꝰ: ſed meliꝰ colligit̃ ext. de æta. & qua. cũ cõtingat. Sed dic, q hæc dictio, primũ. ſequẽtia reſpicit, nõ q ſit primus ordo oſtiarius, ſed primus eſt reſpectu ſequẽtiũ. Additio. Iſta fuit ſententia Lau. Vel poteſt dici, q ideo tacet de pſalmiſta hic, & 92. diſt. à ſubdiacono. quia ille ordo à ſimplici ſacerdote poteſt cõferri, 23. diſt. pſalmiſta. & noluit enumerare niſi illos, qui ab epiſcopis conferuntur ſecundum Hug.

Pſalmiſtatus eſt primus ordo.

IN ſingulis.] Casvs. Zozimus docet hic tempora eſſe ſeruanda in ordinibus ſuſcipiendis, vt ſi ab infantia litteras didicerit à ſeptennio vſq; ad annos duodecim recipit tres minores ordines, poſt annũ xij. fiat acolythꝰ. in xxj. ſubdiaconus fiat. poſt xxv. diaconus. poſt triginta preſbyter; deinde meretur epiſcopus ordinari. Eadem interſtitia ſeruentur in defenſoribus, id eſt, patronis

patronis eccleſiæ, ſi voluerint ad clericatũ promoueri.
a ¶ Si ab infantia.] id eſt ſeptimo anno. C. de iure de-lib. l. ſi infanti. Ioan.
b ¶ Nomẽ.] vt ſcribatͬ in matricula. 50. diſt. cõtumaces.
c ¶ Quinquennio.] poſt ſeptenniũ. ĩ. eo. c. ſubdiacon⁹.
d ¶ Exinde.] poſt xij. annos cum voluerit.
e ¶ Vel ſubdiacon⁹.] vel pro, id eſt, hoc ꝓbatur in c. ſeq. arg. C. de verb. ſign. l. vlt. arg. extra de eo qui. fur. or. re. c. 2.
f ¶ Xiiij. annis.] cõputatis à tempore ſeptennij. hoc reſpicit quod dicit de infantia, ideſt ſeptennio, & ita in xxj. an. ſubdiaconus fiat.
f ¶ Xiiij. annis.] hęc determinatio xiiij. an. non reſpicit niſi tantum ſubdiaconatum. quod patet ex c. ſe. vbi dicitur, ꝗ ab acceſſu adoleſcentiæ vſque ad xx. annum fiat acolythus, & ſubdiaconus, ſed in xv. anno acolythus, in xxj. ſubdiaconus.
g ¶ Pontificatum.] ĩ. de conſec. diſt. 5. de his vero. ſ. diſt. 18. ſi epiſcopus. & diſt. 59. ſi officia.
h ¶ Defenſores.] id eſt aduocati caſtaldi. 1. q. 3. ſaluatõr 1.
i ¶ Ex laicis.] ĩ. diſ. 89. indicatum. contra. Sed hic iſti laici erant de foro eccleſiæ, ibi non. & conſti tui debent iſti quo ad temporalia, non quo ad ſpiritualia. 16. q. 7. in nona.
K ¶ In ordine.] contra. Nonne iſti ſunt grandæui, cum eis committatur adminiſtratio. ergo per ſeptem annos tantum poſſunt aſcendere ad omnes ordines, vt ĩ. c. prox. quare ergo hic dicit, ſupradicta obſeruatione. Reſp. ideo vt gradatim omnes ordines recipiant. & nullum permittant, nec tamen per tanta interſtitia, vel hoc corrigitur. Io.

vero iam.] Sed duo ſequentia cap. plana ſunt.
l ¶ Pubertatis.] ideſt annum xiiij. ſecundum quoſdam ſm H. ante xij. inſti. qui. mod. tute. fin. in prin. extra de deſpõ. impu. puberes. 20. q. 1. illud. vbi incipit adoleſcentia, exſufflatur & exulat pubertas. Ioan. quod dicit H. de xij.

Pubem quando i nitur.

ſi ab a infantia [a] eccleſiaſticis miniſterijs nomen [b] dederit, vt inter lectores & exorciſtas quinquennio [c] teneatur, exinde [d] acolythus, vel ſubdiaconus [e] xiiij. annis [f] fiat; & ſic ad benedictionem diaconatus, ſi meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri: de quo loco (ſi eum exactior ab bonos mores vita perduxerit) ſummũ Pontificatum [g] ſperare debebit. *& infra.* ¶ Defenſores [h] etiam eccleſiæ, qui ex laicis [i] fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerunt eſſe in ordine [k] clericatus.

a ¶ Si ab infantia.] *Prior hæc huius capitis pars ſummatim refertur. Integer locus ſic habet.* Si ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, inter lectores vſque ad vigeſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus acceſſerit, ita tamen vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores, ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur: exinde acolythus, vel ſubdiaconus quattuor annis; & ſic ad benectionem, &c. *Ac ſane in vno etiam peruetuſto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1 c. 13. de inſtitut. cleric. legitur,* quattuor annis, *non,* quattuordecim. *Sed ob gloſſas nihil mutatum, additumve eſt.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconenſem, epiſtola prima, cap. nono.

¶ De eodem. C. III.

Ino par. 6. c. 91. & 92.

QVicumque itaque ſe eccleſię vouerit obſequijs à ſua infantia; ante pubertatis [l] annos baptizari [m], & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcẽtiæ vſque ad a vigeſimum ætatis annum; ſi probabiliter vixerit, vna tantum, & ea quam virginem communi per ſacerdotem benectione percepit, vxore contentus; acolythus [n], & ſubdiaconus eſſe debebit; poſteaque ad diaconij [o] gradum (ſi ſeipſum primitus, continentia præeunte, dignum probauerit) accedat. Vbi ſi vltra [c] quinque annos

ı Adde hic ꝗ defenſor appellatur patron⁹ ſiue aduocatus eccleſię. extra de electio. venerabilem. Item reus dr̃ defenſor. 4. q. 4. c. 1. Item cuſtos patroni Romanę eccleſiæ. 28. diſt. quia ſunt culpæ. Itẽ cuſtos cuiuſlibet eccleſię, vt hic. Item exorciſta. ĩ. ea. monachus nouitius. Arch.

QVicũque.] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima proſequitur de pueris: in ſecunda de grandæuis. In prima igitur dr̃ ꝗ pueri ante pubertatis annos baptizari debent, & fieri oſtiarij, lectores, & exorciſtæ, deinde vſque ad xx. an. ita ꝗ, vſque, teneatur incluſiue: inde fiat acolythus & ſubdiaconus: poſt xxv. diaconus: poſt xxx. presbyter, poſt decennium computandum à xx. ann. fiat ep̃s: quia poſtquam eſt presbyter, ſtatim poteſt fieri ep̃s. In ſecunda vero parte dr̃, ꝗ ſi quis eſt grandis ætatis, prius baptizetur, & in primo biennio fiat oſtiarius, lector & exorciſta. In ſequenti quinquennio fiat acolythus & ſubdiaconus: poſtea diaconus, poſtea presbyter, poſtea ep̃s. Secunda pars incipit ibi, [Qui

xij. annis, nõ eſt verum in maſculo, ſed in puella, vt inſti. qui. mo. ſi. tute. in prima colum. B.
m ¶ Baptizari.] Sed quare dicit ꝗ tunc debeat baptizari, cum ſit dubium & periculoſum intantùm differri baptiſma, vt de conſe. diſt. 4. qn̄ quis. &c. ne quod abſit? ideo dicit quia cũ baptiſma ſit ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſt. §. verum. in fi. non poſſet ordinari ſi nõ eſſet baptizatus, extra d presby. nõ bapti. c. 3. nõ ꝗ debeat differri: ſed ſi caſu dilatũ eſt, baptizari debet.
n ¶ Acolythus.] Ecõſuetudinetur ꝗ de iure non debeant minores ordines ſimul conferri: quod credo niſi diſpenſatiue: vel niſi ſit conſuetudo, vt extra de eo qui fur. or. re. cum H. lator.
o ¶ Ad diaconij.] Cõtinentia præeunte: ideo hic nõ dixit de ſubdiaconatu, quia nondum erat ſacer ordo tempore Syricij, qui antiquiſſimus fuit. 32. diſt. erubeſcant. hodie vero eſt ſacer ordo.

ˡ Baptiſma eſt omniũ ſacramẽtorũ ianua.

Ordines mi notes an ſi mul conf… ri poſſint.

a ¶ Exinde.]

a ¶ Exinde.] ȷ̄.ea.diſt.epiſcopus.contra. Sed referas hoc ad xx. annum, de quo ſermo præceſſit, non ad quinquennium proximū:& ſic erit in xxx.anno, vt ibi dicitur,& extra de elec.cum in cunctis. Vel dicas eſſe conſtitutionum varietatem. Hug.

b ¶ Gran-

in canone.26.diſt. qui ſine. diſtingue ẽ inter ordinem & ordiné. & ita arbitrio boni viri relinquitur. extra de offic.deleg.de cauſis.ff.de iure delib.l.1.

e ¶ Aliud.] à biennio ſi eſſet in xv.anno. nec refertur ad antecedens quinquẽnium:quia non præceſſit aliud. ſic C.quomodo & qñ iudex. Authen. qui ſemel.

laudabiliter miniſtrauerit, congrue presbyterium conſequatur. Exinde[a] poſt decennium epiſcopalem cathedram poterit adipiſci: ſi tamen per hæc tempora integritas vitæ,ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grãdæuus[b] melioris propoſiti conuerſatione prouocatus, ex laico ad ſacram militiam peruenire feſtinat; deſiderij ſui fructum non aliter obtinebit,niſi eo,quo baptizatur,tempore, ſtatim[c] lectorum,aut exorciſtarum numero ſocietur: ſi tamen eum vnam habuiſſe, vel habere[d], & hanc virginem accepiſſe conſtet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud[e] acolythus, & ſubdiaconus fiat; & ſic ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam acceſſu temporum,presbyterio,vel epiſcopatui,ſi eũ cleri, ac plebis euocauerit electio,nõ immerito ſocietur.

Ibidem.c.10.

a ¶ Vigeſimum.] *In pleriſque vetuſtis exemplaribus, & Gratiani, & epiſtola, atque apud Iuonem legitur*, trigeſimum. *Sed in epiſtola Zozimi, cuius pars relata eſt in antecedente notatione*, vigeſimum.

c ¶ Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuſcriptis, & in originali ipſo. In vulgatis erat*, intra.

Item ex ſexta ſynodo,c.15.

¶ De eodem. C. IIII.

SVbdiaconus non minor viginti annorum[f] ordinetur. ¶ Si quis vero in aliquo ordine ſacerdotali præter conſtituta tempora ordinatus fuerit,deponatur.

Item ex concilio Carthaginenſi 3.c.4.

Et cõc. Cartha. codicis can.16.

De eodem. C. V.

PLacuit[g], vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur,nec virgines cõſecrentur, & vt lectores populum non ſalutent[h].

Burc.l.2.c.11. Iuo p.6.c.31. Pann.l.3.c.30. Poly.l.2.tit.27. Anſ.l.7.c.96.

Item ex concilio Agathenſi,c.16.& 17.

¶ Minoribus xxv.annis leuitica non præſtetur benedictio. C. VI.

Iuo p.5.c.365.

EPiſcopus benedictionem diaconatus minoribus, quàm xxv. annorum,penitus non committat. ¶ Sane ſi coniugati iuuenes[i] conſenſerint ordinari, etiam vxorum vo-

f SVbdiaconus. ¶Nõ minor xx. annorum.] Ita vt cõpleuerit xx. annum. hoc enim requiritur in honoribus eccleſiaſticis, vt extra de elect.cum in cunctis. licet ſecus ſit in honoribus ciuilibus 3, vbi ſufficit attigiſſe xxv.annum,vt ff. de mu.& ho.ad rem. licet ſit arg. contra ȷ̄. diſt.proxi. cap. presbyter. In vſuſcapionibus ſufficit attigiſſe vltimum diem,vt ff. de diuer. & tempo præſcr. in vſucapione.& ſimiliter quantum ad factionem teſtamenti ſufficit attigiſſe vltimum diem xiiij.anni,vt ff.de teſta. qua ætate. Sed quantum ad excuſationem ciuilium munerum requiritur q̧ annus ſit completus, vt ff.d iure immuni. maiores. Sed quantũ ad beneficiũ reſtitutionis fit computatio de momento ad momentũ.vt ff.de min. l.3.§. minorẽ. Sed in temporalibus actionibus oportet vt vltimus dies ſit cõpletus, vt ff.de act.& oblig.l. in omnibus temporalibus. Ioan.

Aetas in honoribus & muneribus neceſſaria eſt.

3 Etiã forte eſt 16, q̃ honores eccleſię potius ſpectant ad onus q̃ honore n. 8 q.1. illud. Io. de Fan.

g PLacuit. ȷ̄ 20.q.1.placuit.

h ¶ Salutent.] Solebant forte lectori in pulpito aliquam ſalutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiſcum.] vbi modo dicunt: Iube domne benedicere. 21.diſtinct. denique.

b ¶ Grandæuus.] ſ.xxiij.anno 1, vel xxx. quia hæc eſt virilis ætas.ȷ̄.ea.c.epiſcopus 2, ætas enim multum facit ad eruditioné 16.q.7.hoc fit.& ſi ſit xxiij.annorũ,ita recipit omnes ordines intra xxx.annũ,ſicut quilibet alius qui à pueritia deſeruiuit eccleſię. Vel grandęuus.ſcilicet xviij.annorum:arg.28.diſt.de his.& 32.diſt.lectores.

c ¶ Statim.] ī.diſtin.47.§.1.argum.contra. Sed non dicit ſtatim, id eſt,incontinenti: ſed ſtatim, id eſt, paulo poſt.tale ſtatim habes ff.de procura.qui procuratorem. vel ibi non prohibetur, niſi de epiſcopatu & presbyteratu.

d ¶ Vel habere.] Ita tñ q̧ dudũ iam promiſerit continentiam.nam præire debet continentia,vt 28.diſt.cap. priuſquam.præterea de iſto grandæuo non exprimitur

EPiſcopus benedictionem.] CASVS. Hoc c.diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur,q̧ minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In ſecunda parte dicit,q̧ ſi coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirenda eſt vxoris voluntas:& ſequeſtrato cubiculo & religione promiſſa ordinetur. In tertia parte dicitur, q̧ ante xxx. annum presbyter vel epiſcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, [Sane.] Tertia ibi, [Presbyterum vero.]

i ¶ Iuuenes] idem eſt de alijs regulariter.arg.32.q.5.per totũ.ſi ſunt ſenes bene poteſt alter cõuerti:& alter in ſæculo remanere.extra de conuer.coniug.cum ſis.

a ¶ Se-

a ¶ Sequeſtrato.]infra 81.diſtinct.volumus.contra. Sed hic de ſuſpectis. Vel dic quòd thalamus tantum debet ſequeſtrari, non autem manſio l. & hoc obtinet in vxore promouendi: ſecus eſt in vxore illius qui vult conuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel ſi eſt ſenex promittet continentiam, vt extra de conuer.coniu.cum ſis. & de illa materia not. 28. diſt. q̃a ſunt culpæ. Quid ſi vxoratũ promouet epiſcopus ad minores ordines? debet ne ab eo exigere cõtinentiã, cũ ſine titulo eũ nõ debeat promouere, & beneficiũ ſimul cũ vxore habere nõ poſſit, extra de cler.cõiu. c.1.&c.diuerſis? Sic: ſi tamen promouetur, nec exegerit, habebit beneficium: arg. 32. diſt. ſi qui. ab eo aũt qui vxorem non habet, non eſt exigenda cõtinentia. 15 q. 3. §. cum autem. Ioan.

l Vel littera idẽ dicere, cum dicat ſequeſtrato mãſionis cubiculo. De hoc le. & not. extra de cõuer. cõiug. coniugatus. ibi vide.

Coniugati an poſſint promoueri.

i ¶ Leuitæ.]Omnes qui in templo ſeruiebant, dicebantur Leuitæ: quia de tribu Leui aſſumebãtur. Sed numquid conferebatur eis tunc character? Sic. arg. de conſecratio. diſtinct.1.c.1. ſed non idem qui hodie. argum. extra de ſacra.vnct.cum veniſſet. in fin. 23. diſtinct. c. 1. quod eſt con-

Leuitæ i[...] ui dico[...]

luntas ita requirenda eſt, vt ſequeſtrato [a] mãſionis cubiculo, religione [b] promiſſa, poſteaquam pariter conuerſi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum vero, vel epiſcopum, ante triginta annos, ideſt antequam [c] ad viri perfecti ætatẽ perueniat, & diaconos ante vigintiquinque nullus metropolitanorum ordinare præſumat: ne per ætatem [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C. 17. Burc.l.2.c.9. Iuo p.6.c.29. Pann.l.3.c.28.

Item ex concilio Toletano 4.c.19.

¶ De eodem. C. VII.

Poly.l.2. tit.27. Burch.l.2.c.12. Iuo p.6.c.32. Pann.l.3.c.31. Num. 8.

IN veteri lege ab anno vigeſimoquinto leuitæ [e] in tabernaculo [f] ſeruire mandantur: cuius auctoritatem in canonibus & ſancti patres ſecuti ſunt. Nos [g] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros [h] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experiẽtiam vitæ: ideoque ne vlterius fiat à nobis & diuina lege, & canonicis admonemur † ſententijs, vt † à vigintiquinque annis ætatis leuitæ [i] conſecrentur, & à triginta presbyteri ordinentur.

† In codice regio [admonemus exiplic[...]] † al. ſe[...]

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. prima, c. tertio.

¶ Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

ſ.diſt.55.c.1. Anſ.l.7.c.47. Iuo p.3.c. 143.

SI quis de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialibus eruditus ad clericale munus [k] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam non habuit fortaſsis vxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtenditur, ſi α pænitentiam publicam fortaſsis non geſsit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, ſi ſeruili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ iam probatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt litteras, ſine quibus vix fortaſsis oſtiarii poſsit implere miniſterium.

α ¶ Si pęnitentiam.] *Hinc vſque ad finem addita ſunt ex epiſtola ipſa, vt melius percipiatur nexus ſequentis capitis. Nam poſt verbum,* miniſterium, *continenter apud Gelaſium ſequitur:* vt ſi his omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitur; continuo lector, &c.

Item eodem capite, & ſequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOna-

b ¶ Religione.] i. caſtitate: quę qualiter promitti debet, dixi 32. diſt. ſeriatim. nec enim iſta debet religionem intrare: quia nec vir eius intrat. ſecus eſt in vxore monachi vel epiſcopi. extra de cõuer.coniug.ſane.

Aetas virilis diuerſimode interpretatur.

c ¶ Antequam.]No. ꝙ canon aliter interpretatur virilem ætatẽ, aliter interpretatur lex. ff. de minoribus. l.1. C. his qui veni. ętat. impe. l. vlt. ſed diuerſificãt: quia diuerſos habẽt reſpectus. prætor non habuit reſpectum niſi ad rerum ſuarum adminiſtrationem.

d ¶ Ne per ætatem.] Arg. ratione ætatis præſumi pro aliquo, vel contra, vt ſ. 34. diſt. quorumdam. 33. q. 2. antiqui.

IN veteri.] CASVS. Quidam epi ante xxv. annũ leuitas ordinabant: ſed Toletanum concil. prohibet ne hoc deceтero fiat: ſed poſt xxv. annum leuitæ ordinẽtur: & presbyteri poſt xxx. quod probat auctoritate legis Moſaicæ & canonicæ.

Leuitæ officium.

e ¶ Leuitæ.]In veteri lege à xxv. anno Leuitæ deſeruiebant tabernaculo, & cuſtodiebant vaſa tabernaculi auteà, ante non.

Tabernaculum.

f ¶ Tabernaculo.] Quid ſit tabernaculum, habes ff. de verb. ſig. l. inde tabernacula.

g ¶ Nos.] committeret ſe alijs, vt citius reprehendat.

Puer quid ſignificat.

h ¶ Pueros.]Puer quandoque ſeruum, quãdoque puellam ſignificat. ff. de ver. ſig. pueri. quandoque dicitur puer [illegible] ff. de alt. & ci. le. l. mela.

tra opi. Hug. quam dixi ſ. 75. diſt. c. 1. ꝙ ſcilicet ſine Miſſa conferatur character. Sed hodie immutata eſt forma per Chriſtum. vnde nec Aaron ſine Miſſa conferret hodie characterem.

Charact[...] hodie ſi[...] Miſſa no[...] confertur

SI quis.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi quis monachus voluerit promoueri, vita eius præterita requiri debet, ſi fuerit criminoſus vel irregularis, contrahendo. cum ſecunda vxore, vel repudiata.

K ¶ Munus.] id eſt, ſi vult ad ordinem promoueri. Archidiaconus.

MOnachus.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de monacho. In ſecunda de laico.

laico. In prima ergo dicitur ꝙ monach[a] nouitius, ſi bonæ vitæ & bonæ cōuerſationis fuerit, intra annum poteſt omnes ordines recipere per interſtitia breuia in ca. aſſignata, vt deuotio ſancti propoſiti legitima ſuppleat interſtitia. In ſecunda parte dicitur, ꝙ laicus intra annum

tamen ſcripſit litteras non eſſe notas. ff. de bon. poſſeſſ. ſed cum patrono. §. nous. Notæ autem quandoque dicũtur cicatrices. vnde lex dicit, ꝙ & notæ & nomina fugitiuorũ ad magiſtratus ſunt referenda. ff. de ſer. fug. l. 1. iuxta illud: (Foli)ſque notas & nomina mandat.]

chus [a] [a] vero nouitius [b] morum honeſtate fulcitus, continuo lector vel notarius [c], aut certe defenſor [d] effectus, poſt tres menſes exiſtat acolythus: maxime ſi huic ætas etiam ſuffragatur: ſexto menſe ſubdiaconi nomen accipiat; ac ſi modeſtæ conuerſationis, honeſtæque voluntatis exiſtit, nono menſe diaconus, completoque anno ſit presbyter: cui tamen, quod annorum interſtitia fuerant collatura, ſancti propoſiti ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe deuotio [e]. ¶ Si vero laicus quiſpiam eccleſiaſticis eſt aggregandus officijs; tanto ſollicitius in ſingulis, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, huiuſmodi decet examinari [f] perſonam; quantum inter mundanã, religioſamq. vitam conſtat eſſe diſcriminis: quia vtique conuenientia [g] eccleſiæ miniſteria reparanda † ſunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod ſacris aptum poſſit eſſe ſeruitijs, in eorum quærendum eſt inſtitutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc aſſequenda, decerpitur; vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior conſuetudo non contulit; ne † per occaſionem ſupplendæ penuriæ clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intuliſſe †, non legitimæ familiæ Domini computemur procuraſſe compendia [i]: Quorum [k] promotionibus, ſuper anni metas [l], ſex menſes nihilominus ſubrogamus: quoniam, ſicut dictum eſt, diſtare [m] conuenit inter perſonam diuino cultui deditam, & de laicorum conuerſatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt [β] eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus [n] canonum paternorum vetus forma ſeruetur.

Ibidem. c. 4.

† al. deputanda

† al. nec

† al. intuliſſe indicemur

[a] ¶ Monachus.] *Quomodo hic locus in originali habeat, proxima ſuperiore notatione indicatum eſt.*

[β] ¶ Vt eccleſiis.] *Hæc multo plenius à Gelaſio exponuntur:* Vt illis, inquit, eccleſijs, quibus infeſtatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanſerunt miniſteria, renouentur: quatenus his, Deo propitio, reſtitutis, in eccleſiaſticis gradibus ſubrogandis canonum paternorum vetus forma ſeruetur; nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduerſus ſcita maiorum noua lege proponitur; ceteris eccleſijs ab hac occaſione ceſſantibus, quas non ſimili clade vaſtatas priſtinam faciendis ordinationibus conuenit tenere ſententiam.

d ¶ Defenſor.] exorciſta. nam prius ſic oſtiarius, poſt exorciſta. ſ. ea. cap. 1. dicitur exorciſta defenſor: quia defendit corpus à dæmonibus.

e ¶ Deuotio.] Sicut enim ingenium ſupplet tẽpus in bene ſtudẽte, ſic & bonitas ætatis & ita compenſatur probitas cum tempore. ſic ergo bonitas ſupplet ætatem ſicut tempus, vt C. de præpoſi. ſacro. ſcri. l. 1. li. 12. ſic & malitia dicitur ætatem ſupplere. C. ſi mi. ma. ſe dixe. l. 3. extra de deſponſa impuberum. de illis. ita probitas & honeſtas ſupplet tẽpus. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes. & ff. de decre. ab or. fa. l. 1. ſic aliquid quod eſt minus, æquiparatur alij quod eſt maius, facta compenſatione hinc inde. 7. q. 1. quæro. & 19. diſt. in canonicis. Iſtud idem conſideratur in teſtibus: quia fit compenſatio auctoritatis ad numerum. extra de teſti. in noſtra.

Ingeniũ & alia tempus ſupplere poſſunt.

f ¶ Examinare.] Arg. ꝙ ſi laicus inducitur in teſtẽ. diligẽtius eſt examinandus quam clericus, propter maiorem dubitationem. 12. q. 1. duo.

g ¶ Conuenientia.] id eſt, cōuenientibus miniſtris.

h ¶ Vitia.] id eſt, vitioſos clericos.

i ¶ Compendia.] id eſt, vtilitates. vel vtiles miniſtros.

k ¶ Quorum.] Argumẽtum poteſt colligi ex hoc ꝙ tantum valeat teſtimonium quattuor clericorum, quãtum ſex laicorum. nam in ſeſquialtera proportione videtur ꝙ ſe habeant, ſicut ſe habent ſex & quattuor: quia tãtum poteſt clericus facere per annum, quantum laicus per annum & dimidium. 46. diſt. cap. penul.

Clericus laico præfertur.

num & dimidium poterit promoueri ad omnes ordines ſi fuerit cōmendabilis vitæ, vt quod deeſt tempori, & quod prolixior conſuetudo non contulit, ſuppleat in eo morum probitas: & hæc omnia fiunt de diſpenſatione propter neceſſitatẽ: qua ceſſante vetus forma ſeruetur. ſecunda pars incipit ibi, (Si vero laicus.)

a ¶ Monachus.] Hoc cap. loquitur ſecundum caſum illum. ſ. diſtin. 55. priſcis. ſ. de diſpenſatione, procedente de iure communi.

b ¶ Nouitius.] quia de nouitio maior dubietas videbatur eſſe.

c ¶ Vel notarius.] A notis id eſt, litteris legendis. ſ. Pedius

l ¶ Metas.] ſ. diſt. ea. quicumque. contra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loquitur. Vel illud regulariter & de iure communi: hoc ſpecialiter ex diſpenſatione. vnde ſubijcit, quæ tamen, &c.

1 Ad idem 61. diſt. in ſacerdotib. ſ. 4. diſt. ſtatuimus. &c. deniq; 1. q. 1. viliſſimus.

m ¶ Diſtare.] ſ. 8. q. 1. nec ſufficere 2.

n ¶ Ceſſantibus.] Ceſſante cauſa conceſſionis ceſſare debet pariter & conceſſum, vt 1. quæſt. 7. quod pro remedio

dio.& c.exigunt.ſ.diſt.55.priſcis.56.diſt.Iſmael.arg.cõtra.C.fami.ercif.l.2.Lau.

ADDITIO. Dic vt not.61.diſtin.neophytus.& 19. q. 2. dux.Archid.

QVa vero ætate.] CASVS. Supra in proxima diſt. in cap.epiſcopus benedictionem. dictũ eſt q̃ qui ordinatur i presbyterũ debet eſſe 30. annorum. Nunc vero in hac 78. diſt. idem repetit,vt addat cauſam quare tũc, & nõ ante:ſcilicet q̃a Chriſtus in 30. anno baptizatus fuit, & poſtea cœpit prędicare, vt ſ.ea.presbyter. Et omnia plana sũt vſq; ad c.quid eſt.

a ¶ Qua vero.] Hic intitulatur 78.diſt.in qua oſtẽdit magiſter non debere ordinari ſacerdotes de iure cõmuni ante triginta annos completos: q̃a in tali ętate Dominus baptizatus eſt,& prędicare cœpit & quidam alij prophetæ. ſed quia & ante hoc tempus prophetę ad prædicandum miſſi ſunt,poſsũt neceſſitate imminẽte à 25.anno ordinari.ſ.ea.diſ.ca.vlt.arg.ff.ad Treb.filium.§.1.

b SI quis.] ¶ Non impleuerit.] Extra de elec.cũ in cunctis.

c ¶ Sit dignus.] Arg. eſt non debere derogari iuri cõmuni ꝓpter perſonam.ſ.diſ.50.ex pęnitẽtibus.diſ.61.miramur. Sed ꝓp neceſſitatẽ vel vtilitatem derogatur iuri.licet nõ propter dignitatem tantũ,vt 1.q.7.capit. tali 1.

Christus qua ętate baptizatus eſt.

ter ante xxx. annos ordinari non debet, licet ſit vitæ probabilis:quia Chriſtus tantum in trigeſimo anno cœpit prædicare,& baptizatus eſt.

f ¶ Ante triginta.] Poteſt tamen ei concedi in vigeſimo quinto anno regimen parochialis 3. eccleſiæ. extra de ele

3 Hoc fortè intelligit de conuentuali.ſecundum Laur. ſed intelligas indiſtincte,vt ꝓbatur extra li.6.de elec.li cet canõ.q̃ ẽ concilij. Gre.x.

DISTINCTIO LXXVIII.

QVa vero a ætate ſacerdotes ordinari debeant, Bonifacius a Papa diffiniuit dicens:

a ¶ Bonifacius.] *Ceteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarenſem epiſcopum in cap. græc.ſynod. c. 20. ex Neocæſarien. c. xi.*

¶ Ante annos triginta presbyter non ordinetur. C. I.

SI quis b triginta ætatis ſuæ annos non impleuerit,nullo modo presbyter ordinetur,etiam ſi valde ſit dignus c.

Poly.l.2.tit.10. Burc.l.2.c.10. Iuo p.6.c.30. Pann.l.3.c.29.

[*Item in nouellis in Authentica de ſanctiſs.epiſcopis & clericos.apud Iulian. Antec.conſt. 123.cap.19.*]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

NEmo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit:nemo diaconus,vel ſubdiaconus fiat,qui minor vigintiquinque annis ſit: nemo lectoribus connumeretur, qui minor xviij.annis fuerit: nemo inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor ſit xl. annis, vel ad ſecundum matrimonium peruenerit.

Poly.l.2. tit.27.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africanos,epiſt.85.c.1.

¶ Non eſt ordinandus ſacerdos, niſi longo ſit probatus examine. C. III.

QVid eſt d manus cito imponere, niſi ante ætatem maturitatis,ante tempus examinis, ante meritum obedientiæ †, ante experientiam diſciplinæ,ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare e peccatis alienis,niſi talem effici ordinantem,qualis ille eſt,qui non meruit ordinari?

ſ.diſt.61.c.miramur.verſ.q̃d eſt cito.] Anſ.l.6.c.34. Iuo p. 5. c. 105.

† al. laboris

Item ex concilio Neocæſarienſi,c.xi.

¶ Ante triginta annorum ætatem presbyter non ordinetur. C. IIII.

PResbyter ante xxx. f annorum ætatem non ordinetur; quamuis ſit probabilis vitæ:ſed obſeruet vſq. ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt;& tunc prædicauit g.

Poly.l.2.tit. 27. Anſ.l.7.c.95. Pann.l.3.c.29.

1 Ad idẽ 15. q. vlt. cap. vlt.& ḋ hoc etiam not. ſ.ca.c.vlt.

QVid eſt manus.] CASVS. Super epiſtolam ad Timotheum habetur: Manus cito nemini impoſueris, nec communicaueris peccatis alienis. Nunc vero Leo Papa exponit litteram Apoſtoli & dicit,q̃ ille cito manum imponit,qui ordinat aliquem ante congruam ætatem, & ante examinationem, & antequam ſit diſciplinatus. Et ille cõmunicat peccatis alienis, qui efficitur malus 1 ſicut eſt ille quem ordinat,& in malo eſt ei ſimilis.

d ¶ Quid eſt.] Hoc eſt in epiſtola ad Timotheum 2 2 Manus cito nemini impoſueris: neque cõmunices peccatis alienis.

2 Cap.1.

e ¶ Communicare.] Communicat peccatis alienis qui illis conſentit.arg.diſt.86.c.1.& c.culpam.& c.facientis. 83.diſt.cap.quid enim.& c.error.

PResbyter ante.] CASVS. Dicitur hic, quòd presbyter

electio. cum in cunctis. Sed cui incumbet probatio de ætate,ſi dubitat de ętate? Dico q̃ ei qui agit,ſcilicet qui petit ordinem. vnde ſi maior eſt actor, ipſe probabit ſe maiorem,ſiue minorẽ 4,vt C.de ꝓba.cũ te.C.de in integ.reſtitu.mi.ſi.minorẽ.ff. de min. minor ex aſpectu. Sed ſi minor eſt reus. tunc aduerſarius probabit, vt C. qui & aduerſus quos.l.1.ff.de mino.de ætate.

g ¶ Prædicauit.] Sed ſacerdotis officiũ eſt prædicare, vt 16.q.1.adijcimus. Vnde eſt hic arg. cõtra id quod diximus q̃ debeat implere trigeſimũ annũ. Dicit Io. Chryſoſt.q̃ de trigeſimo anno nondũ attigerat Ieſus niſi 30. dies, ſicut in Euangelio continetur:Erat Ieſus quaſi annorũ.30.Sed eſt arg.ſuperficiale 5 ſed probatur per hoc q̃ ante xxx.annum non poſſit promoueri.

Aetatis probatio, cui incumbat. 4 Adde ętate fi... eredatur ... bro pat... vel eius ... ſertioni ... no.gl. ia... etiam.ff. prob.Bal. l.neq; na... les.C.eo 5 Nã fa... domini eſt tra... dum a... ſequen... ſecund...

HOC REGVLARE EST. CASVS. Dicit nunc Grat. ꝙ hæc quæ dicta ſunt ſ. de xxx. ann. vera ſunt, & ſeruanda de iure cōmuni. Et hoc probat exemplo Chriſti, & Ioannis Bap. & Ezechielis, qui tantum in xxx. anno prædicare cœperunt, ſed diſpenſatiue ante tale tempus potest aliquis ad dignitatem presbyterij promoueri. & hoc probat ſex exemplis: ſcilicet Hieremiæ & Danielis, Dauid & Salomonis, Ioannis euangeliſtæ & Pauli, qui omnes ab adoleſcentia acceperunt officium prædicandi, & gubernationem ſuper alios. Et ad hoc ꝓbandū inducit ſequens cap. cuius caſus per ſe patet.

a ¶ Prædicaſſe.] ante hoc tempus.

b SI xxx. annorum.] ¶ Neceſſitas.] vel vtilitas, cum illa etiam inducat diſpenſationem, vt 1. q. 7. tali. immo de iure cōi (vt vř). cum enim in xxv. anno ad regimen eccleſiæ poſſit aſſumi, vt extra de elect. cum in cunctis. & quilibet prælatus debeat eſſe presbyter. 11. q. 2. ſicut. cum etiam talis debeat eligi, qui per breue tempus poſſit promoueri, vt extra de æta. & quali. præterea. Et breue tempus eſt vt non vacet eccleſia niſi per tres menſes ad plus, vt 50. diſt. poſtquam. ergo prædicta cap. videntur correcta. Ioã. quod non credo, vt extra de elect. dudum. & extra de præben. cum iamdudum. in fi.

APoſtolicus.] Hæc diſt. diuiditur in ſex partes: in quarum prima dicitur, ꝙ nullus debet eligi in eccleſia Romana niſi à Cardinalibus: nec ante mortem Papæ aliquo verbo, vel facto de Papatu debet promitti. Et hoc probat per ſex auctoritates. Secūda ibi, [Nullus Pontifice.] Tertia ibi, [Sed quæritur.] Quarta ibi, [Hoc autem.] Quinta ibi, [Electio.] Sexta ibi, [Sicut ſupra.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in 23. diſt. c. 1. tractatum eſt de electione & confirmatione Papæ: nunc vero in hac 79. diſtin. idem repetit, vt aliquid addat. Continet enim hæc diſt. quattuor articulos. In primo dicit, ꝙ Papa non debet eligi niſi à Cardinalibus. In ſecundo dř qđ iuris ſit ſi duo apoſtolici eliguntur. In tertio dř ꝙ electio ſucceſſoris debet fieri cum deliberatione prędeceſſoris. In quarto dř ꝙ electio Apoſtolicorum ſoli Deo reſeruatur. quæ omnia per ſuos §§. patebunt.

S. Grego. in Ezechielē, hom. 2.

Hoc regulare eſt; vnde & Chriſtus, & Ioannes Baptiſta, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetaſſe, vel prædicaſſe [a]. *Verum, quia Hieremias, & Daniel ante iuuenilem ætatem ſpiritū prophetiæ accepiſſe leguntur; Dauid, & Salomon in adoleſcentia vncti inueniuntur, Ioannes etiam Euangeliſta, cum adhuc eſſet adoleſcens, à Domino in Apoſtolum electus, & cum alijs ad prædicandum miſſus inuenitur; Paulus quoq. apoſtolus in adoleſcentia à Domino electus, & ad prædicandum miſſus aſſeritur; eccleſia ſimiliter, neceſſitate exigente, nonnullos ante triginta annos ordinare conſueuit.*

Hier. 1. Daniel. 1. Matth. 4. Act. 7.

Vnde Zacharias Papa, Bonifacio epiſcopo, epiſt. 6. cuius initium [Benedictus Deus.]

¶ Neceſſitate exigente xxv. annorum presbyteri ordinentur. C. V.

SI triginta annorū non reperiuntur, & neceſſitas [b] † expoſcit; à vigintiquinque annis & ſupra leuitæ, & ſacerdotes ordinentur.

† Ex iſto text. infert ꝙ plura fiunt neceſſitatis cauſa: quæ alias nō fierent. conc. l. non ſolum. §. fi. ff. de excu. tut.

Prælatus q- habet preſbyter eſſe debet.

DISTINCTIO LXXIX.

1 p. A*Poſtolicus autem* [c] *non niſi à Cardinalibus, & religioſis clericis eſt inthronizandus. Vnde Nicolaus Papa II. ait in epiſtola, qua ſynodum à ſe Roma habitam refert, cap. 1.*

c ¶ Apoſtolicus autem.] Hic deſingitur 79. diſtin. in qua ſpecialiter magiſter agit d electione ſummi Pontificis, oſtendens à quibus debeat eligi: & dicit ꝙ à Cardinalibus & qñ: quia die tertia poſt depoſitionem defuncti, vt ſ. eod. nullus. ſubdit etiam quid iuris ſit cum duo malo zelo eliguntur, vt infra ead. ſi duo. vel cum ſimoniace aliqnis eligitur, vt ſ. ead. ſi quis pecunia 1. & dicit ꝙ à ſolo Deo pōt deijci. de ordinatione ei⁹ non tractatur hic. qa de ea dictum eſt ſ. 23. diſt. in nomine.

Papa à quibus & quado eſt eligendus.

1 Et ſ. ea. c. 1.

ADDITIO. Iſtud c. non fuit ibi introductum niſi propter ordinationem: & ideo repetit hoc de electione & inthronizatione, & non de ordinatione, ſecundum Hug.

¶ De eo, qui ſine concordi Cardinalium electione inthronizatur. C. I.

Polyc. l. 1. tit. 4. Anſel. l. 6. c. 15. ſ. ead. c. ſi quis pecunia.

SI quis [a] Apoſtolicæ ſedi ſine concordi, & canonica [d] electione Cardinalium eiuſdem eccleſiæ, ac deinde ſequentium [e] religioſorum [f] clericorum inthronizatur; non

SI quis.] CASVS. Statuit Nicolaus in hoc c. ꝙ ſi quis ſine concordi & canonica electione Cardinalium & aliorum religioſorum clericorum fuerit electus vel inthronizatus, non habeatur apoſtolicus, ſed apoſtaticus.

d ¶ Et canonica.] Quam electionem vocas canonicā? numquid dices idem eſſe quod in aliorum electionibus, ſaltem quo ad hoc vt debeat eſſe de eadem eccleſia 2, vel vt melior eligi debeat 3, vel etiam prior 4, vel vt non ſit aliquo modo irregularis? Sed breuiter dico, ꝙ ſi eſt electus à duabus partibus, amodo nulla admittitur contra ipſum exceptio, nec de vitio eligentium vel electi: quia nō eſſet corā quo iudice exceptiones illæ præponerentur. vñ ſi tertia pars vellet probare electionē eſſe ſimoniacam 5, non audiretur, vt extra de elect. licet. qui tñ ſic eligunt, peccant: & electio talis vitioſa eſt.

e ¶ Sequentium.] Hi conſentire debent: non tamen vocandi ſunt de neceſſitate.

f ¶ Religioſorum.] ſ. diſt. 23. c. 1. contra. ſed ibi dicit religioſos viros præduces, non reſpectu Cardinalium, ſed reſpectu laicorum.

Electio Papæ habet aliqua ſpecialia.

2 Vt 61. diſ. nullus.

3 Vt 63. diſ. metropolitanus.

4 Vt 75. diſ. c. vlt. in fi.

5 De hoc ſ. c. ſi quis pecuniā. Arc.

SI quis Papa.] CASVS. Hoc cap. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, q. ille debet deponi qui Papa viuo & incolumi præſtiterit fauorem carnalem pro Romano pontificatu: vel qui eo incõſulto ſubſcriptionem fecerit: vel ſacramẽtum dederit alicui: vel ſuũ ſuffragium pollicea tur propter hoc: vel qui hac de cauſa priuata conuenticula facit. In ſecunda parte dicitur q. quicumque huiuſmodi cõiurationes & inſidias patefecerit & probauerit, indulgentiam promerebitur & præmium. Secunda pars incipit ibi, [Propter occultas fraudes.]

a ¶ Pro Romano.] maxime: arg. ĵ. ead. nullus Pontifex.

b ¶ Aut ſubſcriptionem.] aliàs ſubſcriptiones.

c ¶ Pyctacia.] Pyctacia hic dicuntur ſcripta obligatoria. 30. q. 3. pyctacium. & ſecundum hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicuntur munera quædam: & ſecundum hoc dicitur à petendo.

ADDITIO. Quidã dicunt q. eſt generis femini: vnde in quibuſdam libris inuenitur hæc pyctacia: ſed dico eſſe litterã corruptam: vel eſſe accuſatiuum pluralem: & quod dicitur pyctaciolas. ĵ. 16. q. 7. non obſeruetis. dico non eſſe verum: ſed debet eſſe pyctaciola. Hug.

d ¶ Diſtrictionis.] id eſt, diſtrictæ conſtitutionis ſententia.

e ¶ Pertulerit.] Arg. in ſimonia aliquem de ſe confeſſum audiri contra ſocios eiuſdem criminis 1. Sed eſt arg. contra 15. q. 3. nemini. ſed ſubintelligendũ eſt ibi cum ſimonia: & ita per hoc c. determinatur & ſuppletur illud. vnde colligitur q. crimen ſimoniæ & crimen læſæ maieſtatis æquiualent, & æquis paſſibus ambulant, vt 15. q. 3. ſane. & quidem quæcumque perſonæ recipiuntur in accuſatione in crimine læſæ maieſtatis, recipiuntur in crimine ſimoniæ: & cum ibi recipiantur ſocij initæ factionis ꝯ ſe, ſimiliter & hic. Item hic habetur q. aliquis illũ cũ quo ſimoniã cõmiſit, de ſimonia põt accuſare: & ille punietur, & iſte nõ: quod Hug. intelligit vbi res nõ proceſſit ad actum; ſcilicet ad donationẽ vel receptionem pecuniæ. Tunc enim vterq; debet deponi. Io. quod ego nõ credo: cũ crimẽ iſtud procedat ad inſtar criminis læſæ maieſtatis, vt 15. q. 3. ſane. in quo ſi ſocius criminis probat crimen, remuneratur, vt 6. q. 1. ſi quis 2. B. arg. extra de teſti. veniens. Dicunt tñ quidam, q. numquam in ſimonia ſocius ſociũ accuſat, 15. q. 3. nemini. niſi qñ ſimul cõmittitur crimen læſæ maieſtatis, vt hic. Et ad c. ſane, reſpondeo q. quo ad quædam, nõ quo ad omnia ſimonia æquis paſſibus ambulat cum crimine læſæ maieſtatis. Sed vĩ q. ille qui accuſat illum quem dicit fuiſſe ſocium in crimine, non eſſet audiẽdus: Tum ideo quia ſtatim puniendus eſſet, ex quo ſponte confeſſus eſt crimen ſuum, vt 2. q. 1. nos in quemquam. Tum quia turpitudinẽ ſuã allegans nõ auditur, vt extra de dona. inter dilectos. Sed dic eſſe ſpeciale in hoc crimine, vt allegans ſuam turpitudinem audiatur, & vt confeſſio eius non puniatur 3: Tũ quia non eſt directa confeſſio, qñ quis ideo confitetur vt accuſet. Sed licet confeſſio accuſatoris non puniatur in ſimonia, tñ confeſſio teſtis punitur, vt extra de elect. per inquiſitionem. Sed quid ſi confeſſus non poteſt probare crimen quod intendit? Vĩ q. tunc puniendus ſit: qa tacere debuit crimen quod probare non potuit, vt 2. q. 7. plerique. 6. q. 2. ſi tantum. quod concedo. Io.

f ¶ Remuneratione.] non ipſo facto, ſed à iudice eam impetret, vt C. quib. ex cau. ſer. pro præmio li. acci. l. 1. & ita inuitatur aliquis per præmium ad accuſandum, vt 6. q. 1. §. verum. & l. ſi quis cum.

Laicus contra clericū teſtificari nequit.

b ¶ Captus eſt.] & conuictus. extra de iud. cum nō ab homine. de hoc dixi 50. diſt. de his 1. & c. ſi quis diaconus 1. vnde cum capitur, detineri debet per xx. horas diurnas, & nocturnas, vt videatur, vt ff. de adul. capite. ſed nec teſtibus admiſſis creditur, niſi à principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc; quia laici oppido nobis infeſti ſunt. 2. q. 7. laici. Vel dic, captus per ſententiam vel per confeſſionē 2 propriam, vel rei euidentiam, vt extra de cohab. cler. veſtra. & cap. vlti.

1 Adde qualiter probatur adulterium vel fornicatio no. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de adul. & in l. quærebatur. ff. de teſta. mil.

2 Non enim ſufficit ſi capiatur, niſi aliàs conuincatur, vel cōfiteatur. arg. 12. q. 1. nō dicatis. 15. q. vlt. c. vlt. licet quod videatur hic dici. vt 50. diſt. de his vero. &c. ſi quis diaconus. &c. in H.

c ¶ Scriptura.] extra de iud. at ſi clerici. de pœn. diſtin. 3. §. auctoritas. ff. nau. caup. liter. §. vlt.

d ¶ Bis.] id eſt, perfecte.

SI quis epiſcopus.] e ¶ Inter laicos.] hoc intellige, quando crimen venit in notitiam populi, vt ſ. 27. diſt. presbyter 3.

SI diaconus.] C A S V S. Dicitur hic, quod ſi diaconus, vel presbyter commiſit crimen aliquod dignū depoſitione, ab officio & cōmunione debet repelli: ſi vero non eſt depoſitus, ſed ſe propter delictum ab altaris miniſterio remouit more pœnitentis, ſi alii presbyteri deſunt, poterit in neceſſitate baptizare.

3 Vel cum ex hoc magnum ſcandali ortū eſt, vt 50. diſtin. ſacerdotes.

f ¶ A communione.] corporis Chriſti, vel ad tempus. & ſic ſoluitur contra illius c. presbyter. vel expone, id eſt beneficio, & ſic ſoluitur contra ea. c. presbyter 4.

4 Non eſt extranea iſta expoſitio, quia beneficia clericorū cōia ſunt. 32. diſtin. c. præter: hæc. 16. q. 1. c. ſi.

g ¶ Neceſſitatis.] arg. alicui licere cauſa neceſſitatis baptiſmum conferre, cui non licet aliud ſacramentum conferre. ſ. de conſec. diſt. 4. conſtat. 1. q. 1. ſicut Chriſtus. contra. ſ. diſt. 50. c. qui ſub gradu.

h ¶ Liceat.] cū ſollennitate, aliàs etiā laicus hoc poſſet.

i ¶ Baptizare.] dic vt 50. diſt. qui ſub gradu.

¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. C. XII.

In conc. Trib. c. 11. Raban. l. pœnitent. c. 1. Anſ. l. 11. c. 29. Burc. l. 2. c. 189. Iuo p. 6. c. 234. Pōly. l. 4. tit. 31.

PResbyter †, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto [a], aut α homicidio captus [b] eſt, deponatur: non tamen cōmunione priuetur β. Dicit enim ſcriptura [c]: [Non † vindicabit Dominus bis [d] in idipſum.]

† Epiſcopus aut presbyter, aut diaconus] orig.

† οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Naum 1. ſecundum lxx.

α ¶ Aut homicidio.] *hæc dictio non eſt in canone 25. Apoſtolorum. Sed in concilio Triburienſi, cum Patres illi ita dixiſſent,* legimus in canonibus Apoſtolorum, quòd eps, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: *hinc argumentantur, idem multo magis ſtatuendum eſſe de homicida, atque fortaſſe cauſa fuit, quamobrem à Gratiano, & aliis collectoribus ea dictio huic canoni adiecta ſit. In canone autem 32. Baſilii idem ſtatuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expoſitum erat in canone tertio.*

β ¶ Priuetur.] *In codicibus impreſſis ſequebatur,* ſi paruerit ſententiæ, *quæ verba ſunt expuncta, quia neq. in originali, neq. in vetuſtis Gratiani exemplaribus leguntur.*

Item.

¶ De eodem C. XIII.

ſ. diſt. 28. c. presbyter. Anſ. l. 11. c. 31.

ij SI quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus poſt diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab eccleſia proiectus, inter γ laicos [e] agat pœnitentiam.

¶ *Proprius auctor huius capitis non eſt inuentus: ſed ſimile habetur in concilio Neocæſarienſi, cap. primo, & in capitulis Martini Bracarenſis, c. 27.*

γ ¶ Inter laicos.] *hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. concilii Neocæſarienſis citato ſupra diſt. 28. cap. presbyter. (vt ibi notatum eſt) neque in capitulis Martini Bracarenſis.*

Item ex concilio Aurelianenſi primo, c. 11. & 14.

¶ De eodem. C. XIIII.

Iuo p. 6. c. 368. & p. 15. c. 18. C. 14.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale commiſerit, ſimul & ab officio, & à communione [f] pellatur. Si vero pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerit; his † quoque ſi alij defuerint, & cauſa certa neceſſitatis [g] exoritur † poſcentem baptiſma liceat [h] baptizare [i].

† al. ſic

† Concor. tex. in l. a libertus. ff. de bo. lib. & l. ſed & hæ. §. prot. ff. de pecu.

Item Gregorius ſeptimus omnibus per regnū Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶ Non ingrediantur eccleſiam presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. C. XV.

Anſ. l. 6. c. 177. Pann. l. 3. c. 134.

iij SI qui ſunt presbyteri, diaconi, vel ſubdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceāt, interdicimus eis ex

SI qui.] C A S V S. In Italia & Theutonia presbyteri, diaconi &

coni & ſubdiaconi publice tenebant concubinas, quibus omnibus Greg. officium interdixit donec pœnitentiam agerent, & ſi vellent in crimine perſeuerare, præcepit omnibus vt eorum officia non audirẽt; quia eorum benedictio in maledictionem conuerteretur. & hoc probat

b ¶ Emendent.] ex hoc videtur, ꝙ ſicut tales ipſo facto ſuſpenduntur, ſic ipſo facto per contrarium reſtituitur eis officium, vt dixi 32. diſt. nullus. arg. ad hoc. 15. q. 6. nos ſanctorum. & 16. q. 7. ſi quis deinceps 1.
c ¶ Audire.] ſ. 32. diſt. nullus. &c. præter hoc. ſed ꝟ. 15. q. 8. ſciſcitantib⁹. contra ſed ibi ſoluam.

parte Dei omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, eccleſiæ introitum, vſque dum pœniteant [a], & emendent [b]. Si qui vero in ſuo peccato perſeuerare maluerint, nullus veſtrum officium eorum audire [c] præſumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per prophetam: [Maledicam [d], inquit, benedictionibus veſtris.] Qui vero huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele teſtante, & beato Gregorio adſtruente: [Peccatum ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ non acquieſcere.] Peccatum igitur paganitatis [e] incurrit, quiſquis dum Chriſtianũ ſe aſſerit, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit [f].

Malach. 2.
Iuo par. 5. c. 36.
lib. 35. moral. c. 12. 8. q. 1. c. ſciēdum.
1. Reg. 15.

¶ In regeſto epiſtolarum Gregorii ſeptimi non eſt inuenta hæc epiſtola, in qua ſint omnia prorſus verba huius capitis. Sunt tamen in eo multa, quæ huius decreti faciunt mentionẽ, Libro primo epiſtola 30. epiſcopo Salzburgenſi, & lib. 2. epiſt. 61. Leodienſi epiſcopo, & ſequenti epiſtola Sicardo Aquilegienſi. De quo decreto, vt ipſum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epiſt. 66. Burchardo Halberſtatenſi epiſcopo, & epiſt. ſequenti, Annoni Colonienſi archiepiſcopo diligentiſſime ſcribit. & lib. 3. epiſt. 4. Sigifredo archiepiſcopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epiſt. 10. comitiſſæ Flandrienſi, & ſequenti; comiti de eadem re ſcribit. Inter decreta etiam Innocentii II. fit iſtius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis vſque ad verſ. Qui vero huic ſaluberrimo, *Marianus Scotus refert in fine ſuorum chronicorum. Sequentia autem verba valde ſunt ipſi Gregorio vii. familiaria.*

Item Alexander ſecundus, epiſcopis, & regi Dalmatiarum.

¶ Officio & beneficio priuetur epiſcopus, presbyter, vel diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens. C. XVI.

Pann. l. 3. c. 138.

iii SI quis amodo epiſcopus, presbyter, aut diaconus [g] feminam acceperit, vel acceptã retinuerit, proprio gradu decidat [h] vſque dum ad ſatisfactionem veniat: nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

Idem clero Mediolanenſi.

¶ De eodem. C. XVII.

Pann. l. 3. c. 139.

iiii SI quis ſacerdotum, vel diaconorum, vel ſubdiaconorum officium [i] contumaciter deſerens feminam ſibi potius eligit: ſicut ſponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob prænaricationem dimittere cogatur [k] etiam inuitus beneficium.

Idem Populo Mediolanenſi.

d ¶ Maledicam.] id eſt, reprobabo, vel reputabo maledictionẽ cum benedixerint [1] vobis.
e ¶ Paganitatis.] id eſt, infidelitatis.
f ¶ Contemnit.] Qualiter ſit hoc intelligendum, dixi 22. diſt. omnes. 19. diſt. in memoriam. & cap. nulli. lo.
SI quis.] C A S V S. Hic quattuor ſequentia cap. eumdem habent caſum: in quibus dicitur, ꝙ ſi qui in ſacris ordinibus fuerint conſtituti, ad concubinas vel vxores accedere non debent: quod ſi contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.
g ¶ Diaconus.] vel ſubdiaconus, vt in c. ſequenti.
h ¶ Decidat.] quo ad executionem: prout patet in ſequenti littera. ſed nec ſtatim debet ſuſpendi, ſed expectari debet per quadraginta dies. extra de coha. cle. ſicut ad extirpandam. ſed illud diſpenſatio eſt. ius enim erit, quod ſtatim deponatur. ꝟ. ead. c. 1.
i SI quis ſacerdotum. ¶ Officiũ.] Ex his duobus capitulis habes, quod cui interdicitur officiũ, & beneficiũ. quãq; iſti permittitur beneficium, & non officiũ, vt 50. diſt. ſtudeat. & 28. diſt. presbyterum. quandoque econuerſo, vt 1. q. 5. c. 1. quandoque etiam punitur in perſona, & non in rebus. vt 16. q. 6. cognouimus. & c. illud.
k ¶ Cogatur.] Ergo per electionẽ vnius, vel per renuntiationem intelligitur alij abrenũciatum. ꝟ. 8.

1 Dicit Lau. hoc ſpeciale eſſe in notorio.

2 Vel die vero. 1. ꝗ. 1. in c. maledicam. & c. multi. Aliud.

Clericus q vxorẽ accepit, an ſtatim ſit ſuſpendẽdus.

Beneficiũ qñq; permittitur & nõ officiũ.

Eligens vnum, renũtiat alteri.

probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit, &c. Et quicumque præceptis noſtris non obedierit, peccatum idololatriæ, & paganitatis incurret.
a ¶ Dum pœniteant.] ex hoc determinantur contraria. ſ. diſt. 61. miramur. verſ. ſicut enim.

diſt. quo iure. C. de furt. l. 1. ff. de tribut. quod in heredẽ, §. eligere. ff. de reg. iur. l. nemo. §. quoties. Arg. ꝟ. ff. quo. leg. l. 1. §. 3. & arg. plura de hoc inuenies. 13. q. 1. in fi. lo. Sol. vbi ſunt aliqua repugnãtia, eligẽdo vnũ, renũciat alteri. aliàs ſecus. B. de pœ. diſt. 1. §. itẽ ſi antequam.

a ¶ Eos beneficio.] j. 16.q.6.illud.arg.ff. de pecu. l. 1. C.de vſur.l.vlti.

b ¶ Miniſtri.] ¶ Propria vxoris.] maxime: quia idẽ eſt in aliena. Et no.ꝙ dicit inuadere, quia tam nõ eſt vxor quo ad debitum reddendum. ſ.77.diſt.epiſcopus. cum qua votum emiſit 1. & ſi eam cognoſcat, inceſtum cõmittit, & filij erunt illegitimi. & ſerui. 15. q. vlti. cum multæ. eſt tamen vxor quo ad adminiſtrationẽ. 31.diſt.lex. & plus peccat cum iſta, quàm cum ſoluta. Hu. arg. contra. j. diſt. proxi. propoſuiſti.

Vxorẽ cognoſcẽs cũ qua votũ emiſit, inceſtum committit.

1 Ad hoc 33. q. 5. qđ Deo. ſed videas quod no. 30. q. 1. noſſe. in gl. ille tamen. in ſi.

c ¶ Sacrarij.] id eſt, ſacrorum vaſorum.

d ¶ Ab offerentibus.] id eſt ſacerdotibus, q offerunt, id eſt, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationem alijs porrigendam. quaſi dicat, nec ipſi ſumant corpus Chriſti, nec alijs porrigant. Vel melius hoc vult dicere: diaconi nec exerceãt officium diaconale, nec presbyteri preſbyterale. Vel expone, nec ab offerentibus, id eſt, ſubdiaconis, qui offerre ſolent diacono patenam cum euchariſtia.

Offerentes qui dicuntur.

Additio. 91. diſt. cleros.

e ¶ Holocauſti.] id eſt euchariſtiæ. & dic intranſitiue.

f ¶ Accedant.] presbyteri, id eſt non conficiant.

g ¶ Minora.] id eſt, minorum ordinum officia ſine licentia ſuperioris: & planum eſt capitulum, vt 16. q.6.1.illud. Arg. ſ. C. de vſufru.l.vlti. & ff. de ſupel.leg. l. 1.

Clericus.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, ꝙ archidiaconus non debet frequentare domos matronarum vel aliarum mulierum, nec mittere xenia per clericos, & hoc probatur in ſeq. cap. Ioan. de Fant.

Casus. Hoc cap. de tribus perſonis loquitur, ſcilicet de clerico, presbytero, & archidiacono. Dicitur ergo hic, ꝙ clericus ſolus non debet intrare tabernaculum mulierum: nec etiam cum ſocio ſine iuſſu prælati. nec presbyter cum ſola femina confabuletur. Archidiaconus vero ſub prætextu officij ſui non frequentet domicilia matronarum: nec illis per clericos ſuos vel domeſticos aliquid ſecrete mittat.

de quo ſi conuincitur: & ille deponatur, & illa excommunicetur.

h ¶ Femina.] arg. ex ſolitudine vel ſocietate præſumi pro aliquo vel ꝯ. j. ea. in omnibus, &c. clerici. arg. 18. q. 2. in decima. & c. diffinimus.

¶ De eodem. C. XVIII.

Eos etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & à Deo recedentes, diabolo & operibus eius ſeruiunt; ſicut ſe iuſtiſsime ab officio alienos faciunt; ita beneficio [a] eccleſiarum priuatos eſſe adiudicamus.

Pann. l. 3. c. 140.

Item Lucius Papa.

¶ De eodem. C. XIX.

Miniſtri altaris presbyteri, ſiue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam ſeruent. ¶ Si vero poſt ordinationem ſuam miniſtros contigerit propriæ vxoris [b] inuadere cubile, ſacrarij non intrent limina, neque ſacrarij [c] α portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus [d] holocauſti [e] oblationem ſuſcipiant; neque ad Dominici corporis portionem † accedant [f]; neque propinent β, neque ſine maioris natu auctoritate minora [g] gerant officia; vrceum ſane ad altare, vel calicem ne ſuggerant.

Habetur in epiſtola 1. Clementis ad Iacobum fratrẽ Domini. Anſel. l. 8. c. 2. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo par. 6. c. 87.

† al. portationem

α ¶ Sacrarij.] *In epiſtola ſecunda Clementis (vnde caput hoc ſumptum videri poteſt, & vnde citat Iuo) legitur:* ſacrificij. *in vno autem vetuſto Gratiani codice,* ſacri.

β ¶ Neque propinent.] *In epiſtola Clementis eſt:* nec aquam ſacerdotibus porrigat ad manus; oſtia forinſecus claudat, minora gerat officia, vrceum, ſiue calicem ad altare non ſufferat †: *Apud Iuonem vero:* Sed aquam tantum ſacerdotum manibus porrigat, oſtia forinſecus claudat, minora geſtet officia: vrceum ſane ad altare ſuggerat.

† al. ſuggerat

Idem.

¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. C. XX.

Clericus ſolus ad feminæ tabernaculum nõ accedat, nec properet † ſine maioris natu ſacerdotis † iuſſione γ: nec ſolus presbyter cũ ſola femina [h] fabulas miſceat. Nec archidiaconus ſub prætextu humilitatis [i], aut officij frequenter [k] intret domicilia matronarũ; aut forte per clericos, aut domeſticos † matronæ mandet aliquid † ſecrete [l]. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur eccleſiæ.

Clemens Papa ibidem paulo inferius. Iuo p. 6. c. 89. Anſ. l. 7. c. 147. Poly. l. 4. tit. 31.

† al. domeſticos eius

† al. ſecreti aliquid

γ ¶ Iuſsione.] *In epiſtola Clementis ſequitur.* Nec presbyter ſolus cum ſola adiungatur: ſed duobus adductis teſtibus viſitet infirmam: nec ſolus cum ſola femina fabulas miſceat: nec

i ¶ Humilitatis.] prætextu enim pietatis non eſt committenda impietas. ff. depoſi. ſi hominem. & 30. q. 1. noſſe. & 14. diſt. quod ait.

k ¶ Frequenter.] ratione frequentiæ pro aliquo, vel ꝯ aliquem præſumitur 2, ſimiliter ex longa mora. argu. 34. diſt. quorundam. 19. diſt. Anaſtaſius.

l ¶ Secrete.] Magis enim peccat occulte peccans, quàm manifeſte.

archidiaconus, aut diaconus ſub prętextu officii humilitatis frequentet, &c.

Idem.

Clemens ibidē continenter. Polyc. ibidem.

¶ De eodem. PALEA. C. XXI.

SEd ſi forte aliqua interceſsio fuerit, epiſcopo ſuggeratur. Et ſi talis eſt, ad quam debeat ire pio interuētu, ipſe pergat: ſinautem, de latere ſuo dirigat [a], cum duobus, aut tribus teſtibus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, niſi proxima, aut ſoror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias ſatanæ.

2. Cor. 2.

¶ *Hæc Palea in pleriſque vetuſtis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.*

a ¶ Dirigat.] *In epiſtola S. Clementis ſequitur*: cum duobus, ac tribus, qui hoc ſanare † debeant. Sane ad viſitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, niſi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

† *al. ſcire*

[*Ex* [β] *decreto Eugenij Papæ.*]

Poly. l. 4. tit. 31. ex Lucio. Anſ. l. 8. c. 9. ex pæn. Romano

¶ De eodem. PALEA. C. XXII.

SI quiſpiam ſacerdotum, ideſt presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus de quacumque femina crimine fornicationis ſuſpectus, poſt primam, ſecundam, & tertiam admonitionem [γ] inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuerſari, excommunicetur: femina vero canonice iudicetur [a].

β ¶ Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primum a*[b] *Eugenio ſecundo editus, & poſtea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohabit. cleri. & mul. Et in pleriſque vetuſtis exemplaribus eſt ſine nomine.*

γ ¶ Admonitionem.] *In eodem canone ſequitur*, metropolitani, vel alterius epiſcopi, aut eius, cui ſubiacere videatur.

Item Gregorius.

¶ Simul cum mulieribus ſacerdotes habitare non licet. C. XXIII.

Iuo p. 6. c. 76. Poly. l. 4. tit. 31.

iiij OPortet ſacerdotes, quibus Domini populus commiſſus eſt, cum magna animi conſtantia vigilare ſuper dominicas oues, ne lupinis morſibus, ideſt diaboli ſtimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc ſilere debeo, quod cum graui animi triſtitia dico: ſacerdotes cum feminis habitare conſpicio: quod nefarium [b] eſt dicere, vel audire. & contra ſanctorum canonū ſancita. Vbi enim talis fuerit cōmorantium cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimuli [c] non deſunt. Ideoq. admonendi ſunt, vt nō antiqui hoſtis [d] decipiantur fraude; quatenus iuxta Apoſtoli vocem non vituperetur miniſterium noſtrū. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, vt mundas valeamus ad dominū leuare manus: ſcriptum eſt enim: [Sancti eſtote, quoniam ſanctus ego ſum Dominus Deus veſter.] Si quis vero præſumpſerit aliter agere, ſacerdotij ſui honore priuetur. Vnde omnimodo cauendū eſt, fratres, ne fallamus[d] populū, & illud prophetæ dictū impleatur in nobis: [Sacerdotes mei cōtamināt ſancta, & reprobat legē.] quos & alius propheta increpat dicēs: [O vos ſacerdotes, qui fallitis[e] nomē meū,

2. Cor. 6. 1. Tim. 3. Leuit. 20. Soph. 3. ſecundū 70. Malach. 1. ſecundū 70.

manifeſte, vt 19. diſt. Anaſtaſius. Sed contra. ff. d rit. nup. l. vlt. ff. de aucto. tut. pupillus. §. vlt. qui enim male agit, odit lucē. 18. q. 2. perniciosam. extra de offi. iud. de leg. cōſuluit. & extra vt eccl. benefi. vt noſtrum. Ioā. Sol. * vbi quis magis contēnit, ibi magis peccat, ſiue ſecrete ſiue palā. De hoc 40. diſtin. homo Chriſtianus 1.

* *Textus hic non loquitur de peccato publico, vel ſecreto: ſed dānat ea, quæ ſecrete facta afferunt ſuſpicionem, nō autē facta palam.*

SI quiſpiam.] Hæc palea habetur extra d coha. cle. & mul. c. 2. ibi exponitur.

a ¶ Iudicetur.] No. ꝗ ratione delicti mulier efficit̃ de foro eccleſiæ. Archid.

OPortet.] Hæc eſt quarta pars diſt. in qua probat per x. ca. ſanctorum patrū, ꝗ cū clericis non debēt cohabitare ſuſpectę mulieres, nec ſolus cū ſola debet confabulari. Io. de Fan.

1 Et extra d cel. miſſar. d homine. & 32. diſt. nemo. ibi videas.

CASVS. Greg. monet hic presbyteros eſſe vigilantes ſuper gregē ſibi commiſſum: ne lupi morſibus, id eſt, diaboli laniētur. & reprehendit eos de conſortio mulierū: quia vbi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hoſtis ſtimulus non deerit, cum quibus ſi fornicentur, ſacrificare nō debent. Quod probat tribus auctoritatibus ꝓphetarū, ſcilicet Moyſi, Sophoniæ, & Malachiæ. Sequens cap. patet.

b ¶ Nefariū.] id eſt, horribile. nā ſi nefarium eſſet dicere, male faceret Grego. dicendo.

c ¶ Stimuli.] nam ex cohabitatione ꝓſumitur acceſſus. 18. q. 2. diffinimus.

d ¶ Ne fallam*.] Publicū eīn teſtimoniū & opinio nō eſt fallēda C. d la. li. tol. l. 1. §. ſed & q ſcim*. & arg. 27. diſt. qd interrogaſti.

e ¶ Qui fallitis.] Dicunt enim fallere, ex quo habēt voluntatē fallēdi 2 nec minus peccāt d pen. diſt. c. 1. ſi cui. aliās aūt nō fallunt.

2 Adde gl. in l. vendicauo. ff. de rei vendi. Bart in l. quæ de tota. co. ut.

lunt.24.q.3.Deus.mētiri enim Deo, &c.de conſec. diſt. 2.panem.

a ¶ Pollutos.]quantum ad ſacerdotes.49.diſt.c.vlti. ADDITIO.Ad hoc 49.diſt.c.vlt.de cōſe.diſt.4.quæris. & 1.q.1.quod quidam.Archidia.

b VOlumus.]qd dicitur in iſtis cap. vt corrigi extra de coha.cle.& mul. c. 1.Vel intellige illud quando perſonæ ſūt ſuſpectæ, vel ſecū habent ſuſpectas. Sed vſque ad quē gradū licet clericis cum conſanguineis habitare? Dici poteſt, q̄ vſque ad 4m in linea tranſuerſali.j̄.ea.cum omnibus.ſed in aſcendente vel deſcendente vſque ad ſeptimū, vel hodie vſque ad quintū:quia cum his naturale fœdus nihil ſæui criminis, &c. vt extra de cohabi. cler. à nobis.& C.de epiſc. & cler. eum qui. etiā ſi illæ perſonæ iuuenes ſint. Vltra ſecundum vero diſtingue an ſuſpectæ ſūt, quia iuuenes ſunt:an non, quia ſunt ſenes; & tunc poteſt. in primo caſu non.ſic etiā diſtingue in ancillis: & ſic intellige j̄.ead.feminas.Sed contra,nōne clerici debent ſimul dormire.12. q. 1. neceſſaria?ſed hoc de alijs, qui ſimul non viuūt.Io.Et no. q̄ illi decre.à nobis.eſt ſtandū,quæ vltima eſt de illa materia,& corrigit decre. primam illius tituli.B.

c ¶ Vel vxore.]ſ.diſt. 77.epiſcopus. argum. contra:ſed hoc de ſenibus;illud de ſuſpectis.Vel loquitur ſecūdum antiqua tēpora.Vel ſolue,vt ibi dixi.& quod dicit caſte.quia caſtitas,&c.31.diſtin.Nicæna.

Clerici cū melioribus conſanguineis habitare poſſunt.

& dixiſtis,in qua re fallimus nomen tuum? quibus reſponſum eſt:offerentes ad altare meum panes pollutos [a]. Non eſt mihi voluntas in vobis,dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris;quia polluti eſtis.] *Ibidem.*

Item Symmacho defenſori, lib.1.reg. indict.9.epiſt.50.

¶De eodem. C. XXIIII.

VOlumus [b] vt ſacerdotes † prohiberi debeāt, ne cum mulieribus conuerſentur:excepta dumtaxat matre, ſorore,vel vxore [c],quæ caſte regenda eſt.

Iuo par.6. c.81. † *ſacerdotes, qui in Corſica commorātur*] orig.

Idem,lib.7.epiſt.39.

¶ De eodem C. XXV.

LEgitur [d],quòd beatus Auguſtinus nec cum ſorore habitare conſenſerit † dicens:quæ cū ſorore mea [e] ſunt, ſorores [f] meæ nōn ſunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſe inſtructio.

Apud Poſſidonium in vita Auguſtini. Iuo par.6. c.77. †*al.conſuenerit*

Item ex vij.ſynodo.

¶De eodem. C. XXVI.

IN omnibus obſeruare cōuenit,vt certus [g] quis,& certo tempore,& certo loco [h], & certis perſonis vel apparere clericus, vel loqui debeat mulieribus,vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio. Certe ſolum & ad ſolam accedere nulla religionis ratio permittit.Melius eſt enim duos [i] eſſe ſimul, quàm vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. [Væ enim vni;quia ſi ceciderit,non eſt qui erigat eum.] *Eccli.4.* *Ibidem.*

¶ *Caput hoc etiam in aliquot manuſcriptis citatur ex ſeptima ſynodo,in cuius ſane poſtremo capite aliqua huc ſpectantia habentur.Ceterum in pleriſque citatur ex octaua; & ſententia videtur ſumpta ex c.83. Aſceticorum B.Baſilij; cuius regulas ſub nomine octaua ſynodi ſæpe citari alibi notatum eſt.*

Item ex concilio Carthaginenſi 3.c.17.

¶De eodem. C. XXVII.

CVm omnibus omnino clericis extraneæ feminæ non cohabitent,ſed ſolæ matres,auiæ,& materteræ,ami-

LEgitur.]CASVS.Dicitur hic,q̄ ſacerdotes non debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Aug.qui etiam cum ſorore noluit habitare ꝓpter alias mulieres,quæ cum ſorore erant.

d ¶ Legitur.]arg.q̄ etiam à licitis debemus abſtinere, ſi eorum occaſione peruenitur ad illicita.ar.diſt.63. §. verum.11.q.3.priuilegium.& 21.diſt.denique.

e ¶ Mea.]& hoc intellige cum tales ſunt conſanguineæ, quæ ſine alıis eſſe non poſſunt. Vel intellige de epiſcopo,cui non licet aliquam habere ſecū.C.de epiſ. & cler.Authen.epiſcopo.Laur.

f ¶ Sorores meæ.]quia ſocius ſocij mei, ſocius meus non eſt.ff.pro ſocio.nam ſocij.nec vaſallus mei vaſalli, meus vaſallus eſt:ſicut nec libertus mei liberti,libertus meus eſt ff.d̄ ver.ſig.Modeſtinus. nec frater fratris mei, frater meus.ff.de rit.nup.generali.§.inter priuignos.

Abſtinere à licitis quādoque debemus.

Epiſcopus nullā ſecū habeat mulierem.

Socij mei ſocius non eſt meus ſocius.

IN omnibus.]CASVS.In octaua ſynodo fuit conſtitutum,vt clericus cum talibus perſonis,& in tali loco & tempore cum mulieribus loquatur, vt omnis ſuſpicio remoueatur. Nam ſi clericus vult ire ad domum alicuius feminæ,melius vadat cum alio quàm ſolus:ne ſi ceciderit,non ſit qui ſubleuet eum.

g ¶ Vt certus.]ideſt,ille ad cuius ſpectat officium. 18. q.2.in decima.

h ¶ Loco.]in hoc cap.habes præſumi ꝯ aliquē & pro aliquo ratione numeri, loci,tēporis: ratione etiam ꝑſonæ & cauſæ.23.q.8.occidit.& 19. diſtinct. ſciendum. & 18.q.2.diffinimus.

i ¶ Duos.]arg.q̄ melius eſt eſſe duos ſimul q̄ vnū,vt 7. q.1.illud.12.q.2.nobis.arg.ꝯ.ff.de admi.tut.l.3. §. q̄ in tutoribus. ſi.ff. de exerc act.ne in plures. & Adā dū ſolus fuit non peccauit,vt de pæn.diſt.2.qſi Adam.arg.ꝯ. 21.diſt. ſicut.7.q.1.in apibus. Solu.horum brocardorū eſt vt referas te ad id de quo agitur:licet enim binarius reprobetur.32.q.1.nuptiæ nō tn̄ quo ad oēm ſignificationē. 18.q.1.ſæpe. ideſt. non quo ad omnē locum, in quo ponitur. & ſolue per cap.ſæpe.

Præſumptio ſumitur ratione numeri, loci, tēporis, & perſonæ.

CVm omnibus.]CASVS.Statuitur in hoc cap.q̄ clerici non habitēt cum mulieribus,niſi ſint ſibi coniunctæ in primo gradu vel ſecundo conſanguinitatis, vt mater,auia,ſoror,& amita.Itē cū ancillis,& pediſſequis

quis,quæ cum eis erant anteq̃ ordinarentur.Item cum nuribus,& vxoribus ſeruorum ſuorum.

Perſonarum coniunctarum ſeparatio dura eſt.

a ¶ Ex familia.]quis enim ferret coniuges à viris, vel patres à filijs ſeparari? C.cõm.vtriuſq.iudi.poſſeſſionũ. arg.ad hoc 11.q.3.quí multos.dura enim eſſet talis ſeparatio

N On oportet.]C A S V S.Prohibetur hic ne aliquis clericus,vel continens,nec etiam aliquis Chriſtianus communia lauacra cum mulieribus habeat: quia etiam gentiles hoc maxime reprehendunt.

c ¶ Omnino.]Vnde ſi vir accedit ad balneum extraneæ mulieris, priuat donatione: propter nuptias, & mulier dote, ſi cum viro alio habuit balneum. C. de repu. l. vlt. immo etiã infamis eſt, qui tenet mulieres cuſtodientes balneatorum veſtes, vt ff. de ijs qui not.infam. atletas.

Balnea multis periculoſa ſunt.

tæ,ſorores,& filiæ fratrum, aut ſororum , & quæcumque ex familia [a] domeſtica neceſſitate,etiam antequam [b] ordinarentur,iam cũ eis habitabãt;vel ſi filij eorũ iam ordinatis parẽtibus,vxores acceperunt; aut ſeruis nõ habẽtibus in domo quas ducãt,aliunde ducere neceſſitas fuerit.

Item ex concilio Laodicenſi,c.30.

¶ De eodem. C. XXVIII.

NOn oportet miniſtros altaris,vel etiã clericos quoſlibet,aut continentes ſe,aut omnem omnino [c] Chriſtianum cum mulieribus lauacra habere communia . Hæc eſt enim apud gentiles prima reprehenſio.

Item Gregorius ad Ianuarium epiſcopum Caralitanũ, lib.3.epiſt.26.

¶ De eodem. C. XXIX.

Anſ.l.7.c.136.

ARchidiaconum tuum,vt audio,habitare cum mulieribus prohibuiſti; & nunc vſque in ea prohibitione deſpiceris;qui niſi [d] iuſsioni tuæ paruerit , eum ſacro ordine volumus eſſe priuatum [e].

Item ex concilio Toletano quarto,c.42.

¶ Venundentur ab epiſcopo , quæ appetunt conſortia clericorum illicita. C. XXX.

Anſ.l.7.c.148.
Poly.l.4.tit.39.

QVidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum [f], vel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt. Ideo,quæ coniunctæ taliter cum clericis ſunt,ab epiſcopo auferantur,& venundentur [g];illis pro tempore relegatis ad pænitentiam,quos ſua libidine infecerunt.

Item Syricius Papa Himerio epiſcopo.epiſt.1.c.12.

¶ Non habitent feminæ cum clericis , niſi quas neceſſitudo excuſat. C. XXXI.

Poly.l.4.tit.31.
Burc.l.2.c.110.
Iuo par.6.c.52.& 187.
Anſ.l.7.c.149.
C.3.

FEminas nõ alias eſſe patimur in domibus clericorum, niſi eas tantum,quas propter ſolas neceſſitudinũ cauſas habitare cum iiſdem ſynodus Nicæna [h] permiſit.

Concord. Carthag.3.c.25.

Item ex concilio Africano,c.5.

¶ Niſi maiorum iuſsione ad feminarum domicilia clerici non accedant. C. XXXII.

Anſ.l.7.c.151.

CLerici,vel continentes [i] ad viduas, vel virgines,niſi ex iuſſu,vel permiſſu epiſcoporum, aut presbyterorum,non accedant.Et hoc non ſoli faciant, ſed cum conclericis,vel cum quibus epiſcopus,aut presbyter iuſſerit. Nec ipſi epiſcopi,& presbyteri ſoli habeant acceſſum ad

ARchidiaconũ.] C A S V S. Ianuarius epiſcopus bis ꝓhibuerat archidiacono ſuo,ne cum mulieribus habitaret. Sed ipſe propter hoc non dimittebat. præcepit ergo Grego. vt eum tertio admoneat,& ſi contemnit, eum ab officio deponat.

d ¶ Qui niſi.] vt 24. q.3.de illicita.

e ¶ Priuatum.] poſt trinam communionem 1, vt extra de co hab. cler. & mulie. ſi quiſpiam.

1 Et dicunt quidam, q̧ non eſt canõ latę ſententiæ, ſed ferendæ,vt patet in decret.hic alleg.ſi quiſpiã.Arch.

QVidã.]C A S V S. Quidam clerici cum nõ haberent vxores, appetebant extranearũ mulierum, vel ſuarũ ancillarum conſortia. Quare Toletan. concilium ſtatuit, vt epiſcopus vendat tales mulieres, clericis ꝓ tempore ad pænitentiam relegatis.Caſus ſequentis c. patet.

f ¶ Mulierum.]ideſt, ancillarum.

g ¶ Et venũdentur.] Et hoc ſi filios habuerint. Si aũt filios non habuerint. claudunt in monaſterio,vt diſt. 34. fraternitatis , ne filij pereant propter eorum abſentiam.itẽ hic ſubaudi quando contrahunt cum eis tanquam cum vxoribus.aliàs non concedo,q; venundari debeat, vel in ſeruitutẽ redigi propter ſimplicem fornicationem. argu.15.quæſt.vlt.c.vlt.vt no.32. diſtinct.cor.& 34.diſt.fraternitatis.

Mulierum cum clericis contrahentiũ punitio.

paratio.ff.de fun.inſtu.quæſitum.§. ſaltuarium.

b ¶ Etiam antequam ordinarentur.] idem ſi poſt: ſed ideo dicit,quia forte non haberet neceſſe tot perſonas recipere iam ordinatus,vt filius duceret vxorem in domum patris clerici:ſed ſi prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo,non debet eam eijcere. Nam,Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes. extra de iureiurando,quemadmodum.

h FEminas.] Synodus Nicæna .] quæ eſt 7. ead. in omnibus.

CLerici.]C A S V S.Idem fere eſt caſus iſtius capit. cũ illo 7.eo.clericus ſolus.Duo ca.ſeq.plana ſunt.

i ¶ Continentes.] vt ſunt conuerſi & deuoti.

A D D I T I O.2.q.2.duo.27.q.1.vt lex.

a ¶ Aliqui.] hoc non poteſt intelligi, niſi de laicis propter litteram præcedentem. Sed quid ſi duo clerici dicunt me commiſiſſe fornicationẽ cum aliqua tali die, & duo laici dicunt me fuiſſe ſecum tota die in alio loco? dico præponendos laicos 1; quia ſtant pro reo. & ita patet hic, q; clericus poteſt ſe purgare quandoque cum laicis, vt 18. q. 2. in decima. vt ibi dixi.

f ¶ Non poſſunt.] ei qui poteſt laborare, non debet eccleſia prouidere: integritas enim & robur membrorum in conferenda eleemoſyna eſt attendenda. C. de mendi. val. l. 1. lib. 11. quia robuſti de cibo ſecuri ſine labore, frequenter iuſtitiam negligunt. vt 5. q. 5. non omnis. & dicit glo. ſuper Matthæum. Iuſtius feceris ſi iniuſte petentem correxeris, quàm ſi ei dederis, &c.

Teſtes præferendi ſũt qui pro reo deponunt.

1 Ad hoc facit quod not. in authen. de here. & fal. §. ſi non abſunt. vbi dicitur, q; talis aſſertio habet in ſe implicitã affirmatiuam. Arch.

Sanctimonialibus pauperib9 debet prouidere eps.

Moniales otioſæ eſſe non debẽt.

huiuſmodi feminas; ſed vbi aut clerici præſentes ſunt, aut graues aliqui [a] Chriſtiani.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 102.

¶ Epiſcopi prouideant, ne occaſione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines ſocientur. C. XXXIII.

AD reatum epiſcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præeſt, ſi ſuſtentandæ vitæ [b] præſentis cauſa adoleſcentiores viduæ, vel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubijciantur. Poly. l.4. tit. 37. Burc. l. 8. c. 55. Iuo par. 7. c. 75.

Item ex eodem, c. 103.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

VIduæ [c], quæ ſtipendio eccleſiæ ſuſtentantur, tã aſſiduæ in Dei opere eſſe debẽt, vt & meritis, & orationibus ſuis eccleſiam adiuuent. Poly. ibidem. Iuo p. 8. c. 327.

DISTINCTIO LXXXII.

GEneraliter [d] etiam pauperibus, & ijs, qui ſuis [e] manibus laborare non poſſunt [f], epiſcopus neceſſaria prouideat.

Vnde in concilio Aurelianenſi 1. c. 18. legitur.

¶ De eodem. C. I.

EPiſcopus pauperibus [g], vel infirmis, qui, debilitate faciente, non poſſunt ſuis manibus laborare, victum, & veſtitum (inquantum † ſibi poſsibile fuerit) largiatur. † *poſsibilitas habuerit*] ori.

Itẽ Innocẽtius [h] Exuperio Toloſano epiſcopo, epiſt. 3. c. 1.

¶ Qui voluptatem officio præpoſuerit, modis omnibus ſubmoueatur. C. II.

2 PRopoſuiſti, quid de his obſeruari debeat, quos in Iuo par. 6. c. 57. Pann. l. 3. c. 137. Anſel. l. 8. c. 8. Poly. l. 4. tit. 32.

b AD reatum.] ¶ Vitæ.] Coguntur enim quandoque ſanctimoniales propter defectum rerum operas aliquas facere clericis, vel alijs, & per talem familiaritatẽ, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere. præcipitur ergo hic, q; ſi aliquæ ſint pauperes, q; epiſcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperum. Si obijcias ſ. de conſec. diſt. 5. numquam. vbi numquam permittitur. immo iubetur ne ſint otioſæ, ſed faciant calathos, vel ſimilia, illud intellige, q; eccleſiæ poſſunt facere operas, non extraneo. 54. diſt. ſi ſeruus. in fin.

c VIduæ.] ſ. 87. diſt. cap. 1.

GEneraliter.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, q; epiſcopus debet prouidere pauperibus ſecundũ poſſe ſuum, ſcilicet illis qui laborare non poſſunt. Secunda ibi, [Propoſuiſti.] Tertia ibi, [Qui autem.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur diſt. 82. in qua oſtendit, q; clerici in ſacris ordinibus conſtituti nec ſuis vxoribus, nec cum alienis mulieribus debent commiſceri carnaliter. & qualiter ſint puniendi qui poſt promiſſam continentiam fornicantur, vel de facto contrahunt, vel ſuis vxoribus commiſcentur, & quæ pænitentia iniungantur presbytero fornicanti. Et ſpectat hoc ad cap. apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe ſine crimine. vel ad hoc, oportet epiſcopum eſſe monogamum. In principio tamen ponit de hoſpitalitate. Et primum capit. huius diſt. planum eſt.

d ¶ Generaliter.] hic depingitur 82. diſt. in qua tractat adhuc magiſter de continentia miniſtrorum, & addit, q; ſi quis miniſtrorum fornicationẽ committit, & agat pænitentiam, ex diſpenſatione poteſt remanere in ordinibus, vt ſ. ea. c. vlt. & referuntur hæc duo, quę dicuntur in hac diſtin. ad id: oportet epiſcopum eſſe ſine crimine: & ad id, oportet epiſcopum eſſe monogamum. tamẽ præmittit in cap. 1. qualiter epiſcopi pauperibus & infirmis debeant prouidere.

e ¶ Qui ſuis.] pauper enim qui laborare poteſt, ſi ſe immiſcet eleemoſynæ Imperatoris, redigitur in ſeruitutem. C. de mendi. val. l. 1. lib. 11.

g EPiſcopus pauperibus.] ſ. diſt. 87. cap. 1. & 2.

h ¶ Innocentius.] qui fuit tertius à Syricio.

PRopoſuiſti.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dr̃, q; puniantur ſacerdotes & diaconi, qui non ſeruauerunt ſententiam Syricij de caſtitate. Ioan. de Fant.

CASVS. In archiepiſcopatu Toloſano ſacerdotes & leuitæ incontinenter viuebant: quod manifeſtabant filij ab eis generati. quod cum vidiſſet Exuperius archiepiſcopus Toloſanus, quæſiuit ab Innocentio quid eſſet de his faciendum. Sed antequam reſpondeat, dicit ſuper hoc conſtitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore eccleſiaſtico remoueri. Deinde oſtendit, quòd ſacerdotes & leuitæ debent viuere continenter, ita etiam vt cum vxoribus carnaliter non commiſceantur. Et hoc probat vno exemplo, ſcilicet ſacerdotum & leuitarum veteris teſtamenti, qui in hebdomada ſua viuebant continenter, ita etiam vt cum vxoribus non commiſcebantur carnaliter: nec diſcedebant à templo: quibus propter ſobolis ſucceſſionem vxoris vſus fuerat relaxatus. Multo magis ſacerdotes debent abſtinere: cum quotidie ſacrificent, & poſſint eligi de qualibet natione: Et vna auctoritate Pauli apoſtoli. Poſtea docet, quòd illi clerici, qui

qui in ſacris ordinibus contraxerũt, vel ſuis vxoribus ſe iunxerunt: ſi poſſunt probare conſtitutionem Syricij non perueniſſe ad eos, in ſuis ordinibus remaneãt: ſed ad altiores non aſcendant: decetero tamen abſtineant. qui aũt contra Syricij conſtitutionem ſcienter ꝯxerint de facto, vel ſe proprijs vxoribus miſcuerint, deponanꝰ.

g ¶ Cum vxore.] multò ergo fortius ſi cum alia. Additio. Dicit q. pp reuerentiã ſacramentorũ vult eos eſſe ſanctos, id eſt mũdos ab omni labe mortali vel veniali: ſpirituali vel corporali: quod non põt eſſe qñ carnaliter vxoribus commiſcentur, ſecundum Hug.

diaconij[a] miniſterio, aut in officio presbyterij poſitos, incontinentes eſſe, aut fuiſſe, generati filij[b] prodiderunt. De his & diuinarũ legum manifeſta eſt diſciplina, & beatæ recordationis viri Syricij epiſcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes, in officijs talibus poſiti, omni eccleſiaſtico honore priuarentur, nec admittantur ad tale miniſterium, quod ſola[c] continentia oportet impleri. Eſt enim vetus admodum ſacræ legis auctoritas iam inde[d] ab initio cuſtodita, quòd in templo[e], anno vicis[f] ſuæ habitare præcepti ſunt ſacerdotes, vt ſeruientes ſacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgatos ſibi vendicent diuina miniſteria, neque eos ad ſacra† officia fas ſit admitti, qui exercent vel cum vxore[g] carnale conſortiũ: quia ſcriptum eſt[h]: [Sancti eſtote[i], quia & ego ſanctus ſum, dominus Deus veſter.] Quibus vtiq. propter ſobolis ſucceſsionẽ, vxoris vſus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & præterquam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotiũ nullus fuerat præceptus accedere. Quo† magis[k] hi ſacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis ſuæ ſeruare debent, quibus vel ſacerdotiũ, vel miniſteriũ ſine ſucceſsione eſt; nec præterit[l] dies, qua vel à ſacrificijs diuinis, vel baptiſmatis[m] †officio vacent. Nam ſi beatus Paulus apoſtolus ad Corinthios ſcribit dicens: [Abſtinete vos ad tẽpus, vt vacetis orationi.] & hoc vtiq. laicis præcepit[n]; multo magis ſacerdotes, quibus & orãdi, & ſacrificãdi iuge officiũ eſt, ſemper debebunt ab huiuſmodi conſortio abſtinere: qui †, ſi cõtaminatus fuerit carnali cõcupiſcentia, quo pudore vel ſacrificare vſurpabit, aut qua conſciẽtia, quoue merito exaudiri ſe credit, cũ dictũ ſit: [Omnia munda mundis, coinquinatis autẽ, & infidelibus nihil mundũ?] Sed fortaſſe hoc licere credit, quia ſcriptũ eſt: [vnius vxoris[o] virũ.] Nõ ꝗ dixit hoc, vt permaneret[p] in cõcupiſcentia generãdi, ſed propter incontinentiã[q] futurã[r]. Neq. enim integros corpore nõ admiſit, qui ait: [vellẽ autẽ omnes ſic eſſe, ſicut & ego.] Quod & apertius declarat dicẽs: [Qui autẽ in carne ſunt[s], Deo placere non poſſunt. Vos autẽ iam nõ eſtis in carne, ſed in ſpiritu.] Et [habentem filios,] non, generantẽ dixit. Sed ea plane[t],

Left margin: ꝟ. c. ſequen. — Luc. 1. — Paralip. c. 24 — † al. puri, & purgati — † al. ſacrificia — ꝟ. diſt. 31. c. eos. — Leuit. 11. & 20. — Num. 18. — † Quãto] or. — † al. orationis — 1. Cor. 7. — † al. quia — Tit. 1. — 1. Tim. 3. — 1. Cor. 7. — Rom. 8. — 1. Tim. 3.

h ¶ Scriptum eſt.] Sufficit ergo ita ſcriptũ eſſe, licet ſit durũ. arg. 19. diſ. in memoriã. ff. qui & à qui. li. ma. l. proſpexit.

i ¶ Eſtote.] Arg. contra 31. diſt. Nicæna. nã caſtitas eſt cũ propria coniuge 1.

k ¶ Quo magis.] i. quanto magis.

l ¶ Nec præterit dies.] præter ſabbatum magnum, & idem præcedentem, vt de conſe. diſt. 3. in ſabbato. Vel dic. ſacrificijs, id eſt officijs diuinis.

m ¶ Vel baptiſmatis.] cũ neceſſitas exigit. aliàs baptiſmus q fit cũ cerei benedictione, & ix. lectionibus, bis in anno tantũ fit. de conſecra. diſtin. 4. proprie.

n ¶ Præcepit.] id eſt ꝑſuaſit, vt 33. q. 4. Chriſtiano. Vel præcepit vxoribꝰ nolẽtibus cõtinere. Vel dic præceptum eſſe cũ vir accipit corpus Chriſti, vt ſcilicet nõ exigat 2: ſed reddere tenetur omni tempore.

o ¶ Vxoris.] id eſt, nõ ideo dicit eũ eſſe virum vxoris vnius, vt ea vtatur tempore ſacerdotij.

p ¶ Vt ꝑmaneret.] Argu. voces affirmatiuas reſoluendas i negatiuas. arg. ꝟ. diſ. 26. vna tãtũ. & ca. vniꝰ 3.

q ¶ Sed propter incontinentiã.] id eſt, vt ea mortua cõtineat. & ſecundã nõ ducat. & ſic negatiue legitꝰ, vnius, id eſt non plurium: argu. extra de teſti. licet.

Right margin: Sufficit ita eſſe ſcriptum. — 1 Idẽ tenet Specu. i tit. de eo qui mit. i poſ. ver. porro. & Bar. in l. mulier. §. proponebatur. ff. ad Turp. — 2 De hoc le. & not. de conſec. diſ. 2. omnis homo. — Affirmatiua in negatiuam reſoluitur. — 3 Concor. text. in l. non debet. ff. de do. & l. l. nã eius. ff. de inoffi. teſt. — Clericis cõtinentiam quis primo indixit.

a ¶ Diaconij.] Ideo non dicit de ſubdiaconis, quia non erat * tunc ſacer ordo: non tamen poterant cõtrahere. 32. diſt. ſi qui.

b ¶ Filij.] Filius enim eſt argumentũ ambulans ſuper terram de incontinentia patris. 28. diſt. priuſquam.

c ¶ Quod ſolæ.] id eſt a ſolis continentibus, vt 84. diſt. cum in præterito.

d ¶ Iam inde.] id eſt de hoc articulo.

e ¶ Quod in templo.] Sufficit ergo ſcholari ad hoc vt ſtipendium conſequatur, vt ſua vice ſeruiat eccleſiæ, ſcilicet cum ibi eſt.

f ¶ Vicis.] id eſt ſeptimanæ. aliàs eſt dies pro anno, vt 33. q. 2. hoc ipſum.

r ¶ Futuram] id eſt quam timebat.

s ¶ In carne ſunt.] id eſt carnaliter viuentes.

t ¶ Sed ea plane.] Hic rñdet conſulationi, & reuertitur ad cõſtitutionem Syricij, de qua dixerat. Dicit aũt Hug. & alij q. Syricius bis emiſit conſtitutionẽ: primo illam quę erat data ab Apoſtolis, ſcilicet vt in ſacris ordinibus nullus ꝯheret, & ſi ꝯheret, deponeretur, vt 84. diſt. cũ in præterito. hæc fuit primo ab Apoſtolis ſtatuta: ſed quia aboleuerat, renouata eſt à Syricio. ꝓcedẽte tempore referebatꝰ quæſtio de talibus de quibus Innocẽ. hic loquitur: ſed tñ quia quidam prætendebant ignorantiam primæ cõſtitutionis Syricij, inde ſumpta occaſione Syricius aliam edidit humaniorem: mitigando rigorem primæ, ſcilicet vt ignorantes excuſarentur, vt ꝟ. ead.

diſpar, & diuerſa [a] ſententia eſt. Nam ſi ad aliquos forma illa eccleſiaſticæ vitæ pariter & diſciplinæ, quæ ab epiſcopo Syricio ad prouincias [b] cõmeauit, nõ probatur [c] † perueniſſe; his ignorantibus [d] † venia non negabitur [e]: ita vt de cetero penitus incipiant abſtinere: & ita gradus ſuos, in quibus inuenti fuerint, retentent, vt eis non liceat ad potiora conſcendere: quibus in beneficio eſſe debet, quòd hunc ipſum locum, quem retinent, non amittunt.

† *probabitur*] orig.

† *al. ignorationis*

¶ Si qui autem ſciſſe formam viuendi miſſam à Syricio deteguntur [f] †, neque ſtatim cupiditates libidinis abieciſſe; illi ſunt modis omnibus ſubmouendi: quia poſt admonitioné cognitá, præponédá arbitrati ſunt voluptáté.

† *al. detegentur*

a ¶ Concupiſcentia.] *Emendatus, & locupletatus eſt hic locus ex ipſa epiſtola Innocentii, quemadmodum & multa alia in hoc capite, vbi per gloſſam licuit. In epiſtola autem Syricii, quæ refertur in concilio Teleptenſi (ita enim pro Tellenſi legendũ videtur) ſic legitur.* Quid faciet? excuſabit? quo pudore? qua mente vſurpabit? qua conſcientia, quo merito hic exaudiri ſe credit?

β ¶ Non dixit hoc.] *In originali ſic legitur:* non ad permanentem in concupiſcentia generandi hoc dixit.

Itẽ Syricius Papa ad Himeriũ Tarracon. epm, epi. 1. c. 7.

¶ De eodem. C. III.

Ino par. 6. c. 50. Poly. l. 4. ut. 31.

PLurimos ſacerdotes Chriſti, atque leuitas, poſt longa

plurimos. & hanc formam ſcribit, ſcilicet ſecundæ, Innocentius Exuperio. & quòd ſcripſit bis Syricus, patet ex hoc cap. & ſequen. vbi dicitur, q quidam excuſantur ignorantia conſtitutionis Syricij. Sed qualiter hoc, dicetur in prima conſtitutione. Quidam dicunt, q non dedit de hoc facto niſi ſemel conſtitutionem, renouando conſtitutionem Apoſtolorum, & mitigando eã cum ſua diſtinctione. & ſm hoc eadem eſt cauſa deciſionis Innocentij: niſi q Innocentius vtitur diſtinctione circa conſtitutionem Syricij: & Syricius circa conſtitutionem Apoſtolorum. Tertij dicunt, q Syricius duas emiſit conſtitutiones, ſed in nullo renouauit Apoſtolorum conſtitutionem: quia Apoſtoli nihil conſtituerunt de continentia. argu. 31 diſt. quoniã. & dicit Hu. q quędam cõſtituit eccleſia, quæ non fuerunt ſtatuta ab Apoſtolis, vt de cõtinentia miniſtrorũ. 35. q. 1. §. hac itaque. in fi. Quod autem dicitur ȷ. 83. diſt. cum in præterito. quòd ſcilicet Apoſtoli docuerunt: verũ eſt exẽplo. 31. diſtin. omnino. non. conſtitutione. ſed de hoc dixi. 28. diſt. diaconi. Prima ergo cõſtitutio Syricij fuit de continentia, vt quicumque vellet promoueri ad ſacros ordines, faceret hoc non tantum promiſſa, ſed etiã præeunte continẽtia. hoc innui videtur, 77. diſt. quicũque ſed quia illa non ſeruabatur à quibuſdam prætendentibus ignorantiam, ideo aliam fecit cum diſtinctione. ȷ. ead. plurimos. nec fecit prima niſi in promouendis. promotos enim non poſſet adſtringere ſine ſuo velle: ſicut nec poſſet Papa conſtituere de acolythis iam promotis ne ꝯherent. arg. 32. q. 1. integritas. Ioann. quod falſum eſt 1, cum habeat plenitudinem poteſtatis. 2. q. 6. decreto. nec legibus adſtringitur, vt ff. de legib. & conſtitutio, princeps. & C. eo. digna vox. Bart. nec in primo vel in ſecundo capitu. habes, q Syricius aliquam conſtitutionem fecerit: ſed inuehitur in ſecundo cap. ꝯ incontinentes: de quibus conſultus fuerat, diſtinguendo, immo potius diſpenſando: quod patet ex verbo, monita, in principio cap. & per verbum, admonitionem in fi. & dic commeauit non conſtituendo, ſed ignoſcendo & diſpenſando, vt ȷ. ead. presbyter.

Apoſtoli de continẽtia nihil conſtituerunt, ſed ſolo exemplo illam docuerũt.

1 Argu. ad hoc ſ. 32. diſtin. placuit. vbi de hoc: ſed dictum hoc oĩno falſũ eſt, niſi intelligas de promouendis. & ſic not. H. 28. diſt. de his. in fi.

a ¶ Et diuerſa.] diuerſa & bimembris. nam recipit diuiſionem, ideſt diſtinctionem, & hoc de ſecunda.

b ¶ Prouincias.] pro maiori parte.

c ¶ Non probatur.] ex hoc vr q dicit citationem ad ſe non perueniſſe, q hoc non tenetur probare: ſed potius aduerſarius tenetur probare q peruenerit ad eum: cum talis negatiua nõ poſſit probari, vt extra de elect. bonæ. Sed non eſt verum, quia credendum eſt verbo nuncij donec contrarium probetur, vt not. 4. q. 3. §. item in criminali. ver. item teſtes, quos. ſic ergo expone, nõ probatur perueniſſe, ideſt probatur non perueniſſe: cum enim conſtitutio ſit publice promulgata, quilibet eam tenetur ſcire. vt 16. diſt. quod dicitis. extra de poſtu. præla. ad hæc. 12. q. 2. qui & humanis, & ſecundum leges tenetur eam quilibet ſcire vſque ad duos menſes, vt in authen. vt factæ nouæ conſtitutiones. §. 1. colla. 9. ſecundum canones vſque ad ſex menſes, vt 18. diſt. decernimus, quia ergo præſumebatur perueniſſe ad iſtos, tenebantur ipſi probare ignorãtiam: & hoc eſt generale q propter præſumptionem ſumptionem cogitur probare aliquis ignorantiam, vt hic, & extra de elec. innotuit. & 1. q. 3. ſi q à ſimoniacis. & C. de peri. tut. l. penul. aliãs qui dicit aliquem ſciuiſſe, hoc tenetur probare 2. vt 3. q. 9. indicas. & ff. de adminiſtr. tuto. l. hoc autẽ. quid enim peccat, qui præſentis legis inſcius priſtinam ſequitur obſeruantiam? vt C. de teſta. iubemus. in fi. Sed qualiter probat ſe aliquis ignoraſſe? dico ſuo ſacramento 3. vt 34. q. 2. in lectum. extra de ſenten. excom. ſi vero. vt not. 4. q. 5. quiſquis, in fi. 4. Ioan. Vel etiam alio modo ſi poteſt probare ſe fuiſſe in alio loco: & forte ſi præſumptio eſt contra eum, non crederem iuramento ſuo. B. Sed quid ſi collegium vel aliquis conuentus dicit ſe ignoraſſe, numquid tunc omnes iurabunt? dico q ſufficit, ſi epiſcopus cum maioribus de capitulo iurat, vt ff. de cõdi. & demonſt. municipibus. Alij dicunt, q eo ipſo probatur ignorantia, q non probatur ſcientia, vt C. qui mili. non poſ. ſuper ſetnis. lib. 12.

Probare tenetur qui dicit ſe nõ citatum.

Cõſtitutio publice ꝓmulgata i-

d ¶ Ignorantibus.] decretum non ligat ignorantes. ff. de decre. ab ordi. fac. l. vlt. ff. loca. l. ſi ignorans.

Additio. Ad idem 12. q. 2. de laicis. vbi de hoc. Dic q decretum ſecundum canones ligat ignorantes, vt dixi. 19. diſt. 1. ſuper ſumma. ibi videas. Archid.

e ¶ Negabitur.] arg. neminem ligari antequam conſtitutio ad eum peruenit: arg. diſt. 51. ante triennium. 36. q. vlti. ſi autem. 12. q. 5. ſicubi. & 47. diſt. quoniam. 14. q. 4. ſi quis oblitus. 54. diſt. ex antiquis.

f ¶ Deteguntur.] eo ipſo quòd non probant ignorantiam cum ad omnes commeauerit.

PLurimos ſacerdotes.] Casus. Quidam ſignificauerunt Syricio Papę, q plurimi ſacerdotes poſt longa tempora ſuæ ordinationis filios habuerunt tam ante ſacros ordines, quàm de vxoribus, quas poſtea de facto duxerunt. quorum quidam allegabant hoc ſibi licere ad inſtar ſacerdotum & leuitarum veteris teſtamenti.

Quidam

Quidam vero dicebant ſe per ignorantiam lapſos: & inde dolebant: quare Syricius Papa reprehēdit eos, qui ſuum crimen defendebant exēplo ſacerdotū veteris teſtamenti: cum alia cauſa fuerit in illis q̄ in iſtis: & dicit eos eſſe deponendos: cum ex certa ſcientia deliquerint. Illi vero qui per ignorantiam dolent ſe lapſos fuiſſe, ad altiora non aſcendant: ſed in ſuis ordinibus remaneāt: ita tñ ꝙ decetero viuāt cōtinenter. Sequēs §. patet.

a ¶ Solius ſucceſſionis cauſa.] præcipue. nam & cauſa incontinentiæ. 32. q. 2. §. his ita.

conſecrationis ſuæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimē ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri teſtamento ſacerdotibus, ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nūc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptorque vitiorum, ſi æſtimat, quod in lege Moyſis paſsim ſacris ordinibus à Deo noſtro laxata ſunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur ſancta ſanctorum, præmonet dicēs: [Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum dominus Deus veſter?] Cur etiā procul à ſuis domibus, anno vicis ſuæ, in templo habitare iuſsi ſunt ſacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus poſsint carnale exercere commercium, vt conſcientiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto deſeruitionis ſuæ tempore, vxorius vſus ſolius ſucceſsionis cauſa [a] fuerat relaxatus: quia nō ex alia niſi ex tribu Leui, quiſquam ad Dei miniſterium fuerat præceptus admitti.

Leuit. 20. Luc. 1.

Idem paulo inferius.

¶ De eodem. C. IIII.

Poly. ibidem. Iuo par. 6. c. 50. §. quia. † *ignoratione*] orig. † *al. detecti.*

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua [b] ſanctitas retulit, ignorantia † ſe lapſos [c] eſſe deflent; his hac conditione miſericordiam [d] dicimus non negandam, vt ſine vllo honoris augmento, in hoc, quo deiecti † [e] ſunt, quamdiu vixerint, officio perſeuerent: ſi tamen poſt hac cōtinentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij [f] excuſatione nituntur, & ſibi aſſerunt veteri hoc lege conceſſum; nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indigne vſi ſunt, Apoſtolicæ ſedis auctoritate deiectos: nec vnquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præſentia cauere [g] nos præmonent in futurum; ſi quilibet epiſcopus, presbyter, atq. diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus; iam nunc ſibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obſeratum: quia ferro neceſſe eſt vt abſcindantur [h] † vulnera, quæ fomentorum non ſenſerint medicinam.

† *excidantur*] orig.

¶ *Caput hoc in aliquot manuſcriptis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori.*

3 *Qui autem propter peccata iubentur deponi; poſt condignam pænitentiam in ſuo ordine poterunt reparari.*

Vnde in concilio Hibernenſi a.

a ¶ Hybernenſi] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrenſi, in quo non legitur. Emendatum eſt ex Polycarpo; & alio libro manuſcripto peruetuſto, in quo libro ſunt multi canones pænitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiſcopo Hybernenſi.*

¶ Quæ pænitentia ſit imponenda ſacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. C. V.

Poly. l. 4. tit. 39. Can. Apoſt. 25.

P Resby-

b QVia aliquanti.] ¶ Vt tua.] cū ergo hic ſcribat vni: & in p̄cedēti cap. dicatur ꝙ conſtitutio Syricij Papæ ad omnes prouincias cōmeauit: patet ꝙ duas emiſit Syricius conſtitutiones: & etiam q̄a hic dicit ignorantiā reſpectu primæ.

c ¶ Lapſos.] reſpectu ſcilicet ſecundæ conſtitutionis.

d ¶ Miſericordiam.] quia illa ignorantia iuris nō eos excuſat [1] à toto: ſed quia facilius cum eis diſpenſatur. Alij dicunt, quòd vnam tantū emiſit: & dicunt, ignorantia Apoſtolicæ conſtitutionis.

[1] Adde ꝙ qñq. iuris ignorantia excuſat à pœna ꝑ ruſticitatē, nō autem excuſat à nullitate actus, vt not. in l. 1. C. de interdic. matri. inter pup.

e ¶ Deiecti.] id eſt, lapſi.

f ¶ Priuilegij.] argu. contra eos, qui prætendunt ſe non debere dare decimas, quia prædeceſſores ſui nō dederunt: & ſic vti volūt priuilegijs ſuorū antiquorum. extra de deci. c. 2. & cap. quamuis. Item arg. contra illos, qui pro ſui iuris tuitione conſuetudines antiquas allegāt. vt 32. q. 4. nemo. & 1. q. 4. c. vlti.

Cōſuetudo antiqua non excuſat.

g ¶ Cauere.] arg. ex præſētibus futura præſumi. arg. diſt. 50. ſi quis diaconus. diſt. 51. præterea.

Præſumitur ex præſētibus circa futura.

ADDITIO. Hoc not. 18. diſt. pertinet.

h ¶ Vt abſcindātur.] ſic 16. q. 1. in canonibus. 24. q. 3. ecce.

QVIA AVTEM. Hic incipit tertia pars huius diſt. in qua quęritur, qualiter pænitētia imponatur ſacerdoti lapſo in fornicationem, ita quòd poſſit poſtea celebrare. Et reſpon. quòd decē annis debet pænitere. Ioan. de Fant.

PResbyter.] CASVS. Hoc cap. loquitᷣ de manifeſta fornicatione, pro qua in tempore Apoſtolorum clerici deponebātur.

ter [a], ſi fornicationem fecerit, quamquam ſecundum canones Apoſtolorum [b] debeat deponi; tamen iuxta auctoritatem [c] beati Papæ Silueſtri, ſi in vitio non perdurauerit, ſed ſua ſponte confeſſus adiecit, vt reſurgat; decẽ annis [d] in hunc modum pæniteat: tribus quidem menſibus priuato loco à ceteris remotus pane & aqua à veſpera in veſperam [e] vtatur; tantum autem diebus Dominicis, & præcipuis feſtis modico vino, & piſciculis, atq. leguminibus recreetur ſine carne & ſagimine, ouis, & caſeo: ſacco indutus humi adhæreat; die ac nocte iugiter miſericordiã Dei omnipotentis imploret: finitis tribus menſibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat; ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Nec enim † debet ſacerdos publice pænitere [f], ſicut laicus. Poſtea aliquantiſper reſumptis viribus, vnum annum, & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis feſtis, in quibus vino, & ſagimine [g] †, ouis, & caſeo iuxta canonicam mẽſuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & ſanguinis Domini, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat; pſalmos cum fratribus in choro [h] vltimus canat; ad cornu altaris non accedat; iuxta beati Clementis vocem [i], minora gerat officia. Deinde vero vſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tempore, exceptis paſchalibus diebus, tres legitimas [k] ferias in vnaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto [l] ſeptimo anni circulo, ſi ſui confratres, apud quos pænituit, eius condignam pænitentiam conlaudauerint; epiſcopus in priſtinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sane ſciendum eſt, quòd ſecundã feriam vnum pſalterium canendo, aut vnũ denarium [m] pauperibus dando (ſi opus † eſt) redimere [n] poterit. Finitis autem ſeptem annis, deinde vſque ad finem decimi anni, ſextam feriam [o] (nulla interueniente

† al. etiam

† al. ſanguine

Epiſt. 2.

Epiſt. 2.

† al. operari] Poly.

tur. ſed ſancti patres in Gangrenſi concilio congregati hunc rigorem temperarunt, ſtatuentes vt ſi presbyter ſponte confiteatur delictum ſuum, & velit pænitere, decem annis pæniteat iuxta modum, qui in hoc cap. exprimitur: poſtea poterit in honorem priſtinum reuocari. Eadem pænitentia erit ſacerdotibus imponenda pro ſingulis delictis, quæ depoſitionem inducũt.

a ¶ Presbyter.] Hoc c. intelligunt quidam de diſpenſatione, alij de iure: quia eps poſt peractam pænitentiã tenetur diſpenſare: arg. 50. diſt. dño ſancto. &c. vt cõſtitueret. vnde dicunt hodie ꝓ fornicatione neminẽ deponendum. niſi in ea perduret. & ideo quia hodie fragiliora ſunt corpora noſtra q̃ olim erant. 34. diſt. fraternitatis. licet eadé rõne debes dicere de quolibet crimine, vt j. eo. c. verſi. eadem quoque. & not. s. pxi. diſt. c. Maximianus.

b ¶ Apoſtolorum.] Hic concilium diſpẽſat contra Apoſtolum in pœnis, vt ſupra diſt. prox. presbyter. ſic s. 34. diſt. cognoſcamus. &c. lector.

c ¶ Auctoritatem.] Hanc non habemus in corpore canonum B. Silueſtri.

d ¶ Decẽ annis.] Alibi dicitur, q ſacerdoti pro fornicatione imponitur pœna xij. annorum, & epiſcopo xv. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. &c. non debet. alibi vij. vt 33. q. 2. hoc ipſum. Sed varietas delicti inducit varietatem pœnæ: ſcilicet cum fornicatio eſt ſimplex, vel inceſtuoſa, poterit ſacerdos mitigare pœnam pro quantitate criminis, & qualitate perſonę. 26. q. 7. tempora.

e ¶ In veſperam.] nam ea hora debent comedere ieiunantes. de conſecra. diſt. 1. ſolent.

f ¶ Pænitere.] s. diſt. proxi. ſi quis epiſcopus. contra & 28. diſt. presbyter. contra. Sed expone publice, id eſt, ſolenniter.

g ¶ Sagimine.] arg. quòd licet comedere de ſagimine illis diebus quibus oua & caſeum licet comedere. 4. diſt. denique.

h ¶ In choro.] vt ibi miniſtret.

i ¶ Vocem.] quam non habemus in hoc corpore.

k ¶ Tres legitimas ferias.] ſcilicet 2. & 4. & 6. feriam, vt j. ead. innuitur. de conſecr. diſt. 3. ieiunia. & 22. quæſt. 5. cap. 1.

l ¶ Expleto.] ergo reconciliandus eſt quis peracta parte pænitentiæ: etſi tota finita non ſit, vt 12. q. 2. de viro. extra de fur. ex litteris.

m ¶ Denarium.] et ita poteſt dare denarium pro ieiunio, quod ſpirituale eſt: nec tamen ſimoniam committit: quia cum Deo intelligitur contrahere: ſicut nec lex Iulia de ambitu, locũ habet in Romana ciuitate [1]: immo ſpirituale datur hic tantum, ſcilicet eleemoſyna pro ſpirituali. bene facit ad hoc, quia ſicut ære peccatorum iſte ſe vendidit, vt 15. q. 1. non eſt, q cuiquam. ita & pecunia ſua ſe redimat. de pæn. diſt. 1. medicina. Et eſt arg. pro commutatione pœnæ, 36. q. 1. de rap. Numquid autẽ poteſt hic ieiunare per aliũ? q videtur [2]: quia denarium poteſt dare vt ſe redimat à ieiunio; ergo multo fortius p alterius ieiuniũ poteſt liberari. Item quia ieiuniũ viui liberat mortuũ, vt 13. q. 2. animæ. de pæn. diſt. 6. c. 1. quod cõcedo ſi p propinquã perſonã ieiunet. & debet iſte denarius eſſe talis, q non euincatur ab eo cui donatur: aliàs non cõtingeret liberatio, vt C. de ſẽt. & inter. libera. ff. de leg. 3. qui concubinam. §. ſi heres. quia non intelligitur datum quod euinci poteſt, vt ibi dicitur: arg. 14. q. 5. immolans. Sed numquid pænitens ſua auctoritate poteſt hanc commutationem facere? Dicunt quidam q ſic [3]: quod non concedo in pænitentia impoſita ab homine [4]. vt extra de vo. & vo. redẽp. ex multa. in fi. Ioan. Sed certe quod hic dicitur de denario, auctoritate huius canonis facere poteſt pænitens: nec decret. illa in aliquo contradicit. Bart.

n ¶ Redimere.] arg. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciendo poſſe recompenſari: & ita commutationem pœnarum poſſe fieri: arg. 36. q. 1. de raptoribus. diſt. 12. non cogãtur. s. 1. q. 1. nullus epiſcopus. 2.

o ¶ Sextam feriã.] ergo quartam poſſet redimere, quod enim

Fornicarionis cauſa hodie nemo eſt deponendus.

Concilium contra Apoſtolum diſpenſat.

Sacerdotis fornicarij pænitẽtia.

Ieiunantes in veſpera comedere debent.

Sagimen & lardum die veneris comedere licet.

Feriæ legitimæ ſunt tres.

1 Adde . . . Et ſimon . . . not. glo. & Bar. in l. Barbarius. ff. de offi. præt. & in l. 1. glo. 2. ff. ad leg. Iul. de ambi.

Ieiunari pôt p aliũ.

2 Ad hoc facit quia liberat qs iurãdo per aliũ, vt no. 63. diſ. ubi arg. contra ext. de offi. deleg. c. ſicũ ſimilib. Archid.

Pænitẽtia impoſita auctoritate ꝓpria mutari non pôt.

3 Adde bonum text. in l. plerũque. ff. de iure do. & in l. 2. ff. de li. le.

4 Videtur innuere, q ſit ſecus in ieiunijs indictis ab eccleſia. Sed pôt dici ſecũdũ Inn. q licet ieiunia indicta ab eccleſia nõ debe . . . cõmutari vel redimi ſine cauſa . . . tñ ea p . . . ſunt mu . . . ti: ſic vt ie . . . iuniũ . . . quod eſt . . . die Lunæ . . . fiat in ſabbato. & . . . q in quibuſdam locis Franciæ . . . vbi ſũt . . . eccleſiæ ſancti Quirini nõ ieiunatur in vigilia Omnium ſanctorum . . . ſed . . . præcedente die . . . ſecundum Inn. . . .

enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 25. diſt. qualis.

a ¶ Eadem.] non tamen eadem diſpenſatio eſt in omnibus: quia in aliquibus prohibetur. 50. diſt. miror.

Proui-

redemptione) obſeruet in pane & aqua. Eadem [a] quoque pænitentia erit ſacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depoſitionem inducunt. Neque hoc cuilibet videatur oneroſum; ſi ſacerdos poſt lapſum, digne, vt ſupra dictum eſt pænitens, ad priſtinos redeat honores.

a ¶ Et caſeo.] *In vulgatis ſequebatur,* utatur: *quæ vox ſublata eſt auctoritate omnium fere exemplarium Gratiani manuſcriptorum, & Polycarpi, & libri manuſcripti in ſuperiore notatione indicati.*

DISTINCTIO LXXXIII.

1. 2. *PRouidendum [b] quoque eſt, ne is, qui ad ordinandum eligitur, & ſi à proprio vitio videatur alienus, conſentiendo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait; non eſt grandis differentia, an lethum inferas [c], an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit. Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. c. 12. Romana ſynodi celebrata Anno Domini 1080. al. 1078.*

In libello Ennodij.

¶ Suſpendatur epiſcopus ab officio, clericorum ſuorum fornicationi conſentiens. C. I.

Anſ. l. 6. c. 177. SI quis epiſcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum [a], vel crimen inceſtus in ſua parochia, pretio [d] interueniente, vel precibus conſenſerit, vel commiſſum, ſibique compertum auctoritate officij ſui non impugnauerit; ab officio ſuſpendatur [e].

a ¶ Subdiaconorum.] *Additum hoc eſt ex originali, & Anſelmo; quemadmodum & paulo poſt verba illa,* ſibique compertum. *Notum autem eſt à tempore Gregorij primi ſubdiaconos eadem lege continentia, qua presbyteros, adſtrictos fuiſſe.*

Item Gregorius prima parte paſtoralis, c. 2.

¶ Maxime eccleſiam lædit, qui ſub nomine ſanctitatis delinquit. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 1. c. 109. Iuo p. 5. c. 323. NEmo quippe in eccleſia nocet amplius, quàm qui

PRouidendum.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligentes prælatos. & qui gaudent adulationibus: & hoc probat per 7. auctorit. Secunda ibi, [Quamquam.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hucuſque tractauit Gratianus, quod oportet prælatum eſſe ſine crimine, quod in faciendo conſiſtit. ſed quia conſentiens malo aliorum dr̃ committere crimen, ideo ſubiungit hanc 83. diſtin. in qua oſtendit, quod prælatus etiã cõſentire nõ debet peccatis alienis: quia parum differt vtrum quis homicidiũ committat propria manu, vel facienti conſentiat: quia mortem probatur inferre, qui hanc cum poteſt non excludit.

b ¶ Prouidendum.] In duabus ſuperioribus diſtinctionibus tractauit magiſter, quod ordinandus debet eſſe ſine crimine proprio. In hac diſtinctione oſtendit, quod nõ debet alienis criminibus conſentire.

c ¶ Inferas.] Simile eſt ĩ. 86. diſt. paſce. & extra de ſen. excommu. quantæ. & patet hic, quod medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet valere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, vt 86. diſt. non ſatis. Sed quid ſi infirmus diues eſt, & nihil vult dare medico: numquid gratis tenetur eum curare? Videtur quod non: cum nemo de ſuo cogatur facere beneficium, vt 10. q. 2. precariæ. cum etiam medicus licite poteſt recipere mercedem [1], vt 14. q. 5. non ſane. Dico quod tenetur eum curare ſuis impenſis [2]: & ſi conualuerit, repetat expenſas: quia vtiliter geſſit negotium eius, vt ff. de negot. geſt. Pomponius. etiã ſi moriatur æger, poteſt petere impenſas: quia ſufficit ſi vtiliter cœpit gerere, licet euentus nõ ſit ſecutus, vt ff. eo. tit. ſed an vltro. ff. de offic. præſid. illicitas. §. ſicuti. nec põt ei obijci, quod cauſa pietatis fecerit ſumptus illos: niſi eſſet propinquus infirmo [3], vt C. eo. alimenta. Sed quid ſi infirmus phibet ne aliquę medicinę dentur ei? tunc dicunt quidam, quod medicus nullam habet actionem, vt C. de nego. geſt. l. vlt. Sed dico quod eum inuitum poteſt curare: ſicut inuitum poſſet extrahere de domo ruitura. 23. q. 3. ipſa pietas. Inuito enim poteſt conferri beneficium, vt 45. diſt. & qui emẽdat [4], immo præſumo ipſum fuiſſe furioſum, cum illa verba dixit in ægritudine, vt ff. de condi. inſtit. quidam. & extra de ſucceſ. ab inteſta. c. fina. Sed quid dices, ſi quis vult me interficere niſi dem ei pecuniã, numquid teneor ei dare vt me liberem à morte? ita vr, per hoc quod hic dr̃, & 86. diſt. non ſatis. in princ. Dicunt tamen quidam, ſolos prælatos ad hoc teneri, vt 12. q. 2. gloria. & 16. q. 1. c. vlt. Alij dicunt, quod quilibet tenetur redimere vitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 23. q. 3. non in inferenda.

SI quis eps.] CASVS. Quidam epi pretio interuenientibus vel precibus conſentiebant clericis ſuæ diœceſis in fornicatione ſtare, vel inceſtu: & eos nõ puniebant. Quæſitũ fuit à Gregorio quã pœnam pati debeat? Et rñdet quod ſuſpendi debẽt ab officio & beneficio.

d ¶ Pretio.] De hac materia inuenies 16. q. 7. decimas. & 1. q. 1. c. vlt. & cap. nullus epiſcopus. ĩ. 23. q. 4. c. ſi is qui. & cap. ſi illic.

e ¶ Suſpendatur.] id eſt deponatur. 1. q. 3. ſi quis epiſcopus. aliàs eſſet contra 11. q. 3. Teugualdum.

ADDITIO. Vel dic quod ponit pœnam ſolius conſenſus ſecundum L. cuius etiam fuerant verba, quæ præcedunt. De hoc legit̃ & not. ĩ. 32. diſt. eos. in fi. ibi videas.

NEmo.] CASVS. Dicitur hic, quòd nemo magis in eccleſia nocet quàm prælatus delinquens: quia nullus

1 De hoc not. 1. q. 1. qui ſtudet. ibi videas.

2 Adde ar. ad hoc bonum in l. non tantũ. ff. de app. & ff. de reli. & ſump. fu. l. at ſi quis. §. Labeo.

3 Si eſt coniuncta perſona videtur donaſſe, niſi proteſtetur: ſecus ſi eſſet extraneus ſ fenere. eodem modo diſtinguit ff. de relig. & ſum. fu. ſi quis. §. ſed interdũ. Archid.

4 Adde ad hoc not. in l. ſoluendo. in glo. 2. ff. de neg. geſt. & in l. ſolutionem. ff. de ſolu.

nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam : & alij ſumunt ab eo exemplum delinquendi : & ideo epiſcopus qui tales non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

a ¶ Redarguere.] ſ. diſt. 40. ſi Papa. 6. q. 1. oues. quia vult magis placere ſilendo, quàm diſplicere redarguendo.

dibus malorum. Sed dicit Anacletus, ꝙ ex hoc facto maxima pernicies oritur circa ſubiectos. quia prælatus qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & ſicut nouerca odit priuignum, ita negligentia correctionem & diſciplinam.

peruerſe agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere [a] præſumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur [b]; quando pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Epiſcopus [a] itaque, qui talium crimina non corrigit [c], magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317. ex Gregorio.

a ¶ Epiſcopus.] *Hæc non ſunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2. q. 7. c. qui nec regimus, ex Auguſtino (cui etiam reliqua huius capitis antea tribuebantur) & ex eodem à Burchardo, & Iuone citantur. Ceterum ijdem collectores; Burchardus quidem lib. 1. c. 13. Iuo autem parte 5. c. 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

Item Innocentius.

¶ Qui non reſiſtit erroribus, conſentit. C. III.

ERror cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cum minime defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis [d] deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis [e] occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Deuſdedit p. 2. Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias, & orientales in epi. ad Iulium, & Aegyptij in epiſt. ad Felicem II.

Item Pius, epiſt. 1. ad omnes Chriſtifideles.

¶ Non prodeſt ſuo errore non pollui, qui alieno conſentit. C. IIII.

QVid enim prodeſt illi ſuo errore non pollui [f], qui [g] conſenſum [h] præſtat erranti?

Item Gregorius [a].

¶ Qui non occurrit, conſentit erranti. C. V.

COnſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi [i] debent, non occurrit [k].

Poly. l. 4. tit. 31.

a ¶ Gregorius.] *In epiſtolis impreſſis Beati Gregorij non habetur. Verũ lib. 7. epiſt. 117. Syagrio epõ Auguſtodunenſi poſt ea verba,* qui non reſtiterit, *in regeſto manuſcripto peruetuſto & in Polycarpo, vbi ipſa epiſtola integra refertur, hæc ſequuntur.* Nam conſentire videtur erranti, qui corrigenda, vt reſecari debeant, non occurrit. Quia vero, &c.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

Vnde Anacletus Papa, epiſt. 1. epiſcopis omnibus.

¶ Miſerrimus eſt epiſcopus, qui malorum laudibus gloriatur. C. VI.

NIhil illo eſt paſtore miſerius, qui luporum [l] laudibus gloriatur. Quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus

Anſ. l. 6. c. 154. Iuo p. 5. c. 237. in fine.

Delicta maiorũ alios corrũpunt.

b ¶ Extenditur.] Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11. q. 3. præcipue.

c ¶ Non corrigit.] cum eſt clamor de talibus. extra de ſi. licet Heli.

ERror.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi poſſum reſiſtere errantibus, & perturbare peruerſos, & negligo: mala eorum videor approbare per conſenſum: & ſocius criminis, ſum cum manifeſto facinori non obuiem. Sequentia autem duo cap. plana ſunt.

d ¶ Cum poſſis.] Ex officio. hoc enim intelligunt quidam de prælato. arg. 23. q. 4. ita plane. Sed H. de quolibet. 24. q. 3. tam ſacerdotes.

e ¶ Societatis.] Impropriè ſumitur hoc nomen ſocietatis: quia inhoneſtarum rerũ ſocietas nulla eſt. ff. pro ſocio. nec prætermittendum.

QVid enim.] f ¶ Nõ pollui.] directè. nam occaſione alterius bene polluitur ſi ei conſenſerit.

g ¶ Qui.] infra 22. q. 5. ſi quis.

h ¶ Conſenſum.] De triplici conſenſu dĩ 2. q. 1. notum. in ſi.

COnſentire vi.] i ¶ Corrigi.] ſ. 11. q. 3. qui conſentit. ſ. 23. q. 3. oſtendit. & 24. q. 3. qui aliorum.

k ¶ Non occurrit.] ſi. ff. de iure pat. adigere. ff. de noxa. ſi ſeruus. in fin. ff. de ijs q no. infa. qd ergo. §. 1.

SICVT AVTEM. CASVS. Hucuſque oſtendit, ꝙ aliquis peccatis alienis conſentire non debet. Nunc vero oſtendit, ꝙ laudibus malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

NIhil.] CASVS. Quidam prælati gloriabantur lau

l ¶ Luporum.] id eſt laicorum 1 : qui quandoque dicuntur oues, vt 2. q. 7. oues.

1 Scilicet malorum: lupi ſunt qui in eccleſia eſſe videntur cũ non ſint, & cum poſſunt non infeſtant. de conſec. diſ. 4. quomodo. ve- non ob- liud. in ſ- ſm Lau.

a ¶ Place-

a ¶ Placere.] ſic 21.q.1.ca.1.ſimile extra de deri.cōiug. c.diuerſis.ſimile.ff.de oper.liber.duorum.
b ¶ Labiorum.] id eſt, prædicandi: vel etiam redarguendi.
c ¶ Obligata.] ſi.infra 8.q.2.c.viri.& c.dilectiſſimi.
d ¶ Ne-

SOlicitam.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes: in quarum prima reprehendit deſides epiſcopos, & hoc per duo c. Secunda, ibi, [Quod autem.] Tertia ibi, [Similiter.] Quarta ibi, [Presbyterorum]. Io.de Fan.

ergo paſtorum, placere [a] lupis, & gregibus ouium poteſt. Perdit enim labiorum [b] memoriam mens terrenis obligata [c] carceribus. Sicut † artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia; ita nouerca eruditionis eſt negligentia [d].

† al. Sicut autem

a ¶ Labiorum] *In epiſtola Anacleti legitur*, laboris: *apud Anſelmum, & in vno ex vetuſtis codicibus Gratiani*, laborum: *vnde potuit irrepſiſſe mendum: quod tamen ob gloſſam non eſt ſublatum.*

2 *Quamquam ſacerdotem tam à ſuis, quàm ab alienis criminibus oportet eſſe immunem; tamen ſi aliorſum ſeſe habuerit, non ideo verba ſuæ prædicationis debent contemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à ſordibus peccatorum.*

Burc.l.1.c.204. ex dictis Hiero. Iuo p.5.c.318.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, quod prælatus debet eſſe ſine crimine. Nūc vero ſupponit 84.diſt. in qua oſtendit Grat. quod prælatus debet habere ſolicitudinē circa ſubiectos. Et habet hæc diſt. 4. articulos. In primo dicitur, quod epiſcopus debet eſſe ſolicitus circa tuitionem pauperū & monaſteriorū. In ſecundo agitur de munditia ſacerdotū. In tertio, quod ep̄s debet eſſe monogamus. In quarto vnde dicatur presbyter.

e ¶ Solicitū.] Tria capitula apoſtolicæ regulæ hic breuiter tangit, quod epiſcopus debet eſſe prudens [1], continēs, monogamus.

1 Prudētia conſiſtit in ſcientia litterarū: ſed nō videtur eſſe aſtutus qui in his quæ debet agere peruigil non eſt, & ſolicitus: & ita patet quod eſſe ſolicitū refertur ad eſſe prudētem ſecundum Hug.

DISTINCTIO LXXXIIII.

1 *SOlicitum [e] quoque, & vigilantem oportet eſſe epiſcopum circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, tuitionem monaſteriorum. Quod ſi facere neglexerit, aſpere corripiendus eſt.*

Vnde Gregorius Anthemio ſubdiacono Campaniæ, lib.xi.epiſt.29.

¶ Corripiatur epiſcopus, qui circa officium ſuum negligens extiterit. C. I.

PEruenit ad nos, fratrem, & coepiſcopum noſtrum Paſchaſium ita deſidem, negligentemque in cunctis exiſtere; vt in nullo, quia eſt epiſcopus, agnoſcatur: adeo vt neque eccleſia ipſius, neque monaſteria, ſiue filij eccleſiæ, vel oppreſſi pauperes † [f] eius erga ſe dilectionis ſtudium ſentiant; nec aliquam ſupplicantibus ſibi † in quibus iuſtum eſt, opem defenſionis accommodet; & (quod adhuc dici eſt grauius) conſilia [g] ſapien-

† al. vel pauperes
† his] orig.

PEruenit ad nos.] CASVS. Paſchaſius epiſcopus in duobus delinquebat. ſ. quòd non curabat defendere monaſteria & pauperes & oppreſſos: & præterea conſilia ſapientum audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio ſubdiacono reprehēdendo eū, quod talia prætermittebat. & mandat ei, vt eum corrigat coram alijs epiſcopis, vel coram quibuſdā de nobilibus ſubiectis, quod ſi ſic non corrigat, Romam eſt trāſmittēdus: vbi ſaltē diſcat qualē cōueniat eſſe ſacerdotē, vel prælatum eccleſiaſticū.

f ¶ Pauperes.] quorū curā non per ſe, ſed per archipresbyterū vel archidiaconū gerere debet, vt ſ.88.diſt. epiſcopus gubernationem.

d ¶ Negligentia.] ſupra 38.diſt. ignorantia.

QVAMQVAM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua dicit, quod licet mali ſacerdotes ſint culpandi: tamen non deſpiciendi. Io.de Fa.

ADDITIO. Et nota, hic malum prælatum lixinio comparari: alibi lapideo canali, vt in prædic. cap. ſi fuerit. Alibi monetario. 1.q.1.quod quidam. & vide quod dixi.44.diſt.cap.1.& in ſumma & dic, lauat, ſcilicet conditionaliter, ſecundum Hug.

CASVS. Dictum eſt ſupra, quod prælatus debet eſſe immunis à ſuis peccatis & alienis. ſed quamuis ſit peccator, non tamen eius doctrina debet contemni: quia ſicut lixiuium per cinerē fluens lauat ſordes, & nō lauatur: ſic doctrina per malum ſacerdotem miniſtrata lauat auditores à ſorde delictorum.

g ¶ Conſilia.] Vnde Augu. dicit, quod à puero nōdum anniculo paratus eſt doceri, vt 24.q.3.ſi habes. aliàs ſtultus eſſe conuincitur, vt 22.diſt.de Cōſtantinopolitana. Qui enim bono conſilio nō acquieſcit, ammittere debet dignitatē: exēplo Roboam, qui ſenioribus non acquieuit.7.q.1.denique. vel ad inſtar vxoris Loth, quæ conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, & dicit lex, quod ea firmitate nitūtur, quæ cōſilio geruntur. C.de repud.l.3. cum etiam conſilio clericorū debeat ep̄s diſponere de rebus eccleſiæ. extra de ijs quæ ſi. à præla. ſine cōſe.ca.nouit. & iſte nō excuſatur quia potuit ſcire. ſed noluit 2.38.diſt. qui ea. nec iudici licet deuiare à reſponſis prudentum. inſtit. de iure nat. §. reſponſa. & dicit lex: quòd tunc non prodeſt alicui ignorantia, quia potuit ſcire per ſe vel per alium. ff. de bon. poſſ.

Doctrina eſt ab oībus accipiēda. Cōſilio bono eſt acquieſcendum.

2 Ad hoc. 37.diſtin. §.vlt. c. nō omnis.

Ignorantia nō excuſat illum qui ſcire potuit per ſe, vel per alium.

poſſ.in bonorum.ff.de iuris & facti ign.regula.
a ¶ Sapientum.]prima q.1.eſtote.
b ¶ Ab altero.]ſupra,diſt.38.c.vlti.
c ¶ Poſſit.]Nam omne artificium,&c.ff.de leg.3.ſeruis legatis.§.ornatricibus.

CVm in præterito.] Hæc duo cap. intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus ſacris ordinibus,& in eccleſia orientali.Eſt ergo caſus.In primo concilio Carthaginen.conſtitutum fuit,vt epi,presbyteri,diaconi,& ſubdiaconi abſtinerent à matrimonio contrahen-

tum [a], & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipere, vt quod per ſe nequit attendere, ab altero [b] ſaltem poſsit [c] addiſcere. *& infra.* ¶ Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas,qui eum obiurgare, atque coercere,vt dignum eſt, diſtuliſti [d]. Quia ergo hoc totum nõ ſolum ipſum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis [e] officij pertinere probatur opprobrium; volumus,vt eum coram alijs ſacerdotibus,& † quibuſdam de filijs ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas, & hortari. Si vero (quod non credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit; ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus, vt hic poſitus diſcere [f] poſsit, quid, vel qualiter ſecundum Dei timorem [g] agere conueniat ſacerdotem.

paulo plenius apud B. Greg.

† *vel*] orig.

Ibidẽ paulo inferius.

Idem ad eundem eodem lib.epiſt.33.

¶ De eodem. C. II.

NVntiatum eſt nobis Campaniæ epiſcopos ita negligentes exiſtere, vt immemores honoris ſui, neque erga eccleſias,neque erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monaſteriorum ſolicitudinem gerant, ſeu in oppreſſorum, & pauperũ ſe tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus,vt eis à † te conuocatis,ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas; quatenus deſides vlterius eſſe non debeant: ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſolicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, vigilantes [h] exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem vero eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris; ad nos eum ſine aliqua excuſatione [i] tranſmitte: vt quàm ſit graue,nolle ab his, quæ reprehenſibilia,& valde vituperanda ſunt, corrigi; regulari in ſe valeat [k] diſtrictione ſentire.

† *al. ad*

2 *Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari ſeruientibus intelligendum eſt.*

Vnde in Carthaginenſi concilio 2. c.2. Aurelius epiſcopus dixiſſe legitur.

In Carthag.codicis canon. c. 3.& 4.

¶ Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentiam in omnibus ſeruent. C. III.

CVm in præterito [l] concilio de continentiæ, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres conſcriptione † quadam caſtitati per conſecrationes annexi ſunt. Epiſcopos,inquam,presbyteros,& diaconos ita placuit, vt cõdecet ſacroſanctos antiſtites,&Dei ſacerdotes,

† *al. conſtrictione caſtitatis per*

diſ.31. epos.

d ¶ Diſtuliſti.] Hoc ideo, quia iſte erat legatus iſtius prouinciæ.
e ¶ Sacerdotalis.]ideſt,epiſcopalis.
ADDITIO. Hoc ideo vt magis verecundetur.H.& hoc ſi publice peccauit. 45. diſt. ſed illud. aliàs ſecus, vt in gl.ſeq.alleg. 15. q.5.c.1.ſecundum Io. de Fan.
f ¶ Diſcere.]15. q. 5. c.1.
g Dei timorem.] 28. diſt.quia ſunt.

Vigilantibus iura ſcripta ſũt.

NVntiatum.]CASVS. Epiſcopi Cãpaniæ negligentes erant circa eccleſias & monaſteria, & circa pauperes& oppreſſos. Scribit ergo Greg.Antemio ſubdiacono,vt epiſcopos in vnum conuocet:& eos ſuper his rebus ita corrigat & emendet, q de cetero apud Papam querela iterari non poſſit. q ſi negligentes fuerint, Romam trãſmittantur, vt ibi per diſtrictionem ſentiãt quàm graue ſit à prauis non corrigi.
h ¶ Vigilantes.]Nam vigilantibus ius ciuile ſcriptum eſt. ff. de ijs quę in frau.credi. pupillus.in fine.
i ¶ Aliqua excuſatione.]Arg. in hoc caſu nõ licere appellare [1]. Argum.j.27.q.1.ſi cuſtos.& c.ſi homo.arg. extra de appel. cum ſit Romana. & c. reprehenſibilis.dic inſufficienti, ne ſit cõtra. extra.de offic.de leg.c.ex parte.
K ¶ In ſe valeat.] vt ſi ſtultus fuit in culpa, ſapiens ſit in pœna,vt 38.diſt. qui ea. & 27.q.1.ſi cuſtos. & c.ſi homo.

1 Hoc ideo qa videtur appellatio interponi ad malitiã confouendã.ar.C.de offic.præ. prætori. l. 1.extra de app.ſuggeſtum. &c. ad noſtrã. Sed tu. dic excuſatione non ſufficiẽti.aliàs ſecus,extra de offi. de leg.ex parte ſm Ioan. de Fan.

QVOD AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinct.in qua probat duabus auctoritatibus, q diaconi, presbyteri, & ſubdiaconi debent eſſe caſti. Ioan.de Fant.
CASVS. Supra in 81.diſt.oſtenſum eſt de munditia ſacerdotũ & diaconorũ. Nũc vero dicit idẽ eſſe intelligẽdum de ſubdiaconis,& eſt iſte ſecundus articulus.

trahendo ſicut à tempore Apoſtolorum fuit obſeruatum. Poſtea ſecundo fuit congregatũ concilium ab ipſis epiſcopis:& forte alij plures etiam prædictã cõſtitutionem confirmauerunt.& approbauerunt.
l ¶ Cum in præterito.] ſcilicet in primo concilio Car-

Carthag. † Hoc cap. & ſequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod ſcilicet non licet presbyteris vel diaconis.

a ¶ Qui ſacramentis in diuinis ſeruiūt.] id eſt ſubdiaconi. & quod dicit ĩ. ead. ab vxoribus abſtinendum, dicas de

latis, aut de facto. Nam dicunt, q̀ iſta * cap. facta fuerint ante tẽpus Gregorij, qui introduxit continentiá miniſtris. 31. diſt. ante trienniū. id eſt ſubdiaconis: presbyteris vero & diaconis Syricius introduxit immo dicunt, q̀ olim ſacerdotes poterant ħere ante Syricium, vnde & Moyſes contraxit. Exponunt ergo Apoſtoli docuerunt exẽplo & opere, & admonitione, ſecundum Hug. non inſtitutione vel conſtitutione ſecundum alios.

* *Vide notata ſupra diſt. 31. in verba Gra. in prin.*

diſt. 31. c. aliter.

necnon & leuitas, vel qui ſacramentis [a] diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus; quo poſsint ſimpliciter, quod à Deo poſtulāt, impetrare: vt quod Apoſtoli docuerūt α, & ipſa ſeruauit antiquitas [b] nos quoq; cuſtodiamus. ϵ Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.

† *al.* &

α ¶ Docuerunt.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, exemplo, *quod eſt ſublatum: quia neque in ipſo ſecundo Carthaginenſi, aut impreſſo, aut manuſcripto, neque in vnico codicis canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in vetuſtis Gratiani exẽplaribus habetur: & ex gloſſa videtur translatum in textum.*

ϵ ¶ Cuſtodiamus.] *In codice canonum cap. 5. vnici Carthaginenſis ſequuntur hæc,* Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, Legatus eccleſiæ Romanæ dixit, Placet vt epiſcopi, &c. *quæ in recentioribus Colonienſibus conciliorū editionibus adſcripta ſunt alijs characteribus. Verum in priſca Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 3.

¶ De eodem. C. IIII.

In eod. cit. c. 25.
In Africa. c. 37.
diſ. 32. c. placuit
† *al. propria*

CVm de quorumdam [c] clericorum, quamuis erga vxores [d] proprias, incontinentia referretur; placuit epiſcopos, & presbyteros, & diaconos [e] ſecundum priora † ſtatuta etiam ab vxoribus continere; quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur [f] officio: ceteros autem clericos ad hoc non cogi; ſed ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem [g] obſeruari debere γ.

γ ¶ Debere.] *In codicibus impreſſis hæc ſequebantur,* contra Martinus Papa [ſi lector viduam duxerit,] vt ſupra legitur, Sed illud, vbi neceſsitas; hoc, vbi nulla neceſsitas vrget. *Quæ ſunt expuncta: quia in vetuſtis codicibus, aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine.*

3 *Similiter, quòd Monogamus epiſcopus eſſe iubetur, etiam ad reliquos ordines eccleſiaſticos deriuari oportet.*

Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconen. epiſcopo, epiſt. 1. c. xi.

¶ Laica ſit tantum communione contentus clericus viduam, aut ſecundam ducens vxorem. C. V.

Anſ. l. 8. c. 5.
Iuo. p. 6. c. 51.

QViſquis

& Moyſes contraxit. Exponunt ergo Apoſtoli docuerunt exẽplo & opere, & admonitione, ſecundum Hug. non inſtitutione vel conſtitutione ſecundum alios.

b ¶ Antiquitas.] à tempore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. diſt. plurimos.

CVm de quorumdam.] CASVS. In concilio Carthagin. 6. relatum fuit, q̀ quidam clerici cōtinentiam non ſeruabant, & ideo ſtatutū fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi abſtineant ab vxoribus ducẽdis; & ſi duxerint, deponantur. Ceteri autẽ clerici ad hoc cogi nō debent, ſed vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudo debet ſeruari. ſed ego Barthol. Brixien. ſatis credo, q̀ hæc duo c. intelligi poſſunt in eccleſia occidentali. & de matrimonio iam contracto, quo vti nō debent clerici in ſacris ordinibus conſtituti. Et ita formabis caſum, vt ſupradicti non vtantur matrimonio iam contracto promiſſa iā cōtinentia cū vxoribus, & bene etiam dixit quoſdā ſic ītelligere.

c ¶ De quorumdā.] ordo. cum referretur de incōtinentia quorumdam clericorū, placuit, &c.

d ¶ Vxores.] cum q̀bus profeſſi erant cōtinentiam ſeruare.

e ¶ Et diaconos.] & ſubdiaconos. 32. diſt. placuit. vbi ſunt eadem verba.

f ¶ Remoueantur.] ĩ. diſt. 81. miniſtri.

g ¶ Conſuetudinẽ.] 32. diſt. cap. placuit. & cap. quoniam in quibuſdam.

cas de ducendis: & ſecundum hoc ſuppletur hic, q̀d dicitur in c. ſeq. in quo non fit mentio de ſubdiaconis, p illud quod habemus 32. diſt. placuit. in quo ſunt fere eadẽ verba. & eſt ſimiliter Carthagi. concil. & hic dicit H. q̀ Apoſtoli non inſtituerunt de nō vtendo iam ꝯtcto: quia ſi Apoſtoli hoc īſtituiſſent, orientales hoc admiſiſſent ĩ. Alij vero intelligunt ea de ꝯtcto: & quod dicit infra, etiam ab vxoribus, dicūt ante legitime ſibi copu-

Vĩ 31. diſt. aliter.

SIMILITER. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probatur, q̀ nullus bigamus poteſt eſſe clericus. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra 26. diſt. dictum eſt, q̀ epſ debet eſſe monogamus: Nunc autem dicit Gratia. idem eſſe ſeruandum in alijs clericis, & iſte eſt tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconenſis epiſcopus quæſiuit à

fuit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt viduas, vel ſecundam vxorem. Et reſpondet, q debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶ Clericus.] in minoribus ordinibus conſtitutus, q a de alijs non poſſet intelligi 1.

1 Nam ſi primo tales ↄtraxiſſent bigamiam, ordinari nõ poſſent. 32. diſt. ſi quis viduarum. 50. diſt. nõ cõfidat. Ar.

b ¶ Viduam.] ſ. diſ. 34. lector. contra. Io.

c ¶ Duxerit.] & ita non incidit in canonem qui cum verberauit. & hoc verum erat tempore Syricij, qui præceſſit Innocentium, qui edidit illud. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Sed quid hodie? H. dicit, q incidit, quia iſte coronam tenetur portare. extra de vit. & hone. cle. clericus. Tu dic, q vbi contraxerit cum corrupta, vel vidua, ſtatim priuatur omni priuilegio, prout hoc cap. dicit, & c. altercationis. cõſtitu. Grego. x. de big. lib. 6. Si vero cum virgine, tunc eſt in eius optione, an velit retinere priuilegium, an non. Si vult retinere, portabit coronam, & viuet clericaliter. ſi non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidam contradicãt. Ioan. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cler. coniug. Ioan. B. Item patet hic, q priuilegium perditur per actum contrarium, vt extra de conſti. cum acceſſiſſent. & c. cum M.

Clericus ſciens cum corrupta perdit omne priuilegiũ clericale.

d ¶ Quam.] ſcilicet communionem.

e ¶ Poſſidere.] arg. incorporalia poſſideri, de hoc dixi 2. q. 2. nullus 2. & ſcientia poſſidetur 2, vt 16. q. 1. reuertimini. immo lex dicit plane, q ius poſſidetur. ff. cõia præd. l. 2. extra de cau. poſſ. cum eccleſia: & ita facit ad hoc, q reſtitutio communis poſſit peti vt aliarum rerum.

Incorporalia dicitur quãdoque poſſideri.

2 Et ideo in eligendi pſcribitur. q dic, vt plene no. Gof. extra de elect. humana. & hic adde quod not. 1. q. 1. nullus eps.

nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus eſt presbyter, id eſt, ſenior, niſi Abraham, qui paucioribus annis legitur vixiſſe.

g ¶ Sapientiam.] 7. 35. q. 6. c. 2. ſic 20. diſt. de quibus. ff. de iure immu. ſemper. ff. de fide inſtru. l. 2. & l. vlt. argu. contra. ff. de ædil. edi. præcipiunt ædiles. ſi. habes extra de elect. cum nobis olim 3.

3 Vbi pa[...] q quis [...]pellitur [...]pter de[...]ctum æ[...]tis. Archid.

clericus [a], aut viduam [b], aut certe ſecundam coniugem duxerit [c], omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica ſibi tantum communione conceſſa. Quã [d] ita demum poterit poſſidere [e], ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum vero nomen, quamquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen maturitatem [f] indicat ſapientiæ, quàm caniciem corporis.*

Vnde Anacletus ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ Presbyteri ſeniores dicuntur non tam ætate, quàm ſapientia. C. VI.

Anſ. l. 7. c. 96. Burc. l. 2. c. 5. Iuo p. 6. c. 25.

PORro Moyſi præcipitur, vt eligat presbyteros [† id eſt ſeniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria ſenũ canicies,] hæc † vero canicies ſapientiam [g] deſignat, de qua ſcriptum eſt [Canicies hominum prudentia eſt.] Cũque nongentos & amplius annos ab Adam vſq. ad Abraham vixiſſe homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus eſt presbyter, id eſt ſenior, niſi Abraham, qui multo paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem; ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur.

Nu. 11. exod. 24. † Abſunt iſta ab or. Prou. 20. † al. hic Sap. 4. apud 70.

DISTINCTIO LXXXV.

HOſpitalitas vero vſque adeo epiſcopis eſt neceſſaria, vt ſi ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo, lib. 12. epiſt. 6.

Io. Diac. l. 3. c. n.

¶ Hoſpitalitatem neſciens non fiat epiſcopus. C. I.

ARchidiaco-

PRESBYTERORVM. Hæc eſt iiij. pars diſt. In qua dicitur, q ſenes presbyteri non vocantur niſi propter ſapientiam tantum, non autem propter ætatem. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic eſt quartus articulus, vbi oſtendit, q licet presbyter dicatur propter ſenectutem, magis tamen congrue dicatur propter ſapientiam.

f ¶ Maturitatem.] id eſt ſapientia, ſcientia, & moribus. 1. q. 1. viliſſimus.

POrro.] CASVS. Anacletus probat in hoc cap. q duplici de cauſa dr presbyter, ſcilicet propter ætatem, & hoc oſtendit exemplo Moyſi; qui cum non poſſet ſuſtinere laborem ad populũ gubernandũ, elegit ex pcepto Domini lxx. presbyteros, id eſt ſeniores Iſrael, qui cũ eo populũ gubernarent. Similiter oſtendit, q presbyter vel ſenior dr pp ſapientiã. & hoc probatur exẽplo Abrahæ, vſque ad tempus cuius, licet homines vixiſſent

h ¶ Alius.] ante Abraham. Melchiſedech enim fuit ſacerdos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO. Quidam opponunt textui de iſto Melchiſedech: ſed dic ſecundum Lau. q non legimus eum appellatum presbyterum, licet ſacerdotem. De hoc etiam not. 63. diſt. porro. Archid.

HOſpitalitatis.] Hic ponitur 85. diſt. in qua de hoſpitalitate tractatur, quam ſi quis nõ habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum.] CASVS. Vacante eccleſia Anconitana tres fuerunt ibi electi, nõ temeritate cõcertantiũ, ſed bono zelo. Primo, archidiaconus eiuſdẽ eccleſię, qui dicebat Florentinus. Secundo, fuit electus Ruſticus diaconus eiuſdẽ eccleſiæ. Tertio, Florentius diaconus eccleſię Rauennatis: ſed archidiacono Florentino tria obijciebãtur. ſ. q erat ſenex, & nullo modo ad regimẽ aſſurgere poſſet; & q ſic erat tenax, q in domo ſua numquã amicus ad charitatem intraſſet, & q a iurauerat ſe nũquã fore epm. Ruſtico vero licet

ꝛto, licet homo vigilans eſſet, obijciebatur, quòd pſalmodiam ignoraret. Florentius vero Rauennatis eccleſiæ diaconus neſciebatur qualis eſſet, licet ſolicitus diceretur. Scribit ergo Gre. Ioanni epiſcopo, vnà cum epiſcopo Armenio Anconitanæ eccleſiæ viſitatore, vt in-

† al. Florentinum,] al. Florentium archidiaconum

num † Florentinum [a] eccleſiæ Anconitanæ, qui ad epiſcopatum fuerat electus, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere; ſed ita ætatis ſenio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non poſsit aſſurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] exiſtere, vt in domo eius amicus ad charitatem numquam introeat. Ruſticus autem diaconus eiuſdem eccleſiæ, qui ſimiliter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; ſed, quantum aſſeritur, pſalmos ignorat. Florentium vero diaconum eccleſiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, ſolicitum eſſe nouimus; ſed qualis ſit interius, omnino non ſcimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre, & coepiſcopo noſtro Armenio ſupraſcriptæ eccleſiæ Anconitanæ viſitatore illuc feſtinet accedere, & diligenter de moribus † ſingulorum [e] requirere, ſi de nullo ſibi ſunt crimine conſcij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc, quod de præfato archidiacono dictum eſt, quia numquam amicus domum eius ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habeat, & vtrū ex neceſsitate, an ex tenacia † talis ſit; aut ſi ita ſenex eſt, vt ad regendum non poſsit aſſurgere; vel ſi tactis ſacroſanctis [f] Euangelijs (ſicut nobis nuntiatum eſt) iuſiurandum præbuerit, numquam ſe ad epiſcopatum accedere. Sed & de Ruſtico diacono, quantos [g] pſalmos minus teneat, perſcrutandum eſt. Florentio autem diacono Rauennati, ſi nullum, ſicut diximus, crimen eſt, quod obſiſtat, apud epiſcopum [h] eius agi neceſſe eſt, vt ei debeat ceſsionem concedere: non tamen ex noſtro mandato, vel dicto; ne contra ſuam voluntatem [i] eum cedere † videatur.

† al. de vita, & moribus

† al. tenacitate

† al. concedere] in recentioribus editionibus !

inquirant iſta, & primo de archidiacono, & poſtea de Ruſtico: qui ſi inuenti fuerint indigni, confirment tertium, ſi crimen ei non obſiſtat, & hoc de voluntate archiepiſcopi ſui.

a ¶ Archidiaconum Florentinum.] aliàs Florentinum archidiaconum proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶ Senio.] ecce quòd ſenectus impedit promouendū, ſed non deijcit promotum, vt 7. q. 1. petiſti. extra de renuntia. litteras.

c ¶ Ita tenacem.] nota, quòd auaritia impedit promouendum, vt 42. diſt. §. 1. [1] nam domus clerici erit omnibus communis 16. q. 1. quoniam.

d ¶ Qui ab omnibus.] id eſt, à minori parte capituli. Vel dic, quòd hic plures ſimul fuerunt electi, vt ſi quis reprobaretur, alter aſſumeretur, vt 61. diſt. ſtudij. & 56. diſt. apoſtolica.

e ¶ Singulorum.] item hic patet, quòd primo examinantur electi de propria eccleſia, quàm de extranea: & ſatis patet hic, quòd licet extraneus electus ſit à maiori parte, quòd tamen præfertur ille, qui eſt de gremio eccleſiæ, vt dixi 61. diſtin. cap. nullus inuitis. & cap. quid proderit. Item hic prius examinatur archidiaconus tamquam maior, quàm diaconus: quia maiores & ſeniores ſemper præferuntur in electione minoribus, vt 74. diſt. epiſcoporum. & 75. diſt. cap. vlt.

f ¶ Sacroſanctis.] Videtur ergo, quòd propter tale iuramentum aliquis repellitur ab epatu. quare cū iuberetur de hoc inquiri, ſi propter hoc non repelleretur? H. diſtinguit, ſi iurans hoc intellexit, quòd nollet recipere epiſcopatum quæcumque neceſſitas inſtaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud ſeruare, vt 7. q. 1. ſcias. & 1. q. 1. in ſcripturis [2]. Sed ſi alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22. q. 4. §. illicitum. Semper autē intelligitur iuramentum eſſe temerarium cum non ſubeſt neceſſitas [3], vt extra de iureiur. & ſi Chriſtus. Si autem ignoratur an generaliter intellexit, vel non: tunc præſumo, quòd tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiur. ad noſtram. Sed numquid tale iuramentum excludit electum. Nō videtur, vt extra de renun. cum inter. in fine. extra de iureiuran. ſicut noſtris. Nec temerariū iuramentum repellit à beneficio, vt extra de teſti. ſpo. ſolicite. nec à teſtimonio, vt extra de teſti. intimauit. extra de teſti. cog. peruenit. cum pœnitentia vnius anni imponatur pro temerario iuramento, vt 22. q. 4. qui ſacramento. E contra videtur, quòd non poſſit eligi, vt hic patet: ſicut nec eligere poteſt qui illud iurauit, vt extra quod me. cau. ad aures. Item quia etſi eſſet illicitum, tamen propria auctoritate non poteſt venire contra illud, vt 22. q. 4. innocens. extra de elect. venerabilem. Item quia lex dicit, quòd gratia ei facienda eſt, qui hoc iurauit, ſ. ſe ordini non interfuturum, vt ff. ad municip. Imperatores. non ergo eſt ius commune. Sol. credo quòd poſſit eligi, dummodo pœnituit de tali delicto: quia temerarium iuramentum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, ſed tantum ſolenne. Ioan. Ego credo Ioannem bene dicere. B.

g ¶ Quantos.] de iure debet totum pſalterium ſcire. 38. diſt. omnes. & 23. diſtinct. qui epiſcopus. extra de electio. cum nobis olim.

h ¶ Apud epiſcopum.] not. quòd aliquis ante poteſt eligi, quàm poſtulari à ſuo epiſcopo. 76. diſt. dilectionis. & 63. diſt. litteras. extra de renunt. poſt tranſlationem.

i ¶ Voluntatem.] arg. epm non debere cogi, vt concedat clericum ſuum ſine volūtate ſua. arg. diſt. 63. litteras. 76. diſt. dilectionis. nā nemo cogitur aliquem à ſua poteſtate liberare. C. de emanci. nec auus. nec cogitur quis inuitus mutare familiam. C. de adop. l. pen. §. 1. ſimiliter nec abbas compellendus eſt monachum ſuum concedere. 1. quæſt. 2. quàm pio. & 58. diſtin. c. 1. & 2. ita nec epiſcopus, in Auth. de ſanctiſ. epiſcop. §. nullum autem epiſcopum. Item argum. quòd mandatum Papæ ſic eſt interpretandum, vt nulli faciat præiudicium [4], vt 9. q. 3. nunc vero. extra de offic. deleg. ſuper eo. 99. diſtinct. ecce. C. de emancip. nec auus.

[Marginal notes, left:] Senectus impedit promouendū. Auaritia promouēdū impedit. [1] Adde ad hoc qd le. no. extra de præb. cū iamdudū. 16. q. 7. & hoc in fin. ter. & arbitror. Canonicus de gremio fertur extraneo. Maiores minoribus in electione præferunt. Iurans ad epiſcopatū non accedere, an ſit ab epiſcopatu repellendus.

[Marginal notes, right:] [2] Ad idem 16. q. 1. §. nos autē. ſecundum Lau. [3] Vel dicit temerariū. id eſt, de re illicita factū, vt nor. 22. q. 4. diffinitio. Arc. Subditū laxare nō cogitur quis. [4] Scilicet multū. ſic no. Io. & B. extra de verb. ſigni. olim. i glo. vlti. in fin. Arch.

Docto.

DOctorem.]Hæc diſ.diuiditur in 8.partes;in quarum prima probat tribus auctoritatibus,q. eps & quilibet prælatus debet ſubditos corrigere benigne:ſin autem corũ peccata imputantur illis.Secũda ibi,[Si aũt.] Tertia ibi,[In doctrina.]Quarta ibi, [Liberalẽ.] Quinta ibi, [In ipſa.] Sexta ibi, [Similiter.]Septima ibi,[Vel percuſſor.] Octaua ibi,[Prohibetur.]Io.de Fan.

d ¶ Non homines.]23.quæſt.4.duo iſta.ſ. de pæn. diſ. 1.quamobrem.ſ.diſtin.45. ſunt namq;.

e ¶ Non ſæuientis.]quia hoc ſolum bene agitur,vt vita hominum corrigatur,&c.ſ.de pæn.diſ.1.importuna.& c.quia diuinitatis.24.q.3.cum ſancti.

DISTINCTIO LXXXVI.

DOctorem autem [a] *epiſcopum oportet eſſe, ne inferiorum culpa in eum refundantur, qui docendi officium accepit; quod exequi neſcit, vel negligit.*

Vnde Leo epiſcopus ſcribit Aquilegienſi epiſcopo,epiſt.3.& 84.ſeu 86.

¶ Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum. C. I.

INferiorum culpæ [b] ordinum, ad nullos magis referendæ ſunt,quàm ad deſides,negligentesque [c] rectores: qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorẽ [a] diſſimulant adhibere medicinam. Anſ.l.6.c.155.

a ¶ Auſteriorem.] *Sic legitur in epiſtola 84. Verum in epiſtola tertia eiuſdem Leonis legitur*, neceſſariam. *Reliqua vtrobique eadem ſunt.*

Item Leo epiſcopus Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſt. 90.ſeu 92.in princ.

¶ Homines ſunt diligendi, peccata odio habenda. C. II.

ODio habeantur peccata,non homines [d]: corripiantur tumidi,tolerentur infirmi; & quod in peccatis ſeuerius caſtigari neceſſe eſt, non ſæuientis [e] plectatur animo, ſed medentis [f].

Item Ioannes VIII.

¶ Qui negligit emendare quod valet,facientis culpam habet. C. III.

FAcientis [g] culpam proculdubio habet, qui quod poteſt corrigere,negligit emendare [h]. Scriptum quippe eſt: [Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui cõſentiunt facientibus.]participes iudicãtur. ¶ Et libat Domino proſpera,qui ab afflictis pellit aduerſa. Et negligere, cũ poſſis deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere.

Greg.l.7.reg. ep.114.indict.2. Pelagius 2. ep. 3.Eleuterius ſ. diſt.83.c.error. 2.q.7. negligere,& 23.q. 3.c. qui poteſt. Iuo p.6.c.115.

CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apoſtolicę regulę: oportet epm eſſe doctorẽ,vt inferiorũ culpæ in eũ non refundãtur: quod fieret ſi neſciret docere, vel negligeret. Et habet hæc 86.diſt.7.articulos, qui in ſuis locis diſtinguentur.

a ¶ Doctorem aũt.] In hac diſt.86.repetit illud capitulum apoſtolicæ regulæ:oportet epiſcopũ eſſe doctorem. Hæc autem doctrina debet conſiſtere ĩ diſciplina correctionis,& in ſermone p̃dicationis.In diſciplina, vt corrigat ex charitate, & cum lenitate:non ex odio: nec modum excedat in correctione. ſed ſi exceſſerit,veniam nõ cogitur à ſubditis poſtulare [1]. In ſermone prædicationis:ſcilicet vt prædicet ſciẽtiam ſacræ ſcripturæ,non humanæ.infra.ead. cum multa. Replicat etiã in hac diſtinctione capitulum, oportet epiſcopum eſſe hoſpitalẽ: ſed verbis alijs: ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe liberalem. Lau.

Doctrina epi in quo conſiſtit.

1 Vt ĩ.ea.c. quando.

ADDITIO.vt ĩ.ea.fratrẽ cum ca.ſeq.vſque ad §.ſimiliter.vbi repetit cap.non parcus.ſed alio modo.in ca.ſi. repetit ca.non cupidus.Archid.

INferiorum culpæ.] CASVS.Aquilegien. patriarcha non corrigebat vitia ſubditorum:vnde Leo ipſum reprehendit:& oſtendit, q. inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligunt,faciunt in populo peſtilentiam.

b ¶ Inferiorum culpæ.] Nota quòd per culpam ſubditorum probatur negligentia prælati, vt 18.diſtin.propter.& cap.peruenit.

c ¶ Negligenteſque.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis.de conſecra.diſtin.1.nemo.2. ff. ad leg. Aquil.ſi ſeruus §.ſi fornicarius.81.diſt.dictum.Ioan.

ODio.]CASVS.Dicitur hic, quòd peccatores tumidi ſunt corrigẽdi:& infirmi,qui ex fragilitate peccant, tolerandi, & cum correctio fit, ex charitate fiat, non ex odio.

f ¶ Sed medentis.]vt 23.q.5.prodeſt.eſt etiam opinio ſimilis in auth.de manda.prin.§.non permittas 2.coll.3. Laur.

FAcientis.]Aliàs incipit, culpam proculdubio facientis.

CASVS. Quidam prælati in proprijs perſonis non delinquebant, ſed delinquentes corrigere negligebant: ſed dicit Ioan. Papa. Non ſufficit prælatos non peccare in propria perſona, ſi delinquentes non corrigant:ideo hortatur eos vt ſint vigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælati culpæ delinquentium imputentur.

g ¶ Facientis.]Hic Ioan.ligat arenas ſine cæmento. & idem decies dicit.B.

h ¶ Emendare.]Culpã habet facientis qui negligit.hoc exaudi poſt admonitionem:argu.27.quæſt. 1. ſi cuſtos. nam aliàs eſſet eadem pœna negligentiæ,& cooperationis:quod falſum eſt.1.q.1.quidquid.

a ¶ Et

Innocentiæ tres ſunt gradus.

a ¶ Et primus.] Nam tres ſunt innocentiæ gradus. 23.q.4.ita plane.primus eſt,malum non facere; ſecundus eſt facientibus non cõſentire; tertius peccantes ſi poteſt corrigere.45.diſt.c.tria.&c.dux.
b ¶ Alieno.] ſ.6.q.1.qui crimen.in fi.37.diſtin.legant. vnde

Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et probat odiſſe ſe vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus[a] innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda. Et latum pandit delinquẽtibus aditum, qui iungit cum prauitate conſenſum. Et nihil prodeſt alicui nõ puniri proprio, qui puniendus eſt alieno[b] peccato.

¶ Caput hoc ex varijs ſententijs hinc inde collectis confectum eſt: quarum prima vſque ad verſ. emendare. *ſumpta eſt ex epiſtola beati Gregorij 114.lib.7.indict.2.Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 Si autem in corripiendo quis modum exceſſerit, non à ſubditis, ſed à Domino veniam petat.

Vnde Auguſtinus de vita[a] clericorum.

¶ Veniam à ſubditis non petat, qui in corripiendo modum exceſſerit. C. IIII.

Iuo p.6.c.384. † in ipſis] or.

QVando neceſsitas diſciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura[c] compellit; ſi etiam ipſi † modum vos exceſsiſſe ſentitis; non à vobis exigitur, vt ab eis veniam poſtuletis: ne apud eos[d], quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas[e]. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iuſto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis[f].

a ¶ De vita.] *Inter opuſcula B. Auguſtini anno Domini 1481. Parmæ impreſſa, ſunt tres ſermones de communi vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. Auguſtini, tomo decimo referuntur duo ſub numero 52. & 53. ad fratres in eremo. Tertius autem cum epiſtola 109. omnino conuenit; ſed quæ in epiſtola diriguntur ad monachas, in ſermone diriguntur ad viros. Ex iſtis tribus ſermonibus de communi vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt ſuis locis notabitur) & hoc quidem ex tertio.*

3 In doctrina vero ſacræ ſcripturæ, auctoritatem debet epiſcopus præferre, non ſæcularium litterarum peritiam oſtentare. Non enim epiſcopalis officij eſt grammaticam exponere, ne laudes[g] Iouis perſonent ore pontificis.

Vnde Gregorius ſcribit Deſiderio epiſcopo, lib. 9. epiſtola 48.

vnde expone, id eſt, alieno, de conſenſu alieni peccati. nã regulariter de alieno peccato nullus punitur, ſaltem in alio ſæculo.1.q.4.iam itaque & c.crimen.& 83.diſ.quid prodeſt.& ſ.ca.quid prodeſt.7.q.1.§.cum autem.Io.

SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. & ſecundus articulus, vbi dicitur, quòd ſi prælatus excedat in corrigendo, non debet petere veniam à ſubditis, ſed à domino.

QVando.] CASVS. Quidam prælati dum ex charitate corrigerent ſubditos; exceſſerunt modum in corrigendo. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum debeant petere veniam à ſubiectis. reſpondet quod non, ne propter nimiam humilitatem prælati vilipendatur à ſubditis: ſed à domino petere debent, qui nouit quod ex benignitate hoc fecerint.

c ¶ Dura.] nimium. & tunc peccat prælatus venialiter.23.q.4.qui peccat, in fin. ſic & qui pauperem exaſperat importune petentem.25.diſtin.§.criminis.ſ.2.q.7.nos ſi.contra. Sed illud ex humilitatis leuitate: hoc ex auctoritate prælaturæ: vel ſubaudi, illud eſt caſuale & voluntarium: hoc autem regulare & neceſſarium. Vbi autẽ prælatus ex odio modũ exceſſit, debet veniam poſtulare: quia tenetur iniuriarum. ff. ad leg. Aquil. quẽadmodum. §. magiſtratus. Ideo aũt magis parcitur prælatis, ſ. in hoc caſu, quàm in alijs: quia vix põt quis in cura rei familiaris peccatũ euitare.25.diſt. qualis. Vel hoc exaudi vbi modum ignoranter exceſſit: quo caſu nõ tenet. ff. vi bon. rap. l.2.§.ſi publicanus. officiatis enim facilius parcitur quàm alijs, vt ibi patet, vt extra de ſenten. excom. ſi vero.

Prælatus modũ excedẽs in correctione, an debeat à ſubditis veniam petere.

d ¶ Ne apud eos.] 2.q.7.nos ſi incompetenter.contra.

e ¶ Frangatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatẽ: quia ſæpe nimia familiaritas cõtemptum generat. ff. de officio præſi. obſeruandum. ff. de officio proconſu. ne quidquam. §. circa. quod verũ eſt inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui. Ioan. illa ergo auctoritas, Vade prius recõciliari fratri tuo antequam offeras ad altare: de prælatis non intelligitur, niſi quando ex odio procedunt.

Familiaritas nimia parit contemptum.

f ¶ Diligatis.] id eſt, diligere debeatis.

IN DOCTRINA. Hæc eſt 3. pars diſt. & tertius articulus, vbi continetur, quòd prælati debent proferre auctoritates diuinæ ſcripturæ in ſua doctrina, & non grammaticã exponere: quia in ore pontificis non bene ſonant laudes Iouis.

g ¶ Ne laudes.] Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.

¶ Sacram ſcripturam, non grammaticam debet epiſcopus exponere. C. V.

CVm multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudijs nunciata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, vt negare [a] ea, quæ ſibi fraternitas veſtra concedenda popoſcit, minime valeremus. Sed poſt hoc peruenit ad nos (quod ſine verecundia memorare non poſſumus) fraternitatē tuam, grammaticam [b] quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſte ſuſcepimus, ac ſumus vehementius aſpernati, vt ea, quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiā verteremus [c]: quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus [d] Chriſti laudes non capiunt [e]. Et quàm graue, nefandumque ſit epiſcopis, canere [f], quod nec laico religioſo conueniat, ipſe conſidera. Burc.l.1.c.97. Iuo p.4.c.161. & p.5.c.199.

4 *Liberalem* [g] *quoque neceſſitatem patientibus ſacerdotem eſſe oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen epiſcopi.*

Vnde Gregorius ſcribit, lib. 5. epiſt. 29. ſeu cap. 129. Secundino ſeruo Dei inter cætera.

¶ Sine liberalitate inane portatur nomen epiſcopi. C. VI.

FRatrem noſtrum Marinianum [h] epiſcopum verbis, quibus vales, excita; quia obdormiſſe eū ſuſpicor. *& infra.* ¶ Dic ergo ei, vt cum loco mutet [i] & mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus [k] ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare: ſed largam manum habeat; neceſsitatem patientibus [l] concurrat; alienam inopiam, ſuam credat: quia ſi hæc non habet, vacuum [m] epiſcopi nomen [n] tenet.

5 *In ipſa autem liberalitate modus adhibendus eſt rerum, & perſonarum: rerum, vt non omnia vni, ſed ſingulis quædam præſtentur, vt pluribus prodeſſe poſſimus; iuxta illud Prophetæ: [Diſperſit, dedit pauperibus:] perſonarum, vt primum iuſtis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines ſunt: ſed quia peccatores.* Pſal.111.

CVm multa.] CASVS. Multa bona relata ſunt Greg. de epiſcopo Deſiderio: de quibus lætatus eſt Papa intantum etiam, q quidquid dignum peteretur ab eo, concederet. Poſtea fuit ei ſignificatum, quòd grammaticam ſuo populo exponeret, propter quod intantum Gregor. eſt contriſtatus, quòd totum gaudium quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Grego. & docet ne de cetero talia faciat: quia laudes Iouis cum Chriſti laudibus non cōueniunt.

a ¶ Vt negare.] Arg. q ſi ſubditus honeſtus eſt, prælatus eius iuſtas preces eius debet exaudire. ĵ. 12. q. 2. religioſam. & 35. q. 9. veniam. — Preces iuſtæ ſunt exaudiendæ.

b ¶ Grāmaticam.] Sed quomodo iſte exponebat grammaticā populo? quia forte dicebat: cum ego dico homo, intelligatis tam de mare quàm de femina: quia communis generis eſt. ff. de verb. ſig. hominis appellatione. Sed melius dic. q grāmaticā hic appellat ſciētiam auctorum. Recitabat enim in eccleſia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prædicatione ſua 1. — Fabulas poetarū prædicando, moraliter exponere nō multū laudatur. — 1 Et hoc patet ibi, cū laudibus Iouis, &c. Laur.

c ¶ Verteremus.] id eſt, deberemus vertere.

d ¶ Laudibus.] ſ. diſ. 37. cap. 1. & 2. c. legimus. & §. cur ergo.

e ¶ Non capiunt.] Vnde Ouidius: [Nō bene cōueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor, &c. — Ouidius.

f ¶ Canere.] Laudes Iouis, agmina Chriſti.

LIBERALEM. Hæc eſt quarta pars diſtin. & quartus articulus: vbi dicitur q epiſcopus debet eſſe liberalis circa egentes: aliàs vanum habet nomen epiſcopi.

g ¶ Liberalem.] Hic §. reſpicit illum §. proxi. ſ. diſtin. 85. hoſpitalitas.

ADDITIO. Et ſcias, quòd hoſpitalitas dicitur in recipiendo & procurando ſecum in domo: liberalis eſt aliàs largus & munificus, licet non hoſpitetur alios, ſecundum Hug.

FRatrem noſtrum.] CASVS. Marinianus de monacho factus eſt epiſcopus: & nolebat aliud facere, niſi legere & orare, ſicut in monaſterio conſueuit facere. ſed de pauperibus & hoſpitibus nullam curam habebat. Vnde Gregor. ſcribit Secundino ſeruo Dei, vt moneat eum, quatenus habeat largam manum, & pauperibus prouideat.

h ¶ Marinianum.] iſte de monacho factus fuit epiſcopus: & tota die volebat legere, vt in monaſterio faciebat.

i ¶ Mutet.] ſupra diſt. 81. valet. ĵ. diſt. 100. rationis.

K ¶ Vt remotus.] infra diſt. 88. epiſcopus nullā. contra. Sed aliud eſt nulla neceſſitate faciente curam rei familiaris ſuſcipere, & lectionum atq; orationum ſtudio tepide inhærere; quod ibi interdicitur: aliud in neceſſitate alijs ſubuenire: & propter proximos cōtemplationis ſtudium temperare: quod hic præcipitur.

l ¶ Patientibus.] magis tamen religioſis ſuccurat. 16. q. 1. c. vlti.

m ¶ Vacuum.] quo ad etymologiam: quia non eſt ſuperintendens. 8. q. 1. qui epiſcopatum.

n ¶ Nomen.] immo & nomine & re priuandus eſt, vt 88. diſt. quæ ipſis. 68. diſt. chorepiſcopi. 2

IN IPSA. Hæc eſt quinta pars diſtin. in qua dicitur, quòd epiſcopus non debet dare hiſtrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus: niſi forſan in ſumma neceſſitate intuitu naturæ. & hoc probat x. auctoritatibus, Ioan. de Fan.

CASVS. Hic eſt quintus articulus, vbi docetur, q in liberalitate habendus eſt modus rerum & perſonarum.

Re-

Rerum, vt non omnia dentur vni, ſed ſingulis diuidantur, quod probatur auctoritate pſalmi. Perſonatum, vt primo iuſtis ſubueniamus, poſtea peccatoribus, quibus debemus ſubuenire in eo, q; ſunt homines, & non in eo, q; ſunt peccatores: quod per ſequentia probat. ¶ Pro-

mulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. diſt. in ſancta. ſed ad laudẽ Dei bene, vel ob aliam iuſtam cauſam: puta recreationis: quia debilis eſt vel infirmus. de conſecr. diſt. 3. peruenit. verſi. fin.

ADDITIO. Dumtamẽ obſcœnos motuꝫ corporum ante ſe fieri nõ patiatur. 34. diſt. presbyteri. de conſecr. diſt. 5. non oportet. Archi.

c ¶ Peccator.] j. 23. q. 4. duo.

Vnde Auguſtinus tract. 100. ad c. 16. Ioannis.

¶ Immane peccatum eſt res ſuas donare hiſtrionibus. C. VII.

Iuo p. 11. c. 84.

DOnare res ſuas hiſtrionibus [a] vitium eſt immane, non virtus. Et ſcitis de talibus [b] quàm ſit frequens fama cum laude: quia ſicut ſcriptum eſt: [Laudatur peccator [c] in deſiderijs animæ ſuæ; & qui iniqua gerit, benedicitur.] *Pſal. 9.*

Idem in pſ. 102. ad verſi. [Faciens miſericordias.]

¶ Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

Iuo p. 13. c. 31. † *amat*] orig. & ſic deinceps. † *al. publicãt*

j QVi venatoribus [d] donãt; quare donant? dicant mihi; quare donãt venatori? Hoc in illo amant †, in quo nequiſsimus eſt: hoc in illo paſcunt; hoc in illo veſtiunt: ipſam nequitiam publicam † ſpectaculis omnium. Qui donant hiſtrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus [e], quare donant? numquid non & ipſi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani.

d QVi venatoribus,] Not. q; venatio quædam oppreſſiua eſt, & hæc illicita eſt, vt j. diſt. 6. §. vlt. quædam arenaria, quædam ſaltuoſa. Arenaria eſt, cum quis pugnat in arena cum beſtia dentata, & ad hoc locat operas ſuas. hanc qui exercet, peccat mortaliter, & qui eã aſpicit: & qui eam exercet, infamis eſt: niſi gratia virium ſuarũ experiendarum. ff. de poſtulat. l. 1. §. item ſenatus. De hac loquitur hoc c. & duo ſeq. & 3. q. 7. §. tria. Saltuoſa eſt, quæ fit in ſiluis & ſaltibus, & hæc licita eſt: tamen eſt illicita ex tempore, vt in Quadrageſima, & diebus ieiuniorum. j. ead. an putatis. niſi in neceſſitate. argu. j. 23. q. 8. ſi nulla. Item ex perſona: quia clerico non eſt licita, etiam ſi pauper ſit ſecundũ quoſdam, vt 34. diſt. quorumdam, quia poteſt aliàs victum quærere. 91. diſt. clericus. nam faciat ciſtas & calathos & retia. de conſecr. diſt. 5. numquam. Laico *Venatio eſt multiplex.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. IX.

Iuo ibidem

ij QVi venatoribus donant: nõ homini donant, ſed arti nequiſsimæ. Nam ſi homo tantũ eſſet, & venator non eſſet, non donares: honoras in eo vitium, non naturam.

Idem in pſ. 147.

¶ De eodem. C. X.

Iuo p. 13. c. 32.

VIdent homines venatorem, & delectantur: væ miſeris, ſi non ſe correxerint. Qui enim vident venatorẽ, & delectantur; videbunt Saluatorem, & contriſtabuntur.

Inter opera adſcripta Hieronymo, tomo 7.

Item Hieronymus in pſ. 90. ad verſ. [Sperabo in Domino.]

¶ Prohibemur.] aliter debemus.

Hiſtriones à promotione prohibentur.

DOnare.] CASVS. In iſtis quatuor cap. ſcilicet donate. qui venatoribus. vident. reprehendit Auguſtinus illos, qui donant hiſtrionibus, venatoribus, & meretricibus ea tantum cauſa, vt malam exerceant artẽ, non attendentes in eis naturam Dei, ſed nequiſſimam artem: ſed ſi donarent eis quia homines ſunt, non eſſet peccatum.

Dare turpibus, an ſit pmiſſum.

a ¶ Hiſtrionibus.] iſti hiſtriones prohibentur à promotione. 33. diſt. maritum. & à corpore Chriſti. de conſecr. diſt. 2. pro dilectione. & infames ſunt. 4. q. 1. c. 1. & ff. de ijs. qui no. infa. l. 1. §. ait prætor.

1 Arg. 23. q. 3. duo iſta. 11. q. 3. quoniam multos. in fi.

b ¶ Talibus.] dare cauſa vanæ gloriæ pro exercitio ſui vitij, immane peccatum eſt, ſed in neceſſitate 1 non, Idem de venatoribus & meretricibus. in talibus enim non vitium eſt fouendum, ſed natura ſuſtentanda eſt. Sed quid de cithariſtis & alijs, qui varijs vtuntur inſtrumentis, numquid eſt licitum audire ea vel tangere, vel talibus perſonis aliquid dare? Et quidem ſi ad voluptatem vel luxuriam, non: quia Deum manibus ſti-

Cithariſtę, & alij varijs vtentes inſtrumentis an peccent.

licita eſt ob neceſſitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatem: & hoc de ea, quæ cum clamore fit. Ponere autem laqueum, vel rete ſine ſtrepitu & clamore & canibus licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiendis piſcibus. de conſe. diſt. 5. numquam. De ſaltuoſa loquitur. infra ead. Eſau. & duo. ſeq. capit.

e ¶ Meretricibus.] meretrix tamen non turpiter accipit, licet turpiter meretricium faciat. ff. de condi. ob turp. cau. l. 4. §. ſed quod meretrici. Sed nonne cauſa affectionis meretricibus dare poſſumus. ff. de do. affectionis? Dicunt quidam, q; ſic pactione non præcedente, ſed cauſa remunerandi bene poſſumus poſt factum, quod non credo: quia ſemper peccatum eſt dare. arg. 16. q. 1. legi. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1 Rem autem quam dedi meretrici, repetere non poſſum. Sed pignus. non pignoratitia, ſed rei vendicatione poſſum, vt C. de condic. ob turp. cau. l. 2. non in text. ſed in glo. Hug. quia conuenitur tunc tamquam quilibet alius poſſeſſor 2. ff. ad exhib. de eo. §. heres.

Meretricibus ſine peccato dari nequit.

2 Arg. j. C. de don. l. 1. vbi de hoc.

ESau.]C A S V S. Hæc tria cap. intelliguntur de iis, qui uenantur cauſa delectationis. Dicitur ergo hic, quòd Eſau non venaretur niſi peccator fuiſſet. Nam piſcatorem ſanctum inuenimus, ſed venatorem non.

a ¶ Venator erat.] dum venator permanet, ne obijciatur de Euſtachio. 50. diſt. ferrum.

b ¶ Piſcatores.] ſed quare prohibetur venari, & non piſcari; quia forte piſcatio fit ſine clamore, venatio non: vel quia maior eſt delectatio in venatione: dum enim quis eſt in venatione, nihil poteſt de diuinis cogitare.

Venatio ꝓhibetur, ſed nõ piſcatio.

QVid prodeſt.] C A S V S. Dicitur hic, ꝙ nõ prodeſt abſtinentia ad vitam æternam, ſi quis luxuriari in venationibus velit. Idem dicitur in ſequenti capit. immo (quod plus eſt) nõ ſolum tenetur de ſuis peccatis, ſed etiã de peccatis ſeruorũ ſuorum, quos ſecum ducit.

c ¶ Ieiunare.] efficaciter ad ſalutem.

AN putatis.] d ¶ Seruulos.] non tamen ſerui debent ei obedire. 11. q. 3. non ſemper. excuſantur tamẽ quo ad quid, vt 22. q. 5. qui ꝯpulſus. C. de ſepul. vio. l. 2. C. de iis qui ſibi in teſt. aſſcri. l. vlt. non in totum; quia in atrocibus non debent obedire. ff. de reg. iur. ad ea. ff. de act. & obl. ſeruus. & dominus tenetur ꝓ omnibus peccatis eorũ. extra de teſt. ſicut. & 22. q. 5. qui compulſus.

tractantur in cap. præſenti vſque ibi, pulchra etiam liberalitas. vbi tractatur præcipue de modo, vſque ibi, ſuper Lucã. exinde oſtendit præceptum de miſericordia impendenda eſſe commune & generale omnibus.

i ¶ Domeſticos.] niſi extraneus indigeret ad mortem, &

¶ De eodem. C. XI.

ESau venator erat [a]; quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem; piſcatores [b] inuenimus ſanctos. — Iuo p. 13. c. 53.

Item Ambroſius in homilia 33. de Quadrageſima.

¶ De eodem. C. XII.

QVid prodeſt ieiunare [c] viſceribus, & luxuriare venatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? — Iuo p. 13. c. 54.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XIII.

AN putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum loca ſancta perquirit; ſed ſurgens congregat ſeruulos [d], diſponit retia, canes producit, ſaltus, ſiluaſque perluſtrat? ſeruulos, inquam, ſecum pertrahit, fortaſſe magis ad eccleſiam feſtinantes, & voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena; neſciens reum ſe futurum tam de ſuo delicto, quàm de perditione ſeruorum. — Iuo ibidem.

Item Ambroſius lib. 1. de officijs, c. 30.

¶ Quæ ſint in liberalitate ſeruanda. C. XIIII.

NOn ſatis eſt bene velle [e], ſed etiam benefacere. Nec ſatis eſt iterũ benefacere; niſi id ex bono [f] fonte, hoc eſt ex bona [g] voluntate proficiſcatur. *& infra.* ¶ Perfecta liberalitas [h] fide, cauſa, loco, tempore commendatur, vt primum opereris circa domeſticos [i] fidei. Grandis culpa, ſi ſciente te fidelis egeat †; ſi ſcias eũ ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti; qui præſertim egere erubeſcat: ſi in cauſam ceciderit aut captiuitatis ſuorum [k], aut calumniæ, & non adiuues: ſi ſit in carcere, & pœnis, & ſupplicijs propter debitum [l] aliquod iuſtus excrucie-

Anſ. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 10.

Gal. 6.

A D D I T I O. argu. ad hoc. C. de accuſa. l. non ideo. Archid.

NOn ſatis.] C A S V S. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ nõ ſufficit opera charitatis velle, niſi opus addatur exterius, ſi fieri poteſt, & econuerſo. in ſecunda parte oſtendit, ꝙ in operibus charitatis nouem ſunt cõſiderãda. ſ. fides, cauſa, locus, tempus, modus, ꝓximitas, ætas, debilitas, & nobilitas. In tertia dicitur, ꝙ miſericordia cõmunis & generalis eſt omnibus, & ab ea nullus excluditur. Secũda pars incipit ibi, [Item perfecta.] Tertia, ibi, [Nam & ſi.] Sequens cap. patet.

e ¶ Velle.] cum facultas adeſt, & neceſſitas inſtat. aliàs ſufficit bona voluntas cum charitate. 45. diſt. duæ. ſi. extra de eo, qui mit. in poſſ. conſtitutus.

Voluntas bona ſufficiat.

f ¶ Ex bono.] aliàs non eſt bonũ, arg. ff. mãd. l. 1. §. 2. & l. ſi procuratorem; 32. q. 5. ſicut.

g ¶ Ex bona.] informata. ſ. charitate. Laur. ‡

‡ Vt 12. q. 5. ſic enim, ſm Hug.

h ¶ Liberalitas.] not. in liberalitate eſſe attedẽdam fidem, cauſam, locum, tempus, modũ, neceſſitudinem, ætatẽ, debilitatẽ, cõditionem, quæ diligenter & ordine

& domeſtici non: tunc enim prius extraneo ſubuenirem. Sed quid ſi pater meus eſt infidelis, & æqualiter indiget cum fideli. cui teneor magis? Pet. Manducator vocauit hanc quæſtionem tenebroſam aquam in nubibus aeris. poſſet tamen dici, ꝙ magis fideli: quia hic dicit, fideli. & ĩ. ea. cauſam præſtat natura, non gratia. Hu. præfert patrem infidelem, vt dixi. 30. diſt. c. 1. 2. arg. 23. q. 8. §. ecce. infi.

i ¶ Suorum.] quia quis magis timet in filiis, quàm in ſe. ff. quod met. cau. iſti quidem. § vlt.

K ¶ Propter debitum.] hic loquitur ſecundum ea tempora, quando ſi debitor nõ erat ſoluendo dabatur creditoribus ad puniendum ipſum. hodie autẽ ſi aliquis cõuenitur ex maleficio, & nõ eſt ſoluendo, puniri ꝯ poteſt. 14. q. 6. ſi res. ff. de pœn. l. 1. §. 1. & hoc caſu non eſt ei ſubueniendum, nec redimenda eſt pœna eius: quia eius pœna pretio remitti prohibetur. 1. q. 1. iubemus. ſi autẽ conuenitur ex contractu, non eſt cruciandus, ſed ſufficit, ꝙ cedat bonis. C. qui bo. ced. poſ. l. 1. & unanis eſt actio, &c. ff. de do. ma. l. nã ſi. tenetur tñ ſi poſt puenerat ad

tur [a](nã etſi omnibus debetur miſericordia,tamẽ iuſto amplius:)ſi tẽpore afflictionis ſuæ nihil à te impetret: ſi tempore periculi, quo rapitur ad mortẽ [b], plus apud te pecunia tua valeat,quàm vita morituri;non eſt leue peccatũ [β].

α ¶ Non ſatis.] *Hinc vſque ad* c. ſi quid vero. *in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, & apud Anſelmum eſt vnicum caput.*

β ¶ Non eſt leue peccatum.] *Verba hæc non ſunt ibi apud Ambroſium,ſed tamen apud Anſelmum,& in Polycarpo.*

Idem ibidem paulo inferius.

Polyc.ibidem Anſ.ibidem.

¶ De eodem. C. XV.

† al. Deus] or. 3. Reg. 19.

DOminus † non vult ſimul effundi opes,ſed diſpenſari, niſi forte,vt Heliſæus,qui boues ſuos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit: vt nulla cura teneretur domeſtica; ſed relictis omnibus in diſciplinam ſe propheticam daret.

Idem ibidem continenter.

Anſ.ibidem. Polyc. ibidem.

¶ De eodem. C. XVI.

EST probanda illa etiam liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias,ſi egere cognoſcas. Melius [c] eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere,aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati:non tamen,vt illi ditiores eo fieri velint [d], quod tu poſſes conferre inopibus: cauſam γ enim natura [e] præſtat, non gratia [f]. Neque enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias:ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miſerationis peccata redimas tua. Putant [g] ſe parum poſcere? pretium † tuum quærunt: vitæ tuæ fructum adimere contendunt: & accuſant †, quòd eos diuites non feceris:cũ te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede?

† al. premium

† accuſat] or. & ſic deinceps.

γ ¶ Cauſam enim.] *Apud B. Ambroſiũ legitur,*cauſa enim præſtat,non gratia. *itemque apud Anſelmum, & in Polycarpo. Sed vetuſti codices Gratiani,& gloſſa cum impreſſis concordant. Alia autem nonnulla ex ipſo Ambroſio ſunt emendata.*

Idem ibidem paulo inferius.

Polyc.ibid. Anſ.ibidem.

¶ De eodem. C. XVII.

COnſideranda [h] eſt etiam in largiendo ætas,atque debilitas;nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos [i] prodit natales, vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis,& hæc iuuanda promptius: tum ſi quis ex diuitijs cecidit in egeſtatem [k]: & maxime [l], ſi non vitio ſuo, ſed aut latrocinijs, aut proſcriptione †, aut calumnijs, quæ habebat,amiſit.

† al. præſcriptione

Idem libro ſecundo officiorum,c.21.

Anſ.ibidem. Polyc. ibidem.

¶ De eodem. C. XVIII.

PVlchra [m] α etiam liberalitas eſt in ipſo quoque pauperis dato [n] menſuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quidquid ex affectu puro,& ſincero promitur, hoc eſt decorum: nõ ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias [o]. Et maxime ſacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore † [p] congruo, vt

† decore] orl.

niat ad pinguiorem fortunam.ff. de ceſſ. bo.is qui [1].

a ¶ Excrucietur.] de facto,non de iure.extra de pign.c.2. C. de act. & obli. ob æs. in Auth.vt nul.iud.§.qa vero.coll.9.Lau.

b ¶ Ad mortem.] qualiter hoc intelligi debeat, inuenies 23. q. 5. reos.

EST probanda.]

c ¶ Melius.] argu. C. de ſeruitutibus. l. reos.

d ¶ Velint.] nam tam quam pauperibus dẽs dare,aliàs non.12. q. 2.quiſquis.

e ¶ Natura.] nam omnes fideles proximi ſunt noſtri.vt d pœn. diſt.1.charitas. verſ. proximos.

f ¶ Non gratia.] vnde ſupple,& affectio.

g ¶ Putant.] parẽtes tui,qui volunt te dare bona eccleſiæ illis.

h COnſiderãda eſt] hic de ætate.

i ¶ Ingenuos.] hic de conditione.

k ¶ In egeſtatẽ.] Dicit Boethius. Inter omnes aduerſitates fortunæ, infeliciſſimũ genus infortunij eſt fuiſſe felicem.

l ¶ Et maxime.] id eſt, tantum. Nam aliter nõ teneor [2] ei ſubuenire,vt ff.depo.l. bona fides.& 5.q.5.non omnis. ſed verũ eſt, quod redimere non teneor:ſed dare eleemoſynam bene.

m PVlchra.] Hic iterum repetit de modo.

n ¶ Dato.] quanto enĩ minora ſũt, quę ſparguntur, tanto plures recipientes erunt. in Authen.de conſul.§. ſi autem.coll.4. vnde pauperibus non ſunt facienda ſumptuoſa conuiuia, vt 25. diſt. §.aliàs.in fin.

o ¶ Neceſſarias.] ff. d cu.fu.l.vlt.§.1.Lau.

p ¶ Honore.] infra de conſec.diſtin.1.c.1.&. 12.q.2.gloria.contra. Sed

1 Et C.qui bo. ce. poſ. l.qui bonis extra d ſol. Odoardus. Ad idẽ.C.d re.vx.act.l. vnica.§. cũ autẽ.Arch.

Fideles omnes ſunt proximi noſtri.

2 Videas quod leg.& not. 12.q.2.cum nino.

Sed ibi notatur illi, qui hoc ita faciunt, q; ſuper Dei pauperes non intendunt: hoc non ita fieri pręcipitur, vt cura pauperum relinquatur.

ADDITIO. Arg. contra 12. q. 2. gloria. Sed ibi loquitur contra prælatos, q; neglectis pauperibus templa gemmis & auro ornabãt: hic autẽ ad vtrumque inuitat, ſcilicet ad curam pauperum, & ad ornatum eccleſiarum. mediocritas enim ſeruanda eſt. Omne enim quod nõ ꝑpter neceſſitatẽ, ſed propter venuſtatem accipit̃, elationis habet calumniam. 21. q. 4. c. 1. H. Idem Lau. & Io. de Fant.

quàm perdere. vt 1. q. 2. paſtor.

l C Eterum.] ¶ Quo loco.] id eſt, qua auctoritate.

m C Inſolentẽ.] quæ erat, quia ipſi filij ſua omnia dabant eccleſijs vel ſacerdotibus, & nolebant paſcere parẽtes. 30. diſ. ca. 1. Nam etſi impius pater ſit, tamen paſcendus

Pater etiam impius eſt paſcẽdus.

etiam hoc cultu aula Domini reſplendeat: impenſas miſericordiæ conuenientes frequentare; quantum oporteat; largiri peregrinis, nõ ſuperflua [a], ſed cõpetẽtia, &c. *Idem.* ¶ Compatiamur alienis calamitatibus, neceſsitates aliorum, quantum poſſumus, iuuemus; & plus interdum, quàm poſſumus [b]. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas [c] præſtare, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam; vt nos aliquando in inuidiã incidimus, qui confregerimus [d] vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus.

eod. lib. c. 28.

a ¶ Pulchra etiam.] *Apud B. Ambroſium legitur:* pulchra liberalitas erga ipſos quoque pauperes menſuram tenere. *Sed apud Anſelmum, & in Polycarpo habetur vt apud Gratianum, & adeſt gloſſa in voce,* dato.

Idem ad c. 3. Lucæ, in verſ. [Generatio viperarum.]

¶ De eodem. C. XIX.

IN † ſingulis quoque generibus hominum conueniens tribuit ſanctus Baptiſta Ioannes reſponſum, vnum [e] omnibus [f], ita: publicanis, ne vltra præſcriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant; docens idcirco ſtipendia cõſtituta militiæ, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur [g]. Sed hæc, & alia officiorum præcepta propria ſingulorum; miſericordia † cõmunis eſt vſus. Ideo commune præceptum omnibus officijs, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus: diues, & pauper [h], omnes in cõmune admonentur, vt conferant [i] non habenti [k]. Miſericordia enim plenitudo virtutum eſt. Et ideo omnibus eſt propoſita perfectæ forma virtutis, ne veſtimentis, alimentisq. ſuis parcant. Miſericordiæ tamen ipſius pro poſsibilitate conditionis humanæ menſura ſeruetur, vt non ſibi vnuſquiſque totum eripiat, ſed quod habet, cum paupere partiatur.

† *Singulis quoque] orig.*

† *al. miſericordia*

Idem ad c. 18. Lucæ.

¶ De eodem. C. XX.

CEterum Dei traditio eſt, vt prius paſcas parẽtes. Nam ſi iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quãto magis fames, quæ morte grauior eſt? Quo loco [l] inſolentem [m] Dominus infrenat iactantiam, &c.

Matth. 15. Leuit. 20. Exod. 21.

Idem in libro de officijs a.

¶ De eodem. C. XXI.

PAſce [n] fame morientem. Quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti, occidiſti [o] †.

Anſ. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20. D. T. 2. 2. q. 32. art. 5.

† Concor. cum hoc cap. & ſua. gl. tex. in l. necare. & ibi gl. ff. de lib. agno.

a ¶ Superflua.] Arg. ĩ. 21. q. 3. c. 1. Lau.

b ¶ Poſſumus.] Quod fit cum nobis neceſſaria ſubtrahimus: ad quod non tenemur, vt 42. diſt. §. 1. ſi autẽ hoc facimus, cõmendandi ſumus, vt 41. diſtin. parſimoniam. Nam dicit lex, q; tũc tenetur libertus patronũ alere, quãdo ſuper eſt ſibi, & deeſt alij, vt ff. de lib. agno. ſi quis. §. de alimentis. C. de oper. lib. l. 1. & dicit canon, q; intantũ debet dare, quantum ſibi poſſibile eſt 82. diſ. c. 1. dic ergo hic, quãtum poſſumus, id eſt, quantum debemus, & tenemur ex præcepto.

Libert⁹ patronũ quãque alere tenetur.

c ¶ Cauſas.] Sic ĩ. diſ. 50. põderet. in fi. & 11. q. 3. nemo. & 26. q. 7. alligant. arg. cõtra. ff. depo. ſi hominẽ. vbi punitur pietas: ſed ibi miſericordia dolo proxima fuit 1: & eſt quãque iniuſta miſericordia. 23. q. 3. eſt iniuſta.

Miſericordia quãque eſt iniuſta.

1 Ad hoc arg. ff. de do. l. elegãter. §. idem Labeo. Arc.

d ¶ Qui confregerimus.] infra 12. quęſt. 2. aurum.

e IN ſingulis.] ¶ Vnũ.] infra 23. q. 1. militare.

f ¶ Omnibus.] de miſericordia impendenda.

g ¶ Graſſetur.] id eſt, impinguatur rapiendo & ſpoliando homines. Lau.

h ¶ Pauper.] Argum. q; pauper de eleemoſynis quas colligit, debet eleemoſynam facere. ĩ. 12. q. 1. habeat.

Eleemoſyna de eleemoſynis eſt facienda.

i ¶ Vt conferant.] Quidquid enim habes vltra id quod tibi ſufficit, aliorum eſt, vt 47. diſt. ſicut hi.

k ¶ Non habenti,] quia habenti dare, nihil aliud eſt quàm perdere. vt 1. q. 2. paſtor.

Habenti dare eſt perdere.

dus eſt, vt Auth. de inceſt. nup. §. ſi vero cõtingit. colla. 2.

n PAſce.] Tempore enim neceſſitatis cibaria omnia communia ſunt. ff. ad legem Rhodiam, de iac. l. 2. §. idem. etiam.

Cibaria omnia ſũt in neceſſitate communia.

o ¶ Occidiſti.] Occidit quis alium per ſubtractionem panis

Panẽ ſubtrahens aliũ occidit.

1 Ad idem 8.q.1.audacter. Arch.

panis corporalis, vt hic, & 14.q.5.immolans, & ſpiritualis 1, vt diſt. 43. Epheſijs. Detractione occidit quis odio, actu, mente, vt ĩ.de pœnitẽ.diſt. 1. homicidiorũ. &c.omnis. Negligentia.ĩ.diſt.proxi.c.vlt.& 55.diſt.ſi qs abſciderit.& eſt ſi.ff.de lib.agno.necare.ſ.16.q.1. decimæ.ff.

& tunc ſi oportuerit, culpam feriat delinquentis.

b ¶ Si quid.] 15.q.7.c.2. Qualiter hoc cap.debeas intelligere, habes extra de ſimo.licet Hely.

c ¶ Non credas.] ĩ. 22. q.3.innocens.contra ibi de incrudelitate, quæ inter ſocios habenda eſt, loquitur: ſed hic de illa, quæ ad iudicem pertinet. Vel refert vtrum bona vel mala de aliqua dicantur. De hac materia. not. 23. q.4. quàm magnum.

d ¶ Eccleſiæ.] Cum hoc cap.de cauſa inquiſitionis loquatur vt extra de accuſa. qualiter 2. ergo in cauſa inquiſitionis nõ habet neceſſe eps alios conuocare, niſi canonicos tantum. Nam nomine eccleſiæ tuæ maior eccleſia intelligitur. arg. extra de verb. ſign. cum clerici. Arg. contra. 18.q.2.ſi quis abbas. & extẽditur hoc nomen, eccleſiæ tuæ, ad omnes eccleſias diœceſis. extra de vſu pal.c.1. Item, eſt arg. hic, ꝙ eps non vocatis alijs epis poſſit ſacerdotem cõdemnare. Sed dic ꝙ ſeniores hic vocat epiſcopos: cum iſte Corinthiorum eſſet archiepiſcopus 2. Vel loquitur tantum de cauſa pecuniaria, quam poteſt tractare eps tãtũ cum ſuis clericis. Vel eſt derogatum huic per alios canones. Vel canonica diſtrictio dicatur pœna ſuſpenſionis 3. quam eps cum ſuis clericis poteſt inferre. Vel loquitur de clericis infra ſacros ordines cõſtitutis: quorum cauſas etiam criminales põt eps cũ ſuis clericis tractare & decidere. arg. 15.q.7.ſi autẽ. Quid de hoc iuris ſit, inuenies 15.q.7, in ſũma. Io.

Epiſcopus in cauſa inquiſitionis quos debet conuocare.

2 Subaud. & ſuffraganei ſint de clerometropolitanæ eccleſiæ. vt colligit 93. diſ.miratꝰ. Io. de Fan.

3 Scilicet perpetuæ. ſecus in temporalibus. quod dic vt not. Inno.extra de excel. præla.cap.1.

a ¶ De officijs.] *Caput hoc non eſt inuentũ apud B. Ambroſium: ſed apud Anſelmũ, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomeus Vrbinas Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambroſii, affert hunc locum ex eodem Ambroſio in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus deſideratur.*

Item Hieronymus in commentarijs ad Galatas, c.6. in ver.[Alter alterius.]

¶ De eodem. C. XXII.

† adimplebit] orig.

QVi clementiam non habet, nec indutus eſt viſcera miſericordiæ, & lacrymarum, quamuis [a] ſpiritalis ſit, non adimplet † legem Chriſti.

6 Similiter etiam oportet epiſcopum nõ eſſe percuſſorem, id eſt non ad vindictam facilem.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Panormitano, lib. 11.epiſt.49.

¶ Ad vindictam epiſcopus facilis eſſe non debet. C. XXIII.

15.q.7. ſi quid.

SI quid [b] vero de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſſit offendere, facile non credas [c]; nec ad vindictam te res accendat incognita: ſed præſentibus ſenioribus eccleſiæ [d] tuæ diligenter eſt veritas perſcrutanda: & tunc ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis.

Idem Ianuario epiſcopo, lib.7.indic.2.epiſt.1.

¶ De quodam epiſcopo, qui antequam Miſſarum ſolennia celebraret, die Dominico ad exarandam meſſem cuiuſdam profectus eſt. C. XXIIII.

1.q.7.tanta. Burc.l.1.c.197. Iuo p.2.c.78.& par.5.c.312.

TAnta [e] nequitia ad aures meas de tua ſenectute peruenit, vt eam niſi adhuc humanitus penſaremus, fixa [f] iam maledictione feriremus. Dictũ quippe mihi eſt, quòd Dominico die, priuſquam Miſſarum ſolennia celebrares,

mæ. ff. de re mili.l. omnes. §.qui præpoſitum.11.q.3. non ſolum.12.q.2.aurum.ſ.diſt. 50. ſæpe contingit. ĩ. 30.q.5.nullum ante.ſ.diſt.47.ſicut.

a QVi clementiam.] ¶ Quamuis.] id eſt, quamuis faciant opera ſpiritualia. Laurent.

SIMILITER. Hæc eſt 6.pars diſt.in qua dicit, ꝙ prælatus cum diſcretione debet punire ſubditos ſuos: quod probat duabus auctoritatibus. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic eſt ſextus articulus huius diſtinctionis, in quo proſequitur illud capitulum apoſtolicæ regulę, oportet epm eſſe non percuſſorẽ. Et exponit alio modo quàm ſ.in 45.diſt.expoſuerit: quoniam hic dr, ꝙ non debet eſſe percuſſor, id eſt, facilis ad vindictam. quod probat duobus ſequentibus capitulis.

SI quid.] CASVS. Ioan.eps Corinthiorum ſtatim cũ audiebat aliquem deliquiſſe, cauſa incognita puniebat. de quo Grego. eum reprehendit, & docet ꝙ ſi aliqd dicatur ſibi de aliquo clerico, non ſtatim credat: ſed pſentibus ſenioribus eccleſiæ ſuæ veritatem inueſtiget:

TAnta nequitia.] CASVS. Ianuarius eps cum habuiſſet rixam cum quodam ſuo ſubiecto: conſilio quorumdam malorum meſſes illius ante Miſſarum celebrationem & die Dominica exarauit: & poſt Miſſam illuc reuertens, terminos agri euulſit & amouit. Quod cum Greg. audiſſet, non credebat: ſed poſtea certificatus eſt per abbatem Cyriacum. Sed quia Ianuarius nimis erat ſimplex, & ſenex, propterea Papa ei pepercit: monés eum vt decetero talia non faciat. conſiliarios tamen ipſius ſpatio duorum menſium communione corporis & ſanguinis Chriſti priuauit.

e ¶ Tanta.] ſ.1.q.7.tanta.

f ¶ Fixa.] id eſt certa. Sed cum iſte abſens eſſet, quomodo Papa ferret in eum ſententiam? Dic ꝙ hic loquitur de ſententia comminatoria, ſcilicet cõminando ei. Vel citatus fuit, & noluit venire: & dominus Papa recepit teſtes eo abſente. De vno habes hic. De duobus

Papa in abſentem an ſententiam ferre poſſit.

habet 11.q.1. fratris. Alij dicunt ſententiam fuiſſe latam ſub conditione, ſi ſcilicet conſtaret de ijs, quæ dicta fuerunt de ipſo.

a ¶ Etiam terminos.] In hoc peccauit grauiter, & ſecundum leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, vel relegatione, vt ff. de termi. moto. l. 2. & 3. cum diſtinctione verũ ſit iuuenis, an ſenex, vt ibi dicitur, ſecũdum legem autem diuinã maledictus reputatur 12. quæſt. 2. in legibus.

percuſſor, id eſt, ad vindictam facilis: modo exponit & alio modo, ſcilicet ne percutiat aliquem propria manu, vt ĩ. ca. proxi. cuius caſus planus eſt.

g NOn liceat.] quod tamen poteſt per alium, etſi non per ſe, vt 5.q.5. illi qui. & 14.q.6.c.1. ſicut & aliquis

ad exarandam meſſem latoris præſentium perrexiſti, & poſt exarationem eius, Miſſarum ſolennia celebraſti: poſt Miſſarum ſolennia etiã terminos [a] poſſeſſionis illius eradicare minime timuiſti. Quod factum quæ pœna debeat inſequi, omnes qui audiunt, ſciunt. Dubij autem de tanta hac peruerſitate fueramus, ſed filius [b] noſter Cyriacus abbas à nobis requiſitus, dum eſſet Caralis, ita ſe cognouiſſe perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur †, vt aliquando reſipiſcas miſer ſenex, atque à tanta te leuitate morum, & operum peruerſitate compeſcas. † Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri ſolicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnæ ſententia in te fuerat iaculanda: ſed quia ſimplicitatem [c] tuam † cum ſenectute nouimus; interim tacemus [d]. Eos [e] vero, quorum conſilio hæc egiſti, in duobus menſibus excommunicatos [f] eſſe decernimus: ita tamen, vt ſi quid eis intra duorum menſium ſpatium humanitus aduenerit; benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum conſilijs cautus exiſte: te quoque ſolicite cuſtodi; ne ſi eis in malo diſcipulus fueris, quibus in bono magiſter eſſe debuiſti, nec ſimplicitati tuæ vlterius, nec ſenectuti parcamus.

† *al. hortamur aliquando reſipiſce*

† *al. compeſce*

† Concord. l. 1. ff. de donat. & l. tutor. ff. de ſuſpec. tut.

7 Vel percuſſor eſſe prohibetur, ne videlicet proprijs manibus aliquem cædat.

Vnde in Agathenſi [a] concilio legitur.

¶ Non licet epiſcopo proprijs manibus aliquem cædere. C. XXV.

NOn liceat [g] epiſcopo manibus [h] ſuis aliquem cædere. Hoc enim alienum a ſacerdote eſſe debet.

Burc. l. 1. c. 202. Iuo p. 5. c. 316.

a ¶ Agathenſi.] *Hoc caput non habetur in Agathenſi, quod extat. Burchardus & Iuo citant ex decretis Boniſacij Papæ. Habetur autem in nouellis conſt. 123. c. 16. apud Iulianum anteceſ. Non diſſimilis etiam eſt canon 28. Apoſtolorum, quem interpretatur ſynodus Conſtantinopolitana, quæ prima, & ſecunda dicta eſt, cap. 9.*

8 Prohibetur etiam epiſcopus turpis lucri eſſe cupidus, ne aliquo inhoneſto negotio victum, vel cetera ſibi neceſſaria quærat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, id eſt clericis, & monachis intelligi oportet.

Vnde in Chalcedon. concilio, c. 3. legitur.

Vnius dicto qñque creditur.

1 Concor. text. in l. ſi quis decurio. C. de fal.

b ¶ Sed filius.] Arg. φ creditᷣ dicto vnius, vt ĩ. 8.q.3. talia. & 97. diſt. nobiliſſimus. In forma iudicij 1 quãtum ad veram probationem vni teſti non creditur, vt extra de teſtib. licet. in fin. & eo. tit. veniens ſed quantum ad præſumptionem, vt C. de reb. cred. in bonæ. niſi caſus aliquis ſpecialis inueniatur, vt extra de in integr. reſtit. ex litteris. & de procur. ex inſinuatione. & extra quod met. cau. cap. vlt. & extra de teſti. in omni. Ioan. Similiter vbi non ſit præiudicium alij, creditur vni teſti, vt de conſec. diſtin. 4. cum itaque. B.

2 Sic etiam no. 1. q. 7. tanta.

c ¶ Quia ſimplicitatem.] Not. φ parcitur ſenectuti, vt 34. diſt. fraternitatis. 26. q. 7. hoc ſit. &c. tempora. Item parcitur ſimplicitati, de conſecra. diſt. 2. c. 3. & extra de re. permu. cum vniuerſorum.

3 Sic aliqñ plus punitur conſulens q̃ ſi ipſe idem faceret quod conſuluit, vt ff. ad l. Pom. d̃ parrici. verum & no. eod. tit. l. 1. vt patet exemplũ in medico, qui filio dedit venenũ vt daret patri. nã in hoc caſu plus punitur medicus, q̃ ſi ipſe patrẽ illius filij veneaſſet. vt di. ¿ arct.

d ¶ Tacemus.] Non ergo ſemper qui tacet conſentit 2: nec ſemper idem eſt tacere quod voce conſentire. arg. de conſe. diſt. 4. cũ pro paruulis. & 65. diſt. c. ſi forte. de hoc 27. diſtin. diaconus.

e ¶ Eos.] ff. de reg. iur. conſilij. Lau.

ADDITIO. Videas quod legitur & nota. inſtit. mandati. §. tua gratia. verſic. cuius generis.

f ¶ Excommunicatos.] Argu. φ quandoque magis puniuntur conſiliarij, quàm facientes 3, diſt. 96. duo. 11.q.3. qui conſentit. & 24. q. 3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum eſt, quia in iſtis non conueniebant ea propter quæ fieret diſpenſatio circa eos. Sed licet iſte debuit puniri, tamen indultum eſt ei ratione ætatis & ſimplicitatis.

VEL PERCVSSOR. Septima pars.

CASVS. Expoſuit ſupra Gratianus, ne epiſcopus ſit

aliquis gerit & facit per alium. 88. diſt. epiſcopus gubernationẽ, ita tñ φ ſit clericus. ſi enim per laicũ percutit, incidit in canonem. extra de ſen. excom. vniuerſitatis. Sed quid ſi clericum non habet? Tunc verberet per ſe, vt dixi 45. diſt. in ſumma

h ¶ Manibus.] C. de epiſc. & cler. Auth. ſed neque proprijs manibus.

Clericus p quem caſtigandus eſt epo iubẽte.

PROHIBETVR. Hęc eſt octaua pars diſt. in qua dicitur, φ clerici non debent tractare res laicorum, nec poſſeſſiones eorũ conducere, nec eſſe tutores, niſi ſuorũ propinquorum, id eſt, quibus ſuccederent ab inteſtato, niſi de

niſi de mandato epiſcopi egiſſent cauſas pauperum. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic ponitur ſeptimus articulus, in quo repetit Gratianus illud ca. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopum non eſſe cupidum, & turpis lucri ſectatorẽ, quod

Cyprianus.contra. Sed illud Cypriani de teſtamentaria tutela ſiue datiua, hic autem de legitima tutela intelligitur. Item 16.q.1. generaliter.contra. Ad hoc dic, quòd clerici nõ coguntur recipere aliquam tutelam: poſſunt tamen legitimam recipere tutelam ſi volunt, vt hic dicitur, & eſt hoc priuilegium clericorũ, quod licet ipſi poſſunt ſuccedere alicui ab inteſtato, non tamen tenẽtur recipere tutelã, licet aliàs illud obtinet. vt inſt. de le. gi. pa. tu. §. 1. Sed epiſcopus vel monachus etiam volens nõ poſſet recipere legitimã tutelam. in Authen. de ſacroſan. epiſ. §. Deo amabiles. Vel dic quod illi Auth. præiudicatur per canonẽ iſtũ, vt eps & monachus, ſi velint poſſint recipere legitimã tutelã, ſed non datiuã, vel teſtamentariam. ſed ad tutelã miſerabiliũ perſonarũ omnes clerici ſiue monachi 1 tenentur, vt 88. diſt. c.1. &c. eps gubernationem.

Tutela eſt triplex.

Tutelã nõ tenẽtur clerici recipere.

¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inſeruiant. C. XXVI.

Burc.l.2.c.145. Iuo p.6.c.218.

PEruenit ad ſanctam ſynodum, quia de ijs, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum poſſeſſionum conductiones [a], & cauſas [b] ſæculares † ſuſcipiunt; & à ſacris quidem officijs ſe per deſidiam ſeparant, ad domos autem ſæcularium concurrunt, & ſubſtantiarum eorum gubernationes auaritiæ [c] cauſa ſuſcipiunt. Decreuit ergo ſancta & magna ſynodus, neminem horum deinceps, hoc eſt epiſcopum, ſiue clericũ, aut monachum conducere poſſeſſiones, aut miſceri ſæcularibus procurationibus; niſi forte, qui legibus ad minorum ætatum tutelas [d], ſiue curationes inexcuſabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipſius epiſcopus eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefenſæ ſunt, & earum perſonarum, quæ maxime eccleſiaſtico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero tranſgreſſus fuerit hæc præcepta, correctioni [e] eccleſiaſticæ ſubiaceat.

† al. ſæcularium

e ¶ Correctioni.] id eſt, ſuſpenſione. Lau.

1 Vt hic, & ſ. proxi. dictum eſt de monachis intelligo cũ de comminatione eius qđ habetur 16.q.1. qui vere. &c. monachi à monaſterio. Archid.

DISTINCTIO LXXXVII.

VIduis [f] autem & orphanis eccleſia præſidium implorantibus epiſcopi debent adeſſe: & contra improborũ violentias, protectionis patrociniũ eis negare non debẽt. Vnde Gelaſius Gerontio †, & Petro epiſcopis.

† al. Leontio

VIduis autẽ.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarũ prima probat per ſex auctoritates ſanctorum patrum, quod viduis & orphanis debet ſuſtentationis beneficiũ præberi ab eccleſia. Secunda ibi, [Libertos. [Tertia ibi, [Si expoſitus.] Io. de Fant.

¶ Implorantibus patrocinium, epiſcopi debent adeſſe. C. I.

LIcet [g] omnibus de nobis ſperantibus non debeamus, inquantũ poſſumus, nos negare; plus tamen [h] viduarũ,

quod de omnibus clericis generaliter eſt intelligendũ.

PEruenit.] CASVS. Quidam epiſcopi clerici vel monachi poſſeſſiones laicorum cauſa cupiditatis conducebant, cum ſuæ poſſeſſiones eis ſufficerent, & procurationes ſæcularium negotiorum propter lucrum ſuſcipiebant, officia ſua penitus dimittentes: præcepit ergo cõci. Chalcedo. ne hoc decetero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miſerabilium perſonarum quã clerici ſuſcipere debẽt ad iuſſionem ſuorum epiſcoporũ. & quicumque contra hoc ſtatutum fecerit, debet excõicari.

a ¶ Conductiones.] Contra, extra de deci. c. dilecti. nam ibi non reprobantur monachi, qui habent terras ad firmam. ſed dic, quod illud eſt cum ſua eis non ſufficiunt 1, vel cum ipſimet excolunt non vt inde plus lucrentur, ſed vt de fructibus viuant. Adeo autẽ hoc prohibet clericis, quod ſi propter hoc deprehendantur in fraude, non ſubuenitur eis. extra ne cle. vel mo. c. ſacerdotibus.

Monachi poſſunt terras ad firmam habere.

1 Adde qđ le. & no. extra ne clerici vel mo. c.2. & 11.q.3. placuit. Archid.

b ¶ Cauſas.] de hoc notaui 15.q.2. in ſumma.

c ¶ Auaritiæ.] nam propter neceſſitatem bene poſſent. 91. diſtin. cap.2.

ADDITIO. Adde quod le. & no. 88. diſtinct. c.1. in prin. ibi videas.

d ¶ Tutelas.] ſ. diſtinct. 88. cap. vlti. contra 21. quæſt. 3.

CASVS. Supra dictũ eſt, quod eps debet eſſe liberalis: ſed quia hoc nõ ſufficit niſi miſerabiles perſonas tueatur, ideo ſubiungit hanc 87. diſt. in qua oſtendit, quod epi debent defendere viduas & miſerabiles perſonas, & etiam libertos, qui ſunt eccleſiæ commendati.

f ¶ Viduis.] in hac diſt. 87. oſtendit magiſter, quod viduis & pupillis, libertis & oppreſſis tenetur prælatus patrocinium impẽdere, & etiam manumiſſos defendere. Ad vltimum ſubiungit de expoſitis. ſ. ea. c. vlt.

Oppreſſis debet prælatus patrocinari.

LIcet.] CASVS. Quædam viduæ & quidam orphani conquesti ſunt Gelaſio Papæ de violentia quorumdam, vnde præcipit duobus epiſcopis, ſcilicet Petro & Gerontio, vt eas perſonas tueantur. Et quod hoc facere debent, probatur aſſertione diuina.

g ¶ Licet.] 11.q.1. Chriſtianus.

h ¶ Plus tamen.] no. quod etiam cauſæ pauperum & oppreſſorum, & peregrinorum ſpectãt ad eccleſiam, vt 24. q.3. ſi quis de potẽtibus. &c. ſeq. & ſ. c. proxi. & extra de ver. ſig. ſuper quibuſdam. in fin. ſpectant etiam ad iudicium regis, vt 23.q.5. regum. &c. adminiſtratores. Similiter viduis & pupillis cõceſſit Imperator magnum priuilegium, ſcilicet quod aliquis non poſſit illos trahere ad iudicium extra prouinciam, ipſi tamen poſſunt alios tra-

Viduæ & pupilli ſũt circa forũ priuilegiati.

trahere.C.qñ impe.interpu. & viduas. l.vna. Vidua eſt quæ etiam maritum non habuit.ff.de ver.ſig. malum. §.viduam.Pupillus eſt qui intra pubertatem deſijt eſſe in patris poteſtate.ff.eo.pupillus.reſpon.1.

quidquid.Et quod dicit,fidei,eſt ar.contra perfidos aduocatos,qui plena fide clientulos non defendunt. arg. 2.q.3.§.notandum.

K ¶ Paruulos.]nota q̃ ſi minor lædatur in contractu, habet actionem aduerſus dantem & accipientem 2. C.ſi

& orphanorum cauſas, & impenſius ducimus exequendas:quas tueri à nobis,vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio.

Idem Anaſtaſio epiſcopo.

¶De eodem. C. II.

DEfenſionis propriæ deſolatis auxilio,& qui ſuis actibus adeſſe † pro ætatis infirmitate non poſſunt, exoratum pontificem decet ſubuenire: quia pupillis [a] *a* tuitionem etiam diuinitas iuſſit impendi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui ſe ſolatio parentum, vel propinquorum aſſerunt deſtitutos) auxilium ex noſtra delegatione præſtabis: vt aduerſus improbitates aduerſariorum ſuorum protecti, tuæ executionis [b] anniſu noxia commenta [c] non ſentiant.

† *al.prodeſſe*

a ¶Pupillis.]*In codicibus impreſsis ſequebatur,* & viduis. *quæ voces expunctæ ſunt, quia abſunt à plerìſque vetuſtis. Et quæ antecedunt,ac ſequuntur,oſtendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro epiſcopis.

¶De eodem. C. III.

QVisquis in negotijs ſuis noſtri nominis interceſsione ſperat ſibi remedia [d] poſſe cõferri,prona nos [e] conuenit animoſitate [f] præſtare.

Idem Honorio epiſcopo.

¶De eodem. C. IIII.

DIuinæ retributionis [g] memor ad pontificalẽ conſcientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam ſolicitudinem non negare.

Idem Fortunato epiſcopo.

¶Tueatur eccleſia,quos in ſui defenſione ſuſcepit. C. V.

IRreligioſum [h] prorſus,& execrabile iudicamus,ſi quiſquam *a* vel extraneos in ſua tuitione ſuſceptos, non omni fide [i],& tota animi ſui educauerit ſanctitate. Ac cũ Olympius diaconus dilectionis tuæ,Felicis, & Olympij ſuggeratur auunculus,eoſque paruulos [k] tutelæ vice ſuſceperit nutriendos;vltra latrociniũ eſſe iudicamus,quòd eos boniſculis † parentũ(ſicut aſſerunt)reliquit extorres; alia retinendo,alia contra leges [l],& iura vendendo.

Iuo p.6. c.109

† *al.bonuſculis*

DEfenſionis.[CASVS.Maximus & Ianuarius clerici paruuli deſolati erant auxilio parentũ & ꝓpinquorũ, qui cũ nõ poſſent violẽtias quorũdã ſuſtinere,Gelaſio ſunt conqueſti. Præcepit ergo Gelaſi⁹ Anaſtaſio epo, vt eos tueatur à violẽtia improborum, cũ diuina auctoritas hoc præcipiat. Seq.duo c. plana ſunt.

b ¶ Pupillis.]Pupillo tu eris adiutor.

b ¶ Executionis.]id eſt,defenſionis.

c ¶ Commẽta.]id eſt, fraudes.

d QVisquis.]¶Remedia.]arg. q̃ debeat quis de hoc de quo certus eſt vel ſecurus, priuilegium Rom. ſedis ſpetrare, vt hic elicitur, cum omnes teneamur defendere tales ſpecialius.arg.ext. de teſti. licet vniuerſis.ar.diſ. 23.quamquam. Lau.

e ¶ Nos.] vt tamen primo coram ſuo iudice deferatur querela,vt extra de foro compe.ex tranſmiſſa. & in defectu iudicis ſæcularis.

Animoſitas qñq; in bonã,qñq; in malam partem ſumitur.

f ¶ Animoſitate.] in bona ſignificatione ſumitur,aliàs in mala 65.diſt.ſane.

g DIuinæ retributionis.] quia nullum bonum irremuneratum.de pæn. diſt.3.pium eſt.nec aliquod malum impunitũ. de pæn. diſt. 1.nullus. & eſt ſi. 81. diſt.cap.pen.

IRreligioſum.]CASVS.Olympius diaconus ſuſcepit curã duorum ſuorum nepotum, ſ. Felicis & Olympij. Sed cum deberet res illorum fideliter adminiſtrare, partem illarum rerum vendidit,& partem ſibi retinuit.quare Papa præcepit epiſcopo Fortunato, vt eos defendat,& omnia eis reſtitui faciat.

Clericus tutor eſſe põt ſi vult.

h ¶ Irreligioſum.]per hoc cap.& ſupra proxi.diſt. peruenit.colligitur quòd clericus bene poteſt legitimã tutelam ſuſcipere,ſed & etiam extranearum perſonarum ſi vult 1.Laur.

1 Adde ad hoc glo. in Auth.preſbyteros. C.

i ¶ Non omni fide.]& ita videtur,q̃ tutor teneatur etiã de leuiſſima culpa.C.de peri.tuto.& cur.tutoribus. arg. contra,q̃ ſcilicet non teneatur niſi de leui.C.arbi. tut.

C.ſi tuto.vel cur.inter.l.etiam.ſi vero lædatur in iudicio,habet actionem aduerſus tutorem tantũ. C.de iudi.properandum.in fi.Sed contra.ff.de mino.l.etiam.§. 1.Sed illa lex,properandum,intelligitur quando tantũ circa inſtantiam iudicij læſus eſt.Illa lex etiam in prĩcipali cauſa loquitur,cum reſtituatur in iudicijs minor,vt ff.de mino.etiam.§. ex cauſa. & C. ſi aduerſus rem iudi.per totum.Io.immo etiam reſtituitur minor, etſi contumax fuerit,vt ff.de mino.l.minor etiam.B.

l ¶ Contra leges.]C.de prædi.mino.per totum.

Ios.]

de epi... cle.&... de exc... to. §.... in mi... no. B.in. legitima §.fin. ff.de legi.tuto. 2 Arg.contra. ff. de mino. in cauſæ 2. in princi. ſed non ob.quia illud intelligitur quando ꝫ eundem habet ordinarium auxiliũ & extraordinarium ſecus ſi ꝫ diuerſos. Arch.

EOs.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod qui ad eccleſiam confugiũt, propter loci reuerentiam debent ab eccleſia defendi. In ſecunda parte dicitur, quod ſi quis mancipia eccleſiæ occupauerit propter ſua, quæ ad eccleſiam confugerint, excommunicari

a ¶ Quiſquam] *In vulgatis codicibus ſequebatur vox*, clericos. *quæ in aliquot manuſcriptis, & apud Iuonem nõ habetur, ideoq. ſublata eſt. Non enim hic clericos cum laicis, ſed extraneos cum ſanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arauſicano primo, cap. 5. & ſequentibus.

¶ Confugientes ad eccleſiam extrahere non licet. C. VI.

Raba. pæ. c. 22. Burc. l. 3. c. 195. Iuo p. 3. c. 112. Ibidem. c. 6.

EOs, qui ad eccleſiam [a] confugerint, tradi non oportere: ſed loci ſancti reuerẽtia, & interceſsione defendi. ¶ Si quis autem mancipia clericorum pro ſuis mancipijs [b] ad eccleſiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes [c] eccleſias diſtrictiſsima damnatione feriatur. ¶ In eccleſia quoque manumiſſos, & per teſtamentum [d], eccleſiæ commendatos, ſi quis in ſeruitutẽ, vel obſequiũ, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduerſione eccleſiaſtica coerceatur † [e].

C. 7. Iuo p. 3. c. 154. & 245. Pann. l. 2. c. 84. † coercebitur] Orig.

Item ex concilio Agathenſi, c. 29.

¶ In libertate eccleſia tueatur libertos. C. VII.

Iuo p. 3. c. 159. & p. 16. c. 51. Pann. l. 2. c. 82.

2 LIbertos legitime à dominis ſuis factos, eccleſia, ſi neceſsitas exegerit, tueatur: quos ſi quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præſumpſerit, ab eccleſia repellatur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 71.

¶ A ſacerdotibus defendantur liberti, ne in ſeruitutem reuocentur. C. VIII.

Burc. l. 3. c. 186. Iuo p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52. Pann. lib. 2. c. 83.

LIberti, qui à quibuſcumq. manumiſſi ſunt, & eccleſiæ patrocinio commendati exiſtunt, ſicut regulæ antiquorum patrum conſtituerunt, ſacerdotali defenſione à cuiuſlibet inſolentia protegantur, ſiue in ſtatu libertatis eorum, ſiue in peculio [f], quod habere noſcuntur.

Item ex concilio Arelatenſi ſecundo, c. 32.

ciſa, quod ſemper primo conueniendus eſt, qui eis litem facit, ſub iudice ſuo ſæculari. Io. niſi hoc forte faceret laicus in fraudem. extra de iure pa. relatum. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo eccleſia recipit libertos ſub protectione ſua: cum illud ius ſit in alijs omnibus, quod ſi aliquis non poteſt habere iuſtitiam corã iudice ſæculari, accedit ad iudicem eccleſiaſticum, vt extra de foro compe. ex tranſmiſſa? Videtur ergo quòd liberti ſpectant ad iudicium eccleſiæ, vt 11. q. 1. Chriſtianis. Vel dic, quod licet iſtæ perſonæ & aliæ, de quibus hic agitur, recipiãtur ſub protectione eccleſiæ: non tamẽ eximuntur à iudicio ſæculari, vt extra de priui. recepimus. & eſt expreſſum in iudicijs extra de foro compe. ex tenore.

c ¶ Per omnes.] in vna excommunicet, in alijs denuntietur. Si dices, quod nemo poteſt pluries excommunicari, dic vt not. 3. q. 4. c. vlt. & extra de ſen. excommunica. officij.

d ¶ Et per teſtamentum.] extra de ſeru. non ordinan. cap. 1.

e ¶ Coerceatur.] niſi admonitus ſatisfaciat. & eſt argu. hic, quod omne crimen eſt eccleſiaſticum, 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo.

Addítio. Arg. ad hoc ſ. c. proxi. vbi Laur. idem ſentit dicens, quod hoc etiam poteſt videri per auctoritatẽ domini, ſi peccauerit. 2. q. 1. ſi peccauerit. extra de iudi. nouit. De hac ma. le. & no. ext. de offi. ord. c. 1. & de purg. cano. nos quidẽ. Archid.

numittunt in eccleſia, & charta manumiſſionis legitur in ambone. 54. diſtin. nulli, & tales generaliter eccleſia defendet. ſm Hug.

Crimen quodlibet eſt eccleſiaſticum.

municari debet. In tertia parte dicitur, quod ſi quis vult reuocare in ſeruitutem, vel ad obſequium, vel ad colonariam conditionem manumiſſos in eccleſia, & eccleſiæ commendatos, cenſura eccleſiſtica coerceatur. Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.] Tertia ibi, [In eccleſia.]

a ¶ Ad eccleſiam.] ſ. 17. q. 4. reum.

b ¶ Mancipijs.] de iſtis manumiſſis ab eccleſia, vel de commendatis eccleſiæ dicit H. quod ſi poſtea impetantur ſuper libertate, ipſi coram eccleſiaſtico iudice debent reſpondere. vnde & ſi quis eos detinens nollet reſpondere, niſi ſub ſæculari iudice, poſſet ſtatim eccleſia ipſũ excommunicare. ſi vero nõ eſt manumiſſus in eccleſia, tunc primo debet conueniri, qui eos moleſtat, ſub ſæculari iudice. & ſi non vult ſatisfacere per eum, tunc eccleſia eũ compellet excõicãdo, vel alio modo. Lau. dicit quod vbicumq; manumittant, niſi manumittantur in eccleſia 1, vt clerici fierent, vt extra de ſer. non or. c. 1. in parte de-

Manumiſſi ab eccleſia vbi ſunt cõueniendi.

1 Quidam enim ma-

LIbertos.] Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua dicitur, quòd eccleſia debet libertos defendere: præſertim eos, qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan. Casvs. Hæc duo c. libertos & liberti. vt dicit Beneuen. loquuntur de libertis eccleſiæ commendatis: quos ſi aliquis inuadere ſua auctoritate voluerit, vel in ſeruitutem reuocare, vel bona eorum auferre conatur: & eccleſia & epiſcopus debent eos diſpenſare.

f LIberti. ¶] Peculio.] Sed numquid liber homo habet peculium? Non: quia ſicut ſeruus non habet bona, ita pater familias non habet peculium. ff. de verborum ſignificatio. paterfamilias. ſed loquitur hic ſecũdum tempus, quo ſeruus erat. vel peculium ſumitur hic improprie. arg. C. de inoffi. teſta. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogi. 1. rñ. De peculio autem ſerui, qui manumittitur, hoc in ſumma notabis, quod ſi manumittitur inter viuos, dominus videtur ei concedere peculium, niſi adimat expreſſe. Si autem in teſtamento libertas ei relinquitur

Peculium ſeruus habere põt, ſed non liber homo.

linquitur, peculium apud heredẽ remanet, niſi expreſſe ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

SI expoſitus.] Hæc eſt tertia pars diſtinctionis. in qua ponit de infantibus expoſitis. Ioannes de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat cum aliquis recolligit puerũ expoſitum ante eccleſiam. Et reſpõdet ꝙ debet in publicũ duci, vt cuiuſcumque ſit ille puer, ſiue ſit dominus ſiue pater, veniat intra decem dies, & puerum recipiat: ſi autem poſt decẽ dies venerit, audiri non debet: ſed tamquam homicida puniatur.

collectus non vult ducere filiam ſuam in vxorem. C. de nuptijs, patrem.

c ¶ Habeat.] non in ſeruum. C. de infantib. expoſitis. l. vltima. & ideo dicit iſte eum habere, quia alius iam non poteſt petere puerum: puer tamen bene recedet ab eo cum

¶ Expoſitos defendat eccleſia, ſi quis eorum calumniator extiterit. C. IX.

3 SI expoſitus [a] ante eccleſiam cuiuſcumque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat † epiſtolam, vt ſi is, qui collectus eſt, intra decem dies [b] quæſitus, agnituſque non fuerit, ſecurus habeat [c] qui collegit. Sane, qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut Patrũ ſanxit auctoritas.

Capit. l. 6. c. 141. concor. Vaſenſe 1. c. 9. Burc. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 253. Poly. l. 3. tit. 13.

† al. ponatur epiſtola

DISTINCTIO LXXXVIII.

PRohibentur [d] ergo clerici cupiditatis negotia ſuſcipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

Vnde Melchiades [a] Papa.

¶ De eodem. C. I.

DEcreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere [e], aut negotijs ſæculari-

In ſcripto de primitiua eccleſia, & munificẽtia Conſtantini ex cõcilio Chalcedon. c. 3.

Exponens filium vel ſeruum an poſſit illũ recolligere.

a ¶ Expoſitus.] exponitur autẽ aliquis à patre vel domino, vel ab extraneo. Si à patre vel domino, aut ne- 1 ceſſitate, vel ſponte. 2 Si ſponte, numquam poteſt recolligere eũ poſtea: nec enim ſuũ dicere poterit quem pereuntem contempſit. C. de infan. expo. l. prima & ſecunda. Si neceſſitate, repetit quandocumque: quia inuitus videtur expoſuiſſe. C. de infan. expoſi. l. 1, & in his caſibus locum non habet conteſtatio. quod tamen dixi de neceſſitate, videtur male dictum. nam dicit lex, quòd ſi ipſe non poteſt eum alere, debet eũ in xenodochium 1 mittere. C. de. lati. li. tol. l. vna. §. ſed ſcimus. Sed quod dixi 2 intelligas cum nullum talem locum inuenit: & intelligas maxime hoc de filijs: nam de ſeruo videtur, ꝙ potius debeat eum vendere, quàm exponere. & eſt iſte caſus, in quo ſeruus habitus pro derelicto, ſtatim in libertatem eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. vna. in authẽ. de nupt. §. hoc amplius. & §. multo magis. colla. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & ſciente domino vel patre; tunc locum habet quod hic dicitur. Si vero ignorante, ſemper poteſt repetere quandocumque voluerit. C. de infan. expo. l. 1. Hug. dicit, quòd tantum vſque ad decem dies auditur pater in hoc caſu: quod verius credo 3. quia de ijs quæ publice fiunt, non poteſt prætendi ignorantia, vt 17. diſtin. quòd dicitis. Idem poteſt dici quando pater propria voluntate expoſuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd ſi à patre infans exponitur, vel ab alio, eo ſciente, vel ratum habente, ſtatim liberatur à patria poteſtate. & ſi dominus idem facit, ſeruus ſtatim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiam. Idem eſt ſi alimenta fuerint iſtis languentibus denegata, aut ſi iſti languentes expoſiti fuerunt, cuiuſcumque fuerint ætatis: & qui eos ſuſcipiũt, non habent aliquod ius in ipſis, vt extra de infan. vel languen. expoſitus. c. 1. Bar.

1 Id eſt hoſpitale.

2 Scilicet de neceſſitate.

3 Adde de iſta quæſtione & alijs in mate. expoſitorum no. in d. l. & 2. per Albe. de Roſa. C. de infan. expoſi. & glo. in l. nemini. C. de epiſc. audien.

b ¶ Intra decem dies.] De his decem diebus dic, quòd currunt à tempore ſcientiæ, & ſunt continui: & ſi in tali loco eſt, quòd venire nõ poteſt, reſtituitur per clauſulam generalem: argumẽ. ff. ex quibus cauſis maiores. l. prima. Alij dicunt quòd ſunt vtiles: cum ſcilicet experiri poteſt. ff. de ædil. edict. cum ſex. & de diuer. & temp. præ. l. prima. Si vero ille qui colligit, expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua arte, repetit à recolligente. C. de infantibus expoſitis, l. 1. quod autem cauſa alimenti expendit, non repetit niſi in duobus caſibus: ſcilicet cũ proteſtatus eſt. ff. de nego. geſtis, Neſennius. vel vbi

Expenſæ circa infantem expoſitum factæ an poſſint repeti.

eo cum voluerit: & continebit epiſtola, ſcilicet quòd ſi quis in eo aliquid iuris ſibi vendicet, exeat & probet eſſe ſuum: aliàs non crederetur ei. Argu. contra, extra qui filij ſint legitimi, tranſmiſſæ. vbi creditur patri & matri dicentibus aliquem non eſſe filium ſuum: quia non eſt præſumendum aliquem denegare filium ſuũ.

Pater & mater filiũ denegare non præſumuntur.

PRohibentur.] In hac diſtinctione prohibetur cupiditas & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates ſanctorum patrum, ꝙ clerici non debẽt eſſe mercatores. Secunda ibi, [Neque apud.] Ioannes de Fant.

CASVS. Facta interpoſitione miſerabilium perſonarũ, in hac 88. diſt. redit Gratianus ad materiam ſuam: ſcilicet ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negotia clerici ſuſcipere prohibentur: ſed non prohibẽtur opera pietatis orphanis & viduis impendere.

d ¶ Prohibentur.] Facta interpoſitione de Viduis, & libertis, & expoſitis, reuertitur in hac diſt. 88. ad propoſitum ſuum, ſcilicet ad illud capitulum, non cupidum: & oſtendit clericos cauſa turpitudinis & cupiditatis nõ debere opera exercere. tandem ſubijcit ꝙ nullus presbyterum in teſtamento debet nominare tutorem, &c.

DEcreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in ſynodo ſua, ꝙ clerici cauſa cupiditatis & lucri non conducant poſſeſſiones, nec negotijs ſæcularibus ſe immiſceant: niſi in duobus caſibus: ſcilicet propter curam miſerabilium perſonarum, & propter curam eccleſiaſticam ab epiſcopis ſibi commiſſam, & ꝙ curam talem debeant ſuſcipere clerici, probat duobus exemplis: ſcilicet Moyſi & angelorum aſcendentium & deſcendentium per ſcalam, quam vidit Iacob: ad inſtar quorum prælati eccleſiæ debent aſcendere contemplando, & deſcendere curam ſubditorum habendo.

e ¶ Conducere.] ſcilicet cauſa cupiditatis, vt notaui 86. diſtinct. cap. vlt. & ſemper intelligo cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi neceſſitas probetur. argumen. 12. quæſt. 1. cap. 1.

a ¶ Vbi

a ¶ Vbi patet.] ideſt, propter quod patet.
b ¶ Angelos.] Per angelos intelliguntur prædicatores, qui ... qui pro ingenio auditorum debēt ſe aptare, vt 8.q.1.c. oportet. & diſtinctione 43. ſit rector. §. vlti. vnde non propter Iacob, ſed ꝓpter angelos inducitur hæc auctoritas.

Prædicatores quãdoque dicuntur angeli.

tabſũt iſtæ duę voces fere ab omnibus manu ſcriptis.

bus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum, [& † orphanorum] ac viduarum, aut ſi forte epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet [a], quia alia ſint negotia ſæcularia, alia eccleſiaſtica. Nonne Moyſes in ſæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus contemplatione raptus, foris infirmãtium negotijs vrgebatur? *& infra.* ¶ Sic & Iacob aſcendentes, & deſcendentes Angelos [b] vidit: quia videlicet rectores eccleſiæ non ſolum Deo contemplando ſuperna appetunt, ſed deorſum quoq. ad membra illius miſerando deſcendũt. Et Domini ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onera portant.

Exod. 33.

Gen. 28.

a ¶ Melchiades.] *Caput hoc habetur in ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter ſequitur poſt decreta Melchiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæſarienſe ſit interpoſitum) & ex illa coniunctione fortaſſe factum eſt, vt hoc quoque ſcriptum olim decretis Melchiadis adnumerari ſolitum eſſet, cum tamen in eo de Niceno concilio, & alijs, quæ poſt Melchiadem geſta ſunt, mentio fiat: quod ex capite, ad futuram. infra 12.q.1. apparet.*

Item Galaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, c. 17.

Concil. Aquiſgranen. c. 93. 14. q. 4. c. clerici. Poly. l. 4. tit. 31.

¶ De eodem. C. II.

COnſequens [c] eſt, vt illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nuntiauit, nõ prætereunda putaremus: ideſt plurimos clericorum negotiationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere †, nullo pudore cernentes euangelicam lectionem, qua ipſe Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe, nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.] Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſsimulantes aure, cantantem [d]: [Quoniam non cognoui negotiationes [e], introibo in potentias Domini.] Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſthac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio [f], vel cupiditate ceſſandum [g]: aut in quocumque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & eſſe debet, & dici, ne per † officia negotiationis potius ſit latronum ſpelunca.

† *al. inhiare*

Matth. 21.

2. Tim. 2.

Pſ. 70. vide infra c. quoniam.

Luc. 19.

† *ne officina negotiationis, & ſpelunca potius ſit latronum]* ori.

Item ex ſeptimo canone Apoſtolorum.

¶ In ſacris ordinibus conſtitutus ſæculares curas aſſumere non debet. C. III.

EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam ſæculares curas [h] aſſumat; ſin aliter, deijciatur.

Item Gregorius Romano defenſori, lib. 8. epiſt. xi.

¶ Epiſcopus ſæcularibus cauſis occupari non debet. C. IIII.

Anſ. l. 6. c. 179.

PErlatum eſt ad nos reuerendiſsimum fratrem noſtrum Baſilium epiſcopum, velut vnum de laicis in cauſis

COnſequens] CASVS. Clerici in Picenis partibus turpibus negotiationibus & lucris inhoneſtis immiſcebantur: ſed Gelaſius docet hoc non eſſe faciendũ: & hoc ꝓbat exẽplo Chriſti, qui negotiatores de tẽplo expulit. Et duabus auctoritatibus. ſ. Pauli, vt nemo militãs Deo, &c. & Dauidi: quoniã non cognoui, &c. Si quis autẽ negotiari voluerit, officio carere debet. Sequens cap. planũ eſt.

c ¶ Conſequens.] quia ſacerdotes erant iniuſti, vt 2.q.7. accuſatio. Lau.

d ¶ Cantantem.] id eſt, metrice deſcribentem.

e ¶ Negotiationes.] id eſt, falsã traditionẽ Iudæorũ: quia ſcilicet credebãt ſe iuſtificari ex operibus legis, figuras legis ſectãtes, à gratia reſiliẽtes: vel negotiationes, id eſt, vt vilius emant, & carius vendant.

f ¶ Ingenio.] Argum. ꝙ nec ſub qualibet fraude excogitata poſſunt exerceri negotiationes. ergo nec cauſa neceſſitatis, vt quidam aſſerunt: nec cauſa lucri captandi ad opus pauperum. 1.q.3. ſi quis obiecerit. Arg. contra extra ne cle. vel mona. cap. 1. 91. diſt. clericus. La.

g ¶ Ceſſandum, aut in, &c.] Videtur ergo ꝙ in eius optione ſit an velit abſtinere à quæſtu, aut ab officio. ff. de iure do. plerũque. §. vltimo: quod falſum eſt. Sed hic, aut, cõminatiuum [1] eſt. 11.q.1. placuit.

h EPiſcopus.] ¶ Curas.] infra 21.q.3. ca. 1. 2. & 3. & 11. quæſtione 1. te quidem.

PErlatũ.] CASVS. Baſilius epiſcopus tamquam aliquis laicus ibat extra ſuum epiſcopatum coram iudicibus ſæcularibus aduo-

Negotiationes per clericos quacumque cã exerceri nõ debent.

1 Et eſt ſenſus, ſi moniti ceſſãt diſpẽſatur cũ eis: alias abijciuntur à clero: & non minus à negotiatione ceſſabũt. Arg. 13.q.3.c.1. & 81. diſt. ſi quis. Arch.

ſæcularibus occupari, & prætorijs [a] inutiliter deſeruire. Quæ res quoniam & ipſum vilem reddit, & reuerentiam ſacerdotalem annihilat; ſtatim vt experientia tua hoc præceptum [b] ſuſceperit; eum ita ad reuertẽdum diſtricta executione compellat, quatenus ei illic te inſiſtente quinque diebus [c] ſub qualibet excuſatione immorari non liceat; ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris; cum ipſo apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.18.

¶ Teſtamentorum tuitionem, & curam rei familiaris epiſcopus non ſuſcipiat. C. V.

ij E Piſcopus tuitionem [d] teſtamentorum non ſuſcipiat. Poly.l.4.tit.5.

Item ex eodem, c.20.

¶ De eodem. C. VI.

iij E Piſcopus nullam rei familiaris curã ad ſe reuocet [e]; ſed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

Item ex eodem, c.17.

¶ De eodem. C. VII.

iiij E Piſcopus gubernationem [f] viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. Polyc.ibidem.

Item Gregorius Quertino exprafecto, epiſtola 30. lib.10.

¶ Ratiociniorum cauſas clericus ſuſcipere non debet. C. VIII.

I Nutile, & valde laborioſum eſt, hominem litteratum, ratiociniorum cauſas aſſumere, & in eis ſe, quod nõ expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

aduocando. Quod cum audiſſet Gregorius, præcepit Romano defenſori, vt præfatum Baſilium intra quinque dies cogat reuerti: quoniam propter hoc dignitas epiſcopalis vileſcit. Nam ſi ibi amplius eum ſtare permiſerit, vterque grauiter punietur. Sequentia capitula plana ſunt vſque ad paleã: illam, [Eijciẽs.] quæ in ſcholis non legit, ſed in ea ratio aſſignat quare in domo, vel re conſimili non eſt vſura, ſed pecunia ſic: & hoc triplici ratione. Prima eſt: quia pecunia nõ eſt diſpoſita niſi ad emendũ. Secunda eſt: quia ex agro cum arãdo fructum capio, & ex domo vſum mãſionis: & ideo domum locãdo vel fundũ videor quaſi permutare lucrum cum lucro. ſed ex pecunia repoſita nullum fructum capio. Tertia ratio eſt: quia ager vel domus veteraſcit, ſed non pecunia. & hoc eſt in prima columna, vbi dicitur, primo quidẽ.

a ¶ Et pretorijs.] id eſt, locis iudicij tractãdi. Quid ſit prætoriũ, habemus. ff. de iuſti. & iur. l. pen.

b ¶ Præceptũ.] infra 23.q.4. iuſtum. ꝭ. 14. q.4. clerici.

c ¶ Quinq; diebus.] arg. moram poſſe purgari [1]. Item nota inducias & expectationes quinque dierum: & hoc à tempore quo ſuſcepit litteras. extra de ap. ſup eo. 4. q. 4. c. 1. & q. 5. c. 1. quandoque duorum. 5. q. 2. c. pr[illegible]ienti.

d E Piſcopus tuitione.] id eſt, apertionem, vt ſcilicet coram eo non aperiantur: ſed corã magiſtro cenſus. C. de teſta. l. conſulta. Vel dic tuitionem, id eſt, q; ſit aduocatus. aliàs per eũ debet adimpleri [2] quod in teſtamentis relictum eſt. extra de teſt. ſi heredes. & ff. de peti. here. hereditas. in fi. Io. Dic ergo vt dixi, non ſuſcipiet ex hoc officium aduocationis.

e E Piſcopus.] ¶ Ad ſe reuocet.] principaliter, vel p ſe: & tunc non eſt contra 86. diſt. fratrem.

f E Piſcopus gubernationẽ.] ſed per archipresbyterũ. nam paruri debet onera ſua. extra de offi. archipresby. c. vlt. arg. per alios nobis licere quę nobis p nos non licent [3]. arg. 5. q. 3. c. vlt. ar. 12. q. 1. præcipimus. Et valet ad quæſtionem q; eccleſia poſſit alicui concedere

gladium [4]. licet ei non liceat eo vti per ſe. 23. q. vlt. c. ſæpe. Similiter inuenitur: quod licet nobis per alios, & per nos, vt diſt. 95. illud ſuperfluum. & econuerſo, quod non licet nobis per nos, nec per alios. 46. diſt. ſicut. 23. q. vlt. his à quibus. & conſequitur quis per aliũ quod non poteſt per ſe. ff. de ſta. ho. Imperator. & id per ſe, quod non per alium. C. de ijs qui ve. æta. imp. l. 2. ff. de adop. poſt mortem. §. neque. 23. diſt. quorumdam. & quandoque plus per ſe valet factum quàm per alium. de conſe. diſt. 4. illud. Io. Sol. generale eſt quòd quis poteſt per ſe quod poteſt per alium, & econtra. ſed in caſibus ſpecialibus fallit quandoque ratione perſonæ, quę prohibetur per ſe facere, vt in hoc cap. ſed per alium non prohibetur [5]: vel ratione rei: quia in cauſa criminali aliquis

1 Adde an & qñ poſſit mora purgari vel nõ: not. Bar. in l. ſi inſulã. ff. de verb. obli. Bal. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi q: cau. glo. & doct. in c. potuit. de loca.

2 Dic q; vbi pſona à teſtatore deputata eſt: illa exequitur. 12. q. 2. de laicis in fin. Arch.

Poteſt qs per aliũ qd non poteſt per ſe.

3 An hoc procedat re-

gularite[r] not. in l[...] beo. ff. v ſuc. Dy. regula, alteri. lib[...] bonus te[...] & ibi Bar. & Bal. in l. 1. §. ne autem. C. de cad. toll.

4 63. diſt. Hadrianus 2.

5 Hic vi[...] quod ſe[...] not. de c[...] ſecr. diſt[...] quando

¶Fugiendus eſt clericus negotiator. C. IX.

NEgotiatorem [a] clericum,& ex inope diuitẽ,ex ignobili glorioſum,quaſi quamdam peſtem fuge.

Item Auguſtinus in libro quæſtionum veteris & noui teſtamenti,c.127.

¶Clerico negotiari non licet. C. X.

Iuo par.8.c.89. Pann.l.7.c.16.

FOrnicari omnibus ſemper non licet [b] : negotiari vero aliquando licet;aliquando nõ licet. Antequam enim eccleſiaſticus quis ſit ; licet ei negotiari : facto iam,non licet [c].

Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum, [ideſt Auctor operis imperfecti,hom.38.ad c.21.Matt.]

¶De eodem. PALEA C. XI.

Paulo aliter.

EIjciens Dominus vendentes & ementes de templo, ſignificauit,quia homo mercator vix , aut numquam poteſt Deo placere. Et ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator;aut ſi voluerit eſſe, proijciatur de eccleſia Dei;dicente propheta:[Quia non cognoui negotiationes;introibo in potentias Domini.] (*Pſal.70.*) Quemadmodũ enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere volens,& ſe comendare,ſine maliloquio eſſe nõ poteſt (neceſſe eſt enim, vt iſti male loquatur de illo,& illi male de iſto) ſic qui emit & vendit, ſine mendacio & periurio eſſe non poteſt. *& paucis interiectis.*¶Sed eſt nec ſtabilis ſubſtantia eorum,neque ad bonum proficit,quod de malo congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum, aut aliud † tale cernas in cribro; dum huc & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorſum cadunt;& tandem in cribro nihil remanet,niſi ſtercus ſolum;ſic de ſubſtantia negotiatorum nouiſsime nil remanet,niſi ſolum peccatum. Sed omnes homines videntur eſſe mercatores. Oſtendam ergo,quis non eſt negotiator;vt qui talis non fuerit, eum intelligas eſſe negotiatorem. Quicumque rem comparat, non vt ipſam rem integram,& immutatam vendat; ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi ; ille non eſt negotiator. Qui autem comparat rem, vt illam ipſam integrã, & immutatam dando lucretur; ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt vſurarius . Ipſe namque rem datam à Deo vendit,non comparatam, vt mercator ; & poſt fœnus rem ſuam repetit,tollens aliena cum ſuis ; mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicit aliquis. Qui agrum locat, vt agrariam recipiat,aut domũ, vt penſiones recipiat,nonne eſt ſimilis ei,qui pecuniam dat ad vſurã ? Abſit. Primum quidem,quoniam pecuniam non ad aliquem vſum diſpoſita eſt , niſi ad emendum. Secundo, quoniam agrum habens arando accipit ex eo fructũ; habens domum , vſum manſionis capit ex ea . Ideo qui locat agrum vel domum,ſuum vſum dare videtur,& pecuniam accipere, & quodammodo quaſi commutare videtur cum lucro lucrum:ex pecunia repoſita nullum vſum capis. Tertio ager, vel domus vtendo veteraſcit : Pecunia autem cum fuerit mutuata,nec minuitur,nec veteraſcit : [Et menſas nummulariorum ſubuertit.] (*Matth. 21.*) Pecunia ſpiritualiter homines intelliguntur ; quia ſicut nummus habet

† *aliquam blandi ſpeciem*

aliquis agit per ſe, & non per alium , vt 5. quæſt. 3. in criminalibus.B.

ADDITIO.Circa hoc dicas, quòd quando aliquis poteſt aliquid facere ſua auctoritate:tunc nõ eſt vis ſiue per ſe ſiue per alium faciat,niſi ſpecialiter prohibeatur: ſed vbi ſua auctoritate non poteſt facere,ſed alterius:tunc locum habet quòd non poteſt alteri committere. extra de offi.deleg.quoniam apoſtolica. vbi Innocen. ſic no. Archidia.

a NEgotiatorẽ.] Sed numquid licet clerico habere tabernam 1 ? videtur quòd ſic.C.de epiſc. & cle. l.2.ſed dicimus, quòd licet lex concedat, canon tamen non permittit.5.q.3.cũ autẽ. Vel dic quòd poteſt habere tabernam propter neceſſitatem & honeſtam negotiationem.

Clericus tabernã habere poteſt.

1 Adde quòd veniat appellatione tabernę.nota.in leg.tabernæ. ff.d verb. ſign. & in l. qui tabernas.ff. de cõtrahẽ. emp.

b FOrnicari.] ¶Sẽper non licet.] ideſt, numquam. 32. q.4.nemo. Arg. 5. 31. q.1.hac ratione.ſed licet aliquando licentia pœnæ,ſed licentia culpæ non, quia non euadit culpam.d.ſt.4. c.denique 2.

c ¶Non licet.]argu. quòd propter mutationem ſtatus quod ipſi erat licitum,fit illicitum:& ecõtra. ar. diſt.31.c.lex continẽtię.Arg.cõtra 12. q. 1. non dicatis.

2Dic quòd fornicatio nulli vnquã 2 impune cõceditur.27. q.1. nubendi.Arch.

charagma Cæſaris, ſic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum ſolidus, qui non habet charagma Cæſaris, reprobus eſt; ita & homo, qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus æſtimatur. Vnde Eſaias dicebat ad Hieruſalem: [Pecunia tua reproba eſt, caupones tui miſcent vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo menſas nūmulariorum euertit, ſignificans, quia in templo Dei non debent eſſe nummi, niſi ſpirituales, ideſt, qui Dei imaginem, non diaboli portant. Aut certe menſas nummulariorum, ſacerdotum dicit ſcripturas. Nouo enim teſtamento ſuccedente priori, euerſæ ſunt ſcripturæ illorum. Eſa. 1.

¶ Hæc Palea (quemadmodum & ſequens) eſt in aliquot vetuſtis exemplaribus, in quibus Paleæ raro habentur. Eſt autem ſumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multæ ſententiæ partim reijciendæ, partim in bonam partem interpretandæ ſunt.) & quidem multis locis de induſtria, quod ibi plenius, hic in ſummam redactum eſt, incolumi fere ſententia. Quamobrem ea tantum mutata, aut locupletata ſunt: quæ valde conducere viſum eſt. Quod etiam in ſequenti capite eſt obſeruatum.

Item ex verbis Auguſtini: [hinc inde collectis, & in ſummam redactis ad pſ. 70. verſ. Quoniam non cognoui.]

¶ De eodem. PALEA. C. XII.

QVoniam non cognoui litteraturam.] aliqui codices habent: [negotiationes;] in quo diuerſitas interpretum ſenſum oſtendit, non errorem inducit. Ergo ſi propterea iſte tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes; corrigant ſe Chriſtiani, non negotientur. Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam, peto: dignus eſt operarius mercede ſua. De mendacio, de periurio agitur, nō de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Poſſem enim dicere: tāto emi, tanto vendam: ſi placet, eme. Quomodo ergo reuocas à negotiatione? omnes artifices mentiuntur, ſutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tempus, vt poſſim vendere annonam, quam ſeruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum eſt; quia quādo eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas ſacrilegas, & incantationes quærunt: omnia iſta hominum, nō rerum peccata ſūt. Quære ergo epiſcope (dicit mihi negotiator) quomodo pſalmiſtam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione; negotiatio enim me non facit malum, ſed iniquitas mea, & mendaciū meum. Quæramus ergo negotiatores, qui præſumunt gloriari ex ſuis operibus; ſi ſunt contra illam gratiam, quam hic pſalmiſta cōmendat, vt nemo de ſuis operibus glorietur. Et ſicut cōtra medicos ſuperbos ſalutis pollicitatores vigilat hoc, quod dictum eſt: [tota die ſalutē tuam.] ſic contra negotiatores de operibus ſuis gloriantes vigilat hoc, quod dictū eſt: [os meū annuntiabit iuſtitiā † tuā.] Vnde & Dominus expulit illos de templo volentes ſuam iuſtitiam ſtatuere, & ignorantes iuſtitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malum eſt, neque quærit verā quietem, quæ eſt Deus.

Luc. 10.

Pſal. 87.

† *iuſtitiam tuā*] *ideſt non meam, &c.* Aug.

Item Caſſiodorus in eumdem pſalmum 70. in eumdem verſiculum.

¶ De eodem. C. XIII.

QVid eſt aliud negotium †, niſi quæ poſsint vilius cōparari, carius velle diſtrahere? *& infra.* Negotiatores ergo illi abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minime conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces ſuas plus periurijs onerando, quàm pretijs. Tales eiecit Dominus de templo dicens; [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

† *al. negotiari*

Io. 2.

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, lib. 1. epiſt. 9.

Nomine

NEque] Hæc eſt 2. pars diſtinct. & eſt pars illius 21. quæſt.3. Cyprianus.
Casvs. Statutum fuit in concil. Chalcedon. s. 86. diſt. in ca. peruenit. vt nullus laicus clericum in teſtamento ad tutelam nominaret: contra quam conſtitutionem Victor

¶ Nomine ſacerdotis careat, qui Dei miniſtros à ſuis auocat officijs. C. XIIII.

Iuo p.6.c.393.

2 NEque apud altare Dei [a] meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes, & miniſtros voluit auocare. Et ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio à ſacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere; non eſt, quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in eccleſia frequentetur: vt ſacerdotum decretum religioſe, & neceſſarie factum ſeruetur à nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

1. Tit. 3.

1 pars. *DOmui [b] quoque ſuæ oportet epiſcopum bene eſſe præpoſitum, vt quædam inde quodammodo futuræ diſpenſationis argumenta ſumantur. In diſpenſatione vero eccleſiæ hanc regulam obſeruandam nouerit, vt nulli quantumlibet exercitatæ perſonæ duo ſimul officia committat: neque ſecularibus viris res eccleſiaſticas gubernandas committat.*

Vnde Gregorius ſcribit omnibus epiſcopis.

¶ Vni perſonæ duo non committantur officia. C. I.

Poly. l.4. tit. 23.
Anſ. l.7. c.108.
Iuo p.6. c.344.

SIngula [c] eccleſiaſtici [d] iuris officia ſingulis [e] quibuſque perſonis ſingulatim committi iubemus. Sicut enim

Victor cum moriebatur presbyterum Geminium. Fauſtinum in teſtamento ſuo fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus, vt pro eo nullę orationes in eccleſia fiãt, nec oblationes recipiantur.

a ¶ Dei.] Et nonne accuſatur iſte poſt mortem, contra id 23. diſ. quorumdam. C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. 1. & 2? Sol. dicunt quidã, q; accuſari poteſt aliquis poſt mortem per inſtrumentũ, ſicut hic: quia apparebat per inſtrumentum, ideſt, per teſtamentum eum deceſſiſſe in mortali peccato. Sed H. dicit q; iſte non accuſatur: quia notorium erat eum impœnitentem deceſſiſſe 2: alias nõ poſſet accuſari poſt mortem niſi de hæreſi. 23. quæſt. 2. ſane. & in illo caſu. Item & in alijs ſecundum quoſdã, vt 24. q. 2. in ſumma. C. ad legem Iul. ma. l. vlt. Sed nõne debet præſumi pro iſto: quia cum in vltimo inſtanti potuit pœnitere, vt 26. quæſt. 6. qui recedunt. &c. cognouimus? Argum. contra de pœ. diſtin. 1. c. agite. Dicit ergo H. q; cum mortaliter peccauerit, nec pœnituerit, non debet pro eo orari. 13. q. vlt. c. vlt. & punitur hic in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. Vel hoc intelligas quo ad ſepulturam tantum, extra de tornea. c. 1. Io. Credo 3 hoc ad terrorem inſtitutum: nec modo locũ habere. Quod vltimo dicitur, ſeruatur de facto. 86. diſt. c. vlt. B.

Accuſari poteſt quis poſt mortẽ.
1 Adde q; regulariter non põt. l. 1. 2. & 3. C. ſi re. vel ac cuſa.
2 Fecerat enim cõtra id, quod in cõcilio cõtinetur: & ita notoriũ erat eũ impœnitentẽ deceſſiſſe, & ideo nõ fit pro eo oblatio in altari. 13. q. 2. pro obeũtib9. Arch.
3 Idẽ not. hic Lau. & idẽ credit Archid.

DOmui quoque ſuæ.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes: in quarum prima dicitur, q; vni perſonæ non debent committi duæ dignitates vel officia. Secunda ibi, [Volumus.] Tertia ibi, [Propinquis.] Ioan. de Fan.

Casvs. In hac 89. diſtin. repetit illud ca. apoſtolicæ regulæ: Oportet ordinandum domui ſuæ eſſe bene præpoſitum. Et oſtendit q; in hoc debet eſſe prouidus, vt ſicut in domo ſeculari diuerſa officia vni perſonæ nõ committũtur, ſed pluribus: ſic epiſcopus in eccleſiaſticis officijs obſeruabit, ſingula officia ſingulis committẽdo: ita tamen q; adminiſtrationem rerũ eccleſiæ laicus nõ committat. Et habet hæc diſt. quattuor articulos.

b ¶ Domui.] Hoc c. tractauit magiſter ſ. 47. diſt. §. neceſſe. Sed aliter hic, & aliter ibi 4. ibi enĩ expoſuit, domui, ideſt, familiæ ſuæ. hic aliter, domui ſuæ; ideſt, eccleſiæ ſuæ. & illud eſt quaſi præparatorium ad iſtud, vt in hoc §. innuit G. Oſtẽdit ergo in hac diſt. 89. qualiter, prælatus eccleſiaſtica beneficia debeat diſpẽſare: quia plura non debet committere 5 vni: & q; non debet laicos œconomos cõſtituere in eccleſia vel vicedominos 6: & q; eccleſiaſtica officia propinquis non concedat. Lau. ſ. ead. decenter.

4 Qualiter in ſtatutis, & qualiter in legibus capiat hoc nomen, domus, vide per Bar. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. & l. qui domũ & l. nec Labeo. ff. de aduſte.
5 Vt ſ. c. 1.
6 Vt ſ. ca. quia. & c. ſeq.

SIngula.] Casvs. Epiſcopi plura officia vni cõmitebant perſonæ: ſed docet Greg. hoc non eſſe faciendum. Nam ſicut in humano corpore ſingula mẽbra ſuum habent officium: ita in eccleſia Dei (ſecundũ Pauli ſententiã) ſinguli ſingula debẽt habere officia: nec vni perſonę quantũcumque exercitatæ vno tempore ſunt plura officia committenda: & ſicut varietas membrorum per officia diuerſa pręſtat corpori fortitudinem & venuſtatem, ſic perſonarum varietas per ſingula officia diſtributa eccleſiæ præſtat fortitudinem & venuſtatem: alioquin eſſet ibi confuſio.

c ¶ Singulæ.] Nota, q; difficile eſt, vt vnus vicem duorũ obtineat 7. ff. de pact. ſi plures. C. de aſſeſſo. nemo. extra de teſt. ad hæc. C. de teſta. conſulta. vbi dicitur, q; abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. Arg. contra ſ. 21. q. 1. cap. vlt. & ff. quod cuiuſque vniuer. ſicut. §. vlt. Similiter lex dicit q; non poteſt quis per plures ciuitates plures habere poteſtatias. ff. ad munic. libertus. §. præſcriptio. Solu. regulare eſt, quòd vna perſona non ſuppleat vicem plurium 8, niſi in cauſa neceſſitatis, vt idem ſit carnalis & ſpiritualis pater 9. 30. q. 1. ad limina. Vel prælatus in diuerſis eccleſijs. 10. q. 3. vnio. vel idem ſit eligens & confirmans. extra de elect. cum inter. vel vt ipſemet tradat ſibi poſſeſſionem. ff. de contrahen. empt. fiſtulas. §. fundum. vel niſi cauſa vtilitatis, vt cum duæ eccleſiæ vni committantur. 16. q. 1. & temporis. vel vt idem ſeruus vicem plurium dominorum ſuſtineat. ff. de ſtipu. ſer. l. 1. §. communis. vel vt apud ſemetipſum aliquis emãcipetur, vel adoptetur. ff. de adopt. ſi conſul. Lau.

Additio. Vbi de hoc, & extra de proba. ex litteris. ibi videas.

d ¶ Eccleſiaſtici.] non ordinum, ſed dignitatum. vnus enim bene habet omnes ordines: licet ab vno tantum denominetur.

e ¶ Singulis.] infra 21. quæſtio. cap. vlt. contra. Sed illud ex ſpeciali priuilegio: hoc ex generali iure. 16. q. 1. hinc. Lau.

7 Ad hoc 2. q. 1. §. ſed ſciendum in fin. & c. multi. 16. q. 1. presbyteros.
Vnus vicẽ plurium ſupplere non poteſt.
8 Concor. tex. l. ſi plures. cũ concor. ibi addi. ff. d pac.
9 Ad hoc ff. de aucto. tut. l. accipiẽtis. arg. ff. de ma. vin. ſi togatus. §. vlt. licet videat contra. ff. de offi. cõſul. l. 1. §. ſi. Fr. Io. de Fan.

in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita in eccleſiæ corpore ſecundum veridicam Pauli ſententiam, in vno eodemque ſpiritu alij conferendũ eſt hoc officium, alij committendum [a] eſt illud: neque vni, quantumlibet [b] exercitatæ perſonæ, vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus [c], vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem [d] repræſentat; ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa & fortitudinem, & venuſtatem ſanctæ Dei eccleſiæ manifeſtat. Et ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, ſimulque turpiſsimum, ſi ſingula rerũ miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.

Rom. 12.

a ¶ Gregorius.] *Caput hoc à collectoribus ita citatur, quaſi ſint verba alicuius epiſtolæ B. Gregorij. Verũ à Ioanne diacono. lib. 2. vitæ eiuſdem ſancti Pontificis, num. 54. ſic referuntur.* Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim committi debere dicebat; aſſerens, quia ſicut in vno, &c. *Ex eo autem nonnulla ſunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 9. epiſt. 66.

¶ Quilibet epiſcopus vicedominum, & œconomum habeat. C. II.

a VOlumus, vt frater noſter Paſchaſius & vicedominum [e] ſibi ordinet, & maiorem [f] domus: quatenus poſſit vel hoſpitibus [g] ſuperuenientibus, vel cauſis, quæ eueniunt, idoneus & paratus exiſtere. Si vero & negligẽtem eum proſpicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis clerus [h] eius adhiberi debet, vt communi conſilio ipſi eligant, quorum perſonæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

Poly. l. 4. dt. 22.
Anſ. l. 6. c. 145.

Hinc a *colligi poteſt archidiaconi electionem à cuncto clero, ſi epiſcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri poſſe. Officium vicedomini eſt epiſcopatum* † *diſponere.*

† *epiſcopium*

Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epiſt. 11. poſt alia.

a ¶ Hinc.] *Verba hæc vſque ad verſ.* officium *abſunt à pleriſq. vetuſtis exemplaribus.*

¶ Quod ſit officium vicedomini. C. III.

DIaconum vero Anatolium, quem ad nos dirigi popoſciſtis, hoc nos facere nõ poſſe, cauſæ magis modus,

Anſel. l. 7. c. 77.

a ¶ Committendum eſt.] Alius habebit Archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum: & ſic de alijs: ar. ſ. 13. q. 1. c. 1. & 2. Laur.

b ¶ Quantumlibet.] arg. non eſſe derogandum iuri generali propter perſonæ prærogatiuam. ſupra diſt. 61. miramur. ſupra diſt. 78. ſi quis. Laur.

ADDITIO. Sed tamen propter perſonę vtilitatem bene receditur. 1. q. ſi. tali. 15. q. vlt. c. 1. Io. de Fant.

c ¶ Oculus.] ideſt, ſi omne officium attribuitur ei, qui dicitur in eccleſia oculus, vbi erit auditus, ideſt auris: ideſt, officiũ quod ei attribuitur, qui dicitur in eccleſia auris? Per oculum intelligũtur maiores in eccleſia, qui ſibi & alijs prouident. Per aurem in eccleſia diſcreti intelliguntur & ſcientes. Vel referas hoc ad illud quod dixit, quod diuerſitas officiorum ſit in eccleſia: aliàs non obſtaret: quia ſi totũ, &c. quaſi dicat, ſi omnes in eccleſia eſſent vnius officij, quomodo impleretur corpus eccleſiæ, cum diuerſis opus eſt?

d ¶ Et pulchritudinem.] Singula quæq. locum teneant ſortita decenter. Lauren.

VOlumus.] hæc eſt ſecũda pars diſt. in qua probat per quatuor ca. quod in qualibet eccleſia debet eſſe œconomus. Io. de Fã.

CASVS. Paſchaſius epiſcopus nec vicedominum, nec maiorẽ domus in ſua eccleſia ordinabat, qui cauſis intereſſet, & hoſpitibus prouideret. Quare Gregorius præcipit Anthemio ſubdiacono, vt moneat Paſchaſium quatenus vicedominum, & maiorẽ domus in ſua eccleſia ordinet. Si vero hoc negligat, clerus eccleſiæ eligat aliquos, quorum perſonæ ad hoc valent ordinari.

e ¶ Et vicedominũ.] exponit H. ideſt, œconomum rerum epiſcopalium, qui rebus epiſcopalibus, & hoſpitibus ſuperuenientibus prouideat.

f ¶ Et maiorem.] ideſt, œconomum rerum canonicorum, & iſte intellectus habetur ex rubrica quadam. Vel maioratus eſt quædam dignitas, quæ eſt in quibuſdam eccleſijs, vt Vercellis in eccleſia S. Mariæ.

g ¶ Vel hoſpitibus.] quia epiſcopus non poteſt in propria perſona tractare talia negotia. 5. q. 3. quia epiſcopus. & referas quod dicitur de hoſpitibus, ad vicedominum.

h ¶ Clerus.] ar. quod ſi prælatus non vult vel negligit facere ea quæ debet, debent ſuppleri per ſubditos: & econuerſo. arg. ſ. 9. q. 3. cum ſimus. & videtur quod in talibus non ſit neceſſaria admonitio 2. vt extra de ſup. ne. præ. c. licet. extra de conceſ. præb. eccle. non va. quia. in ſi.

OFFICIVM. CASVS. Hic eſt ſecũdus articulus: in quo docet, quod officiũ vicedñi eſt epiſcopatũ diſponere.

DIaconum.] CASVS. Clementina patricia poſtulauit à Greg. Anatolium diaconũ: Sed quia fecerat eum

Ad hoc plene facit quod not. extra de conceſ. præbẽ. literas.

Oculus & auris quos in eccleſia ſignificãt.

Maior eſt dignitas in quibuſdã eccleſijs.

Neglig... tia præ... ſupplem... ſubditos.

a Argu. ad hoc ext. de accu. ſicut & de foro compet. ex trãſmiſſa. nam tẽpo... ei eſt pro... admonit... ne. C. de ... te emphy... l. 2. extra d... locato, ... uit. Arc...

eum vicedominum, vt gubernaret tres epiſcopatus, nõ potuit eum ſibi concedere: & magis propter hanc cauſã, quam propter aliquam aliam duritiam eum ſibi non conceſſit.

a ¶ Vicedominum.] ex hoc cap. patet, ꝙ vicedominus eſt

Vicedominus.

b ¶ Epiſcopos.] vel etiam alios prælatos. quilibet enim prælatus debet œconomum conſtituere. C. de epiſcopis & clericis. omnes. §. hoc nihilominus. arg. 9. q. 3. cum ſimus. extra de offic. ordi. cum vos. De officio œconomi, ſyndici, actoris, not. 16. q. 7. quoniã. Ar. ꝙ epiſcopum

quàm rigoris auſteritas facit. Vicedominum [a] enim eum conſtituimus, cuius arbitrio epiſcopium commiſimus diſponendum.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 26.

¶ De eodem. C. IIII.

16. q. 7. quoniã in quibuſdam. Anſ. l. 6. c. 143. Poly. l. 4. tit. 22. Deuſdedit p. 4.

QVia in quibuſdã eccleſijs, ſicut ad nos peruenit, ſine œconomo epiſcopi res eccleſiaſticas tractant; placuit omnes eccleſias habentes epiſcopos [b], etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet eccleſiæ res cum arbitrio ſui epiſcopi, vt non ſine teſtimonio [c] ſit gubernatio ipſarum rerum eccleſiaſticarũ; & ex hoc eueniat res eiuſdem eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non obſeruauerit, diuinis ſubiaceat regulis.

¶ Hic idem canon refertur infra 16. q. 7. c. quoniam in quibuſdam, ex verſione Dionyſii. Hic enim eſt ex priſca, quæ extat in collectione Iſidori.

Item Gregorius Ianuario Caralitano epiſcopo, lib. 7. epiſt. 66.

¶ Sæcularibus viris res eccleſiaſticæ non committantur. C. V.

Anſ. l. 6. c. 146. † cõmittẽtes] orig.

INdicatum eſt nobis, quòd laicis quibuſdam curam veſtri patrimonij commiſeritis †, qui poſtmodum in ruſticorum veſtrorum deprædationibus, atque « fatigationibus fuerint deprehenſi; & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quaſi ſuæ ditionis, quippe veſtræ nõ ſuppoſiti curationi, poſtponant, vobiſque deſpiciant actuum ſuorum reddere rationem. Quod ſi ita eſt, diſtrictè à vobis diſcuti conuenit, atque inter eos [d], eccleſiæque veſtræ ruſticos cauſã examinare ſubtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna [e] legibus ſtatuta reddere compellantur. De cetero vero cauendum à fraternitate veſtra eſt, ne ſæcularibus viris, atque non ſub regula noſtra degentibus, res eccleſiaſticæ committantur; ſed probatis de veſtro officio clericis. In quibus, ſi quid reperiri

poſſet corrigere œconomus res eccleſiæ diſpenſantẽ; ſicut & archidiaconus [1]: argu. diſt. 74. honoratus.

Epiſcopus œconomũ corrigere poteſt.

1 Immo & patronus, & quilibet alius ſubditus. 16. q. 7. filius. argu. ſm Hu.

c ¶ Teſtimonio.] epiſcopo enim perhibẽt teſtimonium œconomi ſuæ adminiſtrationis: ſed cubicularij ſui perhibent teſtimonium ſuæ conuerſationis, vt 2. q. 7. cum paſtoris. Io.

INdicatum eſt.] CASVS. Ioan. epiſcopus Carolitanus commiſerat curam epiſcopatus in temporalib⁹ quibuſdam laicis, qui ruſticos eccleſiæ ſuis bonis expoliauerunt: de quo ruſtici fuerũt Papæ conqueſti. præcipit ergo Papa Ioanni epiſcopo, vt rei veritatem inquirat: & ſi laici inueniantur in culpa, cum pœna legali compellantur reddere vniuerſa, & de cetero non committat curam epiſcopatus laicis, ſed clericis, quos corrigere poſſit.

d ¶ Inter eos.] Sed nõne iſti erãt laici? ergo debẽt conueniri ſub ſæculari iudice, vt 11. q. 1. experientiæ? Sed ideo conueniũtur corã eccleſiaſtico, quia rapuerunt bona eccleſiæ, vt extra de foro compe. c. cum ſit generale. & eſt hoc contra rectores ciuitatũ, qui compellunt ruſticos eccleſiarum ſub ſe reſpondere [2]. Alij dicunt ſeruos & libertos eccleſiæ ſequi forum dominæ, id eſt, eccleſiæ, vt dixi 11. q. 1. c. 2. ruſticos autem non, ſed ſæculare: niſi eccleſia ab Imperatore conſecuta eſſet iuriſdictionem ſuper eos. argu. 63. diſt. c. ego. extra de app. ſi duobus. verius dicitur hic laicos iſtos conueniri in foro eccleſiæ ratione prædicta, & quia adhuc erant in adminiſtratione, vnde ratione adminiſtrationis ruſticos conuenire poterant ſub epiſcopo. arg. 2. q. 6. c. ei qui. §. nulli quoque. poſt depoſitam adminiſtrationem non, niſi forte in breui, vel niſi fugerẽt. in authen. vt iu. ſine quoquo ſuf. §. ſi quis autem. & §. neceſſitatem. Alij dicunt, quòd iſte epiſcopus reprehenſus fuerat: quia œconomum fecerat aliquem de iſtis laicis, qui tantũ clericus eſſe debet: aliàs bene poſſet eis committere curã ruſticorum, & aliorum bonorum epiſcopatus. 77. diſt. c. 2. in fi.

Laici corã iudice eccleſiaſtico poſsũt quãdoque conueniri.

2 Dicit hic Hug. & in hoc pũcto poteſtas Bonon. voluit obtinere ꝯ Bononien. epm, ſed nõ potuit. de hoc no. 16. q. 1. cap. generaliter. §. nouarum. in ver. iuxta. Arch.

e ¶ Cum pœna.] iſti committebant crimen concuſſionis: cuius pœna quadruplum eſt, vt 18. diſtin. quoniam. & hoc

Concuſsionis pœna.

eſt, qui habet poteſtatem ſuper res ipſius epiſcopatus: œconomus qui ſuper res canonicorum: cui ſcilicet res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus. in princip. Et ſicut epiſcopus diſpenſat res epiſcopales ſub teſtimonio vicedomini: ſic canonici res eccleſiaſticas ſub teſtimonio œconomi: & econuerſo. vt 16. q. 7. quoniam. & 12. q. 1. manifeſta. Iſte œconomus in quibuſdam eccleſijs appellatur præpoſitus.

QVia in quibuſdam.] CASVS. Dictum fuit in cõcilio Chalcedonen. ꝙ quidam ſine œconomis res eccleſiæ gubernabant. præcepit ergo concilium, vt vnuſquiſque epiſcopus habeat œconomũ de proprio clero: qui arbitrio epiſcopi res eccleſiæ gubernet: ne propter abſentiam œconomi res eccleſiæ diſpergantur, & epiſcopo infamia generetur: & qui contra hoc fecerit, diuinis regulis ſubiacebit.

Eccleſia ſuû qñque cû augmento repetit.

& hoc cum ciuiliter agitur. cum vero criminaliter punitur pro arbitrio iudicis, vt 1. q. 1. concuſſion it. & ſic eccleſia ſuum quandoque poteſt cum augmento repetere, vt 12. q. 2. c. in legibus 1. ſed argum. contra. ead. q. fraternitas.

q. 3. peruenit. & 10. q. 2. epiſcopus.

d ¶ In duplum.] ſic 12. q. 2. cap. in legibus.

ADDITIO. Hoc cap. videtur potius cõtra. ſed ibi dicit, & pro contrario hic alleg. Hug.

PORRO. CASVS. Hic eſt quartus articulus, vbi ro redditur quare vni pſonæ nõ ſunt dãda diuerſa officia.

1 De hoc leg. & not. 18. diſt. quoniam. in fi. ibi videas.

a ¶ Vt in ſubditis.] videtur ergo q prædicti laici nõ ſint de foro eccleſiæ: ſed ideo hoc dicit, quia faciliꝰ coercent clerici quàm laici.

b ¶ Quàm accuſēt.] ideſt accuſabiles oſtẽdant.

PROPINQVIS. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, q epiſcopus hoc officium non debet committere ſuis conſanguineis. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur, q epiſcopus nõ debet committere cõſanguineis vel fauore ſibi coniunctis res eccleſiæ gubernandas.

DEcẽter.] CASVS. Querimonia facta fuit in concilio Toletano, q quidam epiſcopi res eccleſiæ dabant gubernandas conſanguineis, vel fauore ſibi coniunctis, per quos res eccleſiæ lædebantur. Ideo ſtatuit concilium, vt talibus adminiſtratio non committatur: qđ ſi factum fuerit, illi ab adminiſtratione remoueantur, & epiſcopi excommunicationi annuæ ſubiacebunt, & quæ male ablata ſunt, reddantur in duplum ab ijs qui abſtulerunt.

c ¶ Aut ſanguine.] ſic decima q. 2. hoc ius. in fin. Vel intellige de ijs, qui malæ vitæ ſunt. aliàs videtur eſſe contra. ī. diſt. 86. non ſatis. quis enim carnem ſuam odio habuit? 13. q. 2. nõ ęſtimemus. Sed quare ꝓhibet hoc de propinquis? ideo, quia magis proni ſunt epiſcopi ad dandum coniunctis perſonis quàm alijs. Sic ſæpius & fortius prohibetur fornicatio; quia potius peccatur hoc genere pecati 50. diſtin. quia tua. Item ſicut magis punitur qui interficit vxorem, quàm matrem: quia proniores ſunt homines ad illud faciendum, vt 33. q. 2. admonere. Item ſicut hac ratione ſubuenitur mulieri cum intercedit, non tamen cum dat: quia pronior eſt ad intercedendum, quàm ad dandum, vt ff. ad Velleia. l. 4. Item & alia ratione prohibetur dare propinquis: quia ſẽper præſumitur, q res eccleſiæ latenter lædantur per eos. 2.

Epiſcopi citius propinquis, q̃ alijs dant.

Mulieri intercedenti, ſed nõ dãti ſubuenit.

poterit prauitatis, vt in ſubditis [a], emendare quod illicite geſtum fuerit, valeatis: quo [β] videlicet apud vos habitus ſui officium magis conuenienter adminiſtrent, quàm accuſent [b].

α ¶ Atque fatigationibus.] *In plerisque manuſcriptis legitur,* atque exfatigationibus: *in editionibus epiſtolarum B. Gregorij,* atque per hoc & fatigationibus. *in vno autem vetuſto earumdem epiſtolarum codice,* atque per hoc exfugationibus.

β ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregoriũ legitur,* quos apud vos habitus ſui magis officium commendet, quàm excuſet.

3 *Propinquis etiam, vel fauore ſibi coniunctis eccleſiaſtica officia epiſcopus committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio 10. c. 3. legitur.

¶ Eccleſiaſtica officia non committat epiſcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

DEcenter omnibus placet, & in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cetero faciendum. Quicumque † igitur pontificum deinceps aut ſanguine [c] propinquis, aut fauore perſonis quibuſcumque ſibi coniunctis † talia lucra † commendare tentauerit; ad ſuũ nefandæ præſumptionis excidium, & quod iuſſum fuerit, deuocetur in irritum; & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi ſubiaceat. Quæ vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum [d].

† *Nam quiſquis*] orig. † *deuinctis*] or. † *al. loca*

Porro ipſa officia quare ita ſint diſtinguenda, & nõ vni perſonæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui ſic aiunt.

¶ *Caput hoc pene iiſdem verbis legitur in epiſtola Bonifacii ſecundi ad Eulaliũ, & Gregorio primo ad epos Galliarũ, lib. 4. epiſt. 52. Sic quoque in aliis epiſtolis B. Gregorii multa leguntur, quæ in ſcriptis ſuperiorum Pontificum habentur.*

¶ Graduum & ordinum diſtributio eccleſiaſticam vnitatem conſeruat. C. VII.

AD hoc diſpẽſationis † diuinæ prouiſio gradus diuerſos [c], & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum

† *al. diſpoſitionis*

AD hoc diſpenſationis.] CASVS. Gregorius & Bonifacius dicunt, q ideo eſt conſtitutum, vt diuerſa officia diuerſis committantur perſonis, quatenus ex obedientia minorum, & ex dilectione maiorum erga minores, recta fiat adminiſtratio ſingulorum officiorum. aliter enim vniuerſitas rerum rationabiliter gubernari non poſſet. & quòd in eccleſia Dei debeant eſſe officia diuerſa, probatur ad inſtar curiæ cæleſtis, vbi quidam angeli ſunt minores, & quidam maiores.

e ¶ Diuerſos.] inter prælatum & ſubditum.

a ¶ Et potiores.]hoc erit vſque in diem iudicij tãtum. Dicit enim Apoſtolus, Dum mundus iſte durabit, homines præerunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit omnis prælatio, non tamen ordo vel maioritas. ali- recipere, non debet eſſe talis, vt inter alios diſcordiã ponat. hæc continuatio mihi placet: & littera hoc videtur velle. Sed Beneuen. & H. ſic continuant. ſ. 46. diſt. oſtendit Gra. epiſcopum non debere eſſe litigioſum in ſe, i. quod non debet lites amare. Nunc autem aliter repetit, ſcilicet vt non amet litigia inter alios: ſed diſcordantes reconciliet. Et eſt caſus primus planus.

Prælatio quælibet poſt iudicium ceſſabit.

reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores[a] minoribus dilectionem impenderent; vera[b] † concordia fieret, & ex diuerſitate contextio[c], & recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas[d], alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia vero quæque creatura in vna eademque qualitate[e] † gubernari, vel viuere non poteſt; cæleſtium militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt Angeli, & ſunt Archangeli; liquet, quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine (ſicut noſtis) differt alter † ab altero.

† *vna concordia fieret ex diuerſitate cõtextio*] orig.

† *æqualitate*] Bon.

† *al. vnus*

DISTINCTIO XC.

f, g *Litigioſus*[f] *quoque prohibetur ordinari; quia qui ſua poteſtate diſcordãtes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes diſſidentium prohibetur recipere; nequaquam litigandi facilitate alios ad diſſidium debet prouocare.*

Vnde in concilio Carthaginenſi quarto, c. 59. legitur.

¶ Clerici diſcordes deijciantur, vel reuocentur ad concordiam. C. I.

Burc. l. 2. c. 215. Iuo p. 6. c. 290.

DIſcordantes clericos epiſcopus vel ratione[g], vel poteſtate[h] ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet.

Item ex eodem, c. 93. & 94.

¶ Diſsidentium fratrum, in eccleſia oblationum dona non recipiantur. C. II.

Burc. l. 5. c. 38. & 39. Iuo p. 2. c. 47. & 48. ĵ. c. eorum.

OBlationes[i] diſsidentiũ fratrum neque in ſacrario, neq. in gazophylacio[k] recipiantur. *Similiter* †. ¶ Dona[l]

† *al. ſimiliter dona eorum*

f ¶ Litigioſus.] In hac diſt. 90. tractat hoc c. nõ litigioſum, quod tractauit 46. diſt. ſed diſſimiliter. ibi enim oſtendit, quod epiſcopus nõ debet eſſe litigioſus. hic vero, quod diſcordantes debet ad concordiã reuocare. vltimo additur, quod epĩ debent ſibi viciſſim pſtare auxilium ad pacem ſeruandam.

g DIſcordantes.] Ratione.] id eſt, amicabili cõpoſitione extra iudiciũ & de plano. nã iudex ad concordiam laborare debet. 5. q. 2. ſi primates 1, & litigantes recõciliare. ff. de vſufr. ſi cuius. §. æquiſſimũ. & de of. pſi. illicitas. ne potẽtiores. Si ergo inter ſe compoſitionẽ faciãt, remanebũt crimina impunita, ſ. illud. ff. ad le. Aquil. ità vulneratus 2. ſed hoc in crimine iniuriarũ obtinet, quod quilibet põt remittere. ſed ſi criminaliter ageret, eſſet falſum: ſed ſi delictũ tãgeret eccleſiã, ibi non poſſet ſubditus componere cum prælato, vt 23. quæſt. 4. ſi hi qui. poteſt tamen renunciare accuſationi, vt extra de acc. veniens.

Iudex ad concordiã laborare debet.

1 Concor. tex. ī Auth. de manda. princ. §. deinde. coll. 3 non tñ põt eos cogere. text. eſt in §. fin. in Authen. vt lit. iu.

2 Et extra de ſen. excom. vt famæ. ff. de fideiu. ſi à reo. §. vlt.

aliquis enim maior erit alio. nam in domo patris mei, & c. de pæ. diſtin. 4. in domo. ſed non præerit ei, & vide quomodo prælatus & ſubditus ſibi conectuntur, vt 95. diſt. eſto. & hæc diuerſitas ordinum propter maiorẽ concordiam eſt ſtatuta, vt 45. diſt. licet 2.

b ¶ Vera.] id eſt, per veram concordiam. Io.

c ¶ Contextio.] ĵ. 95. diſt. eſto. Io.

d ¶ Vniuerſitas.] creaturarum.

e ¶ Qualitate.] quia qualitas corporum non poteſt manere in vno ſtatu. de conſec. diſtinct. 5. ne tales. & dicit lex, quòd circa ſtatum humanum nihil eſt ſtabile, vt in Auth. de non alie. aut permu. §. vt a item. coll. 2. vel dic, qualitate, id eſt, æqualitate. quia nõ omnes poſſunt eſſe epiſcopi.

Status humanus eſt inſtabilis.

LItigioſus.] Hæc diſtin. diuiditur in duas partes. in quarum prima probatur, quòd clerici nõ debent eſſe litigioſi: quia ex officio ſuo tenentur alios ad concordiam reuocare, & ſi talis fuerit, ordinari non debet: & hoc probat x. aucto. ſanctorum. Secunda ibi, [Præcipimus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Repetit hic illud c. Apoſtolicæ regulæ, non litigioſum: qui ordinari prohibetur. Nam cum diſcordantes debeat concordare, & oblationes diſſidentium non

ADDITIO. Ad idem in Authen. de man. princ. §. deinde. coll. 3. Pacis enim turbator capite plectẽdus eſt. ff. de re mili. qui metu. Archid.

h ¶ Vel poteſtate.] ſcilicet coerctione. vt ff. de officio præſidis, congruit. & ĵ. eo. placuit.

OBlationes.] CASVS. Dicitur, quod ſacerdos non debet recipere oblationes diſcordãtium fratrum, nec eorum qui pauperes opprimunt.

i ¶ Oblationes.] cum odium eorum apertum eſt & notorium: hoc intellige de voluntarijs oblationibus, non de decimis & primitijs. ext. de elect. de terris. 16. q. 1. decimæ. Lau.

k ¶ In gazophylacio.] id eſt, arca; vel locus eſt vbi reponuntur oblationes, à gaza, quod eſt diuitiæ, & phylattin, quod eſt ſeruare.

Gazophylacium quid eſt.

l ¶ Dona.] dicit Hug. hoc generaliter intelligendum eſſe de quolibet, qui eſt in mortali peccato 3, & gratia exẽpli eſt illud poſitum, ſ. diſſidentium. Tu melius dic, quod cum hæc ſit pœna, non debet extendi niſi quatenus reperitur delictum. nam ſpecialiter de quibuſdam perſonis inuenitur prohibitum, vt hic de iſto. Item de eo qui pauperem opprimit. Item de ſacrilego, vt 12. q. 2. de viro

3 Subau. in quo quis cõtumaciter perſiſtit, ſecundum Hug. Oblationes facere multis eſt vitium.

Item de eo,qui vi extrahit ſeruum ad eccleſiam confugientem,vt 17.q.4.mitor.Itẽ de raptore.extra de rapt. ſuper eo.Item de vſurario.extra de vſuris,quia in omnibus. ſed etiam pænitentes quandoque prohibentur oblationes facere.de conſec.diſt.4.eos.Idem dico de meretrice 1.

rantes in deſerto) agere debet pænitentiam ad arbitrium ſacerdotis,iuxta magnitudinem peccati ſui.
f ¶ Opus eius.] id eſt,oratio eius ſi clericus eſt.opus enim eius eſt orare.36.diſt.cap.vlt.vel ſi eſt laicus, opus eius, id eſt,oblatio eius.5.ca.diſt.oblationes.& 12.q.1.duo.

eorum,qui pauperes opprimunt [a], à ſacerdotibus refutanda ſunt.

Item Cyprianus,de vnitate eccleſiæ.

¶Extra eccleſiam eſſe probatur, qui pacem cum proximo non habet. C. III.

NEque ad Cain munera reſpexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat,qui cum fratre pacẽ per zeli diſcordiam non habebat.Quam ſibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? An ſecum eſſe Chriſtum,cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Chriſti eccleſiam [b] colliguntur? Tales etiam ſi occiſi in confeſſione nominis fuerint,macula illa nec [c] ſanguine abluitur [d]. Inexpiabilis [e],& grauis culpa diſcordiæ nec paſſione purgatur.

Item ex octaua ſynodo.

¶Murmurantes à fratrum vnitate alieni efficiantur. C. IIII.

ALienus ſit à fratrum vnitate,qui murmurat; & opus eius [f] abijciatur,qui murmurans α extiterit: ne pœnam murmurantium incurrat: de qua Apoſtolus dicit: [Neque [g] murmuraueritis,ſicut quidã murmurauerunt [h], & perierunt ab exterminatore [i].] Iuxta β menſuram itaq. operis peccator (quod in hac ſententia Apoſtoli plenius declaratur)ſacerdotis iudicio pæniteat.

¶ *In libello B. Baſilij de inſtitutis monachorũ Rufino interprete (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti eſt impreſſus.)c.42. in vltima reſponſione habetur prima pars huius capitis vſque ad ver.* abijciatur.

α ¶Qui murmurans.] *Eiuſdem libelli, c. 50. penultima interrogatio ſic habet*, Si vero etiam quis murmuret propter eſcã, quæ erga eum ſententia ſeruabitur? Reſp. Ea,quæ circa eos, qui murmurauerunt in deſerto. Dicit enim Apoſtolus:[Neq. murmuraueritis,ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.]

β ¶Iuxta.] *Hac pars non habetur in eo Baſilij loco. Apud Burchardum vero & Iuonẽ (à quibus citatur ex concilio Moguntino) ſic legitur*, iuxta menſuram, opuſque peccati,quia in hoc ſententia,&c.

Item ex eodem.

¶Corripiantur,qui rixas,& contentiones amant. C. V.

SI quis [monachus † contentiones,vel rixas amauerit,

a ¶ Opprimunt.] ſi quis tamen officiatus opprimit ruſticos; quia forte debet habere decem,& accipit duodecim: dona eius non ſunt reſpuenda de iure ſecundũ quoſdam: quia transfert dominium in huiuſmodi,& fieri põt inde eleemoſyna: nec eſt vera rapina. arg. 14.q.5.non ſane.ſi tamen propterea correctus nollet ceſſare,debẽt reſpui. Vel dic, quod inde poteſt fieri eleemoſyna, non tamen oblatio. Idem dico in meretrice, vt dixi 14. q.5.in prin.

NEque.]CASVS. Quidam inimici fratrum & inuidi confiſi de illo verbo Euangelij: Vbicunq; fuerint cõgregati duo vel tres in nomine meo,&c.inſimul collecti ſacrificabãt Domino. Sed dicit Cyprianus,quod Deus eorũ ſacrificia nõ reſpicit: ſicut ad ſacrificia Cain non reſpexit:talis enim culpa diſcordiæ non dimittitur, etiam ſi paſſionẽ patiatur pro Chriſto.

b ¶ Eccleſiam.] extra quam qui inueniunt, exterminabuntur. 24. q.1.quia ex ſola.Lau.

c ¶ Nec ſanguine.] ſi impænitens decedat. hoc ad exaggerationẽ huius criminis dicit; quia idẽ eſt in quolibet alio crimine.

d ¶Abluitur.] quo ad vitam æternam: ſed valet martyrium quo ad minorẽ pœnam. de pæn.diſt. 4. ſi quis autem non habens.

e ¶ Inexpiabilis.] Verum eſt poſt mortẽ, aliàs de nemine deſperãdũ eſt, vt de pæn. diſt.7.nemo. 32. q. 2. ancillam.nam qui impænitens decedit in martyrio,nõ ſaluatur 2.de pæ.diſt.1.c.vlt.ſed mitius punitur,vt ibidem dicitur, & de pæ.diſt.3.§.poteſt.

ALienus.]CASVS.Dicitur in hoc c. quod quicumque murmurat & diſcordat à fratribus,abijciendus eſt ipſe,& factum eius,qui ne exterminetur ab angelo exterminatore(ſicut fuerunt exterminati Iudæi murmurantes in deſerto) agere debet pænitentiam ad arbitrium ſacerdotis,iuxta magnitudinem peccati ſui.

g ¶ Neque.] ſic 2.q.7.§. de his etiam.
h ¶ Murmurauerunt.] & perierunt in deſerto.illa pœna eſt,vt citius moriatur.11.q.3.epiſcopi ſi ſacerdotali.
i ¶ Ab exterminatore.] id eſt,ab angelo malo,qui exterminauit murmurãtes in deſerto à terra promiſſionis. B.

SI quis monachus.]CASVS. Quæſitum fuit quantã pœnam debeat pati monachus,qui rixatur,vel fratribus

1 Argu.ad hoc bonũ in Auth.de leno. § prĩ. & quod ibi not. coll.3.

Deſperandum eſt de nemine.

2 Ad hoc vide quod le. & no.1. q.1.vide.

g ¶ Neq;.]

Burc.l.10.c.52. & 54. Iuo p.13.c.55. & 53.ex conc. Moguntino. 1.Cor.10.

In regula Iſidori,c.17. Burc.l.10. c.62. Iuo p.11.c.63. † abeſt à multis exempl.

ribus conuitia infert:& reſpondet, iuxta modum peccati diuturna pœna purgentur ad arbitrium ſui prælati. Idē eſt & ſi fuerit murmurator. Sequēs cap. planū eſt.
a ¶ Vel manifeſtum.] id eſt manifeſte.
b ¶ Diurna.] Videtur quod tanto tempore debeat quis eſſe in pœnitentia, quanto fuit in peccato. 3. q. 2. c. 1. Sed dicimus hoc ponendum in arbitrio prælati. nam quandoque inuenitur, quod debet eſſe tanta. de pœ. diſt. 1. quãobrem, quandoque minor. de pœ. diſt. vlt. cap. vlt. quandoque maior. de pœ. diſt. 3. productior.
c ¶ Prioris.] id eſt, abbatis. abbas enim poteſt abſoluere monachum ſuum iniicientem manus in monachum ſuum, vel alterius. ſed non poteſt ſi percuſſerit clericū ſæcularem 1, vt extra de ſen. excom. cum illorum, &c.

Pœnitētia eſt arbitraria.

vel manifeſtum [a] conuicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati, diurna [b] expietur pœnitentia. *Item.* ¶ Qui contentioſus aut murmurans extiterit, ſecundum arbitrium prioris [c] tamdiu β pœniteat, quãdiu culpæ qualitas extat.

In l. ſententiarū Patrū. c. 96. ex ſtatutis ſeniorū. Burc. l. 10. c. 53. Iuo p. 13. c. 54.

α ¶ Si quis monachus.] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathenſi, in quo etiam habetur ex codice librorum ſexdecim, lib. 5. c. 22. abeſt autem fere vbique, etiam in multis Gratiani exemplaribus vox,* monachus.

β ¶ Tamdiu.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem poſteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro ſententiarum Patrum, c. 96. ex ſtatutis ſeniorū) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 25.

¶ Diſſidentes epiſcopi ad concordiam redire cogantur. C. VI.

Burch. l. 1. c. 61. Iuo p. 5. c. 172.

DIſsidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, ſynodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 26.

¶ De eodem. C. VII.

Burc. l. 1. c. 101. Iuo p. 5. c. 203.

STudendum eſt epiſcopis, vt diſsidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem [d] magis, quàm ad iudicium coerceant † [e].

† *cohortētur*] vera lectio

Item ex eodem, c. 94.

¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. C. VIII.

1. ead. oblationes. Burc. l. 5. c. 39. Iuo p. 2. c. 48.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona à ſacerdotibus ſunt refutanda.

Item ex concilio Agathenſi, c. 31.

¶ A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. C. IX.

Burc. l. 10. c. 61. Iuo p. 13. c. 62.

PLacuit etiam, vt (ſicut plerumque fit) quicumq; odio, aut longinqua inter ſe lite diſſenſerint, & ad pacem reuocari diuturna † obſtinatione nequiuerint, à ſacerdotibus ciuitatis primitus arguantur [f]: Qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de eccleſiæ cœtu iuſtiſsima excommunicatione [g] pellantur.

† *al. diutina intentione*

¶ Diuturna not. doct. quod iudex pōt cogere ad cōpromittendū eos, qui diu litigauerunt in l. quidā æſtimauerunt. ſi certum peta.

Item Fabianus Papa.

STudendum.] CASVS. Dicitur hic, quod epiſcopus diſcordãtes clericos, vel laicos debet ad concordiam reuocare, potiꝰ quàm ad iudicium vocare. & conſueuit hoc capitulum intelligi in crimine iniuriarū. Seq. cap. patet.

d ¶ Ad pacem.] Hæc & ſimilia intelligo, cū ciuiliter agitur de crimine: vel in cauſa ciuili: ſecus vbi criminaliter ageretur. expedit enim peccata nocentium nota eſſe. ff. de iniur. eum qui. & extra de col. deteg. c. 1. Ioan. vel cū agitur actione iniuriatum, vt dictum eſt ſ. ead. cap. 1. B.

e ¶ Coerceant.] argu. quod epiſcopus ſi quis coram eo accuſauerit aliquem, & velit deſiſtere, & ille velit ei remittere, nō debeat eos cogere proſequi cauſam illam 2 etiam lite conteſtata: & quod illi poſſint deſiſtere cum epiſcopus debeat magis hortari ad pacem quàm ad contentionem. arg. 5. q. 2. ſi primates. Io. quod verum credo in crimine iniuriarum, vel cū agitur ciuiliter: aliàs non 3, vt extra de col. c. 1. B.

PLacuit etiã.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi quis habet diſcordiam cum aliquo, debet moneri, vt ad pacem redeat: & ſi contempſerit, debet excõmunicari.

f ¶ Arguantur.] arg. quod admonitio ſemper debet præcedere vindictam. arg. 11. q. 1. indigne.

ADDITIO. Ad idem 32. q. 5. præceptum. ff. de fideicom. lib. cū vero. §. ſubiectum. & §. ſeq. Ad idem 45. diſt. licet plerumque. Archidia.

g ¶ Excõmunicatione.] Videtur tamen, quòd primo iudex ſæcularis coget 4 eos ad concordiam: & ſi hoc non ſufficiat, quòd tunc excommunicabuntur. 17. quæſt. 4. de presbyterorum, &c.

Abbas monachū excōicatū abſoluere poteſt.

1 Iſto caſu debet abſolui à diœceſano epo: quod dic vt ex[illegible] ſen. excom. [illegible] religioſo. ibi videas.

Accuſator pēdente accuſatione pōt deſiſtere.

2 Adde au & qñ poteſt accuſator deſiſtere notat Cy. in l. ſi. C. de accuſa. & in l. 2. C. de exhiben. re. B. in l. athletas. ff. de fal.

3 Et eſt ratio quia expedit peccata nocētiū, &c. vt dr̄ in gl. præ. ſecūdum R.

4 Coget. Vide legiſtas l. quidam æſtimauerunt. ſi cer. peta.

¶ Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri ſuo reconciliari noluerit. C. X.

SI quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo, ſatisfaciente [a] eo, qui contriſtauit, acerrimis maceretur inedijs [b], vſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.

[Burch. l. 10. c. 59. Iuo p. 13. c. 60. ex Fabiano.]

Item Innocentius ſecundus.

¶ Epiſcopi ad pacem firmiter tenendam viciſſim ſibi conſilium & auxilium præſtent. C. XI.

2 PRæcipimus [c], vt epiſcopi ad ſolum Deum, & ſalutẽ populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſemota, ad pacem firmiter tenendam mutuum ſibi conſilium, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quòd ſi quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

[In conc. Lateranen. c. 9. extra de treuga, & pace. c. 1. §. præcipimus, ex Alex. iij. Pann. l. 8. c. 147.]

Item Victor Papa ad Afros, epiſt. 2.

¶ Expellendi ſunt à communione fidelium, qui ſibi inuicem reconciliari noluerint. C. XII.

PErlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrum nocere fratribus † velle, & vt cadant, decertare: ſimiliter in ſacramentis, diſcrepare [d], & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos: à quibus diſſenſionibus vos auertere, & in his omnibus concordare [e], & opem ferre viciſſim mandamus. Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis; ab Apoſtolicæ ſedis, & totius eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.

[Poly. l. 4. tit. 13. † *al. fratres*]

DISTINCTIO XCI.

QVi autem [f] turpi lucro, vel inhoneſto negotio victum ſibi quærere prohibentur; de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequatur. Quòd ſi eccleſia ei ſufficere non potuerit; proprio artificiolo †, vel agricultura (exemplo Apoſtoli, qui de labore manuum viuebat) ſibi neceſſária inueniat: ita tamen, vt occaſione ſui operis vigilijs eccleſiæ non deſit. Quod abſque

[† *al. artificio* Act. 20. 2. & 1. Cor. 4. 1. Theſ. 2. & 2. Theſſ. 3.]

SI quis contriſtatus.] CASVS. Quidam ſatisfacere nolebat alicui cui iniuriam fecerat: ſed iniuriã paſſus reconciliari volebat. Quæſitum fuit, quid de illo fieri debeat; & reſpondet, q. debet fame macerari, donec de nolente fiat volens.

a ¶ Satisfaciẽte.] Immo etiam non ſatiſfaciente eo, rancorẽ tenetur dimittere, vt de pœ. diſt. 5. c. vlt. quia non eſt licitum nobis aliquem odio habere, vt 23. q. 4. c. cum in lege. 11. q. 3. inter verba. ſed actionẽ iniuriarum, id eſt, ſatisfactionem, non tenemur dimittere. nã ad remittendã iniuriam nullus eſt cogendus 1. 23. q. 4. ſic illic. immo bene facit qui dimiſſo rancore agit iniuriarum. 45. diſt. & qui emendat. 23. q. 5. de occidendis.

[Rancorẽ, ſed nõ iniuriam tenemur dimittere.]

[¶ Et vide quod not. 1. q. 4. quia prælatus in gl. ar. q. &c. verſic. ſed nũqd &c. Archi.]

b ¶ Inedijs.] id eſt, pœnis excommunicationis.

PRæcipimus.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua probat q. epiſcopi debent ſibi præſtare conſilium & auxilium ad pacem tenendam. Io. de Fan. CASVS. Dicitur hic q. ad pacem firmiter tenendam & obſeruandam debent epiſcopi ſibi mutuum auxiliũ exhibere: & qui hoc non fecerit, deponatur.

c ¶ Præcipimus.] per iſta cap. patet q. ad iudicium eccleſiæ ſpectat facere pacem, vt hic, & extra de treuga & pace. treugas. Item patet hic q. epiſcopi puniũtur, qui ſibi nõ præſtãt mutuum auxiliũ, vt 3. q. 1. nulli. & etiam mortuo epiſcopo vel infirmo vicini epiſcopi tenent ſupplere defectũ epiſcopi, vt 7. q. 1. pontifices. Ioan.

[Epiſcopi ſibi mutuũ debent præſtare auxilium.]

ADDITIO. Hinc eliciunt aliqui quare per diuerſa anni tẽpora treugæ conſtituantur, extra de treu. c. 1. vt ſcilicet eo tempore paci reformãdæ detur opera. arg. C. de fer. l. dies. arg. 33. q. 2. placuit. Ioan. de Fant. & hic adde. & videas quod dicam 24. q. 3. illi qui. Archid.

PErlatum.] CASVS. Quidam conabantur vt alij ab officio caderent, & ordinibus: in ſacramentis, ab alijs diſcordantes, vt in baptiſmo & alijs ſacramentis, vnde diſcordiæ ortæ ſunt inter eos. Quod cum Victor Papa audiuiſſet, præcepit vt ad pacẽ velociter redirẽt, & auxilium ſibi viciſſim conferrent. Si vero contempſerint, à communione eccleſiæ repellantur.

[Baptiſmi forma debet eſſe ſimplex.]

d ¶ Diſcrepare.] hoc dicit canon, vt ſimplam teneamus baptiſmi formam propter ſchiſma vitandum. de conſecra. diſtin. 4. propter vitandum. vbi tamen conſuetudo eſt diuerſa, nihil officit, vt de conſecra. diſtin. 4. de trina.

e ¶ Concordare.] cum metropolitana eccleſia. 12. diſt. c. pen. de conſe. diſt. 1. altaria. & diſt. 3. c. litteris. Io.

QVi autem turpi.] CASVS. Supra in diſt. 88. dictum eſt quod clerici negotiari non debent. Sed quia dubitari poſſet vnde viuere debeant: ideo ſubiungit hanc 91. diſt. Gratianus, vbi docet q. viuere debet de oblationibus, & de decimis: quæ ſi deficiant, ad inſtar Pauli quærant ſibi victũ de aliquo artificiolo: dũmodo propter hoc officia ſua non negligant, niſi eſſent infirmi.

f ¶ Qui autem.] dictum eſt s. 88. diſt. clericis nõ licere negotiari: vnde oſtenditur in hac 91. diſt. ex quo debeãt ſuſtentari, quia de eccleſiaſticis ſtipendijs. vbi autẽ clerico nõ ſufficit eccleſia proprijs manibus ſibi quærere victum debet iuxta Apoſtolum: non tamen q. ex hac occaſione ſubtrahatur ab eccleſiaſticis officijs. Io.

[Clericus proprijs manibus ſibi victũ quærere poteſt.]

a ¶ Quod

a ¶ Quod abſque inæqualitate.] id eſt, niſi cum inæquale eſt corpus exuberantia vel defectu humorum: hoc eſt ex cauſa infirmitatis.

Eleutherius.] CASVS. Pelagius qui conſecrauit Eleutherium, compulit eum ad præſtandum cautionem, ut vigilias quotidianas in eccleſia ſua faceret ipſe celebrari: in quo cum clerici ſibi non obedirent, ſed potius negotiationi intenderent, conqueſtus eſt Papæ: præcipit ergo Papa eidem ut illos clericos contumaces compellat vigilijs inſiſtere omnibus modis.

b ¶ Promiſit.] quæ promittẽda ſunt, notani 23. diſt. quãquã.

c ¶ Vigiliæ.] id eſt, mortuorum exequiæ: vel generaliter eccleſiaſtica officia 1. 61. diſt. quoniam feſtus. & propter cauſam hæc cautio fuit exacta ab epiſcopo iſto: quia clerici ſui negligentes erant circa diuina officia: aliàs de iure communi huiuſmodi cautio non eſt in ordinatione epiſcopi exigenda. Sed uidetur quod Eleutherius hoc modo pro ſuis clericis obligari non potuit, promittẽdo eorum factũ 2. inſt. de inutil. ſtipu. §. ſi quis aliũ. Sed dic quod bene potuit, cum ad eius officium ſpectaret eos ad hoc cogere: & ita ſua intereſſe: 3 præterea per illa verba vt promiſiſſe ſe curaturũ vt illi interſint: ſicut cum quis promittit aliũ iudicio ſiſti: arg. ff. de verb. oblig. quoties quis alium & eſt ſi. 63. diſt. tibi dño. Itẽ eſt arg. hic quod epiſcopus poteſt inducere conſuetudinem nouam in ſua eccleſia quo ad officia celebrãda. 12. diſt. nouit. & de conſ. diſ. 3. c. 1.

inæqualitate[a] *ſui corporis nulli impune conceditur.*

† al. Gelaſius — *Vnde Pelagius † Papa.*

¶ Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, vel veſpertinis ſe ſubtrahunt. C. I.

Anſ. l. 7. c. 165.

ELeutherius frater, & coepiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire; & id, quod nobis iubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit [b], vt quotidianis diebus vigiliæ [c] in eius celebrarentur eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſe: ſed magis vnumquemque ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſeruitio) vacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi eſſe oſtenderit contumaces, debita obiurgatione compeſce, & modis omnibus, vigilijs vacare compelle.

[Item ex concilio Nannetenſi.]

De eodem. PALEA. C. II.

extra de celebr. miſ. c. 1. ex Agathenſi. Burc. l. 2. c. 104. Iuo p. 6. c. 181. ex Nannetenſi.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ, canendo primam, tertiam, ſextam, nonamque perſoluat: ita tamen vt poſtea horis competentibus, & ſignis deſignantibus iuxta poſſibilitatẽ aut à ſe, aut à ſcholaribus publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus; vt iterum neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſiue diuerſorum commeantium, infirmorum quoque, atque defunctorum ſuccurrere poſſit vſque ad ſtatutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate †. *Item ex dictis S. Benedicti* ¶ Propheta dicente: [Septies in die laudem dixi tibi:] qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur, ſi matutinæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperæ, completorijque tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus: quia de his dixit propheta: [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait: [Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ.

† al. opportunitatis — Pſal. 118. — In reg. S. Benedicti c. 16. Burc. l. 2. c. 105. Iuo p. 6. c. 182. — Pſal. 118.

Item in concilio quarto Carthaginenſi, c. 52. & 49.

¶ Sine officij detrimento, artificiolo ſibi clericus neceſſaria quærat. C. III.

Burc. l. 2. c. 103. Iuo p. 6. c. 180. † al. præparet — c. 49.

CLericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura [d], abſque officij [e] ſui dumtaxat detrimẽto, paret †. *Item.* ¶ Clericus, qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs [f] deeſt, ſtipendio priuatus excõicetur.

CLericus.] CASVS. Dicit in hoc c. quod clericus quærere debet ſibi victũ de artificiolo vel agricultura: dũmodo officium ſuũ non negligat: & ſi clericus (niſi propter infirmitatẽ ſuã) officium ſuũ dimiſerit, excõicari debet. Idẽ dicit i ſeq. c. Addit tamen, quod ſi clericus vadat vagando per nundinas, deponi debet: & quod ſi propter emptiones ab officio declinet, remouebitur ab officio. Aliud c. quod poſtea ſequitur planum eſt.

d ¶ Agricultura.] arg. C. de epi. & cle. l. 2. nã mercari nõ põt. 88. diſ. fornicari. H. ADDITIO. Subaudi vt ibi dicitur. ſed ipſa mercatio debet eſſe honeſtatis cõſcia, vt ibi etiam dicitur, quod eſt ſecundum Azo. ſi faceret libros, & poſtea venderet. ad hoc 14. q. 4. c. 1. & 10. q. 3. cauendũ. in ſi. quod dic vt not. 14. q. 3. in ſumma, in fin. & q. 4. c. 3. & 88. diſt. cap. 1. & 2. Archid.

e ¶ Officij.] Ergo clericus nõ põt operas ſuas per totã diẽ locare, cũ nõ debeat officio deeſſe, vt 54. diſt. ſi ſeruus.

f ¶ Vigilijs.] non tamen videtur puniendi ſi deſint diuinis

1 Vnde eorum culpa in eum redundabat. 86. diſt. c. 1.

) Epiſcopus poteſt ſuorum ſubditorum factum promittere.

2 Hanc gl. dicit ſing. Brix. in ſuo dictionario, in verb. factum. ad hoc quod quis non poteſt promittere factũ alienũ.

3 Vnde bene obligabatur. inſti. §. ceterum. & §. ſeq.

Epiſcopus in ſua eccleſia nouã conſuetudinem inducere põt circa officia.

Clericus locare per totam diem operas ſuas non poteſt.

uinis officijs, cum non poſſint percipere neceſſaria ab eccleſia, cum de altario debeant viuere: ſecus tamen eſt, quia fecerunt ſibi præiudicium, quando permiſerunt ſe promoueri ad tam tenuem eccleſiã, ſicut eſt in matrimonio carnali. arg. 32. q. 5. horrendus. Vnde ſicut vir tenetur miniſtrare neceſſaria vxori, quæ tñ eſt talis, quòd ei debitum reddere non valet, vt 32. q. 7. quod propoſuiſti. & c. 2. qui. ita iſte tenetur officiare eccleſiam, licet pauper ſit, & dicere cũ Apoſtolo: Scio & abundare, & eſurire, & c. 41. diſt. quòd dicit. & miniſtrent ei manus. 21. q. 1. clericus. in fi. immo vr, quòd debeat auferri ei eccleſia, eo quòd ad tenue beneficium ſe promouendum conſentit, vt dr extra de præb. c. vlt. Sed quid ſi à principio fuit diues eccleſia cum ad eam promot' eſt, ſed poſt vergit ad exiguitatẽ? Dices clericum ad hoc teneri? ſic. epiſcopus tñ in hoc caſu, & præmiſſo debet eam vnire eccleſijs alijs. 10. q. 3. vnio. de conſ. diſt. 1. omnes.

Eccleſiam etiam pauperem, tenetur cleric' officiare.

¶ Stipendio priuatus.] ſed cui applicabitur hoc? Poteſt dici, quòd canonicis ſimul cũ epo. Hoc verũ eſt in eo, quòd de cõi percipiebatur: aliàs vr, quòd tñ canonicis. arg. C. de hered. decurio. & naui. l. 1. 2. & 3. niſi cum iniuſte priuatus eſt. tunc enim omnia ipſe recuperat quæ amiſit. ff. de re milita. l. penul. C. eo. l. 1. lib. 12. Laurentius. Sed certe ego credo, quòd ſuũ beneficiũ debet aſſignari alicui, qui celebret pro eo donec ipſe eſt excõicatus, vt extra de appel. peruenit. B.

Excõicati beneficiũ, cui eſt aſſignandum.

Casus. Proxima diſtinctione ſupra dictum eſt, quòd clerici debent vigilijs inſiſtere, & conuenire ad officia celebranda. Nunc vero in hac 92. diſt. oſtẽdit Gratianus, qualiter debeant celebrare, cantando ſcilicet magis corde quàm ore. Et continet quinque articulos.

d ¶ Cum

a ¶ Priuatus.] *In poſtrema Colonienſi conciliorum editione legitur,* priuetur. *Sed in vetuſtioribus Colonienſibus, duabus Pariſienſibus, exemplaribus duobus huius concilij manuſcriptis Vaticanis, & vno Sorienſi regio legitur quemadmodum apud Gratianũ.*

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

¶ De eodem. C. IIII.

CLericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo [a] victum quærat. *Item.* ¶ Omnes clerici, qui ad operandũ validi ſunt, & artificiola, & litteras diſcãt. Qui vero non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio ſuo degradentur. Interemptores [b] autem ab officio declinantes [c], vel negligentius agentes, ab officio ſuo remoueantur. Burc. l. 2. c. 102. Iuo p. 6. c. 179. & 180. C. 51. C. 48. Burc. l. 2. c. 210. Iuo p. 6. c. 285. Burc. l. 2. c. 51. C. 50.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex multis capitibus Carthaginenſis quarti non ſuo ordine diſpoſitis.*

a ¶ Interemptores.] *In exemplaribus concilij etiam manuſcriptis legitur,* clericum inter tentationes ab officio ſuo declinantem; vel negligentius agentem, ab officio ſuo remouendũ. *Contra enim in canone 42. iubent,* clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum. De tentationibus vero, ob quas (præter tyrannorum perſecutionem) aliqui clerici officium ſuum deſerebant, agit B. Ambroſius, epiſt. 17.*

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 30.

¶ De eodem. C. V.

CLerici vero, qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundum arbitrium epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

DISTINCTIO XCII.

CVm autem [d] ad eccleſiam venerint, corde magis, quàm voce Deo cantandum meminerint.

Vnde Hieronymus lib. 3. comment. ad cap. 5. epiſtolæ ad Epheſios.

¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. C. I.

CAntan- Anſel. l. 17. c. 70. Eph. 5.

a CLericus.] ¶ Artificiolo.] ex quali artificio clericus poteſt ſuſtentare ſe, notaui 14. q. 3. in ſumma.

b ¶ Interemptores.] id eſt, illud ſecundũ quod ſolet eſſe inter emptores? & ſic idem repetit: & tunc ſunt duæ partes, ſecundũ quod eſt hic interẽptores, eſt vna pars, & vocat interemptores proxenetas, de quibus habes ff. de proxonetis. l. 2.

Interemptores ſunt proxenetæ.

c ¶ Declinantes.] ſcilicet clerici. Io.

CVm autem.] Hæc diſt. diuiditur in quattuor partes: in quarum prima dr, quòd corde Deo eſt cantandum: non tantum voce: & hoc probat duabus auctoritatibus. Secunda ibi, [A quibus.] Tertia ibi, [Nunc autem.] Quarta ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fant.

d ¶ Cum autem.] Oſtendit magiſter in præcedenti diſt. quòd clerici debent celebrare diuina officia in eccleſia. In hac 92. diſt. oſtendit magiſter qualiter, quia. ſ. nõ debent vocis modulationi inſiſtere 1. adijcitur ẽt, quòd in eccleſia Romana diaconi cantare nõ debent, ſed verbo prædicationis vacare 2. Poſtea mouet incidentem q. vtrum epi, qui non recipiuntur in ſua eccleſia, poſſint in alia parochia epiſcopale officium exercere. 3

1 Vt J. ea. c. 1.
2 Vt J. ea. c. 2.
3 Vt J. ea. § de epis. cũ cap. ſeq.

CAntantes.] Casus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Apoſtoli, vſque ibi, [Audiant.] In ſecunda parte ponuntur verba Hieronymi, quibus reprehendit eos, qui in eccleſia voce tantũ cãtant, & nõ corde, & vngunt fauces & guttur, vt dulcius reſonent in conſpectu populi.

a ¶ Cantan-

Cordis deuotione magis, q̃ vocis iubilatione cãtandum.

tes[a], & pſallentes in cordibus[s] veſtris Domino.] Audiãt hæc adoleſcentuli: audiant[b] ij, quibus pſallendi in eccleſia officium eſt: Deo non voce[c], ſed corde cantandum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ † [d] ſunt, vt in eccleſia theatrales[e] moduli audiantur, & cantica; ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum.

† al. colliniendas, vt

Ab officio autem cantandi, & pſallendi diaconi inueniuntur exempti[f], ne dum vocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4. epiſt. 44. ſen c. 88. & lib. 12. poſt finem epiſtolarum in concilio ab ipſo habito.

¶ Cantandi officium diaconi ſibi non vſurpent. C. II.

Anſ. l. 7. c. 69. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 2. c. 73.

IN ſancta Romana eccleſia dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, vt quidam ad ſacri altaris miniſterium [a] cantores eligantur, & in diaconatus ordine conſtituti, modulationi vocis inſeruiant, quos ad prædicationis[g] officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare congruebat. Vnde fit plerumque, vt ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet[h], cum populũ vocibus delectat. Qua de re præſenti decreto conſtituo, vt in hac ſede[i] ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumque[k] Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolennia exoluant: pſalmos vero, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſsitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema ſit.

a ¶ Miniſterium.] *In impreſſis ſequebatur,* conſtituti, *quæ vox expuncta eſt; quoniam neque in vetuſtis Gratiani exemplaribus eſt, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in gloſſa ad verſi.* miniſterium, *quæ etiam gloſſa non eſt inter vetuſtiores.*

2 *A quibus ordinandos oporteat eſſe immunes, breuiter monſtratum eſt. De quorum vero manibus ordines ſuſcipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipſum conſtituti ab epiſcopis ſuis debent ordinari.*

a ¶ Cantantes.] hæc ſunt verba Apoſtoli.
b ¶ Audiant.] verba Hieronymi exponentis.
c ¶ Non voce.] tantum. nam & voce decantandum eſt, vt de conſ. diſt. 5. nõ mediocriter. & ibi, pſallite Deo in iubilatione. tamẽ magis cordis deuotione, quàm vocis iubilatione, vt 38. diſt. ſedulo. Vnde verſus.
[Non vox, ſed votum: non chordula muſica, ſed cor:
Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei.

d ¶ Liniendæ.] vt populum delectent: nam nec ipſa veritas pnuntianda ſic eſt, vt quis hominibus placeat. 22. q. 2. primum. linire autem vt melius cantent & pronũtient, vel vti electuario, peccatum non eſt, ſi ad laudem Dei, & non gratia laudis conſequendæ deliniãtur. argu. 32. q. 4. obijciuntur, procurare enim debet, vt clara voce non rauca pronunciet, vt 21. diſt. c. 1. vt populus plane intelligens dicat, Amen. vt 38. diſt. ſedulo.

Vocem aptare ad clarius cantãdũ, non eſt peccatum.

e ¶ Theatrales.] Tragœdi ſic faciebat in theatro decantando tragœdias, & dicuntur à tragos, quod eſt hircus: & oda, quod eſt laus: quia hirco remunerabantur, propter fœtidam naturam hirci.

Tragœdi vnde dicuntur.

AB OFFICIO. CASVS. Dictum eſt ſ. q cordę cantandum eſt. Nunc vero oſtendit, quòd diaconi ab officio cãtandi ſunt exempti, ne dum ſtudẽt cãtilenis, ab altaris officio remoueantur. Et hic eſt ſecundus articulus.

f ¶ Exempti.] hoc intellige quando induti ſunt in eccleſia ad cantandum Euangelium, & ſic intellige ſequens cap.

IN ſancta.] CASVS. In ciuitate Romana cantores aſſumebantur ad miniſtrandum altari: & diaconi dum deberẽt inſiſtere officio prædicãdi, vel eleemoſynarũ largitioni, cantibus operam dabant; & ſępe ad iactantiam cantabant, vt à populo laudarentur, ex quo Deus ſtimulabatur; quod Gregorius valde reprehendit: vnde ſtatuit, vt diaconi tãtum Euangelium dicãt; alia vero officia, ſcilicet cãtandi pſalmos & lectiones per ſubdiaconos expleãtur, & per minores ordines in neceſſitate. Et dicũt quidam, quòd hoc c. loquitur de diaconis Romanæ curiæ. poteſt tamen intelligi de alijs diaconis, qui dum miniſtrãt altari, cantibus non debent intendere, cum duo officia ſimul exercere non poſſint.

g ¶ Prædicationis.] ſ. 16. q. 1. adijcimus. contra. ſed illud ex cauſa dictũ eſt, ꝓpter quoſdam improbos monachos hoc ſibi vſurpãtes. 16. q. 1. peruenit. aliàs etiã diaconi poſſunt prędicare. Vel hoc intellige ex delegatione. aliàs ſolius ſacerdotis officium eſt prædicare. Vel prædicationem appellat lectionem Euangelicã.

Sacerdotis ſolius eſt prædicare.

h ¶ Stimulet.] id eſt, exaſperet contra ſe.
i ¶ In hac ſede.] Apoſtolica. Ex hoc dicunt quidam hãc prohibitionem in eccleſia Romana tantum locum habere: alij tantum de Cardinalibus intelligunt. H. vero gñaliter intelligit eſſe prohibitũ, cũ ſ. ad legendũ Euangeliũ induti ſunt, quod patet ex illo verbo, qđ ſ. dicit, inter Miſſarũ. & cauſa huius cõſtitutionis fuit honeſtas.
K ¶ Solumque.] arg. q diaconus non niſi cauſa neceſſitatis debet legere epiſtolam. 25. diſt. c. 1. &c.

A QVIBVS. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur

tur, ꝙ nullus debet eſtare in pulpito niſi ſit ordinatus. & hoc probat per c. ſeq: Io. de Fan.

Casvs. Dictum eſt ſ. à quibus clerici debent eſſe immunes. Nunc vero oſtendit, ꝙ presbyteri, & ceteri inferiores à ſuis epiſcopis debent ordinari. quod probatur ſeq. cap. cuius caſus planus eſt: & eſt tertius articulus.

d ¶ Pro cõtentione populi.] arg. cõtra. 16. q. vlt. ſi plures.

e ¶ Aut pro aliqua.] ſcilicet de iure: quia dicunt ſe non elegiſſe eum, vel dicunt ꝙ renunciauit epiſcopatui.

f ¶ Contingere.] id eſt, nõ epiſcopalia, niſi inuitatus ſit. arg. extra de eo qui renun. epiſ. c. 1. ſ. 7. q. 1. c. epiſcopi.

g ¶ In-

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

In capitulis Martini Bracarenſis, c. 45.

¶ Qui non ſunt ordinati ab epiſcopo, in pulpito non pſallant, neque legant. C. III.

NOn liceat in pulpito pſallere [a], aut legere; niſi qui ab epiſcopo [b] lectores ſunt ordinati.

De epiſcopis autem, à quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, ſupra definitum eſt. 3 ¶ Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, à parochijs ſuis non recipiuntur, vel pro aliqua cauſa eas adire noluerint, an in alterius parochia epiſcopale poſſint officium celebrare.

De his in concilio Martini Papæ ſic ſtatutum eſt.

Capit. Martini Bracarẽſis, c. 10.

¶ Sacerdotis tantum officium gerat epiſcopus, quem ſua parochia non recipit. C. IIII.

SI quis [c] ordinatus epiſcopus α, pro contentione β populi [d], aut pro aliqua [e] ratione, non pro ſua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem ſacerdotij tantummodo contingere [f]; ita vt de rebus eccleſiæ, in quam venit †, nihil ſibi præſumat. ſubſtineat autem quod de eo ſanctum concilium iudicare [g] voluerit.

Vide Pelag. 11. in epiſt. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 13. Burc. l. 1. c. 40. Iuo p. 5. c. 151. † al. conuenit

α ¶ Epiſcopus.] *In vulgatis ſequebatur*, ad parochiam cuius eſt electus: *quæ inducta ſunt auctoritate manuſcriptorum, & originalis, ac ceterorum collectorum.*

β ¶ Contentione.] *In duobus vetuſtis exemplaribus Gratiani, & vno conciliorum Regis catholici legitur*, contemptione.

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.

In epiſt. Pela. ii. Polyc. ibidem. Burc. l. 1. c. 41. Iuo p. 5. c. 152. † al. cui

¶ De epiſcopo ordinato, quem ſua parochia non recipit. C. V.

SI quis epiſcopus ordinatus ad parochiam, cuius [h] † eſt electus, minime acceſſerit, non ſuo vitio, ſed quòd eũ aut populus vetet α †, aut propter aliam [i] cauſam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris [k] ſit, & miniſterij particeps: dummodo rebus eccleſiæ, vbi miniſtrare cognoſcitur, in nullo moleſtus exiſtat. Quem etiam obſeruare ϛ conuenit; quidquid ſynodus perfecta γ prouinciæ [l] iudicando decreuerit.

† al. vitet

Laici an poſſint in eccleſia cãtare.

a ¶ NOn liceat.] ¶ Pſallere.] arg. pro laicis, qui non cãtãt in pulpito, ſed alibi in eccleſia.

b ¶ Qui ab epiſcopo.] vel abbate. 69. diſt. c. 1. vel etiã à ſacerdote, vt 23. diſt. pſalmiſta. Sed aliter accipit' ibi pſalmiſta.

DE EPISCOPIS Casvs. Oſtẽſum eſt ſupra à quibus, & in quibus locis epiſcopi ſunt ordinandi. Nũc vero incidenter quęritur de ẽpis ordinatis, qui à parochianis ſuis non recipiuntur, vel aliqua de cauſa illuc ire nolunt, an in alterius ẽpi parochia poſſint ẽpale officiũ exercere; Et rñdet, ꝙ nõ, niſi inuitarẽtur: ſed officiũ ſacerdotale põt exercere. Et eſt iſte quartus articul9.

NVNC AVTEM. Hęc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, ꝙ ſi ẽps ad parochiã ad quã ordinatus eſt, nõ põt venire ex cauſa põt exercere officiũ ſuũ in eccleſia presbyterali vbi prius fuerat, ita ꝙ nõ ſit epiſcopo iniurioſus, in cuius parochia fuerit: & hoc probat per quinque auctoritates ſanctorum patrum. Ioann. de Fan.

SI quis ordinatus.] Casvs. Aliqs ordinatus in ẽpm non poterat ire ad eccleſiam, ad quã electus erat, nõ ſua culpa interueniẽte, ſed ꝓpter populi cõtentionẽ, vel aliam iuſtã cauſam. Quæſitũ eſt an in parochia alterius poſſit officia celebrare? Et reſpõdet, ꝙ ſic, tamquam ſacerdos, ita tñ, vt de rebus eccleſiæ vbi diuina celebrat, nihil ſua auctoritate vſurpet, ſed expectet quid ſynodus de eo ſtatuat. Idem eſt caſus ſequentis c. & quod dicitur ibi, honoris, id eſt, honorabilis officij, id eſt, presbyterij.

Epiſcopo debet ſynodus prouidere q ad eccleſiam ſuam non audet accedere.

c ¶ Si quis.] hæc tria capitula loquuntur de eadẽ materia, ſcilicet cum quis eſt ordinatus epiſcopus ad aliquam eccleſiam, ſed non audet ire illuc propter ſcãdalum, vel propter hoſtilitatem, vel quia ibi non recipitur aliqua de cauſa; ſine culpa tamen ſua, iſte nõ debet aliquid præſumere de rebus eccleſiæ ad quam diuertit, & expectabit quouſque prouideat ei ſynodus alibi. 7. q. 1. paſtoralis.

g ¶ Iudicare.] nam aliam eccleſiam ſi vacat debent ei conferre. 7. q. 1. paſtoralis 1. ſed & populus eſt excõmunicandus, qui eum non recipit cum iuſtam cauſam nõ prętendat, niſi ſcãdalum timeatur: ſicut & ipſe excõicatur cum ad eccleſiam illam ire non vult. ſ. eo. c. 3. Io.

h SI quis.] ¶ Cuius eſt.] id eſt, ad quam.

i ¶ Aliam.] quam forte allegat.

k ¶ Et honoris.] Videtur contra ſ. prox. c. ſed dic, honoris, id eſt, honorabilis miniſterij; quia in veſtibus epiſcopalibus exercebit ſacerdotale officium, non epiſcopale, niſi inuitatus ſit, vt dixi ſ. c. proxi. & maior reuerentia exhibebitur ei, quàm alij presbytero ſimplici.

AddITIO. Et hoc in memoriam dignitatis, vt ff. de decur. l. vlt.

l ¶ Prouinciæ.] quæ ſcilicet habet decem vel vndecim epiſco-

1 Et ſ. eſt c. pe. ſed hoc ca. paſtoralis. hoc nõ probat: q loquitur i papali cõceſſione. Archid. Excommunicandus eſt populus ſuũ non recipiens epiſcopum.

epiſcopos & metropolitanum. ii.q.3.ſcitote. Lau.

SI qui.] Casvs Quæſitum eſt quid debeat fieri de illis epis, qui cum in ſuis epatibus nō recipiantur, per ſeditiones plebes alienas volunt vſurpare? Et rñdet q ſi volunt pacifice miniſtrare in ordine presbyterij, in quo prius erant ante quam eſſent epi, non ſunt repellendi. Si autem facere voluerint ſeditiones, repelli debent. ſic intelligit caſum H. licet Beneuen. in medio c. aliter intelligat dicens: Si velint pacifice permanere vt presbyteri in eccleſijs, vt prius fuerāt, nō abijciant, &c.

a ¶ Si qui epi ordinati ſunt.] id eſt, ſi qui clerici ordinati ſunt epi.

b ¶ Vbi prius.] id eſt, in quo loco: vel in quo ordine. Sed numquid prior eccleſia tenetur eos recipere? vī q non. 72. diſt. placuit. argu. 7. 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. Ad hoc dic q ſi habuit corporalem poſſeſſionem p ſe vel per alium eius eccleſiæ, ad quam modo non recipitur, non tenetur prior eccleſia eum recipere, licet nondum eius beneficium ſit collatū. Si non habuit poſſeſſionē 1, tenet: licet iā alijs conceſſa fuerint eius bñficia, vt extra de elec. cū in cūctis. 7. q. 1. eos. C. de repud. here. l. vlt. Per aliū dixi, quia idē eſt ac ſi per ſe. extra de præben. accedens. arg. 3. q. 1. c. 1. in §. 1. Ioan. hæc glō. nō adaptat ad textū. B.

1 Scilicet pacificam, vel per eū ſtetit quominus eā habuerit, extra lib. 6. de præbendis, licet epis Archidia.

α ¶ Vetet.] ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo quòd popul⁹ recuſet.

β ¶ Obſeruare.] ἐκδέχεσθαι id eſt, expectare & ſuſcipere.

γ ¶ Perfecta.] *Antea legebatur, perfectæ, Reſtituta eſt vera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autē ſit ſynodus, quæ hic perfecta, & in paulo poſt ſequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. ſi quis epiſcopus, tertio.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 18.

¶ A ſua parochia non recepti alijs moleſtiam non inferant. C. VI.

Polyc. ibidem
Burch. l. 1. c. 36.
Iuo p. 5. c. 147.

SI qui epiſcopi ordinati ſunt [a], nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando; hos abijci † placuit. Quòd ſi voluerint in presbyterij ordine, vbi prius [b] fuerant vt presbyteri reſidere; nō abijciantur [c] à propria dignitate [d]. Si autē ſeditiones commouent ibidem conſtitutis epiſcopis, presbyterij quoq. honor talibus auferatur, fiantque damnatione ‡ notabiles.

† ἀφορίζεσθαι i. ſegregari

‡ ἐκκηρύκτους idest abdicatos.

c ¶ Non abijciātur.] Arg. q non debet electus in alia puincia priuari bñficio priori ante quam transferatur ad aliam.

a ¶ Orant.]ideſt, prædicant, vt diſt. 25. vnum. & 11. q. 1. ſicut enim. vnde exponendo ſubdit tunc demum. quod autem dicitur in altari anteponi, reſpicit quod de calice præmiſerat, calicem non tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, ideſt, ad orandum inuitant cum

in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſ. in veteri. arg. extra de ſenten. excom. mulieres.

f ¶ Perijt lex de ſacerdote.]verba Eſaiæ. idem, multi ſacerdotes non adimplent legem.

g ¶ Et viſio.]ideſt, gratia prophetizãdi propter auaritiam: quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, &c. de pæni. diſt. 5. c. 1.

Virtutes omnes ab vno vitio detrimentũ patiuntur.

exiſteret. Denique quàm hoc verũ ſit, ipſe perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componũt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt †, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orant [a], vt ſi diſtinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant ſibi epiſcopi, ſi ſuperbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt; maiores ſe eſſe in eo, quòd ſunt humiles, cognoſcant. Tunc demum † [b], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat [c], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtantibus ſacerdotibus [d], ne leuiter hanc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annuntiat, aut negligenter aſpicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic [e] ordini, tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in eccleſijs, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia? perijt lex de ſacerdote [f], & viſio [g] de propheta. Singuli quique per † potentiam [h] epiſcopalis nominis, quam ſibiipſi illicite abſque eccleſia [i] vendicarunt *, totum, quod leuitarum eſt, in vſus ſuos redigunt; nec hoc ſibi, quod ſcriptum † eſt, vendicãt; ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infelix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem [k] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte [l] putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur [m], ſolus vniuerſa ſibi vendicat? ſolus partes inuadit alienas [n], ſolus occidit [o] vniuerſos. *& paulo poſt.* ¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur [p] à clericis; hinc principum † lites; hinc detractionis † cauſa; hinc origo criminis. Etenim ſi vnuſquiſque ita in hoc † mundo viſibili aliquid poſſidere [q] iubetur, vt ſua tantum poſſeſſione contentus ſit, acres non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, qui eccleſiæ Dei præeſt, debet ita in omnibus ſeruare iuſtitiam, vt ſibi [r] hoc tantum vendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcit? aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem [s] ſe ceteris faciat? & ſicut ſine his in miniſterio non viuit, ita in diſpenſatione [t] non viuat?

† *al. benedicuntur*

† *deinde*]ori.

Ezech. 7.

† *pro potentia*] orig.

* Quod eſt cõtra iuris præceptũ, vt ff. de iuſti. & iure. l. iuſtitia. §. iuris præceptũ. & inſt. eod. tit.

† *al. adſcriptum*

† *al. ſeruili*

† *al. eleemoſynam*

† *diuitijs*]or. *al. donis*

† *al. principium litis*

† *deſolationũ cauſa*] orig.

† *hunc mundum viſibiliter poſſi.*]ori.

† *al. ſubiectorum.*]*al. ſubiunctorum*

h ¶ Per potentiam.] inuehitur in epiſcopos.

i ¶ Abſque eccleſia.] ſcilicet in tali modo vt aliena vſurpent. aliter videtur contra. ĩ. ead. c. prox. 95. diſt. olim.

k ¶ Quidem.] ſ. diſ. 86. non ſatis.

l ¶ Iuſte.]ideſt, ſuis meritis.

m ¶ Vtitur.]ideſt, nõ vult partiri onera administrationis cum fratribus. extra de off. archid. c. vlt. & de præſum. mãdata. Vel dic, ideſt, de rebus eccleſiaſticis.

n ¶ Alienas.] cum quod ſuum non eſt, ſcire debet ad alios pertinere. C. vnde vi. cum quærebatur.

o ¶ Occidit.]hoc refertur ad laicos, quibus occaſionem mortis præſtant. 11. q. 3. præcipue. 86. diſt. paſce.

p ¶ Accuſantur.]nã epiſcopi omnia etiã ea, quæ de nouo eueniunt, inſimul cum alijs debent diuidere. arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum. extra. de his q̃ fiunt à p̃la. ſine conſen. ca. nouit. licet ſit p̃ordinator in cũctis. 25. diſt. perlectis. niſi hoc ſibi vendicaret epiſcopus ex conſuetudine. extra de his quæ fiunt à p̃ela. ca noſcitur. Et eſt arg. q̃ ſemper præſumit̃ q̃ accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. Arg. contra. 6. q. 1. ſi omnia.

Euenientia de nouo p quem ſunt diuidẽda.

Accuſatio epõrũ præſumitur ex odio fieri.

cum dicunt, flectamus genua.

b ¶ Tunc demum.]ſcilicet circa finem Miſſæ, cum diaconus clamando dicit populo: Humiliate vos ad benedictionem.

c ¶ Prędicat.]ſ. 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legẽdo Euangelium.

d ¶ Sacerdotibus.]Quædam hic referuntur, quę ex toto bene nõ intelliguntur: quia nõ in omnibus eccleſijs hæc officia habet diaconus.

e ¶ Huic.]Commendat hic eos ab inſtitutione. ĩ. ea. dominus. cõtra. ſ. diſ. 21. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc

q ¶ Poſſidere.]Hoc ad laicos refertur. vnde caute dixit in hoc mundo. & in clericis ſecus, vt ĩ. 12. q. 1. cap. duo ſunt.

r ¶ Sibi.]Argumen. pro diſtributione portionum inter clericos.

ſ ¶ Aequalem.]ſ. 95. diſt. epiſcopus 1. & iſte eſt vnus gradus humilitatis, vt ſ. diſt. 22. de Conſtantinopolitana.

t ¶ In diſpenſatione.]id eſt, diſtributione præbendarum.

a ¶ Per prophetiam.] Ideſt, per electionem.
b ¶ Presbyterij.] ſcilicet presbyterij mei, & ſic loquitur de ſeipſo: cum tamen ipſe Paulus eſſet epiſcopus, cum eum ordinaret.
c ¶ Compresbyter.] Ecce Petrus ſe vocat presbyterum, cum

na erant communia. 95. diſt. olim. & officium erat commune: ſed in ſecunda primitiua cœperunt diſtingui & nomina & officia. H. dicit 1 quod tantum in nominē fuit facta prælatio, primo enim omnes dicebantur ſacerdotes: licet quidam alij prælati eſſent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. diſtin. in illis, qui tantum epiſcoporum vocabulo potirentur, expone, ideſt, nō archiepiſcoporū, nec primatum: & ita excluditur ſuperius, non inferius. Tertij dicūt, quod prælatio hęc facta fuit & quo ad nomē, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædā miniſteria, quæ ſpectāt tantū ad officiū epiſcopale: & fuit hæc p̄latio facta à tēpore Petri. & hoc innuit hæc littera ibi, Nā & Alexādrię à Marco euangeliſta vſq; ad Heraclā & Dionyſium: quia Marcus fuit contēporaneus Petro & Clementi: arg. 24. q. 1. cū beatiſſimus. Heracla autem & Dionyſius fuerunt contemporanei ipſi Hieronymo: & ita eſt illud contra ſedatum, 80. diſtin. in illis. & illud de cōſe. diſtin. 5. manus. Ante prælationē ergo iſta nomina, presbyter, epiſcopus, erant prorſus ſynonyma: & etiam adminiſtratio communis erat: quia cōmuni conſilio ſacerdotum regebantur eccleſiæ. 95. diſtin. olim. In ſchiſmatis ergo remedium (vt hic dicitur) facta eſt prælatio, vt vnus præeſſet & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam ſacramenta, quæ modo appropriantur epiſcopis.

Petrus ſe vocat presbyterum.

1. Tim. 4. Dei diſpenſatorem.] Et ad Timotheum: [Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per prophetiam[a] per impoſitionem manuum presbyterij[b].] Sed & Petrus
1. Pet. 5. in prima epiſtola: [Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter[c], & teſtis paſſionum Chriſti, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda eſt, particeps, regite gregem Chriſti, & inſpicite non ex neceſſitate[d], ſed voluntarie iuxta Deū.] Quod quidem græce ſignificantius[e] dicitur ἐπισκοποῦντες, ideſt ſuperintendentes: vnde & nomen epiſcopi tractum eſt. Parua tibi videntur tantorum virorum teſtimonia? Clangat tuba Euangelica, filius[f] tonitrui, quem Ieſus amauit plurimum; qui de pectore Saluatoris doctri-
Mar. 3. narū flueta potauit: [Presbyter[g] Electæ[h] dominæ, & filijs
2. Ioan. in eius, quos ego in veritate diligo.] Et in alia epiſtola: [Pre-
3. Ioan. in ſbyter Caio[i] chariſſimo, quē ego diligo ī veritate.] Quòd autē poſtea[k] vnus electus eſt, qui ceteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt; ne vnuſquiſque ad ſe trahens Chriſti eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſq. ad Heraclam & Dionyſiū epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electū, in excelſiori gradu collocatum, epiſcopum nominabant: quomodo ſi exercitus Imperatorem[l] faciat; aut diaconi[m] eligant[n] de ſe, quem induſtrium nouerint, & archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione[o], epiſcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera[p] Romanæ vrbis eccleſia; altera totius[q] orbis exiſtimanda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſer-

cum tamen eſſet epiſcopus & ſummus. j. diſt. 75. quod die Dominico, in ver. ſacerdotum.
d ¶ Non ex neceſſitate.] ideſt, ex gratia turpis lucri: arg. j. diſt. 95. eſto. Et ita eſt arg. quod presbyter non debet locare operas ſuas: arg. 21. q. 2. præcipimus.
e ¶ Significantius.] ſcilicet quod epiſcopus dicitur presbyter. q. d. vbi pro epiſcopo dicitur presbyter, ſignificātius diceretur ſic: ſcilicet epiſcopum: quia magis accedit ad ſignificationem vocabuli epiſcopus, quàm hoc nomen presbyter.

Ioannes dicitur filius tonitrui.

f ¶ Filius.] ideſt Ioannes: quia altius intonuit, & quia eſt Iacobo aſſumptus in montem ſcotium audierunt vocē nubis: Hic eſt filius meus dilectus.
g ¶ Presbyter.] Ecce Ioannes vocat ſe presbyterum, cum tamen eſſet epiſcopus.
h ¶ Electæ.] proprium nomen.
i ¶ Caio.] mitto ſalutem.
K ¶ Poſtea.] Hic reſpondet tacitæ obiectioni quare hoc immutandū eſt & ad hoc reſpondet. Sed quęratur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur quod in officio, contra, de conſe. diſt. 5. manus. quia exercere epiſcopalia nō licuit, niſi his qui ſucceſſerunt in locū Apoſtolorum. 68. diſt. quorum vices. 21. diſt. in nouo. & ita hæc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, quod in nomine, obſtat 80. diſt. in illis. quia ibi dicitur quod quidam præpoſiti ſunt, qui tantum epiſcoporum vocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, quod in prima primitiua eccleſia commune erat officium epiſcoporum & ſacerdotum, & nomi-

Prælatio inter miniſtros eccleſię ad quid facta fuit.

l ¶ Imperatorem.] Ex ſola enim electione principum dico eum verum Imperatorem ante, quàm à Papa confirmetur. Argu. hic. licet non ita appelletur, vt dixi 63. diſt. quanto. contrarium eſt verum, extra de elec. venerabilem. 23. diſt. in nomine 2.
m ¶ Diaconi.] ſupple & quomodo diaconi eligunt, &c.
n ¶ Eligant.] Ecce quòd epiſcopi non eſt archidiaconum eligere, &c. Argum. contra. 74. diſtin. epiſcoporum. Sed variæ ſunt conſuetudines. 21. diſtin. §. 1. extra de electio. eccleſia Vulterranā.
o ¶ Ordinatione.] In ordinatione cetera intelliguntur quæ non fiunt, niſi ab epiſcopis. hæc continentur j. diſ. 68. quamuis chorepiſcopis.
p ¶ Nec altera.] Reſponſio eſt ad tacitam quæſtionem: nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnibus presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus, quibus videntur parificari? Reſpon. quod conſuetudo Romanæ eccleſiæ non eſt trahenda ad conſequentiam. vel reſponſio eſt hic in prin. ca. 1. ibi, audio quædam &c. dicebant enim quidam, quod ſicut Romæ honorabiles erant diaconi. ita debebant eſſe vbique locorum.
q ¶ Totius.] immo fideles ſunt vna eccleſia: & hoc eſt quod ſequitur, & Galliæ, &c.

1 Ipſe Hugo ſic dicit, ego credo quod ab initio differentia fuit inter epiſcopos & ſimplices ſacerdotes ſicut modo eſt & in adminiſtratione, & in prælatione, & in officijs, & in ſacramētis: ſed quo ad appellationem nō erat differētia: quia cōmuniter & indifferenter illi & illi dicebantur epi & presbyteri Arch. †

† *Et hec Arch. de differētia epi et presbyteri ſēntentia tenenda eſt. Vide cōc. Trident. ſeſſ. 23. c. 4. & can. 7. S. Th. 2. 2. q. 184. 6. 1.*

Marcus, Petrus, & Clemens, fuerunt cōtēporanei. Electio ſola nō facit verū imperatorem. 2 Adde Albert. de Roſa. in l. bene à Zeno, argu. C. de quadrup. præſcrip. & Bal. in extrauag. ad reprimendū. in verb. tege.

Diaconi Cardinales virum præponantur omnibus presbyteris

¶ Maior

Digitized by Google

a ¶ Maior eſt.]Et ideo magis ſequenda eſt conſuetudo generalis,vt ſ.diſt.12.nouit.ſ.diſt.40.nos qui.& canon loca 1.Et eſt hic ar.q ſtatuta concilij præiudicant ſtatuto Papæ ſi contradicant, vt dixi.9.q.3.nemo.
b ¶ Eiuſdem meriti.]quantum ad ſapientes & peritos & diſeretos.Nam idiotæ & vulgares epiſcopum paruæ ciuitatis contemnere ſolẽt. ar. diſt.80.epiſcopi.

l ¶ Continetur.]Nam in toto continetur.& pars,vt 14.quæſt.5.pœnale.& ff.de reg.iu.in toto.& eſt ſi. ff.quod met.cau.l.1.
m ¶ De minori.]Hoc bene dicitur.ff.de mu.& ho. vt gradatim.

uant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur,orbis maior eſt [a] vrbe. Vbicumque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij,ſiue Conſtantinopoli,ſiue Rhegij,ſiue Alexãdriæ,ſiue Tanis;eiuſdem meriti [b],eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarum,& paupertatis [c] humilitas vel ſublimiorem,vel inferiorem epiſcopum non facit: ceterũ omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad teſtimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi profers vnius vrbis [e] conſuetudinem [f]? Quid paucitatem [g],de qua ortum eſt ſupercilium, in leges eccleſiæ vendicas? Omne, quod rarum eſt,plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius [h] eſt. Diacónos paucitas honorabiles,presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterum etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſeden*,& ſtant diaconi;licet paulatim increbreſcentibus vitijs inter presbyteros abſente epiſcopo , ſedere diaconum viderim , & in domeſticis conuiuijs benedictiones † presbyteris dare. Diſcant,qui hoc faciunt, non ſe recte facere, & audiant Apoſtolos: [Non eſt dignum, vt relinquentes verbum Dei,miniſtremus menſis.[i]] Sciãt,quare diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum: recordentur conditionis ſuæ. Presbyter, & epiſcopus,aliud ætatis,aliud dignitatis [k] eſt nomen. Vnde & ad Titum,& ad Timotheum de ordinatione epiſcopi,& diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur, de minori [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus,vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinatur preſbyter,nouerit β ſe laicis maiorem, ſacerdotibus [n] eſſe minorem.

† *al. benedictionem corã presbyteris*

Act.6.

α ¶ Per prophetiam.] *Sic in vulgata editione, & græce* ἐν προφητείαις: *ſed hic apud* B. Hieronymum, prophetiæ.
β ¶ Nouerit ſe.] *In originali eſt*, nouerit ſe lucris minorem, ſacerdotio eſſe maiorem *Quo etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis ſcribit* Leuitarum multitudinem intelligere ſe à ſacerdotali gradu eſſe disiunctam, & ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum,qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros intumeſcunt, & dignitatem non merito,ſed diuitiis æſtimant. *Verum ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Cyprianus lib.3.epiſt.9.

¶ De eodem C. XXV.

DOminus noſter ipſe Ieſus Chriſtus rex,& iudex, & Deus noſter vſque ad paſsionis diem ſeruauit hono-

Iuo p.5.c.355.

c ¶ Et paupertatis.] Nam paupertas ciuitatis non minuit prærogatiuam regni, vt ſ. 96. diſt. ſicut. nec mulier propter paupertatem dicitur humilis vel abiecta. C. de inceſt.nup.l.humilem. Ar.contra.in authen. de defen. ci. §. nos igitur.coll. 3.2
d ¶ Diaconi.]hoc nõ ſolum Romæ fit, ſed etiam aliarum eccleſiarum conſuetudo obſeruat: ſed forte tẽpore Hieronymi non fiebat: hodie fit. extra de ſeru.in or. fa. c. 1.
e ¶ Vrbis.] ſ.diſt.11. quis neſciat.contra.& c. nolite. contra. Sed ibi de ea conſuetudine agitur,quam eccleſia Romana ſeruat,& alijs mandat ſeruandam: hic vero de ea, quam ſola ſeruat,nec vult ab alijs ſeruari. vnde ibi dicitur, quã Romanam eccleſiam viderit ſequi & docere.de conſecr. diſt. 1. baſilicas.
f ¶ Conſuetudinem.] q. d. non quod fiat, ſed quod fieri debeat conſiderandum eſt,vt extra de elect.c. venerabilem.12.q.2.gloſſa in ſi. de offi. præſid. ſed licet.
g ¶ Paucitatẽ.] quia pauci erant tales diaconi: & ideo ſuperbiebãt. quidquid enim raro accidit,miraculum eſt,vt in authen. de conſue. §. itaque. coll.3.
h ¶ Pretioſius.] ſicut & pretia rerũ in quibuſdam locis variantur ſecundum plus & minus.ff.de eo quod cer.lo.l.ideo.
i ¶ Menſis.] viduarũ, & pauperum, ſed tantum inſtemus prædicationi.
k ¶ Dignitatis.] infra 8.q. 1. qui epiſcopatum. cõtra. Sed ibi iuxta etymologiam vis nominis deſignatur: hic quod ex vſu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendum, quòd non eſt nomen honoris tantum, ſed etiam oneris.8.q.1. illud inferendum.

ADDITIO. Extra de tranſla.cap.1.& cap.licet.
n ¶ Sacerdotibus.] infra de pœniten.diſtin.1.§. ex his itaque.

DOminus.] CASVS. Cyprianus probat, q diaconi debent reuereri ſacerdotes tamquam maiores. Et hoc probat duobus exemplis Chriſti: qui ſacerdotib⁹ & ponti-

Conſuetudo generalis eſt ſequenda.
1 Concor. text. in l. obſeruare. ff.de offi.pcon.in l.idẽ que.ff.mandati.
Epiſcopus paruæ ciuitatis contẽnitur ab idiotis.
Paupertas non facit mulierẽ abiectam.
a Ad idem 16.q. 1. ſiit nõnulli in fine.
Miraculũ eſt quod raro accidit.

pontificibus Iudæorum, licet mali eſſent, reuerentiam exhibuit. Et vna ratione: quia ſacerdotes à Domino, diaconi vero poſt Aſcenſionem ab Apoſtolis ſunt inſtituti. Primum exemplum eſt ibi, [Nam cum leproſum.] Secundum eſt ibi, [Item ſubditus.] Tertium

d ¶ Conſtituerunt.] hoc in nouo teſtamento. nam in veteri vterque à Domino ſunt electi. ꝟ. ead. c. diaconi. contra. Sed illud in veteri teſta. hoc in nouo. vel per Dominum fit quod ab Apoſtolis ſtatuitur, vt 28. q. 1. ſic enim. tamen auctoritate eius. de conſecra. diſtinct. 4. quando.

rem pontificibus, & ſacerdotibus; quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emundaſſet, dixit illi: [Vade, & monſtra te ſacerdoti, & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoque eſſe humiles docuit, ſacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum [a]. Item ſub ictu paſsionis cum alapam accepiſſet, & ei diceretur: [Sic reſpondes Pōtifici?] nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens: [Si male locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?] quæ omnia ab eo ideo facta ſūt humiliter, atque patienter, vt nos [b] humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim ſacerdotes veros legitime, & plene honorari dū circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit †. Meminiſſe autem diaconi debent; quoniam Apoſtolos, ideſt epiſcopos, & præpoſitos † Dominus elegit [c]; diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi conſtituerunt [d] epiſcopatus ſui, & eccleſiæ miniſtros. Quod ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopos facit; poſſunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt [e].

Luc. 5.

Io. 18.

† al. exiſtit

† al. presbyteros

7 *Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbiq. ſeruādum eſt; niſi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.*

Vnde in ſexta ſynodo, cap. 7. legitur.

¶ Diaconus ſacerdotibus non præferatur; niſi locum metropolitani ſui obtineat. C. XXVI.

Iuo p. 6. c. 123.

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiā in dignitate, hoc eſt in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante preſbyterum [f] ſedeat, niſi cum locum habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani ſui pro aliquo capitulo. Tunc [g] enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero præſumpſerit hoc tyrannice facere, à proprio gradu repulſus, vltimus [h] omnium fiat in ordine ſuo.

e ¶ A quibus fiunt.] Argu. quòd nemo debet ſe opponere illi à quo recipit beneficiū, vt 22. quæſt. 5. de forma. & extra de poſtu. capi vlt. ff. de inoffic. teſtamen. ſi pars. in fi. §. hoc autem. 8. q. 2. illud 1.

Nemo ſe opponat illi à quo beneficiū recipit.

HOC AVTEM: Hæc eſt ſeptima pars huius diſtinct. in qua dicitur, quòd quando diaconus vel ſubdiaconus tenet locum patriarchæ, ſuperior eſt. Ioannes de Fant.

1 96. diſt. ſi impator 1. q. 7. §. 1.

CASVS. Supra dictum eſt, quòd officium diaconorū minus eſt, quàm officium ſacerdotū. quod verum eſt generaliter, niſi cum diaconus eſt legatus patriarchæ, vel archiepiſcopi, vt ſeq. cap.

PRæcipimus] CASVS. Statutum fuit in ſexta ſynodo, quòd diaconus non ſedeat ante presbyterum niſi ſit legatus patriarchæ vel archiepiſcopi, pro aliquo negotio decidendo. In quo caſu honorandus eſt ſicut ille cuius vice fungitur. & ſi quis diaconus aliter facere præſumpſerit, repellitur ab officio ſuo.

f ¶ Ante presbyterū ſedeat.] in concilio. 17. diſtin. epiſcopos. in fin.

g ¶ Tunc.] argumen. aliquem tamdiu habere priuilegiū, quādiu tenet eius locū [a]. 16. quæſt. 1. generaliter. C. de teſtamen. milit. l. vltima. & hæc dictio, tunc, extremitatem, id eſt, finem iuriſdictionis complectitur, argumen. ff. de condi. & demonſt. l. quarta §. ſi ita. item argumen. quòd quis conſequetur ex alterius perſona quod non habet ex ſua. ff. quæ res pignò. oblig. poſſunt. l. Ariſto. Et dicit lex, quòd ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo. ff. de verborum obligatione, ſi ſtipulatus, tamen ea tantum habet iſte, quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. argu. ad primum. extra de offi. deleg. ſane 2.

a Concor. text. in l. pen. in fin. C. de aquæ du. l. 11. & Alexan. de Imo. ſ rub. de offi. eius cui mā. eſt iuriſ. col. 4.

h ¶ Vltimus.] nota, q; qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, q; poſtponitur alijs ſui ordinis, vt 50. diſt. accedens. & 19. q. 3. mandantus. 25. q. 2. ſic decet. 24. diſt. §. 2. & 1. q. 7. cap. 1.

tium eſt ibi, [Meminiſſe autem.]

a ¶ Sacrilegum.] Arg. quòd ſi dominus Papa aliquem ſuis priuilegijs primatem appellat, ex ipſa nominatione ius ei acquiritur. 32. quæſt. 4. dicat. in fine. 16. q. vlti. contra ſanctorum. argu. contra. 3. quæſt. 6. hæc quippe. extra de præſump. illud. C. de iuris & facti ignoran. non idcirco. Et eſt argumen. ex hoc, quòd tam bonus quàm malus ſacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. quæſt. 1. ſacerdotibus.

Sacerdos tam bonus quàm malus gaudet priuilegio clericali.

b ¶ Vt nos.] ſed debent eſſe fortes, ideſt, debent præſtare exemplum facti boni ex animo. ideſt, ex dilectione: & non velint dominari.

c ¶ Elegit.] not. q; quanto à maiori quis ordinatur, tanto eſt maioris dignitatis, vt 1. q. 1. filium, extra de maio. & obed. per tuas.

Ordinatus à maiori maioris eſt dignitatis.

Subdia-

Svbdiacono.]Hæc diſtin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ etiam ſummus Pontifex poteſt ſubdiacono committere vices ſuas, & hoc probat per cap. ſeq. Secūda ibi, [Legatum.] Tertia ibi, [Archidiaconus.] Io. d Fā. ſequen. Ioannes de Fant.

Casvs. Hic eſt ſecundus articulus, vbi dicitur, ꝙ qui impedit legatum Apoſtolicę ſedis, excōmunicari debet.

h ¶ Patrocinių.] ergo Sicilia eſt de patrocinio B. Petri. vt ar. 10. q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit.

Si quis.] Sicilia eſt de patrocinio Petri.

Casvs. Dictū eſt ſ. ꝙ diacono poteſt patriarcha vel archieps vices ſuas cōmittere. Nunc autē dicit Gratianus in hac 94. diſt. ꝙ etiam ſubdiacono poteſt ſummus patriarcha committere vices ſuas. Et iſte eſt primus articulus huius diſt. quæ tres habet articulos.

a ¶ Subdiacono.] Hic intitulatur 94. diſt. in qua magiſter idem dicit de ſubdiacono qđ dictū erat in ſuperiori cap. de diacono. ꝙ ſcilicet etiam legatus Papæ poteſt eſſe. Exponit tres. §§. & in §. ſingulis, mutatur materia. In primo dicitur quod dixi. In ſecūdo, ꝙ ſi quis impedit legatū domini Papæ, excōmunicandus eſt. In tertio, ꝙ archidiaconus vltra ſuum ſtatum exigere non debet. Ioan.

DISTINCTIO XCIIII.

Svbdiacono[a] *etiam ſummus patriarcha vices ſuas committere valet.*

Vnde Gregorius a *ad epiſcopos Siciliæ lib. primo, epiſt. 1. ait.*

a ¶ Gregorius.] *reſtituta eſt inſcriptio ex Palycar. nā antea legebatur*, Symmachus Papa.

¶ Etiam ſubdiaconis vices ſuas Apoſtolica committit eccleſia. C. I.

Valde neceſſarium eſſe perſpeximus, vt ſicut prædeceſſorum noſtrorum fuit iudicium, ita vni, eidemque perſonæ omnia [b] committamus, vt vbi nos præſentes [c] eſſe non poſſumus, noſtra per eum, cui præcipimus [d], repræſentetur [e] auctoritas [f]. Quamobrem Petro ſubdiacono ſedis noſtræ, intra prouinciam Siciliam vices noſtras, Deo auxiliante, commiſimus. Nec enim de eius actibus dubitare [g] poſſumus, cui Deo auxiliante totum noſtræ eccleſiæ noſcimur patrocinium † [h] commiſiſſe. Poly. l. 1. tit. 14. Anſel. l. 1. c. 26. † *al. patrimonium.*

2 *Legatum vero Apoſtolicæ ſedis quicumque impedierit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa 1. epiſt. 2. omnibus epiſcopis. Conc. Triburienſe, c. 9.

¶ Excommunicetur, qui legatum ſedis Apoſtolicæ impedire tentauerit. C. II.

Si quis autem legationem [i] impedit, non vnius, ſed multorum [k] profectum auertit †. Et ſicut multis nocet [l], ita à multis arguendus eſt; & bonorum ſocietate priuandus †. Et quia Dei cauſam impedit [m] & ſtatum conturbat eccleſiæ; ideo ab eius liminibus [n] arceatur †. Ab omnibus Burc. l. 15. c. 37. † *al. euertit* † *al. arcendus*

Valde.] Casvs. Symmachus intra Siciliam prouinciam cōmittit vices ſuas Petro ſubdiacono. Vnde pcipit Symmachus, vt de eo nō dubitēt quē ipſe præuidit præferendum, ſed eum recipiant.

b ¶ Omnia.] ſ. diſt. 89. ſingula. ſ. ſed dic, oīa quo ad cognitionem cauſarum, nō quo ad dignitates vel officia eccleſiaſtica, vt ibi.

c ¶ Præſentes.] arg. ꝙ pręſentia non exhibetur per aliū. argu. contra. 65. diſt. c. 2. Præſentia non exhibetur per alium.

d ¶ Præcipimus.] argu. ꝙ Papa etiam laico cauſam ſpiritualem committere poſſit. 32. diſt. §. verū. & §. ad hoc. Papa laico cauſam ſpiritualē committere poteſt.

e ¶ Repræſentetur.] nam idem ipſe videtur cognoſcere qui dedit iudicem, vt extra de offi. deleg. ſane. C. vbi & apud quem reſtitutio peti debet. l. 3. C. de iud. l. vlt.

f ¶ Auctoritas.] no. ꝙ delegatus non habet plus iuris, quàm delegās, ſiue par ſit aliàs delegatus. ar. ff. de dam. infe. q bona. §. vlt. ſiue ſit maior. ff. de off. eius cui man. eſt iur. & ſi prætor. qñq. tñ habet minus quis ſi ex delegatione cognoſcat, q̄ ſi ex iure ſuo. extra de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. argu. C. de procu. maritus. Delegatus non habet plus iuriſdictionis, quàm delegans.

g ¶ Dubitare.] argu. ꝙ ſi Papa ex certa ſcientia dat iudicem, ꝙ ille non poteſt recuſari. ff. de offi. præfe. præt. l. vnica. ſic ſ. 17. q. 4. §. qui autem. extra de rerum permut. cum olim. & extra de appe. nouit. Sed contra extra de app. cum ſpeciali. & cap. poſtremo. Ioan. Solu. iudex poterit ſemper recuſari iuſta cauſa interueniente 1, etiam ſi eſſet legatus Papæ, vt ext. de offi. leg. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reſeruentur, vt extra de officio dele. ex parte. B. Delegatus etiam Papę poteſt recuſari. 1 Ad hoc ext. de off. deleg. cum olim magiſter. vbi de hoc. Archi.

LEGATVM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ nullus debet impedire legatos Romanæ eccleſiæ, & ſi fecerit, excommunicetur, vt in c. ſequen. Ioannes de Fant.

Si quis.] Casvs. Dicit Alexander in hoc c. ꝙ quicūque legatum impedit, non vnius, ſed multorum profectum turbat; & ideo à multis eſt arguendus, & à liminibus eccleſiæ arcendus donec reſipiſcat.

† Concor. tex. in §. id leg. Iulia. d vi. cū gl. per quā habe cōcor. inſi. de pu. iud.

i ¶ Legationem.] immo qui legatum hoſtiū impedit, tradendus eſt hoſtibus, vt ff. de lega. l. vlt.

K ¶ Sed multorum.] arg. ꝙ qui peccat in multos, grauius peccat. extra de teſti. ſicut. 22. q. 5. qui compulſus. ſicut qui circa eamdem perſonam multis modis peccat, grauius peccat. 23. q. 5. relegentes. Sed numquid qui eum capit, poteſt ab eo abſolui? ſic, extra de ſent. exco. ad eminentiam. Et no. ꝙ legatus huiuſmodi non poteſt epiſcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus poteſt epiſcopus reſignare, niſi ad hoc haberet ſpeciale mandatum. extra de offi. leg. c. quod tranſlationem. ar. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. l. 1. Bar. legebat hoc c. truſando. ſi quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum .ſ. Cardinalis: ſed multorum, ideſt, familiæ ſuæ & parentum: & ſicut multis nocet ille, ſ. Cardinalis, ita à multis eſt redarguendus: & ita vſque in finem. Peccans in multos grauius peccat.

l ¶ Nocet.] ergo quicumque aliquid nocumenti fecit, admittitur ad agendum vel accuſandum, vt 12. q. 2. non liceat.

m ¶ Impedit.] nec legatus delegatum impedire debet extra de offi. leg. ſtuduiſti.

n ¶ Liminibus.] arg. in quo quis delinquit, in eo debere puniri. 12. quæſt. 2. qui & humanis. 27. quæſt. 4. frater. & coepiſcopus. Punitur quis in eo quo peccat.

ARCHI-

ARCHIDIACONVS. Hæc eſt tertia pars diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ archidiaconi nõ debent facere collectas in ſubditos; & hoc ꝓbatur per c. ſeq. Io. de Fan. CASVS. Hic eſt tertius articulus, vbi dicitur, ꝙ archidiaconi nõ debent grauare clericos auferendo eis pecuniã, & do-

dic. l. 2. §. vlt. extra de offi. deleg. ex litteris. Illud ergo extra de elec. dudum 2. & de offic. Archid. c. vlt. Arch. audi cum pecuniaria pœna nõ timetur: alias ſi illa magis timeretur, imponenda eſt. 23. q. 5. prodeſt. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur niſi ter in anno. C. de mo. mul. eos.

† al. quoque

itaque † talis eſt cauendus, & non in communionem fidelium vſque ad ſatisfactionem recipiendus.

a ¶ Legationem.] *In epiſtola ipſa, concilio Triburienſi, & apud Burchardum additur,* veſtram. *Ea enim legatio videtur ſignificari, qua Apoſtolos, & epiſcopos pro Chriſto fungi docuit beatus Paulus 2. Cor. c. 5.*

3 *Archidiaconus vero, quamuis ex officio ſuo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, epiſcopo nuntiare; tamen dominationem ſuper eos exercere, & cenſum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabilonenſi concilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi ſuper presbyteros iuriſdictionem non exerceant. C. III.

Iuo p. 3. c. 134.

DIctum eſt, quòd in plerisque locis archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quamdam exercent dominationem, & ab eis cenſum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quàm ad rectitudinis [a] pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apoſtoli [b] ſententiam, epiſcopi non debent eſſe dominãtes in clero, ſed forma facti gregis ex animo [c]; multo minus facere iſti hoc debent; ſed contenti ſint regularibus diſciplinis, & teneant propriam menſurã: & quod ab epiſcopis eis iniungitur [d], hoc per parochias ſuas exercere ſtudeãt, nihil per cupiditaté, & auaritiã præſumẽtes.

1. Pet. 5.

DISTINCTIO XCV.

Archidiaco. an habeat iuriſdictionem delegatã.

QVòd autem [e] ſacerdotes ſupra iubentur epiſcopis tamquam ſubditi obedire, non ita intelligendũ eſt, quaſi non liceat eis, præſentibus epiſcopis ſacra myſteria celebrare (ſicut epiſcopali ſupercilio quidam ab his volebant presbyteros prohibere:) ſed quia presbyteri Pontificibus tamquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chriſmate [f] eis tangere conceditur.

Vnde Gregorius ſcribit Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26. indic. 12.

De conſec. diſt. 4. presbyteri baptizatos. Poly. l. 3. tit. 10. Magiſter 4. ſen. diſ. 7. cap. 1.

¶ Vbi epiſcopi deſunt, baptizatos in frontibus presbyteri chriſmate tangant. C. I.

PEruenit quoque ad nos, quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quòd presbyteros chriſmate tãgere in frõte eos, qui ba

b ¶ Apoſtoli.] id eſt, Petri: licet alibi dicatur, ꝙ nomine apoſtoli, Paulus deſignatur. 16. q. 1. ꝑdicator. 10. q. 3. quia cognouimus.

c ¶ Ex animo.] id eſt, ex dilectione, vt non velit dominari.

d ¶ Iniungitur.] Videtur ergo, ꝙ archidiaconus non habeat niſi demandatã iuriſdictioné. De hoc nota ui 25. diſt. perlectis.

QVòd autem.] Hæc diſ. diuiditur in tres partes, in quarum prima quęritur vtrum ſacerdotes poſſint chriſmare ſiue cõfirmare pueros in frõte? & dicas, ꝙ non: tamé vult ꝓbare p c. Greg ꝙ poſſunt. ſ. 93. diſt. à ſubdiacono. H. Secunda ibi, [Sed dicitur.] Tertia ibi, [Chriſma.] Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. ꝙ ſacerdotes epis debent obedire. Nũc in hac 95. diſt. dicit Gratianus, ꝙ hoc nõ debet ita intelligi quin poſſint Miſſã corã epo celebrare: ſed qa debét eis ſicut filij obedire. Et primo ponit quamdã ꝯrietaté: poſtea ſoluit eã in §. ſed iſtud. Poſtea auctoritate Innocétij ſoluit duas quęſtiones, vt infra ea. iſtud. Ad vltimũ repetit de dignitate presbyterorũ, oſtẽdens multa eſſe eis licita etiam in epiſcoporum præſentia.

e ¶ Quòd autem.] hic intitulatur 95. diſt. in qua ponit Gratianus quamdam contrarietatem, & eam ſoluit 2. poſtea ponit duas quęſtiones, & eas ſoluit auctoritate Innocentij. Repetit poſtea de dignitate presbyterorum, oſtendens multa licere presbyteris in epiſcoporum præſentia.

2 ſ. eod. c. presbyteros §. ſed iſtud. Arch.

& dominationem in eos exercendo, licet quæ corrigẽda viderint, debeant epiſcopo nuntiare.

DIctum.] CASVS. Quidã archidiaconi dominationé exercebant in presbyteros, & parochianos ſuos, & ab eis cẽſum exigebãt: quod etiã epis facere nõ licet, iuxta Apoſtoli ſententiã: ideo prohibetur ne archidiaconi decetero illã cupiditaté exerceant: ſed teneãt propriã menſuram, & faciant quod epiſcopi eis præceperint.

Archidiaconi mulctare poſſunt.

a ¶ Rectitudinis.] ſed numquid de conſuetudine præſcripta poſſunt archidiaconi mulctare? videtur, ꝙ non: extra de pœn. licet. Sed dic, ꝙ bene poſſunt, ex quo indicare poſſunt de conſuetudine præſcripta 1. arg. ſ. de iu

f ¶ Chriſmate.] ſ. de conſec. diſt. 5. manus. contra. & c. nouiſſime. contra. ſ. diſt. 21. cleros. contra. Hoc ad tẽpus pro ſedando ſcandalo fuit conceſſum: nunc vero antiquatũ: vel in primitiua eccleſia presbyteri chriſmabãt, nũc vero minime. extra de conſuetu. quanto. Iõ.

1 Ad hoc ex

PEruenit.] CASVS. Quidam presbyteri pueros in fronte chriſmabant: quod cum Greg. prohibuiſſet, quidam ex hoc ſcandalizati fuerũt: & ideo ꝓpter ſcãda

lum

ſum remouendum conceſſit presbyteris, vel in abſentia epiſcoporum chriſmarent.

a ¶ Concedimus.] hoc expeditum eſt, q presbyter chriſmando ſi ſua auctoritate hoc facit, nihil agit, nec pueri aliquid recipiunt. extra. de conſue. quanto. Sed nũquid Papa ei demandare hoc poteſt? Quidam dicũt, q ſic I, ex quo omnia ſacramenta, quæ recipit presbyter ex delegatione Papæ conferre poteſt. arg. hic. vnde diaconus poteſt conferre diaconatum, & confirmare in fronte? ſed non poteſt Papa ei demandare, vt conferat ordinem, quem non habet, vel etiam vt conficiat corpus Chriſti: quia ſolis presbyteris dictũ eſt: Hoc facite in meã commemorationem. arg. 1. q. 1. dictũ. hoc dicit H. Alij dicunt, q non poteſt Papa delegare presbytero, vt chriſmet in fronte. vnde iſti nihil conferebant. Si obijciatur: quare hoc permiſit Greg. illis, cum in hoc videatur eis dare licẽtiam peccãdi? Dicũt quidam, q hoc inuitus permiſit ob nimium ſcãdalum: nec dabat eis occaſionem mali? quia inuitus hoc concedebat. 35. q. 3. quod ſcripſi. & 25. q. 2. ſi quod verius. Alij dicunt, q hoc capit. loquitur ſecundum antiqua tempora. ſed hoc nihil eſt: quia litera huius c. contradicit, ibi, ſecundum veterem vſum. & quia ſecundum hoc Greg. nihil hic concederet. Sed numquid Papa poſſet eis concedere, vt chriſma conficerent? H. dicit quòd non. Item quæritur, numquid epiſcopus demandare poteſt ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis? Sic 2, ſed ea non poteſt demandare niſi epiſcopo. argu. extra de conſe. ecc. aqua. Ea vero quæ iuriſdictionis ſunt, poteſt etiam demandare presbytero, ſicut & reconciliare. 26. q. 6. presbyter. & c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quæ iuriſdictionis ſunt, quædam non poſſũt demandari niſi eis qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, vt deponere, verberare clericum. Alia sũt quæ etiam laicis demandari poſſunt: ſicut iudicare in cauſa ciuili. Itẽ dico q epiſcopus nihil habet hodie quod ſit meri imperij quod demandari non poſſit, de quo lex loquitur. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. quia omnia alij epiſcopo demandare poteſt, niſi vſum palij. extra de vſu pallij. ad hoc.

· Papa vtrũ poſſit delegare ſimplici ſacerdoti, vt in frõte chriſmet.

1 Iſtud dictum cõfirmatur extra de conſue. quãto. §. 1. ibi, ſua temeritate, &c. quaſi dicat ibi ex noſtra auctoritate bene poſſent. & ſic ibi intellig. Hoſ.

* Vide B. Tho. 3. p. q. 72. 11. primũ. & 4. ſen. d. 7. q. 3. 1. 3.

2 Sub. licet ab apoſtolis fuerit inſtitutũ, vt à ſolis epiſcopis conficeretur. de cõſe. diſtin. 5. manus. in multis enĩ ſtatutis apoſtolorũ licita eſt diſpẽſatio, ſecundum Hug.

Epiſcopus demãdat tã ea quæ sũt ordinis, q̃ ea quæ sũt iuriſdictionis.

oleo ſanctificato poſſunt vngere infirmos presbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi. Sed quæritur an epiſcopis licet eodem modo vngere infirmos: & an illa vnctio ſit impœnitentibus concedenda, quæ quæſtiones in proximo cap. ſoluuntur.

priuati † ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundũ vſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chriſmate tangere debeant, concedimus.[a]

† baptiZãdi] orig.

† baptiZãdos] orig.

Supra Leo eps contra: [Quamuis chorepiſcopis, &c.] *dist. 68.*

Item Gelaſius Papa eps per Lucaniam, &c. epiſt. 1. c. 8.

¶ Vltra ſuum modum presbyteri tendere non præſumant. C. II.

PResbyteros vltra ſuum modum tendere prohibemus; nec epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſumere; non conficiendi chriſmatis, non cõſignationis pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

Sed iſtud[b] Gregorij pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſum legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelaſii, vſu approbante, præualuit; niſi forte, vbi aliquarum conſuetudo hoc admiſit, vt in abſentia epiſcopi, extrema neceſſitate cogẽte, ex cõceſſione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniant. ¶ Prohibitio vero Leonis, & Gelaſii in eo caſu intelligatur, cum epiſcopi præſentes ſunt, vel cum non cogit vltima neceſſitas. Oleo vero ſanctificato[c] permittitur eis vngere infirmos. Vnde Iacobus ait: [Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, qui orẽt ſuper eũ, vngẽtes eũ oleo in nõie Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmũ.] Iac. 5.

2 *¶ Sed quæritur, an epiſcopis liceat eodem oleo vngere*

b ¶ Sed

b ¶ Sed iſtud.] hoc allegando dicit, aliàs conſuetudo non iuuaret in hoc, vt extra de conſue. quanto.

c ¶ Sanctificato.] quo deficiẽte admiſcetur aliud. extra de conſecr. ecc. vel alta. c. quod in dubijs. Et eſt duplex cauſa quare infirmi inunguntur: ſcilicet quia venialia delentur: & præſtat augmentum virtutibus: argu. de cõſecr. diſt. 5. c. 1. & 2. & extra de ſacra. vn. c. 1. & quia infirmus etiam liberatur ab infirmitate corporali. arg. hic. Sed quid ſi quis non habet oleum, & inungit chriſmate, tenet vnctio? Videtur quòd ſic: quia prope eadem vſia eſt: quia chriſma non eſt niſi oleum balſamo admiſtum. extra de ſac. vnc. c. 1. ſicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino: quia eſt prope eadem vſia. vt ff. de contrahen. emp. l. in venditionibus. ſed forte ſecus, quia non eſt forte prope eadem vſia. Item? numquid confert hoc ſacramentum, ſi quis inũgit oleo nõ conſecrato, videturq ſic: quia & baptiſmus confertur in aqua non conſecrata. de conſ. diſt. 4. cap. ſi quis. Alij dicunt contra, nec eſt ſimile *, quia vis baptiſmi tota eſt in verbis: hæc autem vis eſt in re ipſa: ſcilicet in oleo. Sed iſta ratio calumniam habet. extra de bap. ca. pen. Sed numquid poteſt hoc ſacramentum iterari? Dicunt quidam quòd non. 1. q. 1. quod quidam. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. Si obijciatur de matrimonio, non valet: quia veritate inſpecta matrimonium non iteratur. 31. q. 1. hac ratione. prius enim vnum deletur, quàm ſecundum contrahatur. Alij dicunt, q poteſt iterari: quia cũ quis ſecundo infirmatur, deſinit in eo eſſe illud ſacramentum quod prius accepit *.

Vnguntur infirmi [ob] duas cauſas.

Vnctio extrema [an] poſſit [fieri ſ]iue oleo.

Vngere an poſſit quis oleo nõ conſecrato.

* Vide S. Th. 3. p. q. 72. 3. & 4. ſen. diſ. 7. q. 1. a. 3.

Vnctio extrema põt iterari.

* Vide S. Th. 4. diſ. 23. art.

SVPRA. CASVS. Modo vult probare contrarium: & inducit c. ſupra 68. diſt. cap. quamuis. & cap. ſequẽs: cuius caſus patet.

PResbyteros.] SED ISTVD. CASVS. Soluit Gratianus dicens, quòd illud quod Grego. conceſſit ſupra in c. 1. huius diſt. factum. fuit propter ſcandalum vitandum. & quod dicitur ſupra in c. quamuis. & cap. presbyteros. eſt generaliter obſeruandũ. Ponitur & alia ſolutio, ſcilicet vbi conſuetudo eſt, abſente epiſcopo & in neceſſitate poſſunt presbyteri hæc facere: & ex conceſſione Gregor. Cap. vero quamuis. & cap. presbyteros. intelliguntur cum epiſcopi ſunt præſentes. ſed de iure

SED QVÆRITVR. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua quærit, ſi eps poteſt inungere infirmos, eſt dicendum quod ſic, infra cap. proxi. Ioan. de Fant.

Illud.]

infirmos; vel ſi impœnitentibus huiuſmodi vnctio ſit concedenda. De his vero ita ſcribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum epiſcopum, epiſt. 1. c. vlt.

Alcuinus de diuinis officijs, pag. 94. Conc. Vuormacienſe. c. 72. Iuo par. 2. c. 75.

¶ Oleo ſanctificato non prohibetur epiſcopus infirmos tangere. C. III.

ILlud ſuperfluum videmus adiectum, vt de epiſcopo [a] ambigatur; quod presbyteris licere non dubiũ eſt. Nam idcirco de presbyteris dictum [b] eſt; quia epiſcopi occupationibus alijs impediti ad oẽs languidos ire non poſſunt. Ceterum ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum; & benedicere, & tangere chriſmate [c] ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Nam non [α] pœnitentibus [d] iſtud infundi nõ poteſt [e]; quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus reliqua ſacramenta negantur [f], quomodo vnum genus putatur poſſe concedi? His ergo, frater chariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curauimus.

α ¶ Non pœnitentibus.] *In epiſtolis Innocentii tam impreſſis, quàm manuſcriptis (licet aliter teſtetur auctor gloſſæ) in concilio Vuormacienſi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur ſine negatione. Et in gloſſa, (vt eſt in antiquis exemplaribus) vtraque lectio exponitur.*

3 *Chriſma vero à ſuis epiſcopis ad baptiſmi ſanctificationem presbyteri petant.*

Vnde in concilio Carthaginenſi 4. c. 36.

De conſ. diſt. 4. presbyteri. Burc. l. 4. c. 76. Iuo p. 1. c. 270. Pann. l. 1. c. 101.

¶ Chriſma ſingulis annis à proprio petatur epiſcopo. C. IIII.

PResbyteri, qui [g] per diœceſes eccleſias regunt, non à quibuſlibet epiſcopis [h], ſed à ſuis; nec per iuniorem clericum, ſed omni [β] [i] anno aut per ſeipſos, aut per [k] illum, qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolennitatem chriſma petant.

¶ *Huic capiti rubrica eſt propoſita ex aliquot vetuſtis exemplaribus.*

β ¶ Omni anno.] *Verba hæc non ſunt in editionibus conciliorũ Colonienſibus duobus, & quattuor tomis impreſſorum; neq. infra de conſecra. diſt. 4. vbi hoc idem, ſed ex concilio apud Valentias, refertur. Verũ & in Colonieñſi priſca, ac trium tomorum, & duobus Pariſienſibus, duobuſque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. litteris. de conſecra. diſt. 3. à Fabiano Papa ſingulis annis nouũ chriſma fieri præcipitur.*

ILlud.] CASVS. Quidam epiſcopus cũ legeret in epiſtola Iacobi, inuenit eum dixiſſe tantum de presbyteris vt vngant infirmos: quare quæſitum eſt ab Inn. an epiſcopus oleo ſanctificato infirmos vngere poſſit. Et reſpondet ꝙ ſic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus fecit mentionem: quia epiſcopi alijs negotijs impediti non poſſunt infirmos viſitare. Secundo, quæſiuit an hæc vnctio ſit impœnitentibus concedenda. Et reſpõdet quòd non: quia cui negantur cetera ſacramenta, nõ debet iſtud concedi.

Maiori licet qđ licet minori.

a ¶ Vt de epũ.] arg. qđ licet minori ex officio, multo fortius maiori licere. arg. 33. q. 2. hiſtoria. 35. q. 6. ſi duo. arg. contra. 88. diſt. epiſcopus gubernationem. arg. ſi. per contrarium. 8. q. 1. ſi ergo.

b ¶ Dictum.] à Iacobo, vbi dixit, Infirmatur quis, &c. quamuis in hoc nomine presbyteri poſſunt intelligi epi. ar. ĩ. diſt. 50. placuit. verſic. vt manũ non imponant.

c ¶ Chriſmate.] idest, oleo: vel vt dicũt quidam, epiſcopus chriſmate, presbyter oleo inungit. H.

d ¶ Nõ pœnitẽtibus.] ita continua, vere ei, quẽ epiſcopus dignũ duxerit ad viſitandũ, & ita in originali habetur, non pœnitentibus: quod intelligit đ ſollẽniter pœnitẽtibꝰ.

e ¶ Non poteſt.] ſic 50. diſt. cap. vlt.

f ¶ Negantur.] Arg. ꝙ excommunicatus vel anathematizatus non poſſit cõtrahere matrimonium [1]: qđ non eſt verum, vt extra de eo qui du. in matrimonium quam polluit per adul. ſignificaſti. in fi. H.

1 Adde an poſſit fieri monachus not. Bal. in l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccl.

f ¶ Negantur.] Arg. omnia eiuſdem generis eodem iure cenſori. arg. ĩ. diſt. 4. denique. arg. ĩ. diſt. 2. competimus. Arg. contra. 50. diſt. ſtudeat. argu. diſt. 81. ſi quis ſacerdotum.

CHRISMA. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, ꝙ presbyteri debent chriſma à ſuo epiſcopo recipere: & epiſcopi debent honorare presbyteros: quia & ipſi presbyteri ſũt: & inſimul debent Dei eccleſiam gubernare. Quia autẽ vnus epiſcopus eſt maior, hoc fuit đ cõſuetudine *. & hoc probat ꝑ octo capitula. Ioan. de Fan.

* *Vide notata ſupra diſt. 93. c. legimus in gl. ad ver. poſtea.*

CASVS. Nũc vero dicit, quòd presbyteri debẽt petere chriſma à ſuis epiſcopis quolibet anno non per clericum minorem, ſed aut per ſe, aut per ſacriſtam, vt ĩ. ſequen. c. cuius caſus idem dicit.

g PResbyteri qui.] Infra de cõſ. diſt. 4 presbyteri.

h ¶ Epiſcopis.] peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab alijs, quàm à ſuis: niſi forte priuilegiati ſint, vt poſſint petere à quibuſcumque velint.

i ¶ Omni anno.] hoc exponitur de cõſecr. diſt. 4. omni tempore.

k ¶ Per illum, qui ſacrarium tenet.] idest, per diaconũ 23. diſt. non oportet ĩ. Et nota ꝙ ex quo res datur certo nuntio.

nūtio,eius eſt iam periculo cuius eſt nuntius.ſi nuntio rem dari voluit.ſecus ſi miſit nuntium 1.vt eum ad moneret,q ei res mitteretur.& hæc colliguntur ff.cõm. eum qui rem.§.ſi rem.& legibus duabus ſequentibus. & eſt arg.ff.de ſolu.ſi quis:& l.ſi ſoluturus.extra de pig. ſignificante.

1 Si malum miſit,imputa', vt leg. & not.3.q.7.ingrauib. in prin. De hoc etiam not.in c.cõſueuit. ff. nau. caup. ſtab. l.fi.§. ſeruorum. Archid.

e ¶ Duplici.] ſ. clericis ſcilicet & laicis:vel quo ad obedientiam in ſpiritualibus,& ſubminiſtrationẽ in temporalibus.Vel duplici, id eſt, officio prædicandi & ſumendi tympanum,ideſt,temporalia:iuxta illud:Sumite pſalmum,&c.

f ¶ Bene-

Item Hieronymus ad caput primum epiſtolæ ad Titum, ad ea verba:[& conſtituas.]

¶ Presbyter idem eſt qui epiſcopus, ac ſola conſuetudine præſunt epiſcopi presbyteris. C. V.

Anſ.l.7.c.127. Poly. l.2.tit.39.

OLim † idem erat presbyter,qui & epiſcopus. Et antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego ſum Pauli[a], ego Apollo, ego autem Cephæ.] communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero vnuſquiſq. eos, quos baptizauerat,ſuos putabat eſſe,non Chriſti; in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris electus ſuperponeretur † ceteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret,& ſchiſmatum ſemina tollerentur[b]. *& paulo poſt.* ¶ Sicut ergo presbyteri ſciunt ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei,qui ſibi præpoſitus fuerit,eſſe ſubiectos; ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine[c], quàm diſpenſationis † Dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores, & in commune debere eccleſiam regere.

† *Idẽ ergo eſt presbyter*] or. 1.Cor.1.

† *ſuppeneretur*] orig.

† *diſpoſitiõis*] orig.

OLim.]CASVS. Nũc repetit Gratianus de dignitate presbyterorum.Eſt ergo caſus. Infra oſtendit Hiero. in hoc cap. q olim idẽ erat presbyter qd epiſcopus,& eccleſiæ regebantur communi eorum cõſilio.Poſtea vero cum ſchiſma ortum eſſet, & vnus diceret,ego sũ Pauli; ego sũ Cephę? ego ſum Apollo: quaſi ſum melior te,quia ſum baptizatus à meliori: ideo ſtatutum fuit,q vnus de presbyteris præeſſet omnibus ſicut ergo conſuetudine, presbyteri epiſcopis ſubijciũtur, ita epiſcopi ſciant ſe magis conſuetudine, quàm conſtitutione aliqua præferri: nec ſine presbyterorum conſenſu diſponãt eccleſias.

a ¶ Pauli]ideſt,baptizatus baptiſmo Pauli 2.

2 Sub. & ideo sũ melior.Hæc dicebant quidam credẽtes merita baptizãtiũ aliqd operari in baptiſmo: qd falſum eſt. de conſecr. diſt.4.ſi inter. & c.baptiſmus.H.

b ¶ Tollerentur.] Et dicit lex q cõmodius eſt ſingulas res ſingulis nominibus ſiue appellationibus diſtingui.inſti.qui.mo.teſt. infir.§.ſed quia diſtinctio nominum differentiam rerum declarat, vt 21. diſtin. cleros.ſic C.de codi. nec codicillos.

Idem ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum de ſeptem gradibus eccleſiæ.

Inter opera Hiero.tom.4.vel 9.

¶ Coram epiſcopis,presbyteris docere licet †. C. VI.

† *al.non licet*

Anſel.l.7.c.128.

ECce[a] ego dico,præſentibus epiſcopis ſuis, atque adſtantibus in altari presbyteros poſſe ſacramenta conficere. *& infra.* ¶ Sed quia[d] ſcriptum eſt: [Presbyteri duplici[e] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini.] Prædicare eos decet, vtile eſt benedicere[f],congruum confirmare[g], conuenit reddere communionem,neceſſe eſt viſitare infirmos, orare pro inualidis,atque omnia[h] Dei ſacramenta complere. *& infra.*

1. *Tim.* 5.

Presbyter ſimplex,an poſſit benedicere eo præſente. 3 Sed tales benedictionẽ cet presbyteri dant præſentia epõrũ licentia eorum, vt c. hic al. 21.diſt. denique. Hug. 4 Adde pro concordia huius glo. an & quando verba generaliter prolatã reſtringatur, glo. in l. 1. vnuſquiſque. C. de ſac.ſan. eccle. Bar. in l. 1. §. hoc autẽ. ſide no.oper.

c ¶ Conſuetudine]Nihilominus ex inſtitutione, vt 3.diſt.93.legimus.& ita exaudi qd ſequitur,magis conſuetudine cõi: arg.extra de his quæ fi. à præla. nouit.

ECce ego.]CASVS.Ruſticus Narbonen.epiſcopus nõ permittebat presbyteros prædicare, nec populum benedicere.reprehendit ergo Hierony. ipſum dicens q presbyteri prædicare poſſunt & benedicere.Et hoc probat 4.rationibus:Prima eſt:quia presbyteri debent honorari duplici honore, ideſt,officio & beneficio.Secunda eſt:quia conceſſum eſt eis conficere corpus Chriſti, cui nihil poteſt anteponi:multo fortius eis concedi debent quæ ſunt minora. Tertia eſt:quia ex hoc maxima calamitas creſcit in gregibus Domini, ſcilicet ſi ſacerdotes remoueantur tamquam vitioſi.Quarta eſt: quia ab initio presbyteri fuerunt mandati iudices,& etiam appellati ſunt epiſcopi.Quod probat 4. auctoritatibus. Prima eſt circa principium.Secunda ibi,[Etenim abeũtibus.]Tertia ibi, [Quis igitur hic rogo.] Quarta ibi, [Presbyteri negotiorum.]

d ¶ Sed quia.]Ita continua.dico q præſentibus epiſcopis poſſunt conficere:quia non ſolum hæc, ſed alia poſſunt facere. Ex vi litteræ & ẽt probationis videtur, q epi non prohibent presbyteros Miſſam cantare, ſed benedicere & prædicare,& cetera quæ ſequuntur.

f ¶ Benedicere.]Cum epiſcopus abeſt. Sed hæc ſol.non valet: quia hic loquitur cum præſens eſt epiſcopus. Vel intelligas iſtud quando benedicit priuatim ſine ſolennitate 3. aliàs contra 21.diſtin. denique. item contra.27.quæſt.6.miniſtrare. Sed & illud ſimiliter intelligitur de ſolenni benedictione. Vel dic quòd quando cantat Miſſam præſente epiſcopo, debet innuere epiſcopo vt ipſe benedicat. & ſi vult epiſcopus benedicere,non benedicet presbyter. argu.de conſecra. diſtin.1. cum ad celebrandas. aliter presbyter ſuo iure poteſt benedicere. nam eo ipſo quòd ei dat poteſtatem benedicendi. ſupponitur ei tamquam minor: & poteſt ab eo benedici:argu.ff.de iuriſdi.omn.iudi. l.eſt receptum.& ff.ad Trebel. ille à quo. §.tempeſtiuum. Hug. Vel dic quòd eo ipſo,quòd permittit ei Miſſam celebrare, per conſequens omnia quæ ſine Miſſa eſſe non poſſunt, vt extra de offi.deleg.præterea.

g ¶ Confirmare.]in fide.11.q.3.q prædeceſſor. vel inungere oleo infirmorum,vel chriſmate in vertice.

ADDITIO. Prima expoſitio præualet ſecundum Hu. & hoc patet per id Hierony. quod ſequitur, exhortentur.Archid.

h ¶ Omnia.]quæ ad eos pertinent.arg.vocabulum generaliter prolatum non omnia particularia comprehendere:arg.contra.28.diſt.de Syracuſanæ 4.

a ¶ Bene-

a ¶ Benedicere.] id eſt, abſoluere, vel priuatim reconciliari, non ſolenniter, vt 26.q.6.cap.1.

b ¶ Non debet.] arg. cui licet plus licet & minus, vt 16. q.1.ca.1. Sed maius tripliciter dicitur efficacia, vt baptiſmus, vt 32.diſ.§.verū. ſcilicet qa mortalia tollit & venalia. propter rem ſubiectā, & ſanctitatē, vt corpus Chriſti, vt hic. auctoritate miniſtrantiū, vt quę ad ep̄os ſolos pertinent, vt j̄. de conſe. diſt.5.manus. & quarto modo, pp̄ter ſignificationē, vt matrimonium quod ſignificat Chriſti & eccleſiæ cōiunctionem. extra de biga. debitū. quinto propter multitudinē conuerſorum.1. q.1. interrogo.

¶ Nemo hinc epiſcoporum inuidia diabolicæ tentationis inflatus iraſcatur in templo, ſi presbyteri interdum exhortentur plebem, ſi in eccleſijs prædicent, ſi plebibus, vt ſcriptum eſt, benedicāt. Etenim abnuenti mihi iſta ſic dicam: qui non vult presbyteros facere, quæ iubentur à Deo; dicat, quis maior eſt Chriſto? aut quid corpori eius, aut ſanguini poterit anteponi? Si presbyter Chriſtū conſecrat, cum in altario Dei ſacramenta benedicit; benedicere [a] populo non debet [b] qui Chriſtum etiam meruit conſecrare? *& paulo poſt.* ¶ Circa [c] laicos, ac mulieres iubentibus vobis, ò iniuſtiſsimi ſacerdotes, presbyter Dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædicandi, truncatus eſt omni parte virtutum, ſolum presbyteri nomen [c] habet, plenitudinē, ac perfectionem, quæ conſecrationi eius competit, non retentat.

¶ Quis hic, rogo, ò ſacerdotes, honor veſter eſt, vt damnum gibbi † inferatis [d]? Quoniam cum paſtoribus per potentiam veſtram aufertur Deo digna diligentia, contagiū quoddam, & calamitas creſcit in gregibus: ac Dominici patrimonij [e] damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſia potentari. *& paucis interiectis.* ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negotiorum [f] iudices eſſe mandati ſunt, presbyteri intereſſe ſacerdotum [g] concilio †: quoniam & ipſi presbyteri vt legimus, epiſcopi nuncupantur, ſecundum quod ſcriptum eſt ad epiſcopum: [Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuū presbyterij.] & alibi ad maiores natu: [Qui vos poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei.] *& infra.* ¶ Sed oderunt hoc ſacerdotes ſuperbi in presbyteris nomen, qui nolunt eſſe hoc, quod Chriſtus, qui diſcipulorum pedes lauit; qui baptizatus eſt à Ioanne, licet baptizandum ſe Ioannes à Domino proclamaret. Propterea hæc ſcribo, vt ſi præteriti temporis error [h] non poteſt iam reuocari, vel ad præſens [i] in eccleſijs ſeruetur humilitas, vt presbyteri hoc in eccleſijs ſuis faciant, quod Romæ [k], ſiue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hiſpania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perſeuerat, quod in cælis fit (quod maius eſt) vbi ſedes angelorum † legis eſſe diſpoſitas.

† *gregibus*] vera lectio.

2. Tim. 3.

† *conſilio*] or.

1. Tim. 4.

Act. 20.

Ioan. 1.

Matth. 3.

† *eorum*] ori.

a ¶ Ecce ego.] *Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de ſeptem gradibus, & additur negatio*, Nec ego dico præſentibus epiſcopis, atque adſtantibus altari, presbyteros poſſe ſacramenta conficere: ſed ſi forte vſus exegerit, vt venientes ad eccleſiam ſacerdotes eiſdem horis, quibus aut oblatio parata non ſit, aut non poſsit offerri, non debere epiſcopum repudiare Euchariſtiam presbyterorum, &c.

c ¶ Circa laicos.] *In libello ſic legitur*, tamen credendum eſt ſummi ſacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iuſſerit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iniuſtiſsime ſacerdotibus, non recte presbyter Dei, benedictionis, &c.

c ¶ Nomen.] argu. C. de cura. fur. cū alijs. in fin.

d ¶ Damnum gibbi inferatis.] .i. remoueatis presbyteros à cōſecratione & prędicatione, ſicut illū, qui gibbū habet, vt ſ̄. diſ. 69. hinc etenim. vel demū gibbi, quia nō prædicantibus presbyteris incuruat populus i delictis, & quaſi gibboſus efficitur.

e ¶ Patrimonij.] id eſt, rerum eccleſiæ. ſ̄. 21. diſt. in nouo.

f ¶ Negotiorum.] id eſt, cauſarum, vt 11. q. 1. relatum. & 2. q. 5. ſi quis.

g ¶ Sacerdotum.] id eſt, ep̄orum. ergo & oēs interſūt cōcilio metropolitani, vt 18. diſt. cap. pen. & vlt.

h ¶ Error.] Hic collige q̄ ea quę per errorem ſtatuta ſunt, ex diuturna vtentiū approbatione ius faciunt. Io. q̄d falſum eſt, cū cōſuetudo debeat eſſe rationabilis & præſcripta [1], vt extra de cōſue. c. vlt. nec iſta littera ꝯdicit. B. vt rōne multitudinis excuſentur à pœna, non à culpa, vt ſ̄. diſ. 4. denique. quod enim factū eſt, infectum eſſe nō poteſt. in Auth. de æqua. do. §. 1. coll. 4. ff. de capt. l. in bello. §. factæ.

1 Adde quę ſit conſuetudo rationabilis & præſcripta in l. de quibus. ff. de legib.

i ¶ Vel ad præſens.] id eſt, amodo.

K ¶ Quod Romæ.] ſcilicet vbi minores exercēt ſua officia p̄ſentibus maioribus.

ESto ſubiectus.] CASVS. Quædam conſuetudo peſſima erat in quibuſdam eccleſijs, ſcilicet q; presbyteri præſentibus epiſcopis non audebant prædicare vel loqui. Sed Hierony. oſtendit q; ſubditi debent obedire prælato, & prælatus non debet ſubtrahere ſubditis debita. & hoc probat quinque rationibus. Prima eſt ibi, [Scitũ eſt illud.] Secũda ibi, [Quod autẽ Aaron.] Tertia ibi, [Vnus dominus] Quarta ibi, [Recordemur.] Quinta ibi, [Sed ſi aliquid, vt inquit.] Omnia capitula, quæ ſequuntur vſque ad diſt. plana ſunt.

g ¶ Reuelatum.] ſupra diſt. 8. fruſtra. C. de off. rec. pro. l. potioris.
h ¶ Sedenti.] in loco inferiori.
i ¶ Taceat.] deliberando in ſermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

γ ¶ Ac Dominici] *Ibidem eſt*, ac Deo noſtro, nõ patrimonij ſui damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſijs potentari.

δ ¶ Ad epiſcopũ.] *Hoc loco longe plenior eſt orationis libello, & pro hac auctoritate apoſtoli ad Timotheum, multa alia afferũtur.*

Item ad Nepotianum, epiſt. ſecunda.

¶ Epiſcopi, & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant. C. VII.

ESto ſubiectus põtifici tuo, & quaſi animæ parentem ſuſcipe. *& paulo poſt.* ¶ Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos, honorent clericos quaſi clericos [a], vt & ipſis à clericis, quaſi epiſcopis honor deferatur [b]. ¶ Scitum eſt [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam vt principem [d], cum tu me [e] non habeas vt ſenatorem? ¶ Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopum, & presbyteros eſſe nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnum templum; vnum ſit etiam miniſteriũ. ¶ Recordemur ſemper, quid apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus: [Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum; neq. vt turpis lucri gratia, ſed voluntarie; neque vt dominantes in clerum, ſed forma facti gregi † ex animo, vt cũ apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.] ¶ Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis nõ loqui: quaſi aut inuideant [f], aut non dignentur audire: [Et ſi alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum [g] ſedenti [h], prior taceat [i].] *& paulo poſt.* ¶ [Gloria patris eſt filius ſapiens.] Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes.

Anſ. l. 7. c. 111.

1. Pe. 5.

† al. gregis

1. Cor. 14.

Prou. 10. & 13.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 56.

¶ Presbyteri epiſcopos non præcedant, ſed comitentur, vel ſubſequantur. C. VIII.

NOn oportet [k] presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere [l] in tribunalibus [m], ſed cum epiſcopo ingredi; niſi forte aut ægrotet epiſcopus, aut in α peregrinationis [n] commodo eum abeſſe conſtiterit.

α ¶ In peregrinationis commodo.] *Sic priſca verſio: ſed Dionyſius longe propius ad verba græca*, niſi forſitan infirmitate detineatur, aut proficiſcatur epiſcopus. παρ' εἰ μὴ ἀῤῥωστίᾳ, ἢ ἀποδημίᾳ ἐξετάσεται.

Epiſcopi ſubditos debẽt fratres appellare.

a ¶ Quaſi clericos.] Hoc eſt contra ſupercilium epiſcoporum qui ſubditos appellãt filios cũ debeant eos appellare fratres, vt 8. q. 1. quid autem. vel ſocios, vt 10. q. 3. cauẽdum. caueant tamen clerici, ne cũ ſcribunt epiſcopo, vocent eum fratrem, prout dicit dominus Imperator, quòd iudices ſuperioribus honorem debẽt facere in ſalutatione. C. de offic. diuer. iu l. 2. arg. C. de offic. præfe. vr. l. 1. vbi hoc idẽ dicitur.

b ¶ Deferatur.] Sed pone quòd epiſcopus aliter ſe habeat contra iſtũ quàm debeat: numquid iſte ſuo iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur quòd ſic arg. 45. diſt. cum beatus. 22. q. 5. de forma. & fides non eſt ſeruanda non ſeruanti. extra de iureiur. peruenit 2. ſecus tamen eſt: 1 conſulo tamen ei, vt agat per ſuperiorem. arg. 11. q. 3. ſi epiſcopis. 9. q. 3. nunc vero.

Frangenti fidem fides frangatur eidem.

1 Ad hoc facit qđ dr in glo. ſeq. arg. qđ, &c. 2 Adde no. glo. in l. vt reſpõſum. & ibi Bal. C. de tranſ. glo. in l. cũ proponas. C. de pact.

c ¶ Scitum eſt.] id eſt, ſapienter dictum eſt. H. & ideo ſciri dignũ. Lau. hoc eſt, ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

d ¶ Vt principem.] factum reſpicit. nam de iure tolerãdus eſt prælatus vſque ad ſententiam. 8. q. 4. nonne.

e ¶ Me.] arg. q; fruſtra petis debitum, qui quod debet non impendit, vt 28. q. 1. ſi infidelis. 32. q. 5. non mœchaberis. & c. ſi ductum. 5. diſt. 9. neque in fi. 10. q. 1. placuit. 22. q. vlti. de forma. 18. q. 2. abbatibus. arg. cõ. 11. q. 3. inter verba. 93. diſt. dominus. 33. q. 5. quod Deo. H.

f ¶ Inuideant.] arg. contra epiſcopos, qui malunt habere illiteratos quàm litteratos circa ſe.

Epiſcopi litteratos ſecum habeant.

k NOn oportet.] Tempore ſolennium officiorũ, vel cum redeunt à proceſſione ad chorum.

l ¶ Et ſedere.] cõiũgas ingredi & ſedere. aliàs falsũ eſſet.

m ¶ In tribunalibus.] ar. C. de hæret. & manichæ. cũcti.

m ¶ In tribunalibus.] id eſt, in ſede iudiciaria, vt iudicent ſine eo.

n ¶ In peregrinationis.] de licentia ſuperioris. J. de cõſ. diſt. 5. non oportet. & de conſenſu ipſius eccleſiæ. extra de voto & vo. redemp. c. magnæ. & etiam domini Papæ.

a ¶ Epi-

a Epiſcopus. ¶]Non patiatur.]ita q. non liceat ei ſedere: niſi presbyter aſſumeret ſibi officiũ ſtandi. C. de poſtula. quiſquis. §. vlti.

b Epiſcopus ¶ Collegam ſe.]ita tamen q. nõ contẽnatur. ff. de officio præto. obſeruandum. Ioan.

c Presbyter. ¶ Non ſignet.]in vertice: quia in fronte non poteſt etiam auctoritate epiſcopi, vt de conſe, diſt. 4. presbyteri.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 34.

¶ Epiſcopus non dominum, ſed collegam ſe presbyterorum cognoſcat. C. IX.

Epiſcopus in quolibet loco ſedens ſtare presbyterum non patiatur [a].

Item ex eodem, c. 35.

¶ De eodem C. X.

Iuo p. 5. c. 337.

Epiſcopus in eccleſia, & in conſeſſu presbyterorũ ſublimior ſedeat. Intra domum vero collegam ſe [b] presbyterorum eſſe cognoſcat.

Item ex concilio Martini Papæ.

In capitu. Martini. Brac. c. 52. de conſ. diſt. 4. c. omni tẽpore. Mart. Bra. c. 56.

¶ Sine præcepto epiſcopi presbyter non ſignet infantes. C. XI.

Presbyter præſente epiſcopo non ſignet [c] infantes, niſi ab epiſcopo fuerit illi præceptum.

[*Item ex concilio Neocæſarienſi,* α *c. 13.*]

Anſ. l. 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Iuo p. 2. c. 53. † ἐν τῷ κυριακῷ

¶ [De eodem.] PALEA C. XII.

Presbyteri ruris, in eccleſia † ciuitatis, epiſcopo præſente, vel presbyteris ipſius vrbis, offerre nõ poſſunt, nec panem ſacrificatum β dare, calicemque porrigere. Si vero abſentes hi fuerint, & ad γ dandam orationem vocentur ſoli, dare debebunt.

α ¶ Neocæſarienſi.] *Antea citabatur ex Gemenſi. Reſtituta eſt inſcriptio ex ceteris collectoribus. Eſt autem hæc fere Dionyſii verſio.*

β ¶ Sacrificatum.] *Alibi vbique legitur,* ſanctificatum, *græce eſt in concilio impreſſo.* ἄρτον δ' ἰδόντας ἐν εὐχῇ: *Sed Apud Balſamonem* ἄρτον εὐχῆς, *ideſt,* panem myſticæ prædicationis.

γ ¶ Ad dandam orationem.] καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν; *ideſt,* & ſolus ad myſticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

7. diſtin. 63. c. ſi duo.

Illud autem [d] Honorij Auguſti, quod de electione ſummi Pontificis ſupra conſtituiſſe legitur, nullius eſſe momenti probatur: cum non ſolum de ordinibus, ſed nec etiam de rebus eccleſiaſticis legatur aliquando laicis attributa diſponẽdi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis eſſe monſtrantur.

In ſyno. Rom. 3. ſub Symmacho c. 1. & ſeq.

Vnde Symmachus epiſcopus catholicæ eccleſiæ vrbis Romæ ſynodo præſidens dixit.

Illud autẽ. In hac diſtinct. pbatur, q. conſtitutiones laicorum nõ præiudicant eccleſijs quia nihil iuris laicis de rebus eccleſiaſticis cõceſſum eſt, niſi ſola defenſio: & hoc probat per 12. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in diſ. 79. poſuit Gratia. conſtitutionem Honorij latam ſuper electione Romani põtificis. ſed ne aliquis crederet, q. laicis eſſet attributa poteſtas diſponendi aliquid de rebus eccleſiæ, & faciendi conſtitutionem ſuper ipſis ideo Gratianus nunc dicit, q. illa conſtitutio nullius fuit momenti: cum à laico facta fuerit: quia non habet poteſtatem aliquid diſponendi de rebus eccleſiæ: quare conſtitutio Baſilij nihil valebat, vt j. ead. cap. 1. bene tamen dicit, quòd conſtitutio Honorij facta fuit auctoritate Papæ: ideo valuit.

c ¶ Illud autem.] Hic depingitur 96. diſt. magiſter poſuit conſtitutionem Honorij Auguſti latam ſuper electione Romani põtificis. 79. diſt. ſi duo. Sed ne viderentur laici habere poteſtatem conſtituendi vel diſponendi de rebus eccleſiæ; ideo reducit hic illam conſtitutionem ad memoriam, vt oſtendat q. laicus nõ habet poteſtatem ſuo iure conſtituendi aliquid de rebus eccleſiæ. bene tamen poſſunt laici rogati concilijs intereſſe, & de rebus eccleſiaſticis cõſtituere: non tamen vt valeat eorum conſtitutio, quia ipſi conſtituerunt: ſed quia ratum habet eccleſia, vt dicit Gratianus infra diſtinctio. proxi. §. 1. &c.

Laici de rebus eccleſiæ nihil poſſunt conſtituere.

BEne quidem.] CASVS. Symmachus Papa ægrotans cum de ſalute corporis deſperaret, timēs ſchiſma poſſe contingere poſt mortem ſuam, iniunxit Baſilio, vt intereſſet electioni ſucceſſoris poſt mortem ſuam propter ſchiſma remouendū. tempore procedente quidam epiſcopi tractabant de electione ſucceſſoris Symmacho adhuc viuente. quo audito Baſilius congregauit concilium, & fecit conſtitutionē ne liceret electionem Papæ fieri ſine eius ꝓſentia; nec liceret Papæ alienare res eccleſiæ: & ſi alienatæ eſſēt reuocari deberet; & quædam alia, quæ in capitulo recitantur, conſtituit. Symmachus autem poſtea recōualeſcens poſt mortem Baſilij congregata ſynodo oīa poſt recitationē eorum retractauit. Et not. ꝙ quãq; loquitur Symmachus, vt in principio: qñq. notarius, qui cōtinuat verba diuerſorum per totū hoc capit. qñque Synodus, quãdoq. Baſilius: quandoque aliquis de ſynodo. & ego cum Hug. ad maiorem intelligentiam aliquantulum latius poſui caſū, quàm Bene. duo cap. ſeq. per te videbis.

f ¶ Inde diſputem.] non eſt diſputandū de eo, de quo ſtatim conſtare poteſt. ſi ergo vxor petat ſibi virum reſtitui, & vir paratus eſt incontinenti probare conſanguinitatem; non eſt audienda. ff. vti poſſeſſio lega. ſi ab quo. arg. contra. extra de reſt. ſpol. c. litteras.

not. 100. ſtin. optimum. ibi videas. Item adde ſ quibus caſibus requirantur ſubſcriptio not. ff. in l. diuus. §. ſenatus. ff. de fal.

¶ De rebus eccleſiaſticis diſponendis, laicis nulla facultas relinquitur. C. I.

BEne [a] quidem fraternitas veſtra eccleſiaſticis legibus obſecuta ſub diuini timore iudicij, quæ erant ſtatuenda, definiuit; & ad iuſtitiæ cumulum peruenit, dum ſufficienter vniuerſa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo [b], maxime [c] de clericis, quos amor dominationis inuaſit, & iugum diſciplinæ eccleſiaſticæ fecit reſpuere, *& paulo poſt.* ¶ Quorum exceſſus enarrare difficile eſt: vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini veſtro intimare non differo. Dixerunt inter alia, ſcripturam quamdam illuſtris memoriæ [d] Baſilium, quaſi pro eccleſiaſticæ amore ſubſtantiæ, cōſcripſiſſe; in qua nullus Romanæ eccleſiæ, nec interfuit, nec ſubſcripſit [e] antiſtes, per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde diſputem [f], vnde † poteſt veſtrum iudicare concilium; requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoſcatis, cuiuſmodi poſſit habere ſubſtantiam. ¶ Sancta ſynodus [g] reſpondit; deferatur in medium, vt cuiuſmodi ſit, poſſit agnoſci. Et dum diceret, Hormiſda diaconus recitauit. [Cum α in † Mauſoleo [h], quod eſt apud beatum Petrum apoſtolū, reſideret † ſublimis, & eminentiſſimus vir præfectus prætorio, atq. patricius, agens etiam vices præcellentiſſimi Regis Odoacris Baſilius, dixit, Quamquam ſtudij veſtri †, & religionis interſit, vt in epiſcopatus electione [i] concordia principaliter ſeruetur eccleſiæ: ne tamen † per occaſionem ſeditionis, ſtatus ciuitatis † vocetur in dubiū, admonitione † beatiſſimi viri Papæ noſtri Symmachi † Simplicij, quā ante oculos ſemper habere debemus, hoc nobis meminiſtis ſub obteſtatione fuiſſe mandatum, vt propter illum ſtrepitum, & venerabilis eccleſiæ detrimentum, ſi cum de hac luce tranſire contigerit, non ſine noſtra conſultatione, cuiuſlibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Creſconius epiſcopus ciuitatis Tudertinæ eccleſiæ, ſurgens è conſeſſu dixit; [Hic perpendat ſancta ſynodus, vti † prætermiſſis † perſonis religioſis, quibus maxime curæ eſt de tanto Pontifice, electionē laici in ſuam redegerint poteſtatē: quod contra canones eſſe manifeſtū eſt.] ¶ Item Hormiſda diaconus legit: [Nam & cū quid confuſionis [k], atq. diſpēdij venerabilis eccleſia ſuſtineret, miramur, prætermiſſis nobis, quidquā de rebus eccleſiæ fuiſſe tentatum, cum etiam

† ſed vt poſſit] orig.

† in vnū apud beatum] orig. — Ibid. c. 2.

† reſediſſent, ſublimis] orig.

† noſtri] orig. — Verba Baſilij.

† al. ne per

† al. ciuilitatis

† al. tamē admonitione

† abeſt dictio [Symmachi] ab orig. ſed auctor caſus, & gloſſæ habuit.

† al. vtrum

† prætermiſſas perſonas religioſas] codex can. verba Baſilij

a ¶ Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione ſui ſucceſſoris ꝓpter ſtrepitū hæreticorū ſchiſma interueniret: rogãuit Patricium Baſiliū, ꝗ gerebat vices Odoacris regis, ꝙ ipſe intereſſet in electione ſui ſucceſſoris. Baſili⁹ ſtatim Symmacho viuēte fecit quamdam cōſtitutionem, ſcilicet ꝙ ſine eius cōſultatione nō fieret electio ſummi Pontificis. Præterea, ꝙ non liceret alicui prædium ipſius eccleſiæ alienare: quæ conſtitutio retractatur hic; tum quia ibi quædam conſtituta ſunt, quæ à laico non poſſunt conſtitui: tum quia res eſſet mali exempli, 63. diſt. §. verum.

Baſilius à Symmacho rogat⁹ interfuit electioni Papæ.

b ¶ Plenitudo.] ỹ. 6. q. 1. ſi omnia.

c ¶ Maxime.] bene diffiniuit, ſupple.

d ¶ Memoriæ.] ergo iam deceſſerat Baſilius tempore huius ſynodi.

e ¶ Vel ſubſcripſit.] arg. in contractibus rerum eccleſiaſticarum non ſufficere conſenſum clericorum: nec in alienationibus, niſi ſpecialiter ſubſcribāt: 1, arg. 10. q. 2. caſellas, 12. q. 2. abbatibus. & c. ſine exceptione.

Conſenſus clericorū nō ſufficit in contractibus rerū eccleſiaſticarum.

g ¶ Synodus.] verba notarij.

h ¶ In mauſoleo.] Verba ſunt ſcriptoris. Mauſoleum proprie eſt ſepulchrū principis. Et dicitur à Mauſoleo rege, cui vxor Arthemiſia pudicitiæ inſignis conſtruxit ſepulchrū miræ pulchritudinis. Vnde & alia ſepulchra ſic ſunt appellata.

Mauſoleū quid ſit.

i ¶ Electione.] non tamen, vt aliquid inde conſtitueres, & ita exceſsiſti finem mandati Baſilij.

K ¶ Ac ne cōfuſionis.] proſecutio legis, & continuant verba ſic, non celebretur de electione Papæ, &c. ac ne.

a De hoc

a ¶ Nihil

a ¶ Nihil debuiſſet.] hoc dicit propter quoſdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt diſt. 79. ſi quis Papa. & c. nullus. Io.
b ¶ Præferentes.] id eſt, primo ſtatuentes.
c ¶ Ruſticum.] quid ſit ruſticum prædium, & quid ſit vrbanum

ne Papæ bene: argu. 32. diſtin. §. verum. 10. q. 3. cap. vlti. Sed vtrum epiſcopus laico poſſit hoc committere, ſicut dicemus infra eadem, capit. quòd non. M. tamen dicit contra: quia mucro eſt epiſcopi: immo nec presbyter hoc poteſt.

Laicus põt excommunicare ex Papæ delegatione.

ſacerdote noſtro ſuperſtite nihil ſine nobis debuiſſet [a] aſſumi. Quare ſi amplitudini veſtræ † vel ſanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antiſtitis electionẽ reſpiciunt, religioſa veneratione ſeruemus, hanc legẽ ſpecialiter præferentes [b], quam nobis, heredibusq. noſtris, Chriſtianæ mentis deuotione ſancimus: ne vmquã prædiũ, ſeu ruſticum [c], ſeu vrbanum, vel ornaméta, aut miniſteria eccleſiarum, quæ nunc ſunt, vel quæ ex quibuslibet titulis [d] ad eccleſiarum iura peruenerint; ab eo, qui nunc antiſtes ſub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris ſæculis ſequentur, quocumque titulo, atque cómento alienari liceat. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit; inefficax, atque irritum iudicetur; ſitque facienti, vel conſentienti, accipientiq. anathema.] ¶ Maximus [e] epiſcopus Bleranæ eccleſiæ dixit. [Modo ſancta ſynodus dignetur edicere, ſi licuit laico [f] homini anathema in ordinem eccleſiaſticum dictare: aut ſi potuit laicus ſacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, cõſtituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare?] Sancta ſynodus dixit, Non licuit; & adiecit, lege ſequentia. ¶ Hormiſda diaconus legit: [Et is, qui prædium ruſticum, vel vrbanum iuris eccleſiaſtici fuerit conſecutus, nouerit ſe nulla lege, vel præſcriptione munitum [g]; ſed ſiue is, qui alienauerit, ſiue qui eũ † ſequetur, voluntate contraria prædium huiuſmodi alienatum reuocare voluerit, id cum fructibus reſtituat, quos † illic fuerit conſecutus.] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus epiſcopus Venuſinæ eccleſiæ ſurgens è conſeſſu dixit, perlegatur [h]. Hormiſda diaconus legit: [Qua pœna placuit accipiétis etiã heredes [i] afficere. In qua re cuilibet clericorũ contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegij inſtar, vt quæ vel pro ſalute, vel pro requie animarũ ſuarum † vnuſquiſq. venerabili eccleſiæ, pauperum cauſa, contulerit, aut certe reliquerit [k]; ab his quos hæc maxime ſeruare cóuenerat, in alterũ † transferatur. Plane quæcumq. in gemmis, vel auro, atq. argento, necnõ & veſtibus minus apta vſibus, vel ornatui videbuntur eccleſiæ, quæ ſeruari, ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatione vendantur [l], & erogationi † religioſæ proficiant [m].] ¶ Cumq. lecta fuiſſet; Laurentius epiſcopus Mediolanenſis [n] eccleſiæ dixit: [Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos ſtatuendi in eccleſia, præter Romanum [o] Pontificem, habere aliquam poteſtatem: quos obſequẽdi

† veſtra ſanctitatis
Verba Baſilii
† al. cõſequenter
† al. qui illud
c. 3. Baſilii verba
† al. ſuorum
† al. alienitatem
† al. erogatio religioni proficiat

g ¶ Munitum.] nã ſi quis emit rem eccleſiæ, vel aliam rem in caſu illicito, non põt præſcribere. Nam dicit lex, q non eſt dubium eũ male fidei poſſeſſorem, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & cenſi. lib. 11. quemadmodum. nã nec iuris ignorantia põt eum excuſare. ff. de iuris & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne ſtatuerat: ſecus tamẽ eſt de iure: quia bene præſcribit laicus rẽ eccleſię cum fructibus etiã percipiendis, ſi ſit malæ fidei poſſeſſor. de reſtitu. ſpol. grauis.
Additio. Ad hoc extra de præſcrip. ad audientiam. iuxta finem. Super hoc videas quæſtionem B. quę incipit, eſto q res eccleſiaſtica. &c. & qđ not. ⁊. 16. q. 3. vniuerſas. in gloſ. non dicit. Archid.
h ¶ Perlegatur.] ff. de legi. & ſenatuſcõſul. l. inciuile.
i ¶ Heredes.] turpia enim lucra ab heredibus ſunt extorquẽda. extra d vſuris, tua. ff. de calũ. in heredẽ. Sed & alienator poſſet cõueniri, vt not. 12. q. 2 monemus.
K ¶ Reliquerit.] in morte. relinquẽdi nãque verbum, & c. ff. de tabulis exhib. l. 1. § vlti. †
l ¶ Vendantur.] arg. C. de admi. tut. lex.
m ¶ Proficiãt.] hic terminatur lex ipſa.
n ¶ Mediolanenſis.] argu. Mediolanenſem prærogatiuam ſedis habere ante Rauennatẽ, cũ ante eum reſpondet, ſicut in alia ſynodo ante eũ ſcripſiſſe legitur. ⁊. diſt. 17. § hinc. & §. illud

Laicus vtrũ rem eccleſię poſſit pſcribere.

† Et habes hoc qđ hic dicit. 16. q. 3. l canonibus, Arch.

Prædium eſt duplex.

vrbanum prædium, habemus ff. de ſeru. ruſt. præd. & ff. de ſer. vrb. præd. per totum.
d ¶ Titulis.] ſiue donationis, ſiue emptionis.
e ¶ Maximus.] ſic & iuriſperiti dicunt quid ſentiãt. ff. de his quæ in teſtamen. delen. l. proxime.
f ¶ Laico.] nam licuit laico iure ſuo, ſed ex delegatio-

igitur. G. tamen aliter hoc ſoluit. diſt. 17. § illud.
o ¶ Præter Romanũ.] id eſt, Papæ auctoritatẽ, & conſenſum eius. Sed cõtra. 16. q. vlt. in nona actione. Sed ibi nõ phibetur, q eps laico nõ poſſit cõmittere officiũ ad tempus: ſed ne iuriſdictionem largiatur ei in perpetuũ. Et eſt argumentũ, Papam quamlibet cauſam eccleſiaſti-

Cauſa qlibet eccleſiaſtica per Papam laico committi poteſt.

cam committere poſſe laico:arg.23.diſt. mulier. & 94. diſtin valde.5.q.3.qui epiſcopus.contra.79.diſt.ſi duo. ſ.ca.denique contra. Intelligendum eſt non ſua auctoritate. Sed numquid auctoritate epiſcopi poteſt laicus aliquid cõſtituere in eccleſia? videtur, quòd prædicare poteſt inuitatus à clericis.23.diſt. mulier. arg. extra de foro compet. nullus iudicum. Dic cũ Hu. quòd non poteſt ex delegatione epiſcopi cauſas ſpirituales tractare, nec excommunicare.vnde nihil faciunt qui per pueros excommunicant & perſeruientes. Cauſam autem ciuilem laicis epiſcopus committere poteſt,& ita intellige prædictam decretalem,in nona.Et quod dicitur de prædicatione, ſpeciale eſt. Quid ergo dices de templarijs?nõne ipſi poſſũt excommunicare fratrem ſuum? Dici poteſt,quòd ſic:quia ipſi non ſunt laici. arg. 12.q.1. duo. Credo quòd non poſſunt, niſi ſint presbyteri.extra de ſẽten.excom.canonica. tione auctoritatis aliquã repelli,licet ſint bona. arg. 18. diſt.c.1.1.q.1.principatus.ff.de re mili.l.3.§.in bello.ar. contra.1.q.1.Dominus declarauit.argum. contra,1.q.1. nonne Sodomitæ.

Laicus an epi auctoritate poſſit in eccleſia aliquid conſtituere.

a ¶ Imperãdi.] ſ.16. q.vlt.non placuit.

b ¶ Legatur.] verum eſt,quòd non legitur aſſẽſus metropolitanorũ ſecundum canones, ideſt, legitimus: bene tamen legitur cõſenſus epiſcoporum.arg. ſ.ead.c.1. Illa autem determinatio, quæ præcedit, ſecundum canones,ſoluit cõtra.

c ¶ Nec canonibus.] cõiunctim accipe hæc duo diuiſa.

d ¶ Religioſis.] ſ. 16. q.vlt.laicis.

e ¶ Debere.] ſ.9. q.3. cap.2.

f ¶ Qui merito.] ſ. 40.diſt. non vos.

g ¶ Primatum.] ſ.9. q.3.nemo.& cap. antiquis.

h ¶ Tribuere.] ſ.diſt. 16.c.1.& 2.

i ¶ Carere.] ſ.diſt.21. in tantum.

k ¶ Vel Stephani.] iſte tamen Stephanus non dixit, niſi perlegatur, & ſic per tale verbum intelligitur aliquis conſentire, vt not. ſ. 63. diſt. cum Hadrianus.

l ¶ Ratione.] arg. ra-

α ¶ Actio.

manet neceſsitas,non auctoritas imperandi [a]:maxime cũ nec Papa Romanus ſubſcripſerit, nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur [b] aſſenſus.] ¶ Petrus epiſcopus Rauennatis eccleſiæ dixit: [Scripturam, quæ in noſtra congregatione vulgata eſt,nullis eam viribus ſubſiſtere manifeſtum eſt; quia nec canonibus [c] conuenit, & à laica perſona concepta videtur:maxime quia in ea nullus præſul ſedis Apoſtolicæ interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione firmaſſe monſtratur.] ¶ Eulalius epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit: [Scripturam,quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt, euidentiſsimis documentis conſtat eſſe inualidam. Primum, quòd contra Patrum regulas à laicis,quamuis religioſis [d] (quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vmquã attributa facultas)facta videtur:deinde quòd nullius præſulis Apoſtolicæ ſedis ſubſcriptione firmata docetur. Quòd ſi cuiuſlibet prouinciæ ſacerdotes intra terminos ſuos concilio habito, quidquid ſine metropolitani ſui auctoritate tentauerint,irritum eſſe debere [e] ſancti Patres ſanxerunt; ſ.9.q.3.c.2.
quanto magis,quod in Apoſtolica ſede, non † exiſtente † al. nunc
præſule (qui merito † [f] beati Petri apoſtoli per vniuerſum orbem primatum [g] obtinens ſacerdotij,ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere [h] firmitatẽ)à laicis(licet conſentientibus aliquantis epiſcopis, qui tamen Pontifici, à quo conſecrati † probantur,præiudicium inferre non potuerunt)præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere [i] non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri?] ¶ Sancta ſynodus dixit. Licet † ſecundũ proſecutionem venerabilium fratrum noſtrorum, Laurẽtij,Petri,Eulalij,Creſconij, Maximi,vel Stephani [k], nec apud nos incertum habetur hãc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti; verumtamen etiã ſi aliqua poſſet ratione [l] ſubſiſtere,modis omnibus in ſynodali conuentu prouida beatitudinis veſtræ ſententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præſumendi quibuſlibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus in quacumq. ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus; quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe à Deo cura commiſſa docetur.

† al. prærogatiua

† al. cõſecrari

† al. Liquet

α ¶ Cum in Mauſoleo.] *Hoc initium ſcripturæ Baſilij in tomis conciliorum, & codice canonum ſic habet,* Cum in vnum apud beatum Petrum Apoſtolum reſediſſent,ſublimis,&c. *Omnino autem multæ ſunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani,in varijs conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus ea tantum partim indicata,partim notata ſunt,quæ maioris ponderis ſunt viſa.*

β ¶ Reuocare.] *Sic eſt emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impreſſis, & manuſcriptis,cũ antea legeretur,* retinere.

γ ¶ Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur,* Quam pœnam placuit accipientis heredes, proheredeſque

a ¶ Actione.]dicitur prima actio:quia fiebat pro prima die in ſynodo.16.q.7.in nona.

b NOs.]¶Intereſſe.]Similiter ſolebat intereſſe electioni Papæ propter hæreticorum ſcandalum. arg.diſt.63.quia ſancta.

c ¶ Inuen-

peratoris.Reprehendit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs epiſcoporum intereſſe volebant:quod nõ eſt faciendum,niſi vbi de fide tractatur,quę communiter pertinet ad omnes tam clericos quàm laicos.

f ¶ Vbi nam.]Hæc quattuor cap.[1] loquuntur de materia Ignatij, de quo dicitur §.21.diſt.ſubmittitur.Arg. omiſsũ intelligi quod ſcriptũ non inuenitur. arg. 10.q.1. hanc conſuetudinem. de conſecr. diſt.4.cum itaque.&c. ſeq.ff. de verb. oblig. quidquid.

respicere In *codice vero canonum manuſcripto nõ eſt dictio*, proheredeſque.

Vnde in ſexta actione[a] *Chalcedonenſis concilij Martianus Imperator dixit inter cetera:*

¶Imperatores ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam ſynodo intereſſe debent. C. II.

Anſ.l.3.c.107.

NOs ad fidem confirmandam,non ad potentiam oſtendendam,exemplo religioſiſsimi principis Conſtantini ſynodo intereſſe [b] voluimus; vt inuenta veritate [c],nõ vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

Item ex eadem ſexta actione,in fine.

¶De eodem. C. III.

Anſel.ibidem. Deuſdedit p.3.

QVædam capitula ſunt,quæ ad honorem veſtræ reuerentiæ vobis ſeruauimus [d], decorum eſſe iudicãtes à vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodũ, quàm noſtra lege ſanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Impe. quæ incipit:[*Propoſueramus.*]

¶Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur. C. IIII.

Anſel.l.1.c.75.

VBi nam [f] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe [g], niſi forſitan in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt; quæ omnium communis eſt;quæ non ſolum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Chriſtianos?

Idem in eadem epiſtola.

¶De præſulibus diuinarum rerum,qui humanis rebus præſunt,iudicare non poſſunt. C. V.

Anſel.ibidem.

DEnique [k] hi,quibus tantum humanis rebus, & nõ diuinis præeſſe permiſſum eſt; quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur,iudicare [l] præſumant [m],penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vſurpet. C. VI.

3.diſt.10. c.quoniam. Anſel.ibidem.

CVm [n] [4] ad verum [o] ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomẽ

[1] Scilicet iſtud & tria ſeq.

g ¶ Interfuiſſe.] niſi rogatos 2.63.diſt.Hadrianus.

h ¶ Ad clericos.]Dic ꝙ hoc nomen, clericos, ſtricte accipitur, vnde per fidem & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales perſonas. Vel dic prout ſonat.

[2] Et ſecundũ hoc ceſſat contrarium.35.q.1.ad ſedẽ. Archid.

i ¶ Pertinet.]arg. ꝙ omnes tangit,ab omnibus debere tractari. & approbari [3]. argumẽ. diſt 66.c.1. C. de au. præſtan. veterem. de hoc extra de ijs, quæ fi.à prælа.c.fi.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

[3] Concor. extra d his quæ fiunt à præla. fi. conſ.cap.c. vlt.ibi. videas.

DEnique.] CASVS Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores,qui tantum rebus humanis præſident,ſe de rebus eccleſiaſticis nõ intromittant,nec de clericis iudicent.

K ¶ Denique.] argu. ꝙ epiſcopus in cauſis eccleſiaſticis laicum non poſſit præficere. Arg ꝫ.s.ca. bene quidem.

l ¶ Iudicare.]ꝫ.17. q.4 diffiniuit.contra.in fi. ſed ibi dic, principis, ideſt, principalis perſonæ:vel,ideſt,epiſcopi.35.diſt.eccleſiæ.

m ¶ Præſumant.]ar. ꝙ clericus diffinitionibus principum & laicorum non debeat ſupponi 4.niſi per reconuentionem.

[4] Concor. tex. in l.1. C. de ſum. tri. & in l. mercatores C. de cõ. & merca.&in l.1. cũ glo. C.d eunuc.

Diſputari verũ poſſit de fide catholica.

c ¶ Inuẽta veritate.]Et ita vꝫ ꝙ poſſit de fide catholica diſputari.arg.ꝫ.C.de ſum.trin.nemo.24.q.3. cum quibus.Reſpondeo:dubitando non licet diſputare de ea: quia dubius in fide,hæreticus eſt.ext. de hære.dubius. aliàs diſputat.ꝫ.ca.ſatis.23 quæſt.6.vides.C.de epiſc.& cle.quoniam.

QVædam.]infra ea. ſatis.

d ¶ Seruauimus.]confirmanda & terminanda.Hugo.

e ¶ Sanciri.]quaſi dicat,volumus eam per noſtram legem ſiue conſtitutionem determinari & cõfirmari.H.

VBi nam.]CASVS.Hæc quattuor.cap.de Ignatio loquuntur iniuſte depoſito auctoritate Michaelis Im-

CVm ad verum.]CASVS. Michael Imperator auctoritatem præſtitit & præcepit vt Ignatius Conſtãtinopolitanus patriarcha ab epis deponeretur:qđ factũ eſt.ſed dicit Nicolaus Papa, ꝙ hoc facere nõ potuit nec debuit:nam cũ in veteri teſtamento eadẽ perſona Rex erat & ſacerdos,& tpalia ſimul cũ ſpiritualibus adminiſtrabat. Sed poſtꝗ Chriſtus venit in mundũ,præcepit vt Rex tñ terrenis pſideret:Pontifex vero cæleſtia diſpenſaret:ne pp ſuperbiã dignitatis vtriuſq; alteruter ſupbiret.ſed ſibi inuicẽ(ſi neceſſe fuerit)auxilium præbeant.

n ¶ Cum.]Hoc cap.expoſitum eſt ſupra. 10. diſt. quoniam.ideo hic non labores.

o ¶ Ad verũ.].i.ad diſcuſſionẽ veri:vel .i.ad ipſũ Chriſtũ.

Digitized by Google

Imperator vtrum habeat iuriſdictioné à Papa.

a ¶ Vſurpauit.] Argu.cũ iſte poteſtates ſint diuiſæ, Imperator non habet gladium à Papa, vt ĩ.ead.in ſcripturis, & c duo.& c.ſi Imperator.& 93.diſt.legimus.& quia imperium à ſolo Deo eſt.23.q.4.quæſitum 1. Arg.contra.63.diſt.cap.1.& c.tibi domino.Item quia Petro ſunt datæ claues cæleſtis & terreni imperij.22. diſt.c.1.Item quia deponit Imperatorem. ĩ.15.q.6.alius.& c.iuratos.& 1.q.4.quia pſulatus 2. quære ſ.de hac materia. 10. diſt. c.quoniam.

1 Concor. tex. in authen.vt pię po.no. impe.in prin. coll.6.

2 In prin. ſed parum facit.

SAtis.] CASVS. Oſtendit hic Nicolaus, quod Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit: & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini & Theodoſij Imperatorum.

h ¶ Oſtenditur.] in alia parte c.quæ hic non eſt.

Imperatorium vſurpauit [a]: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus proprijs [b], & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit [c] propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, nõ humana ſuperbia rurſus [d] in infernũ † demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna [e] vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu tẽporalium [f] tantummodo [g] rerum imperialibus legibus vterentur; quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus; & ideo militans Deo minime ſe negotijs ſæcularibus implicaret; ac viciſsim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotijs ſæcularibus implicatus.

† al. inferna

2.Tim.2.

a ¶ Ad verum.] *Poſt vltima verba capitis antecedentis ſequitur continenter in eadem Nicolai epiſtola.* Fuerunt hæc ante aduentum Chriſti, vt quidam typice reges ſimul & ſacerdotes exiſterent. Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſancta prodit hiſtoria; quodque in membris ſuis diabolus imitatus: (vt pote, qui ſemper quæ diuino cultui conueniunt; ſibimet tyrannico ſpiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum eſt, eumdem Regem atq. Pontificem, vltra ſibi, &c. *Nihil autem mutatum eſt & ob gloſſam, & quoniam eſt initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata ſunt ſupra diſt. 10.c.quoniam.*

Gen.14.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A ſæculari poteſtate Pontifex prorſus nec ſolui, nec ligari valet. C. VII.

SAtis euidenter oſtenditur [h], à ſæculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificem; quem conſtat à pio principe Conſtantino (quod longe ſuperius memorauimus) Deum appellatum [i]: nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtum eſt. Sed & Theodoſius ✝ minor ſanctæ ſynodo ſcribens Epheſinæ [k] primæ, dixit: [Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſsimus comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſque ad ſanctiſsimã ſynodum veſtram, & in nullo quidem ijs, quæ faciendæ ſunt de pijs dogmatibus quæſtiones, ſeu potius [l] expoſitiones, cõicare. Illicitum namque eſt eum, qui non ſit ex ordine ſanctiſsimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis inter-

Anſel. l.1.c.71.

Rufinus l hiſt. lib.1.c.2.

b ¶ Proprijs.] ideſt, imperij & ſacerdotij: vel proprijs quo ad Chriſtũ. quædã enim geſſit tamquam Imperator: puta cum eiecit de templo, &c.2.q.7. accuſatio. & cum coronam de ſpinis portauit. quod eſt ſignum regni. 12. q. 1. duo. quædam geſſit vt ſacerdos: quando ſeipsũ obtulit in ara crucis pro ſacrificio.

Chriſtus quædã vt Impator, & quædam vt Rex geſſit.

c ¶ Diſcreuit.] Immo videtur ꝯ: quia non diſcreuit. ſed cõfudit, cum ipſe vnus & idẽ vtrumque officium geſſit. Sed dic quod ideo ipſe vtrumque officium geſſit per ſe, vt notaret quod ex eodem fonte proceſſerũt. 21. diſt. cleros. in fin. nam dicit lex, quod ſumma nobis dona à Deo cõceſſa ſunt, ſcilicet ſacerdotium, & imperium. in Authen. quomodo oportet epiſcopos, in prin. coll. 1.

Chriſtus officiũ ſacerdotis & Imperatoris geſſit.

d ¶ Rurſus.] Primus per ſuperbiã cecidit. vnde homines in infernum demergebantur. Chriſtus autem nos humilitate ſua ſurſum erexit: ſed ſi haberent oẽs oĩa officia, ſuperbirent, ita quod iterum demergerent in infernum.

Chriſtus humilitate ſua omnes erexit.

e ¶ Pro æterna.] ĩĩ. de pæn. diſtin. 1. multiplex.

Legib⁹ an ſit vtendũ ĩ cauſis ſpiritualibus.

f ¶ Temporalium.] arg. quod in cauſis ſpiritualibus (vt in matrimonio) non ſit vtendum legibus imperialibus. arg. 12. q. 2. inter hęc. 11. q. 1. continua. arg. de conſe. diſt. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis vti, ſi non obuiẽt canonibus 3. arg. diſt. 10. ſi in adiutorium. arg. diſt. 54. ex antiquis. Ber.

g ¶ Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum, temporalium, non illud verbũ, vterentur: & ſic eſt falſum hic notatum ab Hugo. arg. quod in cauſis ſpiritualibus, &c. Nam bene licet leges allegare in ſpiritualibus. 35. q. 5. ad ſedem. 15. q. 3. §. cum autem. Lau. 4 vel ſic tantummodo, ideſt, maxime. ſic econ ũa. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

3 Adde quod qñ contrariantur canonibus. no. Cy. in l. fi. C. de inter. ma. inter pu. & tuto. & in authen. caſſa. C. de ſacro ſan. eccl.

4 Adde ad hoc Cy. & Per. de & perti. in l. 1. C. quæ ſit longa conſue. & in l. cum clericis. C. de epi ſco. & cle.

i ¶ Appellatum.] Legitur enim omnes clericos deos appellaſſe, vt 11. quæſt. 1. ſacerdotibus. 12. quæſt. 1. futuram. ſecundum hanc rationem nec ab epiſcopo poſſent iudicari clerici: ſed hoc dixit vt oſtenderet quanti ſint habendi. ſi. extra de iudi. nouit.

K ¶ Epheſinæ primæ.] quia ſecunda non eſt recepta in auctoritate.

l ¶ Seu potius.] optime corrigit ſe: quia quæſtiones non debent fieri ſuper fide dubitando. argumen. extra de hære. dubius. Dogma autem per g, eſt doctrina in fide: ſine g, eſt angulus: vnde illud. ſedebat domate domus. 25, q. 2. ſi quis.

Dubitandũ non eſt de fide.

Dogma & doma diffe runt.

In ſcri-

IN ſcripturis.] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat ſacerdotem deliquiſſe, ſtatim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet hoc non eſſe faciendum, ſed potius eſſe defendendum, & peccatum eorum celandum: quod probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini, & exemplo filiorum Noe, ſcilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶ In ſcripturis.] 11.q.1.c.ſacerdotibus.

b ¶ Et cooperirem.] ff.de iniur.eũ qui nocentẽ.§. Sed hoc de occulto quod non poſſet probari: quia talia nõ habent vindictam: & ſic ſolue contrarium illud 83.diſt.c.5. illud autem in manifeſtis, in quibus etiã non deberet eũ prodere, vt not.2. q.1.ſi peccauerit.

c ¶ Contegatis.] Et tñ corripiatis.2.q.1.ſi peccauerit. hoc de occultis intelligitur, nã de manifeſtis cogimur accuſare, præmiſſa tñ admonitione.2.q.7. qua ꝓpter. Arg.§ 1, ĩ. 5.q.2.c. vlt.& q.5.c.1.

Crimina occulta vindictam nõ habent.

† al. pugnares

miſceri tractatibus †.] & poſt pauca. ¶ His itaque manifeſte repertis apparet comminiſtrum noſtrum Ignatium per imperialem tantummodo ſententiam nullo modo potuiſſe prorſus expelli. In cuius damnatione, quia præſulũ quoque aſſenſus eſt ſubſecutus, apparet id cauſa fuiſſe patratum adulationis, non legitimæ ſanctionis.

a ¶ Theodoſius minor.] *Verba hæc ſunt accepta ex epiſtola Theodoſii, ac Valentiniani Imperatorum ſynodo Epheſinæ per Candidianũ miſſa, quæ eſt in extremo primæ actionis ipſius ſynodi. In verſione antiqua, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita eſt, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quæ refert Nicolaus, & optime conueniunt cum græcis.*

Habetur aliqua in ead. epiſt. ad Michaelem

Idem Ludouico Imperatori.

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. C. VIII.

Anſ. ibidem.

IN ſcripturis [a] narratur Conſtantinus Imperator dixiſſe: [Vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorũ, qui monachico habitu circumamicti ſunt, peccantem, chlamidem meam expoliarem †, & cooperirem [b] eum, ne ab aliquo videretur.] In quibus deſideratiſſime fili neceſſario commonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris paritate ei adæquari videmini; ita quoque humilitate, atque deuotione æquiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, ſed potior inueniamini poſt illius exempla, qui talẽ ſe exhibuit ante alia † prorſus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt ſi de Domini ſacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confuſionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, ſed pudoratos filios Noe imitantes paternam de reliquo verecundiam contegatis [c], vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

†*explicaſſem, & cooperuiſſem eum*]

Nicolaus in epiſto. ad Mich.

† *al. talia*

Gen. 9.

Item ex epiſtola Gregorij ſeptimi ad Hermannum Metenſem epiſcopum, lib. 8. epiſt. 21.

¶ Regum & principum patres, & magiſtri ſacerdotes eſſe cenſentur. C. IX.

Anſ.l.1.c.84. Iuo p.5.c.378. Pann.l.5.c.168.

QVis dubitet ſacerdotes Chriſti, regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri † [1]. Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius [d] patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere; à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cælis ſe ligari poſſe, & ſolui?

1 Scilicet ad textum. capituli.

† Concor. Alexan. de Imo. in l. generaliter col. 2. ff. de I ius voca.

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus eps interrogauit, an pontifices regibus & principibus ſint ſubijciendi. Et ſi dicit, ꝙ non; & hoc probat duobus ſimilibus, ſcilicet filij & diſcipuli: qui inſani reputantur, ſi velint ſibi patrem & magiſtrũ ſubiugare.

d ¶ Si filius.] 21.diſ. nolite. ſic in Auth. de nup. §. ſi vero. coll. 4. vbi dicit, ꝙ erubeſcit lex filios eſſe correctores patrum. ſi tñ pater caderet in furorem, filius daretur tutor, vt eũ regeret. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. his q. 6. q. 1. oues. & c. ſacerdotes.

Filius patrem corrigere non debet.

Item Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori.

In eadem epiſt. Gregorij vij. Capi.l.5.c.167. Conc.Patiſ.l.1.c.3. Poly.l.1.tit.27. Anſ.l.1.c.73. Pann.l.5.c.109.

¶ Auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, huius mundi gubernacula regunt. C. X.

DVo

DVo ſunt.] CASVS. Gelaſius Papa & Anaſtaſius Imperator contendebant de præeminẽtia vnius ad alterum, & de præeminentia dignitatum. ſed Gelaſius oſtendit hic, ꝙ auctoritas põtificalis longe maior eſt, q̃ culmen imperiale. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio eſt: quia Papa de anima Imperatoris & aliorum redditurus eſt rationẽ. Secũda eſt quia colla regum & principum ſubmittuntur genibus ſacerdotũ. Et hoc probatur duobus exẽplis. ſ. Innocentij, & Ambroſii: qui Arcadium & Theodoſiũ

propter

propter ſuos exceſſus excommunicauerunt. Prima ratio eſt ibi,[In quibus tanto grauius.] Secunda eſt in fine. Exempla ſunt in medio.

a ¶ Duo ſunt.] In Auth. quomodo oportet epiſco. in princ. coll. 1. ꝟ. diſt. 1. humanum. Additio. Ibi ſoluitur. facit ad iſta 2. q. 8. §. item cum Dauid. Arc.

b ¶ Quibus.] vt ab eis. ſunt autem alia duo quibus, aut per quę regitur, vt ꝟ. diſ. 1. humanum genus.

c ¶ Auctoritas.] neuter pẽdet ex reliquo. & ita eſt arg. pro Imperatore; quia diuinitus conſecutus eſt imperiũ. ſ. ea. c. pxi.

d ¶ In quibus.] id eſt, per quos. nam dicit lex, quod parum eſt ius in ciuitate eſſe, niſi ſint per quos ius reddatur. ff. de orig. iu. l. 2. §. poſt originẽ.

e ¶ Rationem.] ſ. 18. q. 2. cognouimus.

f ¶ Te pendere.] quo ad ſpiritualia. ſ. de pæ. diſt. 1. multiplex.

g ¶ Iudicio.] Zacharias quoque Papa Regem Francorum depoſuit, & in locum eius Pipinum ſubſtituit, vt ſ. 15. q. 6. aliꝰ.

h ¶ Conſenſit.] arg. conſentientem maiori pœna adſtringi quàm facientem. arg. 24. q. 3. qui aliorum. arg. ꝟ. 86. diſt. tanta nequitia.

i ¶ Excõicauit.] not. principem poſſe excommunicari etiam à quouis epiſcopo ꝟ. diſt. 63. Valentinianus arg. ſ. 11. q. 3. ſi autem vobis. vł tñ, quod hoc fecerit ex delegatione ſynodi: quod innuitur ex illo: pro culpa, quę ab alijs ſacerdotibus, &c. Sed primum eſt verum.

k ¶ Videbatur.] ſed male: quia licet pro minimis cauſis non ſit quis excõicandus, vt 11, q. 3. epi. tñ quęlibet contumacia digna eſt excommunicatione, immo tanto maior videtur contumacia, quanto ex re minori conſurgit, 2. q. 7. non poteſt.

l ¶ Fulgorem.] & quanta eſt differentia inter ſolem & lunam, tanta eſt differentia inter imperium & ſacerdotium extra de maio. & obed. ſolitæ.

Imperator imperium diuinitus conſecutus eſt.

Regẽ Frãcorum Papa deponere poteſt.

Princeps & ab epiſcopo excommunicari põt.

Excõmunicandus quis nõ eſt pro minimis cauſis.

Contumacia tanto maior eſt, quanto ex re minori conſurgit.

ſunt [a] quippe Imperator Auguſte: quibus [b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas [c] ſacra pontificum, & regalis poteſtas. In quibus [d] tanto grauius pondus eſt ſacerdotum; quanto etiam pro ipſis regibus † hominum, in diuino ſunt reddituri examine rationem [e].] *& poſt pauca.* [Noſti itaque inter hæc ex illorum te pendere [f] iudicio [g]; non illos ad tuam redigi poſſe † voluntatem.] ¶ Talibus igitur inſtitutis, talibuſque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia conſenſit [h], vt ſanctus Ioannes Chryſoſtomus à ſua ſede pelleretur) excommunicauit [i] β. Beatus etiam Ambroſius, licet ſanctus, non tamen vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus pro culpa, quæ alijs ſacerdotibus non adeo grauis videbatur [k], Theodoſium magnum Imperatorem excommunicans ab eccleſia excluſit: qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tam pretioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior dignitas ſacerdotalis, hoc modo circa principium ſui Paſtoralis ſcribens [Honor, fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati; longe erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem [l] compares: quippe cum videas regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum; & oſculata eorum dextera: orationibus eorum credant ſe communiri.]

† *Al. regiminibus*

† *al. velle*

Amb. de dign. Sacerd. c. 2.

α ¶ Duo ſunt.] *Caput hoc ſumptum eſt ex eadem epiſtola Gregorij ſeptimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vſque ad verb,* voluntatem, *ſunt verba ipſius Gelaſii ex epiſtola, quæ habetur impreſſa, citata à Gregorio ſeptimo.*

β ¶ Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item, *infra 15. q. 6. hæc pars epiſtolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶ Imperatores debent Pontificibus ſubeſſe, non præeſſe. C. XI.

SI Imperator catholicus eſt, (quòd ſalua pace ipſius dixerimus) filius eſt [m], non præſul eccleſiæ: quod ad religionẽ competit, diſcere ei conuenit, non docere [n]: habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrãdis legibus publicis diuinitus [o] conſecutus eſt; vt eius bñficijs nõ ingratus

Poly. l. 1. tit. 19. Anſ. l. 4. c. 12. ex Ioanne viij.

SI Imperator.] Casus. Imperator volebat iudicare de cauſis clericorũ & ſacerdotum: ſed Papa probat, quod hoc facere non debet: quia ipſe filius eſt eccleſiæ, & nõ præſul: & quia Deus voluit ſæculi principes, ſi fideles ſunt, eſſe eccleſiæ ſubiectos. Si vero ꝟ hanc Dei diſpoſitionem facere voluerit Imperator tamquam ingratus perdat poteſtatem, quam ab ipſo eſt conſecutus.

m ¶ Filius eſt.] ſ. 23. q. vlt. conuenior. qui tamen prælati eccleſiarum dicantur, dixi 11. q. 3. præcipue.

n ¶ Non docere.] ſ. 16. q. 1. adiicimus.

o ¶ Diuinitus.] non ergo à Papa. nam imperium à ſolo Deo eſt. vt 23. q. 4. quæſitum. nam à cæleſti maieſtate habet gladij poteſtatem. C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis eſt verus Imperator; Dicunt quidam quod Cõſtantinopolitanus: ſed iſte alius procurator eſt ſiue defenſor Romanæ eccleſię. arg. de conſe. diſt. 5. in die. §. hinc. & hinc Rom. eccl. conceddit gladij poteſtatem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperium minus eſt ſacerdotio.

Imperator verus quis eſt.

de eleo. venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro. eccl. tranſtulit imperium in occidentem à Græcis, & ita iſte Romanus eſt verus Imperator.

ADDITIO. Ad hoc extra de iud. ſign. ſicauerunt. in princip. Archid.

a ¶ Quas

pro talibus perſonis pro quibus licitū ſit ei contra quēlibet agere: quas habes ff. de poſtu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fin. ſcilicet in propria cauſa vel parentum ſuorum, vel pupillorum ſuorum. Simile eſt inter vaſallum & Dominum, vt 22. q. vlt. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduo. diuer. iudi. l. 2. C. de reno. do. l. 1. & 7. q. 1. quia frater. & dixi de hoc 3. q. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de ecclesia, ad quā intitulatus eſt, pro qua ſtare poteſt cōtra quamlibet eccleſiam, etiam in qua habet beneficium; quia ſaluum fuit ius primæ ſimmo ſi aliquod munus ei iniungitur ab eccleſia, nullā excuſationem poteſt prætēdere. C. de excu. tut. libertos. 23. quæſt. 1. in ſumma.

contra diſpoſitionē cæleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim Deus voluit, quæ eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, nō ad ſæculi poteſtates; quas [a], ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vindicet alienum ius [b], & miniſterium; quod alteri deputatum eſt: nē contra eum tendat abrumpi, à quo omnia cōſtituta ſunt: & contra illius beneficia [c] pugnare videatur, à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti [d]; recipiq. de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus [e], non præferre.

Item Gelaſius ad epiſcopos Orientales.

¶ De eodem. C. XII.

In originali hæc pendēt ex ſuperioribus. Polyc. ibidem. Anſ. l. 6. c. 157.

NVmquam de pontificibus, niſi eccleſiam iudicaſſe: nō eſſe humanarum legum de talibus ferre ſententiam, abſque eccleſiæ principaliter conſtitutis pontificibus; obſequi ſolere principes Chriſtianos decretis eccleſiæ, non ſuam præponere poteſtatē; epiſcopis caput ſubdere principem ſolitum, non de eorum capitibus iudicare.

d ¶ Et diſcuti.] ergo ante quàm eſſet aliqua conſtitutio, etiā clerici nō erāt de iuriſdictione ſæculari, vnde omnes conſtitutiones, quæ emanauerunt, quod clerici nō ſunt iudicādi niſi ab epiſcopis, non ſunt niſi iuris declaratio. Ioan.

Clerici nūquam fuerūt de iuriſdictione ſeculari.

e ¶ Præſulibus.] hic bene dicit. nam dicit lex, quod ſi iudex ſæcularis iudicauerit clericū eſſe damnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1. ſi quis. in Auth. vt cler. apud proprios. §. illud plane. coll. 6. licet illud hodie non teneatur. ſi. extra de iud. at ſi clerici, &c.

¶ [De eodem.] PALEA. C. XIII.

Anſ. l. 4. c. 32. Deuſdedit l. 4. c. 1.

j CONſtantinus Imperator coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apoſtolico conceſsit. Nam in geſtis beati Silueſtri (quæ beatus Papa Gelaſius in concilio lxx. epiſcoporum à catholicis legi commemorat, & pro antiquo vſu multas hoc imitari dicit eccleſias) ita legitur.

¶ *Apud Anſelmum libro quarto pro rubrica capitis 32. hæc habentur.* Quòd Conſtantinus Imperator Papæ conceſsit coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. *In principio vero eiuſdem capitis 32. hæc leguntur*, In geſtis beati Silueſtri, &c. *vſque ad finem huius. & ſeq. palea, quemadmodum etiam in collectione Deuſdedit.*

NVmquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa vt de pontificibus, & alijs cleris tantū eccleſia iudicaret, & non Imperatores; qui ſubeſſe debent, & non præferri.

¶ [De eodem.] PALEA. C. XIIII.

In edicto Conſtantini, qd eſt poſt conc. Neocæſarienſe. Anſ. l. 4. c. 32. Deuſdedit ibid.

ij CONſtantinus [1] Imperator quarta die ſui baptiſmi priuilegium Romanæ eccleſiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano ſacerdotes ita hunc caput habeant, ſicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. [Vtile iudicauimus vnà cum omnibus Satrapis noſtris, & vniuerſo ſenatu, optimatibusque meis, etiam &

CONſtantinus Imperator.] CASVS. Palea iſta non legitur in ſcholis, in qua cōtinetur priuilegium, quod Conſtantinus conceſſit Romanæ eccleſiæ, ſcilicet vt primatum inter omnes eccleſias obtineret, & in quo poſſeſſiones & inſignia dignitatis ei conceſſit. & hoc fecit eo tempore quo Conſtantinus ad partes Orientales ſe tranſtulit, cū in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et ſtatuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

1 Concor. tex. ī l. qui cū maior. §. pen. & fi. cū ibi not. ff. de bo. lib.

a ¶ Quas.] ergo debet dici, bona poteſtas eſt iſta.

b ¶ Ius.] ſ. diſt. 10. imperium, &c. certum eſt. 11. q. 1. ſi tributum.

c ¶ Beneficia.] arg. clericum ſtantem contra eccleſiam vnde habet beneficium, debere illo priuari: niſi forte

cuncto populo Romanæ gloriæ imperio ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus; ita & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerunt vices, principatus poteſtatem, amplius, quàm terrena imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis, noſtroq. imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel † eius vicarios firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram terrenam imperialem potentiam, ſic eius ſacroſanctam Romanam eccleſiam decreuimus veneranter honorari, & amplius, quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſsimam beati Petri glorioſe exaltari: tribuẽtes ei poteſtatem, & gloriæ dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam imperialem. Atque decernentes ſancimus, vt principatum teneat tam ſuper quattuor præcipuas ſedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat; & eius iudicio, quæq. ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. *& infra.* ¶ Eccleſijs beatorũ apoſtolorum Petri & Pauli pro cõtinuatione † luminariorum, poſſeſsionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram imperialem iuſsionem ſacrã tam in oriente, quàm in occidente, vel etiã ſeptentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei † conceſsimus; ea prorſus ratione, vt per manus beatiſsimi patris noſtri Silueſtri ſummi Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponantur. *& infra.* ¶ Beato Silueſtro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, de præſenti contradimus palatium imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque phrygium †, necnon & ſuperhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circumdare aſſolet collum; verum etiam & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumẽta; ſed & dignitatem imperialium præſidentium, equitum, conferentes etiam & imperialia ſceptra, ſimulq. cuncta ſigna, atque banda, & diuerſa ornamenta imperialia, & omnem proceſsionem imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reuerendiſsimis clericis in diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus illud culmen, ſingularitate, potentia, & præcellentia habere ſancimus; cuius ampliſsimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, ideſt patricios, atque conſules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialis militia ornatur; ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officijs diuerſis, cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omnium excubitorũ ornatur, ita & ſanctam Romanam eccleſiã decorari volumus. Et vt ampliſsime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, manipulis & linteaminibus, ideſt cãdidiſsimo colore decorari equos, ita & equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamẽtis vtitur cum vdonibus, id eſt cãdido linteamine illuſtratis; ſic vtantur & clerici, vt ſicut cæleſtia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſsimo patri noſtro Silueſtro, & ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto vt quem placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſorum numero clericorum cõnumerare; nullus ex omnibus præſumat ſuperbe agere. Decreuimus itaq. & hoc, vt ipſe & ſucceſſores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſsimus, ex auro puriſſimo, & gemmis pretioſis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe vero beatiſsimus Papa, quia ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona; nos phrygium candido † nitore ſplendidum reſurrectionẽ Dominicam deſignãs, eius ſacratiſsimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frænum equi ipſius pro reuerentia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſsionibus ad imitationem imperij noſtri. Vnde vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis, quàm terreni imperij dignitas gloria †, & po-

† al. & eius ſucceſſores

† Antioc. Alexan.] orig. impreſſum.

† al. cõcinnatione

† al. eis libertatem conceſsimus

Iuo p. 5. c. 49. Pan. l. 4. c. 1.

† al phrygium, ideſt mitram

Suidas hoc verbo Cirt[...]

† al. cãdido nitore ſplendid[...]

† al. & gloria p[...]

& potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, vt prædictum eſt, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato beatiſſimo Pontifici noſtro Silueſtro vniuerſali Papæ contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & à ſucceſſoribus eius per hanc diualem noſtram, & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruum perſpeximus noſtrum imperium, & regni poteſtatẽ in orientalibus transferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc vero b omnia, quæ per hãc noſtram imperialem ſacrã, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque confirmauimus, vſque in finem mundi illibata, & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum imperiale conſtitutum omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, ampliſſimum ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum nunc & in poſterum, cunctis retro temporibus imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei, principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præſenti, & in futura vita ſentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius vero imperialis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus. Datum Romæ iij. kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano v.c. Coſſ.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ eſſe non ſolent.*

a ¶ Conſtantinus.] *Verba hæc vſque ad verſ.* In eo priuilegio, *non ſolum habentur apud Anſelmum, & Deuſdedit, ſed etiam in geſtis beati Silueſtri in his, quæ à Conſtantino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur.*

c ¶ Vtile.] *Hinc vſque ad finem ſumpta ſunt ex geſtis ſeu actis ſancti Silueſtri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anſelmi, & Deuſdedit habentur. Titulus præ primus huius partis in geſtis ipſis eſt huiuſmodi.* Priuilegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod conſtituit D. Conſtatinus Auguſtus ſancto Silueſtro epiſcopo vrbis Romæ, & omnibus ſucceſſoribus eius vſque in perpetuum, & obtulit ſuper corpus beati Petri Apoſtoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epiſtola prima, ſeu libello aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporum, c. 13. ſic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiuſdem Conſtantini manu cum cruce aurea ſuper cæleſtis clauigeri venerabile corpus poſito ad medium proferemus. *De iiſdem geſtis, ſiue actis Gelaſius in concilio LXX. epiſcoporum (& refertur ſupra diſt. 15, in cap. ſancta Romana.) ſic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vſuardi in feſto S. Silueſtri legitur,* cuius actus clari habentur. *Inueniuntur vero etiam hodie peruetuſtis litteris deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantula: quorum interpres in proœmio hæc ait:* Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ vrbis epiſcopus cum hiſtoriam eccleſiaſticam ſcriberet, prætermiſit ea quæ in alijs opuſculis ſunt, vel quæ ſe meminit retuliſſe. Nam viginti libros omnium pene prouinciarum, paſſiones martyrum, epiſcoporum, & confeſſorum, & ſacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde ſecutus, & ab Apoſtolo Petro, omnium epiſcoporum nomina, & geſta conſcripſit, & earum vrbium, quæ arcem pontificatus per Apoſtolicas ſedes tenere noſcuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hieroſolyma, Epheſus, & Alexandria. Harum vrbium epiſcoporum omnium præteritorum nomina vſque ad tempus ſuum, & geſta græco ſermone conſcripſit. Ex quo numero vnum epiſcopum vrbis Romæ ſanctum Silueſtrum me de græco in latinum transferre præcepiſti domine ſancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicumque ſit auctor iſtius proœmij, eadem geſta ab Euſebio græce ſcripta fuiſſe clare profitetur. Quæ etiam in vetuſtiſſimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus ſanctorum vitæ ſunt deſcriptæ, in vita beati Silueſtri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptiſmum Conſtantini, & imagines ſanctorum Petri, & Pauli ſpectat) refert Hadrianus Papa in epiſtola Conſtantino Imperatori, & matri Irenæ ſcripta, quæ in ſecunda actione ſeptimæ vniuerſalis ſynodi habetur. Ipſum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus*

loco

Imperium non poteſt ſacerdotiú impugnare.

Laici ſuper clericos ſi-que iuriſdictionem habeāt.

SIcut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dī, q̄ ſicut aliqua parua ciuitas nō minuit prærogatiuā regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis; ſic Imperator prærogatiuā eccleſiæ minuere nō poteſt. In ſecunda dī, q̄ pontifex quantūcumque ſit malus: dummodo non ſit hæreticus, ab Imperatore puniri non poteſt: Secunda pars incipit ibi, [Sēper eſt.] a ¶ Sicut.] ſenſus eſt: ſicut parua ciuitas non poteſt regnū impugnare: ita nec imperium ſacerdotiū. Vel ſic, licet epſ ſit in parua ciuitate, Rex tñ non pōt iudicare de clericis eius: ſm hoc dic. diſpenſationis religioſæ, id eſt, epiſcopi conſtituti in parua ciuitate.
b ¶ Humanitus.] id eſt, conſuetudine humana, id eſt, fragilitate humanę naturę. H.
c ¶ Non tamen contra religionem.] Nā in eo caſu poſſet à quocumque redargui. 40. diſt. ſi Papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. 23. q. 5. de Ligutibus. Et plures caſus in quibus laici habent iuriſdictionē ſuper clericos, dixi 23. q. 5. principes.
d ¶ Nullatenus.] 63. diſt. Valentinianus.
Boni

loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1. quamquam alijs in rebus (quod Græci plerumque ſolent) Romanæ eccleſiæ non ſatis æquus. Hanc eamdem donationem ante Gratianum recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, quæ Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romanæ eccleſiæ defenſorem ſcripſit. Lege, inquit, Conſtantini Imperatoris edictum, vbi ſedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper omnes in orbe terrarum eccleſias principatum. Nam poſtquam ſupra corpus beati Petri baſilicam fundator erexit, poſtquam patriarchium Lateranenſe in beati Saluatoris honore cōſtruxit; mox per imperialis reſcripti ſeriem Romanæ eccleſiæ conſtituit dignitatē, vbi nimirum beato Silueſtro, ſuiſque ſucceſſoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterētur in capite, & ceteras regij cultus inſulas vſurparent. Verum beatus Silueſter ornamenta, quæ ſacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vſus aſſumpſit: coronam vero, vel cetera quæ magis ambitioſa, quàm myſtica videbantur, omiſit. Cui etiam Conſtantinus Lateranenſe palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure conceſſit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipſius Regis hæc verba ſunt. Vnde congruū, inquit, proſpeximus noſtrum imperium, & regni poteſtatē orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrū illic cōſtitui imperiū: quoniā, vbi principatus ſacerdotū, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutū eſt, iuſtū nō eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatē. *De hac eadē re ſcribit Ado Viennenſis in commentario ætatis ſextæ, & Gotfredus Viterbienſis in chronicis par. 6. c. 2.*

γ ¶ Præſidentium equitum.] *Græce eſt apud Balſamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων. *id eſt*, & dignitates imperialium equorum.

δ ¶ Id eſt patricios.] *Locus hic græce ſic habet,* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κοσμεῖται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλες, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. *id eſt*, & illam habere celſitatem, atque amplitudinem, qua ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patricij & conſules, ſiue hypati, & reliquæ dignitates.

ε ¶ Cum vdonibus] *Græce totus hic locus habet paulo aliter,* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γήϊνα πρὸς αἴνεσιν τοῦ Θεοῦ. *id eſt*, Et quemadmodum ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cum linteis albis; ita etiam cæleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem.

ζ ¶ Quem placatus.] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ ἀρέσκει γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τοῦτο. *id eſt*, vt ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodque ita ipſi libeat, voluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

η ¶ Hæc vero omnia.] *hic quoq; eſt magna verborū varietas, ſed eadē fere ſententia.*

Item Gelaſius ad epiſcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. C. XV.

SIcut [a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni non minuit, ſic imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper a eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanitus [b] accidente, non tamen [c] contra religionem vllatenus excedentes, nullatenus [d] videantur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

BOni principis.] CASVS. Hic dicitur, q. officiũ principis eſt, eccleſias deſtructas reſtaurare, nouas ędificare: & clericos potius defendere quàm deſtruere, vel aliquo modo ſubiugare.

a ¶ Contritas.] 25. q. 1. diuinis. & c.

b ¶ Reſtaurare.] 27. q. 4. diffinitiũ. 16. q. 1. ſtatuimus.

CASVS. Hic intitulatur 97. diſt. in qua cõcludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidẽ. q. nulli laico de rebus eccleſiaſticis iudicare licet ſine auctoritate eccleſiæ. & ſi aliter factum fuerit, irritum erit, niſi eccleſia ſubſcribat vel auctoritatem præſtet. Et ideo videtur q. conſtitutio, quã fecit Honorius Imperator ſ. 79. diſt. ſi duo. non valuit. cũ fuerit à laico facta. poſtea ſoluit dicens, q. ſi laicus inuitetur ab eccleſia, vt de rebus eccleſiaſticis faciat conſtitutionem, ſicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit conſtitutio.

c ¶ Hoc capitulo.] Reſpicit in hac diſt. 97. illud ca. bene quidẽ. 96. diſt. & aſſignat in hoc §. quandam contrarietatem, & dat poſtea ſolutionem.

d ¶ Honorij.] ſ. diſt. 79. ſi duo.

e ¶ Ne hæretici.] ſ. diſt. 8. quo iure. & 23. q. 7. ca. 1. & 2. & 27. q. 3. cap. nimium.

f ¶ Inuitati.] ſ. diſ. 63. Hadrianus. & cap. in ſynodo.

a ¶ Semper.] *Mutatus eſt à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda eſſent.*

Item Marcellus Papa Maxentio a.

a ¶ Maxentio.] *In impreſſis addebatur,* epiſcopo, *quæ vox abeſt ab omnibus manuſcriptis.*

¶ Eccleſias reſtaurare contritas, non Pontifices perſequi boni principis eſt. C. XVI.

Anſ. l. 6. c. 192.

BOni principis eſt, ac religioſi † (al. regis), eccleſias contritas [a] atque conſciſſas reſtaurare [b], nouas ædificare, & Dei ſacerdotes honorare, atq. tueri. Vnde ſanctos Apoſtolos, eorumq. ſucceſſores ſub diuina conteſtatione conſtituiſſe legimus, non debere fieri perſecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico; neque expellere æterni regis diſpenſatores.

DISTINCTIO XCVII.

HOc capitulo [c] *patenter oſtenditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis* † (al. Pontificũ), *vel de rebus eccleſiaſticis. Quæcumq. autem ab eis cõſtituta fuerint, pro infectis habenda ſunt: niſi ſubſcriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij* [d] *Auguſti, vt ſupra dictum eſt, vanum eſſe videtur, quod contra auctoritatem ſacrorum canonum de electione ſummi Pontificis decernere tentauerit. Sed ſicut ex eodem capitulo habetur, eccleſiæ precibus Imperator in præſumptores valet decernere: ſicut pro defenſione fidei quondã decreuiſſe leguntur; ne heretici* [e] *aliquid nomine eccleſiæ poſſiderent. Ab ea autẽ non inuitati* [f] *de rebus eccleſiaſticis aliquid diſponendi non habent facultatem. Honorius vero Auguſtus non ſua auctoritate, ſed beato Bonifacio ſupplicante, eccleſiaſticæ quieti conſulere, & concertantium ambitionẽ punire curauit.*

Diſt. 79. ſi duo.

Vnde idem Bonifacius epiſcopus ſupplicationis epiſtolam Honorio Auguſto deſtinauit, dicens.

¶ Epiſtola Bonifacij ad Honorium Auguſtum. C. I.

epiſtola. 1. ad Honorium.

ECcleſiæ [g] meæ, cui Deus noſter meum ſacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura cõſtringit: ne cauſis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [h], qui à ſacerdotibus vniuerſis, & clericis, & Chriſtianæ plebis perturbationibus agitãtur [i], apud aures Chriſtianiſſimi principis deſim. Si enim ſecus, quàm oporteat, eueniat; nõ vos id facere [k], qui cuncta æqua moderatione componitis, ſed nos per noſtram tacentẽ † (al. tacentes) [l] deſidiam videbimur, quod ciuitatis quie-

ECcleſiæ.] CASVS. Hæc eſt epiſtola Papæ Bonifacij, in qua ſupplicat Honorio Imperatori. In prima parte oſtẽdit Bonifacius, q. ipſe eſt ſollicitus de eccleſiaſtico ſtatu, ne ſi negligens inueniatur, ſit redarguendus. In ſecunda rogat Honoriũ de pace & quiete eccleſiæ ſeruanda, et multipliciter applaudẽdo. In tertia rogat eum, vt ſuos legatos honorifice recipiat. Secunda ibi. [Ipſa enim eccleſia.] Tertia incipit ibi. [Habet refugiũ.]

g ¶ Eccleſiæ.] ſ. cap. proxi. victor. contra. Sed vt ibi dicitur: iã erat in cõualeſcentia adhuc tamẽ erat debilis, vt hic.

h ¶ Conuentus.] ideſt, conuenticulas. C. de epiſ. & cle. conuenticulam.

i ¶ Agitantur.] q. d. licet adhuc ſimus inualidi, tamen cura eccleſiæ nos cõpellit, vt inuigilemus eccleſiaſticis negotijs, & pro eis intercedamus apud vos: qa multi clerici turbant eccleſiam Dei. Archidiaconus.

HOc capitulo patenter.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi, [Sine ſignatis.] Io. de Fan.

K ¶ Facere.] ſcilicet videmini.

l ¶ Tacentem.] extra de teſta. quia ingredientibus. & 63. diſtin. c. 1.

a ¶ Sub

tem, & eccleſiæ pacem peruertere valeat, admiſiſſe. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauéte prouideas† :noſtra culpa erit, ſi nõ id ſub veſtra gloria (quam certũ eſt diuinis ſemper rebus animo promptiore fauiſſe) firmo, & ſtabili iure cuſtodiatur, quod per tot annorum ſeriem, & ſub illis [a] etiam principibus obtinuit, quos nulla noſtræ religionis cura conſtrinxit; ideſt, vt [α] licita ſeruentur, & ſub veſtræ imperio clementiæ minime, quæ ſunt illicita, formidentur [b]. ¶ Ipſa enim eccleſia deuotionem tuam Chriſtianiſsime Imperator, meo † quidẽ ſermone, ſed ſuo venerabili appellat affectu †, quam Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector & gubernator imperij, vni deſponſatam ſibi, & intactam virginem [c] ſeruat; ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum [d] fluctus illidi, & quietam faciem [e] tẽpeſtatis inſolitæ tumore turbari, glorioſiſsime & tranquilliſsime Imperator Auguſte †. Ipſa ergo (quæ vni deſponſata, noſtra † tamen mater eſt) Eccleſia, hac pietatem veſtram legatione, quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, præterita [f], præſentiaque repetit [g]. Vobis, inquit, religioſe imperantibus [β] creuit meus, qui modo tuus eſt, populus, tam fidus Deo, quàm tibi [h], qui es princeps Chriſtianus. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas, quas pro veſtri felicitate dependit imperij, teſte (apud quem, & de cuius ſede agitur) ſancto Petro, ſolicitis pro religionis obſeruantia vocibus clamat; cũ ſolicita petitione miſcetur oratio, ne [γ] humanas res ſolito tentatore occulte ſolicitante ſemel euulſa [i] diſcordia diſtrahat. Angeretur pluribus, princeps chriſtianiſsime, mater Eccleſia; niſi apud te ſuarũ eſſet cura † cauſarum †, & niſi in oppreſsionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio ſemper florente, viciſſet. ¶ Habet refugiũ, pium tuæ manſuetudinis animũ cum ſuæ religionis veneratione coniunctũ: cũ quidquid huic proficiat, vos agatis, & cõſeratis fratribus, & conſacerdotibus meis, probatiſsimis viris, à me, & ab omnibus (qui Eccleſiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) ſacræ cauſam religionis proſequentibus [k], in vrbe veſtræ manſuetudinis hoc animo, quo poſtulatis [l] annuitis, in perpetuum ſtatui vniuerſalis eccleſiæ conſulatis.

α ¶ Ideſt, vt licita.] *In epiſtola ipſa legitur,* ideſt, vt fidens vtar licitis.

β ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epiſtola vocibus emendatus eſt hic locus,* creuit meus, qui modo tuus eſt, populus.

γ ¶ Ne humanas.] *In pleriſque vetuſtis legitur,* ne hos in varias res ſolito, &c. *In originali vero,* ne hos, *aliàs*, vos, in varias res ſemel euulſa diſtrahat à cultu ſolito, tentatore ſolicitante, diſcordia.

¶ Reſcriptum Honorij ad Bonifacium Papam. C.II.

Victor [m] Honorius inclytus triumphator ſemper Auguſtus ſancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione ſuſcepimus: quibus recenſitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd ſanctimoniam tuam poſt

† al. præſideas

† al. non meo

† al. affatu

† al. ſemper Auguſte

† al. veſtra

† ſecura] or.

† faciũt iſtiuſmodi] orig.

† Adde q imperator eſt defenſor & filius eccleſię ... in cle. Romani. de iureiuran. & in auth. vt ões obe. ... prouin. §. & hoc cõſiderantes. coll. 5.

a ¶ Sub illis.] vt 11. q. 1. ſacerdotibus.
b ¶ Formidentur.] à Chriſtianis.
c ¶ Virginem.] vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
d ¶ Procellarum.] id eſt hæreticorum.
e ¶ Faciem.] Eccleſiæ.
f ¶ Præterita.] ſcilicet beneficia. ſic intelligitur de conſe. diſt. 2. panis. q ſcilicet pro omni munere debemus Deo gratias referre, præſenti ſcilicet & præterito, nõ futuro: quia nec Deus futurũ peccatum indulget. ſ. de pęni. diſtin. 3. ſane cauendum. nec pactũ valet, ſi fiat q nõ agã de futura iniuria. ff. de pactis, ſi vnus. §. pacta.

Peccatum futurũ De⁹ non indulget.

g ¶ Repetit.] ideſt, recolit, & ad memoriã reducit.
h ¶ Tibi.] ne ſis ingratus.
i ¶ Euulſa.] per effectum: ideſt, euellens.
k ¶ Proſequentibus.] legationem noſtram. Arg. ad quæſtionem magiſtri P. q archiepſ Bracaren. potuit eum ſpoliare.
l ¶ Poſtulatis.] datiui caſus.

Victor.] Casus. Honorius nũc reſcribit Bonifacio: & primo ſalutat eũ referendo gratias Deo de ſanitate ſibi reddita: & deprecat ipſum, vt debeat orare pro ipſo, commendans eũ in ſolicitudine ſua: & ſignificat ei, q ad poſtulationem ſuorum legatorum, fecit conſtitutionẽ, per quam ſatis putat eſſe prouiſũ eccleſiaſticę quieti. tandem rogat vt cõſtitutionem illam publicet, quatenus omnes clerici ſciant ab ambitionibus apoſtolicæ ſedis eſſe ceſſandũ: quia decetero ad hoc nullæ diſſentiones valebunt.

m ¶ Victor.] Sed quare præmiſit hic Imperator nomẽ ſuũ? Forte hæc conſuetudo erat olim. C. de ſum. trin. inter claras. Papa tñ alios ſibi pponit. 12. q. 1.

Papa ſibi alios præponit.

quæſt. 1. dilectiſſimis. Vel forte tunc nouella erat Eccleſia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gentes, &c. 1. poſtea autem Imperator ſubiecit ſe Papæ, vt 23. q. 4. diſplicet.

1 23. q. 4. non inueniuntur.

a ¶ Sua ſtudia.] idem, conſpirationes. ſimile 61. diſtin. obitum.

longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium noſtrum, ſacrorū apicum atteſtatione ſignamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apoſtolatus tuus ſtudium, ac votum ſuum circa ſalutem, atque imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis placitum eſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de eccleſiarum, aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ, ne aliqua ratione poſsit euenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe prouiſum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorū notitiam volumus peruenire, vt ſi quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana ſorte contigerit, ſciāt omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. Ac ſi duo, *vt ſupra. Et infra.* ¶ Vnde id obſeruandum eſt, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtræ admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditioſis conſpirationibus tentare conentur: cum certum ſit, nulli partium ſua ſtudia [a] profutura.

Diſt. 79. ſi duo.

2 *Sine ſignatis apicibus non eſt mos Romanæ eccleſiæ vndecumque legationem ſuſcipere* [a].

Vnde Nicolaus Papa.

a ¶ Suſcipere.] *In vulgatis ſequebatur*, neque mittere: *quæ abſunt à vetuſtis, neque conueniunt cum his, quæ ſequenti capite afferuntur*.

¶ Romana non conſueuit eccleſia ſine ſignatis apicibus legationem vndecumque ſuſcipere. C. III.

NObiliſsimus [b] vir, atque ſtrenuus veſtræ ſublimitatis legatus, licet nullam epiſtolam iuxta conſuetudinem à vobis noſtro Pontificio detuliſſet, licet numquam Apoſtolicæ ſedis modus † fuerit abſq. ſignatis [c] apicibus vndecumque legationem ſuſcipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiuſque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoſcentes aſſertiones; nihilominus [d] eum, & ſicut decuit, ſuſcepimus, & ei, ſicut honeſtum fuit, credidimus [e].

† al. moris

obitum. aliàs in bonā partem. ead. diſt. ſtudij. Io.

SINE. CASVS. Quia in ſuperiori ca. facta fuit mētio de ſignatis apicibus: ideo nunc vult oſtendere, q eccleſiæ Romanæ mos eſt non ſuſcipere legatum ſine ſignatis apicibus.

NObiliſſimus.] CASVS. Mandat Nicolaus Papa cuidā principi, q licet mos ſit Romanæ eccleſiæ non recipere legatum alicuius ſine litteris ſigillatis; tamen legatum illius principis ſine litteris recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit: honorans principem in perſona ipſius.

b ¶ Nobiliſſimus.] Arg. q ſine litteris non eſt adhibenda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunenſis.

Legato ſine litteris ſuæ legationis credēdum non eſt.

c ¶ Signatis.] Oportet ergo q legatus exhibeat litteras legationis ſuæ ad hoc vt credatur ei, vt hic, & 63. diſtin. lectis. C. de man. princip. l. vnica. Sed quid ſi perdidit litteras, & vult probare 2 amiſſionem? Dico q poteſt: non tamen ſufficit probare tenorem litteræ, niſi & probetur, q illa littera fuerit ſine vitio, vt extra de priui. cum

2 Quoddic vt ēt notat

olim. in fi. & C. de fide inſtru. l. vlt. Sed numquid ſufficit mandatum ſine litteris? Dico q legato non ſufficit probare mandatum, vt C. de man. princ. l. 1. quia legati non ſine periculo recipiuntur. Vnde maior eſt in eis facienda examinatio, vt 42. diſt. quieſcamus. Sed delegatus poteſt probare mandatū ſine litteris, vt in authen. de litt. § omnē. coll. 9. & argu. extra de offi. deleg. prudentiam. & extra de reſcrip. ex parte. Ioa. Tan. & quidam alij dicunt, q in iudice delegato non ſufficit probare amiſſionem reſcripti, niſi oſtēdat authenticum, vt extra de offi. dele. cum in iure. 25. q. 2. ſancimus. & extra de fide inſtr. c. 1. Ita notat T. ſuper illa decre. cum olim. Sed pone, quòd partes viderunt & approbauerunt reſcriptum, & poſtea redactū fuit in publicam formam per tabellionem: numquid amiſſo poſtea reſcripto iudex procedere poterit? Satis credo q ſic. Io. vt notaui in quæſtionibus 3. B. Sed cū hic in diſtinctione dicat, q litteræ debeant eſſe ſignatæ, videtur à quocumq; ſint ſignatæ, q ſufficiat ad hoc vt ſcriptura dicatur authentica, vt extra de appel. perſonas. & extra de fideiuſſ. peruenit. Nā & eps ſigillat ſigillo eccleſiæ ſuæ, vt 73. diſt. in nomine Domini. in fi. item & alieno annulo poteſt quis ſignare teſtamētū, vt inſtit. de teſt. §. poſſunt aūt. Itē & alienū ſigillū 4 etiam nō iudicis ſui fidem facit, vt infra diſt. prox. ca. 1 & 2. Sed dic, q alienum ſigillum facit fidem, ſi nō habetur proprium: aliàs non, vt extra de appel. ſignificauit & 65. diſt. epiſcopus. Item litteræ nō dicuntur ſignatæ ſi legi non poſſunt characteres, vt extra de fide inſtr. inter. & ff. de teſta. ad teſtium. §. ſi ſigna. & §. ſignum. Item ſi filum ruptū ſit, non dicuntur ſignatæ, vt extra de cri. fal. c. licet. Si autē filum ex toto non eſt fractū, bene dicuntur ſignatæ, vt ff. de bo. poſſ. ſecundū tabu. l. 1. §. ſi linum. extra de fide inſtr. ſicut.

d ¶ Nihilominus.] Ergo & Cardinali, qui bene notus eſt in aliqua prouincia, credendum eſſet ſine litteris: maxime cum non contingat Cardinalem vmquam abeſſe niſi legationis cauſa. Ioan.

e ¶ Credidimus.] Arg. q interdū voci & aſſertioni vnius credendū ſit. ſi perſona ſit honeſta & authētica ſ arg. 8. q. 3. c. 1. Arg. 5. 9. diſ. ego ſolis ſic è conuerſo ex pſona pferētis inſtrumentū minus creditur inſtrumēto. vt ff. d eden. ſi qs. §. 1. ſic ſi malus aliquid dicat, nō facile ei creditur, vt 24 q. 1. quiſquis. Arg. contra. 19. diſt. ſecundum.

ipſe Ioa. & H. in pœr. decre. d priui. cū olim in glo. hoc eſt. vbi dicūt & Goff. cū eis hoc eſſe verum niſi honeſtus & not⁹ eſſet: & tūc pōt & debet ei credi vt I hoc c. nobiliſſimus. Arch.

Delegatus mandatū ſine litteris probare poteſt.

3 Quæſtio dominicalis eſt, & incipit: quidam impetrauit reſcriptum. &c.

Litteras eſſe à quocūque ſignatas an ſufficiat.

4 Dū tñ ſit authenticū. Arg. C. de bo. pſc. ſi qs intra 2. inſti. de At ti. tu. §. penult. Arch.

Cardinali noto ſine litteris credi poteſt.

Voci vni⁹ cuiuſque creditur.

5 Concor. text. in l. ſi qs decurio. C. de fal. & in l. Theopompus. ff. de do. pſe. regulariter tñ eſt contra.

DISTINCTIO XCVIII.

QVæ circa [a] ordinandos ſint obſeruanda, quæ in eorum electione diligenter ſint conſideranda, multorum auctoritatibus monſtrata ſunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obſcuratur mutatione prouinciæ; decretum eſt ſacris canonibus, vt peregrini, niſi quinque, vel eo amplius ſuorum epiſcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

Vnde Silueſter Papa generali concilio præſidens dixit.

¶ Niſi quinque epiſcoporum litteris deſignatum tranſmarinum hominem ad clericatum nullus ſuſcipiat. C. I.

In fine epilogi concilij Romani ſub Silueſtro, ſed paulo aliter. Poly.l.2.tit. 31. Anſ.l.7.c.23.

NVllus aliqua [b] ratione tranſmarinum hominem penes vos† in clericatus gradus ſuſcipiat, niſi quinq. [c] [aut† eo amplius] epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.

† al. nos
†Abſunt ab originali & aliquot Grat. codicibus.

Item Anaſtaſius I. vrbis Romæ epiſcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ epiſcopos, epiſt. 1. c. 2.

¶ De eodem. C. II.

Polyc. ibidem. Anſ.l.7. c. 24.

TRanſmarinos [d] homines in clericatus honorem† nemo ſuſcipiat, niſi quinque, aut eo amplius epiſcoporũ chirographis [e] ſint deſignati: quia multa per ſubreptionẽ [f] ſolent euenire.

† *al. honore nolite ſuſcipere*] orig.

Item Gregorius Romanæ eccleſiæ præſul Squillatino epiſcopo, lib. 2. epiſt. 25.

¶ De eodem. C. III.

Polyc. ibidem Anſ.l.7.c.25. Iuo p.6. c.351.

AFros [g] paſsim, vel incognitos peregrinos, ad eccleſiaſticos ordines tendẽtes nulla ratione ſuſcipias [h]: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus conſtituti fortiores [α] [i] de ſe prætendiſſe honores ſæpe probati ſunt.

α ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetuſtis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunenſi eiuſdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendiſſe honores.

QVæ circa ordinandos.] CASVS. Egit. ſ. Grat. diligenter de ordinatione & electione clericorum: ſed quia per mutationem locorũ veritas occultatur: ideo in hac diſtinct. 98. oſtenditur vt clerici peregrini non recipiantur, niſi cum litteris quinque epiſcoporum, cum à ꝓprio epiſcopo fuerunt cõmendati.

a ¶ Quæ circa.] Hic depingitur 98. diſt. in cuius principio vtiť Gratia. tranſitu: ĩ quo oſtendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus ſit. Nam quia clerici ſæpe mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter oſtẽdit, ꝙ nõ ſunt recipiendi in alia ꝓuincia ſine litteris epiſcoporum ſuorũ.

Clerici ſine litteris ſuorũ epiſcoporum nõ ſunt recipiendi.

NVllus] CASVS. Diciť hic, ꝙ nullus epiſcopus debet recipere clericum tranſmarinum in ſua eccleſia, niſi habuerit litteras ſigillatas quinque epiſcoporum, vel eo amplius fuerit cõmẽdatus: quia multa per ſubreptionem ſolent euenire. Idem dicitur in ſeq. cap.

b ¶ Nullus aliqua.] Iſta ca. introducta ſũt ad cautelã: vel leguntur de primitiua eccleſia: & ſic ſecus hodie.

c ¶ Niſi quinque.] Cõtra 71. diſt. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti ſunt, ꝙ ſigilla epiſcoporum & etiam loca ignota ſunt: illud quando epiſcopus ꝓpinquus eſt & eius ſigillum bene cognoſcitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone ꝙ non habet litteras: eſt ne recipiendus ſi ꝓbet per teſtes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlti. Nam magis credendum eſt viuæ voci. quàm mortuæ. in authen. de fide inſtr. §. ſi vero. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinem hæreticorũ. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionem iſtam. Sed certe nõ videtur recipiẽdus, & ſi mille ſigilla haberet ignota: quia non plus fidei præſtant mille ignota, quàm vnum ignotum. præterea in teſtamento ita inuenis ꝙ cum ſigna ſunt ignota, conuocãtur omnes illi quorum dicuntur ſigilla, vt ſciatur an recognoſcãt ſua ſigna: vt ff. quemadmodũ teſtamenta aperiantur, cũ ab initio. ex hoc cõcedo, ꝙ niſi aliqualis habeatur notitia de ſigillis, & de illis remotis eccleſijs, ꝙ non ſit eis credendum, & ſi mille ſint: arg. extra de fide inſtru. cap. quod ſuper his.

Voci viuæ magis credendũ, eſt ꝙ mortuæ.

Sigillis ignotis fides nõ eſt adhibẽda.

d TRanſmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui ſigillare præſentat ignota. Ioan. 1.

e ¶ Chirographis.] id eſt, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate ſua.

1 Cõcor. 20 per Bart. l. Lucius. ff. de fide inſtru. & l. ad teſtium. ff. de teſt.

f ¶ Per ſubreptionem.] ſi. extra de procur. cap. 1. & 3. q. 3. induciæ.

AFros.] CASVS. Præcipit Grego. in hoc. c. epiſcopo Squillatino, vt afros & peregrinos clericos ad ordines non ſuſcipiat: quia quidam eorum ſunt hæretici: quidam ſunt rebaptizati: quidam vero ſunt peregrini: & ordines quos non habent, ſe mentiuntur habere.

g ¶ Afros.] Ratione prouinciæ præſumitur contra aliquem. argum. 24. diſt. quando. ff. de ædili. edi. ꝙ ſi nolit. §. qui mancipia 2.

h ¶ Suſcipias.] vt officient populum. aliàs bene: extra de cle. pereg. c. pen.

i ¶ Fortiores.] Hæc eſt vna ratio, quare non admittuntur. aliæ aſſignantur. 19. q. 2. duæ.

2 Arg. contra. extra de iud. cũ deputati. extra de inſtit. ad de cor. Arch.

Omnes.]

OMnes.] CASVS. In hoc cap. ſtatuitur, vt illi, qui in peregrinatione ſunt baptizati, non promoueantur: quia eorum vita eſt incognita, & poſſunt eſſe irregulares.

a ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nonne ba-

primates vel patriarchas ab archiepiſcopis appellant epiſcopi. Oſtendit etiam quòd archiepiſcopi debent primatibus obedire in his, quæ iuſte fuerint imperata.

b ¶ De primatibus.] Fecerat Gratianus ſ. in diſt. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: ſed ne quis crederet propter nominum diuerſitatẽ aliquam eſſe realem differentiam; ideo oſtendit in hac diſt. differentiam eſſe tãtum in nomine. Oſtẽdit etiam de reuerentia, quam debent archiepiſcopi ſuis primatibus. Oſtendit etiã quod nec Romanus Pontifex debet vniuerſalis appellari.

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

¶ Non ſunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 352. † al. in peregrinatione

OMnes [a], qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime ſit cognita vita, placuit ad clerum non eſſe promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

1 p̄s

DE primatibus [b] autem) quorum ſupra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in eccleſia obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiſcopi eis debeant. Primates, & patriarchæ diuerſorum ſunt nominũ, ſed eiuſdem officij. Ab archiepiſcopis autem, quoties neceſſe fuerit, epiſcopi ad primates appellant; ſed à primatibus ad archiepiſcopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiſcopi in omnibus, quæ ſibi ab eis iuſte fuerint imperata.

Vnde Anacletus Papa ait ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 2.

¶ Quæ obedientia ſit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

Iuo par. 5. c. 55. Pan. l. 4. c. 13.

PRouinciæ multo ante Chriſti aduentum [c] tempore diuiſæ ſunt maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis, & beato Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis † ſæculi erãt, ac prima iudiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quãdo eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permiſſum [d] non erat [e], confugiebant pro oppreſſionibus, vel iniuſtitijs ſuis; ipſoſque appellabant, quoties [f] opus erat ſicut in lege eorum præceptũ erat:) ipſis [g] quoq. in ciuitatibus, vel locis noſtros † patriarchas, vel primates, qui vnam formã [h] tenent, licet diuerſa ſint nomina, leges diuinæ, & eccleſiaſticæ poni, &

† al. leges

† al. noſtris

PRouinciæ.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates inſtituendi ſint: & an archiepiſcopi eis debeant obedire. Et reſpondet quod leges eccleſiaſticæ iuſſerũt poni primates vel patriarchas, qui eandẽ formam tenent (licet diuerſa ſint vocabula) in capitibus prouinciarum, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiſcopis appellatur. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiſcopi reſidere, qui debent prædictis primatibus obedire, nec debent nominari primates, ſed archiepi vel metropolitani.

c ¶ Ante Chriſti aduentum.] Ergo ante tẽpus Gelaſij & Dionyſij diſtinctæ erãt prouinciæ. vnde reprobatur quædam ſolutio, quæ ponitur 10. q. 3. nec numerus. quod ſcilicet tunc non erant prouinciæ limitatæ. Sed dic quod prouinciæ fuerunt diuiſæ, vt hic, ſed diœceſes non, niſi à tempore Dionyſij. 13. q. 1. c. 1. Vel ſolue per illam litteram, maxima ex parte: quaſi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerunt diſtinctę.

d ¶ Quibus permiſſum.] quia modica erat ſumma. 2. q. 6. anteriorum. §. illud.

e ¶ Non erat.] vt clericis, qui in cauſis eccleſiaſticis nõ poſſunt appellare ad principem, vt ſ. 11. q. 1. placuit.

f ¶ Quoties.] id eſt, bis ante ſententiam: vel poſt ſententiam ſecundum canones. Et no. quod dicit, quoties, ſecundum leges: ſed tamen non licet ſecundum leges appellare ad principem, niſi in caſu ante ſententiam. & ita eſt arg. ad expoſitionem illius 2. q. 6. omnis oppreſſus.

g ¶ Ipſis.] repetit quod dixerat.

h ¶ Formam.] Arg. C. de codic. ſi idem. contra. quia diuerſitas nominum debet deſignare diuerſitatem rerũ, vt 21. diſt. cleros.

Appellare ante ſententiam ſm leges nõ licet.

ptiſmus tollit omnẽ peccati maculam? Vtique. ſic ſ. de pœn. diſt. vlt. cap. vlt. hoc ergo ideo quia forte iſti bigami vel aliàs irregulares ſunt, quia ante baptiſmum forte fuerunt bigami.

Baptiſmus omnẽ peccati maculam tollit.

DE primatibus.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quod vbi erant primates gentilium olim: ibi ſunt modo primates, id eſt, patriarchæ, qui idẽ habent officium, licet nomina ſint diuerſa. Secunda ibi. [Nulli archiepiſcopi.] Tertia ibi, [Vniuerſalis.] Ioan. de Fano.

CASVS. Quia ſupra in 80 diſt. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis, nec aſſignauerat differentiam inter eos, ideo ſupponit hãc 99. diſt. in qua oſtendit, quòd primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, ſed quo ad vocabula, ad quos

eſſe iuſſerunt:ad quos epiſcopi,ſi neceſſe fuerit, confugerent,eoſque appellarent:& ipſi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [a] eſſent) haberēt metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſte obedirent primatibus,ſicut & in legibus ſæculi olim ordinatum erat:qui non primatum,ſed aut metropolitanorum,aut archiepiſcoporum nomine [b] fruerentur.

† al. maiorum comitum

¶ *Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epiſt. 35. Rothomagenſi Turonenſi, ac Senonenſi archiepiſcopis ſcripta, ex qua & originali nonnulla ſunt reſtituta.*

Item Anicetus ad epiſcopos Galliæ.

¶ Non vocentur primates, niſi qui primas ſedes tenent. C. II.

Poly. l. 2. tit. 21. Iuo par. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25.

NVlli archiepiſcopi primates vocentur [c], niſi illi, qui primas [d] tenent ciuitates †; quarum epiſcopos Apoſtoli,& ſucceſſores Apoſtolorum,regulariter patriarchas, & primates eſſe conſtituerunt: niſi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur [e], cui neceſſe ſit propter multitudinem eorum †, primatem conſtitui [f]. Reliqui vero, qui alias metropolitanas ſedes adepti ſunt,non primates, ſed metropolitani nominentur.

† al. ſedes
† al epiſcoporum

Item ex concilio Africano, c. 6.

Et Carthag. 3. c. 26.

¶ Primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum,vel ſummus ſacerdos. C. III.

Poly. l. 2. tit. 26 Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 57

PRimæ [g] ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum,vel ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi; ſed tantum primæ ſedis epiſcopus.

3 *Vniuerſalis autem nec etiā Romanus Pōtifex appelletur. Vnde Pelagius II. epiſt. omnibus epiſcopis illicite à Ioanne Conſtantinop. conuocatis, &c.*

a ¶ Spiritualia.] Spiritualia autem dicuntur tribus modis. Vno modo dicuntur gratiæ virtutum, & dona Dei. hæc non poſſunt emi vel vendi quantum in eis eſt, non enim conferuntur niſi gratis. ꝑ. ead. q. 3. Saluator. & hic c. 1. Quandoq; dicitur dignitas ordinis, & omne ſacramẽtum eccleſiaſticũ præter * matrimonium. Item & omnia iura eccleſiaſtica ſpiritualium rerum, vt adminiſtrationes, ꝑbendæ, ius decimarũ, cœmeteria, ordo: hæc vẽdita trãsferuntur quo ad hoc characterem tñ, nõ quo ad vitæ meritũ. de facto enim non de iure ꝓcedit in talibus venditio. Quandoque ipſæ res ſacræ vt vaſa, & omnia vtenſilia: hæc bene venduntur clericis vel laicis conflata & confracta, vt 10. q. 2. hoc ius. In ſũma ergo ſcias, ꝙ pro ſpiritualibꝰ in corporalibus, vt ſunt beneficia & ordines, quandoque munus datur pro digno, nec eſt peccatum ſi eſt munus à lingua. ĩ. ea. filiũ. ſed & obſequium temporale, dum tamen ſine pactione. extra de cleric. nõ reſi. decetero. De ſpirituali obſequio quin quandoq; dari poſſit, non eſt q̃ſtio, etiam ex conuentione. extra de præb. ſignificatum, immo ſemper præmiũ aliquod debet interuenire ſpeciale, ſcilicet meritũ hominis. talis enim ſimonia ſpiritualis nõ reprobatur, ſicut nec ſpiritualis vſura. arg. 14. q. 1. aduocauit. Pecunia autem pro ſpiritualibus incorporalibus numquam interuenire debet niſi in quinq; caſibus. In matrimonio. ĩ. ea. quidquid. 32. q. 2 honoratur. In operis etiã quas clericus non debet, vt ſi ſacerdos locat operas ſuas per annũ. arg. extra ne prælati vices ſuas. c. vlt. 12. q. 2. charitatẽ. Idem eſt & ſi ſint debitæ, dum ſñ iudicat aliquid dandum. arg. 10. q. 3. relatum. extra de ſimo. cũ ſit. Item pro ſalute æterna, & peccatorũ remiſſione. de pœn. diſ. 1. medicina. 13. q. 2. animæ. Item ſecundum quoſdã pro iure ſibi competente, ne vexetur in eo. ĩ. ea. q. 3. quæſitum. extra de vſur. cap. 1. & extra. de ſim. dilectus. Spirituale autem pro ſpirituali permutari poteſt. extra de rerum permu. ad quæſtiones. Pro ſpiritualibus autem corporalibus pecuniam dare non eſt ſimonia, vt pro calice, pro libro. 12. quæſt. 2. aurum. niſi inueniatur prohibitum, vt in eccleſia, in cœmeterio & chriſmate, vt ĩ. c. placuit.

* Vide ſupra diſt. 23. c. his igitur. in ſu ver. pro beneficiis. & Turrecre. infra ſuper c. 1. ad 3.

Res ſacræ q̃ſque poſſunt vẽdi.

Dari aliqd pro rebus ſpiritualibus incorporalibus an liceat.

Pecunia ꝑ ſpiritualibus interuenire nõ debet, niſi in quinque caſibus.

GRatia.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ non eſt gratia, quæ nõ eſt gratuita. Simoniaci igitur qui dant pretium, gratiam non accipiunt, quia gratia in rebus eccleſiaſticis operatur, quam ſi non accipiunt, non habẽt: ſi tamen non habent, alijs eam dare non poſſunt. Quid ergo dant ſimoniaci? Vtique ſpiritum mendacij, quem ſolum habent.

¶ Hug. vero ſic ponit caſum. Dicit enim ꝙ Leo hic intendit dicere, ꝙ ſimoniaci, qui pretio ordinãtur, gratiã cum ordine non recipiunt, & ideo cum alios ordinant gratiam quam non habent, cum ordinibus non conferunt, ſed ſicut cum peccato ordinati ſunt, ita cum peccato alios ordinant. Quòd autem gratia non detur cũ ordo pretio tribuitur, præmittitur in prin. cap.

b ¶ Gratia.] id eſt donum ſpiritus ſancti, vel eccleſiaſtica dignitas, vel ordo.

c ¶ Si non gratis.] ſine munere aliquo non debito.

d ¶ Accipitur.] Arg. contra 13. q. 4. ille gladium. quia ille dicitur gladium accipere, qui illicite accipit.

e ¶ Gratia.] id eſt, cum gratia id eſt, cum charitate, id eſt, non confertur gratia niſi gratis, &c.

f ¶ Poſſunt.] Arg. quemquam non poſſe dare quod nõ habet. 1. q. 7. Dalbertum. ff. de regu. iur. nemo. de conſec. diſt. 4. quomodo. ĩ. ead. q. qui perfectionem. de cõſe. diſ. 4. ſolet. Contra, creditor diſtrahit pignus, cuius dominium non habet. Vnde arg. contra, ff. de acquir. re. do. non eſt nouum. & extra de elect. ſuffraganeis. Ioan. Sol. generale eſt ꝙ nemo de iure dare poteſt quod non habet. fallit in certis caſibus. B.

Nemo dat quod non habet.

g ¶ Spiritum mendacij.] id eſt, effectũ diaboli, qui pater eſt mendacij. quia iſti ſunt mẽdaces, cum ſint hæretici, & omnis hæreticus mendax eſt. ĩ. ead. ſi quis inquit. vel dic ſpiritum, id eſt, characterem ſine executione.

Diabolus eſt pater mendacij.

h ¶ Teſtante.] cum ait, Gratis accepiſtis gratis date, &c. arg. à contrarijs: contraria enim contrarijs opponuntur, ſ. diſt. 9. cap. 1. & 25. q. 2. deceſſorum. & 24. q. 2. ſane. 32. diſ. hoſpitiolum. 5. q. 6. delatori. & de pœn. diſt. 2. cap. 1. & vide quod no. 8. q. 1. ſciendum. iuxta finem.

Contraria contrarijs opponunt.

QVicumque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ quicumque per pecuniam eſt ad ſacerdotium promotus, in veritate non eſt ſacerdos, ſed tantum nomen ſacerdotis habet inane.

i ¶ Studet.] Hic ergo ſola voluntas facit hominẽ ſimoniacũ, vt ĩ. ea. reperiuntur. & q. 3. non ſolum. ſicut ſpes ſola facit hominem vſurarium, vt 14. q. 3. cap. 1. Item hic

Volũtas ſola facit ſimoniacũ.

1 Sub. & pu niſ, & hoc probãt con cor. ĩ. p. xi. pro ∑tijs inducũtur. De hoc nota. 6. q. 1. ſi quis cum. Archid.

hic voluntas ſine effectu imputatur 1. & dixit Bar. ꝙ huiuſmodi peccatum ſi non proceſſerit ad actum, ſola voluntate deletur, ſicut & ſola voluntate commiſſum eſt. argu. extra de regulis iuris, omnis. Vel intellige hoc verbum, ſtudet, cum effectu. ĩ. 36. q. 2. ſi quis non dicam. contra

b ¶ Sacerdotij.] hoc verum eſt, ſi in modum accuſationis eſt conuictus. ſed ſi in modum exceptionis, ſecus, vt extra de accuſa. ſuper his 2. Item ſi in modum inquiſitionis conuincitur, tunc priuatur beneficio, & non ordine. extra de ſim. dilectus 2. Dic vt in decre. inquiſitionis. quandoque etiam non priuatur omnibus beneficijs in eo caſu. vt extra de elec. per inquiſitionẽ. Item regulariter hæc vera ſunt, ꝙ perdit ꝓpria beneficia, ſi eo ſciente fuerit data pecunia. aliàs ſine culpa ſua priuaretur, eo ꝙ eſſet legitime adept⁹, vt 16. q. 7. inuentum. Item nec ipſum beneficium nec ordinem perdet, ſi in fraudem ipſius fuerit data pecunia, vt extra de ſimo. ſicut. & c. nobis. ĩ. q. 6. §. vlt.

Simoniacus duobus modis põt conuinci.

2 Ad idem ff. de his q no. infa. Lucius. & eſt ratio extra de excep. c. 1. §. vlt. & de or. cog. cũ dilectus. in fi.

cerdos non eſſe, ſed dici tantummodo inaniter concupiſcit.[a]

¶ *Caput hoc ex originali eſt emendatum, & locupletatum.*

Item ex regeſto.

¶ Spolietur honore, qui eccleſiam per pecuniã obtinet. C. III.

ĩ. ead. q. 3. c. altare.

PResbyter ſi per pecuniam eccleſiam obtinuerit, non ſolum eccleſia priuetur, ſed etiam ſacerdotii [b] honore ſpolietur: quia altare, & decimas, & ſpiritum ſanctum [c] emere, vel vendere, ſimoniacam hæreſim [d] eſſe nullus fidelium ignorat.

¶ *Non eſt inuentum in regeſto B. Gregorii, vnde videtur citatum, ſimilia habentur apud Gregorium vii. lib. 6. reg. in indice cõcilii eo anno habiti, & in concilio Turonenſi ſub Carolo magno, c. 15. in Remenſi. c. 21. Moguntino ſub Rabanõ. c. 12. & altero Moguntino ſub Arnulpho. c. 5. & infra ead. q. 3. c. altare, quod ibi citatur ex Paſchali.*

ĩ. e. cũ liqueat.

Idem Gregorius primus dicta epiſt. 110. lib. 7.

¶ De eodem. C. IIII.

Poly. ibidem. Anſ. l. 6. c. 80. Burc. l. 1. c. 21. Iuo par. 5. c. 75. & 112.

BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc [e], vt fiat hæreticus, promouetur.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, & præter epiſtolam 110. indicatam, eadem ſententia habetur lib. 4. epiſt. 55. & lib. 5. epiſt. 107. epiſcopis Epyri.*

Idem in eodem.

¶ Partem habebit cum Simone, qui contra ſimoniacos vehementer non exarſerit. C. V.

cõc. Meld. c. 42. Deuſdedit p. 2. Poly. l. 2. tit. 1. Iuo p. 2. c. 84. & p. 5. c. 75. Anſel. l. 6. c. 77.

QVisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. Quiſquis ergo contra ſimoniacã, & neophytorum [f] hæreſim pro officii ſui loco vehementer non exarſerit [g], cum eo ſe non dubitet habiturũ portionem; qui prius commiſit hoc piaculare [h] flagitium.

¶ *Verba prorſus ipſa huius capitis non ſunt inuenta in epiſtolis B. Gregorii. Verum Paſchalis Papa II. (vt eſt apud Iuonem, ac Polycharpũ) citat hæc ex ipſo beato Gregorio: ac ſimillima prioris partis huius capitis ſunt lib. 4. epiſt. 55. & 56. poſterioris vero partis lib. 10. epiſt. 33. Victori epiſcopo: Et Ioannes diaconus lib. 3. c. 4 ſcribit generalem ſententiam à B. Gregorio contra ſimoniæ & neophytorum hæreſim prolatam in epiſtola Victori ſcri*

c ¶ Et ſpiritum ſanctũ.] ideſt, ordinem, & alia officia, quæ dona ſũt ſpiritus ſãcti.

d ¶ Simoniacam hæreſim.] ar. ĩ. ea. q. 3. altare. ĩ. ea. q. 1. quicũq. ſacros. ĩ ea. q. 5. c. 1.

BEnedictio illi.] e ¶ Ad hoc.] ideſt, qui ſic honorem accepit, hæreſim incurrit. Eſt enim, vt, cõſecutiuum 3. non cauſatiuũ, vt diſt. 74. conſuluit. & 3. q. 7. §. item. & 6. q. 1. ex merito. Et eſt ſimile, Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. ſimile C. de obſeq. patro. præſtan. ſi manumiſſori. & ff. ad leg. Aquil. l. ſi ex plagis. §. 1. ſic. & C. de iudi. properandum. in prin.

3 Concor. tex. f l. Mæuia. cũ glo. ff. de leg. 3. & in l. cum delationis. §. itẽ ſi fundo. ff. d fundo inſtr. & in l. Lucius. §. de collegio. ff. de leg. 3.

QVisquis per pecuniã.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis per pecuniam ordinatur, ipſum eſſe hæreticũ eſt manifeſtum. & q contra talem vehemẽter non inuehitur, velut particeps minus deponatur.

f ¶ Neophytorum.] quia à neophyto, ſcilicet à Simone ortũ habuerit: qui de nouo ad fidem conuerſus fuit: vel quia neophyti ſolebant dare pecuniam, vt cito ꝓmouerentur: quia aliàs non poterant, vt 48. diſt. c. 1.

ĩ. arg. ĩ. diſt. 51. ſi quis poſt. contra ĩ. diſt. 19. Anaſtaſius. ĩ. diſt. 50. is vero, qui contra. 6. q. 1. §. verũ. 50. diſt. ſiquis poſt. Ioan. Sol. hodie ſola pœnitentia ſine reſignatione quæſitorum ſufficit, cum ſimonia in animo gerebatur vtrinque, vt extra de ſimo. cap. fi. B.

Simonia quomodo deleatur.

a ¶ Concupiſcit.] ideſt, ex ſua concupiſcentia, ſequitur, vt inaniter dicatur ſacerdos.

PResbyter.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi quis emit eccleſiam per pecuniam, & eam perdet, & præterea deponi debet: quia emere decimas vel altaria eſt ſimonia. Seq. cap. patet.

g ¶ Exarſerit.] vt infra c. quicumque. & c. placuit. hoc verum eſt ſi poteſt probare illud: aliàs non noceret ei taciturnitas, vt 2. q. 7. plerique. ſed ſi nõ poteſt probare faciat quod dicit Auguſt. 22. q. 5. hoc videtur. Item & ſi probare poteſt, & ſi timeatur ſcandalum: tunc faciat id quod legitur 24. q. 3. tam ſacerdotes. 2. q. 3. forte.

Taciturnitas in puniendo ſimoniacum nocet.

h ¶ Piaculare.] Ideo dicitur piaculare, quia ſecundum leges

Piaculare flagitium.

leges comparatur ei quod morte expiatur.15.quæſt.3. ſane.5.quæſt.6.delatori,&c.

QVos cōſtiterit.]CASVS. Dicitur in hoc c.q. conuicti de ſimonia deponi debēt, nō ſine pœna ſimoniā cōmittētes,tā dantes,quàm accipientes cū ſint ſimoniaci, vt lectio actuum Apoſtolorum teſtatur.

a ¶ Quos.]hic vocat arg.à cōtrario ſenſu. ȷ.ea.q.1.Saluator.verſi. quiſquis. ibi, propter ſua lucra.ac. ȷ.e. ſi quis epiſcopus.arg. ī.diſt. 61. miramur.

b ¶ Sacra lectio.] actuum Apoſtolorum, cum dixit: pecunia tua tecum ſit in perditioné.ȷ.c.proxi.&c. qui ſtudet.&c.Petrus. Ioan.

REperiuntur quāplurimi.]CASVS Quidam obliti verborum Petri dicentis ad Simoné, Pecunia tua tecum,&c.epiſcopatus per pecuniam acquiſierunt,& licet de hoc iam pœna fuerit ſtatuta, Ambroſ. tamen huic vulneri canceroſo ferrū ignitum apponit ; ſtatués vt quicumque detectus fuerit ſimoniam commiſiſſe,à communione altaris ſit ipſo iure ſuſpenſus:& ſi per accuſationem fuerit depoſitus, in monaſterium detrudatur. Venditor vero puniatur,vt emptor.Si vero laicus ſit, qui ſimoniam committit, excomunicari debet.

c ¶ Velle.] Ita ſola volūtate eſt ſimoniacus 1, hoc intelligo de voluntate ad actū aliquem exteriorem producta : aliâs non eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ. & ſic etiam exaudi ȷ. ead. qui ſtudet. & ī. ead. quicumque. 24. diſt. quando epiſcopus. extra de ſimonia,tanta.

d ¶ Quia & vſitatum.] argum.q. mos 2 non excuſat à crimine.ȷ.ead.quæſt.3.cap.fin.argu.contra 63.diſtin. Agathoſa, &c. quia. ī.diſtin.4. denique. ȷ. 32.quæſt.4. obijciuntur.

e ¶ Succiſum.]per canones.

f ¶ Inijcimus.]hoc dicit quia adijcit pœnam. Vel dic iniicimus,ideſt,iniectam eſſe oſtendimus,&c.

g ¶ Anathematis.]arg.q. ipſo iure ſit anathematizatus clericus ſimoniacus,vt ȷ ead.q.quicumque.& cap. placuit. Vel dicit anathema ſeparationé à corpore & ſanguine Chriſti:vnde ſubdit atque,pro,ideſt,&c.nam poſtea excommunicandus eſt.ȷ.ea.q.qui ſtudet.& q. 3. ex multis.quod eſt pro quolibet mortali peccato.ſed ad deteſtationem ipſius 3 dicitur,quod generaliter intelligitur: hoc tamen eſt ſpeciale in notorio crimine fornicationis,& ſimoniæ,q. ſuſpenſi ſunt, vt diſtin.32.§. verum.ſed argum.tamen eſt, quòd ſimoniactis non ſit ipſo iure ſuſpenſus.extra ead.ex tuæ. Dicas ergo, quòd omnis peccator occultus ſuſpenſus eſt quo ad ſeipſum, vt ȷ.ead. ſacerdotes. ſed ſimoniacus ſuſpenſus eſt quo ad ſe,& quo ad alios,vt extra dé ſimo.tanta. & hoc verum eſt de illo,qui emit ordinem. talis enim pænitere non poteſt, cum rem furtiuam habeat, vt 14. quæſt.6. ſi res.

h ¶ Condemnatum.] à ſtatutis patrum ipſo iure ex genere delicti.3.q.7.§.porro.

i ¶ Ex quo.]quaſi ex eo tempore ſit excōmunicatus,vel ſciat ſe condemnatum,ex quo tempore conſtat vobis &c.quaſi dicat ex eo tempore ſit excommunicatus,vel ſciat ſe condemnatum,ex quo tempore perpetrauit crimen,& eſt ſi.in crimi.læſæ maieſt. argumen. C.ad leg. Iuliam maieſt.quiſquis.ver.donationes,&c. Et ita illud verbum, ex quo, determinat verbum, perpetraſſe: & ſecūdum hunc intellectum etiam occultus ſimoniacus ſuſpenſus

pta contineri. Capitulum 42. concilii Meldenſis ab Iuone, parte 5.c.75. citatum partim conuenit cū ipſa epiſtola Victori ſcripta, & partim cum iis, quæ Iuo & Polycarpus citant ex Paſchali, & cū his, quæ hoc loco refert Gratianus. De qua hæreſi è Gallia eiicienda Gregorius lib.4.epiſt.51.ſcribit Virgilio Arelatenſi, & lib.7.epiſt.110. Syagrio, & aliis epiſcopis Galliæ.

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, epiſt.1.c.26.

¶ Simonis damnatio dantem & accipientem pariter inuoluit. C. VI.

QVos [a] conſtiterit indignos meritis ſacram mercatos eſſe pretio dignitatem;conuictos oportet arceri, nō ſine periculo facinus tale perpetrantes;quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis,quā ſacra lectio [b] teſtatur,inuoluit.

Item Ambroſius [a] in libro paſtorali.

a ¶ Ambroſius.] *Caput hoc in libro paſtorali B. Ambroſii vnde citatur non eſt inuentum. Habetur tamen in concilio Toletano 8. c. 3. quem canonem integrum Anſelmus lib. 6. c. 85 partem vero ipſius Iuo p.5.c.83. ex dicto concilio citant.*

¶ Anathematis ſententia damnatur, qui ſimoniace ordinatur. C. VII.

REperiuntur quamplurimi negotio † muneris perituri, mercari velle [c] gratiam ſpiritus ſancti: dum vile pretium donant, vt pontificalis ordinis ſublime culmen accipiant;obliti verborum Petri,qui dixit ad Simonem: [Pecunia tua tecum ſit in perditionem; quoniam donum Dei exiſtimaſti per pecuniam poſſideri]. Proinde,quia & vſitatum [d] eſt tantum malum,& maiorum frequenter conſtat mucrone ſucciſum [e];nos quoque huic vulneri canceroſo ignitum (quod ſupereſt adhuc) iniicimus [f] ferrum; decernentes omnino, vt quicumque deinceps propter accipiendam ſacerdotij † dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtuliſſe;ex eodem tempore ſe nouerit anathematis [g] opprobrio condemnatum [h], atque à participatione Chriſti corporis & ſanguinis alienum:ex quo [i] illum conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium.

Sacra lectio.

Poly. l.7.tit.6. Deuſdedit p.2. Burc.l.1.c.12. Iuo par.5.c.76. Act. 8.

Anſel. l.6.c.85. † al. negotiatione

Act. 8.

† al. diuini doni

Iuo p.5.c.83.

1 De hoc etiā ī. ead. quicūque. & dicam ȷ. c.eos.ibi videas. Arch.

Simoniacus an quis fiat ſola voluntate.

2 Mos. Sed an à pœna gl. Ant.Bu. cap. vlt. de cōſue. Lud. Ro.in ſing. char. 1.

3 Scilicet crimine ſimoniæ, & ſic anathema ſumit hic pro &c.

Simoniacus, an ſit ipſo iure excōicatus.

Peccator quilibet occultus eſt ſuſpenſus.

ſuſpenſus eſt. Vel determinat hoc verbum, conſtat; & tunc eſt ſenſus. ex quo conſtat eum ſimoniacum, tunc demum erit ſuſpenſus. hoc vltimum dicebat Marti. Hiſpanus.

a ¶ Extiterit.] hoc verum eſt, ſi poteſt probare illud: aliàs non nocet ei taciturnitas, vt 2.q.7. plerique 1. Sed ſi non poteſt probare, faciat quod dicit Auguſtinus. 22.q.5. hoc videtur. Item & ſi probare poteſt, & timeat ſcãdalum, faciat id quod legitur 24.q.3. tam ſacerdotes. & 23.q.4. forte. Ioan.

f ¶ Defenſorem.] ideſt, aduocatum vel iudicem, vel caſtaldum. Hic collige, quod caſtaldiam emere eſt peccatum. nã diſpenſationẽ religioſæ domus emere eſt peccatũ.

Caſtaldiã emere peccatum eſt.

g ¶ Vel quemquam.] ideſt, archipresbyterum, archidiaconum, monachum, vel quemlibet officio eccleſiaſtico mancipatum, vt dicitur ĩ. ead. q. 3. Saluator. hoc exaudi per id quod legitur. 18.q.2. quidam. in Auth. de ſanc. epiſ. §. ſed neque. coll. 9.

Quòd ſi aliquis extiterit [a], qui accuſet; ille, qui hunc ordinem munerum fuerat datione lucratus, & ſuſcepto honoris gradu priuetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitentia retrudatur †. Illi vero, qui hac cauſa munerum acceptores extiterint; ſi clerici fuerint, honoris amiſsione mulctẽtur: ſi vero laici, anathemate perpetuo [b] condemnentur.

† al. religetur

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 2.

¶ Damnatur epiſcopus, qui per pecuniam ordinationem facit. C. VIII.

Poly. l. 2. tit. 37. Anſel. l. 6. c. 88. Burc. l. 1. c. 111. Iuo p. 5. c. 118. & Pann. l. 3. c. 118.

SI quis epiſcopus [c] per pecuniam ordinationem fecerit, & ſub pretio redegerit [d] gratiam, quæ vendi non poteſt, ordinaueritque per pecuniam epiſcopum, chorepiſcopum, presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias diſpenſatorem [e], aut defenſorem [f], vel manſionarium, vel quemquam [g] omnino, qui ſubiectus eſt regulæ, pro ſuo turpiſsimi † lucri commodo; is, qui hoc attentaſſe probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit; & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat; ſed ſit alienus à dignitate [h], vel ſolicitudine [i], quam pecunijs acquiſiuit. Si quis vero mediator [k] tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit; & ipſe, ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat; ſi vero laicus, aut monachus, anathematizetur.

† al. turpiſſimo

Item ex octaua synodo.

h ¶ A dignitate.] ideſt, à prælatura.

i ¶ Vel ſolicitudine.] i. adminiſtratione.

k ¶ Mediator.] item nota infamię iſti percelluntur, vt ĩ. q. 3. c. vl. hi omnes ſimoniaci ſunt, nec recipiuntur ad teſtimonium, vt ext. de teſt. veniẽs. Huiuſmodi autem mediator, dum tamẽ non participauerit, recipitur teſtis in crimine ſimoniæ. extra de ſimo. §. quamuis. quod tamen ſubaudi. cum vita accuſati ante talis extiterit. ar. 2.q.1. in primis, in fi. In aliis autem contractibus non recipitur interuentor in teſtimonium, niſi de voluntate partium. in auth. de teſti. §. qũ vero. coll. 7. Not. ergo, quod in criminibus non exceptis. ſ. adulterij, & homicidij, & huiuſmodi, quicumque admittitur ad accuſandum, & ad teſtificandum, vt 4.q.3. c.1. arg. à contrario ſenſu. nam tantũ integræ famæ admittuntur in illis. niſi propriam iniuriam proſequantur. 4.q.6. omnibus. in quo caſu non admitterentur ad teſtimonium, vt extra de teſti. decetero. & ſecundum Hu. eadem ſeruatur regula in exceptis: quia nec ad accuſandum, nec ad teſtificandum admittuntur teſtes, niſi ſint integræ famę: niſi accuſatus antea malæ extiterit opinionis. arg. 2.q.1. in primis. Sed lex canonica ſec⁹ in exceptis dicit: nam admittit infamẽ ad accuſationem, contra quemlibet clericũ, qui prauæ opinionis eſt: ar. extra de ſimo. c. tanta. ſed non ad teſtificandum, niſi aliqua præeunte præſumptione. arg. extra de ſimo. licet. verſi. præſertim cum alia, &c. nam teſtes in his criminibus torquendi ſunt. 4.q.3. §. item in criminali. verſi. item ſi res exegerit. 5.q.5. illi qui. in auth. de teſti. §. ſi vero ignoti. coll. 7. ſed tormenta ſine præſumptione non ſunt infligenda. extra de reg. iur. cum in contemplatione. ff. de quæſt. l. 1. C. eo. tit. milites. §. oportet. Nota tamen, quod non niſi præeunte præſumptione admittitur criminoſus teſtis in exceptis: non tamen quilibet: quia non inimicus, non conſpirator. extra de ſimo. licet. in fi. licet ibi ageretur non criminaliter, ſed denunciatiue. ibi etiam exaudi tales non fuiſſe admiſſos de rigore iuris, ſed ſecundũ temperantiã æquitatis. præterea ibi accuſat⁹ excipiebat de minorib⁹ criminib⁹ cõ eos, quàm de quo ipſi teſtificabãt, maxime cũ de crimine iã eſſet emẽdati. ext. de ſim. per tuas. & de hoc dixi 2.q.1. in primis, in fi. 15.q.3. ſane. Io.

Teſtes in criminib⁹ exceptis quãdo debent admitti.

Tormenta non ſunt ſine præſumptione infligenda.

ADDITIO. Et 79. diſt. ſi quis Papa. ibi videas. Arch.

Adde an quãdo taciturnitas noceat, no. in l. filius. §. tacitus. ff. de procur. ... in l. quãdo ... in glo. ... peruenit. ff. loc.

Excõicatus perpetuo tripliciter exponitur.

b ¶ Perpetuo.] ſ. quouſque emendet. ſi. extra de conſti. ex litteris. 27.q.1. de viduis. arg. 2.q.5. quanto. Vel perpetuo. ideſt, perpetua ſeparatione à corpore Chriſti, ideſt, vſque ad finem vitæ, etiam ſi ante pœniteat, & hoc eſt in criminis deteſtationem. arg. ff. pro ſocio. l. 1. Vel perpetuo, ideſt, continuo. argumen. ff. de ſerui. vrb. præd. foramen.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic, ſi quis epiſcopus in eccleſia per pecuniam aliquem in clericum cuiuſcumque ordinis ordinauerit: aut diſpenſatorem, aut defenſorem per pecuniam fecerit, ordinator conuictus deponatur: & ordinatus ſimiliter locũ ſuum perdat. Mediator vero ſi clericus eſt, deponatur: ſi laicus eſt excommunicetur. Sequentia duo c. plana ſunt.

c ¶ Si quis epiſcopus.] hucuſque introduxit capitula de ſimonia, quæ fit ab accipiente. Nunc introducit vſq. ad §. quia ergo: capitula tam de accipiente, quàm de dante ordinem, vel aliud ſpirituale per pecuniam.

d ¶ Redegerit.] quantum in eo eſt. ar. 49. diſt. cap. vlt. ff. de recep. arbitr. l. Celſus. de conſecra. diſt. 4. c. quæris.

e ¶ Diſpenſatorem.] ideſt, œconomum, vel quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt præpoſitũ œconomum, & vicedominum. ĩ. ead. quos conſtiterit. ĩ. ead. q. 3. Saluator. Hug.

Sacerdotiũ quemlibet ordinẽ eccleſiaſticũ cõprehendit.

a Qvi per pecuniam] ¶ A ſacerdotio .] cuius nomine quilibet ordo eccleſiaſticus intelligit, præſertim ſacer, vt 5.diſt.81.ſi quiſpiã.19.q.4.Guiliſarius.§.2. Vel expone, à ſacerdotio, ideſt, ab adminiſtratione temporalium.

proceſſerit in actum argum.24.q.3. Deus.& diſt.3.vetni beſcant.& intellige à communione, ſcilicet fidelium.ab alia ipſo iure ſeparatus eſt etiam occultus, quod tenendum eſt: extra de ſimo.cap. tanta. Ioannes. quod forte hodie correctum eſt, extra de temp.or.c.ſi.B.

f ¶ Ca-

¶ A ſacerdotio eſt alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur. C. IX.

Nouella 6. c.1. & nou.123.c.3. apud Iulianum antecesſorem. Anſ.l. 87.c.7. Iuo p.5.c.121.

QVi per pecunias quemquam cõſecrauerit, vel ab alio conſecratus eſt; alienus à ſacerdotio [a] fiat.

a ¶ Octaua.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc citatur ex ſeptima ſynodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigeſimus Apoſtolorum ad hanc rem faciens. In epiſtola autem Taraſii ad Hadrianum Papam, (quæ in exemplaribus bibliothecæ Vaticanæ, & aliis, eſt in fine ipſius ſeptimæ ſynodi) refertur canon vigeſimus ſecundus ſynodi, quæ in Trullo, his verbis:* Eos, qui per pecunias ordinati ſunt, ſiue epiſcopi, ſiue quicumque clerici, & non ſecundum probationem, & vitæ optionem, deponi præcipimus; ſed & illos, qui hos ordinaſſe noſcuntur. *Extat etiam hac de re epiſtola Baſilii ad epiſcopos ſibi ſubiectos.*

Item Calixtus Papa.

¶ Nec ordinari, nec promoueri in eccleſia Dei per pecuniam aliquis valet. C. X.

SAnctorum Patrum exempla ſequentes, & officij noſtri debito innouantes; ordinari quemquam per pecuniã in eccleſia Dei, vel promoueri, auctoritate ſedis Apoſtolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in eccleſia ordinationem, vel promotionem taliter acquiſierit; acquiſita prorſus careat dignitate.

¶ *Eſt Calixti ſecundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot conciliis à ſe habitis contra Simoniam, & inueſtituras eccleſiarum, quas Germanici Imperatores vſurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vſpergenſis ab anno Domini 1118. in quo electus eſt Pontifex, vſque ad annum 1124. accurate ſcribit.*

Item Gregorius Nazianzenus.

¶ De eodem. C. XI.

Deuſdedit p.2. & 4.

QVi ſtudet [b] donum Dei pretio mercari; in ſacro ordine [c] nulla ratione decetero permanere [d], aut reuocari poſſe dubium non eſt. Talis à communione [e] omnibus modis abſcindatur. Nam ſpiritus ſancti donum pretio comparari, quid aliud eſt, quàm capitale [f] crimen, & ſimoniaca hæreſis †? quod quàm deteſtabiliter in vtroque teſtamento vindicatum ſit; multorum exemplis facile apparet: Giezi † gratiam ſanitatis Naaman Syro vendidit, eamdem gratiam ſanitatis [g], Heliſæo vindicãte, leproſus

4. Reg. 5.

† Concor. ſ. text. iuſta ſua gl. in h. ſi quẽquã C. de epiſ. & cle.

† Ideſt. Giezi peccauit; quia tunc cõſtitutiõe vel cõſuetudine prohibitũ fuit aliquid accipere in caſu in quo ipſe accepit: alioqn non peccaſſet. ar. 32. queſt.4. dixit. B.

Qvi ſtudet.] Dicit in hoc capitulo, q̃ qui ſpiritualia emit, deponi debet, nec poterit de iure communi amplius reuocari. Quòd autem deteſtabile ſit crimẽ ſimoniæ, quattuor exemplis probatur, Primo exemplo Giezi, qui ꝓpter ſimoniam, quã cõmiſit, factus fuit leproſus. Secundo, exẽplo Iudæ, qui vẽdidit redẽptorẽ omniũ. propter qđ laqueo ſe ſuſpendit. Tertio exẽplo Simonis magi, qui propter ſimoniam, quam cõmittere voluit, fuit à Petro dãnatus. Quarto exemplo Chriſti, q̃ oĩbus peccatoribus in templo dimiſſis, ſolos ſimoniacos in deteſtationem criminis excluſit. In h. dicit, q̃ q̃ ſimoniaci ſunt, ſpiritus ſancti gratiã habere non poſſunt.

Simonia quattuor exemplis eſt deteſtabilis.

CASVS. Dicitur, q̃ ſimoniacus non poſſit in ordine remanere: ſed talis à cõmunione remouendus eſt: & quàm graue ſit peccatũ, probat exẽplo Giezi, Iudæ, Simonis, & Dñi, qui vendẽtes eiecit de templo.

b ¶ Studet.] cũ effectu. verba enim ſunt recipienda cũ effectu. ff. quod quiſque iur.l.1. extra đ clericis nõ reſidẽ. relatum. vel ſufficit, q̃ det operam.

c ¶ Ordine.] bene dicit, ordine: qa ſi quis emit ordinẽ, non põt diſpẽſari circa ipſum vt j.ea. erga. & extra de ſimo. nobis. in ſi. niſi à patre ſuo, & eo ignorãte eſſet emptus ordo, tunc diſpenſari poſſet. 1. q.5.c. vlt. Sed ſecus eſt in beneficiorum emptione. cum enim renuntiat quis beneficio empto, poteſt in illo vel in alio tolerari, vt j.ea. q.5.c.1.& in decretali de ſimo. ex inſinuatione. Illa tamen decreta. loquitur cum à patre ipſo ignorante eſt commiſſa ſimonia.

Simonia cõmittitur & circa ordinem, & circa beneficium.

d ¶ Permanere.] j.ea. ſi quis. niſi ex diſpenſatione. j. ea.q.5.præſentium.

e ¶ A communione.] numquid pro ſola voluntate eſt excommunicandus quis, cum ſit ſimoniacus? Certe non: quia ex voluntate non ſcandalizatur eccleſia niſi

Simoniac⁹ ex ſola voluntate nõ eſt excommunicandus.

f ¶ Capitale.] ideſt, mortale, vel dignum depoſitione.

g ¶ Sanitatis.] numquid ergo licitum eſt medico recipere pecuniam pro conferenda ſanitate? Sic: quia illud potius dicitur honor, quàm pretium, vt 14. q. 5. non ſane. vnde non recipit pecuniam pro danda ſanitate, cum illud ſit gratia, ſed pro labore ſuo. & ſic magiſter non recipit pecuniam pro ſcientia quam dat, ſed pro labore, vel honore, ſicut propheta recipit, vt j.ea. q. iudices. ſic Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, vt 16.q.1.decimæ.

Medicus pro ſanitate conferẽda poteſt pecuniam recipere.

a ¶ Illu-

a ¶ Iudas.]ſed numquid Iudas commiſit ſimoniam? Certum eſt. Et quidem plagium commiſit in eo,ꝙ liberum hominem vendidit.ff.ad leg.Flau.de plagi. l.1. Simoniam etiam commiſit in eo,ꝙ rem ſacram vendidit. Dicit H.ꝙ Dominus non poteſt vendere ſeruum iam

c ¶ Pecunia tua.]hoc in deteſtationem criminis dictũ eſt.1.q.3.§.econtra.arg.contra.

d ¶ Dimiſit.]arg.expreſſum contra Baz. dicentem,ꝙ quilibet propter peccatum mortale erat priuatus introitu eccleſiæ.ar.de pœn.diſt.1.qui ſanctus ſacerdos.33.q.4. vir cum propria. nam Dominus ſolos ſimoniacos de corpore eccleſiæ eiecit, relictis alijs peccatoribꝰ. intellige tamen hoc de illis,qui ſimoniam committunt in ordine accepto:licet auctoritas generaliter loqui videatur. vnde dic cum Baz. & M. ꝙ nec talis ſimoniacus nec publicus fornicator debet eccleſiam ante pœnitentiam intrare. De hac materia notaui 33.q.4. vir cũ propria. Io. tamen dicit,(quòd etiã mihi ſæpe reſpondit)ꝙ peccator quilibet, & etiã excõmunicatꝰ poteſt intrare eccleſiã cauſa orandi, dummodo non interſit diuinis officijs,cum non inueniatur prohibitũ. extra de ſen.exc.cum nuper,H.

Iudas vendens Chriſtum commiſit ſimoniã & plagium.

Peccatum mortale an priuet quẽ libet ab introitu eccleſiæ.

Matt. 27.

† *al. redemtionis*

factus amiſit. Iudas [a] omnium redemptorem vendidit [b], mox laqueo ſuſpenſus eamdem redemptoris † gratiam non obtinuit; & merito, quia nemo poteſt retinere, quod vendidit. Simon etiam magus cum eamdem ſpiritus ſancti gratiam emere vellet, damnationis ſententiã à Petro audiuit: [Pecuniã tua [c] tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.] Dominus etiam vt vendentes & ementes huius gratiæ expertes oſtenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimiſit [d]; ſingulariter vendentes & ementes increpans, & flagellãs de templo eiecit, in quo venditores, & emptores ſuos gratia ſpiritus ſancti conſtat deſtitutos eſſe, & vacuos. Quos enim Chriſtus eiecit de templo, numquid ſpiritus Chriſti faciet ſibi templum?

Act. 8.

Ioan. 2.

In operibus B. Gregorii NaZianZeni, quæ multa græce, & latine extant, nihil tale repertum eſt. Habentur autem ſimilia in epiſtola Taraſii ad Hadrianum.

Item Gregorius.

¶Symoniaci, ſacerdotes eſſe non poſſunt. C. XII.

Deuſdedit p.4. ex Paſchali. J.c.placuit.

QVicumque ſacros ordines [e] vendunt, aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. Vnde ſcriptum eſt [f]: [anathema danti, anathema accipienti; hoc eſt ſimoniaca hæreſis [g].] Quomodo ergo, ſi anathema ſunt, & ſancti non ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cum in Chriſti corpore non ſint, quõ Chriſti corpus tradere [h], vel accipere poſsũt? Qui maledictus eſt, benedicere quomodo poteſt?

¶Deuſdedit in tractatu contra Simoniacos refert hoc ex epiſtola Paſcalis Papæ ſecundi ad Mediolanenſes.

Idem Gregorius Syagrio, & alijs epis, lib.7. epi.110.

¶De eodem. C. XIII.

Io.diac. l.3.c.4. Poly.l.2.tit.1. Burc.l.1.c.121. Deuſdedit p.2. Iuo par.5.c.75. J.c.benedictio.

CVm liqueat hanc hæreſim ante omnes [a] [i] radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa origine [k] ſua, apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam; cur non cauetur? cur non perpenditur; quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur?

a ¶ Omnes.]*Antea legebatur*, omnia. *ſed gloſſa videtur magis conuenire lectioni reſtitutæ: quæ eſt in aliquot manuſcriptis, & ipſo originali.*

QVicumque.]CASVS. Dicitur hic,ꝙ Simoniaci promoueri non poſſunt, ſiue dantes, ſiue accipientes. Nam dantes & accipientes ſimoniaci ſunt. & cum maledicti ſint, alios benedicere non poſſunt.

e ¶ Sacros ordines.] quia ſi per pœnitentiam reconcilientur, quod tamen per pecuniam acquiſierint, retinere non poſſunt, vel quantũ ad impẽcationum effectum.

f ¶Vnde ſcriptũ eſt.] qui offert alijs, vel accipit ab alijs, vt ordinetur, excommunicatus eſt, vt hic, & J. ca. c.perlatum.

g ¶ Hoc eſt ſimoniaca hæreſis.].i.ſic dare vel accipere, ſimoniaca hæreſis eſt.B.

h ¶ Chriſti corpꝰ tradere.].ideſt, digne exercere officium ſacerdotis.

iam ordinatum; commutare tamen poterit, vel alio genere contractus alienare. Quidam tamen dicunt contra, vt hic, & 54.diſt.generalis.

b ¶ Vendidit.]nota,ꝙ dicit, vendidit: & tamẽ iſte quãdo exegit munera, iam ille gratiam fuerat conſecutus, & ita eſt argumentum contra eos, qui non exigunt ante collationem beneficij, ſed poſt.arg.J.ea.cos.& q.3. ſi quis obiecerit.ff.de calum.l.1.§.qui autem. Tamen quidam dicunt Giezi damnatum non pro venditione, ſed pro mendacio, quod mihi non placet.

CVm liqueat.].CASVS. Cum in nouo teſtamẽto pre ceteris criminibus ſimonia, quæ hæreſi comparat, ſit damnata, cur non præcauetur, cum benedictio in ſimoniaco in maledictionem conuertatur? duo ſequẽtia capitula plana ſunt.

i ¶ Ante omnes.]contra de conſecra.diſt.2. prima. ſed hoc verum eſt poſt reſurrectionem. vel ante, ideſt, præ omnibus alijs.

k ¶ Origine.]nota ꝙ dicit origine. Hoc verum nõ eſt, quo

¶ Quod Iudas ſimoniam commiſit, probatur ſ. ca. qui ſtudet. vbi de hoc, & ibi dixi. Archid.

quo ad nouum teſtamentum; nam Iudas ante commiſit 1. Vel dic ſatis fuiſſe in origine: quia quamcito hoc fecit, fuit damnatus ſtatim. infra ead. cito.

a CVm ordinaretur.] ¶ Lepra fuit.] ideſt, peccati vulnere ſe infectum reddidit.

b GRatiam.] ¶ Nō meruiſti.] arg. 23. q. 4. c. 1.

CIto.] CASVS. Tāgitur hic quod dicit in quarto lib. Regum, quòd Naaman Syrus poſtquam ab Heliſæo lepra mundatus eſſet, receſſit: Giezi autem puer Hæliſæi, videns, ꝙ Dominus nihil acceperat ab eo, clam ſecutus eſt eum dicens duos filios prophetarum veniſſe ad Dominum ſuum, mandateque ſi Heliſæum, vt mitteret ſibi talentum argenti, & duo mutatoria veſtimentorum, quæ cū miſiſſet, accepit ea Giezi, & abſcondit. Dum autem poſtea ſtaret coram Domino ſuo, dixit ei Heliſæus, vnde venis? reſpondit, Seruus tuus non iuit quoquam. at ille, cor meū erat in præſenti, nunc autem accepiſti argentum & veſtes, & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo in æternum. & egreſſus eſt ab eo leproſus ſicut nix.

non contradicunt ſibi: nam deſcendentes per ſexum maſculinum non recipiebantur vſque in ſeptimam: per femininū vſque in x. Sed Hebræus dixit, quòd nihil aliud erat recipere eos ad eccleſiam Dei, niſi dare eis nuptui filias ſuas. hiſtoriam de illis Moabitis habes 35. diſt.

Item Ambroſius de miniſterijs †, *ſeu de dignitate ſacerdotali, c. 5.* († myſterijs)

¶ Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert. C. XIIII.

CVm ordinaretur epiſcopus, quod dedit, aurum fuit; quod perdidit, anima fuit: cum aliū ordinaret, quod accepit, pecunia fuit; quod dedit, lepra fuit [a]. (Deuſdedit p. 2. Iuo par. 5. c. 95.)

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. XV.

GRatiam, cum ordinareris, non ſuſcepiſti; quia gratuito eam non meruiſti [b]. (Iuo ibidem. Deuſdedit ibid.)

Idem lib. 4. ad cap. 4. Lucæ.

¶ De eodem. C. XVI.

CIto turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia corpus, animumq. male quæſita commaculat. *& paulo poſt.* ¶ Vides, quia facto auctoris ſucceſsio damnatur heredis †. Inexpiabilis eſt [c] enim venditi culpa myſterij †, & gratiæ vindicta cæleſtis tranſit ad poſteros. ¶ Denique Moabitæ [d], & ceteri non intrabunt eccleſiam vſq. ad tertiam [e] & quartā generationē; tamdiu videlicet (vt ſimplicius interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis [f] ſucceſsio generationis aboleret. Sed cum illi, qui in Deū idololatriæ errore deliquerunt, in quartam [g] generationem videantur eſſe mulctati; profecto durior [h] videtur eſſe ſententia, qua Giezi ſemen vſque in æternum proſcribitur.

(Iuo p. 5. c. 132.) († al. miniſterij) (Deuſdedit p. 2.) († Facit ad hoc ca. l. eſt heres. ff. de diuer. & temp. pſcr. & l. Papinianus. §. ſ. ff. de acq. poſ. & l. vitia. C. eo.)

e ¶ Inexpiabilis eſt.] quo ad ordinis executionem: vel dic, ꝙ in deteſtationē criminis dī, & ſicut culpa diſcordiæ, quæ forte nec paſſione purgatur, vt ſupra diſtin. 90. neque ad Cain: vel quia pœnitet vſque ad mortem, vt infra ead. ſi quis.

DENIQVE. CASVS. Dicitur etiam, quòd Ammonitæ & Moabitæ, qui proceſſerunt ex filijs Loth, teſtiterunt filijs Iſrael venientibus de Aegypto, propter idololatriam, ad quam eos induxerunt, & ideo prohibiti ſunt intrare eccleſiam vſque ad tertiam & quartam generationem. Caſus ergo huius ca. talis eſt. Intendit Ambro. probare, quòd crimen ſimoniæ ſit grauius, quàm crimen idololatriæ. Nam crimen idololatriæ vſque in tertiam & quartam generationem punitur; eum ſemē idololatrū vſq. in tertiā & quartā gñationē intrare eccleſiam prohibeatur: ſemen vero ſimoniacorum in æternum punitur. Semen autem myſtice intelligitur in ſucceſſione vitiorum, & non in ſucceſſione generis, ſicut accipitur ibi: vos ex patre diabolo nati eſtis. Simoniaci autem & Giezitici hic large intelliguntur omnes cupidi, & omnes auari. Et poteris prius ponere caſum, & poſtea narrare hiſtorias; & econuerſo.

d ¶ Moabitæ.] iſti Moabitæ & Ammonitæ idololatræ erant, & cum redirent filij Iſrael de captiuitate Aegyptiaca. & ſcirent iſti, quòd ſitim patiebantur, obuiauerunt eis cum pane ſine potu: ducentes ſecum Balaam ariolum, vt eis malediceret: propter quod peccatum pcepit Dominus ne eos factos proſelytos 2 reciperent in eccleſiam Dei vſque in ſeptimam generationem: licet ſecundum aliam tranſlationem dicatur vſque in 2. ſed diſtinct cap. ſexto die.

2 Proſelyti erant illi, q veniebant ad populi Iudaici ritum, q nō erāt oriūdi de populo Iudaico. Archidia.

c ¶ Vſque ad tertiam.] ideſt, niſi habeant fidem Trinitatis, & quattuor genera virtutum, vel quattuor Euangeliorum.

f ¶ Multiplicis.] argumen. culpam vel dolum purgari proceſſu temporis, vt 2. q. 1. in primis. 35. q. 8. de gradibus. ff. de hæ. vel ac. ven. l. venditor. ff. de ac. & ob. is qui. extra de fi. presby. per totum. extra qui ma. ac. poſ. inſuper. arg. contra. ſ. ead. ventum. ff. depo. l. 1. § ſi rem. ff. de condi. fur. l. qui furtum. & l. vlti. Sed rei veritas eſt, ꝙ licet non poſſit purgari proceſſu temporis quo ad præſentem caſum, purgatur tamē per eccleſiæ diſpenſationem, vt 23. q. 4. ipſa pietas. verſi. eſt enim. Vnde verſus.

Compoſito lacte fœtenti quæſo cibate,
Qui putat excluſum crimen per temporis vſum. de conſue. cap. quanto. in glo. ſolam conſuetudinem.

Culpa & dolus purgatur tpe.

g ¶ In quartam.] Hic non proſequitur Ambroſius noſtram interpretationem, ſed 70. interpretum. Vel dic ꝙ refert ſe hic ad myſticum intellectum, ideſt, donec habeat fidem Trinitatis, & quattuor Euangeliorum.

h ¶ Durior.] & quis dubitat ſceleratius eſſe commiſſū quod durius eſt vindicatum, vt infra 24. q. 1. non afferamus. in fi. quod perpetuum eſt, licet & propriæ vxoris interfector grauius puniatur (vt ſ. 33. q. 2. admonere) quàm matricida. 33. q. 2. latorem. quod tamen ſpeciale eſt ob frequentem cauſam factum, & ob pronā in vxores ſuas malitiam refrenandam. talia (quia ſunt ſpecialia) ad conſequentiam trahi non debent. lo. vt 27. q. 1. nuptiarum. & diſt. 27. ſi vir.

Commiſſum eſt ſceleratius qđ punitur durius.

a ¶ Præ-

Digitized

cupiditate habendi, prophetica auctoritate damnatur (præſertim [a] cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus per lauacri [b] regenerationem omnibus remiſſionẽ dederit peccatorum) niſi † vitiorum [c] magis, quàm generis ſemen intelligas. Sicut enim qui filij promiſſionis ſunt, æſtimantur in ſemen bonum; ita etiam, qui filij erroris ſunt, æſtimantur in ſemen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo, non vtique carnis ſucceſſione, ſed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari Giezi lepram cum diuitijs ſuis poſſident, & male quæſita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm theſaurum criminum congregarunt æterno ſupplicio, & breui fructu.

† al. niſi vt vitiorum

Rom. 9.

Io. 8.

α ¶ In quartam.] *Antea legebatur*, in tertiam & quartã: *Sed & à B. Ambroſio, & ab vno vetuſto Gratiani codice abeſt vox*, tertiã. *Deuteronomij autem 23. Idumæorum quidem, & Aegyptiorum filij permittũtur tertia generatione intrare in eccleſiam* Domini, *ſed de Moabitis ſic ſcribitur.* Ammonites, & Moabites, etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini in æternum.

β ¶ Peccatorum.] *ſequebatur.* cur ergo Giezi ſemen in æternum damnatur? *quæ apud B. Ambroſium non habentur.*

2 *Quia ergo auctoritate Leonis Papæ ſimoniaci non niſi ſpiritum mendacij accipiunt, ſecundum Gregorium apud ſimoniacos ſacerdotium non ſubſiſtit* γ, *benedictio eorum in maledictionem conuertitur, apud eos manet anathema dãti & accipienti, cum ſancti non ſint, nec in Chriſti corpore conſtitui, cũ ſint maledicti; nec ſanctificare alios poſſunt, nec corpus Chriſti tradere, vel accipere, nec benedicere alijs valent: ſecundum* † *Ambroſium vero anathematis opprobrio condemnantur, atque à participatione corporis & ſanguinis Chriſti alienantur, cum accipiatur aurum, & lepra detur; cum inexpiabilis ſit culpa venditi myſterij* †, *ſecundum Chalcedonenſe concilium ex tali ordinatione nihil proficere iudicantur, ſecundum Gelaſium Simonis dãnatione inuoluuntur, ſecundum Gregorium Nazianzenũ in ſacro ordine permanere, aut renouari nulla ratione poſſunt: ab Heliſæo lepra perfundũtur, à Petro in perditionem damnantur, à Chriſto vero de templo eijciuntur, quid aliud ſimoniacus ſimoniaco in ſua ordinatione poteſt conferre, niſi quod Innocentius de ceteris hereticis teſtatur dicens epiſtola decima octaua ad Alexandrum, c. 3.*

† l. c. reperiunt.

† al. miniſterij

γ ¶ Non ſubſiſtit.] *Simoniaci recipiunt quidem characterem, ſed ſunt ipſo facto ſuſpenſi. Ita ratione habita vſus, vere dici poteſt ipſorum ſacerdotium non ſubſiſtere, ac propterea rectiſſime B. Gregorius lib. 10. epiſt. 33. Victori epiſcopo ſcribens, ſimoniacam ordinationem vocat illicitam, & effectu carentem.*

¶ Qui ſpiritus perfectionem non habent, ipſam dare non poſſunt. C. XVII.

Anſ. l. 6. c. 73.

QVi perfectionem ſpiritus, quam acceperant, perdiderunt, non eius dare plenitudinem [d] poſſunt (quæ maxime operatur in ordinationibus) quam per ſuam perfidiã perdiderunt. *& iterũ.* Qui honorẽ nõ habuit, honorẽ dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in

Epiſt. 22. c. 3. ad epos Macedoniæ in fine.

a ¶ Præſertim.] reſpicit id quod dixerat durior: vel incipit ibi verſus, & reſpicit ad litteram ſequentẽ, ſcilicet, cur ergo.

b ¶ Per lauacri.] ſine quo nemo habet vitam æternam, niſi pro Chriſti nomine quis fuerit baptizatus ſanguine, vt 15. q. 1. c. firmiſſime. & de conſec. diſt. 4. cap. firmiſſime.

c ¶ Niſi vitiorum.] ſophiſtice argumentatur. nam idem eſt in idololatria; ſed in prædictis non conſiderat niſi litteralem intellectum.

QVIA ERGO. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua latenter ſupponit de ordinatis ab hæreticis, ſcilicet præter formam eccleſiæ, & dicit q̄ tales non recipiunt niſi ad damnationem. Io. de Fan.

CASVS. Concludit nunc Gratianus fere ex omnibus cap. ſupradictis, dicens q̄ ſimoniaci, ſm Leonem, non accipiunt niſi ſpiritũ mendacij, & quia ſm Grego. apud eos ſacerdotium non ſubſiſtit, & q̄ benedictio eorũ in maledictione conuertitur, &c. nihil aliud poteſt conferre ſimoniacus ſimoniaco q̄ hæreticus hæretico.

QVi pfectionẽ.] CASVS. Hoc c. intelligitur de illis, q in eccleſia catholica ordinati fuerunt, ſed poſtea labuntur in hæreſim: & ſic gratiam ſpiritus ſancti, quam acceperant (q̄ maxime in ordinib. operatur) amiſerũt. cũ ergo eam non habeant, eã dare non poſſunt: quia qui nõ habet honorem, eũ alij dare non poteſt: ſed damnationem dabit, quam cum vero ordine habet.

d ¶ Plenitudinẽ.] id eſt executionẽ ordinis. hic interſerit magiſter de ordinibus hæreticorum †. Sed quidquid Io. de Fan. & alij d hac materia dixerunt,

† Et hoc vſque ad §. ꝯſtat. ꝟ. ea. Eps etiam hæreticus confert ordinem, ſed nõ ordinis executionẽ.

Digitized by Google

dixerũt, iſtud eſt tenẽdũ, q quilibet epſ ſiue catholicus ſiue hæreticus, ſiue in eccleſia, ſiue extra conferat ordinem, dũ tñ conferat ſm formam eccleſiæ, recipit ordinatus ordinem, licet non recipiat executionem ordinis. ſimiliter ſi taliter ordinati alios ordinent, idem eſt, & ſic in infinitum, vt ĩ. ea. quod quidam. 9. q. 1. ordinationes. Idem dico de conficiẽdo corpore[a] Chriſti. ĩ. ea. dominus declarauit. & c. non nocet. ĩ. de conſe. diſt. 4. non in vobis. loquitur ergo principium capituli de his qui in forma eccleſiæ receperunt ordinem. Secunda pars de illis qui extra formam, illi nihil recipiunt, nec aliquid ↄferunt: q̃a nemo dare poteſt. &c. vt ſ. c. 8. & ĩ. q. 7. Daibertũ. ADDITIO. Dicit Lau. de huiuſmodi hæreticis multa mẽdacia ſcripta ſunt & inutiliter. Io. de Fan. & Gof. dicunt, q hæreticus, qui recipit vltimã manus impoſitionẽ extra eccleſiã, nõ cõfert, ſed cõfundit eos. ĩ. ea. q. 7. conuenientibus. Archid.

[a] De hoc not. 9. q. 1. in ſumma. Sed ↄ de conſe. diſt. 2. verũ. &c. quid ſit. vbi contra nota. Archid.

nit ĩ. diſt. 26. deinde. Tertia quæſtio erat, an remanerent clerici, id eſt, an reciperent charactatẽ ab hæreticis ordinati, vel an deberent ad vlteriora promoueri, & dicit q nũquam: & hanc quæſtionem in hoc cap. explicat.
b ¶ Pro ſui difficultate.] quia fuit quæſitum ſi ordinati [illegible]

dante: ſed damnationem, quam habuit, per prauam manus impoſitionem dedit.

¶ In hoc capite non referuntur ipſa prorſus verba Innocentii, quæ tamen habentur partim infra ead. c. Arianos. partim in capite nunc ſequenti, ventum eſt. *in verſiculo,* Sed econtrario.

Idem Ruſo, & alijs epiſcopis, epiſt. 22. c. 3.

¶ Simoniacus per prauam manus impoſitionem, non benedictionem, ſed damnationem præſtat. C. XVIII.

VEntum eſt [a] ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate [b] longiorem exigit diſputationem. Cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos, vulneratũ [c] per illam manus impoſitionem habere caput [d], vbi vulnus [e] infixũ eſt, medicina [f] eſt adhibenda, qua poſſit recipere ſanitatem †. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice [g] eſſe non poterit, atque vbi pænitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere [h] non poſſe decernimus. Nam ſi vt legitur, quod tetigerit immundus, immundum erit; quomodo ei tribuetur [i], quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? ¶ Sed econtrario aſſeritur, eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe [k]: quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & verum eſt certe, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationẽ [l] vtique, quam habuit, per prauam manus impoſitionẽ dedit; & qui particeps effectus eſt damnato, quomodo debeat

Poly. l. 2. tit. 31. & l. 7. tit. 7. Anſ. l. 6. c. 73. al. 70. Iuo p. 6. c. 59. Pan. l. 3. c. 130.

† Tex. eſt ſimi. in l. archiatri. & ibi Bar. C. de profeſ. & me. l. x.

ĩ. ead. Arianos. *Num.* 19. *Leuit.* 15. *& Agæi.* 2.

ſ. qui perfectionem, verſ. qui honorem.

VEntũ.] CASVS. Tres quæſtiones fecerunt epi Macedones Innocentio. Prima fuit, vtrũ ducens viduã in vxorẽ poſſit promoueri, vel iam promotus debeat deponi. Secunda fuit vtrum dicendus ſit bigamus qui ante baptiſmum habuit vnã vxorẽ, & poſt baptiſmum aliam: quibus explicitis, ſ. 34. diſt. ſi quis viduã. & 26. diſt. deinde opponitur, accedit in hoc c. ad tertiam, quæ talis eſt, ſcilicet vtrũ redeuntes ab hæreticis qui apud eos ordinati fuerunt, apud nos ad ordines ſunt admittendi. Et rñdet q non: quia in reconciliatione imponitur eis pænitentia, poſt quam remanet quædam cicatrix, id eſt irregularitas, quæ eos à promotione repellit. Sed ↄ hoc dupliciter opponitur: ſi hæreticus aliquem ordinauit qui honorem amiſit, nihil contulit ordinato: ergo perinde poterit à catholicis ordinari, ac ſi numquam ordinatus fuiſſet. Sed rñdet Innocentius falſum eſſe: quia damnatio quam accepit, eum non impedit promoueri. Secundo obijcitur, ſi quam maculam ex ordinatione hæreticorum incurrit, ex canonica ordinatione deletur. Et ad hoc rñdet, q illud eſt falſum. nam ſi ita eſſet. pro nihilo criminoſus ageret pænitentiam, ſed accederet ad ordinationem vbi omnia crimina delentur. De conſuetudine igitur Romanæ eccleſiæ eſt, vt veniens ab hæreticis, ad laicalem cõronã tantũ admittantur, & nõ clericalẽ: & ita tres q̃ſtiones ponuntur hic, vna principalis & duæ incidentes, & ad omnes ſufficienter reſpondet.

Tres quæſtiones.

a ¶ Ventum eſt.] Tres namque Macedones epi, quibus hæc ſcribit Inno. inter alia fecerãt q̃ſtiones. Prima erat vtrũ quis ducens viduã [2] in vxorẽ poſſit ꝓmoueri: vel factus clericus pp hoc debeat deponi? Cuius determinationẽ ponit ſ. diſt. 34. ſi quis viduã. Secũda erat, vtrũ dicendus eſſet bigamus qui ante baptiſmũ vnam, poſt baptiſmum habuit alteram? cuius determinationẽ ponit ĩ. diſt. 26. deinde.

2 Scilicet primo: ibi tñ ſcribit archiepo Rothomagen. ſed poteſt eſſe q ſolutionẽ eiuſdem q̃ſtionis miſit illis vel illi. Archi.

nati ab hæreticis accepiſſent honorem, & ſi ad eccleſiam reuerſi recipiantur in honorem clericatus.
c ¶ Vulneratum.] Id eſt, capitalẽ & ſacramentalẽ dignitatem cũ vulnere, id eſt, cũ dãnatione ſuſcepta tenere.
d ¶ Caput.] id eſt, animam culpæ macula vulneratã. & anima ponitur pro homine. de conſe. diſt. 5. ne tales.
e ¶ Vulnus.] Vbi enim malum contingit, ibi moratur, &c. 2. q. 1. peccauerit.
f ¶ Medicina.] Hoc videtur ſic exponendum, id eſt, reiterandum eſt in his ſacramentum. ĩ. ea. q. vlt. per illicitam. hoc enim videtur intelligendum: cum omiſſa fuit forma, arg. 1. q. vlt. Daibertum. vbi hoc inducitur.
g ¶ Cicatrice eſſe.] quia & ſi pæniteant, tñ irregularitas manet, quæ non aboletur per pænitentiam, vt 25. diſt. primum. & 50. diſt. illud. & 1. d. 7. ſi quis omnem.
h ¶ Habere.] ĩ. 23. q. 4. ipſa pietas. contra. Sed ibi de ordinatis catholicis, & poſt in hæreſim labentibus: hic de his quibus hæretici manus impoſuerunt. Vel hoc de rigore, illud de miſericordia.
i ¶ Quomodo ei tribuetur.] Arg. q vxor nõ tenetur reddere debitum viro leproſo. Arg. ſ. 32. q. 7. omnes. & q. 5. ſi quis vxorem. Vide de hoc cui eſt ſtandum, extra de coniug. lepro. cap. 1. & 2.
k ¶ Accepiſſe.] Aliàs accipere, & ſupple & ideo nõ debet ei nocere qn ordinari poſſit. q. d. id quod nihil eſt, nõ debet præſtare impedimentũ, vt extra de iure pa. qd autẽ. in fi. Sed hoc fallit extra de ſpon. c. ad audientiã.
l ¶ Damnationem.] id eſt ſacramentum quod damnabiliter habuit, damnabiliter dedit: & ita factus eſt particeps damnationis. ĩ. ea. q. 7. ſi quis. ĩ. ead. q. 4. §. cum ergo. ĩ. de conſec. diſt. 4. ab antiqua.

Anima pro homine ponitur.

Irregularitas per pænitentiã non aboletur.

Vxor viro leproſo debitum reddere non tenetur.

Impedimentum non præſtat quod nihil eſt.

a ¶ Non

Digitized by Google

a ¶ Non poſſum.] de rigore iuris. nam ex diſpenſatione poſſum. ſ. ea. q. vlt. conuenientibus.
ſuffragatur [a]; reſtat, vt nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas, nihil defendat induſtria; ſed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in locum vltoris [b]; is, qui fortaſſe fuerat vlciſcendus [c], adducitur: atque hinc ſacerdotes non proficere, ſed perire potius iudicantur. Vulnerato namque paſtore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis ſe hoſtilibus feriendum exponit? aut qualem de ſe fructum producturus eſt, cuius graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuenda eſt locis illis fore calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in ſe magis iracundiam prouocant [d], quam per ſemetipſos populis placare debuerant.

Cum ergo ſecundum Leonem ſimonia non bono peragatur exitu, ſecundum Gregorium nullum boni operis ſequatur ædificium; nec ſit putanda eleemoſyna, quæ ex pretio ſimoniæ erogatur pauperibus; vulnerato paſtore medicina non adhibeatur curandis ouibus; de infecta radice fructus non producatur; maior etiam calamitas in futuro metuatur; de tam ſiniſtro principio quis felix exitus ſperatur?

Hinc etiam Auguſtinus ait.

¶ Simoniacorum ſacramenta effectu gratiæ carent. C. XXIX.

Gen. 39.

SIcut eunuchus [e] fuit, qui Ioſeph comparauit; ita qui gratiam mercatur, viuum [f] ſemen non habet ſiccis genitalibus. Sic quoque ignis ſacrificij, qui per ſeptuaginta

2. Mach. 1. & 4.

annos Babylonicæ captiuitatis ſub aqua [g] vixerat, extinctus eſt, Antiocho [h] Iaſoni vendente ſacerdotium: quod ſignificauit ſpiritus ſancti ignem non lucere [i] in ſimoniacis † ſacramentis.

† al. ſimoniacorum

Quid in his ſimilitudinibus beatus Auguſtinus notare voluit; niſi quia ſacramenta ſimoniacorum (ſicut & ceterorum hæreticorum) licet ſint vera quantum ad formam; inania tamen, & falſa ſunt, quantum ad effectum, cum non poſſint in cordibus hominum gignere, vel accendere cæleſtem gratiam?

fuit qui Ioſeph comparauit: ſic eunuchi ſunt, id eſt, ſine humore gratiæ qui ſimoniam cõmittunt: & in eis ignis ſpiritus ſancti non viget. Quod ꝓbatur exemplo Antiochi, quo vẽdẽte ſacerdotiũ ignis, qui vixerat ſub aqua ſeptuaginta annis, extinctus eſt. Et nota duas hiſtorias in hoc c. ſcilicet de Ioſeph, & igne. Legitur enim in Geneſi ꝙ Ioſeph venditus eſt à fratribus ſuis Iſmaelitis euntibus in Aegyptum: qui poſtea vẽdiderunt eum Phutiſar eunucho Pharaonis Regis: quem exiſtimo miraculoſe eunuchizatũ: ideo quia emerat Ioſeph vt eo abuteretur: cũ ante cõſtet eũ vxorẽ habuiſſe & filiã. Item legitur in libro Machabæorũ ꝙ filijs Iſrael in perfidiam deductis, Hieremias cum quibuſdã alijs ignem ſacrificij abſconderunt in valle vbi erat puteus occultꝰ: poſt multos autem annos ad præceptum regis Perſidis quæſitus eſt ignis: illes quo inuento hauſerunt aquã, qua ligna cõpoſita aſpergebantur, & ſtatim ardebant. pro quo miraculo Rex ſuper puteum illum templum ædificauit. tempore vero procedente cum Rex Antiochus regnũ ſuſciperet & regnaret in Iudæa, Iaſon frater ſummi ſacerdotis adito rege obtulit ei talenta xl. & accepit ab eo ſummi ſacerdotij principatũ: & ſtatim extinctus eſt ignis ſacrificij. Sequẽtes duo §§ plani ſunt.

Ioſeph venditio.

Ignis diu occultati miraculoſa inuentio.

e ¶ Sicut eunuchus.] Phutiſar qui primo habuit vxorem filiã Pharaonis: cũ poſtea fuiſſet ordinatus ſacerdos Heliopolis, fuit exectus. Vel vt quidã dicunt, ſiccauit Dominus genitalia eius, quia ad turpes vſus emerat Ioſeph.

Phutiſar gener Pharaonis in ſacerdotio fuit exectꝰ.

a ¶ Suffragatur.] Nam dicit lex: qualiter quiſque meretur, non quantum dare ſufficiat æſtimetur. C. de epiſcopis & cleri. ſi quemquam. Sed quæritur quare ſcribit Papa regi, cum non habeat poteſtatem ſuper his. 11. q. 1. ſacerdotibus? Ideo, quia participes erant: vel quia erant incorrigibiles, vt j. ca. q. vlt. c. vlt. 17. diſt. nec licuit. extra de iud. cum non ab homine.

b ¶ Vltoris.] id eſt, prælati, qui vitia aliorũ debet vlciſci.

c ¶ Vlciſcendus.] id eſt, propter peccata ſua puniendus.

Propria q. d. aſſumit officium vltoris ille, de quo debet vltio ſumi.

d ¶ Prouocant.] in ſe, non in illos pro quibus ſupplicabt. & ita etiam exaudi 3. q. 7. in grauibus.

CVM ERGO. Concludit Gratianus ex omnibus ſupradictis, ꝙ ex malo initio bonus exitus non ſperatur.

SIcut.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſicut eunuchus

f ¶ Viuum ſemen.] ſcilicet boni operis.

g ¶ Sub aqua.] Arg. diſt. 81. ca. ſi qui. Arg. tamen contra 28. diſt. cap. vlt. & j. ca. Dominus. Ioan.

h ¶ Antiocho.] Iſte Antiochus Græcus fuit: & multũ Iudæos oppreſſit, & vendidit ſacerdotiũ templi. Et eſt arg. hic ꝙ in vete. teſt. ſimonia erat ordinem emere.

Antiochus multa ſce. nota perpetrauit.

i ¶ Non lucere.] Ignis miſſus à Hieremia in puteum: qui tamen poſt numquam fuit inuentus: ſed aqua pinguis lapidi ſuppoſita illum comburebat. de illo igne habes de pœni. diſt. 3. inter hæc hircum. & puteus erat in valle Ioſaphat: vbi Rex Perſarum fecit fieri templum, & appellatum eſt à Hieremia nepthar, quod interpretatur purificatio. Ioan.

De igne Hieremiæ.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 5. pars huius quæſtionis, in qua vult probare ꝗ ſi catholicus malus, ſcilicet toleratus conferat ſacramẽtum aliquod, bene valet, dummodo accipiens non ſit in culpa: & idem credo de ſacramentis ab hæreticis collatis in forma eccleſiæ. In tali tamẽ indiget manus impoſitione propter immanitatẽ hæreſis. & hoc ꝓbat 18. autho. Ioan. de Fan. de ſacramentis neceſſitatis, quę ſemper habent effectum niſi culpa ſuſcipientis impediat, & ibi de ſacramẽtis dignitatis. vel hic de ficte ordinatis: ibi de his quos eccleſia tolerat. Vel dic ꝗ ſunt polluta quantum ad illos, vt 49. diſt. cap. vlt. 15. q. vlt. c. ſi.

Sacramẽta ſunt duplicia.

Ex

5. ¶ Sed obijcitur [a] illud Auguſtini contra hæreticos tractatu 5. ſuper Euangelium Ioannis.

¶ Siue bonus, ſiue malus ſit miniſter, per vtrumque effectus gratiæ confertur. C. XXX.

¶. de conſ. diſt. 4. c. aliud. Algerus l. 3. c. 5. Anſ. l. 9. c. 30. Poly. l. 3. tit. 10.

SI iuſtus [b] fuerit miniſter, computo eum cũ Paulo, qui gloriã ſuam non quærit, dicens: [Ego plantaui [c], Apollo rigauit [d], Deus autem incrementum dedit.] Qui vero fuerit ſuperbus miniſter, cum diabolo computatur: ſed non cõtaminatur donum Chriſti, quia [a] per illum purus fluuius tranſit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non poteſt: &, ſi per lapideos canales tranſit [e] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur; ſed tamen hortus plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus ſacramenti vt lux pura ab illuminandis excipitur; ſed per immundos tranſiens non coinquinatur.

1. Cor. 3.

¶ *Ab initio huius capitis vſq. ad ver.* donum Chriſti. *Algerus lib. 3. c. 5. citat ex beato Auguſtino, cuius tamen propria verba habentur infra de conſec. diſt. 4. c. aliud. §. ſi fuerit.*

a ¶ Quia per illum.] *Apud B. Auguſtinum tractatu 5. legitur,* Quod per illum fluit, purum eſt; quod per illum tranſit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructum ferre non poteſt: per lapideum canalem tranſit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans; ſed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus ſacramenti ita eſt, vt lux: & ab illuminãdis pura excipitur, & ſi per immundum tranſeat, non inquinatur.

Idem ad Vincentium Donatiſtam, epiſt. 48.

¶ De eodem. C. XXXI.

Algerus l. 3. c. 9. Deuſdedit in tract. de ſimoniacis. Poly. l. 3. tit. 10.

EX catholica [f] eccleſia ſunt omnia [g] Dominica ſacramenta; quæ ſic habetis & datis, quemadmodum habebantur [h] & dabantur etiam priuſquam inde exiretis.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 5. c. 19.

¶ De eodem. C. XXXII.

Algerus l. 3. c. 2. Iuo p. 1. c. 117.

SIc † autem Deus [i] adeſt ſacramentis, & verbis [k] ſuis,

† al. Si

a ¶ Sed obijcitur.] In defenſione ſimoniacorũ, ꝓbando, ꝗ habent effectũ ſacramẽta ab eis collata. Io.

SI iuſtus.] CASVS. Hic oſtẽditur, ꝗ ſi ſacerdos iuſtus fuerit, eſt bonus miniſter ſacramentorum, & nõ actor: quod probatur exẽplo Pauli. ſi vero malus eſt, ſua malitia ſacramẽtis nõ obeſt: quia ſicut aqua ſterilis nõ eſt, quãuis per canalẽ ſterilẽ fluat, ita virtus ſpiritalis etſi per immundos tranſeat, tamen ab illuminandis excipitur. Et not. ꝗ ab iſto ſupradicto capitulo vſq; ad ca. etiã corde: probatur ꝗ vera ſunt ſacramẽta maiorum ſacerdotum: & vere ab eis conferuntur, dummodo in forma Eccleſię conferantur.

b ¶ Si iuſtus.] Ab iſto cap. vſque ad illud, etiam corde. oſtendit magiſter, quòd ſacramenta hæreticorum vera ſunt, & vere ab eis conferuntur, ſi in forma eccleſiæ conferantur: non tñ quo ad virtutem: cum diſtinctione tamẽ; quia ſacramenta neceſſitatis 1 ſi in neceſſitate quis ſumat ab hæretico, vel etiam ſi ignoranter ſumat: & virtutem & veritatẽ quidem accipit ſacramẽti. Si vero non neceſſitate vel ſcienter accipit: veritatem quidem accipit ſacramenti, non virtutem. ſi tamen ficte accipit, & poſt agat pænitentiam, habebit vtrumque. de conſecratio. diſtin. 4. tunc valere. & §. ſed notandum 2. infra eadem. In ſacramento vero dignitatis, vt in ordine, diſtingue ſecundum illam diſtinctionem 1. q. 1. ordinationes. & in ſumma ibi poſita. In ſacramento Euchariſtiæ dicimus quòd de manu hæretici ſumendum non eſt. 24. quæſt. 1. cap. vlti. & 32. diſtin. 5. verum. ſi tamen accipiatur, verum eſt corpus, ſi in forma eccleſiæ eſt confectum: licet quidam dicunt, ꝗ ipſi non conficiunt. 24. q. 1. ſchiſma.

Hereticorũ ſacramenta ſũt vera.

1 De hoc leg. & no. ¶. eod. §. ſed notandum eſt. Arch.

2 Ad idẽ de pæ. diſ. 3. §. illud autẽ Greg. in fi.

ADDITIO. Arg. de conſecrat. diſt. 2. quid ſit. Arch.

c ¶ Plantaui.] prædicando.

d ¶ Rigauit.] baptizando.

e ¶ Tranſit.] infra ea ſem, ſic populus. contra. Sol. hoc

EX catholica.] CASVS. Dicit Aug. quòd à catholica eccleſia vera ſumpſerunt hæretici ſacramenta; quæ ſic habent & cõferunt ſicut habebant ante quàm de eccleſia exirẽt. Sequẽtia tria ca. plana ſunt, & per ſe patẽt.

f ¶ Ex catholica.] In hoc & in duobus cap. ſequentibus dicitur, ꝗ vera ſunt ſacramenta hæreticorum, quæ in forma eccleſiæ celebrantur.

g ¶ Omnia.] ideſt, omnium ſacramentorum veritas & forma.

h ¶ Habebantur.] Arg. contra ¶. c. extra catholicam. ſed ibi expone, ideſt, extra formam catholicæ eccleſiæ.

i SIc autem Deus.] Deus dicitur adeſſe talibus ſacramentis, vt veritas ſubſiſtat, & vt virtus præſtetur ei qui accipit ignoranter. ſ. ca. ſi iuſtus.

k ¶ Et verbis ſuis.] Et ita verba neceſſaria ſunt: argum. ¶. ca. detrahe.

Verba in ſacramentis ſunt neceſſaria.

a ¶ Sacra-

a Sacramenta.] ¶ Non mutaſtis.] id eſt, non extra formam eccleſiæ tradidiſtis.
b ¶ Iniuriam.] Arg. q. propter alterum non debet alteri iniuria fieri. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. ff. de reg. iur. non debet. Ioan.
Sicut.

eramenta, quæ ſchiſmatici & hæretici in forma eccleſiæ conferunt. Sequens cap. patet.
c ¶ Ficti.] Sed nunquid dandum eſt baptiſma ei, qui ficte accedit? dic quòd * ſic, ſed poſt compellendus eſt fidem obſeruare: arg. 45. diſt. de Iudæis. Verum autem

per quales libet adminiſtrentur, & ſacramenta Dei vbiq. recta ſunt; ſicut † mali homines, quibus nihil proſunt, vbique peruerſi ſunt.

† al. &

Idem lib. 4. de bapt. contra Donatiſtas, c. 12.

¶ De eodem. C. XXXIII.

Algerus ibidem. Deuſdedit in tract. de ſimoniacis. Anſ. l. 9. c. 48. Polyc. ibidem.

† al. patre diabolo

NEc foris ergo, ſicut nec intus quiſquam, qui ex parte † diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quoquam maculare ſacramentum, quod Chriſti eſt.

Idem ad Emeritum, epiſt. 164.

¶ Sacramenta, quæ non mutantur, catholicis, & hæreticis communia probantur. C. XXXIIII.

Algerus l. 3. c. 9. Poly. l. 7. tit. 10.

SAcramenta, quæ non mutaſtis [a], ſicut habetis, approbantur à nobis: ne forte cum veſtram prauitatem corrigere volumus, illis myſterijs Chriſti, quæ in veſtra prauitate deprauata non ſunt, ſacrilegam faciamus iniuriam [b]. Neque enim & Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni tantum honorem rex Dauid pius Dei ſeruus exhibuit.

1. Reg. 24. & 26.

Idem ad Donatiſtas.

¶ De eodem. C. XXXV.

SIcut ficti [c] veraciter, non ficte recipiunt, nec eorum baptiſma reprobatur; ſic & illa, quæ ſchiſmatici, vel hæretici, ſi non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera eccleſia, cum ad nos veniunt, non emendamus [d], ſed potius approbamus.

¶ Verba ipſa prioris partis huius capitis vſq. ad ver. reprobatur. *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum: ſed habetur ſententia lib. 1. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 12. Reliqua autem huius capitis pars eſt in eodem lib. c. 13.*

Idem contra litteras Petiliani, lib. 3. c. 9.

¶ Non fugiantur ſacramenta Dei à quocumque miniſtrentur. C. XXXVI.

7. diſt. 32. c. præter hoc. §. verũ principia. Iuo p. 10. c. 75.

NEque in homine bono aliquis Dei ſacramenta fugiat, neque in homine malo [e].

¶ *Libro tertio contra litteras Petiliani, vnde videtur ſumptum eſſe hoc caput, ſic legitur.* Nemo glorietur nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat nec in homine malo. *Hoc autem caput ſignificatur ſupra diſt. 32. c. præter §. verum principia.*

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 6. c. 44.

¶ Hominum malitia ſacramenta non profanat. C. XXXVII.

Matth. 10.

NOnne [f] Sodomitæ ethnici erant, id eſt, gentiles? Peiores [g] ergo erãt Iudæi; quibus Dominus dicit: [Tole-

baptizetur ignorans vel inuitus, vel dormiens, habes extra de bapti. & eius effectu: cap. maiores. §. item quæritur.
d ¶ Non emendamus.] j. de conſ. diſt. 4. oſtenditur. & c. ſolet quæri. j. ea. ſi quis inquit. Sed contra. j. ea. q. ſicut vrgeri. Sed hic de fictione accipientis, quæ non impedit: ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando non in forma eccleſiæ. 32. diſt. §. verum.
e Neque in homine malo.] id eſt, tolerato 1, vel in neceſſitate: & ſic nõ eſt contra ſ. diſt. 32. nullus. & c. præter hoc. H.

* Vide S. Tho. 3. p. q. 68. art. 3. in cor. et ar. 4. ad 2. & 3. & art. 8. & q. 69. art. 9. & 10.

1 Ad hoc j. c. quam multi. vbi de hoc in gloſ. ex his. Archid.

NOnne.] Casvs. Hic oſtendit q. apud malos erant ſacramenta. Nam peiores Sodomitis erãt Iudæi: & tamen Dominus eorum ſacramenta vera eſſe probauit, dum ad ea celebranda leproſos quos mũdauerat miſit: & dum eius angelus Zachariæ in templo miniſtranti aſtitit: & eum exauditũ denuntiauit. nec etiã gentilium verba reprobant ſancti patres, vbi verum dixerunt.

Iudæi peiores fuerunt Sodomitis.

f ¶ Nonne.] vult probare Aug. in hoc c. q. apud hæreticos ſunt vera ſacramenta: q. erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. item & alia ratione: quia ſi gentiles aliquid boni habuerunt: hoc ſancti viri non reprobauerunt. Quod autem apud Iudæos eſſent vera ſacramenta, probat exemplo Domini & Zachariæ: Zacharias tamẽ bonus fuit: vnde ratione perſonæ nulla eſt probatio: ſed iſte eodem modo ſacrificabat quo & alij Iudæi.

Iudæorum Sacramenta fuerunt vera.

g ¶ Peiores.] j. 24. q. 1. non afferamus: quia illi tantum naturalem legem tranſgreſſi ſunt, Iudæi etiam ſcriptã

SIcut ficti.] Casvs. Dicitur hic q. ſicut ſi quis adultus ficte vel ſine contritione accedit ad baptiſmum, veruntamen recipit ſacramentum; ſic &, vera ſunt ſa-

illi prædicatores non habuerunt. iſti etiam Ieſum Chriſtum: apud illos nulla miracula facta ſunt [1], apud iſtos multa facta ſunt: & præterea iſti Chriſtū crucifixerunt. de pæn. diſt. 1. periculoſe.

1 23. q. 4. c. Nabucodonoſor. §. de Tyrijs.

ſus ſanctus operatur. 30. q. 1. peruenit.

h ¶ Cum quodam loco.] id eſt, in epiſtola prima ad Corinthios, 12. cap.

i ¶ Vt in Saul.] Et in Caipha, Expedit vt vnus moriatur, &c. ſ. ea. q. prophetauit.

Caiphas prophetauit.

rabilius erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis.] & quibus propheta dicit, [Iuſtificaſtis Sodomam.] ideſt in comparatione veſtri † iuſta [a] facta eſt. Numquid tamen ideo ſacramenta diuina, quæ apud Iudæos erant, talia [b] erant quales ipſi erant: quæ [c] Dominus quoque ipſe percepit, & ad ea celebranda leproſos, quos mundauerat, miſit; & ea Zachariæ [d] miniſtranti angelus [e] adſtitit, eumque in templo ſacrificantem exauditum eſſe nuntiauit. Hæc eadem ſacramenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus, quàm ſint ethnici, quandoquidem Sodomitis in malitia prælati ſunt: & tamen illa ſacramenta erant in vtriſque integra, atque diuina. Nam & ipſi gentiles, ſi quid diuinum, & rectum [f] in doctrinis ſuis habere potuerunt, nō improbauerunt ſancti noſtri †: quamuis illi per ſuas ſuperſtitiones, & idololatriam, & ſuperbiam, ceteroſque perditos mores deteſtandi eſſent, & niſi corrigerentur, diuino iudicio puniendi.

Matth. 10. Ezech. 16. † al. veſtra, Sodoma iuſtificata eſt. Luc. 17. Luc. 1. † al. viri

Idem lib. 3. c. 16.

¶ Sacramenta mali habere poſſunt, licet virtutem ſpiritus ſancti habere non poſſint. C. XXXVIII.

MVltæ autem operationes [g] ſunt ſpiritus ſancti, quas Apoſtolus, cum quodam [h] loco, quantum ſufficere arbitratus eſt, commemoraſſet, ita concluſit: [Omnia autem hæc operatur, vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.] Cum ergo aliud ſit ſacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit: aliud prophetia †, quæ in malis hominibus etiam fieri ſolet, vt in Saul [i]; aliud operatio eiuſdem ſpiritus, quam niſi boni [k] habere non poſſunt, ſicut eſt finis præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta; quodlibet hæretici, & ſchiſmatici accipiant, charitas, quæ cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum eſt catholicæ vnitatis & pacis: nec eſt in omnibus, quia nec eius ſunt omnes.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſ. l. 9. c. 29. 1. Cor. 12. Act. 8. † al. operatio ſpiritus, quæ in m. h. e. f. ſ. ſicut Saul habuit prophetiam aliud, &c.] orig. 1. Tim. 1. 1. Pet. 4.

Idem eodem libro, c. 18.

¶ Licet ſacramenta mali miniſtrent, remiſſionem peccatorum non præſtant. C. XXXIX.

REmiſſionem † peccatorum

Polyc. ibidem Anſ. l. 9. c. 33. † Remiſſam] orig.

a ¶ Iuſta.] id eſt, minus mala. arg. 8. q. 1. vereor. vnde dic, iuſtificaſtis, comparatione melioris vitæ, non poteſtate iudicij.

b ¶ Talia.] ideſt, tale ſacrificiū eſt qualis ſacrificans. ſ. eo. Domin⁹ declarauit. ver. item nos dicimus. ADDITIO. quaſi dicat non ſ. ea. Dominus. Hug.

c ¶ Quæ.] ſcilicet ſacramenta, vt circunciſionem quando cū hoſtijs in tēplo fuit præſentatus. de conſec. diſt. 4. proprie. in fine.

d ¶ Et ea Zachariæ.] Ecce per bonos oſtendit ſacrificium fuiſſe apud Iudæos.

e ¶ Angelus.] Hiſtoria. Narratur hiſtoria in nouo teſtamēto, q̄ fuit in diebus Herodis ſacerdos nomine Zacharias, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultū Dñi, xxiiij. inſtituit ſummos ſacerdotes, quorū tñ vnus maior erat, qui princeps ſacerdotum dicebatur, quorū de numero vnus fuit Zacharias, qui cū in die propitiationis incenſum poneret, prædixit ei angelus filium naſciturum d̄ vxore ſua, qui vſque ad diē partus obmutuit, q̄a credere noluit.

Perſonę deteſtatio an faciat illius dicta reprobari.

f ¶ Et rectum.] arg. propter perſonæ deteſtationem non reprobari dicta illius. ſ. 37. diſt. ſi quid veri. & c. turbat. ſ. 23. q. 4. quid ergo. ſ. ea. q. 1. Dominus declarauit. ſ. 19. diſt. ſecundum. 2. q. 2. ſi de area. ſ. 9. diſt. ſi ad ſacras. contra. diſt. 16. canones. Dic vt in decret. ſi ad ſacras. Vel dic q̄ vtile vitiatur per inutile: cum alteri ſit præiudicium. 65. diſt. c. 1.

MVltæ autem.] CASVS. Multæ ſunt operationes ſpiritus ſancti, quas hic non enumerat Augu. ſed nos miſit ad Apoſtolum, qui enumerans eas ſubiungit, Omnia autem hæc, &c. Earum operationum quędā ſunt in bonis & malis, quædam in bonis tantum. In bonis & malis, vt ſacramenta, baptiſmus in Simone, & prophetia in Saule, quorum vterque malus erat. In bonis tantum, vt charitas & aliæ virtutes.

g ¶ Operationes.] id eſt, multa ſunt dona, quæ ſpiritus ſanctus operatur. 30. q. 1. peruenit.

k ¶ Boni.] ſcilicet per gratiam inhabitantem. ſ. 24. q. 3. de illis qui. & ead. cau. q. 1. vbi ſana. H. Ioan. de Fan.

REmiſſionem.] CASVS. Dī hic q̄ cū aliquis baptizatur à quocumq; ſiue bono ſiue malo remiſſionē peccatorum, quam conſequitur per baptiſmū, nō dat ei malus, ſed meritū eccleſiæ. Nā bonis tantum dictū eſt, Cuicumq; remiſeritis peccata, &c. Illa ſola columba pacem habet, & ideo ligat & ſoluit. & ſolus ille ſoluitur q̄ cum columba, id eſt eccleſia habet pacem. Vel ſic, dictū eſt ſupra quaſdā operationes ſpiritus ſancti eſſe in malis, vt baptiſmū, quaſdā vero nō eſſe in malis, vt remiſſiones peccatorū, quę dantur ad preces bonorū eccleſię, qui cum

quì cum columba, id eſt, eccleſia habet pacem. non eſt malis, ſed bonis, dictũ eſt. Quorũ remiſeritis peccata, &c.
a ¶ Auari.]ideſt, idololatræ, ideſt, quilibet mali. 28. q. 1. idololatria.
a ¶ Auari non dant.]ideſt, indigni ſunt dare. ꝟ. de cõſecr.

quæ carent officio diuerſis ex cauſis.
e ¶ Sacramẽta.]reſpicit illud cap. ſi iuſtus fuerit. ſ. eo.
f ¶ Et non inania.]Verum eſt hoc in ſacramento neceſſitatis, 24 q. 1. ſi quem forte.
SED NOTANDVM. Hæc eſt 6. pars. quæſt. in qua facit differentiam inter ſacramenta neceſſaria & voluntaria. Neceſſaria enim ſacramenta, ſine quibus nemo ſaluatur (vt eſt baptiſmus) poſſunt recipi à quocumque. Sed ſacramẽta voluntaria (vt ſunt ordines, niſi rite dentur, data non ſunt: ſed ceſſant vel loco, vel ordine, vel promotione: de quibus multa ponit exẽpla, quæ probat per 6. ca. Ioan. de Fan.
g ¶ Sed notandum.] ſcilicet ꝟ. ſimoniacos, reſpondet enim per diſtinctionem ſequẽtem ſuæ concluſioni. ſacramentum enim male acceptum, duplici caret effectu, aut quia in eo præſtito non percipitur gratia, ſed arguitur malitia recipientis: & hoc omnibus ſacramentis eſt commune: vel quia negatur executio, qđ ſpeciale eſt in ſacramentis dignitatis.
h ¶ Neceſſitatis.]Neceſſitatis quinque sũt ſacramẽta, baptiſmus confirmatio, pœnitentia, vltima vnctio, corpus Chriſti 2. In baptiſmo tamen hoc eſt ſpeciale ꝙ in ſumma neceſſitate accipi põt à quocũque. 32. diſt. §. verũ. ver. finem. & idẽ * circa pœnitẽtiã.

Auari nõ dant peccatorum remiſſionẽ.

auari [a] non dabant: quæ per orationes [b] ſanctorum, id eſt per columbæ gemitus datur, quicumque baptizet, ſi ad eius pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim raptoribus, & fœneratoribus diceret Dominus: [Si cui dimiſeritis peccata, remittuntur illi; ſi cui tenueritis, tenebuntur.] Foris [c] quidem nec ligari aliquid poteſt, nec ſolui, vbi non ſit qui aut ligare poſsit, aut ſoluere: ſed ſoluitur, qui cum columba fecerit pacem; & ligatur, qui cum columba non habet pacem, ſiue aperte [d] foris ſit, ſiue intus eſſe videatur.

Io. 20.

Sacramẽtum male acceptũ duplici caret effectu.

Sacramẽta neceſſitatis ſunt quinque.

2 Extra de pæ. & remiſſio. qd in te. No. ꝙ iſtud ſacramentũ nõ eſt neceſſitatis. Sed ꝟ not. extra de trãſ. venteſ. vbi de hoc ſatis nota. Archidia.

Si ergo ſacramenta [e] in modum lucis ab immundis coinquinari non poſſunt, ſi in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt; patet, quòd ſimoniaci ſacramentum vnctionis ſibi quidem inutiliter, & pernicioſe habent; alijs autem vtiliter, & ſalubriter eamdem vnctionem adminiſtrant. Sicut ergo ſunt vera ſacramenta hæreticorum quantum ad formam; ita ſunt vera, & non inania [f] quantum ad effectum.

Sacramẽta dignitatis.

6 Sed notandum [g] eſt, quòd ſacramentorum alia ſunt neceſſitatis [h], alia dignitatis. Quia enim neceſſitas nõ habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem; illa ſacramenta, quæ ſaluti ſunt neceſſaria, quia iterari non poſſunt, cum ſint vera; auferri, vel amitti non debent: ſed cum pænitentia rata eſſe permittuntur. Illa [i] vero ſacramenta, quæ ſunt dignitatis, niſi digne fuerint adminiſtrata, ita vt digni digne à dignis proueh antur, dignitates eſſe deſinunt: non vt minuatur veritas ſacramenti, ſed vt ceſſet officium adminiſtrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.

Loco, vt ait Leo ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſtola 90. al. 92. c. 1.

* *Vide B. Th. 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. q. 1. & 2. et diſt. 20. q. 1. ar. 1. q. 2. ptot. præcipue, ad 3. arg.*

3 Id eſt, ſine crimine, ſine infamia, ſine irregularitate, cũ ad alia ſacramenta oẽs regulariter admittantur, niſi aliqñ caſualiter ratione criminis repellãtur. P.

Γ. diſt. 62. c. 1.
Burc. l. 1. c. 11.
Iuo p. 5. c. 65.

¶ De his, qui à pſeudoepiſcopis ordinantur. C. XL.

SI q clerici ab iſtis pſeudo epiſcopis [k] in eis eccleſijs ot

ſecr. diſt. 4. quomodo. Vel intellige de præciſis, quia nõ dant in veritate niſi ſacramentũ in neceſſitate, & eius etiam virtutem.
b ¶ Quæ per orationes.] quia facilius precibus iuſtorum qui ſunt in eccleſia, obtinetur remiſſio 1, vt ꝟ. 23. q. 4. obtineri. Vel quia per vinculum charitatis eccleſiæ dimittunť peccata. ꝟ. de cõſe. diſt. 4. eccleſiæ charitas.
c ¶ Foris.]ſic intelligas cap. de toleratis, dic foris, ideſt, extra eccleſiam, quæ complectitur tantum grana. ſed ſi de præciſis, dic, foris, ideſt, extra eccleſiam militantem, quæ complectitur grana cum paleis, 7. q. 1. §. cũ vero.
d ¶ Aperte.]cum ſit Chriſtianus eccleſiam impugnãs manifeſte, ſiue perturbans eccleſiam occulte. 32. q. 4. recurrat. ver. ſi.
SI ERGO. CASVS. Infert Grã. ex ſupradicto c. ſi iuſtus fuerit. ꝙ ſimoniacorum ſacramenta alijs vtilia ſunt, & ſi iſtis non proſint, ſimilitudine aquæ currentis per canales, & lucis, quæ ab immundis non conquinãtur. Sed obijcit de ſacramentis hæreticorum, quæ vera ſunt quantum ad formam, & quo ad effectum, ſed ſoluit dicens, ꝙ ſacramenta neceſſitatis cũ effectu cõferuntur, ſed ſacramenta dignitatis, quo ad formam tantum

Iuſtorum preces facilius exaudiũtur.
1 De hoc de pæ. diſt. 1. multiplex,

nã confiteri poſſum cuicũq; in neceſſitate, de pæ. diſt. 1. quem pœnitet. Circa alia ſacramenta neceſſitatis, vel circa iſta duo cum non inſtat neceſſitas, hoc eſt attendendum, ꝙ cum peccat quis accipiendo, acta pœnitentia rata intelliguntur quo ad effectum. In ſacramentis vero dignitatis hoc eſt de iure, ꝙ nõ habeant executionem cum pæniteant accipientes; niſi cum eis diſpẽſetur. Et ſacramenta dignitatis ſunt ordines: & ideo dr̃ in plurali, quia ſunt plures ſpecies ordinis. 21. diſt. cleros. Et dicuntur dignitatis, quia à dignioribus, ideſt, epiſcopis conferuntur: vel quia nõniſi digni 3 aſſumẽdi ſunt. Videtur * etiam ꝙ baptiſmus non ſit neceſſitatis ſacramentum arg. de conſec. diſt. 4. c. baptiſmi vicem.
i ¶ Illa.] Hic aſſignat vnam differentiam inter baptiſmum & alia ſacramenta: aliã ponit ꝟ. in ſe. §. ecce ſi clericus. aliã in illo. §. ecce cum honoris.
SI qui clerici.]CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ſi qs ẽbi cõſenſu ab epo qui male fuerit electus, toleratꝰ m fuerit promotꝰ d diſpẽſatiue poterit miniſtrare in eccleſia, ad quam fuerit ordinatus, ſed non in alia. Seq §. planus, & omnia vſque ad §. ecce.
K ¶ Si qui clerici à pſeudo epiſcopis.] ideſt non canonice

* *Non eſt ſemper neceſſarius baptiſmus fluminis: nam eius vicẽ interdum ſupplet baptiſmus ſanguinis, & flaminis. B. Tho. 3. p. q. 68. ar. 2.*

nice electis, toleratis tñ. ſic 62. diſt. c. 1. arg. contra 12. q. 1. alienationes. Ibi ius commune: hic miſericordia.

a ¶ Eccleſijs.] ꝭ. ea. q. 5. c. 1. cõtra. Sol. ibi propter ſcandalũ in eccleſia, quam per manifeſtã adeptus eſt ſimoniã, nõ permittitur miniſtrare. hic, econtra, ſcilicet, ꝑpter ſcandalũ, cũ occultũ ſit delictũ in eccleſia, cui intitulatus eſt, & nõ in alia ſuſcipitur, vel hoc cũ emit illũ ordinẽ, illud cũ dignitatem vel beneficiũ. ꝭ. ea. erga.

i ¶ Munditiæ.] vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34. diſtin. ſi quis viduam.

k ¶ Iſtud ſolum.] ſcilicet ordinem.

dinati ſunt, quæ ad proprios epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorũ cum conſenſu, & iudicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi; ita vt in ipſis eccleſijs [a] perſeuerent. Aliter autem vana eſt habenda ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita.

¶ *Caput hoc emendatum eſt, ac locupletatum ex ipſa epiſtola, & refertur ſupra diſt. 62. c. 1. §. ſi qui.*

Ecce aliquis à pſeudoepiſcopis ordinatus, ſi locum ſuæ ordinationis mutauerit, vana eſt; & ſine adminiſtratione erit talis ordinatio.

Tempore, vt ait Innocentius epiſt. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoſo.

¶ Quæ pro neceſsitate conceduntur, eadem ceſſante ceſſabunt. C. XLI.

QVod pro neceſsitate temporis [b] ſtatutum eſt, ceſſante neceſsitate debet vtiq; ceſſare pariter. quod [c] vrgebat †: quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quã [a] ad præſens fieri tempus impellit. Iuo in prologo fo. 1. Pan. c. 19. in prologo ꝭ. ea. q. 7. c. qđ pro remedio † Concor. prin. C. de ca. tollend. & 9. q. 1. ordinationes

a ¶ Quam ad præſens.] *Hæc ſunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in ſummam redacta, infra autem q. 7. c. quod pro remedio. plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoſo ſimilis ſit, ordinatus ceſſabit ab adminiſtratione, quæ pro neceſſitate illius temporis fuit permiſſa.

Item promotione, vt ait Leo epiſtola 3. ad Iulianum † Aquilegienſem: †al. Ianuariũ

¶ Qui ab hæreticis redeunt ſine ſpe promotionis in ſuis ordinibus recipi poſſunt. C. XLII.

SI quis [d] hæreticæ communionis contagione ſe macularit [g], hoc in magno habeat beneficio, ſi adepta ſibi omni ſpe promotionis [e] in quo inuenitur [f] ordine, permaneat. ꝭ. ead. c. omnis. & q. 7. c. ſaluberrimum.

C ¶ Macularit.] *Hic apud B. Leonẽ cum alia verba ſunt interiecta, tum c. ſaluberrimum. infra q. 7. caput enim hoc eſt quaſi ſumma quædam, quemadmodum, & c. omnis, infra eadem, tametſi illud paulo plenius ſit.*

Ecce [g] ſi clericus vel ordinatione, vel quolibet ſacramento hæreticis communicat, ceſſans à promotione vix in ſuo ordine perſeuerat. Non eſt enim de ſacramento hoc, vt de ceteris. Cetera enim vel ad culpas abluendas dantur, vt baptiſmus, & pænitentia; vel pro culpis non in æternũ, ſed ad horam negantur, vt Euchariſtia, quæ in articulo mortis pænitenti etiam de nefarijs peccatis conceditur: Hoc ſolum non ſolũ pro culpa, ſed etiam pro infamia [h] interdicitur †, & pro imminuta munditia [i] ſuæ, vel extrinſecæ, vel intrinſecæ perfectionis prærogatiua: vt bigamis, vel viduæ maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet parte vitiatis denegatur, quibus tamen baptiſmus, vel Euchariſtia non negatur. Poteſt etiam talis cetera ſacramenta adminiſtrare; qui iſtud ſolum [k] non valet conferre. †al. interdum etiam pro

b ¶ QVod pro neceſſitate tẽporis, &c.] Ceſſante neceſſitate & diſpẽſatio ceſſare debet.

c ¶ Quod.] id eſt, quia diſpenſatio vrget, vel qđ eſt accuſatiui caſus, id eſt, quod neceſſitas vrgebat, id eſt, inducebat. Arg. contra. ꝭ. 19. q. 2. duę. ibi propter criminoſos. B. Sol. ibi de cauſa impulſiua, hic de finali ff. de poſtu. l. 1.

d SI quis.] Hoc capitulum non loquitur de mero iure.

e ¶ Promotionis.] ſ. 34. diſ. precipimus. C. depoſi. ſi depoſiti. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

f ¶ Inuenitur.] niſi ſi in caſibus notatis. 9. q. 1. in ſumma 1.

1 Illos caſ ponit etiã hic Hug.

ECCE. CASVS. Hic oſtendit Gratianus aliud eſſe i ſacramento ordinis vel dignitatis, quod non cõfertur cum effectu ab hæreticis. aliud in ſacramẽto neceſſitatis, quod cum effectu cõfertur etiam ab hæretico, vt baptiſmus, pænitentia. & Euchariſtia: quia ſacramentũ ordinis nõ ſolum ꝑpter culpam interdicitur, ſed etiam propter irregularitatem, vnde ſacramẽta neceſſitatis pñt conferre q iſtud ſolum conferre non poteſt.

g ¶ Ecce.] Oſtendit magiſter in hoc §. differentiam inter ſacramenta dignitatis, & alia, & cauſam differentiæ.

h ¶ Infamia.] quæ etiam ſine culpa contrahitur. 6. quæſt. 1. §. verum.

S[a]i qui epi.]CASVS. Dr in hoc c. q̄ ſi qs ordinauerit indignū, et ſi depoſitionē euadat, deceterò nō ordinabit, nec intererit illi ordinationi, quā cōtulit indigno.
a ¶ Talem.]extra de temp. ord. litteras.
b ¶ Qualem.]extra de præben. graue.
c ¶ Aliquo

eſt §. extra de temp. or. litteras. quia ibi non indignum ſed indigne ordinauit. alias ſupereſt hæc veritas, q̄ qui promouet indignum, depoſitionem meretur, vt 50. diſt. ex pœnitentibus. & arg. hic ibi, euaſerint, ita tamen ſi ſcienter hoc facit, cum & ille ſit in notorio crimine. aliter non poſſet eū repellere ab ordine ſuſcipiendo. extra de temp. or. ex tenore. Vel dic, q̄ variæ ſunt pœnæ, hodie mitius agitur; vt extra de præben. graue.

Ordinantium indignos punitio.

Vnde Leo ait ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. al. 87. c. 2.

¶ De epiſcopis, qui talem conſecrant, qualem conſecrare non licet. C. XLIII.

SI qui epiſcopi talem[a] conſecrauerint ſacerdotem, qualem[b] non liceat, etiam ſi aliquo modo[c] damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis[d] tamen ius vlterius non habebunt[e]: nec † illi[f] vmquam[g] ſacramento intererunt; quod, neglecto diuino iudicio, immerito præſtiterunt.

† Vuſpimis 1. q. 1. c. ſi qui epiſcopi. Anſelm. 6. c. 74. Iuo p. 5. c. 107.
† *nec ei ſacramento*] ori.

Ecce[h] cum honoris periculum euadant, vt cetera ſacramenta ſacerdotaliter adminiſtrare permittantur, ab hoc ſolo nō modo pro hæreſi, vel pro qualibet maiori culpa, ſed etiam pro negligentia remouentur. In quibus omnibus ſolicite notandum eſt, quod ſacramētum ſacerdotalis promotionis præceteris omnibus magis accurrate, & digne dandum, vel accipiēdum eſt: quia niſi ita collatum fuerit, eo deſinet eſſe ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cetera enim ſacramenta vnicuiq. propter ſe dantur, & vnicuiq. talia ſiunt, quali corde, vel conſcientia accipiuntur. Iſtud ſolum non propter ſe ſolum, ſed propter alios datur: & ideo neceſſe eſt, vt vero corde, mundaque conſcientia, quantum ad ſe, ſumatur; quātum ad alios vero, non ſolum ſine omni culpa, ſed etiā ſine omni infamia propter ſcandalum fratrum: ad quorum vtilitatem, non ſolum vt præſint, ſed etiā vt proſint, ſacerdotium datur.

e ¶ Non habebunt.] ſcilicet cum aliquis punitur in eo in quo deliquit.
f ¶ Illi.] Baz. dicit, q̄ illum eumdem ordinem non poteſt conferre, ſed minorem vel maiorem bene. ar. extra de temp. or. litteras. quia hæc pœna eſt, & ideo non debet amplius extendi, quam inueniatur delictum. H. contradicit q̄ hæc actio illi; facit ſimplicem relationē.
g ¶ Vmquam.] argu. in eo puniendum eſſe aliquem in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. &c. qui & humanis. ʃ. ea. q. 5. c. 1. ĩ. diſt. 81. valet. 17. q. 4. frater. & 7. q. 1. ſi quis de ordine. & 33. q. 2. admonere. ʃ. 27. q. 2. qui dormierit.

Pœna infligetur ſecundū delictum.

In quo qs deliquit, in eo puniri debet.

ECCE. CASVS. In hoc §. oſtendit G. quare ſacramentum ordinis magis diſcrete cōferendum eſt, quàm cetera ſacramēta? qa alia pro accipiente tantū: iſtud vero pro alijs confertur, vnde debet conferri non ſolum ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia.
h ¶ Ecce.] adhuc perſeuerat aſſignando differentiam, & cauſā differentiæ.

Vnde Hieronymus ad c. 3. Michææ.

¶ Simoniaci rei ſunt infidelitatis eorum, qui à ſe ſcandalizantur. C. XLIIII.

HI, quoſcumque[i] de aſſeclis ſuis ordinant clericos, & vitam eorum in ſcandalum[k] populis exponētes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur.

Reuera enim qui ad hoc eliguntur, vt ceteris præſint, ſicut præordinantur dignitate, ſic præeminere debent ſanctitate. Alioquin, cur ceteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à ceteris aſſumuntur? Hinc etiā Symmachus Laurentio Mediolanenſi epiſcopo poſt ſextam ſynodum Romanam.

HI, quoſcumque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ epiſcopi, qui ſeruientes, vel ſeruos ſuos indignos ordinant, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizātur propter hoc. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad §. dedit. Sed ſcias, q̄ §. ille, Patet, reſpicit ſupradicta c. ſcilicet ſi iuſtus fuerit. &c. ex catholica.

a Aſſecla dicitur aſſecutor; ab aſſequēdo, eo q̄ ſequatur aliquē lucri cauſa ſm Papi.

e ¶ Aliquo modo.] diſpenſatiue. ſ. cum punitur aliquis in eo in quo deliquit. In increpatione, vt 45. diſt. cum beatus. Item in ſententiæ recognitione. 16. q. 1. reuertimini. in fi. Item in poteſtate ligandi vel ſoluendi. 24. q. 3. de illicita. Item in priuilegijs. 11. q. 3. priuilegium. Item in ordinis collatione, vt in c. præſenti, ſi qui epiſcopi. Item in honoris ablatione, vt dixi 99. diſt. nullus. Item in armorum retentione, vt 1. q. 7. c. 1. H.
d ¶ Ordinationis.] ſ. diſt. 50. ex pœnitentibus. contra. ʃ. diſt. 36. qui eccleſiaſticis. contra. ʃ. 55. diſt. nullus. ĩ. diſt. 51. c. 1. in §. 1. Sol. ibi de his, qui ex pertinàcia contra canones ordināt tales. hic de illis qui ex ſola negligentia hoc faciunt, intelligitur 1. ar. 2. q. 1. in primis. nec

Prælati in multis excedunt.

1 Et ſic videtur intelligere Gra. ʃ. §. 1.

i ¶ Quoſcumque.] id eſt, aliquos indignos, quod colligitur ex illo verbo, aſſeclis, ab aſſequor x aſſequeris, vnde & aſſecla ſeruit: alter ſi eſſent digni, plus eis tenerentur. arg. 12. q. 2. hæc huius. 86. diſt. non ſatis.
K ¶ In ſcandalum.] qui ergo occaſionem damni dat, damnum; &c. extra de iniur. & dam. ſi egreſſus 3. infra ead. placuit 2. argumen. contra. 23. quæſt. 5. de occidendis. §. 1. Dic, prima intelligitur de cauſa proxima, & cum cul-

3 Concor. tex. in l. ſi quis ad ſecū ibi not. C. ad legē Iuliam de vi publi.

Digitized by

cum culpa: contraria de cauſa remota, & ſine culpa. ff. de ſer. cor. l. Neratius.

a ¶ Vliſſimus.] 5. diſt. 25. §. nunc autem.

b ¶ Niſi pręcellat.] id eſt, niſi habeat illam diſcretionem, quæ in prælato exigitur, etſi non eminentem, tamen ſufficientem, extra de elec. cum nobis olim. ſufficit enim quod ſit bonus 1. 65. diſtinct. cap. vlt. Quid ergo ſi omnes ſint valde periti? nō ideo erit iſte viliſſimus, quia non eſt vt Salomon. de hoc octaua quæſt. prima, licet.

Scientia prælati ſit ſaltē ſufficiens.

1 Grauitas & induſtria in prælato requiritur. 3. ca. c. fertur. verſi. ſi enim, &c.

PATET ERGO. Hæc eſt. 7. pars huius q. in qua dicitur, q. ſacramentum collatum in forma eccleſiæ à malo catholico tolerato, ratū eſt. Ioannes de Fan.

c ¶ Patet ergo.] reſpicit illud cap. ex catholica. & ca. ſi iuſtus.

DEdit.] CASVS. In catechumeno baptizando non attēditur meritum dātis, vt probatur exemplo Iudæ: quia quos baptizauit, non ſunt poſtea baptizati: quia Chriſtus eos baptizauit. ſed bene baptizati à Ioanne ſunt poſtea baptizati: quia Ioannis erat baptiſmus. Sic ergo quos baptizat ebrius adulter, & homicida, Chriſtus baptizat.

putaret aquam ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſalutem. De hoc etiam Ambroſius. Quidam negauerunt ſe ſpiritum ſanctum cum baptizatos ſe dicerent baptiſmo Ioannis: quos tamen in aduenientis Ieſu non in ſuo baptizauit nomine. iſti ergo, qui nec in Chriſti nomine

¶ Sicut honore, ita & ſcientia quiſque præcellere debet. C. XLV.

VIliſsimus † [a] computandus eſt, niſi [b] præcellat ſcientia, & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.

† *Viliſſimis comparādus*] orig.

7 *Patet ergo* [c] *illud Auguſtini (ſacramēta videlicet Chriſti per hereticos miniſtrata ſuo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, ſed de ſacramento baptiſmi.*

7. c. ex catholica. & c. ſi iuſtus.

Vnde idem Auguſtinus ait tract. 5. in Ioannem.

¶ Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, reiterari non debet. C. XLVI.

DEdit [d] baptiſmum Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit [e] Ioannes [f], & baptizatū eſt [g] poſt Ioannem; quia qui datus eſt à Iuda, baptiſmus Chriſti erat [h]; qui autem à Ioanne datus eſt, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, ſed baptiſmum Chriſti, etiam per Iudæ manus datum, baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato recte præponimus. *& paulo poſt.* ¶ Quos baptizauit Ioānes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebrius [i], quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, ſi baptiſma Chriſti erat, Chriſtus baptizauit. *Item paucis interiectis.* ¶ Quod ſacramentum tam ſanctum eſt, vt nec homicida miniſtrante polluatur.

Alg. l. 3. c. 10.

d ¶ Dedit.] quia baptiſmus collatus à Ioanne erat quoddam ſacramentale, quo abluebatur corpus exterius tm̄. de conſe. diſt. 4. baptiſmus. & valebat ad aſſuefactionē.

e ¶ Dedit.] in nomine Chriſti, vel in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: & ideo non fuit, &c. de conſecr. diſtin. 4. aliud.

f ¶ Dedit Ioannes.] in nomine venturi, &c. & ideo fuit Ioannis.

g ¶ Et baptizatum eſt.] ī. de conſecr. diſtin. 4. non regenerabantur.

h ¶ Baptiſmus Chriſti erat.] in quarto libro ſententiarum legitur. Hic conſiderandum eſt ſi baptizati ſunt baptiſmo Chriſti à Ioanne baptizati: & qua forma verborum ſit vſus Ioannes. Illi reſpōdēt, qui baptizati ſūt à Ioanne neſcientes ſpiritum ſanctum eſſe, ac ſpem ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. baptiſmus autem Ioannis tantum dabatur in nomine venturi. vnde Hierony. ſuper Io. Qui dicit ſe in Chriſtum credere, & non credit in ſpiritum ſanctum, nōdum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne In nomine venturi, id eſt, domini noſtri Ieſu Chriſti: qui dixerunt, ſed neque ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus, iterum baptizati ſunt in nomine Chriſti explicite. Illi vero qui ſpem in baptiſmo Ioannis habebant, & patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum credebant: non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuū ab Apoſtolis ſuper eos facta, ſpiritū ſanctū receperūt. Alij vero qui nō ita credebāt, baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, vt dictum eſt. Vnde Hierony. Qui ſpiritum ſanctum neſciebant cum baptiſmum a Ioanne acceperūt, iterum baptizati ſunt, ne quis ex Iudæis vel gentilibus nomine, nec cum fide ſpiritus ſancti baptizati fuerant, non poterant accipere baptiſmi ſacramentum. Baptizati ſunt igitur in nomine Chriſti, nec iteratum eſt in eis ſacramentum, ſed innouatum. Sed quæritur, cum in baptiſmo Ioannis non conferetur remiſſio peccatorum, vt de conſe. diſt. 4. non regenerabantur. nec ad veritatē baptiſmi valeat fides alicuius, vel infidelitas officiat: de conſec. diſt. 4. quomodo. & ſeq. c. cur reiteratur baptiſmus in quibuſdam à Ioanne baptizatis: maxime cum per circumciſionem originale fuiſſet deletum, vt extra de bap. maiores, §. caute. Nam ſi dicas baptiſmum Chriſti neceſſarium eſſet etiam circumciſis, concludit ergo, quòd in omnibus baptizatis à Ioanne neceſſariū eſt: ſiue bene crederēt, ſiue male. Si autē dicas nō eſſe neceſſariū: quare ergo baptizati ſunt baptiſmo Chriſti iā à Ioanne baptizati, cum iidem eſſent circūciſi? poteſt dici forte, q. ante paſſionem Chriſti nulli erat baptiſmus neceſſarius 2, ſed tamē baptizati ſunt ab Apoſtolis ne putarent aliqui baptiſmum ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſalutem, quod credo. Vel forte à baptiſmo Chriſti, id eſt, poſtquam Chriſtus baptizatus fuit, oībus baptiſmus fuit neceſſarius, ſiue Ioannis *, ſiue Chriſti: ſed baptiſmus Chriſti, tamquam à ſeipſo ratus non indiget fidei adminiculo. ſecus in Ioannis baptiſmo. vnde baptizati ſunt quibus recta fides non affuit: quod locum habuit in baptiſmo Ioannis. Vide quod no. de conſec. diſt. 4. ex quo.

i ¶ Ebrius.] ita tamen, quòd ſentiat quid faciat quia intentio baptizati & baptizantis exigitur 3. vt infra de conſecra. diſtinct. 4. ſolet. quia nemo dicit quod non ſequit. ff. de ſup. le. l. Labeo. & ita non eſt 5 7. ca. §. ergo.

Baptizati à Ioāne an debuerunt rebaptizari baptiſmo Chriſti.

Baptiſmus Ioannis nō conferebat peccatorū remiſſionem.

2 Scilicet quia ianua paradiſi nōdū erat aperta. extra de bapti. maiores. Arch.

* *Vide B. Th. p. 3. q. 38. per totam, & præſertim ar. 6.*

3 Arg. contra de conſec. diſt. 3. baptiſmus. in fi. & ca. non illud. Arch.

Sicut

SIcut vrgeri.] CASVS. Donatiſta dicebat, q. hæreticus ſi baptizat, peccata dimittit: quod Auguſti. negabat. Sed dicit Augu. ergo eadem ratione auarus, id eſt, ſimoniacus dimittit peccata, quod ipſi hæretici negabant: verumtamen ſi attendas vim meriti, neuter dimittit. ſed ſi

rum vero ab auaritia ſeparari. Seq. §. patet.
a ¶ Dimittit peccatum.] ſ. ea. remiſſionem.
b ¶ Sic & ego.] argu. ſufficere reſpondenti dare inſtantiam: & alibi ſufficit aſſignare ratioñ. 18. q. 2. ſic enim. Et dicit Ariſtoteles octano Topicorum: optima inſtãtiarum eſt dicere, quare non ſic. Sic ordinabis argumentum. hæreticus iuſte baptizat. ergo dimittit peccatũ, quod ego nego. & inſto: auarus baptizat iuſte: ergo dimittit peccatum, quod non concederent ipſi. ſed dic inſtantiam non valere; quia ſecundũ ſuam opinionem cõcludit. ſic 27. q. 2. nuptiarum.

Inſtructio reſpondentis.

1 Inſtantiis gl. ſing. ſm Iaſonem in l. vlt. in ſi. C. vnde lib. Glo. ſimilis in l. credito ri. de oper. nous nun. vbi Alex. & Iaſon.

a ¶ Ebrius.] *Addita, ſublata, & emendata ſunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox iſta ob gloſſam. Legendum eſt enim,* ebrioſus.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 4. c. 4.

¶ De eodem. C. XLVII.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſel. l. 9. c. 35. Iuo p. 1. c. 165. & p. 2. c. 94.

SIcut vrgeri videor, cum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit[a] peccata? ſic & ego [b] vrgeo, cum dico, ergo qui cæleſtia mãdata nõ ſeruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, verbis, non factis ſæculo renuntians dimittit peccata? ſi per vim ſacramenti Dei; ſicut & ille, ita & ille: ſi per meritum ſuum; nec ille, nec ille. Illud enim ſacramentum & in malis hominibus Chriſti eſſe cognoſcitur. In corpore autẽ vnicæ columbæ [c], incorruptæ, ſanctæ, pudicæ, non habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur. [Vt ſi cuius β manus eſſet arida, verum quidem eſſet membrum; quamuis ſine ſanguine, & inefficax eſſet & mortuum: ſic & fides, cum ſit vera, tamen ſine operibus mortua eſt.] *Item paulo poſt.* ¶ Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, ſi ab hæreſi non receſſerit; quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templũ Dei, ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus.

Eph. 5.

Iac. 2.

Coloſſ. 3.

c ¶ Vt ſi cuius.] *Verba hæc vſq; ad verſ. Itẽ, in vulgatis B. Auguſtini codicibus eo loco nõ legũtur, neq. apud ceteros collectores.*

8 *Ex his itaque verbis apparet baptiſma, quod ab hæreticis tribuitur, virtute ſua remiſſionẽ conferre peccatorum.*

Sed idem Auguſtinus econtra teſtatur libro ſexto de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1. dicens.

¶ Baptiſma Chriſti, etſi nulla peruerſitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu. C. XLVIII.

ETiam [d] corde tardiores, quantum exiſtimo, intelligũt baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis, ſiue dãtis, ſiue accipientis poſſe violari. Sed γ quia [e] aliud eſt ſacramentum ab effectu ſacramenti; cũ eos, qui in ipſa vnitate eccleſiæ perdite viuunt, conſtet remiſſionẽ peccatorum nec dare, nec habere poſſe: quia non malignis, ſed bonis filijs dictum eſt: [Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei; ſi cui tenueritis, tenebũtur.] patet ergo hæreticos [f] tantum dare, vel accipere ſacramentum baptiſmi, & non dare remiſſionem peccatorum.

Ioa. 20.

γ Sed quia aliud.] *Hinc vſque ad finem verbis B. Auguſtini in ſummam redactis, ſententia tamen manet incolumis. Integer locus habetur de conſec. diſt. 4. Quomodo. §. Non ob aliud.*

Idem in ſermone xi. de verbis Domini, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.

c ¶ Vnicæ colũbæ.] quæ complectitur tãtũ grana ſine palea. 32. q. 4. recurrat. ſ. contra remiſſionem. in gloſ. fina.

EX HIS. Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, q. baptiſmus in forma eccleſiæ datus à quocumque tenet: ſed præciſus baptizatus non ſaluatur, ſicut membrum præciſum à corpore non habet ſpiritum vitæ. Ioan. de Fant.

ETiam.] CASVS. Ab iſto loco probat contrarium: ſcilicet q. baptiſma hæreticorum non habet effectum. Eſt ergo caſus talis. Dicit in hoc c. q. etiã tardi ad credendum intelligunt, q. malus dat & accipit verum baptiſma, ſed non dat remiſſionem peccatorum, qui eſt effectus ſacramenti: quia tantum bonis dictum eſt, Cui dimiſeritis peccata, &c.

d ¶ Etiam.] ab iſto loco inducit magiſter capitula, quibus vult probare, q. hæretici. & ſi ſacramentũ conferre poſſint, non tñ effectum ſacramenti. quandoque tamen inducit, q. poſſint effectum conferre, & ſub iſta alternatione venit vſque in finem q̃onis fracto fræno.

Hæretici non conferunt effectum ſacramenti.

e ¶ Sed quia.] ſicut aliud eſt elementum aliud conſecratio, vt de conſecra. diſtin. 4.

ſed ſi vim ſacramenti attendas, vterque dimittit. Nam quo ad merita vtrumque membrorum mortuum eſt: & ad hoc vt reuiuiſcant, oportet alterũ ab hæreſi, alterum vero ab auaritia ſeparari. Seq. §. patet.

per aquam. & ideo notatus fuit Cyprianus; quia non fecit iſtam differentiam. ĩ. ead. ſi quis inquit.

f ¶ Hæreticos.] ſacramentum gratiæ dat Deus etiam per ma-

Sacramẽtum gratiæ dat Deus p malos.

per malos; ipſam vero gratiam non niſi per ſeipſum, vt]. de conſe. diſt. 4. quomodo.

CORporalia.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſicut membrum amputatum ſenſu caret, & inefficax reputatur, ſic & corporalis baptiſmus hæreticorum eſt ablutio ſine effectu.

SED NOTANDVM. Hæc eſt 9. pars q. in qua dicitur, ꝙ quidam hæretici non baptizant in forma eccleſiæ, & talis baptiſmus iteratur. Alij hæretici dant in forma eccleſiæ, & talis non reiteratur. Io. de Fan.
CASVS. Soluit tunc Gratianus dicens, ꝙ ſupradict. c. & ma-

¶ De eodem. C. XLIX.

CORporalia [a] ſacramenta, quæ portant, & celebrant etiam ſegregati ab vnitate corporis Chriſti, formam poſſunt exhibere pietatis [b]: Virtus vero pietatis inuiſibilis, & ſpiritalis ita in eis non poteſt eſſe; quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot vetuſtis codicibus hoc & ſequens caput ſunt coniuncta ſuperiori.*

Item Ambroſius in libro de initiandis rudibus.

¶ De eodem. C. L.

NOn ſanat baptiſmus [c] perfidorum; nõ mundat, ſed polluit [a]: quia in diluuio [d] aquarum multarum ad Dominum non approximatur; quia, vt per Apoſtolum dicitur: [Quidquid non eſt ex fide [e], peccatum eſt.] & ipſis, qui faciunt, & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt; ſed & ad iudicium eſt. Algerus l. 3. c. 1. & 13. Pſal. 31. Rom. 14.

a ¶ Polluit.] *Hucuſque Ambroſius. Sed Algerus libro tertio c. 1. referens hunc locum, addit vſque ad ver.* approximatur, *ac deinde c. 13. citans etiam eumdem librum B. Ambroſii, adiungit reliqua huius capitis vſque ad finem.*

Item Leo ad Nicetam Aquilegienſem epiſcopum, epiſt. 77. al. 79. c. 7.

¶ Per manus impoſitionem confirmentur, qui ab hæreticis baptiſma accipiunt. C. LI.

Placuit, vt vnuſquiſq. epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis. Si vero per neceſſitatem paupertatis aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptiſmo retrahunt: qui ſi forte, dum differuntur, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint, neceſſe eſt, vt ab illis eorum [c] perditio [d] requiratur [e], quorũ ſpolia pertimeſcentes, à baptiſmi gratia ſe retraxerunt.

Item ex concilio Eliberitano, c. 48.

¶ Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat. C. CIIII.

Emendari placuit, vt qui baptizantur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant [f]: ne ſacerdos [g],

g ¶ Lauan-

a ¶ Lauandi ſunt.] quia Medioſanenſes primo aqua conſecrata puerorum pedes lauant, & poſtea baptizant: & non peccant, quia auctoritate Ambr. hoc faciunt: qa qui eſt mundus totus, non indiget niſi vt pedes lauet. Tamen in illa auctoritate intelliguntur pedes, id eſt, affectus

Lotio Mediolanenſium.

pro tempore etiam ſolutionis pretium interdici in extrauagan. Alexan. iij. de his ſane, Hug. ſatis dicitur extra de Simon. non ſatis, & cap. cum in eccleſiæ.
Additio. Adde ad hoc quod legitur, & no. ſupra ea. amicodari. Archid.

quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi ſunt [a] à ſacerdotibus, vel clericis.

Item ex concilio Triburienſi.

¶ Pro perceptione baptiſmi, vel chriſmatis aliquid exigi non debet. C. CV.

Burc. l. 4. c. 101. Iuo p. 1. c. 295.

DIctum eſt ſolere in quibuſdam locis pro perceptione chriſmatis nummos dari, ſimiliter pro baptiſmo, & communione. Hoc ſimoniacæ hæreſis ſemen deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizauit, & vt de cetero nec pro ordinatione, nec pro chriſmate, vel baptiſmo, vel pro balſamo, nec pro ſepultura, vel communione quidquam exigatur, ſtatuit; ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

Item ex concilio Cabilonenſi tempore Caroli magni, cap. 16.

¶ Non pro dedicandis baſilicis, vel pro ceteris ſacramentis eccleſiæ conferendis aliquid exigi debet. C. CVI.

Burc. l. 4. c. 93. Iuo p. 1. c. 287. Pann. l. 1. c. 98.

STatuimus, vt ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt: ita etiam pro balſamo ſiue luminaribus [b] emendis, nihil presbyteri chriſma accepturi dent. Epiſcopi itaque de facultatibus eccleſiæ balſamum emant, & luminaria ſinguli in eccleſijs ſuis concinnanda prouideant.

13 *Sicut* [c] *ergo hæc ſacramenta* [d] *licet ſimoniace miniſtrentur, tamen benedictionis effectum conferunt accipienti; ſic & ſacerdotalis vnctio, licet ſimoniace miniſtretur; ſuo tamen non debet carere effectu. Sed, ſicut ſupra dictum eſt, illa ſacramenta ſunt neceſſitatis, hæc dignitatis: & ideo priuilegia illorum non poſſunt generare communem legem iſtorum. Habent ergo ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacæ manus prauam impoſitionem. Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorantia, nec attractionis violentia; qui ab illis ordinantur, quos indubitanter ſciunt eſſe ſimoniacos; ſiue ſimoniace, ſiue non ſimoniace ordinentur ab eis. Vt enim diſtinguit Nicolaus Papa alij ſimoniace ordinantur à ſimoniacis: alij ſimoniace à nõ ſimoniacis; alij non ſimoniace à ſimoniacis. Hanc diſtinctionẽ innuit Nicolaus Papa ſecundus ſcribens omnibus epiſcopis.*

T. c. remiſſionẽ. §. ſed notandũ.

¶ De triplici genere ſimoniacorum. C. CVII.

4. ſent. diſt. 25. Pann. l. 3. c. 127.

STatuimus [e] decretum de ſimoniacis tripartita hæreſi, id eſt, de ſimoniacis ſimoniace ordinatoribus, vel ordinatis, & de ſimoniacis ſimoniace à non ſimoniacis, & de ſimoniacis non ſimoniace à ſimoniacis. ¶ Simoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores ſecundum eccleſiaſti-

SICVT ERGO. Hæc eſt 13. pars huius quæſt. in qua intẽdit probare magiſter, q. ſi aliquis ignoranter ordinatus fuerit à ſimoniaco, vel etiam compulſus, q. diſpenſatur cum tali. Si autem ſcienter fuerit ſimoniacus, vel ordinatus à ſimoniaco, non diſpenſatur cum illo: & hoc probat per ſex auctorit. Io. de Fant.

Casvs. Infert Gratia. q. ſicut hæc ſacramenta, ſ. baptiſma & chriſma, habent effectum, licet ſimoniace miniſtrẽtur, ſic & vnctio ſacerdotalis. Sed eſt aliud i illis quàm in iſtis: quia illa ſunt ſacramenta neceſſitatis: hæc vero dignitatis. Simoniaci enim habent caput vulneratum, quos ignorantia, vel alia cauſa non excuſat. Vnde Nicolaus diſtinguit. Alij ordinãtur ſimoniace à ſimoniacis. Alij ſimoniace à non ſimoniacis. Alij non ſimoniace à ſimoniacis. q distinctio probatur p ſequens capitulum.

c ¶ Sicut.] accipit hic finem altercatio Gratiani, quæ quãdoque ſimoniacos comparat hæreticis, quandoque non, vt ſ. ead. §. quia ergo. & §. ſeq.

d ¶ Hæc ſacramẽta.] ſ. baptiſma, & chriſma.

STatuimus.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte idem dicitur, qđ dictum eſt in diſtinctione Nicolai. In ſecunda parte quæ icipit ibi, [Simoniaci.] dicitur, q. ſimoniaci ſimoniace ordinati cum ſuis ordinatoribus debent deponi. Simoniaci verò ſimoniace à non ſimoniacis ordinati, ab officio male accepto remouebuntur, ſed ordinatores non deponentur: cum non ſimoniace à ſimoniacis ordinatis, poterit propter neceſſitatem diſpenſari, vt in ſuo officio permaneant.

Pedes in litteris ſacris ſignificant affectiones.

affectus, ſcilicet vt habeant cor purũ, iuxta illud: Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, &c.

b STatuimus.] ¶ Luminaribus.] Etiam in conficiendo chriſma neceſſarijs fraudem remouet. Nota

e ¶ Statuimus.] idem dicit hic, quod in §. niſi. qa ſubiungit

iungit quid iuris ſit eum ſic vel ſic ordinantur.
a ¶ Simoniacos autem non.] illi ſola voce non reatu ſimoniaci dicuntur. extra. de ſi. de ſimoniace. ſcilicet propter ordinationem à ſimoniacis factam, ſicut vſurarius quandoque dicitur qui vſuras dat. ff. de vſur. debitor.

recipere ordines ſecundum plurimos doctores: exequi tamen non poſſum ordines ſine diſpenſatione Papæ tantum ſecundum quoſdam, ſecundum alios cuiuſcumque ſuperioris. Iſta tamen diſpenſatio debet fieri in occulto, ne infametur ille prælatus, cuius crimen occultum eſt. huic

cos canones à proprio gradu decidant †. Simoniaci quoque ſimoniace à non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio male accepto remoueantur. ¶ Simoniacos autem non[a] ſimoniace à ſimoniacis ordinatos, miſericorditer[b] per manus impoſitionem pro temporis neceſsitate in officio concedimus permanere[c].

† Addendum hunc tex. not. in l. ſi quęquam. C. de epiſc. & cleri.

Sed hoc[d] intelligendum eſt de iis, qui ordinantur à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos. Hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci.

De quibus Vrbanus Papa in concilio Placentino, cap. 3. & 4. ait.

¶ De iis, qui non ſimoniace à ſimoniacis ordinantur. C. CVIII.

Magiſter ibidem.

SI qui[e] à ſimoniacis non ſimoniace ordinati ſunt, ſi quidem probare[f] potuerint ſe, cum ordinarentur, neſciſſe eos ſimoniacos eſſe, & ſi tunc[g] pro catholicis habebantur in eccleſia; talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos laudabilis vita commendat. Qui vero ſcientes ſe à ſimoniacis conſecrari (immo execrari) permiſerint; eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

C. 4.

g ¶ Et ſi tunc.] *Antea legebatur, & quòd tunc, quaſi onus id probandi incumberet volenti ſe purgare. Emendatum vero eſt ex duobus manuſcriptis illius concilii exemplaribus.*

Idem Nicolaus iunior. Hoc idem Alexander ſecundus.

¶ *Verba huius, & ſequentis capituli erga ſimoniacos ſunt in epiſtola Nicolai ſecundi, in qua concilium à ſe habitum refert: atq. ea repetiuit Alexander ſecundus in epiſtola omnibus catholicis epiſcopis directa, quæ habetur Romæ manuſcripta in tribus peruetuſtis codicibus.*

b ¶ Miſericorditer.] & ita dicitur hic, quod non receperunt executionem.
c ¶ Permanere.] in executione.

SED HOC. CASVS. Dicit Gratianus, quod hoc vltimum membrum intelligitur de illis, qui ordinantur nõ ſimoniace à ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos, quos non reatus proprius facit ſimoniacos, ſed ordinatio ſimoniaci.

d ¶ Sed hoc.] reſpicit vltimam partem capituli præcedentis, ſcilicet ſimoniacos non reatu, ſed propter ordinationem, infra ca. proximo.

SI qui à ſimoniacis.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi aliquis gratis ab epiſcopo, ſed aliàs ſimoniaco fuerit ordinatus: ſi probauerit illum tunc temporis ab eccleſia toleratum, & neſciuiſſe illum ſimoniacum fuiſſe, poterit cum illo miſericorditer diſpenſari. ſi vero ſciuerit illum ſimoniacũ eſſe, deponi debet. Sequens. c. patet, quod eſt notabile.

e ¶ Si qui.] H. intelligit hoc c. de præciſis, qui tamen neſciebantur præciſi eſſe ab ordinatis. Nam opinio eius eſt, quod ſi occultum eſt eum ordinatorem eſſe ſimoniacum, qui toleratur, ordinatus ſuſcipit executionem, vt 15. q. 7. c. vlt. niſi ſit notorium, vt 32. diſt. §. verũ. Vel niſi teſtibus hoc probari poſſit, vt s. ea. quiſquis. & ideo vt locum habeat ſecundum eum quod hic ſequitur, miſericorditer, &c. neceſſe habet legere de præciſis. Nos vero qui aliter ſentimus. arg. i. ea. quibuſdam. & s. c. reperiuntur. legimus hoc capitulum de occultis. nam quamtumcumque occulti ſint, & etiam ignoretur, iſte non conſequitur executionem. & hoc in ſimoniaco in ordine, & licet ſine culpa iſtius ordinati contingat, indiget tamen diſpenſatione; & hoc in deteſtationem criminis, & ideo dicit miſericorditer, & licet hoc ignorante, ſecus tamen in eo qui coactus eſt, vt i. ead. conſtat. Nam ille de iure admittendus eſt ad executionem: & ea eſt ratio, quia magis conſtat nobis de voluntate coacti, quàm ignorantis. nec intelligas illud capitulum de abſolute coacto, quia non recipiet characterem. extra de bap. maiores. § ſi autem.

Ordinatus à ſimoniaco occulto an recipiat ordinis executionem.

f ¶ Probare.] per ſacramentum. extra de ſent. excom. ſi vero. Vel probatur eo ipſo, quod non probatur s. C. qui mili. nõ poſ. ſuper ſeruis, lib. 12. Sed pone prælatum meũ eſſe ſimoniacum. & vult me ordinare, ſi probare poſſum non debeo ab eo ordines recipere: ſi non poſſum debeo

Simoniacus prælatus ſi vult ſubditum inuitũ ordinare, quid iuris.

huic tamen obuiat extra cap. per tuas. Io. Hoc teneas pro certo, quod ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo, vt in præ decre. per tuas. & i. ead. de cetero. & ſi vellet me cogere, potius debeo pati excommunicationem, vt extra de ſent. excom. inquiſitioni.

f ¶ Probare.] hinc arg. quod qui ignorantiam allegat, eã probare debet 1. & cum probatio tripliciter fiat, tunc ſcilicet directe cum probato eo ex quo id quod intendit, neceſſario aut veriſimiliter ſequitur: ignorantiæ tamen veriſimilis probatio ſufficit; quod patet ex eo quod dicitur, tunc pro catholicis habebantur. ex his quoque verbis ſeq. ſi tamen eos laudabilior vita cõmendat, argui poteſt præcedentia merita ad delicti poſt commiſſi veniam impetrandam prodeſſe. arg. ff. de re mili. non omnis. Io. argu. allegantem ignorantiã debere eam probare, vt infra 9. quæſt. 1. ordinationes. i. 34. quæſt. vlti. in lectum. extra. de elect. innotuit. s. diſt. 82. propoſuiſti. contra. i. 3. q. 9. indicas. contra. B.

Ignorantiam allegans, eam probare tenetur.
1 Concor. tex. in l. ſ... rius. & ibi glo. & l. cum de indebito. & glo. in ver. ignorans. ff. de proba.

g ¶ Et quod tunc.] 15. quæſt. vl. cap. vlt. ar. i. 9. quæſt. 1. cap. 5. contra. Solu. ibi namque dicitur quod ſi qui ab hæreticis nominatim excommunicatis fuerint ordinati, ignorantes illos eſſe damnatos: eorum ordinationes ratæ habebuntur. hic autem dicit tunc ratas eſſe ſi eorum ordinatores pro catholicis habebantur. vnde colligi-

ligitur, q. ſi tunc nõ catholici, ſed dãnati habebantur, talium ordinatio non toleratur. Sed ſciendum eſt, q nõ ſemper contrarius ſẽſus auctoritatis pro lege & certa ratione ſuſcipiendus eſt, ſicut in nonnullis decretorum locis diligentia lectoris inueniet. Vel dicatur ſtrictius ſe ha-

Senſus contrarius nõ eſt ſemper pro lege ſuſcipiendus.

d ¶ In dignitate.] id eſt, in ordine, extra de ſimo. tanta, & uo. infra ea. q. 5. c. 1. ¹ cum enim furtiuus ſit character, infra ea. ordinationes. non poteſt diſpenſari. M. ſecus dixit extra de ſimo. ex inſinuatione.

¹ Et not. extra de renũtiatio. poſt tranſlationem. ibi videas.

C Onſtat.] CASVS. Dicitur hic, q. ſi qui per coactionem ab hæreticis fuerint ordinati, ſi eorũ communioni non cõſenſerint, ſed ſtatim ceſſante violentia ad eccleſiã redierint, ſufficienter excuſantur: at qui poſt menſem redeunt, rei tunc ſunt acceptæ dignitatis.

¶ De eo, qui ordinatur ab illo, quem ſcit ſimoniacum eſſe. C. CIX.

Iuo p. 5. c. 79. Pann. l. 3. c. 126.

DE cetero ſtatuimus, ut ſi quis in poſterum ab eo, quẽ ſimoniacum eſſe non dubitat [a], ſe conſecrari permiſerit; & conſecrator, & conſecratus non diſparem damnationis ſententiam [b] ſubeant: ſed uterque depoſitus pœnitentiam agat, & priuatus propria dignitate perſiſtat.

Item paulo ſuperius.

¶ Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericordia. C. CX.

Magiſter ibid. Deuſdedit p. 2. Iuo p. 5. c. 79. Pann. l. 3. c. 125.

ERga ſimoniacos nullam [c] miſericordiam in dignitate [d] ſeruanda habendam eſſe decernimus; ſed iuxta canonum ſanctiones, & decreta ſanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe, apoſtolica auctoritate ſancimus.

Subaudiendum eſt, niſi violenter attracti fuerint. De his enim, & à quibuſlibet hæreticis violenter ordinatis ait Innocentius ad epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5.

¶ De ijs, qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur. C. CXI.

† Eodem] ori. id eſt, Bonoſo

COnſtat multos vim paſſos, atque inuitos, attractos, repugnãteſque ab hæreticis † ordinatos: ſed huiuſmodi aliquis, ſi poſt ordinationem talem non interfuit, cum illi conficerent ſacramenta, ſi communioni eorũ participatus non eſt, ſi ſtatim [e] diſcedentibus illis [a] peſſimo conciliabulo eorum abrenuntiauit, & ad Eccleſiam redijt [f]; iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis [g]. Ceterum qui poſt [h] menſem, aut amplius redierunt, cum ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos; quãuis nihil ab eis acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis.

a ¶ Illis.] *In editione trium tomorũ legitur,* diſcedens de eius peſſimo. *Sed editio quatuor tomorum, & codex canonum habet vt Grat, multa aũt in hoc capite collector arbitratu ſuo aptauit.*

Tales [k] plerũq. intuitu pietatis reformat catholica mater indicamus.

e ¶ Si ſtatim.] Ar. q. ſi qua alicui traditur inuita, & pro viribus renuẽs: ſi ſtatim poſt traditionem fugerit, non tenet illud matrimonium: quod præſumitur ex verbo, ſi ſtatim, maxime ſi numquam conſenſit. ² & ita per ſequentia deprehenduntur præcedentia 1. 22. q. 2. quod aut. de pœn. diſt. 3. Iudas.

Matrimonium non tenet ſi mulier inuita alicui tradita ſtatim fugerit.

² Adde ad hoc quod legi. & not. ĩ. 44. diſt. multis.

f ¶ Redijt.] eo animo vt iterum non redeant ad eos: ſicut dicit lex, q. is qui fugit ab hoſtibus eo animo vt iterum ad eos redeat, non habet poſtliminium. ff. de cap. & poſtli. re. l. nihil intereſt C. e. l. pe. nec enim ſatis eſt domũ quem rediſſe, ſi mente alienus eſt, vt ff. de offic. præſi. l. 1. diuus. & 3. q. 9. indicas.

g ¶ Excuſationis.] ar. q. coactio excuſat in ordinibus. ſic 50. diſt. presbyteros. 15. q. 6. c. 1. 20. q. 3. præſens. arg. cõtra. 15. q. 1. merito. & infra de conſe. diſt. 4. eos, quos.

Coactio in ordinibus excuſat.

h ¶ Poſt menſem.] ar. q. ſi aliqua alicui inuita tradita fuerit: q. aliquanto tempore cum eo in domo manſerit, & cum potuerit non effugerit; ſi poſtea virum dimiſerit, poterit reuocari ab eo: quia ex tanto temporis conſenſu ratum fuit matrimonium. ar. 31. quæſt. 2. de neptis. 63. diſtin. quanto. 50. diſtin. presbyteros. & diſt. 45. de Iudæis. & extra de ſpon. ad id quod.

i ¶ Amplius.] arg. ad probandum conſenſũ interfuiſſe matrimonio, ſi non ſtatim diuertit dum poterit. 26. q. 7. reuertimini.

ctius ſe habere in ſimoniacis propter odium ipſius hæreſis catholicis: & mitigantius in alijs peruerſis ordinationibus, quod illo c. demonſtratur, 9. q. 1. ab excommunicatis. Vel quod hic dr catholicis, non ad ordinantes, ſed ad ordinatos refertur. B.

a ¶ DE cetero.] ¶ Non dubitat.] quia eſt notorium vel per ſententiam. H. ſed contradicit litera.

b ¶ Sententiam ſubeant.] Tu intellige de eo quem probare potuit ſimoniacum, qui eſt ordinandus. melius intellige ſecundum quod dixi in glo. ĩ proxi. c. in glo. per ſacramentum. ver. hoc teneas. A.

ERga ſimoniacos.] CASVS. Dicitur in hoc c. q ſimoniaci ad aliquam dignitatem promoti deponi debent: & nulla cum eis poterit fieri diſpenſatio. Patet ſequens §. vbi excipit violenter attractos: ſiue à ſimoniacis, ſiue ab hæreticis attracti fuerint.

c ¶ Nullam.] infra ead. ſi quis neque. infra ead. q. 7. requiritis. infra ead. q. 5. c. 1. contra. Sol. hic ſimonia eſt in promoto & promouente.

TALES. CASVS. Dicitur in hoc §. q tales ſ. ab hæreticis violẽter attracti: ſiue ſtatim redierũt, ſiue non, quandoque de miſericordia tolerantur: ſed cum ſimoniacis non diſpenſatur: nec authenticare, id eſt, fructuoſam poſſunt agere pœnitentiam, niſi renuntiauerint illi quam: ſunt ſimoniace adepti: & tunc diſpenſatur cum eis, vt cum minoribus hæreticis diſpenſatur. Sequẽs capit. patet. in quo oſtenditur qualiter cum hæretico diſpenſetur.

k ¶ Tales.] ſcilicet qui cõſenſerint hæreticis: vel ſtatim receſ-

receſſerunt, vel non ſtatim. Idem intelligo etiam poſt momentum, ſi iam conſenſiſſent. Et idem poſt centum annos, ſi non conſenſiſſent. Nam ſemper accuſarentur. ff. de re mil. non omnes. §. qui captus. factum ergo tãgit hoc dicendo, ideo tamen dicit, qui poſt menſem: quia

ff. de his quæ in frau. cre. ſi pignus. Item numquid eſt ſimonia abrenuntiare beneficio vt alij detur. Non: niſi deducatur in pactum: vt extra de præben. dilecto. ſpem tamen a inde habere non eſt ſimonia. extra de pact. cũ pridem. Item qualiter regnũ Dei pecunia poſſit emi: cũ nihil

nus impoſitio cum ſatisfactione, & medicina pœnitentiæ: ſed damnationem ſimoniacorum, & eorum, qui eis conſenſerunt, legimus; medicinam vero authenticam [a] *ex hac hæreſi nominatim non legimus: niſi quòd, ſicut vſurpatũ eſt* [b] *in Nouatianis* [c], *vel Donatiſtis, minoribus* [d] *vtique hæreticis non canonice, ſed ex intuitu pietatis; ita etiam* [e] *ex his poſſe fieri colligimus, ideo etiam, quia aliorſum* [f] *per omnia orthodoxam habent fidem, niſi quòd ſpiritum ſanctum credunt eſſe venalem. Et, vt ait beatus Auguſtinus, hæretici, cum redierint, qua parte ſe absciderint ab eccleſia, curentur; qua vero parte adhæſerint, cognoſcantur* [g]. *Hinc & Leo Ianuario* [a] *Aquilegienſi, epiſt. tertia.*

ã ¶ Ianuario.] *Sic etiam citatur infra ead. q. 7. c. ſaluberrimum. & ſic habetur in manuſcriptis Leonis codicibus, quamuis in excuſis ſit, Iuliano. Ceterum verba ipſa epiſtolæ referuntur in dicto c. ſaluberrimum. & ex parte. ſupra ead. c. ſi quis hæretica. Nam hic ſententia potius affertur.*

¶ Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perſeuerent. C. CXII.

OMnis cuiuſlibet ordinis clericus, qui catholicam deſerens vnitatẽ, hæreticæ, vel ſchiſmaticæ coniunctionis contagione ſe maculauerit; ſi ad eccleſiam redierit cum legitima ſatisfactione, & erroris ſui damnatione; hoc in magno beneficio habeat [h], ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inuenitur [i] ordine permaneat.

De his autem, qui ordinantur ſimoniace à non ſimoniacis (vtpote illi, qui data pecunia archidiacono, vel conſiliarijs epiſcopi, epiſcopo ignorante, hoc efficiunt, vt de manu eius ſacros ordines accipiant) ita ſcribit Gregorius VII. lib. 6. Reg. in ſynodo Romæ habita, anno Domini 1078. die 19. Nouembris, c. 3.

¶ Ordinationes, quæ ſimoniace fiunt, falſæ iudicantur. C. CXIII.

ORdinationes, quæ interueniente pretio [k], vel precibus [l], vel obſequio alicui perſonæ ea inten-

& ſi intra menſem redierint, ſemper fuiſſe inuiti præſumuntur: niſi contrarium probaretur: ſed poſt menſem præſumerentur conſenſiſſe, niſi contrarium probaretur. Et eſt ſi. C. ad Velleia. l. ſi mulier perfecte.

a ¶ Authenticam.] id eſt, fructuoſam: niſi executioni rei adeptæ renũtiauerint, vt infra ea. q. ſi quis neq.

b ¶ Vſurpatũ eſt.] id eſt, contra rigorem factum eſt: argum. C. de iur. do. vbi.

c ¶ Nouatianis.] infra ea. q. 7. Maximũ. & c. Donatum.

d ¶ Minoribus.] non enim cũ maioribus hæreticis diſpẽſatur, vt infra. q. 7. cap. 1.

e ¶ Ita etiam.] cũ ſimoniacis eſt diſpenſandum, vt iam habebitur.

f ¶ Aliorſum.] quaſi dicat, & hoc facit ad diſpenſationem.

g ¶ Cognoſcantur.] arg. q. ſi inſtrumentũ ſit falſum in aliqua parte, & in aliqua verũ: vbi verũ eſt, debemus illud recipere. C. de tranſ. ſi ex falſis. ar gu contra. 9. diſt. ſi ad ſacras. & 42. diſt. cap. quieſcamus.

h OMnis.] ¶ Habeat.] Si tñ iterata vnctione nõ fuerit maculatus, vt ĩ. q. 7. ſaluberrimum.

i ¶ Inuenitur.] Si tñ illos ordines ſimoniace non reciperet, & cum quibus diſpenſet, & cũ quibus nõ, dicũt a alij verſus.

Si bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur:
Vt ſubuertatur fidei ſtatus ordo petatur.
Vel ſi præſtetur quod vtrumque Simon operetur.
Vt diſpenſet, ſpes irrita prorſus habetur. ĩ. ea. ſi quis.

DE HIS. CASVS. Proſequitur de his Gratianus hic, qui ſimoniace à non ſimoniacis ordinantur, & caſus planus eſt.

ORdinationes.] CASVS. Dicitur hic q; falſa iudicatur ordinatio, quæ pretio, precibus vel obſequio cõfertur. Idem dicitur de ordinatione eius, qui canonice non eligitur: quia taliter ordinatus nõ intrat per oſtiũ, ſed fur eſt & latro. Patet ſeq. §.

k ¶ Pretio.] dato, vel retento vel promiſſo. C. de trãſa. l. tranſactio. nã remittere dare eſt. extra de teſti. veniẽs a.

nihil ſit ſpiritualius. de pœnit. diſtinct. 1. medicina. & nõ ordo vel honor eccleſiaſticus. & eſt ratio: quia cum vendente regnum cælorum non poteſt eſſe malitia: hic ſecus. ſed falſum eſt regnum Dei emi: ſed ex miſericordia meritiſque præcedentibus acquiritur. 13. q. 2. animæ. de pæ. diſt. 1. medicina.

k ¶ Vel precibus.] Hoc de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis, vel à ſe porrectis: aliàs non, vt infra eadem. latorem.

l ¶ Vel precibus.] Hic habes q; preces inducunt ſimoniam, vt ĩ. c. ſunt nonnulli. 8. q. 1. Moyſes. & hoc verum eſt ſi aliquis pro ſeipſo petat. talis autẽ ſe ingerit: quod non licet, vt 8. quæſt. 1. in ſcripturis. & extra de iure patro. per noſtras. Alij dicunt, quòd aliquis pro ſe, ſi eſt dignus

Beneficij renunciatio vt alij detur, non eſt ſẽper ſimoniaca.

a Spẽ ma. Pan. Fel. in c. cõſultationes. de ſimo. Ang. & legiſtæ in l. ſed & ſi le ge §. conſuluit. de petit. hered.

Ĩ. ead. c. quodquidam. verſ. ſed ſicut.

Ĩ. ea. c. ſi qs hæreticæ. & ĩ. ead. q. 7. c. ſaluberrimum. Poly. l. 7. tit. Pann. l. 3. c. 131.

inſtrumẽtũ pro parte verum & pro parte falſum eſſe poteſt.

Poly. l. 2. tit. 38. Iuo p. 5. c. 81.

a Et no. 9. q. 2. i ſum. ibi videas. nã ibi ponuntur cõcord. ad ea que ſequũtur. Arch. Verſus.

Preces aliquãdo inducunt ſimoniam.

dignus, poteſt petere. nam Petrus dixit: Quid ergo fiet nobis, qui ſecuti ſumus te? & ita pro ſeipſo petijt. Sed ſi preces porriguntur ab alio, diſtinguitur, vt 8. q. 2. in ſũma. & q. 1. c. Moyſes. Io.

a ¶ Intentione.] ergo ſine ea intentione nõ eſt ſimonia, aliàs ſecus, vt not. extra de ſimo. nemo. H.

vult probare in quibus & quibus modis committitur ſimonia directe. & dicit ꝙ tribus: ſ. in munere à manu: munere à lingua: munere ab obſequio, & hoc vſque ad §. [Quolibet.] Ioan.

tione [a] impenſo, vel quæ non communi conſenſu cleri, & populi ſecundum canonicas ſanctiones fiunt, & ab ijs, ad quos conſecratio pertinet, non comprobãtur, falſas † eſſe dijudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per oſtium, ideſt per Chriſtum intrant; ſed, vt ipſa veritas teſtatur, fures [b] ſunt, & latrones.

† *irritas*] ori. & Polyc.

Io. 10.

14 *Quia ergo ſimonia tripliciter in capitulo notatur, videndum eſt, quot modis pretium in hac hæreſi detur.*

Hoc beatus Gregorius in Euangeliorum tractatu hom. 4. in fine exponit dicens.

¶ De multiplici genere ſimoniacorum. C. CXIIII.

Anſ. l. 6. c. 83. Burc. l. 1. c. 113. Iuo par. 5. c. 86. Pann. l. 3. c. 121.

SVnt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt [c], & tamẽ ſacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem, laudis ſolummodo retributionem quærunt. ¶ Hi nimirum, quod gratis acceptum eſt, gratis nõ tribuunt: quia de impenſo officio ſanctitatis, nummũ expetunt fauoris. Vnde bene, cum iuſtum virum deſcriberet [d] propheta, ait: [Qui excutit manus ſuas ab omni munere.] Neque enim dicit, qui excutit manus ſuas à munere, ſed adiunxit, [ab omni:] quia aliud eſt munus ab obſequio [e], aliud munus à manu, aliud munus à lingua †. Munus quippe ab obſequio eſt ſubiectio † indebite impenſa. Munus à manu, pecunia eſt. Munus à lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni [f] munere manus excutit; quando in diuinis rebus non ſolum nullam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam [g] non requirit.

Eſa. 33.

1 Concor. ex. in l. qd Mæuius. ff. de hære. inſti. & in l. à procuratore. & ibi bona gl. C. manda.

† *al. ſeruitus*

Idem in regeſto.

¶ Aeternam damnationem inueniet, qui quolibet munere ad ſacros ordines accedit. C. CXV.

SI quis neque ſanctis pollens moribus, vel neque à clero, populoq. vocatus [h], vel pulſatione coactus, impu-

SVnt nonnulli.] CASVS. Oſtenditur hic, quòd non ſolum ſi pecunia accipiatur pro ordinatione committitur ſimonia: ſed ſi obſequium vel fauor, ſiue humana gratia propter hoc accipiat. & hoc probatur auctoritate Eſaiæ.

c ¶ Accipiunt.] extra de ſi. & ſi quæſtiones.

d ¶ Deſcriberet.] nõ eſt in Eſaia id quod ſequitur, ſed in pſalmo: Iudica me domine: ibi, in quorũ manibus.

e ¶ Ab obſequio.] & ſic videtur, ꝙ nõ poſſim ſeruire pro beneficio, vt hic. & ſ. c. præ. ar. contra. 12. q. 2. quicumque ſuffragio. & c. charitatẽ. & de cle. non reſi. de cetero. licite etiam poteſt quis ſperare vel appetere dignitates, vt 74. diſt. conſuluit. 61. diſt. qd proderit. & extra de pac. cum pridem. Sol. H. dicit ſi directe habeat animum ad hoc cum ſeruit, eſt ſimoniacus, vt 8. q. 1. ſunt quidam. Sed tu dic ꝙ ſi dignus eſt, & dignũ exhibet ſeruitium, nõ eſt ſimoniacus, vt hic, & extra de cle. non reſi. de cetero. aliàs ſi indignus eſt, vel dignus, & indigne ſeruit, ſimoniacus eſt: & hoc notauit cum dixit, Seruitus indebite, &c. & licet dignus ſeruire poſſit, non tamen hoc poteſt duci in pactionem. nam illud ſimoniacum eſt. extra de pac. pactiones. nullum ergo munus dabit niſi illud quod aliàs fuiſſet daturus propter aliquas neceſſitates, vt extra ead. & ſi quæſtiones. vel niſi det xenium aliquod, vt ff. de of. procon. l. ſolẽt. §. vlt. vel niſi recipiat illud ad ſtipes templi, vt ĩ. ead. iudices.

f ¶ Ab omni.] vt omnia particularia & ſingularia comprehenderet. ſ. 19. diſt. ſi Romanorum. ſi. ĩ. 14. q. 3. putant. infra e. q. 3. ſaluator. §. 3 [2] q. 1. ꝙ ſi dormierit 2. No. ꝙ dicit indebite, nam ſi debite impendatur, nõ ita ſit, vt ĩ. ea. q. 3. ſaluator. Et exponit Bazianus indebite, cũ indebite dignus, vel debite indignus ſeruit pro beneficio. aliàs non. ar. inſti. de ſocietate. §. de illa.

2 Per iſta iura vt ꝙ idem eſſet ſi ſimpliciter dixiſſet.

g ¶ Gratiam.] ſ. 24. diſt. quando.

SI quis.] CASVS. Si quis per ſimoniacam prauitatem ordinem vel dignitatem eccleſiaſticam acceperit, niſi in vita reliquerit, & finaliter pœnituerit, in æternum peribit. Planum eſt ſequens capitulum, & per ſe patet.

h ¶ Vocatus.] Et etiam licet valde dignus ſit, non tamẽ effrænata temeritate, ſed trepida deliberatione onus ſacerdotij

b ¶ Fures.] Videtur ergo cum ſimoniacus furi comparetur, ꝙ cum ſimoniaco nemo poſſit diſpenſare, niſi renunciet ordini male ſuſcepto, vt ĩ. ead. ſi quis neque. & ſ. ead. erga. & extra ea. nobis. in fi. quia nec vitium furti purgatur, niſi res furtiua redeat in poteſtatem Domini, vt 14. q. 6. ſi res aliena. Iſtud ſatis concedi poſſet: & ſecundum hoc poſſet dici, ꝙ ſimoniacus nec etiam characterem reciperet: quia ſimoniacus debet renunciare rei, quam vitioſe eſt adeptus. Conſtat ꝙ executioni nõ renunciet, quia executionem numquam habuit, characteri etiam non poteſt renunciare. Vnde ſatis videtur quòd non receperit characterem: niſi velles dicere ꝙ recepiſſet poſſeſſionem characteris: ſicut fur dicitur habere rem furtiuam, ideſt, poſſeſſionem rei. tamen credibilius eſt vt dicatur quòd habeat characterẽ, & quòd Papa poſſit cum eo diſpenſare, licet ille non renunciet, nam etiam vitium furti poteſt purgare apud furem manente. ff. de vſuca. ſi fur. in prin. idem videtur in violento detentore, vt ff. de preca. certe. §. Iulianus 1.

Simoniacus furi cõparatur.

Papa diſpẽſare põt cum ſimoniace ordinato, licet ordini male ſuſcepto non renunciet.

3 Sub. vnde nõ eſt opus ceſſione. argu. ꝗ pecu. l. peculiũ. §. pe. in fi. ſed ſufficit factũ cõfirmari. ff. de ſucceſ. l. cũ vir.

QVIA ERGO. Hæc eſt 14. pars quæſtionis, in qua

denter Chriſti ſacerdotium iam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore [a], vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu [b], ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento [c] munuſculo epiſcopalem, ſeu ſacerdotalem, nõ lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſponte [d] reliquerit, eumque inſperata α mors [e] pænitentem non inuenerit; proculdubio in æternum peribit.

α ¶ Inſperata.] *In aliquot vetuſtis Gratiani codicibus legitur,* in aſpera mors pænitentia.

Hinc idem Gregorius Ioanni Corinthiorum epiſcopo, lib. 4. epiſt. 55. ſeu c. 99. ſcribit.

¶ Pro ordinationibus nihil omnino accipiatur. C. CXVI.

3. diſt. 100. c. nouit.
Anſ. l. 6. c. 90.
Poly. l. 2. tit. 1.

DE ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione vetuimus. Oportet ergo, vt neque per commodum †, neque per gratiam, aut quorumdam ſupplicationem [f] aliquos ad ſacros ordines cõſentiatis, vel permittatis adduci.

† *al. donum*

Item vniuerſis epiſcopis per Elladem † prouinciã conſtitutis, eod. lib. epiſt. 56. ſeu c. 100.

† *al. Helledam*
Et eod. l. ep. 51. & 55. & l. 5. epiſto. 7.

¶ Nec pretio, nec prece, nec gratia, nec ſupplicatione aliqui ad ſacros ordines accedant. C. CXVII.

Burc. l. 1. c. 21.
Iuo p. 5. c. 108.

QVibuſdam [g] narrantibus agnoui, quòd in illis partibus nullus ad ſacrum ordinẽ ſine commodi datione perueniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemens denuntio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoq. diu ſtare [h] non poterit. ¶ Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noſter per ſemetipſum fecerit: quia ingreſſus in templum cathedras vendentiũ columbas euertit. Columbas quippe vẽdere eſt, de ſancto ſpiritu (quem ſibi conſubſtantialem Deus omnipotens per impoſitionẽ manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere. Ex quo, vt prædixi, innuitur, quid ſequatur: quia, qui in templo Dei columbas vendere præſumpſerunt, eorum [i], Deo iudice, cathedræ ceciderunt. ¶ Qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque, qui ad ſacrum ordinem perducitur, iam in ipſa prouectus ſui radice vitiatus, paratior [k] eſt alijs vendere, quod emit. Et vbi eſt, quod ſcriptum eſt? [Gratis acce-

Matth. 21.

ſacerdotij debet ſubire, vt ĩ. ead. non eſt putanda. & diſt. 13. nerui. 61. diſt. miramur.

Beneficiũ conferens indigno pp amorẽ, ſimoniacus eſt.

a ¶ Amore.] Ex hoc collige omnem illum eſſe ſimoniacum, qui ductus amore alicui indigno beneficium confert. ar. extra de ſim. nemo. nam ex quo fauor tertij nimium fauoris inducit: multo magis ipſius qui ordinatur. Vel expone hoc ita ꝙ ceſſet iſte intellectus, ſ. iniuſto cordis amore: id eſt, cupiditate & ambitione.

b ¶ Comitatu.] id eſt, ſeruitio.

Mun⁹ fraudulentum.

c ¶ Fraudulento.] Fraudulentũ eſt munus cum dicit ſe aliàs voluiſſe hoc ei dare, vt extra ea. & ſi quæſtiones. Vel quando altera pars dicit ſe expẽſas feciſſe, & illas petit vt credat beneficio, vt extra de pac. cum pridem.

d ¶ Non ſponte.] hoc idem de quolibet crimine: ſed hoc dicitur ad terrorem. Et not. ꝙ dicit ſponte: quia ſi cogeretur iuris ordinem dimittere: niſi ſponte, non valeret ei ad ſalutem.

Pænitẽtia non valet ad ſalutem niſi perſeueret vſq. in finẽ.

e ¶ Mors.] Ex hoc (vt dixi) in quolibet crimine non valet pænitentia ad ſalutem, niſi perſeueret animo vſque in finẽ. de pæ. diſt. 1. §. his autem. verſ. item illud. Ioannes. Et licet de omnibus alijs criminibus poſſit quis pænitere ordine retento, vt 82. diſt. presbyter. 50. diſt. de his. hic non, niſi ſe nuntiet ordini. extra de ſi. tanta. vnde non videtur ꝙ hic locum habeat admonitio vel denũtiatio. Ar. cõtra. ĩ. q. vl. c. patet. dic vt extra de accuſatio. ſuper his.

f DE ordinationibus. ¶ Supplicationem.] ĩ. e. latorẽ. contra: vbi Papa ad ſupplicationem quorumdã ordinat quẽdã. Sed diſtinguetur aut aliquis petit pro ſe: aut alius pro ipſo, vt ĩ. ea. ordinationes. 8. q. 1. §. his. vel dic, ibi de carnali, hic de ſpirituali.

QVibuſdam narrantibus.] CASVS. Dicitur hic ſacros ordines vel eccleſiaſticos gradus non gratis, ſed commodi datione acceptos diu ſtare nõ poſſe: cum intus orti per cõſecrationẽ iam decidãt. Secundo, quia Dominus cathedras vendentium columbas de templo euertit. Tertio, quia paratiores ſunt alijs vendere quod emerunt. Quarto, quia ipſorum hæreſis in primitiua eccleſia fuit damnata. Secunda ratio eſt ibi, [Scimus quippe.] Tertia ibi, [Qui videlicet. Quarta ibi, [Et cum primo.] Patet c. ſeq. per ſe.

g ¶ Quibuſdam.] Primo dicit Gre. ſe dolere ꝙ in illis partibus nemo promouetur ad ſacrũ ordinẽ ſine cõmodi datione. Secũdo probat auctoritate Dñi ſimoniacos ipſo iure eſſe ſuſpenſos. Tertio prohibet hoc de cetero fieri: & ſtatuit pœnam in committentes.

h ¶ Stare.] quo ad id in quo nũq̃ ſtetit. ſ. quo ad executionẽ. ar. ff. de cõſt. pecu. id qd. ar. cõtra. 32. q. 2. Moyſes.

i ¶ Eorum.] et ita ſimoniaci et occulti ipſo iure ſunt ſuſpenſi: non tamen vitandi ſunt ſecũdum quoſdam, cum probari non poteſt eis ſimonia, 6. q. 1. ſi tantũ. ſic exaudi extra de ſimo. tanta. & ĩ. ead. reperiuntur.

K ¶ Paratior.] Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. [Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu:] & eſt ſi. i auth. vt iud. ſine quoquo ſuf. §. 1. coll. 2. vbi dici

Acroſ. Horatius epiſtolis

ubi dicitur:dato enim vno illicito principio, neceſſe eſt eum,qui dationē facit plures manus circuire.&c.

a ¶ Et actionis.]Hic argue carnales preces pro digno porrectas non facere ſimoniam.ſecus in pecunia vel obſequio:quæ loco pretij intercedere ſolent, quod preces non

ſed & pro indigno magis deteſtatur eccleſia munerum dationem, quàm precum effuſionem. Vel dic ꝙ hæc dictio,niſi,non excipit à ſupplicatione,ſed à verbo promouere.ſic ponit.ĩ.58.diſt.ſedulo.ver.nouerint.

b ¶ Nullus.] ¶ Culpetur.]Et puniatur pœna centum aureorum: & irrogatur infamia, qui petierit aliquam dignitatem. ff. ad leg. Iu.de ambitu.l.1.& ĩ. q.7.ſancimus.Arg. ĩ. ff.de offi. præto. Barbarius. ſed ſoluetur, ĩ.q.6.ſicut is.

Preces carnales p digno porrectæ ſimoniam non faciunt.

Bona quæſtio.

Infamia irrogatꝰ dignitatē petenti.

piſtis, gratis date.] Et cum primo contra ſanctam eccleſiam ſimoniaca hæreſis ſit exorta; cur non perpenditur, cur non videtur,quia eum,quem quis cum pretio ordinat, prouehendo agit, vt hæreticus fiat? Ideoque hortamur, vt nullus veſtrum denuo hoc fieri patiatur;ſed neque gratia alicuius, neque ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promouere,niſi eum,quem vitæ,& actionis[a] qualitas ad hoc dignum eſſe monſtrauerit. Nam ſi aliter factū denuo ſenſerimus, diſtricta, & canonica illud noueritis vltione compeſci.

Item Symmachus ad Cæſarium,epiſt.1.c.5.

¶ Ad epiſcopalem honorem nullus per ambitum accedat. C. CXVIII.

Anſel.l.6.c.76.

NVllus itaque per ambitum ad epiſcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic exceſſus in laica cōuerſatione culpetur[b];quis dubitat,quin religioſis[c], & Deo ſeruientibus incutiat opprobrium?

Item Gregorius Adeodato epiſcopo, lib.2. indict. 11. epiſt.48.

¶ De eodem. C. CXIX.

EStote ergo præcipue in ordinatione ſoliciti, & ad ſacros ordines † niſi prouectiores ætate, & mundos opere nullatenus admittatis;ne forte ſemper eſſe deſināt, quod immature eſſe feſtinant. Eorum enim, qui in ſacro ſunt ordine collocandi,prius vitam, moreſque diſcutite; & vt dignos huic officio adhibere poſsitis,non vobis potentia,aut ſupplicatio quarumlibet ſubrepat perſonarum. Ante omnia autē cautos vos eſſe oportet, vt nulla proueniat in ordinatione venalitas;ne(quod abſit)& ordinatis,& ordinantibus periculum maius immineat. Si quādo igitur de his tractari neceſſe eſt,graues[d],expertoſque viros conſilijs † veſtris adhibete participes,& cum eis communi de hoc deliberatione penſate.

† ordines aſpirare,niſi]ori.

† al. conſilÿ veſtri

¶ Caput hoc duobus locis, vbi viſum eſt expedire, locupletatum eſt ex originali.

Idem Columbo epiſcopo,lib.2.indict.11.epiſt.47.

¶ Neque fauore, neque venalitate ad ſacros ordines quiſquam promoueatur. C. CXX.

Anſel.l.7.c.46.

PVeri[e] ad ſacros[f] ordines nullatenus admittantur; ne tanto periculoſius cadant,quanto citius[g] conſcende-

c ¶ Religioſis.] ideſt, clericis.& per hoc expone illud c. 20. q. 3. præſens.in fi.arg.gradum altiorem grauius facere commiſſum, vt ĩ. 11.q.3.præcipue.arg. ĩ. 25. q. 1. nulli. & 8. q. 2. illud quidem.

Gradus altior aggrauat delictū.

EStote.] CASVS. Præcipit hic Gre. vt epiſcopi promoueant mundos corpore,& prouectiores ætate,& qui ſunt moribꝰ commendati:nec potentia nec ēt ſupplicatio aliqua præualeat, ſed merita perſonarum.

d ¶ Graues.] ĩ. 24. diſt.quando.

PVeri ad ſacros ordines.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ pueri ad ſacros ordines nō ſunt præpropere promouendi. Item dicit ꝙ venalitate vel potētia vel ſupplicatione vel fauore,non debet indignus aliquis promoueri.Seq.§.cū ſeq. c.patet.

e ¶ Pueri.] pueri dicuntur intra xiiij. annū ext.de ætat.& qual. c.indecorū.vel pueri, i.Neophyti ĩ.48.diſt. ſicut Neophytus.

f. ¶ Ad ſacros.] nam minores ante xiiij. annum bene poſſunt accipere, licet nō omnes,& ita intelligatur 77.diſt.c.3.quia non acolythatum.77.diſt. in ſingulis. Tamen ſi puer ordinetur in ſacris ordinibus, bene recipit characterē: cū

Pueri quiſūt. Hoc verbum, puer, alias habet ſignificationes, vt not. 77. diſt. in veteri.

Puer in ſacris ordinatus characterē recipit.

ces non faciunt,vt ĩ.ead.q.5.c.vlt.& licet pro indigno porrectæ facerent ſimoniam,tamen propter merita digni ab hac excuſantur,vt ĩ.32. q. 2. quidquid. Io. Sed quare minus committitur ſimonia in precibus oblatis pro digno quàm in pecunia?Reſpondeo:ideo quia in precibus nihil dat de ſuo:& ideo ibi nullum intelligitur eſſe commercium.nam perdere verba leue eſt: & ita nihil peruenit ad accipientem.ar.C.de do. inter vi. & vxo.maritus.ff. de don.Ariſto.ſed in alio caſu dat,

Perdere verba leue

poſſit recipere minores ordines,vt in d.c.in ſingulis.Sed nūquid tenet continere? ſic,ſi eſt doli capax: aliàs nō 2. Nam & voto & ſacramento ſe obligare poteſt doli capax. extra de delī.puc.c.1.ſed religioni non,vt not.27. q.2. §.cum ergo.20 q.2.c.2.

f ¶ Ad ſacros.] ſi tamen ordinentur,ordines ſuſcipiūt ſacros,etiam ſeptennes.

g ¶ Quanto citius.] ĩ.diſt.48.ſicut.nam caſum appetit. &c.Gerendorum enim honorū non pmiſcua facultas eſt.non

2 Idem tenet hic Io. de Fā.& d. hoc ext. de cleri. p ſal. promo.c.1.

Ordo ſit in honoribus gerendus.

eſt. non enim prius gerere debet maiorem honorē, q̄ ſubiſt minorem. ff. de mu. & ho. honor. §. gerendorum.
Additio. Ad idem 58. diſt. c. 1. & 2.

a Latorem.] ¶ Per interceſſionem.] Nam ſæpe Papa ad interceſſionem laicorū ordinat vel diſpenſat vel tolerat, vt 28. diſt. de Syracuſanę. 50. diſt. clerico. 63. diſt. Salonitanæ.

b ¶ Proficere.] extra de ma. & obe. p tuas. extra de tem. or. cum in diſtribuendis.

Additio. Iſte cōcoprobant q̄ iſte ſine licentia Papæ non poterat promoueri: & ad hoc inducuntur. Archid.

Filium.] Casvs. Helias abbas rogauit Papam, vt quemdā ſuum clericū promoueret, & eum poſtea ſibi trāſmitteret. Ad cuius preces Papa eum in diaconū promouit, ſed eum ſibi nō tranſmiſit: q̄a nō eſt cōſuetudo eccleſię Romanæ, cū ſit in ea cōſecratus: & q̄a abſentiā illius abbatis in eius præſentia voluit compenſare.

c ¶ Mandaſtis.] & ita mandat minor maiori. ſic 11. q. 3. rogo.

d ¶ Nō habet.] ſine licētia eius. 63. diſ. litteras. & quo ad hoc nihil eſt ſpeciale in eccleſia Ro. vt 21. q. 2. c. 1. 70. diſ. ſanctorū. Sed ordinati à Papa licet inter alios digni honore ſint, ſubſunt tā epis. extra de ma. & obe. per tuas. ff. de albo ſcri. l. vlt. & præferentur ex tantū q̄ ſunt eiuſdē ordinis. ff. e. l. 1. & ab epō pōt deponi ordinatus à Papa.

NON ITAQVE. Casvs. Gratia. ſoluit hic contrarietatē præmiſſorum c. quā fecit de precibus: & interſerit quædā verba in §. ibi, non ſolum, propter ſequēns capitulum, cuius caſus cū ſeq. §. patet.

e ¶ Ordinandi.] & ita aliquis poteſt pro ſe dignas preces offerre. quod H. nō cōcedit: in quo non credo eū bene dicere: q̄a multos condēmnat. arg. pro Ioan. 14. q. 5. non ſane. 16. quæſt. 1. ſe mertimini.

Ordinati à Papa ſubſunt epis.

1 Cōmuniter no. contra in præ. ce. decre. p tuas. § q. non poteſt eps talē deponere. q̄d ibi approbat p Vin. Inn. Ho. & B. ſed H. & L. ſic ſētiūt cum Io.

Preces dignas p ſe pōt quis offerre.

2 In hac ſētētia eſt H. ſed Lau. ſētit cum Io.

f Per principalem.] Hoc c. habet 9. q. 3. §. vlt.

g ¶ Poteſtatem.] Hoc idem poteſt 3. epiſcopus. 2. q. 7. cum paſtoris. extra de cler. non reſi. de cetero.

Additio. Idem tenet Io. de Fan. de hoc legitur & no. 45. diſt. c. 1. & 11. q. 3. qui reſiſtit. Arch.

Sed cōtra 16. q. ... pro vulunte. ver. de hoc.

...re ad altiora feſtinant. Nulla ſit in ordinatione venalitas: potentia, vel ſupplicatio perſonarum nihil aduerſus hæc, quæ prohibemus, obtineat. Nam proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam non ex merito, ſed ex fauore (quod abſit) aut ex venalitate prouehitur.

Econtra idem Gregorius quibuſdam ſupplicantibus vnū acolythum, & alterum diaconum legitur ordinaſſe: ſicut ipſe ſcribit lib. 7. indict. 1. epiſt. 2. Petro a epiſcopo Corſicæ inter cetera.

a ¶ Petro.] *In codicibus impreſſis epiſtola vnde caput hoc ſumptum eſt, inſcribitur* Chryſanto epiſcopo. *Verum in codice peruetuſto Vaticano, earumdem epiſtolarum, inſcribitur* Petro epiſcopo per Corſicam. *Anſelmus autem eodem modo habet ac Gratianus. Ad Petrum epiſcopum Alexandriæ de Corſica legitur epiſtola alia quinto libro cap. 122. quamuis ſit fortaſſe mendum in voce,* Alexandriæ, *& ſcribendum videatur,* Aleriæ.

¶ Epiſcopo interueniente, Papa quemdam acolythum ordinauit. C. CXXI.

Anſ. l. 7. c. 79.

Latorem præſentium per † interceſsionem [a] ſanctitatis veſtræ acolythum fecimus: quem ad obſequia veſtra tranſmiſimus, vt ſi in lucrandis animabus amplius ſeruierit, proficere [b] amplius poſsit.

† al. *pro interceſſione*

Idē Heliæ presbytero, & abbati lib. 4. epiſt. 30. ſeu c. 74.

¶ Quiſquis in Romana eccleſia ſacrum ordinem acceperit, ab ea vlterius egredi non poterit. C. CXXII.

Anſ. l. 7. c. 78.

Filium veſtrum † Epiphanium mandaſtis [c], vt ad ſacrū ordinem prouehere deberemus, vobiſque tranſmittere. Sed in vno vos audiuimus: in alio autem minime audire potuimus. Diaconus quidem factus eſt. Sed quiſquis ſemel in hac eccleſia ordinem † acceperit, egrediendi ex ea vlterius licentiam non habet [d]. Si ergo vos videre nō potui; hac ex re conſolationem habeo, quia in filio veſtro requieſco.

† *noſtrū*] or.

† al. *ſacrum ordinem*

Non itaque quorumlibet precibus ordinationes factæ falſæ diiudicantur; ſed hæ demū, quæ precibus ordinandi [e], vel eius amici, non ſpirituali, ſed carnali affectu porrectis fiunt, cum alias futuræ non eſſent: quas non charitas interueniens, ſed ambitio ſupplicans extorquet. Non ſolum autem clericos cuiuslibet epiſcopi ſummus Pontifex in eccleſia Romana valet ordinare; verumetiam opportunitate exigente monachos, & quoſlibet clericos conuocare poteſt, & inuitare.

Vnde Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſt. quæ incipit: [Propoſueramus.]

¶ De eodem. C. CXXIII.

¶ 9. q. 3. c. p principalem. Anſ. l. 3. c. 75. & l. 2. c. 14.

Per principalem [f] beatorum apoſtolorum Petri & Pauli poteſtatem [g] ius habemus non ſolum monachos,

QVOLIBET. Hæc eſt 15. pars q. in qua intendit probare, quòd ſicut ordines pretio non ſunt dandi: ita nec pretio reſtituendi: & quòd ſit ſimoniacus (ſcilicet indirecte) & ſacrilegus qui promotionem vel electionem alicuius impedit, vel eccleſiæ conſecrationem vel fundationẽ: & hoc

verumetiam quoſlibet clericos de quacumque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos conuocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

15. Quolibet ergo munere interueniente falſa diiudicatur ordinatio. Sicut autem pretio interueniente ſacri ordines non ſunt tribuendi; ita nec reſtituendi. Vt enim ait beatus Ambroſius, ſacri ordines nec pretio ſunt emẽdi, nec redimendi[a]. *Hinc etiã Gregorius VII. ait lib. 6. reg. in concilio habito anno Domini 1078. pontificatus ſui vi. c. 10.*

¶ Pretio interueniente ſacerdotale officium non reſtituatur. C. CXXIIII.

Poly. l. 4. tit. 21.

NVllus epiſcopus grauamen, ſeu ſeruile[b] ſeruitium ex vſu[c] contra eccleſiaſticam[d] normam abbatibus, ſeu clericis ſuis imponat: vel interdictum ſacerdotale officiũ pretio interueniente reſtituat[e]. Quod ſi fecerit, officij ſui periculum ſubeat.

Qui autem[f] *pecuniam accipiunt, vt ordinandis ſacros ordines non tribuant, vel vt canonicæ electioni aſſenſum non præbeant, aut eccleſiis ædificandis, vel conſecrandis lapidem benedictum, vel conſecrationem ſubtrahant, multis argumentis acceptæ pecunia rei, & infames*[g] *eſſe probantur. Ait enim Paſchalis ſecundus.*

¶ Sacrilegi ſunt iudicandi, qui eccleſiam Dei non permittunt regulariter ordinari. C. CXXV.

SVnt quidam, qui vel violentia, vel fauore non permittunt eccleſias regulariter ordinari. Hos etiam decreuimus vt ſacrilegos[h] iudicandos.

probat per tres auctoritates ſanctorum, & per ſex leges principum. Ioan. de Fan.

a ¶ Redimẽdi.] extra de ſimo. querelam. & c. ſi nullus.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Præcipitur in hoc ca. vt epiſcopus prætextu alicuius conſuetudinis clericis vel abbatibus grauamen aliquod non inferat, nec pretio interueniente officium reſtituat: quod ſi fecerit, tamquam ſimoniacus punietur.

b ¶ Seruile ſeruitium.] Vocat angariam vel perangariam, quod lex vocat fore ſordidum munus. 16. q. 1. §. nonarum 1. in l. placet.

c ¶ Ex vſu.] id eſt, non aſſueſcat vel ex vſu præter id quod hactenus eſt cõſtitutum: quaſi ratione præſcriptionis, vt angarias ſacerdotibus non imponat. Cum enim de aliqua rerum præſcriptione agitur, inſpiciendum eſt verum communi iure talia à talibus poſſideri valeant necne. Primo caſu ſola longæ vſurpationis detentione currit præſcriptio 2, vt 16. q. 3. & 4. per totum. ſaluo eo quod de limitibus dicitur ead. cauſa & q. c. licet. & c. inter memoratos. Secundo caſu non currit præſcriptio. Præſcriptio enim ius aduocat creatum: nouũ autem non creat, vt 33. q. 5. quod Deo. & diſt. 100. §. morem; & diſt. 93. illud autem. 16. q. 1. c. vlt. & q. 3. §. poſt etiam. & quæſt. 7. decimas. & ſ. ead. quæſt. 3. quæſitũ. in his omnibus & in alijs infinitis caſibus præſcriptio euaneſcit quia non eſt proditum, ius commune ſcriptum, vel non ſcriptum, quo tales talia valent poſſidere. Ioan. Hæc regula fallit extra de cauſa poſ. cum eccleſia, & extra de præſcrip. auditis. Ioan. Sed certe non fallit. quia iura incorporalia quaſi poſſidentur: & interdicta pro eis poſſeſſoria conſtituta ſunt. ff. de ſerui. quoties. B.

Adde quòd licant angariæ & perangariæ. 10. gl. in l. C. quẽad. dui. mun. nd. l. 10. in nemine. de ſacro an. eccl. Dummodo adſit bona fides, quòd dic vt plene no. ext. de præſcri. diligẽti.

c ¶ Ex vſu.] Nam tempus non eſt modus, & c. 10. q. 3. quia cognouimus. ff. de act. & oblig. obligationũ ferè. §. placet. niſi forte cuius non extat memoria. ar. ff. de aqua quoti. & æſti. & extra de verb. ſig. c. abbate.

Tempus nõ eſt modus tollendæ obligationis.

d ¶ Eccleſiaſticam normam.] Nam iuſta de cauſa bene poteſt ab eis auxilium petere. extra de cenſi. cũ Apoſtolus. Et ſic non eſt § 18. q. vlt. ſeruitium. quia illud intelligitur de licitis: hoc de illicitis.

e ¶ Reſtituat.] nec abſoluere poteſt pro pretio. niſi ſit conſuetudo. extra de ſimo. nemo. Item nec reconciliare. extra de ſim. c. nemo. Sed numquid ipſi clerico licet redimere, cum iniuſte ſuſpenſus eſt? Videtur quòd nõ. ſ. §. proxi. in fi. extra de ſi. Matthęus. Arg. contra ſcilicet quòd poſſit redimere ius ſuum & vexationem ſuã. ſ. q. 3. quæſitũ 3. extra de vſu. c. 1. & extra de ſimo. dilectus. dic vt ibi: immo & ſi quid dederit, repetere poterit. C. de cond. ob tur. cau. quod cuſtandi. Quidam dicunt quòd non poteſt in aliquo caſu redimere. Alij contra, ſcilicet cum iniuſte ſuſpenditur. hoc not. 16. quæſt. 7. decimas 3.

Vexationem redimere verũ licitum ſit. 3 Vbi de hoc: & 1. q. 3. altare. ibi videas. Archid.

QVI AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd ſimoniam committit, qui pro munere eccleſiaſtico conferendo pecuniam accipit. Nunc dicit Gratia. quòd etiam ille ſimoniam committit, qui pecuniam accipit vt ordines non conferat, vel munus aliquod eccleſiaſticum illi cui eſſet conferendum. & ad probandum vtrumque inducit leges, ſeq. cap. patet.

f ¶ Qui autem.] Tractauit magiſter quæſtionem iſtam affirmatiue. Nunc autem vult tractare eam negatiue, ſcilicet vtrum ſit ſimonia dare pecuniam vt non ordinetur quis. Sed quoniam non habuit canones, induxit leges, quæ in hoc faciunt ad propoſitum, vbi in eis aliquid dicitur negatiue. Quòd autem hoc ſit ſimoniacum, habetur extra de ſimonia, nemo. in fine.

g ¶ Infames.] & ſimoniaci large. argumen. extra de ſimo. nemo. argumen. C. de inoffi. teſt. ſi quando. Sed alij contra, propter deſcriptionem ſimoniæ: ſed mortaliter peccant. infra ead. quæſt. 3. vendentes. L. Sed certe ſimoniaci ſunt, vt dicit illa decre. nemo. Ioan.

h SVnt.] ¶ Sacrilegos.] id eſt, ſimoniacos. aliàs nõ facit ad propoſitum Gratiani. Et quòd ſit ſacrilegium ſic probatur, Si enĩ ille, qui frãgit immunitatẽ eccleſiæ,

Simoniaci dicuntur ſacrilegi.

e Vt extra de immu. ecc. inter. & c. vlt. 17. q. 4. omnes. & c. ſeq. Arch.

vel qui inde aliquid eripit, ſacrilegus iudicatur: multo fortius qui facit ne eccleſiæ ordinentur, vel ne ordines tribuantur, vel impediatur alicuius electio, vel promotio.

ſed vel ad cuius læſioné data eſt, vt ff. de calumni. l. generaliter. §. illud erit.

CONcuſſionis.] Dicitur hic & in legibus ſequentibus, quod illi incurrunt crimen concuſſionis, & pœnam legis Corneliæ, quia aſpirant in accuſationem innocen-

IVbemus.] CASVS. Dicitur in hac l. quod ſi quis honoré habens ſine adminiſtratione poſſeſſor alicuius decurio vel colonus reipub. ab aliquo iudice fuerit concuſſus, ideſt, grauatus in pecunia: item ſi iudex venalem tulit ſétentiam: vel pretio pœnam impoſuerit vel remiſerit: vel aliqua ratione improbus repertus fuerit ante adminiſtrationem vel poſt poterit accuſari: & ſi conuictus fuerit remouebitur.

a ¶ Iubemus.] ad hoc introducit has leges vt oſtédat pari pœna multandos qui pretio inducti impediunt fieri quod de iure fieri debet, & qui faciunt quod de iure fieri non deberet.

b ¶ Hortamur.] forte ſe temperat, ne videatur quem iubere accuſare inuitum. C. vt nemo inuitus. in rubro & nigro.

c ¶ Adminiſtrãte.] Si is talis ſit, quem in ius vocari liceat. Sed contra 2. q. 1. prohibétur. Sol. illud de maioribus magiſtratibus: hoc de minoribus. arg. ff. de iniur. nec magiſtratibus. & ff. de in ius voc. l. 2. Vel hoc de perpetuo iudice. arg. ff. de re. cred. præſidis. & l. præcedenti. in auth. vt differentes iudices. §. ſi tamen. coll. 9. & hoc ne crimen eius inultum remaneat. illud de temporali.

Codicis lib. 9. ad legem Iuliam repetundarum Imppp. Gratia. Valentin. & Theodoſius.

Tit. 27. le. 4. In cod. Theod. lib. 9. eod. ti.

C. CXXVI.

IVbemus [a], & hortamur [b], vt ſi quis forte honoratorum, decurionum, poſſeſſorum, poſtremo etiam colonorum, à cuiuſlibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concuſſus, ſi quis ſcit de iure venalem fuiſſe ſententiam, ſi quis pœnam vel pretio remiſſam, vel vitio cupiditatis ingeſtam, ſi quis poſtremo quacumque de cauſa improbum iudicem potuerit approbare; is vel adminiſtrante [c] eo, vel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, cum probauerit, & victoriam reportaturus [d], & gloriam.

Item in digeſtis lib. 3. titulo de calumniatoribus, l. 1. [Vlpianus lib. 10. ad Edictum.]

Tit. 6.

¶ De eodem. C. CXXVII.

IN eum, qui vt calumniæ cauſa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam dicetur † accepiſſe; intra annum vtilem [a] [e], in quadruplum [f] eius pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli † in factum actio competit [g].

† al. detegitur

† al. in ſimplū

¶ In hac, & ſequentibus legibus, quæ ex ff. citantur, repoſiti ſunt tituli ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conueniunt.

a ¶ Vtilem.] *Hæc dictio non eſt in antiquis codicibus Gratiani, neque in Pandectis, ſed ob gloſſam non eſt ſublata.*

Ibidem lib. 47 tit. 13. le. 2. de concuſſione. [Macer lib. 1. publicorum indic.]

C. CXXVIII.

COncuſſionis [h] iudicium publicum [i] non eſt. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit, poteſt iudiciũ publicũ eſſe ex ſenatuſconſultis [k], quibus pœna legis Corneliæ [l] teneri iubentur, qui in accuſa-

Vel hic cum peccauit in ipſa adminiſtratione, ibi de eo qui extra adminiſtrationé cõmiſit. ff. de iudi. l. 2. §. legatis. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. ſi qs auté, coll. 2.

d ¶ Reportaturus.] reportabit enim quadruplum. j. l. prox. 12. q. 2. cum deuotiſſimam.

IN eum.] CASVS. Qui pecuniam accepit vt controuerſiam alicui cauſa calumniæ faceret, vel non faceret cum iure facere tenebatur: intra annum tenetur in quadruplum, poſtea in ſimplum.

e ¶ Vtilem.] à principio: poſt continuum. ff. de calum. annus.

f ¶ In quadruplum.] in quo continetur rei perſecutio, vt tantum triplum ſit pœna, vt ff. eo. l. in hæredem. §. ſi. & hoc eſt verum cum ipſe idem dat. nã ſi alius daret pro eo, tunc totum quadruplum eſt pœna: quia ille qui dedit, repetit pecuniam quam dedit. ff. de calum. ſi quis ab aliquo: huius autem quadrupli medietas dabitur fiſco: medietas ſpoliato [a].

a Ad hoc C. de alleg. lib.

g ¶ Competit.] non ei qui dedit, cum turpiter dederit

innocentum: vel quia accipiunt pecuniam pro accuſando, vel eius contrario: pro teſtificando, vel eius contrario: pro iudicando, vel eius contrario, vel pro quolibet officio exercendo vel non exercendo, ad quod gratis tenebantur. His intellectis per te caſus ſingularũ legum ſingulatim, pones: in quibus quandoque eadem reperiuntur.

h ¶ Concuſſionis.] crimen concuſſionis eſt, cum quis minatur alicui niſi ita vel ita faciat. infra 23. quæſt. 1. militare 5. ff. de concuſ. l. 1. & 2.

i ¶ Publicum.] ideſt, ordinarium, & hoc ſemper: vel non eſt publicum niſi cum quis pecuniam extorſerit, & hoc eſt quod ſequitur: ſed ſi ideo. Publicum eſt ad cuius accuſationem quilibet de populo admittitur, niſi infamis ſit, vt inſtitu. de publ. iudi. circa principium.

k ¶ Senatuſconſultis.] Voluſiano & Liboniano. ff. ad legem Corne. de fal. l. 1. ff. ad le. Iu. de vi pub. ex ſenatuſconſulto.

l ¶ Legis Corneliæ.] cuius pœna in libero homine eſt deporta-

deportatio: in ſeruo vltimum ſupplicíū. ff. ad leg. Cor. de fal. l. 1. § vlt.

a ¶ Innocentium.] ſecus ſi nocentium. 16. q. 7. ſane.

b ¶ Eadem lege tenetur.] quia reddit quadruplum, & infamis efficitur. ff. eo. l. eadem. §. 1. hoc crimen etiam extraordinarie punitur. ff. eo l. lex Iulia. §. fin.

c ¶ Legendum.] ideſt, eligendum, vt eligatur qui non debet, vel contrarium.

d ¶ Mittendumve.] vt mittatur in legationem qui nō eſt mittendus, vel non mittatur qui mittendus eſt.

tionem innocentium [a] coierint, quive ob accuſandum vel non accuſandum, denuntiandum vel non denuntiandum teſtimonium pecuniam acceperint.

[*Ibidem lib. 48. tit. 11. ad legem Iuliam repetundarum, le. 3. Macer lib. 1. publ. iudic.*]

PALEA. C. CXXIX.

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum α, decernendumve acceperit: [Venuleius Saturninus l. vel quo, eo. tit.] vel quo magis, aut minus quid ex officio ſuo faceret.

α ¶ Vel non iudicandum.] *Sic etiam in digeſtis vulgatis: ſed à Pandectis Florentinis abſunt iſta voces. Eſt autem Palea iſta fere in omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani: & à cap.* ſunt quidam. *vſque ad finem quaſtionis nulla eſt diſtinctio capitum.*

Idem eod. tit. l. 6.

¶ De eodem. C. CXXX.

Eadem lege tenetur [b], qui ob denuntiandum, vel non denuntiandum teſtimonium pecuniam acceperit β. *& poſt pauca.* ¶ Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum [c] mittendumve [d] æs accipiat, neve quis ob ſententiam in ſenatu, conſiliove publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accuſandū vel non accuſandum. ¶ Macer lib. 1. publ. iudic. l. 7. Lex Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicem, arbitrumve dandum [e], mutandum, iubendumve, vt iudicet, neve ob non dandum, non mutandum, non iubendum, &c. neve ob litē æſtimandam [f], iudiciumve capitis, pecuniæve faciendum, vel non faciendum aliquid accipiat. *& infra.* ¶ Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiā durius, prout admiſerint. Venuleius eo. tit. l. 6. Hac lege damnatus teſtimoniū publice dicere, aut iudex eſſe poſtulareve ꝓhibetur.

β ¶ Acceperit.] *In Pandectis ſequitur verſiculus,* Hac lege damnatus. *qui reponitur in fine huius capitis.*

QVAESTIO SECVNDA.

1 g Sequitur [g] *ſecunda quaſtio, qua quaritur, an pro ingreſſu monaſterij, pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluēda. Hoc vtrūque licite fieri, vtriuſque teſtamenti ſerie comprobatur. Legitur enim in primo libro Regum, quòd Anna detulit ſecum*

1. Reg. 1.

Samuelem, poſtquam ablactatus fuerat, in tribus vitulis, & tribus modijs farinæ, & amphora vini ad domum Domini in Silo. ¶ *In actibus vero Apoſtolorum legitur, quòd*

Act. 4.

e ¶ Dandum.] puta non ad probandos fideiuſſores, vel loco iudicis recuſari.

f ¶ Aeſtimandam.] ne ſcilicet æſtimet litem minoris vel maioris pro pecunia: qđ quandoque facere tenetur. ff. ad l. Aqui. proinde. §. notandū.

Sequitur.] Hæc eſt ſecunda quæſtio, quæ diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur, verum pro ingreſſu eccleſiæ ſit dandum aliquid. & primo dicitur ꝙ non. Secunda ibi. [Item opponitur.] Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, qua quæritur an pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluenda. & certum eſt ꝙ non. quia ſimoniacum ē. Et primo probat per duas hiſtorias, de Anna ſcilicet & Anania, ꝙ pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda. Sed ſtatim reſpondet Gratianus, ꝙ Anna non fuit exacta, ſed ſponte quædam obtulit. Ananias vero non ideo damnatus eſt, ꝙ ſua nollet conferre, ſed quia fuit mentitus.

g ¶ Sequitur.] Hæc quæſtio nō habet quæſtionē. extra de ſimo. cū in eccleſiæ. melius extra eo. veniēs. & melius extra eo. qm̄ ſimoniaca, vnde nec añ nec poſt poteſt peti aliquid, vt: ī. ea. q. 1. eos qui. & ī. e. q. 3. ſi quis ꝓhēdas niſi forte monaſterij ita eſſet tenue, ꝙ nō poſſet ꝓuidere ei. tūc eñ bene poſſet dici ei (nec eſſet ſimonia) bene reciperemus te ſi haberemus [?] poſſeſſiones vnde poſſes ſuſtentari. argu. ī. ead. ſi quis propter hoc. Hoc tamen videtur reprobare illa conſtitutio, qm̄ ſimonia-

Petēdum nihil eſt ꝓ ingreſſu monaſterij.

1 Al[?] habētes, ſecū[?] dum Lau.

multitudinis [a] *credentium erat cor vnum, & anima vna: nec aliquid eorum, quæ poſſidebant, quiſquam proprium eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia, & ſinguli vendebant prædia ſua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apoſtolorum: quorum vnus, Ananias nomine, dum partem ſibi reſeruaret, cum vxore ſua Sapphira, ſententia maledictionis accepta, ante pedes Apoſtoli cecidit mortuus.* Act. 5.

¶ Hinc liquido apparet, quòd ingreſſuri monaſterium ſua debent offerre rectoribus: nec aliter [b] *ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt, ſua ſponte offerre; aliud, exacta perſoluere. Anna mater Samuelis non exacta, neque petita, ſed ſponte* [c] *munera ſacerdotibus obtulit. Credentes ſua ſponte offerebant Apoſtolis, vt indigentium neceſſitatibus deſeruirent, quæ inſtante perſecutione infidelium, eis poſſidere non licebat. Ananias quoque non ideo damnatus eſt, quia ſua nollet offerre: ſed quia ſpiritui ſancto mentitus, pretia eorum, quæ Apoſtolis obtulerat, ex parte* [d] *fraudabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingreſſuris aliquid exigere; ſed ſponte oblata ſuſcipere: quia illud damnabile eſt, hoc vero minime.*

Vnde in concilio Bracarenſi ſecundo, c. 5. legitur. & in Vuormac. c. 3. fere idem.

¶ Pro dedicandis eccleſiis nihil exigatur. C. I.

Burc. l. 3. c. 37. Iuo p. 3. c. 42.

PLacuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas eccleſias epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito [e] munus aliquod [f] à fundatore requirant, ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit, non reſpuatur: ſi vero aut paupertas illum, aut neceſsitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnuſquiſque epiſcoporum meminerit, vt non prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem [g] baſilicæ & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum † accipiat. Nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminarijs, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum [h], qui ibidem [i] ſeruituri ſunt, tamquam domus priuata, conſecretur eccleſia.

† al. cõfirmatã

Item Bonifacius vrbis Romæ epiſcopus ſcribit omnibus Caralitanæ eccleſiæ cœnobitis.

¶ Ab iis, qui ad conuerſionem accedunt, nihil eſt exigendum, nec pretio aliquis ad conuerſionem eſt inuitandus. C. II.

QVàm

ſimoniaca. q; prætextu paupertatis poſſit peti pecunia. Io. Quidqd dicat Io. ſi ſic dicat, ſimonia eſt, vt vſ expreſſe dicere decretalis extra de ſi. quoniá ſimoniaca. B.

a ¶ Multitudinis.] 12. q. 1. c. 2.

b ¶ Aliter.] Hoc non eſt verum: ſed allegando dicit hoc.

c ¶ Sponte.] quod licet 19. q. 3. ſi qua mulier.

d ¶ Ex parte.] arg. q; nõ debeat quis cõcata reuocare. j. de pe. diſ. 3. ſunt plures. 16. q. 4. ſunt qui opes.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt pro conſecrãdis eccleſijs epi nihil exigãt à patronis, & præcipue ſi pauperes fuerint: ſponte tamẽ oblatum ab eis poterũt epiſcopi recipere. Itẽ nullus epiſcopus debet eccleſiam conſecrare, niſi dotẽ neceſſariam habuerit, quæ ſufficiat luminarib⁹, & ſuſtentationi eorum, qui eidem eccleſiæ ſunt ſeruituri.

e ¶ Ex debito.] arg. 1. q. 1. placuit. j. e. q. 4. eccleſia. ſ. e. q. 1. ſtatuimus. j. 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. ibi.

f ¶ Munus aliquod.] aliud à conuiuio, vel à procuratione ĩ auth. de man. prin. §. illud. & in authen. vt nulli iud. §. nulli. ſed bene illam exigit̃ 1. extra de ſi. cum ſit. alia nõ debet exigere, ſed ſpõte oblata recipere poteſt. Vel poteſt dici q; & illa quæ conſueuit percipere propter procurationem, exigere poteſt quaſi pro labore: arg. 12. q. 2. charitatem. vbi hoc diu obtinuit. 18. quæſt. fin. ſeruitium.

Recipere licet quæ nõ licet exigere.

1 Et ita habes vnũ caſum, ĩ quo mun⁹ à manu põt recipi. ſ. p operibus ſpiritualib⁹, ad quæ qs tenet̃. Alius caſus eſt p operib⁹ ſpiritualibus, ad quæ qs nõ tenetur ex officio. 12. q. 2. charitatẽ. ſecũdũ Rãy. & Goffre.

g ¶ Dotẽ.] immo nec primariũ lapidẽ ponere debuit, vt j. de cõſec. diſ. 1. nemo. in auth. vt deter. ſit numerus cle. §. inueſtigãtes igit̃ coll. 1. j. 16. q. vlt. pie. & c. Frigentius. ſed hic omiſſum fuit. & ideo eſt reſtaurandum, vel iam dederat prius, ſed hic debet facere inſtrumentum. vnde ſi dotem nõ dediſſet prius, nunc eſt compellendus, quia ibi fecit poni primarium lapidem, ſicut in eo qui promiſit reipublicæ pecuniam dare. ff. de pollicit. l. 1.

h ¶ Eorum.] Pluribus ergo ſufficere debet eccleſia, vt 7. q. 1. illud. & de conſe. diſt. 1. hoc quoque.

Clerici in ſua eccleſia morari debent.

i ¶ Ibidem.] arg. contra clericos, qui alibi quàm in eccleſia ſua morantur. ſ. diſt. 37. de quibuſdam. contra. j. 16. q. 1. generaliter. j. 12. q. 2. conceſſo.

QVàm pio.] CASVS. Cum quoddam monaſterium longo tempore caruiſſet abbate, tandem monachi ſibi abbatem de alio monaſterio pauperrimo elegerunt: ſed ille venire recuſabat, vel monachi eum non concedebant, niſi illi monachi ſuo pauperi monaſterio aliqua conferrent. vnde præfati monachi conſuluerunt Papã, ſi hoc eis liceret; quod penitus prohibet, docens exemplo Apoſtolorum neminem ad religionẽ, ſidem, vel eccleſiæ regimen interuentu munerũ debere accedere, cum ſit ſimoniacũ: quia numquã à ſanctis patribus, talia petita fuerũt. Sed ſi electus ad eos ſpõte venerit, & omni pactione ceſſante, poſtea poterũt illi pauperi monaſterio aliqua gratis offerre, & hunc caſum ponit H. quẽ ego Bart. Brixi. approbo magis quàm caſum Beneuen. qui breuior fuit.

a ¶ Quàm

a ¶ Quàm pio.] q.d. petebát ab alijs vt darét eis abbatē ipſorū: ſed hoc illi nolebāt facere gratis, cum eſſet eis vtilis, & hæc eſt conſultatio, an eis liceret aliquid dare.
b ¶ Reſponſum.] non dubitauit Papa quid iuris eſſet in quæſtione. ſed ironice hoc dicit.
c ¶ Anxium.

d ¶ Interuentu.] ī. 23. q. 4. debet. ſ. 45. diſt. qui ſyncera. ȝ. ſed non videtur prohiberi niſi pactio, nam & dando & honorando & loquendo poſſumus blandiri infidelibus vt conuertantur 1 H. Sed tu dic ſimoniacum eſſe, ſi pagano vel hæretico detur vt Chriſtianus fiat. extra de ſimo. querelam. Sed videtur contra: q. cū me poſſim pecunia redimere, vt de pæ. diſt. 1. medicina. videtur q. & aliū poſſim, & Silueſter promiſit omnibus munera q vellét baptizari.

Blandiri poſſumus infidelib⁹.
1 Sub. vt in præced. c. ſecundū Ioã. de Fan. qui iſtam ſ glo. ſequitur vt iacet.

pio [a] mentis affectu, fratres chariſsimi, veſtræ deſtitutioni Romana compatiatur eccleſia, vobis fortaſsis eſt incognitum; ſed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem veſtræ quod idoneum demus reſponſum [b], Deum teſtificor, ipſa quoque me dubitatio reddit anxium [c], & ineptum. Nuſquam † enim legimus Domini diſcipulos, vel eorum miniſterio conuerſos quépiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu [d] prouocaſſe; niſi forte de pauperum alimento [e] quis inconcinne [f] proponat, quorum [g] nulli, cuiuſcumq. profeſsionis eſſet, victualia negabantur [h]. Scimus equidem, quòd omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum; à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui ſācto deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſponit. Reſtat ergo, vt qui pro aliqua eccleſiaſtica ſuſceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum deſcendere debuit, vendat; munus autem largiens importunus emat. Quid autem de diuini doni venditoribus, vel emptoribus conſequatur, concludi neceſſe non eſt. ¶ Cauete ergo fratres, quàm ſit ambiguum quod petiſtis conſilium: quod quidem ſecundum veſtræ voluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. Verumtamen, ſi veſtræ neceſsitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis †, dum tamen omnis abſit pactio [i], omnis ceſſet conuentio [k], nullaque veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuote geſtet obſequium: & poſtmodum [l] vos quaſi ſubſidij [m] gratia, aliqua ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio Romana permittit eccleſia.

†al. Namquā
Iac. 1.
†al. cepiſtis

¶ *B. Thomas citat hoc caput 2.2.q.100. in fine articuli tertij, & rē, quam ibi tractat, ſola huius capitis auctoritate conſtituit.*

[*Vnde Vrbanus Papa in concilio apud Melfiā, c. 12.*]

¶ De eodem. PALEA C. III.

Anſel. l. 6. c. 91. Pann. l. 3. tit. 2. cap. 7. Iuo p. 5. c. 109. Polyc. l. 2. tit. 1. B. Gregorius l. 4. epiſt. 44. & l. 12. poſt epiſt.

† placiti] orig.

NVllus abbas pretium ſumere, vel exigere ab eis, qui ad conuerſionem veniunt, aliqua pacti † occaſione præſumat. Regulam antiquam ſequens, nulli vnquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia [a] enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, euangelicam lectionem miniſter legit; confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit.

¶ *In nonnullis vetuſtis exemplaribus, in quibus pauca ſunt paleæ, habetur caput hoc vſq. ad verſ.* Regulam. *Reliqua vero ſunt B. Gregorij locis indicatis.*

e ¶ Alimento.] quod dabant Apoſtoli pauperibus conuerſis. ſupra verſus princi. quæſtionis. ver. ſed illud.
f ¶ Incōcinne.] quia non competit oppoſitio.
g ¶ Quorum.] ideſt, quia eorum.
h ¶ Negabantur.] ar. q. anathematizato debet dari eleemoſyna. ſ. diſt. 42. quieſcamus. 11. q. 4. quoniam. 23. q. 4. debet. contra. Sed illud de iam catholico. 16. q. 1. ſi cupis. Sed contra. 5. q. 5. c. 2.
i ¶ Pactio.] nō remouetur, niſi pactio inhoneſta. nam honeſta non remouetur. arg. 23. diſt. quamquam. 2. diſt. c. in ea ſynodo. arg. 18. q. 2. Eleutherius. extra de præben. ſignificatum. 16. q. 7. per laicos. ſ. diſt. 59. hoc ad nos. 7. q. 1. mutationes. hoc no. ſ. q. 3. in ſumma.
k ¶ Conuentio.] nomen conuentionis generale eſt. ff. de pa. l. 1. §. 2.
l ¶ Poſtmodum.] ar. q. licet poſt, quod nō licet antea, vt ī. 8. q. 3. talia. & c. Arnaldus 2. Arg. q. nō licet ante 3 nec poſt, vt ſ. ea. q. 1. eos. ad fi. & q. licet ante quod non poſt, vt ſ. diſt. 4. in iſtis. 2. q. 6. quoties epiſcopi. & 8. q. 2. dilectiſſimi. ſ. ea. q. 1. eos. ȝ. Sol. ibi ex pactione datum fuit quidquid datū fuit, hic vero ex mera liberalitate vel gratia ſubſidij conceditur. extra de ſimo. & ſi quæſtiones. Ioan.
m ¶ Subſidij.] vel honoris, vt ī. ea. q. 3. ex multis. & ff. mandati. ſi remunerandi. & certe hoc caſu idem eſſet ante & poſt. ſed hoc fit hic propter præſumptionem vitandam & hoc ſoluit ȝrium. ſ. ead. q. 1. eos.

Eleemoſyna danda eſt anathematizato.

Licet poſt quod non licet ante.
2 Concor. tex. in l. qđ ante. & l. ſeq. ff. de his quæ in frau. cred.
3 Nec in ipſo actu. ſ. ea. q. 1. emē dari. & facit 8. q. 2. dilectiſſimi.

c ¶ Anxium.] quia dubitatis vtrum ad Dei cultum quiſpiam interuentu muneris prouocandus ſit, ſed dubitandum non eſt, extra de ſimo. & ſi quæſtiones.

cos.ſed ex quo ambitio præceſſit.& petitio pecuniæ, nocere certe debuit etiam poſt.vel gratia ſubſidij debuerunt percipere.arg.j.ca. ſicut epm. in ſi. à ͠ctrio ſenſu.

Sicut epiſcopum.]Casvs.Dicitur hic,ꝙ ſicut epiſcopus non debet aliquid accipere pro ordinatione: ſic diaconus non debet aliquid accipere pro Euangelio, quod legit,vel notarius pro ſcriptura, quam fecit ordinato in teſtimonium ſuæ ordinationis. Sed poſt negotiũ expeditum, ſi quid ſpõte offeratur, recipi poteſt.

a ¶ Miniſter.] id eſt archidiaconus, cum examinat vocando ordinandos. 24. diſt. quando.

b ¶ Vocem.] ideſt,lectionem Euangelicã. extra de ſimo. c. 1. & arg.in ſuperiori palea §.regulam,&c.

c ¶ Calamum.]ideſt, ſcripturam, quam ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubitet de eius ordinatione, vt j.2.q.1.legum. hoc olim H. Vel hoc intelligit cum habet ſalarium de publico aliàs deputatum 1.hoc tñ dico, ꝙ in collatione ordinis non eſt diſtinguendum an habeat ſalarium de publico, vel non:nam dicit, ꝙ in collatione ordinis nec pro labore nec ꝓ charta debet aliquid recipere,ſed epiſcopꝰ procuret ita vt ſine muneris alicuius acceptione ſcribatur, nec tenetur lex in Auth. de ſanc. epiſc. §.4.coll.9.

1 Adde ad hoc not.in l.cum multis. & ibi glo. C. de prin.agen. in re. lib. 12.

Notatiuꝰ an pro ſcriptura poſſit ab ordinato aliqd accipere.

d ¶ Ex ambientis.] vbi enim cauſa non adeſt,vitium non imputatur.

Additio. Ad hoc 61.diſ.Neophytus.Ar.

AVCTORITATE. Casvs. Infert Grat. ex hoc c.quàm pio.ꝙ ſicut nullus eſt pretio inuitandus ad conuerſionem,ita nulli per pecuniam dandus eſt ingreſſus eccleſiæ.Idem probatur per hoc capitulum proximum.Sed ſtatim contra hoc opponit per auctoritatem Apoſtoli,& per c. ſequentia, per quæ ꝓbat,ꝙ diuites nõ debẽt,recipi niſi offerãt ſua eccleſię.

e ¶ Conuerſionem.]ideſt,fidem & cultum Dei.61.diſt. §.his omnibus.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt ſecunda pars q.in qua probat,ꝙ diuites non debent ſumere partes de bonis eccleſiæ,qđ intelligitur de illis,qui corporaliter nõ ſeruiunt eccleſijs,& hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum.Io.de Fan.

f ¶ Opponitur.]ad id,qđ dixit nihil exigendum ab ingreſſuris,quaſi dicat indifferenter omnes debeat ſuſcipi,vt paſcantur de rebus eccleſiæ, exceptis talibus de quibus loquitur in c.ſeq. 2

Viduas honora.]Casvs. Præcipit hic Apoſtolus, vt eccleſia prouideat viduis:illis ſcilicet,quæ parẽtum opibus ſubſtentari non poſſunt, vt circa pauperes plus abundent, diuites autem non recipiantur.

g ¶ Viduas honora.]quæ debent ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari 3,& vidua quandoq; dicitur quæ virum nõdum habuit.ff.de verb.ſig.malum.§.viduam.

h ¶ Quæ vere viduæ ſunt.]ideſt,quæ ſicut à viris, ita & à rebus & amore mundi ſunt deſtitutæ.

i ¶ Non recipiantur.]vt ſubſtententur ſumptibus eccleſiæ.niſi ſua dent eccleſię.12.q.1.illi.ĩ. diſt. 42.§.1.ĩ. diſt.47. ſicut.

k ¶ Sufficiat.]argu.quòd non teneantur canonici ſuſcipere aliquem vltra quàm facultates eccleſiæ ſufficiunt,vt de conſe.diſt.1.omnes.& extra de inſtit.cap.1. Clericos.

2 Quod loquitur de iam ſuſceptis, nõ de ſuſcipiendis, ſecundum Hug.

3 Viduæ ſunt ſumptibus eccleſiæ ſubſtentandæ. Vt 81.diſ. c.pe.& vlt. & 31. q. 1. quo. vnde expone, honora. i. de ſumptibus eccleſiæ ſuſtenta.Arc.

Suſcipiẽdus nõ eſt aliquis vltra facultates eccleſię.

a ¶ Quia enim.] *In pleriſque exemplaribus, quæ habent hanc paleam,non ſunt iſtæ duæ voces. Verum apud B.Gregorium leguntur, quoniam pendet adhuc oratio, & coniungitur cum ijs, quæ in ſequenti capite afferuntur, hoc modo,* Quia enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionem miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit;ſicut Pontificem non decet,&c.

Item Gregorius in regeſti lib.4.epiſt.44. ſiue cap.88.in ſynodo Romæ habita.

¶ Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec voluntarie oblata reſpui oportet. C. IIII.

ext.de ſimo.c.1 Polyc.] — Anſel.] ibidem Iuo]

Sicut epiſcopum non decet manum,quam imponit,vendere;ita miniſter [a], vel notarius non debet in ordinatione eius vocem [b] ſuam, vel calamum [c] venumdare. *& paulo poſt.* ¶ Is autem,qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito †,neque exactus,neque petitus, poſt acceptas chartas,& pallium,aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa,dare voluerit;hoc accipi nullo modo prohibemus:quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non † ex ambientis [d] petitione proceſsit.

† *al.pacto*

† *ex accipientis ambitu nõ proceſsit*] or.

Auctoritate Bonifacij patenter oſtenditur, quòd ſicut nullus pretio eſt inuitandus ad conuerſionem [e]*; ita nulli, pecunia interueniente,eccleſiæ largiri oportet ingreſſum. Auctoritate vero Gregorij datur intelligi, quod pro ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam exigere;ſed ſpontanee oblatam licet ſuſcipere.*

2 ¶ *Item opponitur* [f] *illud Apoſtoli 1.ad Timotheum,c.5.* C. V.

Viduas honora [g], quæ vere viduæ ſunt [h]. [*Quæ autem non ſunt vere viduæ, id eſt, quæ ſuis, vel parentum opibus ſubſtentari poſſunt,non recipiantur* [i],] *vt Eccleſia ſufficiat* [k] *ijs,quæ vere viduæ ſunt.*

¶ *Caput hoc in multis vetuſtis codicibus eſt coniunctũ ſuperiori.*

Item Hieronymus ad Damaſum Papam.

¶ *Infra etiam 16,q.1,c.fi.citatur ex Hieronymo. Ac ſimilia habentur in regula Monachorum ex dictis Hieronymi, in c.de paupertate, & in gloſſa ordinaria ad c.5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.*

¶ Qui ſumptibus proprijs ſuſtentari poteſt, ab eccleſia ſtipendia non accipiat. C. VI.

16.q.1.c.fin. CLericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſubſtentari, quibus parentũ, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſubſtentari poſſunt; ſi quod pauperum eſt, accipiunt [a], ſacrilegium [b] profecto committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt.

In conc. Aqſgr. c.107. *Item Proſper de contemplatiua vita, lib. 2. c. 9. & 10.*

¶ Quibus ſua ſufficiunt, eccleſiæ alimentis non ſubſtententur. C. VII.

PAſtor eccleſiæ ijs, quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud ſit, habentibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grãdi peccato ſuo, vnde pauper [c] victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per prophetam ſpiritus ſanctus: [Peccata populi mei comedunt.] Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita poſſeſſores non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.

Proſper ibidem c.10.

Oſea 4.

Verum his auctoritatibus prohibemur ab eccleſia ſuſcipi [d] non illi, qui quondam fuerunt diuites, poſtea vero omnia reliquerunt, vt Petrus [e], & Matthæus, & Paulus; aut pauperibus diſtribuerunt, vt Zachæus: aut eccleſiæ rebus adiunxerunt, ſicut illi, qui prædia ſua vendentes ponebant pretia ante pedes Apoſtolorum, vt eſſent omnia communia: ſed illi, qui in domibus parentum reſidentes, vel ſua relinquere nolentes, eccleſiaſticis facultatibus paſci deſiderant.

Matth.4. Luc.19. Act.4.

Et in concil. Aquiſgr. ibid. *De quibus in eodem libro Proſperi, c. 10. ſubinfertur.*

¶ Qui ſua relinquere non vult, non debet ſumptibus eccleſiæ ſubſtentari. C. VIII.

SI quis propter hoc non vult ſua relinquere, vt habeat vnde viuat, vt quid [f] accipit vnde rationem reddat; vt quid peccatis alienis [g] ſua multiplicat? *Idem ibidem paulo ſuperius.* ¶ Non eſt meum dicere, quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, qui eccleſiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant, ſuis expenſis inſuper grauant; propter hoc fortaſſis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenietes excipiãt, aut ne ſuum cenſum expenſis quotidianis imminuant.

CLericos autem.] CASVS. Dicitur hic, q clerici, qui de bonis parentum ſubſtentari poſſunt, ſi aliquid accipiunt de bonis eccleſiæ, ſacrilegium committunt. Idem repetit in ſequenti capitulo. Addit tamen, q pauperes accipiunt non peccata, ſed alimenta: diuites vero econtra. & hoc c. pars eſt illius cap. 16.q.1. quoniam quidquid.

a ¶ Accipiunt.] & in malos vſus conuertunt, & ſic intellige ſequentia capitula, cum ſcilicet male diſpenſant. ȷ.12.q.1. illi qui.

b ¶ Sacrilegium.] Iar. q ſtipẽdia eccleſiæ non ſunt dãdaus quibus propria ſufficiunt, vt 12.q.1. illi qui. ar. extra de ſimonia, cum ſit Romana. nec vlla eccleſiaſtica. arg. contra. 12.q.2. charitatem. ff. de reg. iur. ſm naturã. Sol. quod hic dr, exhortatio eſt, non præceptum. Vel de his loquitur, qui occaſione patrimonii ampliandi quod habẽt, ſe à diuinis ſubtrahũt obſequiis, quibus ſe abſentantibus dandum non eſt 1. Vel dic de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus. Panis enim egentiũ, &c. vt ȷ. 14. q. 5. c. 2. & in ſumma. Si abundãtes de bonis eccleſię ſuſcipiunt, ſiue abſentes ſiue pręſentes ſunt, licet non debet eis denegari portio, quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, mortaliter tamẽ peccant 2. pręſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruant. ȷ. ead. §. verum. cũ c. ſequẽti 3.

PAſtor eccleſiæ.] c ¶ Pauper.] Panis egentium vita pauperis eſt, qui fraudat illum, homo ſanguinis eſt, vt ȷ. 14. q. 5. c. 1. & 1. q. 1. nulla.

VERVM. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, q relinquentes propria pro Deo, ſunt recipiendi, alij vero non: ſed H. intellexit de ſuſceptis iã in eccleſia; q nõ debent ali de bonis eccleſiæ, ſi aliunde habent. vnde dicit Gratianus non recte procedere.

d ¶ Suſcipi.] id eſt, ſuſcepti alimentis. nõ enim tantum de ſuſcipiendis loquitur.

e ¶ Petrus.] non videtur competere exẽplũ de Petro, qui fuit pauper piſcator, & ita reliquit paupertatẽ tantum propter amorem Dei, & ſic faciũt multi templarii, & hoſpitalarij hodie, & quaſi omnes religioſi: ſed Petrus ſeipſum abnegauit.

SIquis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima reprehendit illos, qui propria retinentes ideo viuũt in collegijs, vt ſuis ſumptibus parcant, & vt pauperes & aduenientes non recipiant. In ſecunda parte reprehendit illos, qui ideo alijs ſe præferũt, quia in ſuo ingreſſu monaſterio pl⁹ ceteris cõtulerũt. Scda pars incipit ibi, [Quod ſi.] Seq. §. patet.

f ¶ Vt quid.] 12.q.1. expedit. 23.q.7. quod autem. 12.q.1. illi autem. §. 1.

g ¶ De peccatis alienis.] id eſt, de oblatis pro peccatis aliorum.

1 Ar. 16. q. 1. generaliter.

2. Iſta eſt ſententia La. quã ſequitur lo. de Fan. ar. op. 42. diſt. §. i. 47. diſt. ſicut.

3. Dic ſi ſit tales habẽtes patrimonium amplum qui bene diſpẽſant dando pauperibus & alijs, quibus debent dare: tales poſſunt bene habere ſtipendia eccleſiæ. ar. 12.q.1. illi qui.

Petrus ꝓpter Chriſtum abnegauit ſeipſum.

Eccleſiæ ſtipendia nõ ſunt diuitibus dãda.

h ¶ Velut

a ¶ Velut pro ipſa expenſa ſua.] arg. aliquem poſſe dare eccleſię de proprijs pro ſua ſuſtentatione. Hu. hoc nõ eſt verum niſi illud fiat ſine peccato, vt extra de ſimon. tua. nec excuſat paupertas, vt extra ead. qm̃ ſimoniacæ.
b ¶ Iactantiã.] nam nocet iactantia. 6. q. 1. imitare.
c ¶ Perfectior.] id eſt, expeditior ad ſeruiendum Deo eſt.
d ¶ Expoliat.] nam tunc dr̃ in eo manere ſpiritus ſanctus, cum voluntariam diligit paupertatem: de pœnit. diſt. 2. quærendum. diuites tamen cum bonis, &c. 30. diſt. hoc ſcripſimus.

Eccleſiæ dare aliqua ꝓ ſua ſuſtentatione nemini licet.

¶ Quòd ſi aliquid de fructibus ſuis eccleſiæ, velut [a] pro ipſa expenſa ſua contulerint; non ſe prœferant inani iactantia [b] illis, quos nihil habẽtes paſcit, & ueſtit eccleſia; quia perfectior [c] eſt ille, qui ſe mũdi rebus expoliat [d], aut † qui cũ nihil habuerit, nec habere deſiderat, quàm ille, qui ex multis, quæ poſſidet, eccleſiæ aliquid præſtat, ac ſe de eo, quod præſtiterit, forſitan iactat.

† al. ⁊

Ecce, qui prohibentur ab eccleſia ſuſcipi. Illi vero, qui omnia ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel eccleſiæ rebus adiungunt; & ab eccleſia laudabiliter ſuſcipiendi ſunt, & eius opibus ſuſtentandi.

Vnde in eodem libro, cap. 11. legitur.

Et in Aquiſgr. c. 108.

¶ Qui ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel eccleſiæ rebus adiungunt, laudabiliter eccleſiaſtica diſpenſant. C. IX.

SAcerdos, cui diſpenſationis [e] cura commiſſa eſt, non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit [f] à populo diſpẽſanda, & fideliter diſpenſat [g] accepta: quia omnia ſua aut parentibus reliquit, aut pauperibus [h] diſtribuit, aut eccleſiæ rebus adiunxit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore conſtituit; ita vt unde pauperibus ſubminiſtrat, inde & ipſe tamquam pauper volũtarius uiuat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cum perfectione [i] virtutis, vitæ neceſſaria ſiue in domibus [k] ſuis, ſiue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, ſed cogit viuendi neceſſitas. *& infra c. 14.* ¶ De talibus dicere videtur Apoſtolus: [Qui in ſacrario [l] operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui in altario deſeruiunt, cum altario participant.] Qui niſi hoc de contemptoribus facultatũ ſuarum vellet intelligi, nũquam ſecutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium adnuntiant, de Euangelio viuere.] De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere uolunt; qui nec habent, nec habere aliquid cõcupiſcunt, non ſuorum, ſed cõmunium poſſeſſores. Quid eſt aliud de Euãgelio viuere, niſi laborantem inde, vbi laborat, neceſſaria vitæ percipere [m]? Apoſtolus tamen, qui ſic Euangelium prædicauit, ut nec de Euangelio uiueret, ſed neceſſaria ſibi ſuis manibus [n] miniſtraret, de ſe confidenter eloquitur: [Ego autẽ nullo horum uſus ſum [o].] Et quare hoc dixerit, ſecutus aperuit dicens: [Expedit mihi mori magis, quàm ut gloriã meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriam [p] ſuam, ſi ab eis, quibus prædicabat uoluiſſet accipere uitæ tẽporalis † expenſam. Nolebat quippe in præſenti laboris ſui fructũ, ſed in futuro recipere.

In Aquiſ. c. 111.

1. Cor. 9.

† al. *corporalis*

SAcerdos.] CASVS. Dicitur hic, q͡ clerici, qui bona ſua parentibus vel pauperibus eccleſijs reliquerunt, vel qui à natiuitate ſua pauperes fuerunt, viuere debent de bonis eccleſię. & probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: Qui i ſacrario, &c. licet Apoſtolus noluerit de Euãgelio viuere: ſed ſuis manibus victũ quærere, vt liberius arguere poſſet. Seq. c. cũ §. patet.
e ¶ Diſpenſationis.] ſ. 12. q. 1. c. expedit.
f ¶ Accipit.] id eſt accipere debet.
g ¶ Diſpenſat.] id eſt, diſpẽſare debet tam ſibi, quàm alijs, &c.
h ¶ Pauperibus.] quod ei licet. 12. q. 3. c. 1. 2. & 3.
i ¶ Cũ perfectione.] id eſt, expeditione ad ſeruiendum Deo.
k ¶ In domibus.] ſ. de conſecr. diſt. 5. in omnibus. contra, ſ. 12. q. 1. neceſſaria. cõtra. ſ. 12. q. 2. nobis. Solu. hic loquitur de clericis indigentibus, quibus tenetur prouidere ſicut alijs pauperibus. iſti tales accipiũt ab eccleſia: non quia clerici, ſed quia pauperes. arg. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatum percipiant, quod in communi ſoliti erant habere, vt diſt. 32. ſi qui vero.

Clericis indigentibus eſt prouidendum.

l ¶ Sacrario.] ſ. 13. q. 1. §. quia ergo. ſ. 16. q. 1. c. pen. & vlt.
m ¶ Percipere.] ſ. 12. q. 2. charitatem.
n ¶ Manibus.] ſ. 10. q. 3. cauendum. ſ. 21. q. 1. clericus.
o ¶ Vſus ſum.] ne ea occa ſione pſeudoapoſtoli acciperent, & ſic in prædicatione perſiſterent. nam ex quo videbant eũ nõ accipere, verecundabant & ipſi accipere. ADDITIO. De hoc legi. & not. 28. q. 1. iam nunc. in fi.
p ¶ Gloriam.] quam habeo apud Deum de hoc quod non accipio, vel ſi acciperem cum ſcandalo, vel vltra quàm deberem, vel ſi prædicarem eo obtentu, vt acciperem 1.

1 8. q. 1. eſſe in eccleſia. vel quam habeo ex eo, q͡ maloquer prędicatiõem meam ad bonũ conuerto. Hug.

Cleri-

a Clerici.] ¶ Deſeruiunt.] etiam infirmi ſeruiunt. extra de cle.ægrō.c.1.ff.de ſta. lib.l. cum heres. §. Stichus.
b ¶ Meritum.] 12.q.2.Vulteranæ. & c.de reditibus, ſed j.16.q.7.c.1,contra.ſed ibi ſoluitur.Vel meritum,idest, vt ingreſſu monaſterij aliquid ſit dandum;quia qui monaſterium intrat, non religioné,ſed ſtipendia emit. Et reſpondet Grat.q. ſimonia eſt;quia non ſolú emere ſpiritualia,ſed ſpiritualibus annexa ſimoniacú eſt, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

a ¶ Aut parentibus.] *In aliquot manuſcriptis Gratiani legitur*, aut pauperibus reliquit. *in vetuſto autem Proſperi codice, & in concilio Aquiſgranenſi, legitur*, quia omnia ſua aut reliquit, aut ecclesiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani, & Proſperi habent vulgatam lectionem, nihil eſt mutatum.*

Item ex concilio Agathenſi, c.36.

¶ **Iuxta meritum laboris, eccleſiaſticæ ſtipendia ſacerdotes diſtribuant. C. X.**

CLerici omnes, qui eccleſiæ fideliter, vigilanterque deſeruiunt [a], ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundú ſeruitij ſui meritum [b] per † ordinationem canonum à ſacerdotibus conſequantur.

† al. vel

Multorum [a] *auctoritatibus luce clarius conſtat, quòd ab ingreſſuris monaſterium non licet pecuniam exigere; ne & ille, qui exigit, & ille, qui ſoluit, ſimoniæ crimen incurrat.*

a ¶ Multorum.] *In vulgatis codicibus huic §.* Multorum. *præponebatur hic titulus*. Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ, *qui ſublatus eſt, quoniam abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus collatis, & in pleriſque hic §. eſt initium ſequentis tertiæ quæſtionis.*

QVAESTIO III.

SEd adhuc [c] *obijcitur, quòd qui ingreſſuri monaſterium pecunias tribuunt, non propoſitum religionis, ſed participationem ſtipendiorum eccleſiæ emunt. Temporalia ergo, non ſpiritualia ementes, nequaquam ſimoniaci habendi ſunt.* ¶ *His itaque reſpondetur. Non ſolum, qui ſpiritualia, ſed etiam, qui tēporalia eis annexa* [d] *pretio accipiunt, vel tribuunt* †, *ſimoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquens ex perſona Domini:* [*Quis eſt, inquit, in vobis, qui claudat oſtia* [e], *& incendat altare meum gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.*] *Oſtia claudere non eſt ſacri muneris officium, ſed tantum ſibi adiunctum.*

† hæ voces] *vel tribuunt*] abſunt à pleriſq. manuſc.

Mal. 1.

Item Gregorius ſcribit vniuerſis epiſcopis Hiſpanis.

c ¶ Sed adhuc.] Hic depingitur 3.quæſtio, an ſcilicet ingreſſum, vel præbendas emere ſit ſimoniacum. primum membrum expeditum eſt ſ.eo.pr. quæſt. ſecundú expeditur hic. Nō.q. præbenda [2] dicit quandoq; ius quoddam ſpirituale ſ percipiédi ecclesiá.vel ipſam præbendam hoc modo emere ſimoniacum eſt. Quandoque dicitur ipſi fructus præbendæ; quos emere non eſt ſimoniacú, vt extra ne prælati vices ſuas. c. vlt. niſi quis forte emeret fructus ab initio ſuæ ordinationis, vel inſtitutionis in ipſa eccleſia, vt habeat dum vixerit. argum. j.ead. ſi quis obiecerit.& cap. Saluator. tunc enim ita ſunt annexa, vt qui priuetur officio, priuetur & illis, vt 81.diſtinct. ſi quis ſacerdotum.

Præbenda dicitur dupliciter.

2 Præbēda per ſe pſana eſt. Inn. Pan. Fel. c. cū Martin⁹ Ferratienſis, de cōſt.

3 Ad iſtud ius nō poſſūt duo recipi ſimul vno iure vacāte, extra de. pb. dilecto. Arch.

Beneficio priuatur qui priuat officio.

d ¶ Annexa.] arg. q. idem iuris ſit in vno cohærentium & connexorum, quod in altero. vnde qui priuat officio, & beneficio, vt ſ.diſt.28. decernimus.ſ.diſt.81.ſi quis ſacerdotum.&c. cōs. ſ.diſt.50.ſtudeat.cōtra.ibi de gratia, hic de rigore.

e ¶ Qui claudat oſtia.] idest, qui gerat officiú oſtiarij. Vnde videtur,q. emere huiuſmodi officiú oſtiarij, vel pulſandi cāpanas, ſit ſimoniacú: cú illud ſpectet ad officium primicerij. 25. diſtin.perlectis.quod concedo. ſed emere quamcumque adminiſtrationem rerum eccleſiæ, puta q. det panem in refectorio, vel vinú, vel cuiuſcūmque alterius rei, dicit H. ſimoniacum eſſe. argum. contra.ſ.ea.quæſt.1.ſi quis epiſcopus.prope fin.& j.ea.quæſt.Saluator.& dicit, quòd licite poteſt dari pecunia alicui, vt ſuſcipiat tale officium: ſed tamen ille non poſſet dare pecuniam, vt ei daretur [4], & ſic aliquid vendi poteſt licite, quod non poteſt emi. Alij dicunt, quòd tunc eſt ſimonia emere aliquam adminiſtrationem eccleſiaſticam cum aliquod ſpirituale habeat annexum, vel talis eſt, q. per clericum tanú cōſueuit exerceri, & rōne officij: qd magis credo. Aude-

Simoniacū eſt emere officiú pulſandi campanas.

Emptio adminiſtrationis eccleſiaſticæ eſt ſimoniac.

4 Ratio eſt: quia non pſumitur, q. ita fideliter adminiſtrat in recōpenſatione eius, qd dedit. arg. ff.de pbat. cū de inde bito. Ioan. de Pan.

vt presbyter pluſquam alij percipiat [1], vt diſt.74. conſuluit, quod nō eſt in alia ſocietate. ff.pro ſocio.verum. §.ſed cum tres.

1 Sed cōtra 32.diſ.preter hoc. ſ ſi. & hoc cōtra etiā pbat c.hic allegatú.conſuluit. vt ibi nota. Arch.

SEd adhuc obijcitur.] CASVS. Hic tractatur tertia quæſtio, in qua quæritur an ingreſſum eccleſiæ, vel præbendas emere ſit ſimoniacú. Sed de ingreſſu eccleſiæ eſt expeditú in prima q. Et certum eſt, q. emere præbendam (ſecundum quod dicitur præbenda ius ſpirituale) ſimoniacum eſt: ſed præbenda, idest, fructus præbendæ emere nō eſt ſimoniacum. Sed obijcit hic adhuc, q. pro

AVdiuimus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſacrilegium, & ſimoniam committunt qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia per pecuniam acquirunt, & qui ea concedunt pro pecunia. vnde præcipitur ne decetero fiat: & quod factum eſt in præterito, irritetur.

Franciæ quaſdam eccleſias ab epiſ habérent, & in illis presbyteros ſæculares, toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte vel alia cauſa mutabantur: & ideo præcepit Papa, vt quas ſpatio xxx. anno. ſub hac redemptione poſſederunt, amodo ea ceſſante, quiete poſſideant.

a ¶ Sacrilegio.] & crimine læſæ maieſtatis. 15. q. 3. ſanc. 2. quæſtio. 1. in primis.

b ¶ Cauſatur.] id eſt, in cauſam ducitur, vel pro cauſa, ſcilicet pro acceptione, vel datione pecuniæ fit: vel cauſatur, id eſt, facit vnde cauſari, id eſt, accuſari, debeat.

SI quis dator.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſimoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate ſi perſeuerauerit damnatur, & quod iniuſte acceptũ eſt, reſtituatur.

Pecunia ſimoniaca cui eſt reſtituenda.

c ¶ Reſtituere.] Sed cui dices reſtituendã talẽ pecuniam? Videtur, ꝙ ei in cuius ignominiam data eſt. 17. q. 4. ſi quis in atrio. 15. q. vlt. cum multę. 17. q. 1. ſi quis rapuerit. extra de ſim. de hoc. in Auth. de ſan. epiſ. §. ſed neq; coll. 9. & extra de ſi. audiuimus. E cõtra videtur, ꝙ illi qui dedit eã, vt extra c. veniens. Itẽ videtur, ꝙ illa pecunia non debet remanere penes eccleſiam. cum Petrus dixerit: Pecunia tua, & c. 1 Itẽ quia fiſco cõpetit perſecutio eorũ, quæ ſcelere cõquiſita ſunt. ff. de iur. fiſ. Lucius. ff. de don. inter virum & vxo. cũ hic ſtatus. §. ſi.

1 Supra ea. q. 1. Petrus. & c. q ſtudet. & Act. 8.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis epiſ beneficiũ, vel dignitatẽ eccleſiaſticã ſimoniace contulerit, ab officio debet ſuſpendi: quia iuſtũ eſt, vt qui gratis acquiſiuit epiſcopatũ, minora ſtipendia gratis conferat.

d ¶ Suſpendatur.] id eſt, deponatur. 83. diſ. c. 1. Vel dic, vt 8. e. q. 1. quidquid.

e ¶ Membra.] 3. q. 9. pura. arg. 12. q. 2. cognouimus. 3. diſ. 63. in ſynodo. arg. eſt hic ꝙ idẽ iuris eſt in toto, qđ in parte: & in maiori, qđ in minori. 23. q. 1. de forma. extra de præb. maioribus. 95. diſt. eſto. ff. pro derelicto. l. 3.

Ius idẽ eſt in toto qđ & i parte.

¶ De ijs, qui ſacros ordines munerum acceptione diſpenſant. C. I.

AVdiuimus dilectiſsimi, quod nos audiſſe oportuit: ſed audiſſe profecto non libuit: quoſdam ſcilicet eſſe ſacrorum ordinum profeſſores, qui ſub munerũ datione, vel acceptione, Dei eccleſias, vel earum ſibi beneficia vſurpant. Quod quidem ſcelus vos non iamdudum acriter correxiſſe vehementer admiramur. Iuſte enim vterq. corripiendus eſt, & à ſanctæ liminibus eccleſiæ ſubmouendus, & qui pro eccleſiæ ambitu munera largitur, & qui vt eccleſiam adeat, quidquam præſumit accipere. Iſte quippe donum Dei emere, hic autem præſumit vendere. A ſacrilegio [a] quoq. hoc facinus non diſpar dixerim: cum id, quod ſponte, & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur [b]. Quare fratres chariſsimi, quæ taliter facta ſunt, curioſe refellite, infecta prohibete, veſtriſque iuſsionibus reſiſtentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Item Rothomagenſi epiſcopo, & Gallicis omnibus.

¶ De iis, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia vendunt. C. II.

SI quis dator, vel acceptor, Dei eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando emerit, ſiue accipiendo vendiderit, à Simonis non excluditur perditione. Sed ſi perſeuerans fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nã qui ſub religionis obtentu Deo famulari voluerit; ſi quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto fruſtratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuſte receperit, reſtituere [c]; & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa lib. 6. reg. in ſynodo, c. 4.

¶ Ab officio ſuſpendatur epiſcopus beneficia, vel eccleſiaſtica officia vendens. C. III.

Poly. l. 2. tit. 4.

SI quis epiſcopus præbendas, archidiaconatus, præpoſituras, vel aliqua eccleſiaſtica officia vendiderit, vel aliter, quàm ſtatuta ſanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit; ab eccleſiæ officio ſuſpendatur [d]. Dignum eſt enim, vt ſicut gratis epiſcopatum accepit; ita membra [e] eiuſdem epiſcopatus gratis diſtribuat.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶ Nec altaria, nec præbendas epiſcopis vendere licet. C. IIII.

QVæſitum eſt [f] de epiſcopis, qui altaria monaſterijs

QVæſitum eſt.] CASVS. Cum quidam monachi

deant, ſaluo annuo cenſu epiſcoporum, quem ex eiſdẽ eccleſijs habere conſueuerunt. Sequens c. patet.

f ¶ Quæſitum eſt.] ſm H. caſus talis eſt. Quidã epi cõtulerant eccleſias quaſdam cũ omni iure ſuo quibuſdã

locis religioſis. mortuis perſonis illarum eccleſiarum collatarum epiſcopi volebant in eccleſijs inſtituere clericos pro ſua voluntate: niſi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, q; talis datio pecuniæ ſimoniaca eſt 1. arg. ad hoc 17. q. 2. c. 1. Alij caſus inutiles conſueuerunt hic notari, quos omitto.

tra de deſpon. impu. de illis. & plura ſimilia notaui 32. q. 5. propoſito. & licet epiſcopus peccet recipiendo pecuniam: tamen monachi non peccabant dando, vt 25. q. 1. quid culpatur. Contrariũ huic ſignatur j. 16. q. 4. poſſeſſiones. ſed nõ eſt ꝯ, q̃a monachi licite quæſierant iſta altaria, vnde non habuerunt ea iure præſcriptionis, ſed ex iuſta donatione.

1 Ex parte epiſcoporum recipientiũ, monaſteria tamen crimen ſimoniæ nõ incurrebant: quia ſuis ſuũ redimebãt, ſm H.

¶ Adde idẽ eſſe etiam pro honoribus conſequendis, prohibitũ enim eſt. no. Bal. in l. 1. & per totum tit. ff. ad leg. Iul. de amb.

† al. perſonatus

data [a] frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam ſimoniacæ prauitatis vſus in Galliarum partibus iam diutius inoleuit, vt eccleſiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monaſterijs datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata auaritia vendantur: mortuis nimirum, ſeu mutatis clericis, quos perſonas † vocant. Nos auctore Deo venalitatem omnem tam ex rebus, quàm ex miniſterijs eccleſiaſticis propellentes †, hoc vlterius fieri auctoritate Apoſtolica prohibemus; ſicut etiã præbendas omnes venumdandas interdicimus. Porro quæcumque altaria, vel decimas ab annis triginta [b], & ſupra [c], ſub huiuſcemodi redemptione [d] poſſediſſe monaſteria noſcuntur; quiete deinceps, & ſine moleſtia quælibet eis poſſidenda firmamus. ¶ Saluo [e] vtique epiſcoporum cenſu annuo, quem ex eiſdem altaribus habere ſoliti ſunt.

2 Sol. hoc eſt verum aliàs. ſed hic non eſt ſicut patet in eo quod not. j. Ioã. de Fan.

¶ In ſummis capitulorum concilij Claremontenſis habiti Aluerniæ (de quibus ſupra ad cap. 1. diſt. 60. dictũ eſt.) c. 6. hæc leguntur, quæ ad caput hoc videntur ſpectare. Vt altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum per perſonas data, mortuis perſonis, libera redeant in manus epiſcoporum, niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel priuilegia confirmata.

Sententia dictari debet ſm petitionis formam.

Idem in concilio Placentino, c. 1. & 2.

¶ Antea legebatur, Item Gregorius, *Sed in aliquot vetuſtis codicibus eſt,* Idem, *nimirum Vrbanus ſecundus, in cuius ſynodo hæc habentur.*

¶ Quidquid data, vel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. C. V.

C. 1.

EA, quæ à ſanctis Patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt; nos quoque & iudicio ſancti ſpiritus, & Apoſtolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus, vel data †, vel promiſſa [f] pecunia acquiſitũ eſt; nos irritum eſſe, & nullas vmquam vires habere cenſemus.

† al. data, vel accepta, vel promiſſa

Item Auguſtinus de diſciplina Chriſtiana, vel de dono diſciplinæ, cap. 1.

Simoniam numquid committit dans pecuniam pro ſpiritualibus ſicut accipiens?

a ¶ Data.] à prædeceſſoribus ſuis pro redemptione animarum ſuarum.

b ¶ Triginta.] propter quod credebant aliquod ius acquiſitum epiſcopo; quia per xxx. annos & vltra recepit huiuſmodi redemptionem à monaſterijs: ſed non eſt ita, quiá furtiue recepit; & ideo non præſcripſit. Item licet monachi ſingulis annis emerent ius inſtituendi, non tamen epiſcopis ex hoc fuit ius quæſitum inſtituendi. Et licet hic fuerit ſimonia ex parte epiſcoporum, non tamen ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit, redimebant: quod licite facere poterant, vt dixi ſ. ea. q. 1. nullus. & ſic ſimonia eſſe poteſt ex vna parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi: ſicut etiam ſponſalia poſſunt eſſe ex vna parte, & non ex altera. extra de deſpon. impu. ...

c ¶ Et ſupra.] hæc dictio, ſupra, ad modicũ tempus refertur 2. ff. ex quib. cau. maio. ab hoſtibus. §. ſed quod. arg. ff. de verb. ſignific. hæc adiectio.

d ¶ Redemptione.] ſed numquid eſt licitum redimere ius ſuum? Hoc not. ſ. q. 1. nullus eps grauamen. & 16. q. vlt. decimas 2. Dici enim poteſt, q; vbicumque quis ſcit aduerſariũ ſuum non credere ſe ius habere, redimat vexationem ſuam. Sed quare non deponuntur iſti epiſcopi? Dic, quia non agebatur ad hoc: & ſententia debet dictari ſecundum formam petitionis. extra, de accu. qualiter & quando.

e ¶ Saluo vtique.] non enim pleno iure omnino videtur donaſſe eccleſias epiſcopus, nec poteſt donare ſine conſenſu capituli. extra de dona. paſtoralis.

f EA, quæ.] ¶ Vel promiſſa.] Tertium caſum habes, ſcilicet, vel retenta, vt extra de tranſact. ſuper eo. Nam remittere, eſt dare. extra de teſt. veniens. & ff. de calum. l. 2. Et ita in ſpiritualibus nõ poteſt interuenire 3 tranſactio: cum his tribus modis tantũ fiat tranſactio. C. de tranſa. l. tranſactio. ff. eod. l. 1. Sed nec permutatio poteſt fieri ſuper beneficio habito vel habendo 4 aliàs bene ad hoc extra de rerum permut. quæſitum. nec etiam tranſactio, vt extra de tranſac. ſuper eo. arg. contra extra de offi. iudi. deleg. ſi quando. Sed ibi fuit facta tranſactio non ſuper beneficio, ſed ſuper proprietate: & ſic intellige extra de deci. ex multiplici. Io. Item ſuper re ſpirituali tamquam proprietate poteſt fieri permutatio. extra de rer. permu. ad quæſtiones. non tamen vt detur temporale pro ſpirituali. extra de rerum permu. c. vlt. illud autem dubiũ nõ eſt, quin amicabilis compoſitio interuenire poſſit. extra de tranſact. c. 2. Item ex auctoritate iudicis poteſt interuenire pecunia. extra de præben. niſi, in fine. & extra de tranſa. ſtatuimus. ff. de ijs, qui notan. infa. furti Ioan.

3 De hoc dixi ſup. c. q. 2. quæ pio. ibi videas, Arch.

4 Tranſactio in ſpiritualibus interuenire non põt, ſed bene amicabilis compoſitio.

Totum.]

TOtum.] CASVS. Dicitur hic q̄ nomine pecuniæ intelligit̃ quidquid ab hominibus poſſidet: & ideo ſi aliquid tale pro ſpiritualibus datur, ſimoniacũ eſt.

a ¶ Totum]probatur per hoc c. q̄ ſicut in pecunia ſimonia committitur, ita & in alia re.

b ¶ Pecunia] ſtrictius accipitur tantũ pro pecunia numerata. j. 14. q. 3. cap. 1. 2. & 3.

c ¶ Pecunia.] Nomen enim pecuniæ etiam iura continet quãdoque. ff. d verb. ſignifi. pecuniæ. Item quãque etiam ſpeciẽ & rem quamlibet 1, vt hic. & ff. de leg. 3. quiſquis. Item quandoque ea tantũ, quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura 2. Pretium autem non conſiſtit niſi in numero tantum, vt inſti. de emp. & vend. §. itẽ pretiũ.

1 Dicit lex q̄ pecunia eſt quidq̄d p̄ pecunia accipit̃. ff. de calũ. l. 1. §. vl. & l. 2.

2 Adde not per Bar. in d. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. & l. 2. §. item mutuum. ff. ſi cer. peta.

¶ Quidquid poſſidetur, nomine pecuniæ intelligitur. C. VI.

TOtum [a] quidquid homines poſſident in terra, omnia, quorum domini ſunt, pecunia [b] vocatur: ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum eſt, pecunia dicitur. *& infra.* ¶ Ideo autem pecunia [c] vocata eſt, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.

Item Paſchalis Papa.

¶ Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur. C. VII.

Magſ. l. 4. di. 25. Deuſdedit. p. 2. Polyc. l. 7. tit. 6. Anſe. l. 13. c. 33. Iuo par. 2. c. 84. Pann. l. 3. c. 123.

SI quis obiecerit non conſecrationes emi, ſed res [d] ipſas, quæ ex conſecratione proueniunt, penitus α deſipere probatur. Nam cũ corporalis β eccleſia, aut epiſcopus [e], aut abbas [f], aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo [g] proficiat †, ſicut nec anima [h] ſine corpore corporaliter viuit [i]; quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum [k] inuenditum derelinquit. Nullus γ igitur emat eccleſiam, vel præbendam, vel aliquid eccleſiaſticum: nec paſtellum, nec paſtum [l] antea, vel poſtea [m] pro huiuſmodi ſoluat [n].

† Idem Hoſti. in ſumma de re. eccleſ. non alie. in pri. Panor. in proœ. Dec. fo. 4. col. 4. Matt. Aﬄ. de iure protomiſeos col. 72.

α ¶ Penitus.] *Deuſdedit, & Anſelmus legunt,* videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus ſapere.

β ¶ Corporalis eccleſia.] *Deuſdedit ſic habet,* cum corporalis eccleſiæ epiſcopus, vel abbas ſine rebus, &c. *Reliqui collectores, & vetuſti codices Gratiani concordãt cum vulgata lectione.*

γ ¶ Nullus igitur.] *Deuſdedit, Polycarpus, Iuo & codex manuſcriptus Decretorum Pontificum (in quo integra fere Paſchalis epiſtola, vnde caput hoc acceptum eſt, refertur) non habent hæc verba: ſed poſt verbum,* derelinquit: *continenter ſubiungunt,* Quam tamen obiectionem ſacer Chalcedonenſis canon penitus exterminat, &c. *Auctor vero huius capitis, ac totius illius epiſtolæ eſt Paſchalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epiſtola Paſchalis eſt poſt decreta Hadriani II. cum decreta Paſchalis ſecundi ſint poſt Vrbanum ſecundum eo plane ordine, quo ſibi ſucceſſerunt: quod etiam ex ſequenti capite indicatur.*

Item Vrbanus II. epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio L. † præpoſito eccleſiæ ſancti Iuuentij apud Ticinum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Lucio.] Anſ.

SIquis obiecerit.] CASVS. Quidam ſimoniaci excuſabãt ſe dicẽtes ſe nõ emere præbendas, ſed fructus præbendarum: ſed dicit Paſchalis, q̄ ſi quis pro temporali fructu pecuniam offerat ſine quo eccleſiaſticum beneficiũ eſſe non poteſt, neutrum inuenditũ derelinquit, nec ſolum pecuniam, ſed nec paſtũ vel paſtellũ ante vel poſt licet offerre.

d ¶ Sed res.] non de rebus corporalibus, ſed de iure ſpirituali cui cohæret officiũ, intelligitur. Vel intellige de iure percipiendi res, vel de rebus ipſi officio adhærentibus, vel de rebus cõſecratis, vt in ſindone. arg. 17. q. 4. ſi forte. arg. j. q. 6. hæc quippe. j. 16. q. 2. c. 1. §. vlt. Vel intelligas de rerum adminiſtratione 3. Et ſic in hoc cap. de duobus mentio: ſcilicet de conſecratione & adminiſtratione ex ordine proueniente. & facit ad hoc 1. q. 6. §. 1. vel de iure 4, quo res ipſæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipſis ſecundum Hug. & tunc q̄n quis promouendus eſt ad eccleſiam vel ordinem fructus prouenientes iure eccleſiæ vel ordinis non licite emit perceptos vel percipiendos: tunc enim præſumit̃ emere eccleſiam vel ordinem. alio autem tempore emere non eſt peccatum, vt extra ne prælati vices ſuas. cap. 3. 12. q. 2. alienationes.

Res ſpirituales emi nõ poſſunt.

3 Super hoc vide quod le. & no. ĩ. ea. §. his ita Arch.

4. Iſta expoſitio approbatur per Bar. & Vin. extrà de teſt. conſtitutus. in glo. ſi in omni. iuxta ſi.

e ¶ Aut epiſcopus.] id eſt, dignitas epiſcopalis.

f ¶ Aut abbas.] id eſt, dignitas abbatialis.

g ¶ Nullo.] Bene accedit ad id quod legitur in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuf. §. cogitatio. Nam ibi dicit̃ q̄ fiſcus abundare dicitur ſi vtatur ſubiectis locupletibus, vt 3. ea. q. 2. contra. 3. ea. q. 1. cos. contra. Sed hoc cum ex pacto præcedenti.

Fiſci intereſt ſubiectos habẽre locupletes.

h ¶ Nec anima.] id eſt, ipſum collegium. vel ad litterã.

i ¶ Viuit.] exercendo ſenſus corporeos: aliàs falſum eſt, cum antequam ſit in corpore, viuat. ſic exaudi 32. q. 2. Moyſes.

k ¶ Neutrum.] argu. idem iuris eſſe in vno connexorum quod in reliquo: arg. ſ. diſtin. 8. quo iure. 3. q. 6. hæc quippe. & 16. q. 2. cap. 1. & ff. de iure iuran. cũ qui. § ſi libertus.

l ¶ Paſtum.] arg. contra in Authen. de ſanctis epiſco. §. pro conſuetudinibus, colla. 9.

m ¶ Vel poſtea.] arg. ff. de pactis, iuriſgentiũ. §. dolo. ibi, ne quid fiat ei quod ante promiſit.

n ¶ Soluat.] non etiam ſub obtentu conſuetudinis. j. ea. q. c. vlt. contra. Dic vt ibi.

Salua-

SAluator.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtēdit Vrbanus auctoritate Christi, mundi finē imminere ex eo q; pſeudoapoſtoli,& pſeudoprophetæ apparent multos ſeducentes, quibus à bonis fortiter eſt reſiſtendum,vt qui probati ſunt manifeſti fiant. In ſecunda parte oſtendit,q; rem eccleſiaſticā vendere ſimonia eſt,quod probat quinque rationibus. Primo per damnationē Simonis donum Dei emere volentis, vt poſtea venderet,per quod res eccleſiaſtica intelligitur. Secundo per ſynodum Chalcedonēſ. in qua pcuratur vel defenſor eccleſiæ,vel quilibet regulę ſubiectus fieri per pecuniā prohibetur. Tertio auctoritate Paſchalis,quā ſ. habuimus. Quarto auctoritate Aug. qui reprehendit præpoſituram venditiones. Quinto auctoritate Euangelij clamantis cōtra ſimoniacos. Vos feciſtis domū patris, &c. nec excuſat ſiue in eccleſia ſiue extra eccleſiā res eccleſiaſtica vendatur. Secunda pars incipit ibi,[Igitur quia.]Vel ſic:

❡ De eodem. C. VIII.

Deuſdedit p. 2. Act.L. ... Matth. 24.

SAluator prædicit in Euangelio circa finem ſæculi pſeudochriſtos,& pſeudoprophetas ſurgere, & multos ſeducere,& fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras; ſed tamen portas[a] inferi aduerſus eccleſiam non præualituras. Proinde (quia,vt ait Apoſtolus, oportet[b] hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant) oportet nos cum propheta ex aduerſo conſurgere, & murū opponere pro domo Iſrael, & cum eodem Apoſtolo per multas tribulationes intrare in regnū Dei: quoniā non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriā,quæ reuelabitur in nobis. ❡ Igitur, quia innotuiſti nobis, quòd tibi obijcitur, vtrum vendere eccleſiaſticā[c] rem ſimoniacum ſit, hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur ex hoc, quod beatus Apoſtolus Petrus ait Simoni: [Pecunia tua tecum ſit in perditionē: quia exiſtimaſti donū Dei pecunia poſsideri.]Donū[d] quippe Dei eſt ſpiritus ſanctus, & donū Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. Et ſi bene animaduertis, Simon magus, qui ad fidem ficte acceſsit, non ſpiritum ſanctum propter ſpiritum ſanctum, quo ipſe erat indignus (quoniā, vt ſcriptū eſt, ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) ſed ideo, quantum in ipſo erat, emere voluit, vt ex venditione ſignorum, quæ per eumdē fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apoſtolus emptionem ſpiritus ſancti (quam bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitionem[e] quæſtus talis,& auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo perculit. Quiſquis[f] igitur res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt; quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua[g] lucra vendit, vel emit, cum eodē Simone donum Dei poſsideri pecunia exiſtimat. Ideo qui eaſdem res non ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria[h] lucra munere linguæ, vel indebiti obſequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt; cum principalis intentio Simonis fuerit ſola pecuniæ auaritia, ideſt idololatria, vt ait Apoſtolus Paulus: Alioquin, cur ſancta ſynodus Chalcedonenſis[i] DCXXX. epiſcoporum, procuratorem, vel defenſorem eccleſiæ, vel quemquam regulæ ſubiectum adeo per pecuniā ordinari prohibet, vt interuentores quoque tanti ſceleris anathematizet, niſi quòd eoſdē ſimoniacos iudicet? Quòd ſi præfati milites †[k] eccleſiæ ob huiuſmodi ſcelus taliter percelluntur, nemo ſa-

1. Cor. 11. — Ezech. 13. — Act. 14. — Rom. 8. — Act. 4. — Sap. 1. —]. c. res eccleſię. — Coloſſ. 3. — C. 2. — †al. militātes

Casvs. In prima parte oſtendit auctoritate Euangelij, hæreſes debere circa finē ſæculi imminere, vnde oportet nos ex aduerſo conſurgere cū propheta, & cum Apoſtolo pro domo Iſrael. In ſecūda oſtēditur quinq; auctoritatibus, q; vendere res eccleſiaſtica beneficia ſit ſimoniacum.

a ❡ Sed tū portas.] id eſt, vitia & etiam hæreſes, quibus intratur in infernum, quæ nō præualent eccleſiæ, quia ſemper aliqui boni ſunt in eccleſia 1.24. q.1. à recta. & c. pudenda.

b ❡ Oportet.] ideſt, vel le eſt vt nos excitēt.]. 24. q. vlt. c. vltį.

c ❡ Eccleſiaſticam.] ideſt, eccleſiaſticū beneficiū, vel aliquā rē conſecratam in caſu non cōceſſo, puta calicem 2 ſm quoſdā. Nam & nomē rei generale eſt. ff. de verb. ſignifi. rei appellatione. ſ. ea. quæſitū. Vel dic eccleſiaſticam rē, id eſt, adminiſtrationem. & ſic bene adaptatur littera Chalcedonenſis ſynodi.

d ❡ Et donum] ideſt, officiū per quod datur ſpiritus ſanctus, ſcilicet poteſtas faciē di miracula.

e ❡ Sed ambitionē.] Arg. effectum vel conatū ſine effectu puniri. arg. 22. diſt. c. 1.

f ❡ Quiſquis.] Hic colligę q; corporales res eccleſiæ emere vel vēdere ſimonia eſt in tali caſu, cum quis intrat eccleſiam, vt ſ. ea. in prin.

g ❡ Propter ſua.] hic vacat arg. à cōtrario ſenſu, vt ſ. e. q. 1. quos conſtitetit. & c. ſi quis epiſcopus.]. 29. q. 2. perlatum.

h ❡ Sed ad propria.] id eſt, precibus quas pro ſe quis offerre non poteſt, ſecundum H. vt no. ſ. ea. q. 1. ſunt nonnulli. ſed quid teneas, ibi dixi.

i ❡ Chalcedonēſis.] ſi illi qui emunt vel vendunt res eccleſiaſticas, non ſunt ſimoniaci, cur, & c.

k ❡ Milites.] clerici ſcilicet, qui tales milites ſunt, quorum

Eccleſia ſemper aliquos bonos habet.

1 Pro qua rogauit dñs. 21. diſt. §. 1. de pę. diſt 1. ſi em. verli. Petrus.

Res eſt nomen ğnale. 2 De hoc nota. 10. q. 2. hoc ius. ibi videas ad hoc]. ea. q. res. Arch.

Affectus ſine effectu punitur.

Simonia eſt emerę vel vēdere res corporales eccleſię.

Clericorū arma quæ ſunt.

ſum arma lacrymæ ſunt. 23. q. vlt. conuenior. vel orationes. 23. q. 8. c. reprehenſibile. vel excõicatio. 16. q. 2. c. 1. & caſtra eorum ſunt eccleſiæ. 54. diſt. c. nullus.

a ¶ Non militantes.] contra. ſ. diſt. 19. nulli fas. ĩ. 8. q. 1. illud. & 32. q. 5. qui viderit. ſ. diſtin. 40. homo. ĩ. 11. q. 3. præcipue. ĩ. 25. q. 1. nulli fas. ĩ. ea. quæſt. peruenit. cõtra. Solu. põt dici, ꝙ ideo dicit̃ laicus peccare magis, qa peccat in duobus, & quia rem eccleſiæ emit, & quia ſuo officio non debitã: arg. ff. de re. iu. culpa. clericus autem in vno, quia emit tantum.

eſt, quæ habeat aliquod ſpirituale annexũ ſibi aliàs nõ.

i ¶ In ſubiecto vero.] nonne etiam œconomus clericus debet eſſe? vtique prout concilium Hiſpaleñ. interpretat̃ 16. q. 7. in noua. Dic ergo ꝙ iſtud, vero, potius aduerſat̃ officio quàm ordini. nã circa alia conſiſtit officiũ œconomi,

Oeconomus debet eſſe clericus.

piens negabit non militantes [a] eccleſiæ multo damnabilius [b] ob hanc cauſam, ideſt emptionis, vel vẽditionis, debere percelli. Sed & beatus prædeceſſor noſter Paſchalis, de conſecratione affirmat, quòd quiſquis eorum alterum vendiderit, ſine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem eccleſiæ vendit, vel emit, ſimoniacum eſſe intelligitur †. Nomine vero procuratoris [c] intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorẽ, vt verbi gratia, præpoſitum [d], œconomum [e], vicedominum: defenſoris nomine aduocatum [f], ſiue caſtaldum [g], & iudicẽ [h]: in ſubiecto vero [i] regulæ archipresbyterum, archidiaconum [k], canonicum, monachum, vel quemlibet eccleſiaſtico mancipatum officio. Quòd vero ſpiritũ ſanctum, quantum in ſe eſt, vendat, vel emat, qui præpoſituram, vel aliquid huiuſmodi vendit, vel emit; audi Auguſtinum ſuper Ioannem. [O quot præpoſituras fecerunt. Alterum præpoſitum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam: vnuſquiſque laudat [l] præpoſitum ſuum, quòd vendit, &c.] Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſituræ diſtractione agẽs, nomine columbæ ſancti ſpiritus venditionẽ, vel emptionẽ accipit; ſicut & omnes huius Euangelici capituli tractatores. Penſandum vero eſt, qua pœna mulctentur, qui iam Deo, & eccleſiæ ſuæ oblata vendunt, vel emunt: ſi cum flagellis à Dei templo eiecti ſunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorũ venditoribus, vel emptoribus dictũ eſt: [Vos feciſtis domũ patris mei, domũ negotiationis, & ſpeluncam latronũ;] quid dicetur de eccleſiæ iam oblatorum venditoribus, vel em-

ĩ. ea. c. ſi quis.

† al. intelligit

Tract. 10. in c. 2. Ioannis.

Ioan. 2.

Matth. 21.

b ¶ Damnabilius.] id eſt, damnabiliter. arg. 27. q. 2. coniuges. Vel hic appellat non militãtes eccleſiæ, nõ laicos, ſed clericos q eccleſiæ nõ ſeruiunt, illi enim, qui emunt & non ſeruiunt, magis peccãt; quoniam in pluribus quàm qui emunt & ſeruiunt, & ſecundum hoc non ſunt cõtraria quę hic ſignantur.

c ¶ Procuratoris.] Generaliter ſumitur hic nomẽ 1 procuratoris. arg. ff. de procu. l. 1.

1 Sic extra de pcu. petiuo. Arch.

Additio. Aliquando procurator actoris vocatur reſponſalis, vt extra de reſtitu. ſpo. ex conqueſtione. in fin.

d ¶ Præpoſitum.] Sed quam differentiã facit inter iſta nomina, põt dici ꝙ nomẽ præpoſiti generale eſt, & continet alia ſub ſe. argum. extra de ver. ſignifi. quamuis. Vel dic ꝙ præpoſitus & œconomus nomina diuerſa ſunt, ſed idem ſignificant ſicut primas & patriarcha. 99. diſt. c. 1. vel bene poſſunt eſſe in eadẽ eccleſia præpoſitus & œconomus. De vicedomino planum eſt, quia ille eſt, qui præeſt rebus epiſcopi. 89. diſt. cap. volumus. vicedominus in rebus epiſcopi, œconomus 2 in rebus canonicorum: ſæpe tamẽ vnũ ponitur pro alio.

Præpoſitus & œconomus, differunt.

2 Adde gl. & Bar. l. l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraor. cog.

e ¶ Oeconomum.] Oeconomus eſt cui res eccleſiaſtica gubernãda mãdatur. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus.

f ¶ Aduocatum.] ſcilicet qui præeſt tantum cauſis tractandis, qui aliàs dicitur ſyndicus.

g ¶ Caſtaldum.] ſcilicet qui habet curam externarum rerum, qui dicitur aliàs maior domus. 89. diſ. volumus.

h ¶ Et iudicem.] ſicut in eccleſia Boñ. Sed nonne iſti tres poſſunt eſſe laici, ſic ſine dubio. Qualiter ergo in iſtis officijs, quæ nihil ſpiritualitatis habent annexũ, ſimonia committitur? dicit H. ꝙ in omni adminiſtratione rei eccleſiaſticæ committitur ſimonia, ſi ematur, ſicut not. ſ. eo. in prin. & hoc eſt ſimoniacum, quia prohibitum, nõ ideo prohibitum, quia fuit ante ſimoniacum. ſed alij non ita late extendunt ſimoniam, inhærentes conſuetudini generali. dicunt enim quòd tunc tantum eſt ſimonia in empta adminiſtratione, id eſt, dignitate, ſi talis

Emere adminiſtrationẽ rei eccleſiaſticæ ſimoniacũ eſt.

conomi, & circa alia archipreſbyteri, & aliorũ hic ſequẽtiũ. Quidã aũt intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt ſimoniacũ eſſe huiuſmodi officia emere: & quod dicit, in ſubiecto vero, &c. ideo dicit, quia illi magis ſunt ſubiecti regulæ eccleſiaſticæ q̃ iſti: licet omnes ſint clerici. nã dũ illi verſantur circa exteriora & adminiſtrationes, iſti circa diuina officia: & ideo dicit, mancipatũ officio, & non dicit, ordini. vel ideo dicit, in ſubiecto, & c. vt notetur ꝙ iſti habent curã animarũ annexã. & qđ dicit de canonico vel monacho, nõ referas ad adminiſtration [illegible] ſed ad emptionẽ præbendę, vel ingreſſus monaſterij. Vel ideo dicit, in ſubiecto regulæ, quia eos ligat illa conſtitutio, Nemo militantes Deo, &c. 3. Superior autem adminiſtratio circa temporalia. & eos non ligat illa conſtitutio, Nemo militans Deo.

3 21. q. 3. c. 1. & 2. ad Tim. 2. ca.

Additio. Hic adde quod not. ĩ. ead. quæſt. 7. ſi quis omnem Arch.

k ¶ Archidiaconum.] Hoc totum intellige de dignitatibus ipſis.

l ¶ Laudat.] in eo, ꝙ laudat, nõ cõmittit ſimoniã, ſed in eo qđ vendit: qa qđ cõmendandi cauſa dicit̃, pro nõ dicto habet̃. ff. de dolo, qđ vẽditor: ſed hoc verum eſt, dum cõmendatio conſiſtit in genere. Nã vbi deſcẽdit ad ſpecialia,

eiuſa, teneretur ex eo, quod commendãdo plus vendidit, niſi quod commendãdo, dicit, ſit in euidẽti. ff. de Zhen. ea. quæ. vt ꝟ. q. 1. eos qui. ff. de aleato. l. 1. §. quod autem. ex quo enim à canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 31. q. 1. quod ſi dormierit. ꝟ. 2. q. 5. conſuluiſti. 3. diſt. 19. ſi

Vniuerſalis ex indifini ta colligit.

a ¶ Indefinite.] not. ex indefinita colligi vniuerſalem, vt Romanorum. arg. ꝟ. diſt. 55. ſi euangelica. ꝟ. ea. q. 1. ſunt nõnulli. arg. contra. ꝟ. 27. q. 1. idololatriæ 1.

b ¶ Hæc circa.] hęc particula de capitulo nõ eſt, &c.

ptoribus? Et ne quis inſanus obijciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicaſſe, quia tunc illa in Dei templo vendebantur; eccleſiaſticæ vero res modo extra templũ diſtrahuntur; attende ſuperius Auguſtinum non determinantem locum venditionis, vel emptionis præpoſitorum; ſed tantum indefinite [a] dicentem: [Circuit aliquis emere columbam; vnuſquiſque præpoſitum ſuum laudat, quod vendit.] non adijciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [b] venditores, vel emptores rerum ſacrarum ſufficiant.

¶ *Integram epiſtolam Vrbani II dilecto filio L. præpoſito eccleſiæ B. Iuuentij apud Ticinum refert Deuſdedit in ſua collectione.*

α ¶ Propter ſpiritum ſanctum.] *Additæ ſunt hæ duæ voces, & totus hic locus emendatus ex ipſa epiſtola, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶ Paſchalis.] *Antea legebatur*, Paſchaſius libro de conſecratione, *reſtitutus autem eſt locus ex vetuſtis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epiſtola Paſchalis Papæ.*

γ ¶ O quot præpoſituras.] *Apud B. Auguſtinum (cuius multi vetuſti codices hoc loco collati ſunt) legitur*, ò quot propoſita fecerunt: alterum propoſitum, &c. *Apud Vrbanum vero vbiq. eſt*, propoſta, & propoſtum.

δ ¶ Præpoſitum ſuum.] *Apud B. Auguſtinum legitur*, vnuſquiſque ad propoſitum ſuum laudat, quod vendit. *In epiſtola vero Vrbani*, vnuſquiſque propoſtum ſuum laudat, quod vendit. *Nomine autem propoſiti apud B. Auguſtinum interdum ſignificari ſectam quamdam conſtat ex 2. lib. contra Creſconium, c. 56.*

Item Alexander ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Lucenſis eccleſiæ clero, & populo ſalutem perpetuam.

¶ Miniſtri, & ſeruitores eccleſiæ abſque vlla venalitate ab epiſcopis ordinentur. C. IX.

Deuſdedit p. 2.

EX multis temporibus hoc deteſtabile malum intra veſtram eccleſiam inoleuiſſe cognouimus, vt nulli vmquam clerico, quamuis religioſo, quamuis ſcientia & moribus prædito eccleſiaſticum beneficiũ concederetur; niſi ei [c], qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet: fiebatq. eccleſia, & res eius ita venalis, veluti quædã terrena, & vilis merx à negotiatoribus ad vendendum expoſita. Quod malũ, quàm deteſtabile, quantũ Deo, ſanctiſq. ſit contrariũ, & ſacri canones docent, & fere omnibus manifeſtum exiſtit. ¶ Chalcedonenſe namq. conciliũ vnum ex principalibus [d], ſimili pœna condemnat eos, qui eccleſiæ beneficiũ interuentu pecuniæ acquirunt, & eos, qui ſacrã manus impoſitionẽ (per quam ſpiritus ſanctus confertur) mercari dinoſcuntur. Vtroſq. enim auctoritate inexpugnabili [e], illos [f] à beneficio, iſtos [g] à ſacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes emẽtes & vendentes de templo eijciens cathedras vendentiũ columbas euertit, nummulariorũ effudit æs, præcepti ſui auctoritate denuntians, & dicens: [Nolite facere domum

C. 2. ꝟ. ead. q. 1. c. ſi quis epiſcopus.

Matth. 21.

Imo mo eſt arg. pro de hoc no. extra de con iu. lepro. cap. 2.

EX multis.] In hoc capitulo Alexãder reprehendit Lucẽſes, qui non niſi per pecuniã clericis quãuis dignis eccleſiaſtica beneficia conferebant, quod Alexãder deteſtatur, & auctoritate Chalcedo. cõcilij oſtẽdit eos deponendos, & auctoritate Chriſti eos d eccleſia deijciẽdos, & ne tantũ malũ de manibus Alexãdri requiratur, ſtatuit & decreuit, ne decetero aliquis pro eccleſiaſtico beneficio conferẽdo pecuniam ſumat, nec aliquis pro eo habendo cõferat: & qui cõtra hoc fecerit, deponatur, & eccleſia priuetur; & niſi reſipuerit, anathematizetur.

CASVS. In prima parte reprehendit Alexãder omnes ſimoniacos, & ſpecialiter Lucẽſes, inducẽdo auctoritatẽ Chalcedonẽſis cõcilij, & Dñi, qui vẽdentes & emẽtes eiecit de tẽplo. In ſecũda cõſtituit, quod nullus cõmittat ſimoniã. In tertia cõſtituit pœnã depoſitionis cõtra trãſgreſſores huius cõſtitutionis.

c ¶ Niſi ei.] ſimile habes 32. diſtinct. interdixit.

d ¶ Ex principalibus.] Papa tamen bene poteſt diſpenſare contra. ſi nõ ſit in articulis fidei. 15. diſt. ſicut ſancti. vel de vniuerſali ſtatu eccleſiæ, vt not. 25. q. 1. c. ſunt quidam. ꝟ. diſt. 16. ſancta.

Papa nõ diſpẽnſat in duobus caſibus.

e ¶ Inexpugnabili.] quantum ad ordines retinendos.

f ¶ Illos.] ſcilicet emẽtes eccleſiaſticum beneficium.

g ¶ Iſtos.] ſcilicet emẽtes ſacrã manus impoſitionem.

Digitized by Google

patris mei domum negotiationis.] Illud quoq. in eodem facto ſolicite conſiderate, quòd per totum textum ſancti Euangelij nuſquam reperitur Dominum tanta ſeueritate, tam diſtricta cenſura iuſtitiæ, peccantes corripuiſſe, cum non ſolũ eloquio increpans, verum etiã facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo; aperte demõſtrans, quòd tales negotiatores, nõ ſicut ceteri peccatores ſunt corripiendi [a], ſed à templo Dei, ideſt à ſancta eccleſia [b] longius ſunt proijciendi. Nam ſicut per columbarũ venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem vendere conantur; ſic per nummularios eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur, qui domum Dei, teſte Euangelio, ſpeluncam latronũ efficiũt. Quapropter ego Alexander ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis epiſcopus (immo miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſijs, & maxime in Lucẽſi eccleſia, ex iniqua concupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis [c] iniquorum à diſtricto iudice de manu [d] noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque, & præſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri deceſſores feciſſe noſcuntur) vt nullus deinceps epiſcoporũ, beneficiũ eccleſiæ (quod quidam canonicam †, vel præbẽdas, ſeu etiam ordines † vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vnquam conferre [e]: ſed omnes miniſtros, & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſq. vlla venalitate in ſancta eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant; ſed eos, qui moribus, & diſciplina, atq. ſciẽtia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſubſtentare eccleſiã. Conſtituimus, & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuſcumq. gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat cõferre, aut fabricæ eccleſiarum, vel donarijs eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribuendũ; quia (teſte [a] ſcriptura [f]) qui aliquid male accipit, vt quaſi bene diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuatur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorũ, & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficium eccleſiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Chalcedonenſi [g] concilio definitũ eſt, gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſsit [h] eccleſiæ, quã pecunia venalem fieri concupiuit, & inſuper terribili anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

Ioan. 2.

Ezech. 3.

† al. canonicas † al. ordinationes.

ȝ. ea. q. 1. c. non eſt putanda.

¶ *Extat integra hæc epiſtola in bibliotheca Vaticana poſt librum Anſelmi Lucenſis.*

a ¶ Teſte ſcriptura.] *Hic referuntur verba ipſa beati Gregorij ex epiſtola ad Syagriũ, quæ habentur ſupra ea. q. 1.* non eſt putãda.

Item Gregorius homilia 39.

a ¶ Corripiendi.] arg. ſimoniacos ſine præcedenti admonitione eſſe puniendos, quod H. nõ concedit: quia ſecundum eum etiam in accuſatione neceſſaria eſt admonitio propter euangelium. 2. q. 1. ſi peccauerit [1]. Itẽ vt volens accuſare ſi defecerit, ſubeat pœnam, quam conuictus aduerſarius ſubiret. Item vt aduerſarius non grauetur in expẽſis, & vt diſciplina eccleſiæ nõ deſeratur. 23. q. 5. excõmunicatorũ. arg. contra Hu. extra de ſimo. licet Hely. Ioan. Quidquid dicit H. illi decre. licet, ſtabitur. B. nuatione. & c. fin. immo cum ſolo animo committitur ſimonia, ſola pœnitentia ſufficit. extra de ſimo. c. fin. & ita dixit T. ſuper decr. de ſimo. nobis. Io. Vel ſic, in prælatione non poteſt epiſcopus diſpenſare, nec in ordine per ſimoniam acquiſito, ſed in beneficio ſic [2], vt innuit illa

b ¶ A ſancta eccleſia.] id eſt, à conſortio fidelium per anathema, nam ipſi fideles ſunt domus Dei, vt ȝ. de pœni. diſtinct. 4. in domo. nam aliàs ipſo iure ſunt ſuſpenſi, vt not. ȝ. ead. quæſt. 1. reperiuntur.

c ¶ Sanguis.] id eſt, vindicta vel proditio, vel peccatũ. ȷ. 9. quæ. 3. epiſcopo.

d ¶ De manu.] nota prælatum ex negligẽtia ſua teneri. 81. diſ. dictum.

Addixio. Ad hoc 18. q. 2. cognouimus. 83. diſtin. inferior. 81. diſtin. dictum. vbi de hoc. Archid.

e ¶ Conferre.] iſti volebant facere fraudẽ legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere vel dare. extra de vſu. c. ſuper eo. & hoc eſt fraudulentũ munus, vt ȝ. ead. quæſt. 1. ſi quis neque. Argu. contra. ȝ. ead. quæſt. 1. iudices.

f ¶ Scriptura.] ȝ. ea. q. 1. non eſt putanda. 14. q. 5. forte.

g ¶ In Chalcedonẽſi.] ȝ. ead. q. 1. ſi quis epiſcopus.

h ¶ Poſſit.] arg. cum ſimoniaco non poſſe diſpenſari in ordine, vel beneficio ſimoniace acquiſito. argum. ȷ. ead. q. 7. requiritis. ȝ. ea. q. c. ſi qs neque. Ioan. tamen cum eo qui ſcienter committit ſimoniã, ſolus Papa diſpẽſat, 35. q. 1. ſ. his ita. verũ. ſic. & ſũmæ. ſed ſi eo ignorãte ſimonia cõmiſſa ſit, vel ſit tantũ in animo, epiſcopus diſpenſat, vt extra de ſimo. de regularibus & c. ex tuo ... illa decre. nobis. B.

Accuſationẽ admonitio debet præcedere.

1 Arg. ead. cau. q. 7. accuſatio. in fin. vbi de hoc. & de hoc no. ȷ. q. 7. requiritis. Arch.

Fideles ſũt dom⁹ Dei.

Prelatus ex negligentia ſua tenet.

Diſpenſare cum ſimoniaco quis poteſt.

VEndentes.] CASVS. Aug. tripliciter exponit euangelii verba, vbi dicitur, quod Chriſtus eiecit de téplo vendentes, & ementes. Et dicit primo, quod ementes, & vendentes intelliguntur, qui emunt vel vendunt ſpiritualia. Secundo, qui contra iuſtitiam vendunt, quod de iure facere tenétur. Tertio, qui quod debent proximo, perſoluere nolunt gratis.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. C. X.

Iuo p. 5. c. 88. Pann. l. 3. c. 119.

VEndentes & emétes è templo eliminat Chriſtus; quia vel eos, qui pro munere impoſitionem manuum tribuunt, vel eos, qui donum ſpiritus emere nituntur, damnat. *Item infra.* ¶ Vendentes in téplo ſunt; qui hoc, quod quibuſdam iure competit [a], ad præmium largiuntur. Iuſtitiã [b] enim vendere, eſt hanc pro præmij acceptatione † ſeruare. Ementes vero in templo ſunt qui dum hoc perſoluere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio † emunt peccatum.

† *al. acceptione*

† *al. præmio*

Item Beda ad c. 2. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum ſunt. C. XI.

Iuo p. 5. c. 97. Pann. l. 3. c. 124.

NOn ſolum venditores ſunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verum ij quoque qui gradum vel gratiã [d] in eccleſia ſpiritualem, quã Domino [e] largiente perceperunt, non ſimplici intentione, ſed cuiuslibet humanæ cauſa retributionis [f] exercent, contra illud Petri apoſtoli; [Qui loquitur, quaſi ſermones Dei [g]: qui miniſtrat [h], tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum.] Quicumque ergo tales ſunt, ſi nolunt veniente Domino de eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis, ne faciant domum Dei, domum negotiationis.

1. Pet. 4.

Item ex epiſtola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius vi, vel munere nemo conuertat. C. XII.

REs eccleſiæ, quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuũ ius vel vi, vel aliquo munere aliquem [i] conuertere non debere docens ſanctus Vrbanus [k] ait: [Quiſquis ¤ res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua

¤ ead. c. ſaluator.

c ¶ Debitam.] videtur ergo, quod theologi, & decretiſtæ non poſſunt aliquid percipere ex eo, quod docent. nam ad hoc tenent, vt 43. diſ. Epheſius. 16. q. 1. reuertimini. arg. contra. 28. q. 1. iam nunc. 12. q. 2. charitatem. Sed dic accipi poſſe licite 1, vt 3. ea. q. 1. qui ſtudet. ſuper ver. ſanitatis. Sed pone promiſſionem factã: quaſi tenetur ſibi ſoluere? Dico, quod in principio anni. arg. C. de profeſ. l. medicos lib. 10. Item aduocatus in principio debet ſalarium accipere 3. ff. loca. qui operas. arg. contra. C. de ſuffra. l. vna. Salarium autem nó debet excedere ſummã cẽtũ aureorũ. ff. de var. & extra ord. cog. l. 1. §. ſi cui cautũ eſt.

1 De hoc 37. diſt. de quibuſdã. Arch.

3 Niſi ſit aduocatus fiſci, qui debet in medio accipere. C. de aduo. di. iud. l. per hanc. Arc.

c ¶ Debitam.] id eſt, quam iure tenetur ſoluere, ſcilicet cum quis aduocato dat pecuniam, vt ipſum defendat. ſic vacat illa glo. Vt ergo.

NOn ſolum.] CASVS. Non dicuntur tantum ſimoniaci qui ordines, vel beneficia eccleſiaſtica pretio largiuntur, ſed etiã ij, qui officium ſuæ dignitatis, ſcientiæ, vel alterius doni nolunt exercere, niſi cauſa retributionis humanæ, quia faciút § auctoritaté Apoſtoli dicẽtis: Qui loquitur, &c. ſequens c. patet. in quo dr, quod qui res quæ intuitu cõſecrationis eccleſiæ proueniũt, illicite alienat, ſimoniam cõmittit.

d ¶ Vel gratiam.] ſcientiæ, vel alterius doni.

e ¶ Domino largiente.] 1. 16. q. 1. reuertimini.

f ¶ Retributionis.] Cum enim ſint litterati, & alijs donis præditi, nolunt niſi intuitu humanæ retributionis hęc exercere in eccleſia, vt. ſ. e. q. 2. quàm pie. & extra de magiſtris. c. 1. 2. & 3. nam dicit etiã lex, quòd ciuilis iuris ſapientia non ſit pretio nummario dehoneſtanda, &c. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 1. dicit tamen lex, quòd tutor pro facultate pupilli debet magiſtro dare. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. ſi tutor.

Laucinilis ſapientiæ.

a ¶ Competit.] arg. quod in tranſactione illicite pecunia interuenit, cum remittitur alicui quod de iure erat illi remittendum.

b ¶ Iuſtitiam.] arg. quod ſententia etiam iuſta ſi per pecuniam data fuerit, nullius momenti ſit, & ſimoniam cõmittit, vt 14. q. 5. non ſane. 11. q. 3. qui recte 1. ſed quia præmiſit expoſitionem de ſimoniacis, videtur, quòd in his duobus modis non ſit ſimonia, quod verũ eſt: aliàs tamen graue peccatum committitur, & ſententia non ualet. 2. quæſt. 6. §. diffinitiua. ver. venales. C. de pœ. iudic. qui ma. iu. l. 1. Dicunt tamen quidam, quod ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, quod qui iuſtitiam emit, ſimoniam committat niſi in matrimonio. ſ. ea. q. 1. quidquid inuiſibilis.

g ¶ Dei.] id eſt, Deo attribuit, non ſibi.

h ¶ Qui miniſtrat.] id eſt, loqui & miniſtrare debet.

i REs eccleſię.] ¶ Aliquẽ.] Et ita videtur quod ſimoniacus ſit violẽtus raptor vel detentor 4: ſicut aliàs dicitur committere ſacrilegium qui res eccleſiæ promiſſas non dat. arg. 17. q. 4. c. 2.

4 Et ſic tanquam violentus tenetur de vi: & verum eſt quod violentiam committit: qui non gratis accipit, & quodãmodo ab initio extorquet, ſm Io. de Fan.

K ¶ Vrbanus.] Hic vnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo. 81. diſt. & ſi qui ſunt.

PEruenit.] CASVS. Dr hic q inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis, ſeruientibus vel conſanguineis, & non ſacerdotibus decimas & oblationes concedit: & qui dant & qui recipiunt, æterno incendio puniuntur, quod H. vt intelligere, de iure ſpirituali: ſed Bene. intelligit etiam de temporali fructu. Sequens cap. patet.

a ¶ Peruenit.] 16. q. 7. peruenit.

b ¶ Siniſtra.] Not. de epiſcopis, qui omnia agunt ſiniſtre, vt 35. diſt. eccleſiæ.

c ¶ Oblationes.] 10. q. 1. quia ſacerdotes.

d ¶ Laicalibus.] qđ fieri nō debet, vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, q fructus bene poſſunt dari laico ex cauſa: ſed ius decimale nequaquã: nã aliud eſt ius, aliud eſt ipſa res: ſicut dicit iuriſperitus, q cũ dicimus vitulum eſſe fructum vaccæ, nõ ius, ſed corpus demõſtramus ff. de eui. l. vaccæ. poſſunt ergo dari decimæ, ideſt, res ipſæ in feudum; ſed tñ non tranſibit ad heredes. extra de deci. ad hoc. vnde forte ſecũdum q feudũ proprie accipitur, non poſſunt dari in feudũ. extra de deci. quis 1. De hoc dixi. 16. q. 1. cap. vlt. Et not. q ſi dantur decimæ laicis, & aliqua creſcãt noualia, non accreſcũt eis decimæ noualiũ, ſed eccleſijs. extra đ dec. c. tua. Et dicit Innocentius, q in his reſtringẽda ẽ poteſtas, nõ prorogãda. extra de dec. c. tua nobis.

e ¶ Grauius.] Not. q minus peccatũ propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatum eſt dare conſanguineo, quàm extraneo, 86. diſt. nõ ſatis. hæc eſt ordinata charitas: ſed quia prouidẽdo conſanguineis enormiter lædunt eccleſias, idcirco dicit, q peius eſt dare conſanguineis, id eſt, inde grauiorem læſionem ſentit eccleſia. ſi 33. q. 2. latorẽ. Vel dic grauius, ideſt, cõmunius. 32. q. 7. quid in omnibus nam cæci ſunt epiſcopi circa nepotes. 8. q. 2. dilectiſſimi. vnde tantus impetus in eo omnia fundendi ius reſtringendus, vt dicit L. in alio caſu ff. ad leg. Iul. de adul. nec in ea.

Decima numquid poteſt dari laico.

1 Vbi de hoc. & 16. q. 3. §. ſic etiam. ibi videas.

f ALtare.] ideſt, quæ in altari offeruntur: vel in adminiſtratione altaris: vel in eccleſia.

g ¶ Et decimas.] ſcilicet ſi epiſcopus ab aliquo milite redimeret decimas, non eſt ſimoniacum: ſed rei eccleſiaſtice [illegible] haſti cæ liberatio. ſed ſi emeret à laicis cum nollent itribuere, ſimoniacum eſſet.

ADDITIO. De hoc not. 16. q. 7. decimas. ibi videas. Ar.

lucra vendit, vel emit; cum eodem Simone donum Dei pecunia poſſideri exiſtimat.

a ¶ Quiſquis.] *Hæc ſunt ex epiſtola Vrbani II. quæ refertur ſupra c. ſaluator. Verba autem antecedentia nuſquam reperta ſunt: quamuis ſimilia quædam, diſsimili tamen ſententia, legantur in epiſtola B. Vrbani primi. In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus caput hoc ſic citatur.* Item Beda ex epiſtola Vrbani Papæ, *quod non cohæret.*

Item Gregorius ſeptimus.

¶ Simoniacus eſt epiſcopus, qui decimas, & oblationes laicis non clericis diſtribuit. C. XIII.

PEruenit [a] ad nos fama ſiniſtra [b], quòd quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ diœceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes [c] conferant; ſed potius laicalibus [d] perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum, vel (quod grauius [e] eſt) conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & inter antichriſtos nõ minimus habeatur: & ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

16. q. 7. c. peruenit. Poly. l. 3. tit. 11.

In canonib. Nicænis ex Arabico verſis, c. 49.

¶ *Infra etiam 16. q. 7. c. peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac ſane Lambertus Scafnaburgenſis narrat epiſcopum quemdam Bambergenſem, eccleſiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij ſeptimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuiſſe: & in ipſius Gregorij regeſto lib. 6. epiſt. 5. ſimile quiddam reprehenditur in Hermanno epiſcopo Metenſi.*

Item Paſchalis ſecundus.

¶ Spiritum ſanctum vendit, qui decimas pro pecunia tribuit. C. XIIII.

ALtare [f], & decimas [g] per pecuniam dare, & ſpiritũ ſanctum vendere, ſimoniacã hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

Poly. l. 3. tit. 11.

¶ *Supra ead. q. 1. cap. presbyter. hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paſchali ſecundo. Et fortaſſe Paſchalis hoc, vt multa alia, accepit à Gregorio ſeptimo, quæ ipſe innouauit. In Polycarpo lib. 3. tit. xi. citatur ex concilio Toletano.*

Item Innocentius ſecundus in ſynodo Romana, c. 2.

¶ Caret honore male acquiſito, qui eccleſiaſtica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. C. XV.

Pann. l. 8. c. 138. ex Cabilonenſi.

SI quis præ-

SI quis præbendas.] CASVS. Dicitur hic quòd qui beneficium vel dignitatem vel ſacramentũ ab eccleſia pe-

ſa per pecuniã acquirit, acquiſito careat: & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde ſtatuitur vt nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis aliquid exigatur.

a ¶ Præbendas.] vel benedictiones nubentium: vel ſepulturas. extra de ſimo. cum in eccleſiæ.

bendas [a], vel prioratum, ſeu decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſacramentum [b] eccleſiaſticum, vtpote chriſma, vel oleum ſanctum, & conſecrationes [c] altarium, vel eccleſiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit; honore male acquiſito careat; & emptor, atq. venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur [e]: & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis [f] ante, vel poſt à quoquam aliquid exigatur, vel ipſe dare præſumat; quoniam ſimoniacum eſt: ſed libere, & abſq. diminutione [g] aliqua, collata ſibi dignitate, atque beneficio [α] perfruatur.

α ¶ Beneficio.] *Ex duobus manuſcriptis huius concilij exemplaribus in vno ſic legitur, in altero vero,* officio.

De ſecunda & tertia quæſtione quid ſacri canones diffiniant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum eſt.

QVAESTIO IIII.

NVnc ergo de quarta [h] quæſtione eſt pertractandum; an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Auguſtinus, epiſt. 48. ad Vincentiũ.

¶ Alienum crimen, neſcientem non maculat. C. I.

NVllius [i] crimen maculat [k] neſcientem.

Item eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem?

¶ *Verba B. Auguſtini ſunt hæc,* Quis locus innocentiæ reſeruatur, ſi crimen eſt proprium, neſcire crimen alienum?

g ¶ Diminutione.] niſi cũ ex cauſa detinet fructus eps. vt extra, vt eccleſiaſti. benefi. ſine dimi. vt noſtrũ. Et ita ſi dignitas deferaẽ alicui diminuta, inſolidum põt eam petere. argu. extra de inſt. cum veniſſent.

NVnc ergo.] Hæc quæſtio diuidit' in quatuor partes. Et quæritur hic vtrũ teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte quæſtionis pbat p x. auct. q. nõ teneẽ. Secũda ibi, [Sed objiciẽ.] Tertia ibi, [Hic itaque.] Quarta ibi, [Notandũ.] Io. de. Fã.

CASVS. Hic intitulatur 4. quæſtio, qua q̃ritur an quis reus ſit criminis qđ eo ignorante pater admiſit; & q. ignorantia eum excuſet, multorũ auctoritatibus probaẽ. Sequens c patet.

h ¶ De quarta.] Ad intelligẽtiam huius q̃ſtionis not. q. triplex eſt pœna, æterna, corporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna numquam punitur vnus pro alio, vt ĩ. ead. ca. 1. & c. iã itaque. Corporalis pœna duplex eſt, quędam circa corpus ipſum: & illa ſæpe punitur vnus pro alio. ĵ ea. §. itẽ peccato. quædam circa ſtatum rei, vt eſt ſeruitus vel infamia: & illa etiam punitur filius pro parte, vt 6. q. 1. §. verum. 15. q. vlt. cũ multæ. Spiritualis quadruplex eſt. nam quædam eſt excõmunicationis: & illa numquã punitur vnus pro alio, vt 24. q. 3. ſi habes. Alia interdicti: & illa puniẽ vnus pro alio, vt extra de ſpon. non eſt vobis. Alia eſt remotio ab oblatione: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. 17. q. 4. miror. Alia eſt ordinis: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. nã ppter delictũ vxoris vir remouetur à promotione, vt 34. diſt. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiã, ille pro peccato nõ remouetur à promotione: ſed tñ perdit eccleſiam, vt ĵ. q. 5. c. 1. Ioan.

Pœna eſt triplex.

Vn' an puniatur pro alio.

Pœna corporalis eſt duplex.

Pœna ſpiritualis eſt quadruplex.

b ¶ Sacramentum.] in quo confertur gratia: aliter ſumi poteſt pecunia. 32. q. 2. honorantur. M. tamen contrarium dicit. arg. extra de offi. deleg. cauſam. extra de ſpõſa du. duobus.

c ¶ Et conſecrationes.] Sed numquid conſecratio altaris eſt ſacramentum? Sic, large ſumptum, cũ ſit ſacræ rei ſignum, vt hic. & extra de ſimo. cum ſit Romana. argu. 24. q. 1. § ſed illud.

Conſecratio altaris eſt ſacramẽtum large ſumptum.

d ¶ Interuenientẽ.] militiam ſæcularem bene põt quis emere 1. ff. de act. emp. creditor. §. inter venditorem. & §. ſed quod ante.

1 De hoc ĵ. 1. q. 6. c. vlt.

e ¶ Percellantur.] ſcilicet in perpetuum. ĩ. ea. q. 3. ſi quis. & c. ſaluator. ĩ. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.

f ¶ Conſuetudinis.] Arg. conſuetudinem longã non facere ad licentiã vel executionem ſimoniæ. extra de ſim. cum in eccleſiæ. Arg. contra in Auth. de ſanc. epiſ. §. pro conſuetudinibus. coll. 9. 9. q. 3. conqueſtus. ĩ. 100. diſt. c. nouit. ĩ. e. q. 1. reperiuntur. ĩ. diſt. 4. denique. Arg. contra ĵ. 32. q. 4. obijciuntur. contra. ĩ. diſtin. 8. ſi conſuetudinem. ĵ. 8. q. 2. quæſita eſt. Io. Hodie prætextu conſuetudinis nihil peti poteſt, nec ante, nec poſt, vt extra de ſimo. Iacobus. B. niſi hoc reperiatur à iure permiſſum, vt not. ĩ. q. 2. placuit.

Cõſuetudo nõ excuſat ſimoniam.

i NVllius.] ſcilicet alterius. nam ſuum quandoque commaculat, vt de pæn. diſtin. 2. ſciendum. 32. q. 7. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona, de qua ſit ſermo.

K ¶ Maculat.] ĵ. 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. ĵ. 17. q. 4. miror. 34. diſt. ſi cuius. & 6. q. 1. §. verum. 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

Digitized by

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic q. illi nõ debent à promotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, ſi hæc ſuo iudicio non fecerunt, nec ex poſtfacto conſenſerunt.

a ¶ Promoueantur.]ſ.ea.q.1.ventum eſt.contra.ĩ.ea.q. 7.qui in qualibet.cõtra.Solu. illud ex nimio rigore:hoc ex diſpenſatione. Vel ibi de his qui poſtmodũ in adulta ætate hæreſi conſentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizãtur: hic de iſtis,qui non acquieſcunt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis [1].

eam.arg.25.q.vlt.c.vlt.& eſt ſi.extra de homi.Petrus,extra de teſti.conſtitutis.

f ¶ Canonice.] Argu.q. ſi conſanguinei alicuius clerici abſque eius conſenſu epiſcopum ſuum offenderẽt, propter hoc epiſcopus non poteſt priuare clericum beneficio.

Epiſcopũ beneficio priuare nõ põt clericũ, cuius parẽtes ipſum offenderũt.

Item in Africano concilio, c. 14. legitur. — Et Carth. 3. c. 48

¶ De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur. C. III.

PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non ſuo fecerunt iudicio, cum ad eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentũ illos error impediat, quominus promoueantur [a] ſacri altaris miniſtri. — paulo aliter in originali.

Item in eodem, c. 24.

¶ De eodem. C. IIII.

QVi apud Donatiſtas paruuli [b] baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitũ, & poſtea quam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundum diffuſam, ordine [c] antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendum munus clericatus nõ debet impedire nomen erroris. — Deuſdedit p. 2.

Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido epiſcopis. — † al. tertius

¶ Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcij fuerint. C. V.

QVia præſulatus noſtri (quod bene noſtis) magiſterium non ſolum de ſacerdotum, verumetiam de ſæculariũ vtilitatibus debet eſſe ſolicitum; propterea fraternitatem veſtram ſcire volumus, hunc præſentem presbyterum ad ſedem Apoſtolicam veniſſe, nobiſq. violentiam, & excommunicationem ſuam per ordinem retuliſſe: quòd etiam ſine iuſto legis tramite illi ſua fuiſſet ablata [d] eccleſia, ſimiliter indicauit: quam alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ vſurpare præſumpſit. Inde parentes eius magno dolore compulſi presbyterum illum, qui ſuam tenebat eccleſiam, mox comprehenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipſe ſæpe dictus ſacerdos dicit, quòd abſque ſua voluntate [e], & ſine eius conſilio hoc ſit peractum. Quod ſi ita eſt, vt ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt, vobis magnopere prouidendum eſt, vt, ſi canonice [f] ipſe excommunicatus non eſt, canonica ſuper eum fiat remiſſio [g].

Digeſtis tit. de pœnis, l. crimen. — Lib. 48. tit. 19. L. 26.

C. VI.

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Namque vnuſquiſque ex ſuo admiſſo [h]

[1] Sub.qbus non nocet, & ſi à parẽtibus offerant.arg. d cõſe.diſ. 4. quæris. dũ tñ ſuppleat qd eis deeſt. ſ.e.q.1. §.ecce. de conſ.diſ.4. ab antiqua Io. de Fan.

QVi apud.] CASVS. Dicit hic q. paruuli ab hæreticis, baptizati, ſi tñ poſtquã ad diſcretionẽ peruenerint errori nõ cõſenſerint, recepti ab eccleſia poterunt promoueri.

b ¶ Paruuli.] id eſt, doli non capaces. de cõſecratio. diſtinct. 4. paruuli.

c ¶ Ordine.] id eſt, ſecundum antiquã regulam eccleſiæ.

QVia præſulatus.] CASVS. Quidã presbyter iniuſte fuit ſua eccleſia ſpoliatus, quam alius presbyter ſimoniace acquirere non erubuit, vnde cõſanguinei primi presbyteri dolore cõuicti ſecundũ presbyterum comprehendentes, ei oculos eruerũt: pro quo facto primus presbyter fuit excommunicatus. Sed quia primus ſacerdos (vt dicebat) nullo modo conſenſit: mãdat de hoc Papa inquiri: & ſi inculpabilis inueniatur, abſoluat. Sequens lex, & c. qđ ſequitur, plana ſunt.

d ¶ Ablata.] Et ideo erat ei reſtituenda, licet hoc expreſſe non dicatur. ſufficit enim conqueri de ſpoliatione, licet expreſſe non petatur reſtitutio, vt 2.q.1.notum. extra de cauſa poſ. cum eccleſia. hic tamen non reſpondet ad hoc: ſed reſpondeo eum innocentem, ergo & reſtituendum. arg. C. de diuer. reſcr. l. 1. extra de coniu. lep. c. 2.

e ¶ Voluntate.] Arg. q. nudam voluntatem teneatur quis purgare ſi ſuſpectus habetur: & alibi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, vt ĩ. de pœ. diſt. 1. ſi quis eũ, &c. ſi quis pulſatus. & 32. q. 5. qui viderit. Arg. contra de pœ. diſt. 1. cogitationis. Dicas igitur, &, pro id eſt. Vel dic de voluntate in actum producta: aliàs nõ tenetur purgare

Volũtas nuda eſt q̃ſiq̃ plectenda.

ficio. arg. 24. q. 3. cap. 1. ipſe tamen eis non debet cõqueri de conſanguineis, ſi credit q. ita acerbe eũ puniant. Sed nũquid tenetur eis remittere actionẽ iniuriæ, cum ſciat q. ſi non remiſerit, interficient eũ fratres ſui? Nõ: dum tamen ipſe eis nihil dicat: ſed rãcorem tenetur dimittere. 90. diſt. ſi quis contriſtatus.

g ¶ Remiſſio.] Nullam enim pœnam patietur iniuſte excommunicatus, vt 9. q. 3. nõ debet. abſit enim vt iniuſte, &c. C. de pœ. ſancimus.

h CRimen.] ¶ Ex ſuo admiſſo.] Non enim debet aliquis

quis alieno odio prægrauari. C.de inoff. teſt.ſi quis in ſuo. §. legis.& hoc eſt verum in pœnis : ſecus in vſucapionibus:quia vitium tranſit ad hæredem.ff. de acqu. poſ.Pomponius.Item quod hic dicitur,regulare eſt , vt 56.diſt.vndecumque.& c.naſci,& c.ſatis.in caſu tamen quan-

b ¶ Genuit eum.]ſiue de natiuitate in vtero,ſiue de natiuitate ex vtero [1] .

c ¶ Conſenſione.] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius:ſed ſuo,ſcilicet cum conſentit ad peccatum alterius.ſ.diſt.56.vndecumque.ſ. 15.q. 8.c. 3.contra ſ. 23.q. 4. ita. & cap.ſi quis à catholica.

ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Idque diui fratres Hierapolitanis reſcripſerunt.

Item ex concilio Toletano 4.c.60.

¶ Perfidia parentum filijs obeſſe non debet. C. VII.

IVdæi baptizati,ſi poſtea præuaricantes in Chriſtũ qualibet pœna damnati extiterint ; à rebus eorum fideles [a] filios excludi non oportebit:quia ſcriptum eſt: [Filius nõ portabit iniquitatem patris.]

Ezech.18.

Item Auguſtinus ad Bonifacium,epiſt.23.

¶ Non imputantur peccata parentum ijs,qui ab eis perſonaliter diuiſi probantur. C. VIII.

Iuo p.6. c. 417.

IAm itaque cum homo in ſeipſo eſt , ab eo, qui genuit eum [b], alter effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione [c] non tenetur obnoxius . Traxit ergo reatum [d]:quia unus [e] erat cum illo,& in illo,à quo traxit;quando, quod traxit, admiſſum [f] † eſt. Non autem trahit alter ab altero, quando ſua unoquoque propria uita uiuente iam eſt , unde dicatur:[Anima [g], quæ peccauerit, ipſa morietur.]Vt autem poſſit regenerari per officium voluntatis alienæ,cũ offertur conſecrandus [h] , facit hoc unus ſpiritus , ex quo regeneratur oblatus .

† *al. admiſſũ*

Ezech.18.

Hinc etiam Gregorius in lib.26.Moralium, c. 8. in c. 35.Iob.

¶ Ei qui imitatur,impietas alterius nocet. C. IX.

Iob c.35.

HOmini [i] , qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua ; & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua.] Humana impietas ei nocet [k],quẽ peruertẽdo inquinat: & rurſus eum adiuuat noſtra iuſtitia, quem à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare neſciunt ea , quæ [l] vel à bono corrumpere,vel à malo permutare non poſſunt.

Exo.20.

Econtra Dominus ad Moyſem:[Ego ſum Deus zelotes,qui viſito [m] peccata patrum in filios [n] vſque in tertiã,

d ¶ Reatum.] ideſt, cauſam reatus, ſcilicet originale peccatum.ex hoc c.colligitur, ꝙ aliud eſt in via , aliud in inuio. nam non poteſt quis peccare per alium: licet poſſit ſaluari per alium,vt de pæ. diſt. 1.tres.& de conſ.diſt. 4. quæris. & bonum ſimile eſt in lege. nã dicit lex,ꝙ ſi quis habet filium , & poſtea creatur decurio , iſte non dicetur filius decurionis : ſed illi tantum , qui poſtea geniti ſunt.C. de decur.l.vlti.ff.eod.l. 2. §.in filijs.

[1] De conſe. diſt.4.quæris.&c.ſi ad matris . & hic videas quod not. extra de tépo.or.quęſitum. in gl. ſ.ſ,& c.Ac. In via,& inuio differunt.

e ¶ Vnus .] Partus enim pars viſcerum eſt, vt ff. de ven. inſpi. l. 1. §. 1. licet ſit arg. contra de conſec.diſtin. 4. ſi quidquid.

Partus eſt pars viſcerum.

f ¶ Admiſſum .] id eſt,receptum.

g ¶ Anima .] ſicut Dominus per Ezechielem ait,vt ſ. 24. q. 3.ſi habes.

h ¶ Conſecrandus.] ideſt,baptizãdus. Io.

HOmini .] CASVS. Dr hic, ꝙ malitia alterius nõ nocet alij ,ſi p eã non corrumpatur, ſed ſua tantum . Et primo ponuntur verba Iob vſq; ibi,[Humana.] Deinde ponũtur verba Gregorij exponẽtis verba Iob.

i ¶ Homini.] Verba Iob ſunt vſque ibi,[Humana.] ibi verba Grego.verba Iob exponentis.

k ¶ Nocet.] exemplo.

l ¶ Ea quæ.] ſicut ſunt illa ex quibus exempla non ſumimus,vt venuſtas corporis,ægritudo.

quandoque aliter inuenitur de temporali pœna , vt 6. q.1.§.verum.& c.ex merito.15.q.vlt. cum multæ. & 14. q.3.§.is ita.ſ.q.1. fertur.8. q. 1.audacter.& diſt. 48. §. ecce, cum multis alijs capitulis.

a IVdæi.] ¶ Fideles.] Sed nihil ſpeciale conſtituitur hic circa Iudæos.idem enim fit in filijs aliorum damnatorum.C.de bo.dam.auth.bona.niſi in damnatus crimine læſæ maieſta.vt 6.q.1.§.verum . Præterea ſi conuertantur filij ad eccleſiam,non poſſunt eos parentes exheredare,extra de Iu. Iudæi. Quid iuris ſit de filijs hæreticorum, dixi 23.q.7.in princ.Ioan.

Iudęi filios ſuos ad eccleſiã conuerſos exheredare nõ poſſunt

IAm.] CASVS. Dr hic ꝙ ex quo filius à patre ſuo diuiſus eſt,& alter effectus: patris delictum filium non grauat,ſi filius non conſenſerit:ſed peccatum originale filius,à patre contraxit : quia tunc non erat alter ab eo,immo vnus cum ipſo:quod crimen contrahitur ab Adam:& ſicut per alienum officium quis neſciens regeneratur,ita neſciens peccato originali coinquinatur.

ECONTRA. CASVS . Hactenus probauit Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratia.ecõtra auctoritate Moyſi,ꝙ filius pro peccato patris punitur. Sed ſtatim ſoluit per Aug.dicentem, hoc non contigere propter inæqualitatem iudicij , ſed propter clementiam Dei : qui non punit alium pro alio etiam corporaliter,niſi tertia vel quarta generatio veniat.

m ¶ Viſito.]ideſt,poſtea viſitando ad pænitentiam expecto vſque ad ſenium,ſcilicet quouſque videatur tertia & quarta generatio,quod eſt dicere,vſque ad finem vitæ.ſic Aug. exponit. vnde & ſic licet mihi exponere.

n ¶ In filios.] Iſtud poteſt intelligi ad litteram.& hoc ideo dicit , quia homines non conſueuerunt vltra viuere.

& quartam generationem,] licet non inæqualitate iudicij, ſed magnitudine clementiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictum, ita dicens: [*In tertia, & quarta generatione peccatũ patrum ſe Dominus comminatur in lege filijs redditurũ* [a], *non inæqualitate* [b] *iudicij, vt alij peccent, & alij puniantur; ſed magnitudine clementiæ: dum ſemper expectat ad pœnitentiam; & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat; niſi & tertia, & quarta generatio venerit* [c].] *Cum ergo* [d] *de baptizatis ab hæreticis Innocentius ſcribat:* [*Lex eſt eccleſiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.*] *patet, quòd infantes, qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola excuſat ignorantia* [e]; *vt iuxta illud Africani concilij ad ſuſcipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.* ‡.q.1.c.ventum ‡.ea.qui apud.

Item ſicut Auguſtinus ſcribit ad Auxilium epiſcopum, epiſt. 75.

¶ De eodem. C. X.

NOn imputantur [f] filijs peccata parentũ, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum ſpiritali pœna [g] filij ſunt plectendi.

¶ *In aliquot vetuſtis exẽplaribus & caput hoc, & ſequentia vſq. ad finem quæſtionis coniuncta ſunt ſuperiori. Nam ſententijs hinc inde acceptis, verba fere de ſuo (quod ſæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis ſententia eſt apud B. Auguſtinum loco indicato. Verba autẽ ipſa referũtur infra 24.q.3.c. ſi habes.*

Officio autẽ, vel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt: nõ igitur hãc ex peccato patris promeretur filius. Itẽ ſi excuſatur [h] *qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur, vt ſupra in cap. Vrbani legitur; & iſte excuſandus eſt* [i], *qui per ignorantiam ſimoniace ordinatur.* ‡.ead.q.1.ſi qui à ſimoniacis.

2 *Sed obijcitur illud Gregorij* [a].

a ¶ Gregorii.] *In aliquot vetuſtis codicibus legitur,* Auguſtini. *Anſelmus vero citat ex Alexandro ſecundo.*

¶ De eccleſia, quæ pactione conſecratur. C. XI.

ECcleſia, quæ pactione [k] conſecrata fuerit, potius execrata, quàm conſecrata dici debet. Anſ. l.5.c.20.

Delictorũ quadruplex eſt generatio.

uere. Vel poteſt intelligi myſtice. nam prima generatio dr̃ primi motus: & iſti non puniuntur, de quibus dictũ eſt: Beatus qui allidet paruulos ſuos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ nõ punitur. de pœn. diſt. 1. cogitationis. Tertia dicitur conſenſus: & iſte punitur. nam facientẽ & conſentientem par pœna conſtringit. 2.q.1. notũ. Quarta eſt opus: & iſta ſimiliter punitur in filios, cum ſint imitatores paterni ſceleris: aliàs non. ‡.ea. q. 1. cito turpẽ. Aliter numerantur iſtæ quatuor generationes. de pœ. di. 1. ſuper tribus.

a ¶ Redditurum.] ideſt, vſque in tempus filiorum, & vltra eos expectaturum ad pœnitentiam de peccatis ſuis.

b ¶ Inæqualitate.] vt alij peccent, & alij puniantur, prout ſequitur: & eſt vna dictio inæqualitate. & hæc verba, licet non inæqualitate, ſunt verba Aug. & auctoritas iſta facit ad propoſitum G. expoſitio vero contra eum.

c ¶ Venerit.] id eſt, niſi cum vitam finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit ſupra Gratia. q̃ peccatum patris filijs imputari non debet, & q̃ per ignorantiam excuſantur. Sed cum Inno. dicat, q̃ baptizati ab hæreticis ſcienter promoueri non poſſunt, patet q̃ infantes ab hæreticis baptizati, cum ipſi iuxta Africanũ concilium valeant promoueri, ſola ignorãtia excuſentur. Nam vt ait Aug. peccata parentum filijs non imputantur: nec ſpirituali pœna propter hæc puniuntur. quare ab officio & beneficio eccleſiæ propter hæc priuari non debent, cum ſit pœna ſpiritualis. Præterea ſi excuſatur q̃ ignoranter à ſimoniaco ordinatur: ergo iſte de quo dictum eſt in themate, excuſandus eſt: quia per ignorantiam ſimoniace ordinatur. Innoc. ‡. 1. q. 1. ventum eſt. in fin. Africanum conciliũ ‡.ead.q. placuit. Sicut Aug. 24.q.3. ſi habes. Vrbani. ‡. 1.q.1. ſi qui à ſimoniacis.

d ¶ Cum ergo.] Hic oſtendit q̃ ignorantia excuſat infantes ab hæreticis ordinatos: & à ſimili videtur excuſandus cui ignoranti pater eccleſiam adeptus eſt.

e ¶ Ignorantia.] ſed non ſemper. de pœn. diſt. 2. ſciendum. & ‡. c. prox. turbatur. ‡. notandum.

f NOn imputantur filijs.] ‡.ead.q. placuit.

g ¶ Pœna.] ſcilicet excommunicationis. ‡.24. q. 3. ſi habes. ſed alia bene. extra de fil pſb. c. 1. & ‡.e. q. 1. c. 1. & ideo ſophiſtice procedit de vna ad aliam. Argu. contra 56. diſt. c. 1.

h ¶ Item ſi excuſatur.] vt ‡.ea.q.1. ſi qui à ſimoniacis.

i ¶ Excuſandus eſt.] Excuſantur à reatu criminis: ſed non quin priuentur beneficio. ‡.ead.q.5. cap. 1. & cap. præſentium.

SED OBIICITVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Ioan. de Fan.

k ECcleſia.] ¶ Pactione.] Infra 18.q.2. Eleutherius. contra. Sol. aliud eſt non prius cõſecrare niſi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quod hic penitus reprobatur, aliud eſt poſt dedicationẽ paciſci de annuo reditu

redditũ ex oblationibus eccleſiæ ſuggerente epiſcopo, & eius eccleſiæ presbyteris pro futuro: quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. q. 1. epiſcopus. ē. ca. q. 1 non noceat. Sed dic q̃ hic non fuit conſecrata in forma eccleſiæ: & ideo debet conſecrari. de conſe. diſt. 1. eccleſias. Vel dic in odium

lucra ſunt ab heredibus extorquenda. ff. de calum. l. in heredem. Arg. contra. C. ne ex delict. defun. l. vnica. ſed de canonica æquitate ſemper tenetur, etiã ſi nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. q. 6. ſi epiſcopum.

Ioſue 6. & 7. *Item peccato*[a] *ciuium, theſauri Hierico anathematizati leguntur. Vnde Achan, qui regulam auream, & quædã alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe.*

1. Reg. 15. *¶ Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iuſſa ſunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele: [Neſcis, quia peccatũ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere?]*

Exo. 9. *¶ Item peccato Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini tradita, iumenta, & primogenita eorũ, morte conſumpta ſunt.*

1. Reg. 4. *¶ Item peccato Iſraelitarum, arca Domini Philiſtæis tradita eſt. Si ergo quæ ſenſu carent, vt eccleſia, altare, arca Domini, lapides Hiericho vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuaſtantur; ſi ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet, quòd nullum excuſat ignorantia criminis: maxime cum ex eo vtilitas deferatur ignoranti: veluti ſi quiſpiam de latrocinio, & rapina filio ſuo ignorãti diuitias congreget, non excuſat filium ignorãtia; quin poſt mortem patris cogatur reddere male acquiſita*[b]*.*

Ioſue 7. *¶ Item peccato Achã*[c] *plebs Iſraelitica in manibus hoſtiũ tradita eſt.*

1. Reg. 4. *¶ Item peccato filiorum Heli, populus in manu*[d] *Philiſtinorũ corruit.*

Pſal. 77. *¶ Peccato quoque plebis electi eorum ſæpe ſunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti ſunt captiui.*

3 *His ita reſpondetur. Inſenſibilia, & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, uel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramenti*[e]*, vel deteſtatione peccati, vel flagello*[f] *delinquentiũ. Cauſa ſacramenti, vt theſauri Hierico*[g]*, & animalia Amalechitarũ. Hierico enim Luna interpretatur, & ſignificat mundũ iſtum; Amalechitæ interpretãtur lingentes ſanguinẽ, & ſignificant cupidos, & auaros, & dæmonas. Iſraelitæ interpretãtur viri videntes Deũ, & ſignificant multitudinem ſanctorum. Lapides ergo, & theſauri Hiericho anathematizantur; animalia Amalechitarũ*[h]

c ¶ Achan.] & non nomine iam dixit de peccato Achan, ſic: ſed nomine de plebe.

d ¶ In manu.] ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua dicitur quòd ſeptem de cauſis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io. de Fant.

CASVS. Reſpondet Graua. quòd ita punitur vnus pro alio: hoc accidit vel ex cauſa ſacramenti, vel ex deteſtatione peccati, vel ex impetitia patientiæ, vel propter flagella eorum, qui delinquunt opere vel conſenſu. Et ad hanc quadrimembrem diuiſionem præmiſſas hiſtorias competenter adaptat.

e ¶ Sacramenti.] id eſt, figuræ.

f ¶ Vel flagello.] aliter enumerat hic iſtos modos: & aliter exequitur in littera.

g ¶ Hiericho.] Hiſtoria legitur in libro Ioſue, quòd Dominus anathematizauit vrbem Hiericho, & omnia quæ in ea erant, præter metalla, quæ in primitias operum Dei conſeruabantur. Capta ciuitate Achã filius Charmi furatus eſt clamydem coccineam, & centum ſiclos argenti, & regulam aureã quinquaginta ſiclorũ, & iratus eſt Dñs contra filios Iſrael. & cũ Ioſue mitteret triamillia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines: & ceteri fuerunt in fugam conuerſi. Relatumque eſt Ioſue proſtrato in terram quòd populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. ſurrexit itaq. ex præcepto Domini: & conuocato populo miſit ſortes per tribus: & cecidit ſors ſuper tribum Iudã. Secundo per familias: & cecidit ſors ſuper familiam Zare. Tertio ſuper domos: & cecidit ſors ſuper domum Charmi. Quarto ſuper capita: & cecidit ſors ſuper Achan: & dixit ei Ioſue: Fili da gloriam Deo, ei confitendo quid feceris. cumque confiteretur, iuſſit eum lapidari à populo: & familiam eius, quam habebat comburi.

in odium conſecrantis hoc dici. ſimile 14. q. 5. pudenda. & ideo ita interpretatur Gratia. j. §. his ita. ver. in deteſtatione. quia reuera eſt conſecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat quòd vnus punitur pro alio temporaliter: & primo per hiſtoriam de Achan. Secundo per hiſtoriam de Achab. Tertio per plagas Aegyptiorum. Quarto per arcæ domini captionem. Quinto per hiſtoriam filiorum Heli, quæ habetur 36. diſtin. legant. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur temporaliter vnus p̃ alio.

a ¶ Item peccato.] Hic probat, quòd vnus punitur pro alio temporaliter. primo per hiſtoriam de Achan. ſecũdo per hiſtoriam de Amalechitis. tertio per plagas Aegyptiorum. quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶ Acquiſita.] Idem eſt de vſura. extra de vſu. cum tu. & eſt ratio, quia in vitium ſuccedunt parentum. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. cum heres. nam turpia

h ¶ Amalechitarum.] Hiſtoria legitur in 1. lib. Regum quòd cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit ei vt homines & animalia interfi-

Digitized by Google

interfici iubentur ad examinandam [a] *cupiditatem Iſraelitica plebis, & vt ſignificaretur, quòd mari vitiorum, & huius mundi theſauri, qui per lapides, & theſauros Hiericho deſignantur, irrationabiles quoque vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent tranſire in ſortem ſanctorum. Animalia* [b] *vero Aegyptiorum* [c], *& poſſeſſiones eorum* [d], *& primogenita grandine, & morte conſumpta ſunt, vt in illis punirentur, quorum felicitate lætabantur: & vt daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiſcentia eius. Sed & terra Iſraelitarum in ſalſuginem verſa eſt, & ſegetibus eorum imbres aduerſi ſunt, animalia eorum ſterilitate, & morbo confecta ſunt; vt auctorem ſuum, quem per beneficia cognoſcere noluerunt, ſaltē inter ſupplicia ſentirent. In deteſtationem* [e] *vero peccati, pecunia Simonis damnata eſt, cui dictum eſt: [Pecunia tua tecum ſit in perditionē: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] In deteſtationem quoq. eiuſdem criminis altare, & eccleſia* [f], *quæ per ſimoniam conſecrantur, non tam conſecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleum conſecrationis effundit, nō conſecrare, ſed execrare dicendus eſt. Hinc eſt, quòd beatus Gregorius eccleſias ab Arianis conſecratas iterū conſecrari præcepit: quia ſanctificationem* [g] *conſecrationis, quæ non niſi in fide Trinitatis perficitur, præſtare non poterant, qui fide carebant* [h]. *Arca vero, & prophetæ peccato ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt. Electi quoque, qui murmure eorū impediti ſunt, non in pœnam criminis, ſed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc paſſi ſunt. ¶ Item populus* [i], *qui peccato Achan, & filiorū Heli in manibus hoſtium traditus eſt, ſignificat ſubditos corporaliter flagellari, vt inter ipſa flagella, peccata prælatorum feriantur: ſicut Achan ſorte deprehenſus, lapidibus obrutus eſt:*

1. Io. 2.
Pſal. 106.
Act. 8.
De conſ. diſt. 1. c. Arianorum.

Sic & nauicula Ionæ [k] *periclitatur, vt fugitiuus ſorte deprehēſus fluctibus immergeretur. Aliquādo pro meritis* [l] *prælatorū deprauatur vita ſubditorū, vt prælatis ſuis ſubditi fauentes ad malum cum eis ſimul corruant: ſicut filij Iſrael diu portantes* [m] *peccata ſacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hoſtium. Item Dauid* [n] *populum*

Iona. 1.
2. Reg. vlt.

interficeret. percuſſit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehendit Agag Regem pinguiſſimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuerſis quæ pulchra erant viſu: nec voluit diſperdere ea: quidquid fuit inutile & reprobū, hoc deſtruxit & demolitus eſt. Dixitq; Dominus ad Samuelem. Pœnitet me feciſſe Saulem Regem, venitq; Samuel ad Saulem, & dixit: Quænā vox eſt gregum & armentorum, quæ reſonat in auribus meis? Et ait Saul: Tulit populus oues & boues pingues ad ſacrificandum. dixitq; Samuel, peccaſti: quia melior eſt obediētia q̄ victima. & ait Saul, peccaui. ſed hac vice ſupporta peccatū meū. Rediit ergo Samuel, cum Saule, & iuſſit Agag adduci Regem pinguiſſimum, & interfecit eum, & in fruſta conſcidit.

a ¶ Ad examinandū.] id eſt, vt examinentur cupidi à nō cupidis. Alia littera eſt, ad exterminandam.

b ¶ Animalia.] hic de flagello delinquentium. ſimi. 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ Aegyptiorū.] Hiſtoria. Legitur in Exodo q. cū Pharao nollet dimittere populū Iſraelem exire de Aegypto, percuſſit Dominus Aegyptum x. plagis. quæ in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorum.] ſimile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ In deteſtationē.] Hæc eſt deteſtatio criminis.

f ¶ Eccleſia.] de conſ. diſt. 1. Arianorū. & c. eccleſias. Iſta duo c. male inducit Gra. quia Arianorum eccleſiæ, non cōſecrantur à catholicis in deteſtationē criminis: ſed quia non fuerunt conſecratæ in forma eccleſiæ: ergo melius potuiſſet inducere. 1. ca. quæſt. eccleſia, quæ pactione.

g ¶ Sanctificationem.] 1. ca. q. 1. qui ſtudet.

h ¶ Carebant.] id eſt, extra formam eccleſiæ conſecrabāt: alias falſum eſſet.

i ¶ Item populus.] Hic addit quartam.

¶ SIC ET NAVICVLA. Casvs. Nunc redit Gratianus ad propoſitū, vt probet alios puniri pro peccatis aliorū. Et primo per exemplum Ionæ. Secūdo per peccatū Dauid populū numerantis. Tertio per paruulos Sodomitarum. Quarto per paruulos Dathan & Abiron. Quinto per Chanaam, qui patre peccāte factus eſt ſeruus. Sexto per ſucceſſionē Giezi. Septimo per reliquias Iudæorum. Octauo per quattuor ſucceſſores Achab. Nono per Idumæos, qui deſcenderunt ab Eſau.

k ¶ Ionæ.] Hiſtoria. Legitur in Iona, q. cum vellet Dominus Ionam mittere in Niniuē, vt prædicaret: ſurrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharſis: & deſcendit in Ioppem, & intrauit nauē euntem in Tharſis, & deſcēdit ad inferiora: & dormiuit ſopore graui. cum autē tempeſtas immineret, miſerunt ſortes vt ſcirēt cur hoc accideret: & cecidit ſors ſuper Ionā. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis, & miſerunt, & ſtatim ceſſauit tempeſtas.

l ¶ Pro meritis.] ſ. 6. q. 1. ex merito. ſ. 1. q. 7. c. 1.

m ¶ Portantes.] id eſt, tolerantes.

n ¶ Dauid.] Hiſtoria. Legitur in ſecundo libro Regum, quòd Dauid præcepit Ioab principi militiæ, vt populū numeraret: numerauit ergo, & dedit numerum Regi: & factus eſt ſermo Domini ad Gad prophetam dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus; Elige vnum de tribus quod volueris: aut ſeptem annis venient

veniſet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegiſſet, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael à mane vſque ad tempus conſtitutum: & mortui ſunt de populo extra Hieru-

g ¶ Etiam reliquiæ eorum.] id eſt, illi addicti ſunt pœnæ propter mortem Chriſti.
h ¶ Addictæ.] ĩ. de pœnit. diſt. 3. §. ecce.
i ¶ Achab.] Hiſtoria. Iſte Achab fuit Rex Iſrael maritus Iezabel nequiſſimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda fili⁹ Ioſaphat: huius filius nepos & pnepos, ſcilicet Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipſi ſuccedētes ſibi inuicem reges Iuda fuerunt. in generatione Domini à Matthæo prætermittuntur: ſed à Ioram tranſitum facit ad Oziam, qui fuit quartus poſt eum. quia dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab vſq. ad quartam generationem. quod intelligendum eſt de merito vitæ. quia tres prædecẽtes fuerunt reges, ſed tñ mali fuerunt.
k ¶ Poſteri eius.] Euangeliſta enim tranſitũ facit a Ioram vſque ad Oziam, qui fuit quartus à poſt eũ: qa dictum erat per Heliam prophetam in throno regni, quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab. niſi in quarta generatione. tamen illi tres qui omiſſi fuerunt bene ſederũt in throno: ſed dicũtur nõ ſediſſe ex merito vitæ.
l ¶ Eſau.] Hiſtoria. Legitur in Geneſi, q Dñs Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Eſau autem dictus eſt Edom: vnde & Idumæi, q ab ipſo nati ſunt: ad quos teſtante ꝓpheta Malachia tranſiuit odium Domini.

numerauit: quo peccato gladius Domini deſæuit in populum. Sed in lata [a] *gente gloria regis eſt, in diminutione plebis contritio principis.* (Prou. 14. ſecundum 70.) *Qui ergo de numeroſitate ſuæ gentis ſuperbiuit, iure in eius diminutione* [b] *punitus eſt.* ¶ *Item paruulos* [c] *Sodomitarum non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cæleſti igne conſumerentur* (Gen. 19.)*: ſed igne hoc pœna illis diminuta eſt; quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta. Pariter* [d] *etiam demonſtratum eſt peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari* [e]*. Illud idem intelligendum eſt de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui deſcenderunt ad inferos* (Num. 16.)*.* ¶ *Item Cham peccante, Chanaam* [f] *filius eius maledicitur* (Gen. 9.)*: Giezi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros* (4. Reg. 5.)*. Iudæis clamãtibus: [Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.]* (Matth. 27.) *etiam reliquiæ eorum* [g] *pœnæ mortis Chriſti addictæ* [h] *ſunt. Achab* [i] *quoque peccante poſteri eius* [k] *regni ſolium amiſerunt* (3. Reg. 21.)*: & qui de eius ſemine in regno Iuda nati ſunt, vſque ad purgatam labem illius familiæ, à genealogia Domini ſunt excluſi* (Hieron. ad c. 1. Matth.)*. Odium quoque Eſau* [l] *(vt Malachias teſtatur) tranſiuit ad Idumæos* (Malach. 1.)*. Ex quibus omnibus colligitur, quòd ignorantia peccati non excuſat aliquem.* ¶ *Sed his exẽplis* [m] *non probantur teneri peccato aliorum; niſi imitatores nequitiæ eorum. Quicumque enim de ſemine Eſau, & cęterorum ad Deum cõuerſi paternam malitiam deteſtati ſunt; non odium, ſed Dei clementiam experti ſunt.*

l Vnde dic q excluſi, i. prætermiſſi à Matthęo ĩ euangelio: vbi iſti inter alios nõ connumerant. Archid.

Item vt Ambroſius ait ſermone vndecimo.

C. XII.

(ĩ. 24. q. 1. c. non turbatur.)

TVrbatur [n] nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui ſuis meritis erat firmus, turbatus eſt alienis.

¶ *Huius etiam capitis ſententia ſumpta eſt ex ſermone xi. Ambroſii, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Lucæ. Ipſa autem verba habentur infra 24. q. 1. c. non turbatur.*

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excuſauit illum. Sed turbatio hæc non peccati con-

Hieruſalem lxx. millia hominum. cumque extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hieruſalem vt percuteret eam, aperti ſunt oculi Dauid: & videns Angelum exclamauit dicens: Ego ſum qui peccaui: conuertatur obſecro manus tua ſuper me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iuſſit Angelo vt manum ſuam contineret.
a ¶ In lata.] hoc ſoluit ſtatim.
b ¶ In diminutione.] Ar. & in eo punitur quis, in quo deliquit. ĩ. 17. q. 4. frater. ĩ. 16. q. 1. tenetimini. ĩ. 12. q. 2. de viro. & cap. qui & humanus. ĩ. diſt. 81. valet.
c ¶ Paruulos.] hiſtoriam habes 42. diſt. §. 1.
d ¶ Pariter.] Hic habetur alia reſponſio.
e ¶ Flagellari.] licet etiam in eis crimen paternum nõ timeretur.
f ¶ Chanaam filius.] & ideo maledixit Chanaam, & nõ Cham, quia Dominus benedixit ei: & ideo non fuit auſus ei maledicere: vel ratio in lege eſt, vt ff. quod metus cau. iſti quidem.
l ¶ Eſau.] qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicti ſunt Idumæi, quaſi Edomæi.
ADDITIO. Ad illos teſtante ꝓpheta Malachia trãſiuit odium Domini. etenim de Eſau legitur ibidẽ, q Dominus dilexit Iacob: Eſau autem odio habuit. Archid.
SED HIS. CASVS. Reſpondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui ſunt imitatores nequitiæ ipſorum, aliis non.
m ¶ Exemplis.] ſcilicet poſtremis de Chã, Giezi, Achab, Eſau. Ioan. de Fan.
TVrbatur nauicula.] CASVS. Adhuc oſtendit, q iuſtus punitur pro impio, vt Petrus ꝓ Iuda: ſed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, ſed temporalis perſecutio, & ita prædictis auctoritatibus non probantur ſimoniaci, pro quibus ignorantibus pecunia data ſit.
n ¶ Turbatur.] ĩ. 24. q. 1. nõ turbatur. ĩ. 7. q. 1. aduerſitas. ĩ. de conſecra. diſt. 2. in ſancta.

NOTAN-

inquinatio, ſed corporalis perſecutio intelligitur: quia meritis malorum nonnunquam adeo premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaque his auctoritatibus ſimoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data eſt. Non ergo poteſt probari iſte reus criminis, cuius nō habuit conſcientiam.

4 *Notandum quoq. eſt, quòd non omnis ignorantia*[a] *aliquem excuſat. Eſt enim ignorantia, alia facti, alia iuris. Facti, alia eſt eius facti, quod oportuit eum ſcire: alia, quòd non oportuit eum ſcire. Quod non oportuit eum ſcire; ſicut Apoſtolus ait: [Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnā, & vultis ire, quidquid vobis appoſitum fuerit, comedite, nihil interrogātes. Si quis vobis dixerit*[b] *hoc idolis immolatum eſt, nolite comedere*[c].*] Ecce quod vocatum ad cœnā nō oportuit*[d] *ſcire carnes ſibi appoſitas fuiſſe idolis immolatas. Quod oportuit eum ſcire, ſicut ignorantia Iudæorū*[e]*, & reliquorum infideliū, qui ea, quæ à prophetis de Chriſto fuerunt prænuntiata, adhuc ignorant eſſe completa: vnde à Iudæis adhuc expectatur uenturus. Hæc neminē excuſat. ¶ Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis dānabilis*[f] *eſt. Ius vero ciuile aliis*[g] *permittitur ignorare, aliȷs non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obeſt in damno vitando, ſi negotium*[h] *inde contigerit, vt ſi minor pecuniam dederit filio familias*[i]*, repetit: in*

1. Cor. 10.

NOTANDVM. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua diſtinguit inter ignorantiam iuris & facti. Io. de Fan. CASVS. Hic innuit Gra. talem diſtinctionē. Ignorātia alia facti, alia iuris. Facti, quod ſcire non oportet, vt ſi apponatur tibi ignorantia idolothitum ad comedendum: facti, quod ſcire oportet, vt eorū quæ dicta ſunt per prophetas de aduentu Chriſti. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis, quæ omnibus adultis damnabilis eſt. Alia iuris ciuilis, quæ in damno vitando nulli nocet. In tali caſu, ſcilicet, ſi minor filio familias pecuniam dederit, mutuam repetit: ſed maior non repeteret: vel ſi talis caſus incidit vt ſucceſſionem ſine iudice diuidas cum alio, quem putabas coheredem, cū non ſit: vel ſi ſoluas per errorem, vel promittas pecuniam indebitam iure naturali tantum, vel tam iure ciuili, quàm naturali: ſed in delictis ignorantia iuris nullum excuſat.

a ¶ Omnis ignorātia.] eſt ignorantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti ſemper excuſat, ſiue ignoret de alieno facto, ſiue de proprijs, dūtamen probabilis ſit. Ignorātia ꝓprij facti excuſat, vt 34. q. 2. in lectum. & 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. magis tamē excuſat error in alieno facto quàm proprio: quia probabilis eſt ignorantia in alieno facto, vt ff. pro ſuo, l. vlt. ſed non eſt veriſimile, quòd quis dubitet ſiue erret de proprio facto, vel de propria re, vt C. de reſcin. ven. quiſquis. Licet autē ſit ignorantia de alieno facto: dum tū nō ſit ꝓbabilis, non excuſat, vt 12. q. 2. q & humanus. 86. diſt. quod dicitis. ad hoc autem vt qs ꝓbabiliter dicatur errare, non requiritur ꝙ ſit nimis ſcrupuloſus & diligens & curioſus in inquirendo: nec quòd ſit nimis negligens & diſſolutus non inquirendo, vt ff. de iur. & facti ignor. nec ſupina. Ignorantia iuris, alia eſt iuris naturalis. alia iuris canonici ſiue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excuſat, quia ibi nihil intereſt in vitio decipere, vel decipi, vt 16. q. 1. ſi cupis. & C. de in ius vocan. l. 2. & de hac ignorantia dicitur: Ignorans ignorabitur. 37. diſt. §. vlt. 38. diſt. qui ea 1. Ignorantia iuris canonici ſiue ciuilis neminem excuſat, vt 38. diſt. ſi in laicis. & c. quæ ipſis. & hoc intellige cum ius tale eſt, quod aliquis de facili per ſeipſum ſcire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iuriſperitorum, vt ff. de iur. & fac. ign. regula, & ff. de bon. poſſeſ. in bonorum. vbi enim de bona fide agitur, non eſt de iuris apicibus diſputandū, vt ff. man. ſi fideiuſſor. quædam. & hæc vera ſunt niſi ſint milites 2, ruſtici, minores, & mulieres. iſtos enim excuſat iuris ignorantia. Item iuris ignorantia, ſi eſt de damno vitando, excuſat: ſi eſt de lucro captando, non; vt ff. eo. iuris. Si quæras ergo quæ ſit differētia inter has quatuor perſonas, & inter alias quantū ad ignorantiā iuris, cū nulli noceat in dāno vitādo, vt d. l. iuris. dic ꝙ licet omnibus alijs noceat in lucro, non tū iſtis; aliter nō eſſet aliquod ſpeciale in iſtis. Sed tamen not. differentiam inter iſtas quattuor, quia non concedo ꝙ mulieribus & ruſticis noceat in lucro, niſi vbi expreſſe inuenitur, qđ not. 3 nam nocet quandoque, vt C. eo. ſi emancipata. aliàs vbi expreſſe inuenitur. ſed vbi non inuenitur expreſſum, non

non ſubuenitur eis. Subuenitur enim eis in Velleiano, & in alijs caſibus not. C. eod. l. vlt. Sed militibus & minoribus vbique ſubuenitur, niſi vbi expreſſum inuenitur ꝙ nō ſit ſubueniendū. Item ignorantia iuris ciuilis ſiue canonici nocet omnibus in damno vitando, vt in temporalibus præſcriptionibus: quia præſcriptio introducta eſt ad rigorem iuris conſeruandum. idem eſt in conſtitutione, ſi quis in tantā. C. vnde vi. H.

b ¶ Dixerit.] ar. ꝙ ad dictum vnius ſtatim aliquis teneatur & poſſit credere, vt 22. q. 4. innocens. De hoc not. 23. q. 4. quàm magnum. & 11. q. 3. non ſolum. in prin.

c ¶ Nolite comedere.] expreſſā ergo nocent, non tacita: arg. ff. de cōdi. & demonſtrat. nonunquā. & ff. de cuict. ſerui venditor. diuerſa eſt enim cauſa voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt. ff. de ver. obli. cū qui certarum.

d ¶ Oportuit.] Hæc non excuſat, cum ſit iuris naturalis. 38. diſt. quamuis.

e ¶ Iudæorum] Hæc ignorantia iuris etiā dici poteſt, eo ꝙ ignorabāt ꝓphetas: quia ſi eos intelligerent, non ignorarent facta eorum, ideſt, Chriſtum natum.

f ¶ Damnabilis.] velut de patronis abſque venia impetrata in ius nō vocandis ab eorū libertis: nec. n. in ea re parcēdū eſt ruſticitati, cum naturali ratione huiuſmodi perſonis honor debeatur, vt C. de in ius vōc. l. 2.

g ¶ Alijs.] non in lucro captando, quia in damno vitādo omnibus. ff. de iur. & facti igno. l. iuris ignorantia.

h ¶ Negotium.] ideſt, ſi errat in contractu: nam aliter eſt in maleficio, in quo nec etiam minor excuſatur 4. C. ſi aduer. delic. l. 1. & 2.

i ¶ Filio familias.] maiori. nam tunc poteſt repetere. ff. de min. verum. in fi. Si autem filius familias minor eſſet, non repeteret, ſi conſumpta eſſet vel deperdita. ff. eo. tit. ſi minor.

a ¶ Quaſi

a Ignorantia eſt duplex. ſ. facti & iuris.

Ignorantia iuris eſt duplex.

1 De hac materia nota. 27. diſt. in ſum.

Ignorantia iuris quattuor genera perſonarū excuſat.

2 Sub. qui pp rem publ. occupātur in caſtris, quos magis arma vult ſcire Imperator, quam leges. Arch.

3 Cum ib. glo. cōca. l. fin. & in Bar. C. de iur. & facti ign. & Folg. in l. iuris C. qui admit. & eſt de mente Bar. in l. 1. in ver. quæ rit gl. C. de iur. & facti ign. & plene p dod. moder. in L. 1. §. ... tiano. Et ... ope. no. ... poſt ... ibi in ... col.

Liberti patronum ... ius in ... nia ... ruſticitati parcēdum non eſt.

4 Sub. ... quatenus miſeratur ... ff. d ... auxilium. Archid.

a ¶ Quaſi delictum eſt.] ff. ad Macé. l. 1. & bene dicit, quaſi delictum. nam ſi vere eſſet delictum, nec minori ſubueniretur.
b ¶ Sine iudice.] ſecus ſi per iudicem. ff. fami. erciſ. cum putarem, & hoc ſecundum fidem & confeſſionem eius iudex ſecutus

Si eſt odioſa, vel ſciens ſoluit, vel ignorans: ſi ignorans, aut ius, aut factum. his duobus caſibus non repetit. ff. de condi. inde. qui exceptionem. aliàs ſi rigore iuris cō ſeruandi gratia eſt exceptio introducta: hic ſciens ſi ſoluit, non repetit. ff. de condi. inde. Iulianus. ſi ignorans, repetit ſecundum Pileum, cum illa exceptio ſit perpetua, & non odioſa. Alij vero §. nam & poſt ſententiam remanet debitum naturale: quia ſententia de iure ciuili eſt, & ideo ea, quæ iuris naturalis ſunt, tollere non poteſt ¹: quare ſi ſoluat, non repetit. arg. ff. de cōd. indeb. Iulianus. Si autem dubitatur an temporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de cōdi. indeb. ſufficit.
b ¶ Repetis.] hoc tamen intra biennium, & hoc cū promittit ſpe futuræ numerationis.
e ¶ Si quis ¶ Poteſtat.] & ita dupliciter eum excuſat.

maiore vero quaſi delictum eſt [a]. ¶ *Item ſi ſucceſſionem etiam tibi maiori delatam cum alio, ſine iudice* [b] *diuidas, putans teſtamentum iure ſubnixum, cum non eſſet, ſolidā ſucceſſionem obtinebis: vel ſi id, quod nullo iure debuiſti, aut iure naturali* [c] *nō debuiſti, ſed ciuili, tamquam ex chirographo ſoluas, aut promittas, repetes* [d]*: non ita, ſi delictū. Nam ſi putat rem ſuam ſibi per legem licere rapere, incidit in conſtitutionem* [a] *illam codicis lib. 8. titulo, vnde vi.* tit. 4. le. 7.

[*Imperator Valentinianus Auguſtus.*]

PALEA. C. XIII.

SI quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud quoſlibet homines conſtitutarū ante euentum † iudicialis arbitrij violenter inuaſerit; dominus quidem conſtitutus, poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominiū eius † rei amittat: Sin vero alienarum rerum † poſſeſſionē inuaſit, non ſolum eam poſſidentibus reddat, verumetiam æſtimationem earumdem rerum reſtituere compellatur.

† al. aduentū
† al. eiuſdem
† al. alienam poſſeſſionem

a ¶ Conſtitutionem] *In pleriſque vetuſtis codicibus legitur*, incidit in conſtitutionem, ſi quis in tantam. *reliqua vacant.*

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, ſed facti, & illius, quod non oportuit eū ſcire. A reatu ergo criminis eum ignorantia excuſat paterni delicti: quod & ſi oportuiſſet eū ſcire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat. [e]

QVAESTIO V.

QVod vero [f] *quinto loco quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus; auctoritate Vrbani definitur, qui ſcribens de ſimoniacis ait inter cetera in concilio Placentino, cap. 5. & ſequentibus, itemque in concilio Romano.*

QVod vero.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima parte probat, quod filij non poſſunt tenere beneficium emptum à patre cū erat puer. Secūda ibi, [Hoc autem.] Tertia ibi, [Ex hac.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quæritur an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fūgi ea ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus ignorāter. De primo caſu quid iuris ſit, dicitur in primo capitulo. De ſecundo dicitur in capitulo, præſentium.

¹ Inſti. de iure natu. §. vlt.

ſecutus eſt. nam aliàs repetere poſſet. C. de iur. & facti igno. ſi poſt.
c ¶ Iure naturali.] cum quis ſoluit indebitum, aut indebitum, eſt iure ciuili tantum: quale eſt illud quod poteſt per Falcidiam retineri. C. ad legem Falci. error. hic ſi per ignorantiam facti ſoluit, repetit. C. de iur. & facti igno. cum quis. C. ad legem Falcid. error. Si per ignorantiam iuris ſoluit, nō repetit, vt in legibus prædictis, niſi à minore, vel muliere, vel alia perſona priuilegiata ſoluatur. ff. de pb. cum de indebito. § ſi autem. & ff. de condi. indeb. interdum. aliàs indebitum aut eſt de iure naturali tantum, quale eſt illud ad quod per chirographum obligamur, vt ſpe futuræ numerationis, aut indebitum vtroque iure. In his duobus caſibus quacumque ignorantia ſoluas, repetit. ff. de cond. inde. indebitam. & ff. de proba. cum de indebito. aut per exceptionem tantum, & tunc ſi temporalis eſt exceptio: dummodo ſit certum debitum, non repetit a. ff. de cond. inde. ſub conditione. l. nam & naturas. Si autem eſt perpetua & fauorabilis, hic quacūq. occaſione ſoluit, repetit. C. ad Vellea. quāuis. ff. de condi. indeb. qui exceptionē.

Indebitū per errorē ſolutū an poſſit repeti.
¹ Sub. debitū vtroque iure, ſed indebitū per, ſe.
² Sub. niſi ſolutū per errorē facti non iuris. ff. de cond. ind. in dic. ff man. ſi. de iuſſor. §. non male. ſm Ioā. de Fan.

f ¶ Quod vero.] Huius quæſtionis duo ſunt articuli. Primus an liceat iſti eſſe in eccleſia, quam paterna pecunia eo ignorante eſt aſſecutus. Secundus eſt, ſi pater ei non emit eccleſiam, ſed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quæſtione dicas, quod poſtquam eccleſiam dimiſit, ex gratia poteſt ibidem manere, vt j. c. 1. & extra de ſimo. de regularib. In ſecunda dico, quod ſi per patris pecuniam adeptus eſt ordinem, ita tamen quòd ſimonia non fuit in ordinante, poſtquam ordini renūtiat, poteſt eodem ordine ex miſericordia fungi, vt j. e. c. vl. ſi autem ipſe dedit, vel ſimoniæ conſcius fuerit, tūc diſtinguit, aut accepit ordinem vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium eccleſiaſticum. ſi ordinem vel prælationem, deponitur, nec debet ſecum diſpenſari, vt ſ. e. q. 1. ergo. & c. ſi quis neque. & j. q. 7. ſi quis omnem. & c. requiritis. ſi vero eccleſiam, vel præbendā, vel ſimile beneficium, de iure deponitur, vt ſupra ead. quæſt. 1. presbyter. ſed ex diſpenſatione poſt renunciationem poteſt in eodem beneficio manere, vt infra cap. prox. Io. an.

Eccleſiam à patre emptam vtrū quis poſſit retinere.
Ordinē quē pater emit, an quis poſſit fungi.

Quicum-

¶ De paruulis, qui cupiditate parentum, eccleſias emunt. C. I.

Anſ.l.7.c.119. C.5.

QVicumq. ſane cupiditate parentum, cum adhuc paruuli [a] eſſent, eccleſias, vel eccleſiarum partes [b] α per pecunias adepti ſunt, poſtquam eas omnino dimiſerint, ſi canonice in eis viuere voluerint pro magna [c] miſericordia ibidem eos eſſe concedimus [d]: neque pro hoc facto à ſacris ordinibus remouemus, ſi aliàs digni inueniantur.

C. 6.

¶ Illi vero, qui per ſeipſos, cum iam maioris eſſent ætatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, ſi in alijs [e] eccleſijs canonice viuere voluerint, ſeruatis proprijs ordinibus pro magna miſericordia [f] ibi eos miniſtrare permittimus. Quòd ſi ad alias fortaſsis transferri non potuerint, & in eis canonice viuere promiſerint, minoribus ordinibus contenti ad ſacros ordines [g] non accedant; ſalua [h] tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. ¶ Si qui tamen ante emptionem [i] catholice ordinati ſunt, cum ea, quæ emerunt, dimiſerint, & vitam canonicam egerint, in ſuis gradibus permittantur [k]: niſi [l] forte eiuſmodi eccleſia ſit, vt ibi primum [m] locum debeant obtinere. Primum enim, vel ſingularem, vel præpoſituræ β locum in emptis [n] eccleſijs eos habere non patimur.

C. 8.

α ¶ Partes.] In concilio ipſo legitur, beneficia. ſed ob gloſſam non eſt emendatum.

β ¶ Præpoſituræ.] In concilio ſubiungitur, vel officij.

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonũ, ſed ex miſericordiæ diſpenſatione dixiſſe, ex epiſtola eiuſdem colligitur miſſa Vitali presbytero in hæc verba.*

¶ In dignitate ſeruanda ſimoniacis miſericordia poteſt impendi, ſi eos vita commendat. C. II.

EOs, qui eccleſiam emerunt, ſi perſona talis fuerit, quam vita commendet, videlicet, vt in canonijs †, vel monaſterijs regulariter viuat, in ſui honoris officio, miſericorditer condeſcendendo, miniſtrare concedimus; abſque tamen [o] ſanctorum canonum præiudicio.

† al. canonicis

¶ *In libro manuſcripto decretorum Pontificum hic canon citatur ex Nicolao ad Vitalem presbyterum Prumienſem.*

QVicumque.] CASVS. Hoc c. diuidi in tres partes. In prima dicitur, q. quidam paruuli fuerunt, quibus ignorantibus parentes emerunt eccleſias, de quibus dicit Vrbanus, q. poſt renunciationẽ poſſunt ex miſericordia in eiſdem eccleſijs tolerari, & à ſacris ordinibus ꝓpter hoc non debent repelli. In ſecunda dicitur, q. qui adulti ſibimet emerunt eccleſias, illis repudiatis de miſericordia poterunt in alijs eccleſijs in ſuis ordinibus miniſtrare. quòd ſi ad alias tranſire non poſſunt, in eis de miſericordia poterunt in minoribus ordinibus miniſtrare: ita q. ad maiores nõ aſcẽdant. In tertia dicitur, q. ſi ante canonice ordinati poſtea eccleſias emunt, eis dimiſſis in eiſdẽ poterũt de miſericordia tolerari: ſed in eis prælaturas non habebũt. Secũda pars incipit ibi, [Illi vero.] Tertia ibi, [Si qui tamen.] Sequens §. cũ ſeq. c. patet.

a ¶ Paruuli.] hic præſumitur pro ætate. 3. q. 4. placuit.

b ¶ Partes.] id eſt, præbendas. & ſic non eſt contra 21. q. 1. ſicut. extra de præben. maioribus.

c ¶ Pro magna.] & de iure: cũ enim nõ peccauerint iſti, nõ ſunt priuandi ordinibus ſuis. arg. ĩ. §. ex hac.

d ¶ Concedimus.] vt & primum locum ibi obtinere poſſint, & illud, ibidẽ, nõ reſpicit niſi quod ſequitur in fi. ca. ſecundum vnũ intellectum.

e ¶ Si in alijs.] hic p̃ſumitur contra ætatem, vt ĩ. ead. q. 7. qui in qualibet. ĩ. diſt. 81. valet. contra ĩ. ea q. 1. ſi qui à pſeudo epis. ſed ibi illam eccleſiam licite fuerat adeptus.

f ¶ Magna miſericordia.] nam ex rigore iuris omnino deponi deberent, vt ſ. ea. q. 1. presbyter. & 7. q. 1. præſentium. & c. ſancitum eſt, & vere de miſericordia. nam de iure non põt: & ideo hac miſericordia digni ſunt qui alieno laborant vitio. C. de natu. lib. l. legem.

g ¶ Ordines.] id eſt, ad miniſterium ſacrorum ordinum, quos tamen poſt emptionem eccleſiæ receperant, & ita grauatur eorum pœna in eccleſiarum emptione.

h ¶ Salua.] vt ſcilicet Papa poſſit diſpenſare ſi velit, vel hanc reuocet, ſi iterum ei videbitur expedire.

Delictũ ſuperueniẽs nõ vitiat legitime factum.

i ¶ Ante emptionem.] arg. ſuperueniens delictum, vel nouam cauſam non vitiare legitime factum. 30. q. 1. noſſe. & c. dictum. & ſ. diſt. 55. præcepta. 32. q. 7. c. 2. qui. ĩ. ead. q. 7. ſiquis omnem. contra.

k ¶ Permittantur.] in eadem eccleſia. hæc eſt differentia inter iſtum caſum & ſecundum.

ADDITIO. Ad hoc. ff. de verb. obli. pluribus. § vlt.

l ¶ Niſi.] iſtud, niſi, reſpicit duos articulos. nã in primo caſu bene poteſt ex diſpenſatione ſingularem locũ obtinere, ſed maledicit qui hoc dicit: nam cũ vltimo magis diſpenſatur quo ad executionem ordinis, quàm cũ medio, vnde iſtud, niſi, refertur ad primum membrum ca. Ego cum H. dico, q. iſtud niſi, reſpicit omnes tres caſus prædictos. nam in nullo ipſorum primum vel ſingularem locum in empta eccleſia poterit obtinere, vt in fi. c. dicitur manifeſte Phi. additio eſt.

m ¶ Primum.] Arg. extra de ſi. ex inſinuatione. & intelligunt quidã hoc tantum de prælatione. H. intelligit de qualibet dignitate, q̃a nec archipresbyter, nec decanus.

n ¶ In emptis.] ſ. 12. diſt. nos conſuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua dicitur, q. de rigore debent deponi ſimoniaci quocumque modo. Ioan. de Fan.

o EOs qui.] ¶ Abſq; tamen.] ſ. diſt. 55. priſcis. quaſi nõ de iure communi, ſed ex diſpenſatione.

[illegible] quòd ſi ordinatus fuerit inuitus ſimoniace eo ignorante, ſecum eo diſpenſatur. Ioan. de Fant.

Casus. Infert Gratia. ex illa auctoritate, quicumque ignorantia excuſat tales, cum poſſint ad ſacros ordines aſcen-

c ¶ Præſentium.] tria pro iſto faciunt, coactio accipientis illum ordinem, ſcilicet ſacrum, ſpontanea confeſſio, renuntiatio. Duo faciunt contra, deteſtatio criminis, & diſciplina eccleſiaſtica.

d ¶ Incuria.] ideſt, negligentia, vel ſtultitia, vel ignorantia iuris.

3 *Ex hac itaque auctoritate colligitur; quòd ignorantia tales excuſat à reatu criminis, vt ſupra dictum eſt, non à fructu emptionis; cum in eccleſiis, quas parentum pecunia adepti ſunt, non niſi poſtquam eas omnino dimiſerint* [a]*, & ex miſericordia ibidem eis eſſe conceditur. In quo patet; quòd & ſi illis ignorantibus ſimoniæ peccatum ſit admiſſum, fructum tamẽ paternæ emptionis reportare* [b] *non poſſunt. Quòd vero à crimine excuſentur, hinc patet; quia pro hoc facto à ſacris ordinibus nõ remouentur. Si enim illius criminis participes eſſent, ad ſacros ordines conſcendere non poſſent. Illud idem intelligendum eſt de eo; qui per pecuniam eſt adeptus ſacerdotij dignitatem, non epiſcopo, ſed cuidam ex principibus eius datam: vtroque tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.*

Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Alberto Metenſi epiſcopo.

¶ De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non epiſcopo, ſed vni principum eius. C. III.

PRæſentium [c] portitorem, quem parẽtum incuria [d] per pecuniam non epiſcopo, ſed cuidam [e] principũ eius datam, inuitum [f] ſacerdotij dignitatem obtinuiſſe ſignificaſti; licet ſancti canones deponendum eſſe teſtentur; tamen, quia culpam [g] iſtam [h] neſciens, & coactus commiſit, & quia ab eodem ordine vt deponeretur, ſupplicauit [i] vltroneus; ex conſideratione diſcretionis (quæ mater eſt omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonum, miſericordiæ viſcera adhibendo, ipſum in eodem ordine eſſe fraternitati tuæ conſulimus: ita tamen, vt ſi † eccleſia illa cui deſeruit †, ſacerdotum penuriam non patitur, ſuſpenſus à ſacerdotali officio permaneat: Quòd ſi forraſſe eccleſiæ vtilitas exegerit, vt curam regiminis aſſumat, liceat ei ex concuſſione ſui epiſcopi, fratrumque [k] obediẽtia ſacerdotali officio fungi.

† al. quia
† al. deſeruiuit

e ¶ Cuidam.] idem ſi epiſcopo ſupra ea. q. 1. ſtatuimus.

f ¶ Inuitum.] ideſt, coactũ à parentibus: vel inuitũ poſtquam ſciuit.

g ¶ Culpam.] not. ſermonis improprietatem, nam exponitur culpam, ideſt, defectũ. 3. diſt. 56. c. vlti.

h ¶ Iſtã.] hic collige rationẽ cum quis obijcit aliquid eſſe culpam, non quod culpa ſit, ſed ſolet eſſe. ſic 15. q. 1. c. mulier.

i ¶ Supplicauit.] vnde miſitus cũ eo agendum fuit. ĩ. 12. q. 1. non dicatis. & diſt. 50. quia te. C. ne tu. vel cura. vec. conducant. l. vna. Sed nonne male rogabat, cum depoſitum ſequatur infamia. ff. d. his qui not. infam. l. 2. §. ignominiæ. nec etiã quis deponi debeat niſi proximo crimine. 81. diſtin. Apoſtolus. Dic ergo, rogauit vt deponeretur. i. ab executione ſuſpenderetur.

k ¶ Fratrumque.] & ſic epiſcopus in tali caſu diſpenſare non poteſt ſine cõſenſu & auctoritate fratrum. ar. 15. q. 7. epſ nullus. nam in omni diſpenſatione conſenſus capituli requirẽdus eſt, præterea p c. iſtud no. diſpenſatio circa ſimoniã cõmiſſam in ordine. nã ſi ipſe ordinatus dedit pecuniam vel alius: dummodo tamen det epo, non poterit epſ hoc caſu diſpenſare. & hoc notauit cum dixit, non epo. q. d. ſecus ſi epo eſſet data. vnde ſtrictior erit epiſcopi poteſtas diſpenſãdi in ſimonia commiſſa in ordine, q̃ in beneficio. 3. e. q. 1. ſed hoc non admitto. vnde dico, q. ſiue ſimonia fuerit cõmiſſa in ordine, ſiue in beneficio, dum tamen epo fuerit data pecunia, q. epiſcopus non poſſit diſpenſare. ſed in hoc dico eſſe differentiam, q. ſi epiſcopo data fuerit pecunia pro beneficio, tunc non epſ, ſed quilibet ſuperior poſſit diſpenſare ſiue in illo beneficio, ſiue in alio, ſecundum eum modum, qui traditur 3. ea. c. 1. Sed ſi fuerit epiſcopo data pecunia pro ordine, tunc non poſſit ſecum diſpẽſari niſi à ſolo Papa 1, vt 3. q. 1. ergo. & i. c. ſi quis neque. & infra q. 7. ſi quis omnem. & c. requiritis. Illud autem expeditum eſt, q. epiſcopus vel capitulum poteſt diſpenſare cum eo qui ignoranter eſt adeptus beneficium etiam ſimoniace, vt extra de ſimon. ex inſinuatione. Io. Quid autem iuris hodie ſeruetur, dixi per decre. 3. q. 3. multis, in vlt. gl. B.

Infamia ſequitur depoſitum.

Epiſcopus an diſpenſare poſſit in ſimonia ordinis vel beneficij.

1 Ray. dicit cum eo qui recipit ſimoniacũ beneficiũ, poſtquam reſignauit, & executione ordinũ poſt legitimam pœnitentiã põt epſ ſuus ſi ab illo ſit peccato immunis, alioquin metropolitan[9] debita diſcretione adhibita in pœnitẽtiali iudicio diſpẽſare. Arch.

aſcendere; ſed à fructu emptionis nõ excuſantur. Idem intelligitur de eo, qui ſacrum ordinem habuit per pecuniam, eo & ordinatore ignorantibus.

a ¶ Dimiſerint.] hoc idem habes extra de ſimo. de regularibus.

b ¶ Reportare.] nam ex alieno dolo alius lucrum deportare nõ debet. ff. de eo per quem fac. erit. l. vlt. 1. reſ. & hoc verum eſt, [illegible] extra de ſimo. nobis, ſcilicet per fraudem alterius.

PRæſentium. Casus. Data pecunia cuidam amico, vel familiari principi epiſcopi, quidam ordinatus eſt presbyter ab epiſcopo vtroque ignorante pecuniam eſſe datam, qui presbyter ex quo factum cognouit, rogauit epiſcopum vt eũ deponeret. vnde Papa epiſcopo ſuper hoc conſulenti reſcribit dicẽs, q. ex miſericordia (licet de rigore deberẽt deponi) toleretur in eodem ordine: & ſi eccleſia in, qua deſeruit, non habet penuriã ſacerdotũ, à ſacerdotali officio ceſſet. Sed ſi vtilitas eccleſiæ exegerit, vt locum regiminis accipiat, poterit de licentia epiſcopi ſacerdotale officium exercere.

Quid

QVid vero.] CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio. Sed quia hæc quæſtio expedita eſt ſ. ea. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. ideo ponit hic incidentem quæſtionem, qua quæritur de illis, qui dant pecuniam non pro ordinatione, ſed pro electione, vel vt decretum fiat electionis, vel vt confirmetur, vel vt non reſiſtatur electioni. Et dicit Gratianus, quòd tales iudicandi ſunt ſimoniaci, ſicut illi, qui pro conſecratione pecuniam dant.

k ¶ Maximi.] de iſto agitur ſecunda quæſt. 5. quam ſex. 63. diſtin. Salonitanæ.

l ¶ Exquiri.] tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamoſa querelatio. extra de ſimo. licet He'li.

QVAESTIO VI.

QVid vero [a] de his fieri debeat, qui ignoranter à ſimoniacis ordinati ſunt (quod ſexto loco quæſitum eſt) ſupra, in capitulo videlicet Vrbani, quod ſic incipit: [Si qui à ſimoniacis, &c.] requiratur. Nunc autẽ [b] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt; ſed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, aliquibus præmia largiuntur; an eorum electio vitioſa ſit iudicanda. Non enim videntur ſpiritus ſancti donum emere, qui non pro conſecratione, ſed pro electione munera largiuntur; cum nullius ſpiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſticarum rerum [c] emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis officijs ita adiuncta ſunt, vt alterum ſine altero alicui non proueniat; ita quia per electionem [d] venitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habetur, qui pro electione [e] præmia largitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet. (1. ea. q. 1.)

Vnde Symmachus ſcribit Cæſario epiſcopo, epiſt. 1. c. 5.

¶ De ijs, qui muneribus ordinationem faciunt. C. I.

SI quis autem epiſcopatũ deſiderat, data pecunia [f] potentes perſonas minime ſuffragatrices [g] adhibeat: nec ad decretum ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſubſcribendum [h] adhibito cuiuſlibet generis timore [i] compellat, vel præmijs quibuſlibet exhortetur. (Poly. l. 2. tit. 1. Anſel. l. 6. c. 69.)

Item Gregorius Salonæ † conſiſtentibus, lib. 5. epiſt. 26. († al. Salonis)

¶ Simoniacus eſt qui, vt eligatur, præmia largitur. C. II.

EGo autem & veſtræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotentis Dei iudicium pertimeſcens, eiuſdẽ Maximi [k] cauſam ſubtiliter exquiri [l] deſidero; ſi nullis criminibus preſſus, quæ ſacro ordini contradicunt; ſi non per ſimoniacam hæreſim, ideſt, præmia quibuſdam ſe eligentibus præbendo, ad ſacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum interceſſor erit; ſi non obligatus de ſuis, ad locum interceſſionis [m] venerit. (Anſel. l. 6. c. 176. Poly. l. 2. tit. 3.)

Item Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtodunenſi, & alijs epiſcopis, lib. 7. epiſt. 110.

a ¶ Quid vero.] Hæc quæſtio determinata eſt per c. quod G. inducit ſ. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

b ¶ Nunc autem.] hic ponit incidentem quæſtionem, quæ dubia non eſt.

c ¶ Rerum.] ſ. q. 3. ſi quis obiecerit.

d ¶ Per electionem.] ſ. diſt. 40. ſicut viri.

e ¶ Electione.] ſi. j. 15. q. 3 ſane.

SI quis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nec aliquo timore, nec aliquo pretio, nec potentum ſuffragio epiſcopus confirmetur, aut electioni ſubſcribatur.

f ¶ Pecunia.] j. 18. q. 2. c. 1.

g ¶ Suffragatrices.] ſ. ea. q. 1. eſtote. j. 16. q. 7. ſi quis epiſcopus. ſ. diſt. 55. nullus.

h ¶ Ad ſubſcribendum.] ſ. cum patrini ſunt: vel hoc cum ſpecialiter vocantur laici ad electionem, 63. diſt. Hadrianus. Vel dic, quòd factum prohibet, non ideo dicit, quòd de iure ſubſcribere debeant ciues: argu. extra de elect. c. 1. Subſcribere tamen debent ciues. non vt eligentes, ſed vt cõſentientes, vt j. 7. q. 1. epiſcopus de loco.

i ¶ Timore.] ſed numquid timor inducit ſimoniam? Dico quòd non 1. peccat tamen mortaliter, qui per timorem obtinet beneficium. arg. contra, ſ. q. 3. res eccleſiæ. & eſt argu. q. non tantum timor motus, vel cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum vitiat electionem: arg. 23. q. 8. conuenior. lo.

Beneficiũ per timorẽ obtinens peccat mortaliter.

1 Idem dicunt hic Lau. Ber. & Io. de Fant.

EGo autem.] CASVS. Quidam nomine Maximus electus fuit in epiſcopum, de quo Papa conſultus reſpondet deſuper, quòd iuſte poterit pro vobis apud Deum intercedere, ſi non ſit ſimonia vel alijs criminibus detẽtus, & obligatus, vnde de hoc inquiri deſiderat.

m ¶ Interceſſionis.] infra 3. quæſt. 7. in grauibus. 25. diſtin. cap. vlt.

SIcut ij qui.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſicut is, qui inuitatus tenuit dignitatem, eſt promouendus: ſic qui ſe ambitioſe ingerit, eſt repellendus. Vnde ſtatuit Grego. vt in ſacerdotibus ordinandis, & eligendis omnis venalitas ceſſet, & omne ſuffragium venditorum. Sequens. §. planus eſt, & multum vtilis eſt, & per te videbis.

a ¶ Renuit

a ¶ Renuit.] [illegible] tamen non eſſet perſeuerans, quia ſi ſemper eſſet inuoluntarius, non eſſet cogendus, vt 74. diſtin. iſta. ſed faciendum eſt, vt de nolẽte fiat volens 1. & ſic licite ordinatur, vt 23. q. 4. diſplicet. 40. diſtin. ante omnia. 8. q. 2. in ſcripturis. & 16. q. 1. vos autem. b ¶ Refu- tur, ex ſententia arg. contra, q quis poteſt petere honorem. ff. de decur. l. ecs. & pecuniã pro eo dare. ff. de officio præſ. Barbatius arg. 8. q. 1. qui epiſcopatum. ff. de mune. & honorib. reus. Ad has leges reſpondẽt quidam, quòd publice peti poteſt, non in occulto. Alij, vt Py. dicunt, q melius poteſt quis petere, aliàs non, quia lex Iulia de ambitu non habet locum Romæ. 3. ff. ad leg. Iul. de ambi. l. 1. Vel dic, q quondam à populo potuerunt peti: modo vero ab Imperatore, vel aliud in dignitatibus ſæcularibus, vnde & militia ſæcularis emi poteſt. ff. de act. emp. l. creditor. §. inter venditorem. Multũ cõtradicit ſolutioni huic, extra de ſim. nobis, vbi ſemp nocet datio pecuniæ, niſi cum data eſt ab aduerſario. Sed ideo hic excuſatur, quia nihilominus erant cum electuri. ſic extra ea. & ſi, quæſtiones. & hoc tenet H.

1 De hoc 7. q. 1. ſcias. ibi videas. & ca. epiſcopus de loco.

Honor non peti poſſit.

3. De hoc etiam 82. diſt. presbyter. i. gl. & ita. &c.

¶ Sicut ordinatio, ſic electio, vel conſenſus ſine venalitate debet præferri. C. III.

Anſ. l. 6. c. 79. Poly. l. 1. tit. 1.

SIcut is, qui inuitatus renuit [a], quæſitus refugit [b], ſacris eſt altaribus admouendus; ſic qui vltro ambit, vel importune [c] ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat? Itaque fratres chariſsimi in ſacerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat; ſit ſimplex ſine venalitate conſenſus, pura præferatur electio, vt ad ſumma [a] ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio.

Anſel. l. 6. c. 80.

a ¶ Summa.] *In vulgatis codicibus legebatur*, ad ſummum ſacerdotij, vel Pontificij, *Emendatus vero eſt hic locus ex originali, Anſelmo, Polycarpo, & pleriſq. vetuſtis Gratiani exẽplaribus.*

Si autem pecunia promiſſa fuerĩt, vel ſoluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit; ei nullatenus obeſſe videtur; nec ad reatum criminis pertinet, cuius conſcientiam non habuit; nec ad electionis, vel ordinationis caſſationẽ; ad quã aliàs nõ per prauã illorum cupiditatem perueniſſe docetur.

QVAESTIO VII.

N*Vnc autem de ſeptima quæſtione tractandum eſt; an renuntians ſuæ hæreſi ſit recipiendus [d] in epiſcopali dignitate.*

De his ita ſcribit Cyprianus, lib. 2 epiſt. 1.

¶ Qui redeunt ab hæreſi in ſuis ordinibus recipiantur. C. I.

Deuſdedit p. 2. & 4. Anſel. l. 8. c. 39.

SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodũ perfidi, ac rebelles contra eccleſiam ſteterint; vel apud hæreticos à pſeudoepiſcopis, & antichriſtis cõtra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione [e] promoti ſint, & contra altare vnũ, atq. diuinũ, ſacrificia foris falſa, ac ſacrilega offerre conati ſint; eos quoq. hac cõditione ſuſcipi cõuenit [e] cũ reuertuntur, vt communicent laici †, & ſatis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint;

† al. laicis

NVnc autem.] Hæc quæſtio diuiditur in ſeptem partes: in quarum prima probat duabus auctoritatibus, q non eſt cum talibus diſpenſandum. Secunda ibi. [Conuenientibus.] Tertia ibi. [Ex hac.] Quarta ibi. [Niſi rigor.] Quinta ibi. [Ecce quibus.] Sexta ibi. [Si cutter.] Septima ibi. [Sancimus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic e intitulatur ſeptima quæſtio, qua quæritur an renuntians ſuæ hæreſi ſit recipiendus in epiſcopali dignitate. Et idẽ intellige de quolibet ordine. & certe de rigore iuris ſunt deponendi: ſed ex diſpenſatione tolerandi, niſi in caſibus, qui conſueuerunt notari. 9. q. 1. in ſumma.

b ¶ Refugit.] ſed mirum eſt, quod hic dicitur, q fugere debet, cum alibi dicatur: Qui epiſcopatum, &c. vt 8. q. 1. qui epiſcopatum, &c. nam ſi illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nam ita mentitur quis ſimulatis operibus, ſicut ore 2. 22. q. 5. cauete & q peccet, patet 22. q. 2. cum humiliatis. Dicunt quidam, q iſtud mendacium non eſt mortale, licet non ſit benignitatis, vel iocoſitatis, quia caret dolo; & ideo non eſt mortale. Dico, q iſte debet eſſe nolens, & debet fugere. ideſt timere ne forte non ſit ſufficiens, vt 40. diſt. ante omnia. vnde metiri debet vires ſuas, ſupra quæſt. 1. non eſt putanda. Vel dic, quòd intelligitur fugere qui dignus eſt, ſi ſe non ingerit, qui quæritur, & nõ quærit. c ¶ Vel importune.] nam eo ipſo, q ſe ingerit, eſt ſuſpectus. ff. de proc. quæ omnia. idem in tutore. ff. de teſt.

Mentiſ [illegible] operi[illegible] ſus & ore. [illegible] ad hoc [illegible] e conſe. [illegible] diſt. 2. reue [illegible] a. in fin.

d ¶ Recipiendus.] non de iure, ſed de diſpenſatione, ſic. 23. q. 4. ipſa pietas. Sunt tñ quidã caſus, in qbus eccleſia nõ cõſueuit diſpenſare, quos not. j. 9. q. 1. in ſũma. Et determinat hæc quæſt. j. ead. §. ex hac auctoritate. Io.

Eccleſia diſpenſat in aliquibus caſibus

SI qui presbyteri.] CASVS. Dicit in hoc c. Cyprianus, q ſi clerici in eccleſia catholica ordinati, poſtea hæretici facti eccleſiæ reſtituerunt vel apud eos promoti fuerunt, ſi reuertantur ad eccleſiam, ad laicam tãtum communionem admittantur, vt non retineant arma, quibus contra nos rebellauerunt.

e ¶ Ordinatione.] j. 23. q. 4. ipſa pietas. contra. ſed illud ex pietate matris eccleſiæ, illud de rigore paternæ diſciplinæ. & ad hoc facit 50. diſt. vt conſtitueretur.

a ¶ Quibus.] nota puniri aliquem in eo in quo deliquit. arg. 12. q. 2. qui & humanis.

b ¶ Contra.] argu. q; ſi clericus beneficiatus eſt in duabus eccleſijs, non poteſt præſtare patrocinium vni contra aliam 1. argum. 96. diſtin. ſi Imperator. 3. q. 1. nulli. ſi tamen habet adminiſtrationē 2 vna, poterit contra aliam ſtare 2. arg. ff. de in ius vocan. quæſitum. & 3. q. 7. §. ſi contra. in fin. Ioan.

Clericus dua habēs eccleſias, vnam cōtra alteram ſuſtinere nō debet.

1 Adde no. l. 1. qſquis. C. dē poſtul.

2 Facit e: hoc neceſſitas officij. ff. de his q. vt indig. tutorem. cū ſimi.

pœnitentiam, vt de pœn. diſt. 3. talis. nam in quacumq; hora ingemuerit peccator, &c. nec tibi dico ſepties, &c. de pœnit. diſt. 3. adhuc inſtant.

g ¶ Et quod dixerit.] & ita ſynodus inducit hāc auctoritatem, ac ſi primo peccaſſet Dauid, & poſtea Dñs dixiſſet

nec debere eos reuertētes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus[a] contra [b] nos rebellauerint.

a ¶ Conuenit.] *In originali non eſt verbum iſtud, ſed loco ipſius hæc huic capiti antecedunt.* Addimus plane, & adiungimus frater chariſsime, conſenſu & auctoritate communi, vt etiam ſi qui presbyteri, & c. *Multa vero in hoc capite ex ipſo B. Cypriano ſunt emendata.*

Item ex ſeptima ſynodo.

¶ De iis, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæreſi, in ſuis ordinibus recipiuntur. C. II.

Ex actione 1. in 7. anathematiſ. Deuſdedit p. 2. Iuo p. 4. c. 198. Ex epiſt. Taraſij ad Ioannem. Iuo p. 5. c. 121. Anſ. l. 6. c. 87.

SI quis α omnem [c] traditionem eccleſiaſticam ſcriptam, vel non ſcriptā violat, anathema ſit. ¶ Omnis β epiſcopus, vel presbyter, aut diaconus conuictus, quòd pro muneribus ordinationē dederit, vel acceperit, à ſacerdotio [d] cadat. ¶ Sed dicunt fortaſſe quidā; quia pœnitentiā agimus pro peccato, & Deus indulget [e] illud. Ita & ego dico; quia omnem pœnitentiam [f] recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam facta ſunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidā per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit[g] de eo: [Inueni virū ſecūdum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Noui rurſus eumdem audientem à Deo: [Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinū es.] Scio Manaſſem [h] per confeſsionem dimiſſam impietatem ſuam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiā receptos: nullum tamen eorū, qui ante γ baptiſmū peccauit [i], ſacerdotibus connumeratū. Scio quoſdam, dum eſſent in mundo, in multa fornicatione manſiſſe: monachos vero factos quaſi luminaria mundi reſplēduiſſe; nullū tamen ad ſacerdotiū aſcendiſſe. Quod [k] etſi δ raro [l] contigit; nulla [m] tamen lex [n] eccleſiæ

Actorum 13.

1. *Para.* 22. & 28.

2. *Paral.* 33.

Matth. 21.

Mar. 2.

Luc. 5.

SI quis omnē.] Hoc cap. ſeptem habet partes. In prima 7. ſynodus præcipit omnē traditionē eccleſiaſticā ſcriptam, vel nō ſcriptā obſeruari. In ſecunda dicit, q; clericus conuictus de ſimonia deponatur ab ordine. Tertio reſpondet tacitę obiectioni: quoniā quāuis Deus indulgeat peccatoribus per pœnitentiā, non tamen reſtituit primā prærogatiuā, quod probat exēplo Dauid & Manaſſe, & quorumdam aliorū, quibus Deus indulſit, & tamen nō ſunt poſtea ſacerdotes facti. Quarto oſtendit lapſum in fornicationem poſt baptiſmū à promotione repelli. Quinto replicat de ordinatione, quā ſimoniacā ſupra dixit, vt addat de electione loci religioſi. Sexto prohibet epiſcopū eſſe percuſſorē. Septimo prohibet eccleſiā vel ordinem ſæcularem poteſtatē obtineri. Secunda pars eſt ibi, [Omnis.] Tertia ibi, [Sed dicūt.] Quarta ibi, [Et ſi in fornicationem.] Quinta ibi, [Item epiſcopum.] Sexta ibi, [Similiter percuſſor.] Septima in fine capituli, & prima, in principio.

CASVS. Intēdit 7. ſynodus ꝓbare, q; licet per pœnitentiā ſubueniatur cuilibet peccatori: tñ poſt pœnitentiam nō pōt de iure promoueri. immo ſi poſt peccatū promotus eſt, vel poſt promotionē peccauit, deponēdus eſt. & dicit hoc regulare fuiſſe tā ante inſtitutionē baptiſmi quàm poſt. & hoc probat exēplis tā veteris teſta q̃ noui. & hoc ſonat littera illa: nullum tamē eorum, qui ante baptiſmum, &c. nam illi, qui ante baptiſmum peccāt, promoueri poſſunt, vt expreſſum eſt 26. diſt. deinde.

c ¶ Omnem.] id eſt, aliquam de omnibus. ſimile 15. q. 1. mulier.

d ¶ A ſacerdotio.] arg. q; legitime factū ſuperueniēte delicto irritat. ſ. 27. q. 2. qui dormierit. ſ. 10. q. 1. de eo. & c. ad limina. contra. ī. ea. q. 5. c. 1. contra. ſ. 32. q. 7. c. hi qui. & c. neq; contra. ī. diſt. 94. ſi quis. ſ. 25. q. 2. ſi qui epiſcopi. 17. q. 4. frater. ſ. 12. q. 2. qui & humanis.

Factū legitime irritat delicto ſuperueniente.

d ¶ A ſacerdotio.] id eſt eccleſiaſtica dignitate, vt ī. ea. q. 1. qui per pecuniam.

e ¶ Indulget.] de pœnit. diſt. 1. c. verbum.

f ¶ Pœnitentiam.] Et adeo hoc verum eſt, q; ſi quis etiā perueniat ad ſummum malorum, ſubueniatur ei per

ſet ei: inueni, & c. quod tamē ſecus fuit. ſed ſynodus nō curauit de ordine, ſed de veritate; quia Dominus ſic ei dixit, & ille pœnituit, nec tamen poſt pœnitentiam permiſſus eſt ædificare. in hoc facit ad propoſitū. Vel retulit ſe ſynodus ad diuinam præſcientiam, vbi iam præſens erat futurum peccatum Dauid.

Dauid etiā poſt pœnitētiā non eſt permiſſus ędificare tēplum.

h ¶ Scio Manaſſem.] Ezechiæ filium, qui acta pœnitentia reſtitutus eſt ad regnū. arg. de pœ. diſ. 2. ſic enim inquit.

i ¶ Peccauit.] Arg. per baptiſmum non aboleri infamiā, cum etiā poſt baptiſmum impediat promouendum, qđ non eſt verum: quia omnia crimina & etiam ſequela peccati dimittuntur in baptiſmo, vt 25 diſt. primū. 26. diſt. deinde. & ſic non eſt obiectio de Paulo, qui ante baptiſmum peccauit 3: & quod hic dicitur, refert ſe ad id, quod tunc accidit: quia tunc non fuit viſum, q; aliquis taliū promoueretur ante baptiſmū. ſic vacat hic arg. notatum ab H. non aboleri infamiam per baptiſmum.

Baptiſmus verū tollat infamiam.

3 Vt teſtat de ſeipſo. 1. ad Tim. 1. & habetur Act. 9.

K ¶ Quod.] ſ. q; fuerunt promoti.

l ¶ Raro.] ſicut in Matthæo, qui fuit telonarius, & tamē poſt fuit Euangeliſta.

m ¶ Nulla.] Arg. q; licet aliquid in eccleſia accidat: non tñ lex efficitur. ī. diſt. 77. monachus. ī. diſt. 55. priſcis. ī. diſt. 56. Cœnomanenſem, ſupra diſt. 54. multos.

n ¶ Lex.] i. regula, vel ius cōmune, alibi dr̄ cōſuetudo, vt ī. ea. q. 1. ventū eſt. ſimiliter dicitˀ regula. 32. diſ. Nicęna.

a ¶ Tra-

fuit. Nouimus peccatricem prius Mariam: poſt conuerſionem, quamuis ſancta, & caſta, tamen inter diaconiſſas nõ eſt computata. Sed quid hoc dico? Sequens ſanctos Apoſtolos, & venerabiles patres cum omni fiducia clamo.

Can. 30. Apoſto.

Qui per ſimoniam ordinatus eſt, ſiue epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus; alienus eſt à ſacerdotio: neque enim venalis eſt gratia ſpiritus ſancti. Caiphæ traditio [a], & adinuentio Simonis, à ſancto ſacerdotio eſt aliena.

Io. 11. Act. 8.

¶ Et ſi in fornicationem [b] lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum, in ſacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis vero cum hoc peccato ad ſacerdotiũ prouectus eſt; cognitus degradetur. *Item paulo poſt.*

Can. 16. Apoſto. Cõ. Neocæſ. c. 9. 15. q. 8. c. 1. Poly. l. 6. tit. 12.

¶ Epiſcopum, qui per pecuniam ordinatus eſt, confiteor, quia per pænitentiã recipitur. Deus enim bonus eſt in omnibus; & aperta viſcera eius omni homini pænitenti [c]. Sed quoniam iuxta Apoſtolum, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe; quicumque per pecuniam, vel ordinauerit aliquem, vel ordinatus eſt, ab omni ſacerdotio [d] alienus ſit.

1. Tim. 3.

¶ Taraſius [ε] Patriarcha dixit. Quicumque per pecuniam vel ordinãt, vel ordinauerunt, vel ordinati ſunt epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi, vel quilibet de numero ſacerdotali; repellãtur omnino à ſacerdotali honore, ſicut Simon magus à Petro. Quicumque [ζ] per pecuniam diſpenſationem, vel curam ſortiti ſunt monaſteriorum, vel eccleſiarum, vel religioſarum [e] domorum, gerontocomiorum, xenodochiorum, orphanotrophiorum [f]; cum depoſitione expellantur à diſpenſatione illa, & cura.

In epiſt. Taraſii ad Hadrianũ. & in 7. ſyn. c. 5. ex canõe Apoſ. 30. In ea epiſt. & c. 5. ex cõc. Chalc. c. 2. nouella 123 c. 24. apud Iulianum anteceſ.

Simonia eſt dare pecuniam ꝓ hoſpitali.

Qui poſt baptiſmum cadens in fornicationem ordinatus eſt, ſi poſtmodum confeſſus fuerit, ceſſet à miniſterio; ſi vero conuictus ab aliquo, deponatur omnino.

Cõ. Neocæſ. c. 9.

Similiter percuſſor epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus per ſe, vel per aliquem alium quaſi per hoc timeri [g] volens, deponatur.

Can. 26. al. 28. Apoſto. diſt. 63. oĩs elec.

Item. ¶ Qui per ſæculares [h] poteſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiam obtinuerit; deponatur: ſi vero [η] religioſam domum, expellatur.

Can. Apoſt. 29. al. 31. & in ſept. ſynodo, c. 3.

a ¶ Tradido.] id eſt, adinuentitia machinatio, quia per ſimoniam ſacerdotiũ obtinuit à Romanis.

b ¶ Et ſi in fornicationem.] hoc intelligit G. & M. cum ipſo iure infamis eſt, puta deprehenſus in adulterio, & in alijs, quæ infamãt. 6. q. 1. §. porro. arg. 25. diſ. primũ. & hoc de rigore iuris. ſed de miſericordia ſecus, vt 34. diſt. fraternitatis, vt ibi no. Dicit tamen Hug. hoc eſſe verum, quod dicitur hic, licet durum ſit. 25. diſt. vlt.

c ¶ Pænitenti.] C. de ſum. trin. liquet igiſ.

d ¶ Sacerdotio.] id eſt clericatui. arg. extra de cohabi. cler. ſi quiſquam.

e ¶ Religioſarum.] & ita in hoſpitali cõmittitur ſimonia.

f ¶ Orphanotrophiorum.] arg. ſimoniam eſſe dare pecuniam pro adminiſtratione pauperum, & hoſpitalis. j. 25. q. 8. §. quãuis. in Auth. de ſanct. epiſco. §. ſed neque. coll. 9.

g ¶ Timeri.] ſ. 45. diſtin. quid autem.

h ¶ Qui per ſæculares.] j. 16. q. 7. ſi quis deinceps.

Conue-

α ¶ Si quis.] *Caput hoc ex magna parte collectum eſt ex varijs locis ſeptimæ ſynodi: ſed non ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij, qua alioqui ſæpe vti ſolet Gratianus: Initiũ quidem eſt in actione prima anathematiſmo ſeptimo.*

β ¶ Omnis epiſcopus.] *Hinc vſque ad verſ.* Taraſius Patriarcha, *ſumpta ſunt ex epiſtola Taraſij ad Ioannem presbyterum, omiſsis tamen interdum nonnullis verbis: quæ quidem epiſtola in verſione Anaſtaſij eſt poſt actiones, & canones ſeptimæ ſynodi: ſed in noua verſione impreſſa in tomis conciliorum, eſt ante ipſam ſynodum.*

γ ¶ Ante baptiſmum.] *Hoc quidem loco perſpicuum erratum eſt, quod auctori gloſſæ negotium exhibuit.* οὐδένα δὲ τούτων εἰς ἱερωσύνην ἀριθμηθέντα, εἰ μὴ ἄρα πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο πέπραχεν. *id eſt*, neminem vero horum in ſacerdotio adnumeratum, niſi ſi forte ante baptiſmum hoc admiſit.

δ ¶ Et ſi raro.] *longe planius in noua verſione.* Quòd ſi autem id ſemel, atque iterum factum eſt, non tamen confeſtim legem in eccleſia præſcribit. *Græce eſt.* εἰ δὲ καὶ ἅπαξ γέγονε, οὐ νόμος ἐκκλησίας τοῦτο.

ε ¶ Taraſius.] *Hæc videntur ſumpta ex epiſtola Taraſij ad Hadrianum (de qua dictũ eſt, ſupra q. 1. ad c. eos qui. aut ex quinto capite ſeptimæ ſynodi: quibus locis refertur canon trigeſimus Apoſtolorum.*

ζ ¶ Quicumque per pecuniam.] *Hæc habentur etiam nouella 123. c. 24. apud Iulianum anteceſſorem.*

η ¶ Si vero religioſam.] *Hæc non ſunt in canone Apoſtolorum.*

CONuenientibus.] Hæc eſt ſecunda pars qui quæ pro bat, quòd tales ſunt recipiendi de mera conſuetudine canonum. Ioan. de Fant. In prima parte huius cap. ponuntur verba notarij. In ſecunda dicitur quod ſancti patres in Nicæna ſynodo præſidentes, & de futuro ſtatu eccleſiæ inquirentes, decreuerunt ab hæreſi reuertentes ad ſtatum priſtinum eſſe reparandos, itaque per ſcripturam abnegent hæreſim, & fidem catholicã confiteantur. illi tamen non ſunt recipiendi, qui ſponte ſunt ab hæreticis ordinati, vel qui ſtudioſe ad ſubuerſionem noſtræ fidei elegerũt ab hæreticis ordinari, & ad robur ſui propoſiti ſancti patres in ſynodo reſidẽtes multas auctoritates ſanctorum patrum induxerunt. Secunda pars incipit ibi, [Dignũ eſt.]

CASVS. Conuenientes ſancti patres in ſeptima ſynodo, vt tractarent qualiter epiſcopi ab hæreticis venientes recipi debeant. In prima parte ponuntur verba notarij. In ſecunda dicitur ſic eos eſſe recipiendos ſicut vj. vniuerſales ſynodi receperunt. poſtea auctoritatibus ſanctorum patrum probatur, quod recipiendi ſunt, niſi vbi ad fidei ſubuerſionem ſunt ab hæreticis ordinati.

a ¶ Cõuenientibus.] verba notarij, quibus credendum eſt. Argu. ff. quod metus cauſa. l. metum. §. ſed quod prætor. nam ibi interlocutoria ſententia ius facit.

ADDITIO. Ad huius declarationem vi deas quod no. Inn. extra de offi. dele. cum in iure. in gl. hic videtur. & de proba. quũ. in gl. propter hoc ſtris, &c.

[Item ex concilio Meldenſi, c. 43.]

¶De eodem. PALEA C. III.

CAuendum eſt, & ſummopere ſtudendum†, ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicendum & epiſcopis, & regibus, & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcunque, atque conſenſoribus, ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, vt nemo per ſimoniacam hæreſim, regiminis locum obtineat, quacumque factione, calliditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut datione per ſe, aut per ſubmiſſam† perſonam.

Et copioſius in ſchedis, capit. de qubus 12. q. 2. præmiſit. Burc. l. 1. c. 2. Iuo p. 5. c. 75.
† al. præcauendum
† al. emiſſam

Item in eadem ſynodo ſeptima, actione prima.

¶Qui redeuntes ab hæreticis recipi poſſunt, vel non. C. IIII.

ij CONuenientibus[a] apud Nicæã Bityniæ, & conſidentibus Petro archipresbytero, & Petro presbytero, & abbate monaſterij ſancti Sabæ, locũ tenẽtibus Hadriani Papæ, & Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopolis, & Ioanne[b], & Thoma apochriſarijs[c] Apoſtolicarum ſedium orientalium[d], & ceteris epiſcopis; epiſcopi Siciliæ dixerunt: Dignum eſt *, vt de futuris inquiramus. ¶ Item Baſilius[e] epiſcopus Ancyræ dixit: Conſtitutio * eccleſiaſtica habet canonice tradita ab antiquo à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, ſanctis patribus noſtris, & magiſtris & ſanctis vniuerſalibus[f] ſex ſynodis, & localibus ſynodis orthodoxis, vt qui ab aliqua hæreſi reuertuntur ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ eccleſiæ, ſcripto[g] negare debeant hæreſim ſuam, & cõfiteri catholicam fidem. ¶ Item Taraſius patriarcha dicit: videtur vobis, vt ſedes ſuas recipiãt, qui ab hæreſi reuertuntur? ¶ Religioſiſſimi monachi[h] dixerunt: ſicut receperunt vniuerſales ſex ſynodi ab hæreſi reuertentes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta ſynodus dixit: placet omnibus nobis. Et iuſſi ſunt Baſilius[i] epiſcopus Ancyræ, & Theodorus epiſcopus Myrorũ † ciuitatis, & Theodoſius epiſcopus Amorij ſedere in gradibus, & in ſedibus ſuis. ¶ Itẽ Conſtãtinus epiſcopus Cypri dixit: nõ oportet[k] nos qui epiſcopi

† al. Myron

b ¶ Et Ioanne.] qui dixit eſſe melius iurantem peierare, quàm ſacramentum in fractione ſacrarum imaginum ſeruare, vt 12. q. 4. actione.

c ¶ Apocriſarijs.] apos nuntius, & criſis aurum, quaſi deaurati nũtij: tales hodie nõ ſunt Papæ, ſed appliſbarij.

d ¶ Oriẽtaliũ.] Alexãdriæ Antiochiæ, & Hieroſolymis.

e ¶ Item Baſilius.] non videtur quod iſte Baſilius debebat loqui: quia erat hæreticus, vt ſ. per. 12. lineas ibi, iuſſi ſunt, &c. Sed dic quod loquebatur vt excuſaret ſe. vel forte adhuc de hæreſi non conſtabat. 2. q. 7. nõ ſoli.

f ¶ Vniuerſalibus.] vniuerſales ſynodi dicuntur quibus intereſt Ro. Pontif. vel eius legatus. Locales quas cõgregant primates vel metropolitani abſque præſentia domini Papæ, vel eius legati. Hic ergo colligitur iſta diſtinctio: ſynodorum alia vniuerſalis, alia localis: & eſt arg. quod authenticæ ſunt locales ſicut vniuerſales.

g ¶ Scripto.] hic colligitur, quod illi qui ab hæreſi reuertuntur ad fidem catholicam, ſcripto debent negare hæreſim ſuam, vt ſ. ead. quæſtio. quoties. & c. ſi quis. ſ. de conſe. diſt. 2. ego Berengarius. ſ. 26. q. 6. his qui tẽpore.

h ¶ Monachi.] Et ita monachi intereſſe debent ſynodo: quod verum eſt in abbatibus, vt 18. diſtinct. epiſcopus non debet.

ADDITIO. Nota ſub nomine monachorum ſiue fratrum, abbates contineri, vt patet extra de ſi. c. vlt. & de priui. cap. ex ore. Archid.

i ¶ Baſilius, &c.] iſti tres reuertebantur ab hæreſi.

k ¶ Oportet.] Sed ad quid reſpondet iſte ſic? Dic quod reprehendit Taraſium, qui dixerat: videtur vobis, &c. & ideo ſtatim reſpondet iſte Taraſium reprehendendo Conſtantinum.

a Immo, & videtur quod nõ debuit intereſſe cõcilio nec ad aliud admitti. 1. q. 3. cũ quibus. vbi dicitur, quod cum hæreticis non eſt ſynodus ſeruãda: ſed illud intelligitur de manentibus in hæreſi, hic autem de reuertentibus ab hæreſi. Arch.

a ¶Sed

¶ Concor. l. cum clericus. §. ipſe vero. C. de epiſc. & cleri. & in auth. conſti. quæ ſ. dig. §. cũ nõ aq.

ſumus, indigere doctrina, ſed aliorum [a] eſſe doctores †. ¶ Item Taraſius epiſcopus dixit: malorum & doctorum mala eſt doctrina. Eccleſia de malis doctoribus ſacerdotes non recipit. ¶ Item Ioannes Apochriſarius orientalium ſedium dixit, hæreſis ſeparat omnem hominem ab eccleſia. ¶ Item Taraſius epiſcopus dixit: Ecce multi canonici libri, & ſynodici, & paterni lecti ſunt: & ab hæreſi reuertentes docuerunt nos recipere, ſi aliqua ʒ alia [b] cauſa non eſt in eis. ¶ Item Petrus Apochriſarius Papæ dixit: Romæ exulatus [c] eſt Macharius [d] hæreticus à ſancta ſexta ſynodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noſter Benedictus Papa, & quotidie [e] mittebat [f] ad eum Bonifacium conſiliarium ſuum, & inſtruebat eum commonitorijs verbis ex diuina ſcriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt eum reciperet in ordine ſuo. ¶ Item Taraſius epiſcopus † dixit: quid dicitis de Anatolio? nonne etiam in quarta ſynodo factus eſt princeps [g]? & ecce ab ipſo Dioſcoro ordinatus eſt? Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſicut & Anatolius receptus eſt. ¶ Item. Vere [h] vox Dei eſt, quoniam non moriuntur filij pro patribus; ſed vnuſquiſq. in peccato ſuo morietur [i]: addatur, quoniam ex Deo eſt ordinatio [k]. ¶ Item Taraſius patriarcha dixit: audiuimus paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hæreticis ordinatos [l]? ¶ Sancta ſynodus dixit: audiuimus domine, & oportet nos recipere. ¶ Taraſius patriarcha dixit: Plures eorum, qui in ſexta ſynodo conuenerũt, à Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro ordinati ſunt, qui fuerũt principes hæreſeos Monothelitarũ: quoniã iſti cõtinuatim † in Conſtantinopolitana ſede ſederunt: & ab vltimo eorum, Petro ſcilicet, vſque ad ſextam ϑ ſynodũ non fuerunt plures quàm duodecim anni, Thomas vero, & Ioannes, & Conſtantinus ab hæreticis illis archiepiſcopi facti ſunt, & tamen propter hoc non ſunt reprobati. ¶ Sancta ſynodus dixit, hoc manifeſtum eſt. ¶ Conſtantinus epiſcopus Cypri dixit: ſufficienter oſtenſum eſt, quòd ab hæreticis veniẽtes recipiẽdi ſunt. Si vero quis ſponte ad hæreticum vadit, & accipit ordinationem, non recipiatur [m]. ¶ Item Taraſius Patriarcha dixit: Et ego refuto eos, qui ob huiuſmodi cauſam ad fidei ſubuerſionem ordinati ſunt: & maxime cum præſentes eſſent orthodoxi epiſcopi, à quibus poterant ordinari. Sic eſt enim paternus intellectus. Si vero ι ſynodalis conſonantia fuerit, & vnitas eccleſiarum de orthodoxis, qui præſumpſerint ab immundis hæreticis ordinari, depoſitioni ſubiaceant. Sancta ſynodus dixit: hoc eſt iuſtum iudicium.

† al. patriarcha

E zech. 18.
4. Reg. 14.

† ἀμεσολάβητι

¶ Hoc etiam caput collectũ eſt ex varijs locis primæ actionis eiuſdem ſeptimæ ſynodi, omninoque operæ pretium eſt integram illam actionem perlegere: nonnulla tamen notabuntur.

α ¶ Dignum eſt.] *Locus hic eſt poſt recitationem nominum epiſcoporum, qui conuenerant: ſed valde conciſe refertur: quod in alijs etiam locis huius capitis euenit.*

β ¶ Conſtitutio.] *Verba, quæ proxime huic parti antecedunt, ſunt hæc, ἀπὸ λιβέλλου ἀνέγνω οὕτως, id eſt, vt interpretatur*

a ¶ Sed aliorum.] vt ſ. ead. q. 1. viliſſimus. & eſt arg. contra malos doctores. nam qui alios docere debent, &c. ff. de eden. ſi quis ex argentarijs. §. prior.
b ¶ Si aliqua alia.] quę impediat diſpẽſationẽ. ſ. q. 5. c. 1. in fi.
c ¶ Romæ exulatus.] ideſt, per excommunicationem exilio condemnatus. ſ. diſt. 16. ſexta.
d ¶ Macarius.] pronunciatus.
e ¶ Quotidie. j. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. ADDITIO. Nam ibi dicitur poſt ſecundã & tertiam admonitionem hæreticum eſſe vitandum. Sed illud intellige quantũ ad ſecreta fidei noſtræ, nõ quantũ ad admonitionem. 41. diſt. in mandatis. Archid.
f ¶ Mittebat.] ſ. diſt. 19. Anaſtaſius. contra.
g ¶ Princeps.] ideſt, promulgator vel auctor canonum, vt diſt. 16. ſexta. vet. quarta. Ioan.
h ¶ Item vere.] quaſi dicat, licet parentes, ſcilicet epiſcopi hæretici fuerunt, non tamen filij in hæreſi ſuſcepti & ordinati cũ ad eccleſiam redierunt minus recipiendi ſunt in ordinibus, vt ſ. diſ. 19. Anaſtaſi⁹.
i ¶ Morietur.] quaſi dicat, tamdiu morietur, quamdiu pœnitẽtiam non agit, & ſic facit ad propoſitum.
k ¶ Ordinatio.] facta p hæreticos in forma eccleſiæ: & ideo non eſt reiteranda, vt ſ. 1. q. 4. Iudæi. j. 24. q. 1. §. his ita.
l ¶ Ordinatos.] Arg. pro opinione dicentium, q̃ ille, qui recipit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiã, ordines confert, quod eſt ſ Ioan. de Fant. vt dixi 9. q. 1. in ſũma nã recipiuntur hic in ordinibus ordinati ab illis, qui receperũt in hæreſi ẽpalem vnctionẽ, vt à Sergio, Petro, Paulo, Pyrrho.
m ¶ Non recipiat.] in caſu ſeq. vel de iure.

EX HAC. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua dicitur, quòd ſimoniacus in ordine in perpetuum eſt ſuſpenſus, & hoc probat per c. Leonis. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gratianus ex ſupradictis capitulis vij. ſynodi, & ex 1. c. huius quæſtionis, quòd qui ſponte ſunt ab hæreticis ordinati, vel in ſubuerſionē fidei noſtræ ab eis ordinem receperunt, vel qui in eccleſia ordinati poſtea eccleſię rebelles fuerūt, non ſunt in ſuis ordinibus recipiēdi: ſed cum ſimoniaci prædicta non faciant, videſ aliud eſſe de eis dicendum. infert tñ per multa capitula, quòd ſimoniaci reparari nō debent. Sed dicit Gratianus verum eſſe hoc, niſi fiat ex diſpenſatione, quæ diſpenſatio ꝑpter multas cauſas hic enumeratas fieri poteſt, ſicut quandoque diſpenſatum fuit, vt de monachis vel laicis clerici aſſumantur.

a ¶ Auctoritate vero Cypriani.] ĩ. c. ſi qui presbyteri.

Anaſtaſius, ex libello legit ità. *Non enim ſententiam dicit nunc Baſilius, ſed abiurat hæreſim, in quam cum alijs lapſus fuerat: quā abiurationem vnà cum profeſſione catholicæ fidei oportuit ipſum ex libello, quod nunc etiam in more poſitum eſt, recitare. Libellus vero hic incipit*, Conſtitutio, &c.

γ ¶ Conſtantinus.] *Poſt receptionem Baſilij, Theodori, & Theodoſii acceſſerunt alij epiſcopi, qui in eamdem hæreſim lapſi, admitti ſe à ſancta ſynodo eodem modo poſtulabant; & cum vnus ipſorum excuſationis gratia, dixiſſet, ſe à malis magiſtris ſeductum fuiſſe, Conſtantinus epiſcopus Conſtantiæ, quæ in Cypro eſt, hoc ei exprobrauit. Exprobratio græce ſic habet* ἔδει ὑμᾶς ἐπισκόπους ὄντας μὴ διδασκαλίας δεῖσθαι, ἀλλὰ διδασκάλους εἶναι ἑτέρων. *quæ ſic Anaſtaſius vertit*, Oportebat vos, cum eſſetis epiſcopi, diſcendi nullam neceſsitatem habere: ſed magiſtros eſſe potius aliorum.

δ ¶ Malorum.] *Cum Hypatius, & alij epiſcopi, qui à ſancta ſynodo admitti petebant, dixiſſent, à malis magiſtris malas ſe doctrinas accepiſſe, reſpondens ei Taraſius Patriarcha inquit:* ἐπειδήπερ εἴπατε, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, ἡ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερεῖς δέχεσθαι οὐ προΐεται, *id eſt*, Quandoquidem dixiſtis, malorum doctorum malæ diſciplinæ; eccleſia, vt ex malis doctoribus ſacerdotes admittat, non facile adducitur. *Ex quo apparet Taraſium non contradicere Conſtantino, vt auctor gloſſæ putauit.*

ε ¶ Item Ioannes.] *Poſt recitata verba Taraſii, cum in ſynodo dubitaretur, an etiam hi, ſicuti tres priores recepti erant, ſtatim eſſent recipiendi, Ioannes Apocriſarius Patriarchæ Antiochiæ, & Conſtantinus epiſcopus Conſtantiæ Cypri petierunt, vt canones, & ſanctorum Patrum libri eò ſpectantes legerentur, vt maturius poſſet conſtitui, quomodo redeuntes ab hæreſi ad eccleſiam catholicam eſſent recipiendi: & cum de octauo canone primæ Nicenæ ſynodi (in quo de Catharis recipiendis agitur) diſſereretur; Ioannes hæc eſt interlocutus.*

a ¶ Si

ζ ¶ Si aliqua alia cauſa.] *Græce eſt*, καὶ ἐάν τις αἰτία πονηρὰ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς. *quæ Anaſtaſius vertit*, niſi forte in eis maligna fuerit noxa reperta. *& paulo poſt*, ſi non eſt in illis aliqua cauſa nefaria.

η ¶ Petrus.] *Poſt multos canones lectos, & multas ſanctorum Patrum auctoritates recitatas, cum Taraſius ex illis collegiſſet, ab hæreſi reuertentes eſſe recipiendos in catholica eccleſia, Petrus legatus Hadriani Papæ, exemplo Benedicti Papæ id confirmat.*

θ ¶ Vſque ad ſextam.] *græce eſt*, ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἔτη πλεῖον οὐ διῆλθον, ἢ δεκαπέντε. *ideſt*, vſque ad ſextam ſynodum non interceſſerunt anni plures, quàm quindecim.

ι ¶ Si vero ſynodalis.] *græce legitur*, ἐὰν δὲ συνοδικὴ ἐκφώνησις γένηται καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπ' ὀρθοδοξίᾳ, ὁ τολμῶν ἀπὸ τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονεῖσθαι, τῇ καθαιρέσει ὑποπεσεῖται. *Quæ Anaſtaſius vertit*: Si autem ſynodica promulgatio, & concordia eccleſiarum, cauſa orthodoxiæ, facta fuerit, qui præſumpſerit à profanis hæreticis ordinari, depoſitioni ſuccumbet.

3 *Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum ſocietatem tranſierit, vt de manibus eorum, eccleſiaſticæ dignitatis ſacramenta percipiat; vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari deſiderauerit, & ſi poſtea ſuæ abrenuntians hæreſi ad eccleſiam redierit, officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate vero Cypriani* a 1 *probibentur ab adminiſtratione eccleſiaſtica, qui intra catholicam eccleſiam ordinati ad fidei impugnationē dilabuntur. Porro ſimoniaci nec ab hæreticis ordinātur ad fidei ſubuerſionē; nec intra eccleſiā catholicā ordinati aduerſus fidē armātur.* 1 S. ead. ſi qui presbyteri.

3 Et c. preſbyter ſi per pecuniam. & c. qui ſtudet. & q. 3. ſi quis dator. & c. ſi quis epiſcopus. ſi.

a ¶ Si quis.] ĩ. ea. q. 7. ſi quis 1.
b ¶ Et Innocentij.] ſupra ead. q. 5. cap. vlti. ſupra ead. q. 1. Arianos.
c ¶ Et aliorum.] ĩ. ea. q. 1. ſi quis confugerit. c. qui ſtudet. & c. ſi quis epiſcopus per pecuniam. Requi-

bus, vt dixi 82. diſ. pſbyter. de ſimonia vero pænitere nõ põt, niſi prius dimittat ordines, vt ſ. e. q. 1. ſi quis neq.
g ¶ Subuenire.] niſi gradibus ſuis vel dignitatibus taliter adeptis prius amiſſis, vt ĩ. ea. q. 1. ſi quis omnẽ. & ĩ. ea. q. 1. ſi quis neq. ĩ. 17. q. 1. quæ Chriſto. &c. nec aliqua. ĩ. 32. q. 7. fideliter.
h ¶ Obuiare.] ĩ. 25. q. 1. ſunt quidam. &c. contra ſtatuta.
i ¶ Sed in illorum.] vt ſ. de iure deponantur, vt ĩ. ead. ſi quis omnem.

1 forte ĩ. ea. q. 1. qui per pecunias. aut q. 7. c. ſi quis omnem. §. quicumq. per pecuniam.
2 ĩ. ead. q. 7. ſi quis. q. 3. c. vlt. q. 1. c. Arianos.
3 e. q. 1. c. ſi quis confugerit. & c. qui ſtudet. & c. ſi quis epiſcopus per pecuniam.

Quamuis enim nonnullos per pecuniam ordinent; non tamen fidem impugnant, nec gratiam Spiritus ſancti venalẽ prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cum hæreſim ſuam deteſtati fuerint, præmiſſis auctoritatibus non prohibentur recipi in ſuis gradibus. Veruntamen capitulo illo Nicænæ ſynodi 1, ſi quis per pecuniam, &c. & illo alio ſeptimæ ſynodi 2, ſi quis [a] omnem traditionem, &c. & Innocentij [b], & aliorum [c] 3 multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.

Hinc etiam Leo iiij. epiſcopis Britanniæ.

¶ In ordine male accepto ſimoniaci pænitentiam agere non poſſunt. C. V.

Iuo p. 5. c. 115.

REquiritis de iis, qui turpiſsimo lucro columbas in tẽplo Domini vendere [d] nõ pertimeſcunt, & ſua facta, improba temeritate Simonis hæreſi coniungunt, vtrum poſsint [e] in ordine [f] pænitentiam agere, an tantummodo extra ordinem, & ſacerdotalem fieri gradum. Quod nos quidem conuictis & iis, qui tam deteſtabile nefas (quod iam multis eſt damnatum concilijs) peregiſſe noſcuntur, nulla poſſumus pænitentia ſubuenire [g], & tot ſpiritualibus patribus obuiare [h]; ſed in illorum [i] patrum me ſententia conuenire omnibus certum ſit.

¶ *Epiſtola huius Leonis quarti ad epiſcopos Britanniæ magna pars, (in qua etiam eſt hoc caput) habetur in codice peruetuſto.*

4 *Niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxetur ex diſpenſatione miſericordiæ. Multorum enim crimina ſunt damnabilia, quæ tamen eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſsitatis, ſiue vtilitatis [k], & pro euentu rei. Pro tempore: ſicut Gelaſius, qui cum neceſſitate temporis videret Italicam eccleſiam propter belli famiſq. incurſionem fere omnium clericorum officio deſtitutam, adeo vt pleriſque [l] populis ſubſidia regendarum deeſſent*

NISI RIGOR. Hæc eſt quarta pars quęſtio. in qua probatur per 17. auctorit. q. diſpenſationes fiunt ſex modis. Io. de Fan.
k ¶ Vtilitatis.] ſicut etiam ius ciuile quædam admittit propter vtilitatem. ff. de pign. ſed an viæ.
l ¶ Vt pleriſque.] Hic incipit tractare de diſpenſatione, vnde videndũ eſt quid ſit diſpenſatio, quid diſpenſare, & qđ ius ſit diſpẽſabile, & quis poſſit diſpenſare. Diſpenſatio eſt iuris cõmunis relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui ius habet diſpenſandi. arg. 12. q. 1. ex his. Diſpenſare eſt diuerſa penſare. Nam omnia hæc de quibus fit mentio in hoc §. penſare debet qui diſpenſare vult. Scias ergo. q. vbicumque decoloratur ſtatus eccleſiæ, nõ poteſt diſpenſari, vt ĩ. e. & ſi illa. Dicunt quidam indiſtincte, q. cõtra quattuor concilia non poſſit diſpenſari. vt ſ. 15. diſt. ſicut. nec contra Euangelium,

Diſpẽſari quãdoque non põt.

Ordinum emptores & venditores, qualiter pœnitere debent.
2 Ar. inſti. de vſuc. §. furtiuæ. in fi. & nota. ĩ. ea. q. 1. ordinatiões. Arch.
3 Sub. vt ſic per dignã pænitentiã poſſint vel mereantur in ordinibus miniſtrare, an etiã deijci. Arch.

d REquiritis] ¶ Vendere.] ideſt, emere. nam veteres indifferenter vtebantur his verbis, ff. de actio. emp. veteres. Nam de venditore non videtur dubium quin remanere poſſit. vnde loquitur de emptoribus, quia agere pænitentiã non poſſunt in ordine empto, niſi purgetur vitiũ rei furtiuæ, ideſt, niſi dimiſſo quod ſimoniace acquiſierunt 2, ſed vendentes poſſunt, ſi vitium occultum eſt. Vel indifferenter de emptoribus & venditoribus intelligitur, q. non poſſunt agere pænitentiam remanendo in ordinibus ſuis, niſi ex diſpẽſatione, ſi crimen ſimoniæ ſit notum. Loquitur enim de conuictis, & quorum crimina ſunt publica. de talibus quidem interrogatus eſt Papa, & de talibus reſpondet.
e ¶ Vtrum poſſint.] ideſt, vtrum poſſint retinere ordines poſt pænitentiam 3 & hoc notat ſequens littera, an tantummodo, &c. & exaudi de conuictis, vt ĩ. ſequitur. nam cum ſponte confeſſo mitius eſt agendum.
f ¶ In ordine.] hinc collige ſubditum poſſe accuſare prælatum de ſimonia non præmiſſa priuata admonitione. argu. ĩ. ĩ. ea. q. vlt. patet. & hæc eſt ratio. quia de alijs criminibus poteſt quis pænitere, & eſſe in ordinibus, vt dixi 82. diſ. pſbyter. de ſimonia vero pænitere nõ põt, niſi prius dimittat ordines, vt ſ. e. q. 1. ſi quis neq.

vel præceptum Apoſtoli, vt 25. q. 1. ſunt quidam. vt ibi notaui. De diſpenſatione epiſcoporum dico, q. vbicumq. non eſt eis prohibita diſpenſatio, ibi poſſunt diſpenſare 4. vt extra de cler. pug. in duel. c. 1. & de ſen. exc. nuper. In quibuſdam tamen caſibus inuenio eis permiſſam diſpenſationẽ, in quibuſdam prohibitam. quandoque enim diſpenſant cum ſacrilego, vt 50. diſt. ſi quis preſbyter. Item cum hæretico. 50. diſt. preſbyterus, qui. Item cum adultero, vt extra de iud. at ſi clerici. Item cum ſimoniaco diſpenſant, quandoque in beneficio. quandoque in ordine, vt ĩ. ea. q. 5. c. 1. & c. vlt. Item cum ſchiſmatico, vt 50. diſt. vt cõſtitueretur. In maioribus autem criminibus etiam diſpenſant in beneficijs, ſi ſunt occulta 5. vt 50. diſt. de his vero. Item cum homicida diſpenſant in beneficio, vt extra de cle. pug. in duel. Henricus. & de homi. interfeciſti. 50. diſt. ſtudeat. ſed non in officio, vt 50. diſtin. miror. Item quandoque cum aliquo diſpẽſant in matrimonio cõhendo, vt 33. q. 2. antiqui. Item in ordinibus, & dignitatibus, niſi tãtum in epiſcopatu, vt extra de elec. innotuit. Idem diſpenſant cum excommunicato miniſtrante, vt 2. quæſt. 5.

4 Et idem no. 50. diſt. in ſumma. & c. miror. ext. de tẽp. ord. dilect⁹. Archid.
Epiſcopi cum multis diſpenſant.
5 Sic etiam notat Vin. ext. de iud. at ſi. & hoc per illud c. hic alleg. de his vero. Archid.

quanto: licet ſit contrarium 11.q.3.ſi quis epiſcopus: fit autem diſpenſatio cum hoc requirit neceſſitas, vel vtilitas,ȷ̃. ead.tali.Iſt fit quandoque diſpenſatio, quia timetur maius malum,ſicut cum Anglicis fuit diſpenſatum.vt 55.q.3.quod ſcripſit. &c. quædam lex. Item quandoque propter futurum bonum, vt quando diſpenſatur cum hæreticis;vt alij facilius reuertantur ad eccleſiam, vt 23. q. 4. ipſa pietas. Item quandoque propter multitudinem,& propter ſcandalum vitandum. 50. diſtinct. vt conſtitueretur.

Diſpenſatio qñque fit.

epiſcopus.ĩ.ead.q.conuenientibus.arg.contra ȷ̃.de pæ. diſt.1.quem pœnitet.nam ibi dicitur,ꝙ viua voce debet confiteri. Sed illud verum eſt:ſed nihilominus poſtea per ſcripturam debet confiteri.

i ¶ Vt fateantur.]ȷ̃.23.q.vlt.peſſimam.

K ¶Con-

animarum concesſit de monachis [a] *, vel de laicis clericos aſſumi,ita dicens epiſcopis per Lucaniam,epiſt.1.c.1.*

¶Pro temporum neceſsitate Apoſtolicæ ſedis decreta temperantur. C. VI.

NEceſſaria rerũ diſpenſatione conſtringimur,& Apoſtolicæ ſedis moderamine conuenimur ſic canonum paternorum decreta librare , & retro præſulum,deceſſorumque noſtrorum præcepta metiri , vt quæ præſentium neceſsitas temporum in reſtaurandis eccleſijs relaxanda depoſcit,adhibita diligenti conſideratione(quantum poteſt fieri)temperemus.

Poly.l.7.tit.15. Anſel. l.2.c.54. Iuo p.3. c.141.

Item, Priſcis igitur,&c. [*Require ſupra in tractatu ordinandorum.*] *Item Innocentius Papa cum pro neceſſitate temporis,ne nimium ſcandalum eſſet in eccleſia,ordinatos à Bonoſo hæretico ſuſciperet,ait in decretis ſuis , epiſt.22. ad epiſcopos Macedoniæ,c.5.*

diſtin.55.

¶ Ceſſante neceſsitate debet ceſſare quod vrgebat. C. VII.

QVod pro remedio, ac neceſsitate temporis ſtatutum eſt;conſtat primitus non fuiſſe. *& infra.* ¶Quod ergo neceſsitas pro remedio reperit ; ceſſante [b] neceſsitate [c] debet vtique ceſſare pariter quod vrgebat [d] †: quia aliud [α] eſt ordo legitimus;aliud,quod vſurpatio [e] ad præſens fieri tempus impellit.

ĩ.ea.q.1. quod pro neceſſitate. Iuo in prologo

† Concor. tex. in l.liberorũ . cũ gl.ff.de his qui no.inf. & Bar.in l. 3.ff.ſol.matrimo.

α ¶ Quia aliud.] *In originali, & apud Iuonem, & in multis manuſcriptis Gratiani legitur*,alius eſt ordo legitimus; alia vſurpatio,quam ad præſens fieri tempus impellit.

Similiter ex diſpenſatione etiam in Nicano concilio, c.8.de Nouatianis ſtatutum eſt , vt ad eccleſiam redeuntes ordinentur [f].

¶Iterum ordinentur,qui ex Nouatianis ad eccleſiam redierint. C. VIII.

SI qui voluerint [g] venire ad eccleſiam catholicam,& Apoſtolicam ex Nouatianis;placuit ſancto concilio, vt [β] ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confeſsionem per ſcripturã [h] exigi oportet, vt fateantur [i] ſe communi conſenſu [k] eccleſiæ catholicæ,& Apoſtolicæ ſtatuta obſeruaturos.

β ¶Vt ordinentur.] *Græce eſt , ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ.quod Dionyſius vertit, vt* impoſitionẽ manus accipientes ſic in clero permaneant . *Ac Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus in actione prima ſeptimæ ſynodi poſt recitationem iſtius canonis , iſtam vocem, χειροθεσία, interpretatur benedictionem, non ordinationem.*

Item Gregorius lib.10.reg.epiſt.31.

a ¶ De monachis.] vt ĩ.55.diſt.c.1.

NEceſſaria.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ propter neceſſitatem quandoque rigor canonum relaxatur. vnde propter neceſſitatem ex monachis, vel laicis clerici eliguntur,& ordinati ab hæreticis tolerant.

QVod pro remedio.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ diſpenſatio, quæ facta fuit ex neceſſitate, de iure communi nõ fuit, vnde ceſſante neceſſitate ceſſare debet diſpenſatio . Aliud enim eſt quod legitime & de iure fit,aliud diſpenſatione. Sequẽs §.cum c.patet.

b ¶ Ceſſante.] argu. cauſa ſublata tolli cõſtitutionẽ ex eadem cauſa ortam . ceſſante enim neceſſitate ceſſare debet id quod 1 vrgebat,vt ĩ.diſt,28. de Syracuſanæ.ĩ.ea.q.1. quod pro remedio, & ĩ.diſtin.61.§.his omnibus.&c.neophytus. ĩ.q.1. qđ pro neceſſitate.ĩ.diſtin.48. quoniam multa.ȷ̃.9.q. 1. ordinationes. & 63. diſtin.§.verum.

Ceſſante cauſa ceſſat conſtitutio ex ea orta.

1 Quod hic le.& no. ȷ̃. ea. & ſi illa. ſane intellige , vt videlicet ceſſante neceſſitate ſimilis diſpẽſatio non fiat. Nam diſpenſatio ſemel facta non eſt amplius reuocãda . extra de fi. presby. ſicut. nec in iure remiſſio.23. q.4. ſi illic.Arc.

c ¶ Neceſſitate.] futura:ſed non iam facta.

d ¶ Quod vrgebat.] arg. ff.de adop.in omni fere iure.arg. ff. de ſtatu ho. homo liber.

e ¶ Vſurpatio.] id eſt, diſpenſatio, vel iuris derogatio impellit , vt promoueantur.

f ¶ Ordinentur.] id eſt,vt promoueantur vel ordinentur.ſi ante non fuerint ordinati, vel forte extra formam eccleſiæ.

g SI qui voluerint.]ĩ.ead.q.1.ſi quis confugerit.

h ¶ Per ſcripturam.]ȷ̃.ea.q.Maximum.& c.ſi quis

K ¶ Conſenſu.] aliud eſt ergo iurare ſtare mandatis eccleſiæ,aliud epiſcopi 2,& ex hoc ſoluitur contrarietas illorum c.extra.de appel. quæſtioni . & c. præterea. immo idem eſt extra de ſent.exc.ex tenore.lo.

2 Ar.cõtra 7.q.1.ſcire. & extra de his quæ vi me. cã. c.3. §. vlti. vbi de hoc . & de ſen.exc. ex tenore. Arch.

1 Q Voties.] C A S V S. In hoc c. continetur qualiter iurare debeant reuertentes ab hæreſi. Dicitur enim, q epiſcopus reuertens ab hæreſi ad eccleſiam, iurat propter cautelam futurorum ſummmo Pontifici pariter cum ſuis ſocijs, q ab vnitate eccleſiæ, & communione Romani Pontificis numquam recedet, & iuramento per manum notarij ſcripto, tam ille, quàm ſocij pro voluntate ſubſcribant.

¶ Iuramentum à ſchiſmate redeuntium. C. IX.

Anſ. l.6.c.161. Poly.l.7.tit.6.

QVoties cordis oculus nube erroris obductus, ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, magna cautela [a] nitendū eſt, ne latenter auctor ſchiſmatis irruat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eam reuerſi fuerant, telo iterum erroris abſcindat. Et ideo poſtquam ego [a] ille ciuitatis illius epiſcopus, comperto diuiſionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona, & ſpontanea voluntate ad vnitatem ſedis Apoſtolicæ diuina gratia duce reuerſus ſum; & ne non pura mente, ſed ſimulata reuerſus exiſtimer; ſpondeo ſub ordinis [b] mei caſu, & anathematis [c] obligatione, atque promitto tibi, & per te [d] ſancto Petro Apoſtolorum principi, atq. eius vicario beatiſſimo Gregorio, vel ſucceſſoribus ipſius, me nūquā quorūlibet ſuaſionibus, vel quocumq. alio modo ad ſchiſma, de quo redemptoris noſtri miſericordia liberante ereptus ſum, reuerſurum; ſed ſemper me in vnitate ſanctæ Eccleſiæ catholicæ, & cōmunione Romani Pontificis per omnia permanſurum. Vnde iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc ſancta quattuor Euangelia [e], quæ in manibus meis teneo, & ſalutem † [f] dominorum [g] noſtrorum Rempublicam gubernantium, me in vnitate, ſicut dixi, eccleſiæ catholicæ, & communione Romani Pontificis ſemper, & ſine dubio permanere. Quòd ſi (quod abſit) aliqua excuſatione, vel argumento ab hac me vnitate diuiſero, periurij reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cum auctore ſchiſmatis habeam in futuro ſæculo portionem. Hanc autem profeſſionis, promiſſioniſque meæ chartulam notario illi cum conſenſu presbyterorum, & diaconorum, atque clericorum, qui me in hac vnitate obligantes, in ſupraſcriptis omnibus prona ſimul voluntate ſecuti, atque proprijs manibus ſubſcripturi ſunt, ſcribendam dictaui, & propria manu ſubſcribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die illo, & cōſulibus [h] ſupraſcriptis. Subſcriptio epiſcopi illius. Ego ille, epiſcopus ciuitatis illius, huic confeſſioni, promiſſionique meæ, præſtito de conſeruandis ſupraſcriptis omnibus ſacramento [i] ſubſcripſi [k].

† *al. ſalutem gentium, atq. illuſtrium dominorum*] *al. geniumq. illuſtrium*] Anſ.

a ¶ Ego ille.] *repoſita eſt antiqua nota*, ille, *ex codicibus epiſtolarum B. Gregorij impreſſis, ac manuſcriptis, quæ quidem nota in hoc capite multoties repetitur. Pro ea in vulgatis Gratiani exem*...

a ¶ Magna cautela.] arg. q cum abundantiori cautela faciendum eſt, in quo timetur regreſſus. ſ. diſt. 28. de his. ſ. 20. q. 2. c. vlt. & q. 3. c. 1. ſ. diſt. 23. quamquam.

b ¶ Sub ordinis.] ſimiliter obligatur aliquis ſub pœna beneficij ſui, vt extra de elect. cum dilectus. in fi. & extra de cri. fal. c. fin.

Excōicare ſe ipſum nemo pōt.

PRohibentur accuſare alij propter ſexum, vel ætatem vt mulier, vt pupillus. Alij propter ſacramentum[a], vt qui ſtipendium merent. Alij propter magiſtratum[b] poteſtatemve: in qua agentes ſine fraude[c] in ius vocari † nõ poſſunt. († al. euocari) Alij propter delictum proprium, vt infames. Alij propter turpem quæſtum[d], vt qui duo iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habẽt, nummosve[e] ob accuſandum vel non accuſandum acceperint. Alij propter conditionem ſuam, vt libertini † contra patronos. († al. liberti) Alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium[f] ſubornati dixerunt. (lege. ix.) Nonnulli propter paupertatem[g], vt ſunt, qui minus, quàm quinquaginta aureos habent. (lege. x.) Hi tamen omnes, ſi ſuam iniuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excluduntur. (lege. xi.) Liberi, libertique nõ ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarum gratia de facto parentum, patronorumve queri, puta † ſi dicant, vi ſe de poſſeſſione[h] ab his expulſos: († al. veluti) ſcilicet non vt crimen[i] vis eis intendant, ſed vt poſſeſſionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partum, quo magis coheredem haberet: ſed eam ream lege Cornelia facere permiſſum ei non eſt. ¶ Ab alio delatum alius deferre non poteſt[k]: ſed eum, qui abolitione publica[l], vel priuata interueniente, aut deſiſtente accuſatore de reis exemptus eſt, alius deferre non prohibetur.

PRohibentur.] Lex incipit, qui accuſare poſſunt.

CASVS. Hic enumerantur nouem perſonæ, quæ propter nouem cauſas ab accuſatione prohibentur, vt mulier, pupillus, &c. niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. Et hic oſtendit Gratianus, qualiter in accuſationibus ordo iudicarius ſit ſeruandus.

a ¶ Propter ſacramentum.] quod præſtant, ſcilicet ſe nõ euitaturos mortẽ pp ſalutẽ reipublicæ 3. Milites enim noſtros magis volumus ſcire arma, quàm iura, vel leges, vt C. de iure delibe. l. ſcimus. C. locati. milites.

3 Iſti non admittebãtur ad accuſationẽ, ne ob hoc impediti vtilitatem reipu. prætermitterẽt & pp hoc periuriũ incurrerent.

b ¶ Magiſtratum.] ſed contra. s. 1. q. 1. in illa l. iubemus. Sed illud cum delinquit iudex in adminiſtratione ſua, vt tunc poſſit cõueniri 4, vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffragio. §. illud. Vel hic loquitur de eo, qui ante adminiſtrationẽ deliquit. Vel ibi de minoribus iudicibus, hic de maioribus, vt ff. de iniu. nec magiſtratibus, tamẽ etiam maiores iudices præſtabunt cautionem ſtandi iuri poſt depoſitam adminiſtrationem, vt ff. de adulte. ſi adulterium. §. vlti.

4 Adde de hoc late p Pe. de Belperti & Cy. in l. aduerſus. C. de admi. tut.

c ¶ Sine fraude.] id eſt, ſine pœna.

d ¶ Quæſtum.] id eſt, quæſtus ſuſpicionem. Qui enim duos cœperit accuſare, ſi vult tertium accuſare, præſumitur ꝙ hoc cauſa quæſtus faciat. Sed huic eſt contra. ff. de ac. l. hos accuſare. §. lege Iulia. vbi dicitur ꝙ nemo poteſt duos ſimul accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: Sed dic quòd in diuerſis libellis poſſunt duo accuſari: ſed tertius non poteſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt hic dicitur, & C. qui ac. non poſ. l. cum rationibus. ſed in vno libello non poteſt duos accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt in illa l. hos accuſare. niſi cum crimen commune eſt, vt ff de adu. qui pupillam. §. 1. ſed in crimine adulterij non poſſunt duo ſimul accuſari. C. de adul. reos.

Accuſare ſimul plures, an liceat vni.

e ¶ Nummosve.] Accuſatori licet nobis dare pecuniã in cauſa ſanguinis: ſed qui dat pecuniam & non in cauſa ſanguinis, pro cõuicto habetur, vt ĩ q. 3. §. præuaricator. verſ. in omnibus cauſis. ſed nõ licet accuſanti recipere, vt s. 1. q. 1. concuſſionis. tamen poſt finitam accuſationem quandoque remuneratur accuſator, vt s. 90. diſt. ſi quis Papa. & ĩ 3. q. 5. accuſatores. 6. q. 1. ſi

Accuſatori cũ ſanguinis licet pecuniã dare.

h ¶ A poſſeſſione.] non tamen ab eis poſſunt repetere poſſeſſionem per interdictum vnde vi 5. licet enim nullum interdictum infamet, tamen diminuit & ſugillat opinionem eius contra quem proponitur, vt ff. de obſe. l. 2. nec etiã in integrum reſtitutio petitur contra parentes vel patronos, vt C. qui & aduer. quos in integ. reſtitu. l. vltima.

5 Veiſ ...

i ¶ Non vt crimen.] niſi atrocem iniuriam feciſſent, vel niſi nomine alieno conueniantur, vt ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. pe. & vlti. & 12. q. 2. §. qui manumittitur. Aliàs non poteſt agere pro iniuria contra tales perſonas, vt ff. de iniur. non ſolum. §. quamquam.

AB ALIO. CASVS. Dicitur hic, ꝙ accuſatus durãte accuſatione illa ab alio accuſari non poteſt, niſi abolitio interueniat, vel accuſator ab accuſatione deſiſtat. & hoc in prima parte. In ſecunda parte dĩ. ꝙ propter vtilitatem publicam quidam admittuntur ad accuſationem fraudatæ annonæ, qui aliàs non admitterentur vt mulier, infames, milites, & ſerui. Secunda pars incipit ibi, [Mulierem.]

K ¶ Non poteſt.] ſiue enim quis ſit condemnatus, ſiue abſolutus, tamen ſuper eodem crimine ſæpius agi non poteſt, vt extra de acc. de his.

l ¶ Abolitione publica.] Tripliciter fit abolitio, aut publice

Ab... fit ... ter.

¶ Vt puta nato filio pricipi, vel deuicta ciuitate.&pp hoc feriæ repentinæ indicunt à principe:& de repentinis ferijs ẽ iſtu intelligendum:& tūc ſua auctoritate poteſt a ccuſator petere reum deſiſtere. Arch.

2 Adde ad hãc gl.not. per Pet. & Cyn.in l.1. ff. de abo. & in tu. de gene.abo.

blice ob diem inſignem,vel ob rem proſpere geſtam 1: aut priuatim accuſatore petente: aut ex lege quando accuſator deſiſtit,vel mortuus eſt 2. in publica abolitione poteſt accuſator repetere reum finitis ferijs, intra xxx.dies,vt ff.ad Turpil.l.ſi quis.& l.ſeq. Sed in alijs duabus

que ex ſcientia, quandoque ex ſuſpicione procedit quandoque ex certo, quandoque ex incerto auctore, vt de conſe.diſt.4.ſanctum.in fi.Manifeſtum eſt quod ſemper ex ſcientia. & ex certo auctore procedit.& quod pōt probari 3.vt ff.de teſt.heredes palam.Item & quandoque dr̄ occultū, quod poteſt probari.C. de ap. eos. §.2. & occultum dicitur quod quinque ſciunt, vt de pœ. diſt.1.§. hæc ergo ſecreta. Item notorium dicitur manifeſtum; quod patet vel p confeſſionē,vel per probationem, vel per euidētiam rei, vt extra de verb.ſig.cū olim. Notoriū triplex eſt:eſt.n. notorium facti, notorium iuris, & notorium præſumptionis. Notorium facti eſt, quod exhibet & offert ſe oculis omniū, ideſt, quod ita habet facti euidentiam, q̃ nō poteſt negari, ſupple probabiliter,vt extra de cohab.cler.tua. & extra eo.tit. veſtra. in tali non auditur appellans. extra de appel.cum ſit Romana. & c.præterea,& c.peruenit. & creditur ſimplici aſſertioni officialis, vt 4 q.4. §. aliquando.Nec requiritur hic ſcientia omnium,ſed plurium, vt ʒ.ea. de manifeſta. Eſt autem quoddam factum continuum ſiue permanens 4. quoddam interpolatum, quoddam ſtatim tranſiens. In notorio facti continui nullus ordo iuris exigitur, vt in

3 Idem Alexan. in l.ſi vero, §.qui p rei,ff.qui ſatiſd. cog. & tex. in l. ea quidem. C. de accu.

lege xiij.

¶ Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam [a] pertinentem audiri à præfecto annonæ deferentem Diui Verus† & Antoninus reſcripſerunt.Famoſi quoque accuſantes ſine vlla dubitatione admittūtur. Milites quoque, qui cauſas alienas deferre non poſſunt, qui pro pace excubant,vel magis ad hanc accuſationem admittēdi ſunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

† *al.Seuerus*

repoſita hic ſūt aliquot verba ex pãdectis Flo.

2 *His omnibus auctoritatibus datur intelligi, quòd nullus eſt condemnandus, niſi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum ſe ipſe cōfiteatur. Verum hæc de illis intelligenda ſunt; quorum crimina ſunt occulta: ceterum, quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt.*

Vnde Ambroſius.

¶ Sine accuſatione, manifeſta iudicentur. C. XV.

MAnifeſta [b], accuſatione non indigent.

¶ *Iuo in epiſtola ad Hugonem, quæ incipit,* Litteras v.P. *ſic ait.* Manifeſta autem, accuſatione non indigere teſtatur beatus Ambroſius ſuper epiſtolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cū nouerca: [Iudicis non eſt,&c.] *vt infra c. de manifeſta.*

Item Nicolaus Papa Ludouico Regi in epiſtola, quæ incipit: [*Syllabarum.*]

¶ De eodem. C. XVI.

Anſel.l.11.c.35. Gal.5.

QVæ Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore non indigent. Manifeſta [c] quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.

¶ *Sumptum eſt ex epiſtola, quæ habetur in codice ſæpe memorato monaſterij Dominicanorum, in qua hæc præcedunt.* Accuſatorem autem habere Lotharium non niſi illum, qui accuſator fratrū in Apocalypſi appellatur, & opera eius, quæ & ipſa eiuſdem antiqui hoſtis inſtinctu patrantur, profecto comperimus. Quæ vero Lotharius Rex, &c.

4 Puta ſi eps ſine licētia Papæ tranſit ad aliam eccleſiam. extra de ele. bonæ 1. & de trāſla.quāto.Arch.

duabus non admittitur ille qui deſtitit, vt ff. ad Turp. qui deſtitit. Sed alius bene admittitur intra xxx. dies ʒ.ea.q.vlti.in fi.

a ¶ Ad annonam.] cum hoc crimen, ſcilicet fraudatæ annonæ, ponatur inter excepta crimina, & iſtud crimē æquiparetur crimini dilapidationis, videtur q̃ ibi quilibet admittatur. Nam & femina cuius non intereſt, ſi pietate ducitur, admittitur ad crimen ſuſpecti tutoris. inſti.de ſuſpec.tut.§.conſequens.Nec in hoc crimine tenetur quis inſcribere, vt in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuffra.§.neceſſitatem.coll.2.

HIS OMNIBVS.Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, q̃ in notorijs non obſeruatur ordo iuris, nec accuſator eſt neceſſarius. & hoc probat per tres auctoritates. Io.de Fant.

CASVS.Concludit Gratianus ex ſupradictis, q̃ in cauſis criminalibus ſemper eſt ordo iudiciarius obſeruandus, niſi ſint crimina manifeſta: in quibus ordo iudiciarius non ſeruatur, & hoc probatur tribus cap. ſeq. & appellat hic Gratianus manifeſtum, ideſt notorium. ¶ Caſus ſeq.cap.patet, & ideo poſitione non indiget.

b MAnifeſta.] De notorio loquimur, & quid ſit notorium, ignoramus. Scias ergo, q̃ aliud eſt fama, aliud manifeſtum, aliud notorium. Fama quando

decre.tua. In notorio facti interpolati ſemiplena probatio requiritur, vt extra de vſur.cum in diœceſi. Notorium actu non permanens probabiliter poteſt negari. vt extra de ſorti.ex tuarum. Notorium iuris eſt de quo aliquis eſt condemnatus vel confeſſus, tamen in hoc notorio quandoque contra negantem ſe eſſe conuictum requiritur probatio, vt extra de ſen. & re iud. ſicut. Item quandoque non ſufficit, q̃ quis ſit confeſſus niſi ſit confeſſus & conuictus, vt ʒ.ea.q 6.§.ſunt etiam quorum.ver.in occultis. Notorium præſumptum eſt, vt ſi aliquis publice habitus eſt pro filio alicuius, ibi non requiritur aliquis ordo iuris, vt extra de ſi.preſby. Michael.& c.quoniam.hoc enim q̃ aliquis ſit alterius filius non poteſt vere probari, vt ff.de condi.& demon. Lucius. ſed potius per præſumptiones.

QVæ Lotharius Rex.] CASVS. Lotharius Theberg ã vxorem ſuam legitimam abiecit, & Gualdradam pellicem accepit, & publice tenuit. De hoc Nicolaus Papa ſcribit Carolo Regi dicens, q̃ ſcelus nepotis ſui accuſatione non indiget, cum ſit manifeſtum, nec poteſt quis conqueri eum iniuſte damnatum.

c ¶ Manifeſta.] ʒ.11.q.3. eorum. contra. Sed ibi non erat notorium, ſed manifeſtum, & ſic non obſtat. 3.q.9. quia

quia ſuſpecti. Et ſi ſit notorium, tñ nihilominus hæc citatio forte[1] eſt facienda[2]. ĩ.ea.§.quando.24.q.3. de illicita,& ĩ.c.Deus omnipotẽs.& ſnſa ferẽda eſt.vt extra de app.cum ſit Romana.in fi.ſed neq; probatio, neque purgatio eſt requirenda,vt ĩ.c.Deus omnipotens.& extra de purg.can. cum dilectus. ſit tamen ꝓbatio quandoque ex abundanti. extra de elect. bonæ 1. & ff.de ma.cauſam.in princ. & 24.q.1. pudenda,in fi.nihil enim tam indubitatum eſt, quin ſolicitam dubitationem admittat, vt in Auth.de tabel. § med. coll.4.

talum.l.1. Additur vj. caſus quando crimen probatur per inquiſitionem.extra de accu. qualiter & quando. Item vij. cum deficit reus in purgatione. extra de ſim. de hoc.vij.in notorijs,vt hic.

c ¶ Omnes.]ſcilicet Corinthij.

d ¶ Scie-

1 Pro illo forte facit quod not. Vin.& Ber. extra de di uor. porro.

2 Concor. tex in l. 3. §.ſi ad diẽ. ff. de re mi li.no.Bal. ſ l.cũ fratrẽ. C.de his q. vt indig.

[a] *In manifeſtis enim calliditate accuſantium non opprimitur reus, nec tergiuerſatione proprium crimen celatur, cum culpa ſua oculis omnium ſponte ſe ingerat: atque ideo in talibus indiciarius ordo non requiritur: qui ideo inſtitutus eſt, vt nec innocẽtia inſidijs pateret aduerſantium, nec culpa delinquentium ſententiam effugeret iuſti examinis.*

Vnde Stephanus Papa V. Leoni epiſcopo Theanenſi.

Vide ĩ. c.manifeſta.

¶ *Extat integra hæc epiſtola in collectione canonum ſine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.*

¶ Ordinem iudiciarium manifeſta non deſiderat cauſa. C. XVII.

DE manifeſta & nota pluribus [a] cauſa non ſunt quærendi teſtes, vt ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Corinthios dixit, de fornicatore ſententiam exponẽs Apoſtoli: [Iudicis, inquit, non eſt ſine accuſatore [b] damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, minime abiecit: [Vt tolleretur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere iſto pellendum illum fuiſſe de cœtu fraternitatis Apoſtolus cenſuit. Omnes [c] enim crimen eius ſciebant [d], & non arguebant. Publice enim nouercam ſuam loco vxoris habebat. In qua re neque teſtibus opus erat: neque tergiuerſatione [e] aliqua poterat tegi crimen.] & paulo poſt: [Abſens facie, præſens autem auctoritate ſpiritus, qui nuſquam abeſt, iam iudicaui [f], vt præſens eum, qui hoc admiſit †, tradi ſatanæ in interitum carnis.]

Iuo p.6. c. 431. Pann.l.4.c 117. Ambro. ad c.5. 1. Corinth. 13.q.4. ſi quis.

† Cõcor. in ſim.gl.in l. ſed interpellatur. §. 1.ff de arb. Bal.in l. 1. C. qui admi.ad bono. poſſ.

3 *Sed ſciendum eſt, quòd eorum, quæ manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita alijs; alia ſunt manifeſta alijs, & occulta iudici; quædam vero ſunt nota iudici, & alijs. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione feriri non poſſunt: quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittitur. In vna enim eademq. cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iudex.*

IN MANIFESTIS. CASVS. Docet hic Gra. ꝙ crimen dicatur manifeſtum, ſcilicet quod negari non poteſt: cum ſe ingerat oculis omniũ: in quo ordo iudiciarius non requiritur, qui inuẽtus eſt, vt innocentia non damnetur, & delinquentis culpa puniatur.

DE manifeſta.] CASVS. Stephanus in hoc c. inducit auctoritatem Ambro. exponentis ſententiã Apoſtoli de Corinthio fornicatore, quæ talis eſt, ꝙ iudex non debet aliquem ſine accuſatore damnare. Vnde Dñs Iudam furem non condemnauit, quia accuſatus nõ fuit. Sed hoc verum eſt cum eſt occultum crimen: ſed ſi crimen eſt adeo manifeſtum, ꝙ negari non poſſit, quale fuit crimen Corinthij: non eſt opus teſtibus, vel accuſatore: & hoc ideo quia oẽs crimen eius ſciebant. Ideo Apoſtolus tradidit eum abſentem ſatanæ, vt ſpiritus eius ſaluus fiat.

a ¶ Pluribus.] ergo non requiritur omnium ſcientia. forte ſufficiũt x. vt 10.q.3.vnio. iudici tñ debet eſſe notum. 23.q.4. cum quiſque. Vnde poteſt contingere, ꝙ aliquid eſt notorium apud delegatũ, qđ non eſt notorium apud delegantem & ſi cauſa audiretur corã delegante, ille procederet ſecundum ordinem iuris. ſed delegatus nõ: vt extra de pur.ca. cum dilectus. Idem eſt in inquiſitione. poteſt enim eſſe, quòd delegans poſſit inquirere de crimine alicuius, ſi apud eum eſt infamatus: ſed delegatus non, extra de accu. cum oporteat.

b ¶ Sine accuſatore.] not. ꝙ nemo eſt condemnandus ſine accuſatore, vt ff. de mu. & hon. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ſed fallit in charta ſuſpecta. cui fides non fit. C. de proba. iubemus. & cum teſtis fraudulenter, & procaciter reſpõdet. C. de teſt. nullus. & in tutore ſuſpecto. ff. de ſuſpe. tu. l. 3. §. 1. & 3. q. 2. quia ca. & quãdo maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. ff. de adul. l. 1. §. ſi publico. & quando calumniator punitur. C. de

Cõdemnatur quis aliquando ſine accuſatore.

d ¶ Sciebant.] eo quòd publice in domo ſua videbant eam, & ſic extra de cohabi. cleri. & mulie. ſua. C. de Iudæ. l. ne quis.

e ¶ Tergiuerſatione.] id eſt, diſſimulatione.

f ¶ Iudicaui.] ergo abſens excõicatur, vt extra de appel. cum ſit Romana. in fi. & extra de ſimo. accuſatum. Sed nũquid abſens abſoluitur 4? arg. ꝙ ſic. ĩ. e. q. 5. quanto. arg. cõtra de ſen. exc. à nobis. in fi. vbi certa forma abſolutionis exprimitur? Reſpon. ſic 4, non eſt abſoluendus. ſi tamen taliter abſoluitur, tenet abſolutio, vt extra de reg. iur. omnis res. 30. q. 5. §. ſed obijcitur.

SED SCIENDVM. Hæc eſt 3. pars q. in qua probat, ꝙ ſi qua ſunt nota tantum iudici, ſcilicet tanquam homini: non debet ſine examinatione ſentẽtia ferri, & hoc probat duobus ca. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gra. ꝙ eorum quæ ſunt manifeſta, alia ſunt manifeſta iudici tantum, alia iudici & alijs. In ijs, quæ ſunt nota iudici tantum, iudex accuſator eſſe non debet: quia idem non debet eſſe accuſator & iudex, & hoc probatur ſeq. cap.

3 De materia huius gl. no. in l. abſentẽ. ff. de pœ. & in l. abſentẽ. C. de proc.

4 Et ſecundũ formã illius decr. à nobis. Archid.

Mul-

Multi corriguntur.]CASVS. Cap. iſtud diuidimus in tres partes. In prima parte dicitur, q multi corriguntur, & propter ſcandalum multi tolerantur: multi autem neſciuntur eſſe crimínoſi, qui diuino iudicio reſeruantur. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Nos ve

coram eccleſiaſtico, vitare poſſumus, vt reddamus ſingula ſingulis. & ſic non eſt §. extra de iudi. at ſi clerici. arg. huius c. videtur, q clericus de crimine ciuiliter conuictus infametur per ſententiam latam in ipſum à laico per reconuentionem, vt 6. q. 1. beatus Petrus. & c. infames. argu. extra de teſti. de cetero. & 3. q. 5. de accuſatoribus. 35. q. 3. cōiunctiones. 3. q. 8. cuius. immo ſi coram quocumque in modum exceptionis probatur crimen, cogetur ad pœnitentiam: nam vndecumque claruerint crimina, &c. 24. q. 3. ecce. nā & iudicium hæreticorum certificat eccleſiam, vt infra 24. q. 1. quiſquis. & cap. ſubdiaconus. & in Authent. de ſanct. epiſco. §. ſi vero crimen. coll. 9. & ſententia in vno iudicio lata, fidem facit in alio [a]. ff. de iniur. ſi duo. C. de li. cau. iubemus. lo. hoc verum eſt inter eaſdem perſonas, quia res inter alios acta, &c. extra de re iud. quamuis. cum ſimilibus. B. Similiter fit fides ſæculari iudici per iudicem eccleſiaſticum, vt 11. q. 1. ſtatuimus. & hoc ſatis poteſt admitti. Iudex tamen eccleſiaſticus nō poteſt clericum ratione illius ſententiæ punire quaſi cōuictum, ſi tamen infamia crebreſcit, ex tali ſententia poteſt epiſcopus ipſum cogere ad purgationem, in qua ſi defecerit, puniatur, vt extra de ſi. de hoc. nec teſtes purgationis ſunt contrarij prioribus teſtibus: quia iſti iurant de credulitate, & illi de ſcientia; & bene poteſt eſſe, q iſti credant eum innocentem, & illi ſciant eum nocentem. nec obeſt ei illa ſententia quo ad beneficium, vel quo ad ordinem. extra de excep. denique. de ordi. cog. cum dilectus. in fi. Sed forte poteſt ipſum cogere ad pœnitentiam. nam etiam in cauſa correctionis tenuis probatio & ſcientia ſufficit, vt extra de ſpo. præterea. 22. q. 5. hoc videtur, immo ſufficit vnus teſtis quo ad ſententiam medicinalem animæ, vt extra de teſt. cog. peruenit. de conſec. diſt. 4. cum itaque, extra de conſan. & affi. ſuper eo. & extra de teſti. ſuper eo.

Sententia ſuper crimine ī clericum lata in cauſa reconuentionis per iudicem ſæcularē an ipſum infamet.

Beda. 1. Cor. 5.

Vnde Auguſtinus in homilia de pœnitentia (quæ eſt 50.) cap. 12.

¶ Quando aliqui ſunt corrigendi, quando tolerandi. C. XVIII.

Anſel. l. 3. c. 70. Poly. l. 7. tit. 7. 1. Cor. 4.

MVlti corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi neſciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. *& infra.* ¶ Nos vero à communione prohibere quēquā non poſſumus [a] (quāuis [b] hæc prohibitio nondum ſit mortalis [c], ſed medicinalis [d]) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo, ſiue ſæculari [e] ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum, atque conuictū. Quis enim ſibi vtrumque audeat aſſumere, vt cuiquam ipſe ſit & accuſator [f] & iudex? Cuiuſmodi regulam etiā Paulus apoſtolus in eadem ad Corinthios epiſtola breuiter inſinuaſſe intelligitur, cum quibuſdam commoratis criminibus, eccleſiaſtici iudicij formā ad omnia ſimilia [g] ex quibuſdam daret. Ait enim: [Scripſi vobis in epiſtola non commiſceri fornicarijs [h]. Non vtiq. fornicarijs [i] huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mūdo exiſſe.] Non enim poſſunt homines in hoc mundo viuentes, niſi cum talibus viuere: nec eos poſſunt lucrifacere Chriſto; ſi eorū colloquium conuictumque vitauerint. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus comedens: [Non eſt opus, inquit, ſanis medicus, ſed male habētibus. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.] Et ideo ſequitur Apoſtolus, & adiungit: [Nunc ſcripſi vobis non commiſceri.

1. Cor. 5.

23. q. 4. c. infideles.

Matt. 9.

1. Cor. 5.

a Scilicet à dependenti à primo: aliàs nō facit niſi præſumptionē & ſic intelligunt iſti leges ī. proxi. allega. Archid.

[Nos vero.] dicitur, q nos non debemus aliquem à cōmunione repellere, niſi ſponte confeſſum, aut in iudicio accuſatum, & conuictum. Si enim (ſicut dicit Apoſtolus) vellemus omnes occultos peccatores vitare, nos oporteret de hoc mundo exire, qui tales docet tolerandos vſque ad vltimum ventilabrum, vt poſſimus eos lucrifacere Chriſto, nec vitandos niſi eſſent per ſententiam nominati, & ſic docet eos tantum iudicio eccleſiæ condemnandos, non arbitrio ſupplicantis, ſed ordine ſeruato. Hoc idem probatur exemplo Domini, qui comedit cum publicanis, & peccatoribus, inquiens; non eſt medicus neceſſarius ſanis, ſed male habentibus. In tertia parte, quæ incipit, [Non ergo.] dicitur, q illi, qui hortantur ad pœnitentiam, non debent gaudere, eo q multos habeant ſocios ad ſupplicium: quia non minus ardebunt, &c.

a ¶ Non poſſumus.] nominatim, ſed in genere. vt 5. q. 1. quidam. extra de offi. ord. ſi ſacerdos.

ADDITIO. Et dicas, non poſſumus de iure, id eſt, non debemus. H. nam id poſſumus, quod de iure poſſumus.

b ¶ Quamuis.] interpoſitio eſt.

c ¶ Mortalis.] ante contemptum. 24. q. 3. notandum.

d ¶ Medicinalis.] vt ſpiritus eius ſaluus fiat, 11. q. 3. audi. niſi ſit incorrigibilis, vt 11. q. 3. nemo epiſcoporū, & j. 24. q. 3. corripiantur. & c. notandum. in fin.

e ¶ Sæculari.] i. de rebus ſæcularibus, vel loquitur de laico i. q. d. laicum conuictum coram ſæculari clerici]

f ¶ Accuſator & iudex.] quod fieret ſi occultos tales accuſaremus.

g ¶ Similia.] Argum. q licet aliquid ſpecialiter de vno dicatur, tamen extenditur ad omnia ſimilia. vt ī. ca. Deus omnipotens. 32. q. 7. Apoſtolus. 16. q. 3. licet. diſ. 61. miramur. & ī. diſt. 5. ad eius. ff. de fun. inſt. quæſitum. §. vlti. ff. de adi. leg. l. legata. ff. de ali. & cib. le. l. verba. ff. de ſupelle. leg. l. legata. 16. q. 1. hinc eſt etiam. arg. contra. C. de procur. maritus.

h ¶ Fornicarijs.] Iudæis vel gentilibus.

i ¶ Fornicarijs.] ſcilicet occultis: niſi in caſibus, quaſi dicat, non eſt aliqua pars mundi, in qua non ſint tales mali.

a ¶ Si

Si quis [a] frater nominatur [b] in vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax; cũ huiuſmodi nec quidem cibũ ſimul ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris [c] ſunt iudicare [d]? Nonne de his, qui intus ſunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malũ à vobis ipſis.] Quibus verbis ſatis oſtendit non temere, aut quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione: vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius; ne peruerſe malos quiſque † euitando, ab eccleſia ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehennam. Quia & ad hoc nobis ſunt in ſcripturis ſanctis exempla propoſita: velut in meſſe, vt palea ſufferatur vſque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſque ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, id eſt in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id, quod alio loco dicit Apoſtolus: [Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo Domino ſtat aut cadit.] Noluit enim hominẽ ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis [e], vel etiam extraordinario [f] vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? [Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c.] niſi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine iudiciario, atque integritate profertur? Nam ſi nominatio [g] ſola ſufficit: multi damnandi ſunt innocentes; quia ſæpe falſo in † quoquã crimina nominãtur. ¶Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium; nec gaudeant, quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

† f. quoſq.
† al. mittat
Matt. 3.
Matt. 13.
Rom. 14.
† iniquorum que crimine]
Beda in c. 5. 1. ad Cor.

Idem ſermone 16. de verbis Domini.

¶Peccatum, quod tantum iudici notum eſt, ab eo damnari non valet. C. XIX.

Matt. 18.

SI peccauerit, inquit, in te [h] frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolũ. Quare? quia peccauit in te. Quid eſt: [In te peccauit?] Tu ſcis, quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære, cum

a ¶ Si quis.] quaſi dicat, quare hic non dicit de alijs quàm de fratribus? Reſpon.
b ¶ Nominatur.] per ſententiam.
c ¶ Qui foris.] id eſt, non noſtri iuris, 17. q. 4. conſtituit. 1. diſt. 45. qui ſyncera. contra dic vt not. 18. q. 1. ſæpe.
d ¶ Iudicare.] quantum ad excommunicationem, ſed corporaliter poſſunt puniri [1] vt 17. q. 4. conſtituit. arg. quòd excommunicatus non poteſt iterum excõmunicari. de hoc inuenies 3. q. 4. Engeltrudam.

1 Idem etiã & pecuniariter punit eccleſia vbi ſunt de ſua iuriſdictione. extra de rapto. de archiepatu. Ber.

e ¶ Suſpicionis.] ſubaudi temerariæ, ſi violenter: ſecus 32. quæſtio. 1. dixit.
f ¶ Extraordinario.] agendo contra eum denuntiatiue, vel inquiſitiue: qui modus nouus eſt, & extraordinarius ſecundum quoſdam. Sed dic extra, id eſt, præter hoc, vel contra ordinem iuris, ſcilicet quia nõ eſt de foro ſuo, cum ſit occultus. vnde ſequitur vſurpatio. Nã vſurpare quis dicit, cum vendicat ſibi qđ ad ipſũ non pertinet.

[Vſurpare quis dicit.

g ¶ Nam ſi nominatio.] id eſt, infamatio. 1. 25. q. vlt. c. vlt. 35. q. 6. ſi duo. Arg. q per famam non probatur aliquid. ext. de coha. cleri. & mulie. tua. extra de eo qui cog. con ſang. vxo. ſuæ, ſuper eo. Sed fama cum alijs adminiculis probat. 4. q. 3. ſæpe. extra de præſump. illud. de appel. c. 1.

Fama an probet.

SI peccauerit.] CASVS. In hoc c. exponitur auctoritas Euangelica: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Capitulum ergo iſtud diuidit in duas partes. In prima parte dr, q ſi frater tuus peccauerit in ſecreto, eum in ſecreto corrigere debes: alioquin non eſſes corrector, ſed proditor, ſi in publico corrigeres. Et hoc probatur exemplo Ioſeph, qui cum ſciret beatam virginem grauidam, ad quam ſciebat ſe non acceſſiſſe, eam noluit diuulgare, ſed occulte à ſe dimittere: quare quæ in ſecreto fiunt, corripienda ſunt in ſecreto: quæ publice, coram omnibus arguenda ſunt. Et ita concordant duæ auctoritates, quæ videntur contradicere vna Domini, ſcilicet ſi peccauerit in te, &c. quæ intelligitur de occultis: alia Apoſtoli, ſcilicet, peccantem coram omnibus argue. cuius tenor hic ponitur; quæ intelligitur de manifeſtis, & hoc intelligendum eſt non ſolum quando in nos peccatur, & nobis ſciẽtibus, ſed etiam quando neſcitur niſi præſumptiue, & hoc in prima parte. In ſecũda parte, quæ incipit ibi, [Neſcio;] dicitur, q prælati ſæpe corrigunt peccatores occultos alijs neſcientibus: quia nolunt manifeſtare eorum delicta: homines tamen credunt, q ipſi hoc non faciant: & ideo eos reprehendunt.

Si peccauerit in te, &c. de quo peccato debet intelligi.

h ¶ In te.] ſcilicet læſum, vel teſtem. Quidam totam hanc auctoritatem intelligunt de occulto peccato: & exponunt, adhibe vnum vel duos teſtes, qui ſint teſtes factæ admonitionis: & quod ſequitur, dic eccleſiæ. id eſt ſacerdotibus, qui orent pro ipſo, vel admoneat eum deſiſtere à peccato: & tali qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe. 22. q. 5. hoc videtur. & qđ ſequitur, ſit tibi ethnicus, &c. quantum ad priuatam communionem intellige: ſed non in publico, vt 6. q. 2. ſi tantum. Sed huic opin. cõtradicit 45. diſt. ſed illud. & extra de iudi. nouit. 11. q. 3. præcipue. vbi habes q etiã in manifeſtis loqt hæc auctori-

authoritas. Alij intelligunt totam de manifeſto: ſed eis contradicit Aug. ibi, ſi ſolus noſti. Tertij dicunt quod principium de occulto, & ſequens de manifeſto loquitur: ſed eis contradicit quod dicit: diſtribuite tempora, & concordat ſcriptura. Io. intelligit de tali occulto quod ſcitur à

Quicumque ergo habet familiam, tenetur corrigere eã. 23.q.4. duo iſta. & q.5. non putes. Et quod teneatur præceptiue, quo ad prælatos, quo ad ſubditos cõſultiue, eſt arg. 23.q.8.c.1. Item dubitatur, an infames perſonæ admittant ad denuntiationem, & criminoſæ? Et videtur quod ſic: quia omnes ex præcepto ad hoc tenẽtur. Nam & hæreticus admittitur. 24. q. 1. quiſquis. & alienæ perſonæ viles, vt extra de ſpon. præterea. 2. & vbi agitur ad correctionem, non requiritur tantus rigor, vt, 22.q.5. hoc videtur. de bona fide. n. agitur: vnde non conuenit de apicibus iuris diſputare. ff. man. ſi. fideiuſſor. §. quædam. E cõtra videtur: quia tantum honeſtiores perſonæ admittuntur. 35.q.6. epiſcopus in ſynodo. & non infames, vt de teſtib. co. præterea. nam etiam ad populares actiones non admittuntur niſi perſonæ integri ſtatus, vt ff. de popu. act. popularis. Ego credo quemlibet admitti, dum tamen bono zelo denuntiet. extra de re iudi. cum I. & A. ſed licet infames admittãtur & irregulares, non tamen crimi noſi. Cum enim tales non correxerint ſua crimina, credendum eſt, quod malo zelo denũtient crimina aliorũ. 3.q.7. §. porro. Ioan. ſimiliter eſt in teſte, qui in ciuili cauſa non admittitur, niſi poſt pænitentiam. extra de teſti. teſtimonium. B.

bat hoc præceptum. Op. ar. 26. diſ. deinde. ſecundum Ray.

corrigis, quòd in te peccauit. Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor[a]. Attende, quemadmodum vir iuſtus Ioſeph tanto flagitio, quod de vxore fuerat ſuſpicatus[b], tanta benignitate pepercit: antequam ſciret, vnde illa conceperat, quam grauidam ſenſerat, & ſe ad illam non acceſſiſſe nouerat[c]. Reſtabat itaque certa adulterij ſuſpicio: & tamen, quia ipſe ſolus ſenſerat, ipſe ſolus ſciebat, quid de illo ait Euangelium: [Ioſeph autem, cũ eſſet vir iuſtus, & nollet eam diuulgare.] Mariti dolor nõ vindictam quæſiuit: voluit prodeſſe peccanti, nõ punire peccantem: [Cum, inquit, nollet eam diuulgare; voluit eam occulte[d] dimittere.] *& infra.* ¶ Ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccãtur coram omnibus. Ipſa vero corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius. Diſtribuite tẽpora, & concordat ſcriptura[e]. Sic agamus, & ſic agendum[f] eſt, non ſolum, quãdo in nos[g] peccatur, ſed etiam, quando peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur, in ſecreto debemus corripere. *& paulo poſt.* ¶ Nouit enim neſcio quẽ homicidam epiſcopus[h], & alius illum nemo nouit. Ego nolo † illum publice corripere, & tu quæris inſcribere? Prorſus nec prodo, nec negligo: corripio in ſecreto; pono ante oculos eius Dei iudicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pænitentiã. Hac[i] charitate præditi eſſe debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quòd quaſi non corripiamus: aut putant nos ſcire, quod neſcimus; aut putãt nos tacere, quod ſcimus. Sed forte quod ſcis, & ego ſcio: ſed non coram te corripio, quia curare volo, nõ accuſare. ¶ Sũt hoĩes adulteri in domibus ſuis; in ſecreto peccant: aliquando nobis produntur ab vxoribus ſuis, plerumque zelantibus[k],

Matth. 1.

Heb. 4.

† al. volo] or.

tur à multis, & poteſt ab aliquibus probari: & vocantur teſtes, vt probetur admonitio facta: quia niſi præceſſiſſet admonitio, accuſare non poſſet, vt j. ea. q.7. accuſatio. & c. ſi quis erga. nam ſi poſt admonitionem eccleſiæ nollet pænitere, iſti poſſunt eſſe teſtes admonitionis factæ, & hoc innuit littera, vbi dicit, forte quod tu ſcis, & ego ſcio. Arg. eſt ad hanc ſolutionem extra de iud. nouit. Sed iſti opponitur: quare ergo dicit Aug. tu ſolus noſti? Reſpondet hic, ſolus, non excludit paucos, ſed multitudinem. ſi. diſtin. 8. ſi ſolus. & ibi, Quomodo ſedet ſola ciuitas. i. cum paucis, ſic 15. q.7. §. ſolus j. ea. q.7. §. de his. Nunc quæritur vtrum hoc ſit præceptum omnibus? Videtur quod iſtud extendatur ad omnes. j. ead. quæſt. 7. quapropter. 11. quæſt. 3. præcipue. 24. quæſt. 3. tam ſacerdotes 45. diſt. ſed illud quod H. concedit 1. Sed dura eſt hæc opinio, & conſtituit omnes tranſgreſſores. Sed M. dicit, quod eſt mandatum ad omnes, qui ſunt in magiſtratu poſiti, ſiue ſint clerici, ſiue laici. ar. 23. q. 4. duo iſta. 17. q. 4. de presbyterorum. tamen ad alios eſt conſilium, & hoc eſt verum de peccato iam facto: ſed de peccato adhuc faciendo omnibus eſt præceptum. 22. q.5 hoc videtur. 94. diſt. diaconi. extra de cogna. ſpiritua. Et intellige primam partem quando prælatus ſcit peccatũ per ſe. Secundam, quando ei ab alio denũtiatur.

Correctio fraterna an ſit de præcepto.

1 Et ſic intellige hoc ſi peccauerit, &c. ſed dic, quod ibi Mat. 8. loquebatur dñs Petro, per quod patet quod prælatus tũ modo da-

a ¶ Sed proditor.] Sed nonne Dominus prodidit crimen Iudæ, cum dixit: Qui intingit manum mecum in paropſide. j. ead. vnus. & Paulus crimen Iudæorum tribuno, vt 23.q.3. Maximianus? Reſponde, illi quibus dicebatur, poterant tantum prodeſſe 22.q.5. hoc videtur. Item contra. ff. de iniu. eum qui. Sed illud intelligitur quando quis directe vult aliquem accuſare.

b ¶ Suſpicatus.] j. 32.q.1 dixit Dominus.

c ¶ Nouerat.] vnde conceperat.

d ¶ Occulte.] i. non accedere ad eam: non enim voluit eã à ſe repellere. 27.q.2. prius quàm. Vel occulte, id eſt, ſine probatione: quod hodie non licet, 35.q.6. multorum.

e ¶ Scriptura.] Euangelica cum Apoſtolo dicente: Peccantem coram omnibus argue.

f ¶ Et ſic agendum.] 6. q.2. ſi tantum. 11.q.3. ſancti. extra de offi. ordi. ſi ſacerdos.

g ¶ Quando in nos.] id eſt, vno vel altero ſciente: ſed etiam quando nullus ſcit: dum tamen præſumptio ſit contra eum qui peccat.

h ¶ Nouit, &c. epiſcopus.] de ſe loquitur Aug.

i ¶ Hac charitate.] ſcilicet Euangelica. aliàs charitate, in originali Auguſtini.

k ¶ Zelantibus.] quod malo zelo denuntiantem crimen

Chriſtus nũquid reuelauit crimen Iudæ?

2 De hoc legi. & no. de conſecr. diſt. 2. cum omne. ſgl. cum dixit. ibi videas.

fratris audiendam: hoc eſt verum, ſi proſequatur ſuam iniuriam, vt 3. q. 7. ſi quis erga.

a ¶ Non prodimus.] ad querelam earum.

QVANDO VERO.] Hæc eſt quarta pars huius quæſtionis, in qua vult probare, quod ſi notum eſt alijs & non iudici tamquam iudici, nihilominus eſt cauſa examinanda: & hoc probat per cap. ſeq. Ioan. de Fa.

CASVS. Hic ponit Gratianus ſecundum membrum ſuæ diſtinctiõis: ſcilicet quando crimẽ eſt notũ alijs, & non iudici: & in hoc caſu ſeruandus eſt ordo iuris, & hoc oſtendit per ſequens capitulum.

Deus omnipotẽs.] CASVS. Sodomitæ erant in notorio delicto, quia ſeipſis abutebantur: Dominus tamen, licet manifeſta eſſent ei facta Sodomorũ, quẽ nil latet, noluit eos iudicare ſtatim: ſed ipſe cũ fidelibus teſtibus diligẽter veritatẽ inquiſiuit antequam eos iudicaret. Cuius exẽplo monemur ne præcipites ſimus in ſentẽtia ferẽda: quia ſi Dominus, qui ſciebat factum, veritatem diligẽter inquiſiuit: multo fortius homines iudicantes, qui veritatẽ neſciunt, debent inquirere diligẽter omnia, & neminẽ ante probationem condẽnare, veritate dicente: Nolite iudicare, & non iudicabimini: & Apoſtolo dicente: Tu quis es qui iudicas, &c.

b ¶ Deſcendam.] Angelos mittendo, vt infra ſequitur.

c ¶ Sciam.] tamquã iudex. ſi habes, ſciã, tunc transpone litteram ſic, vt ſciam an non eſt ita, id eſt, an non hoc ſit ita, & tunc incipis verſus ibi: Deus omnipotens. ſi habes, ſciat: tunc incipies verſum. An non eſt ita vt ſciat: & leges interrogatiue vſque ad locum illum, non ob aliud hæc, &c.

d ¶ Præſumat.] Præſumendum eſt enim quemlibet eſſe bonum, vt 11. q. 3. abſit. extra de præſum. dudum.

e ¶ Quam probare.] id eſt, examinare.

f ¶ Quoquo modo.] id eſt, diffinitiue, vel interlocutorie.

g ¶ Audita.] 2. diſt. 81. ſi quid vero. 11. q. 3. in cunctis. & extra de præſum. dudum.

Inquirens quos teſtes admittere debeat.

h ¶ Inquirat.] Cum iſtud c. locum habet tantũ in cauſa inquiſitionis, vt extra de accuſ. qualiter 2. videtur quod tantum honeſti teſtes ſint ibi admittendi in cauſa inquiſitionis, eo quod dicit, fidelibus & eadem dec. dicit, de prouidis & honeſtis & decreuit, vbi de ſimonia agitur, propter immanitatẽ ſceleris admittuntur criminoſi, & loquitur ibi in cauſa inquiſitionis: & ſic videtur quod in minoribus criminibus non ſint admittendi criminoſi, vt extra de ſi. per tuas. Sed eſt argumentum contra, extra de re iudica. cum I. & A. Satis poteſt dici, quod ſi extranei teſtes inducuntur in cauſa inquiſitionis, requiritur quod nõ ſint criminoſi, ſed in illis qui ſunt teſtes de ipſa eccleſia, ſufficit qualeſcumque ſint: dummodo non ſint inimici vel corrupti. Ioan. Quidquid Ioan. dicat, ego non credo, quod teſtes criminoſi admittantur in cauſa inquiſitionis: niſi eſſent de crimine emendati. extra de teſt. teſtimonium. In exceptis tamen criminibus bene admittuntur criminoſi, niſi ſint conſpiratores, vel capitales inimici. extra de ſi per tuas 2. quod intelligunt quidam ſi ille cõtra quem fit inquiſitio, fuerat malæ famæ, alioquin criminoſi non admitterentur, vt innuit illa decre. per tuas. & 3. ca in primis. verſi. de perſona Stephani. ibi, quod autem, &c. B.

aliquando maritorum ſalutem quærentibus. Nos nõ prodimus [a] palam, ſed in ſecreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia oſtendentes homini in tali peccato cõſtituto, ſauciamque gerenti conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum.

4 *Quando vero crimen eſt notum alijs, & non iudici, nec tunc ſine examinatione feriendum eſt: quia in crimen ſibi occultum iudex ſententiam ferre non debet.*

Vnde Euariſtus Papa ait epiſtola ſecunda †.

¶ Sententia non præcipitanter ferenda eſt. C. XX.

† Et Gregori. l. Mor. 19. c. 23. & in cõc. Tribur. c. 22. Anſ. l. 3. c. 67. Poly. l. 7. tit. 1. Burc. l. 11. c. 9. Pan. l. 4. c. 116. Iuo p. 5. c. 240.

Deus omnipotens, vt nos à præcipitatæ ſententię prolatione compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius; Heb. 4. mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare; priuſquam manifeſte agnoſceret, quæ dicebantur. Vnde ipſe ait: [Deſcendam [b], & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere cõpleuerint; an non eſt ita, vt ſciam [c].] Gen. 18. Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed omnia ei manifeſta ſunt, etiam antequam fiant; non ob aliud hæc, & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt; niſi, vt nobis exemplũ daret, ne præcipites in diſcutiẽdis, & iudicandis negotijs eſſemus: & ne mala quorumq. prius quiſquam præſumat [d] credere, quàm probare [e]. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam ſententiam vmquã præcipites ſimus, aut temere, indiligenterq. indiſcuſſa quæq. quoquo modo [f] iudicemus, dicente veritatis voce: [Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, *& reliqua*.] Matth. 7. Nam mala audita nullũ moueant: nec paſſim dicta abſq. certa probatione quiſquã vmquam credat: ſed ante audita [g] diligenter inquirat [h]; ne præcipitando quidquam aliquis agat. 30. q. 5. nullum ante. Si enim Dominus omnium, Sodomorũ mala, quorum clamor ad cælum vſq. perueneṙat, omnia ſciens prius nec credere, nec iudicare voluit, quàm ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat, opere veraciter cognoſceret; multo magis nos humani †, & peccatores homines, quibus incognita ſunt oc-

† *al. qui ſumus homines, et peccatores, quibus*

QVAN-

QVANDO AVTEM. Hæc eſt quinta pars q. in qua dicitur, q. ſi notorium eſt omnibus & iudici, ſcilicet per euidentiam facti: tunc poteſt iudex illum punire, & hoc probatur per ſeq. c. Ioan. de Fant.
CASVS. Hic ponit Grat. tertium membrum ſuæ diſtinctionis:

...melius enim probatur aliquid per ipſum factum, quam per teſtes. ff. de fer. l. 2. in fi. & extra de app. dilecti. & ff. de min. minor. & 27. q. 1. nec aliqua. Sed pone q. reus neget aliquid eſſe notorium: numquid ſufficiunt duo teſtes ad probandum aliquid eſſe notorium? Sic, ſicut duo poſſunt probare famam, vt extra de teſti. tam litteris. & per duos teſtes probatur q. ſeptem interfuerūt, l. C. de bo. poſ. bonorum. & per duos probatur ſubſcriptio teſtium, vt C. de fi. inſtru. comparationes. C. de teſti. l. teſtium.

cultà iudicia Dei, & hæc præcauere, & nullum ante veram, iuſtamque probationem iudicare, aut damnare debemus, manifeſte apoſtolo dicente Paulo: [Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? ſuo enim Domino ſtat, aut cadit.]

Rom. 14.

§ *Quando autem crimen notum eſt iudici & alijs; aliquādo reus inficiatur factum: veluti ſi quis negaret interfeciſſe eum, quem ſub oculis iudicis* [a] *in conſpectu multorū interfecit. Hic, quia ſe reum negat, ſine examinatione feriri non poteſt. Aliquando euidentia ipſa operis reum eſſe teſtatur; quando opere publico crimen ſuū confitetur: tunc poſt ſecundam & tertiam correctionem* [b] *ſine examinatione damnandus eſt, ſi incorrigibilis extiterit. In hoc itaque vltimo caſu intelligenda eſt auctoritas illa Ambroſii, & Nicolai: [Manifeſta, accuſatione non indigent.] Fornicator enim ille, in quem, ſine examinatione, ſententia Apoſtolica proceſſerat, publice coram omnibus nouercam ſuam pro vxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus ſcribit, ſimiliter publice vxorem ſuam dimiſerat, & aliam ſuperduxerat.*

1. ca. manifeſta. & , quæ Lotharius.

Vnde idem Nicolaus Papa ſcribit archiepiſcopis, & epiſcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam conſtitutis.

¶ Sine accuſatione, manifeſta ferienda ſunt. C. XXI.

Iuo p. 8. c. 226. Regino omnia hæc refert lib. 2 Chron. nu. 873.

SCelus, quod Lotharius rex (ſi tamen [c] rex veraciter dici poſsit, qui nullo ſalubri regimine, corporis appetitus refrænat, ſed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duabus [d] feminis, Thietberga ſcilicet, & Gualdrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt. ¶ Sed & dudum epiſcopos Thietgandum, & Gunterium in tali facto eum habuiſſe tutores, atq. fautores pene totus nobis orbis vndique ad limina, ſeu ſedē confluens Apoſtolicam referebat [e]. *& infra*. ¶ Igitur decernente nobiſcum ſancta ſynodo in præſentia depoſiti, & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque à regimine epiſcopatus alienati indubitanter exiſtunt.

b ¶ Correctionem.] Arg. admonitionem debere præcedere in notorijs, vt infra ead. quæſt. vlt. c. vlt. 11. q. 3. indigne. Ioan. a

SCelus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd ſcelus Lotharij erat omnibus manifeſtum, quod ipſe commiſit Thietbergam vxorem propriam dimittendo, & Gualdradam ſuperinducēdo. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Sed dudum.] dicitur quòd duo epiſcopi Thietgandus & Gunterius iniquitati eius conſenſerunt: & quia hoc erat omnibus manifeſtū, ſicut fere totus orbis referebat: ideo à ſancta ſynodo depoſiti, & ab omni ſacerdotali officio vſque in hodiernum diem excommunicati exiſtunt.
c ¶ Si tamen.] 21. diſt. cleros.
d ¶ In duabus.] ſ. Thietbergam repellēdo; & Gualdradam ſociando ſibi.
e ¶ Referebat.] Hi epiſ. non fuerunt depoſiti pp publicam famam, ſed quia erant cōfeſſi crimen ſuum, vt 11. q. 3. Thietgandū. ſola fama .n. nō ſufficit ad depoſitionē, vt ext. de coha. cle. et mu. nec pp famā dr̄ aliquid manifeſtū, vt ext. de conſan. & affi. ſup eo. & in fama requiritur ordo iuris, vt ſ. ea. Deus. §. qū autem.
ADDITIO. Tamen Ioan. Fabri dicebat hoc eſſe vbi per publicam famam aliqui condemnātur criminis euidētia ſuffragante. Archidiacono.

1 Concor. cū hac glo. Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quēadmo. teſt. aper. & in l. 2. C. de erro. aduo. & Alex. de Imo. in l. bonorū. C. de bo. poſ. ſm tabu.
2 Ad idem ſ. 81. diſt. ſi qui ſunt. Arg. contra, 24. q. 3 de illicita. qđ admitto de notorio manēte actu. Lau.

Fama ſola non ſufficit ad depoſitionem.

QVAESTIO II.

QVod au-

[illegible] ſcilicet quādo crimen notum eſt iudici & alijs, & tunc ſubdiſtinguit: quia aut negat, aut cōfitetur: vel notorium eſt ita q. inficiari non poteſt: ſi negat, ordo iuris ſeruari debet: licet iudex & alij multi ſciant. Si ipſe confitetur, vel factum eſt ita notorium, q. inficiari non poteſt: tunc poſt ſecundam & tertiam admonitionem, ſi incorrigibilis erit, poterit cōdemnari: & in hāc caſu intelliguntur c. manifeſta. quæ Lotharius, &c. de manifeſta. Seq. §. patet. & per te videbis.
a ¶ Iudicis.] non ſedentis pro tribunali. ſi enim pro tribunali ſederet, & contingeret te aliquid ibi facere, poſſet te ſtatim punire ac ſi probatum per teſtes coram

Notorium & fama p duos teſtes pbari poſſunt.

QVod autem.] CASVS. Hic intimlatur ſecūda quæſtio, qua quærit, an expoliatus ſit reſtituendus ante q̄ iudicetur, vel cogatur venire ad cauſam, & certe q. reſtituendus ſit, multorum auctoritatibus probatur: niſi [illegible] modum exceptionis probetur ſpoliatio.

a ¶ Quod autem.] Hæc eſt differentia inter quæſtionem iſtam & illam, quæ eſt ſ.3.q.1. quia. Hic petitur reſtitutio in modum exceptionis: ibi in modum actionis.

accuſari, niſi prius poſſeſſiones & omnia ablata quæcumque fraude ei fuerint reſtituta cum fructibus ante accuſationem perceptis: & hæc faciant, primates & ſynodus.

e ¶ Ingenio.] qui ergo dolo alterius renuntiat, iuri ſuo reſti-

tem a expoliatus ante iudicẽ ſtare nõ poſſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Ioannes Papa I. ad Zachariam archiepiſcopum.

Et Euſebius Papa epiſt. 2.

¶ Ante litem conteſtatam poſſeſſori cuncta ſunt reſtituenda. C. I.

ANtiquitus decretum eſt, vt omnes poſſeſsiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus [b] cunctos ante litẽ conteſtatam [c] perceptos a epiſcopus, vel primas poſſeſſori reſtituat [d]. — Pann. l.4. c.47.

a ¶ Perceptos.] *In vetuſtis exemplaribus, & epiſtola Ioanis, itemque Euſebij eſt,* perceptor, vel primas poſſeſſori reſtituat.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. II.

OMnes leges tam eccleſiaſticæ, quàm vulgares, & publicæ præcipiunt, vt omnia ſibi ablata reſtituantur ei, qui ſuis eſt rebus expoliatus. — 33.q.2. hiſtoria. ſ. hæc omnes. In præfatione. Iſido. in collectionem ſuam.

Item Stephanus Papa, epiſtola ſecunda.

¶ Nullus debet accuſari, dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus. C. III.

NVllus epiſcoporum, dũ ſuis fuerit rebus expoliatus, aut à ſede propria, qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut à quoquam poteſt ei crimen obijci, priuſquã integerrime reſtauretur, & omnia, quæ illi ablata quocumque ingenio [e] fuerant, legibus redintegrentur, & ipſe propriæ ſedi, & priſtino ſtatui regulariter reddatur: ita vt omnes poſſeſsiones, & cuncta ſibi iniuſte ablata, atq. fructus omnes ante cœptam accuſationem, primates, & ſynodus epiſcopo, de quo agitur, funditus reſtituant. — Burc. l.1.c.142. & 141. Iuo p.5. c.155. & 156. Cõcor. Pan. l.4. c.49.

¶ *Caput hoc ſuæ integritati ex originali eſt reſtitutum.*

Item Euſebius fratribus conſtitutis per Alexandriam, & Aegyptum, epiſtola ſecunda. — Et in decretis Ioannis I.

¶ Nec conuocari ad ſynodum, nec in aliquo debet iudicari ſpoliatus. C. IIII.

IN ſcripturis veſtris reperimus, quoſdam epiſcopos veſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione: & id- — Ancel. l.3.c.44. Iuo p.5.c.249. Pann. l.4.c.45.

ANtiquitus.] CASVS. Statuitur in hoc cap. quòd Iudex poſſeſſiones & omnia ablata cum fructibus ante litem perceptis faciet expoliato reſtitui, qui ante ſpoliationẽ poſſeſſor extiterat. Idem fere dicit in illo capitulo: Omnes leges de hac materia loquẽtes.

b ¶ Fructus.] perceptos & percipiendos, vt extra de reſti. ſpo. grauis. & reſtituendus eſt ad omnem cauſã, in qua eſſet, ſi nõ fuiſſet ſpoliatus. ff. de vi, & vi ar. l.1. §. non ſolum.

c ¶ Ante litem conteſtatam.] Ideo autem dicitur, ante litem cõteſtatam, quia exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, & ſic eſt ante lit. conte. proponenda: tamen ſi vult directe agere de ſpoliatione, etiam poſt lit. conte. hoc poteſt facere, vt extra de cau. poſ. paſtoralis. — Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria.

d ¶ Reſtituat.] tamẽ ſi in modũ exceptionis probatur ſpoliatio, non ideo fit reſtitutio, vt extra de or. co. cum dilectus. Dico tamen decre. illam hic non habere locũ: quia vbi excipitur de ſpoliatione contra illum, qui crimen intẽdit, bene reſtituitur ſi ſpoliationem probat, prout intelligo omnia hæc iura. ſecus vbi vtraque quæſtio eſt ciuilis, vt in illa decre. cum dilectus. In hoc tamẽ cautus ſis, quòd ſi aduerſarius tuus conuenit te ſuper re aliqua, ſi vis dicere te ſpoliatum eſſe eadem re, vtilius eſt tibi vt directe petas reſtitutionem: quia ſi probas ſpoliationem directe agendo, duo conſequeris; & quòd prius audieris, & quòd reſtitueris, ſi prius probes reſtitutionẽ, licet aduerſarius prius propoſuerit actionem ſuam, vt extra de reſti. ſpo. ex conqueſtione. Sed ſi de alio agit aduerſarius, & tu ſuper alio dicis te ſpoliatum, vtilius eſt tibi vt in modum exceptionis proponas ſpoliationem, ſi aduerſarius te præuenit in querela. Nam ſi directe velles agere, prius audiretur aduerſarius quàm tu: ſecus ſi excipiendo, vt extra de ordi. cog. cum dilectus. — Conuentus ſit cautus circa ſpoliationem opponẽdã.

NVllus epiſcoporum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd nullus epiſcopus poteſt vel debet ab aliquo

reſtituendus eſt: ſicut ſi eſſet violentiã paſſus: quia in hoc caſu vim & fraudem æquiparat ſibi canon. 15. q. 6. c. 1. & ſ. cau. prox. q. 2. redintegranda. Io.

ADDITIO. De hoc not. 7. q. 1. ſuggeſtum. in glo. vlti. Archid.

IN ſcripturis veſtris.] CASVS. Quidam epiſcopi à proprijs ciuibus fuerunt accuſati: aliqui ex ſuſpicione, aliqui ex certa ratione. ſed quia rebus ſuis fuerant expoliati, mandat Dominus Papa, quòd non vocentur ante reſtitutionem ad cauſam vel ſynodum. Idem dicitur in capitulis ſequentibus, eo addito quòd epiſcopi rite iudicantes tales cauſas debent in eccleſia tractare.

1 Cum dolus dedit cauſam cõtractui. L. de quo no. extra de emp. & ven. c. 3. in fi. & 7. q. 1. c. ſuggeſtum, in gl. vlt. Arc.

tractare, vt ipſi poſſint eſſe teſtes ſingulorum: nec debēt etiam accuſati reſpondere niſi prius reſtituantur.

Spoliato à ſpoliatore nullum crimen poteſt obijci.

a ¶ Nec in aliquo iudicari.]A ſpoliatore nullum poteſt obijci crimen ſpoliato. extra de teſt. ſpo. in litteris, &c. item cum quis. niſi ſuam proſequatur iniuriam: vel niſi

tio, quia inermes non poſſunt reſiſtere inimicis, vt ĩ. 3. q. 2. c. 3. & cap. ſi quis epiſcopus. & etiam communio hominũ eſt reſtituenda, ſi eſt iniuſte excommunicatus vel ſuſpenſus. ar. ĩ. q. 5. ſuper cauſa. in fi. quia verbum reſtituendi, plenam & perfectam habet ſignificationẽ. argumen. infra capit. proxi. & argu. extra vt lit. non cõteſta. accedẽs. in fi. ff. de vſur. l. videamus. §. in Fauiana.

Inermes nõ poſſunt inimicis reſiſtere.

circo quoſdam ſuis eſſe rebus expoliatos; quoſdam vero à propria ſede pulſos. Quos ſciatis nec ad ſynodum comprouincialem, nec ad generalem poſſe vocari, nec in aliquo iudicari [a], antequam cuncta, quæ ei ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur.

Item Iulius Papa in epiſtola ad Orientales, c. 35. & 8.

¶ De eodem. C. V.

Burc. l. 1. c. 144. Iuo p. 5. c. 257. Pann. l. 4. c. 46.

NVllus poteſt conuocari, aut iudicari, antequam omnia ſibi ablata, & omnia iura [b] ei in integrum reſtituantur: quia non habet priuilegium, quo poſſit exui iam nudatus.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex decretis Iulij trigeſimoquinto, & octauo; verbis tamen mutatis, & alio modo diſpoſitis.*

Cap. l. 6. c. 287. Et in capitulis Hadriani, c. 2.

Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Aegypti, epiſtola ſecunda.

¶ De eodem. C. VI.

Iuo p. 5. c. 246. Pann. l. 4. c. 43.

PRæceptũ ergo eſt in antiquis ſtatutis, epiſcopos eiectos, atq. ſuis rebus expoliatos eccleſias [c] proprias recipere, & primo ſua omnia eis reddi; & demum, ſi quis eos iuſte accuſare voluerit, æquo periculo facere: iudices eſſe decernentes epiſcopos recta ſapientes, & in eccleſia conuenientes, vbi teſtes [d] eſſent ſingulorum, qui oppreſſi videbantur: nec prius eos reſpondere debere, quàm omnia ſua eis, & eccleſijs eorũ, legibus integerrime reſtituãtur.

QVAESTIO III.

In cap. Hadriani, c. 24. in epiſt. Sixti tertij. Cod. Theod. l. 16. tit. 2. c. 41.

1 pars

QVa autem [e] pœna feriendi ſint, qui in accuſatione deficiũt, canonum cenſura definit. Pœnam enim illati criminis cũ diſpendio exiſtimationis accipient.

Vnde Gaius a Papa.

a ¶ Gaius.] *Sic eſt in pleriſque vetuſtis: & habetur hoc caput in epiſtola vnica ipſius; in qua proxime his antecedunt verba capitis* Si quis epiſcopus. *infra ead. q. 7. In vulgatis autem hic citabatur Gelaſius.*

c PRæceptum.] ¶ Eccleſias.] extra de appella. qua fronte. infra 23. q. 8. conuenior. extra de immuni. eccle. c. 1. & cap. cum eccleſia.

d ¶ Teſtes.] Argu. ibi cauſam tractãdã vbi teſtes poſſunt haberi. 3. q. 9. hortamur. & extra de app. ex parte. & extra de offi. iudi. ordi. ſignificauit. & 35. quæſt. ſecunda, ſiue. Ioan.

QVa aut.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes: in quarum prima probat tribus authoritatibus, q̃ accuſator calumnioſe debet feriri pœna talionis. Scda ibi, [Aliud.] Tertia ibi, [Sed aliud.] Quarta ibi, [Notandum eſt.] Quinta ibi, [Notãdum quoque.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, qua quæritur, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione deficiũt, & certum eſt q̃ pœna talionis, cum infamia notentur: quod probatur per ſequentia cap. niſi errore deceptus, vel temeritate, vel iracundia accuſauerit.

Accuſator in quinq. peccare poteſt.

2 Alia tria mẽbra colliguntur ĩ. ead. gloſ. verſi. ſecus.

Calumniator Præuaricator. Tergiuerſator.

3 Is eſt tergiuerſator, q̃ terga vertit aduerſario: & citra abolitionẽ deſiſtit. & hic incidit in Turp. & extraordinarie punitur. ĩ. ead. præuaricatorẽ. ver. ſi quis autẽ. ff. ad Turp. l. 1. §. ſi quis & in Go.

e ¶ Qua autem.] Accuſator in quiſque peccare poteſt: aut errore decipitur, aut temeritate ſeu calore iracundiæ ad accuſandum ſ

vel niſi ſit tale crimen, ad quod quilibet admittatur. argu. 2. q. 1. in primis. Sed ab alio poteſt accuſari de alijs criminibus: ſed non de illo pro quo eſt ſpoliatus, arg. 5. q. 2. ſi primates 1. à contrario ſenſu. extra de app. ad hoc. & c. propoſuit. alioquin delictum eius maneret impunitum, ſi de nullo crimine poſſet accuſari ab aliquo. l. Ego non credo, q̃ in aliquo ſpoliator admittatur contra ſpoliatum, niſi prius facta reſtitutione, vt extra de ordi. cog. cum dilectus. & vt dicitur in hac quæſtione per totum, & ĩ. 3. q. 1. c. 1. 2. & 3. vbi generaliter videtur dici, quòd nullum crimen poſſit ſpoliato obijci. B.

1 Sumptum à contrario ibi: nec reſpondere æmulis, L. & fin. L. & Hug.

b NVllus poteſt.] ¶ Omnia iura.] etiam incorporalia, vt extra vt lit. penden. à memoria. Et eſt ra

prouocatur, aut calumniatur, aut præuaricatur, aut tergiuerſatur: ſed in omnibus his caſibus, ſi deſiſtit impetrata abolitione quacumque, non punitur, nec infamis eſt, vt C. de abo. l. 1. & 2. Item ſi non impetrauit abolitionem, parcitur ei in duobus primis caſibus, vt ĩ. ead. §. notandum. ſecus ſi eſt vel calumniator, vel præuaricator, vel tergiuerſator. Calumniator tenetur ad pœnam talionis, vt ĩ. ead. c. 2. & 3. Præuaricator poſtea neminem poteſt accuſare: & extra ordinem punitur, vt ĩ. ead. §. notandum. in fin. Tergiuerſator 3. punitur in quinque libris auri, vt ff. de præua. l. tertia, in fin. Teſtis etiam calumniator pœnam talionis ſuſtinet. 3. quæſt. 9. nihilominus. 33. quæſt. 5. hæc imago. & C. de

C. de teſti. l. nullum. & hoc ſecundũ opi. H. nos tñ dicimus, q̄ teſtis nullo modo ſubſtinet, vel ſe obligat ad pœnam talionis, vt not. 33. q. 5. hæc imago. Si autem tulerit aliàs falſum teſtimonium, punitur extra ordinem. ſ. quæſt. 1. quicumque. De teſte poſuit Gratia. in themate. ſed hic omiſit.

CASVS. Dictum eſt ſ. q̄ calumnioſe accuſantes ſi in accuſatione defecerint, ſunt puniendi. Nunc dicit Gratianus, q̄ aliud eſt crimen falſo obiectum non probare: & aliud ſi cõuicium non probauerit: primum ſine abolitione, nulli conceditur: hoc omnibus licet.

SI quis.] CASVS. Si quis aliquẽ accuſauerit, & crimen illatum non poterit probare, infamis efficitur: & de cetero ad accuſandum nõ admittitur, cum contra eum de calumnia p̄ſumatur.

a ¶ Subſtinere.] non tamen ipſo iure, ſed per ſententiam, vt ff. ex qui. cau. irrog. infa. Athletas. §. calumniator. & ſ. ead. §. notandum.

CAlumniator.] CASVS. Calumniator ſi in accuſatione defecerit, pœna talionis, id eſt, pœna ſimili punietur. Idẽ dicitur in ſequenti cap. ſi quis epiſcopum.

b ¶ Calumniator.] Fallit in ſex caſibus vt 33. q. 5. hæc imago. & ſ. 5. q. 6. c. 1. & ſatis punit qui amittit ſacerdotium quod receperat. 3. q. 4. Guilliſarius. Item fallit extra de acc. ſuper his. & in priuatis criminibus. ff. ad Turp. l. 1. & l. in priuatis. & forte in denunciatione. extra de calum. cũ dilectus. ſed in inquiſitione non eſt pœna ordinaria ſtatuta: & ideo in arbitrio iudicis relinquitur. extra de offi. iudi. deleg. de cauſis.

c ¶ Talionem.] id eſt, aliam pœnam ſimilem, vt ſ. ea. c. proxi. ff. de iur. deli. l. 1. extra de tranſa. c. fi. Dic q̄ pœna quę à lege ſtatuitur, retractari non poteſt: quæ ab homine bene poteſt. ff. de verb. ſigni. l. pen.

Calũniator nõ ſemper punitur talione.

Anſel. 3. c. 89. Iuo p. 6. c. 324. Pa. l. 4. c. 74

Si

¶ De iis qui non probanda obijciunt. C. I.

SI quis circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit; auctoritate huius ſanctionis intelligat ſe iacturam infamiæ ſubſtinere [a]; vt damno pudoris, & exiſtimationis diſpendio diſcat ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari ſaltem de cetero non licere.

Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſtola 3.

¶ Si accuſator in accuſatione defecerit, talionem recipiat. C. II.

CAlumniator [b], ſi in accuſatione defecerit; talionem [c] recipiat †. — 4. q. 4. nullus introducatur.

¶ *Verba ipſa Damaſi referũtur infra 4. q. 4. c. nullus introducatur.*

Item ex decreto Hadriani Papæ in capitulis ab ipſo collectis, c. 52. in medio. — Et ex Fabiano. ſ. 3. q. 6. c. 1. & ex Sixto ſ. 2. q. 8. qui crimen.

¶ De eodem. C. III.

QVi non probauerit, quod obiecit; pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

Item a.

a ¶ Item.] *Sic eſt in pleriſq; vetuſtis codicibus. In vulgatis autem legebatur*, Item Damaſus Papa. *Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani, c. 62. & in concilio Elibertano, c. 75. Iuo citat ex Carthaginenſi. Et in tomis conciliorum adiungitur Carthaginenſi tertio.*

¶ De his, qui falſis criminibus aliquem impetunt. C. IIII.

SI quis epiſcopum [d], aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec a in fine dandam ei communionem [e] cenſemus. — Anſ. l. 3. c. 92. Iuo p. 6. c. 240. Burc. l. 2. c. 195.

a Nec in fine.] *Sic legitur in concilio Elibertano non in hoc tantum canone, ſed etiam in alijs: quam ob cauſam, atque etiam ob gloſſam nihil eſt mutatum. Apud Hadrianum tamen eſt*, niſi in fine dandam ei non eſſe communionem. *Apud Iuonem*, non niſi in fine dandam ei eſſe communionem.

2 *Aliud eſt accuſationem non implere, & aliud eſt conuicium non probare. Illud enim nulli ſine abolitione; hoc omnibus licet.*

Vnde Fabianus Papa ad Hilarium epiſcopum, epiſt. 3. — Cod. Theod. li. 9. ti. 1. l. 1. in interpretatione & I ca. l. 7. c. 364 & in epiſt. Sixti tertii c. 3. & in cap. Hadriani, cap. 51.

¶ Conuicium non eſt pro accuſatione habendum. C. V.

SI quis iratus [f] crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuicium non eſt pro accuſatione [g] habendũ: ſed

Concor. tex. l. 1. l. ff. ad Turpil. & in l. qui crimen. & ibi Cy. C. qui accuſ. non poſ.

Ira duos habet effect⁹. 1 Cũ ꝑ iure non poſſit, vel nolit, vt 5. q. 1. c. 1. & 2. in fin. & ſic eũ intellexit H. 1 c. ſ. alle. ſi quis ſacerdotũ quod dic verbũ. 2. q. 1. in fi. Arch.

SI quis epiſcopum.] CASVS. Si quis epiſcopum vel alium clericum falſis criminibus accuſauerit: ſi defecerit, etiam in fine non erit ei communio danda.

d ¶ Si quis epiſcopum.] ff. de re mili. l. omne. §. 1. & extra de ſen. excommu. à nobis.

e ¶ Communionem.] niſi reſipiſcat, vt ſupra diſt. 50. pœnitentes. contra. & 3. q. 10. eos. 27. q. 1. virgines.

ALIVD. Hæc eſt ſecunda pars huius q. in qua dicitur, q̄ ſi aliquis irato animo verba contumelioſa dixerit, non eſt haben lum pro accuſatione. & hoc probat per c. ſequens. Ioan. de Fan.

SI quis iratus.] Caſus huius c. talis eſt. Si aliquis calore iracundiæ alicui conuicium intulerit, hoc non eſt habendum pro accuſatione. Si autem quod iratus obiecerit, voluerit probare: hoc c. faciat per ſcripturam, ſe ad pœnam talionis obligãdo. Si autem quod per iracundiam dixerit, noluerit probare, reus obiecti criminis non habebitur.

f ¶ Si quis iratus.] Ita reſcindit contractum. ff. de publi. licitatio. in princip. & minuit delictum, vt C. de adul. Gracchus.

g ¶ Pro accuſatione.] Sed pro iniuria 2. ff. de iniur. item apud.

apud.§.1.per totum.ꝟ.11.q.1. ſi quis ſacerdotum, contra.vbi deponitur & curiæ traditur,qui dicit epiſcopo conuicium.Sed ibi loquitur de eo,qui ex deliberatione,& ſæpe loquitur conuicia.

a ¶ Tractandi.]ideſt,deliberandi. Et per hoc eſt ar. q ibi non

b ¶ Iratus.]q̃d probabit.C.de iniur.ſi non conuicij animo.ſi.extra de præſump.cap.1.

c ¶ Iterare.] Hoc ideo dicit,quia ſi iterauerit conuiciũ non videtur ex iracundia,ſed ex deliberatione dixiſſe. ſic.2.C.ad Vellei.ſi mulier 2.in ſi.

§.ei autem. Sed nõ ob. quia loquitur hic de induciis deliberatorijs ibi de præparatorijs. Arch.

permiſſo tractandi [a] ſpatio id,quod iratus [b] dixit,per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt ſi fortaſſe reſipiſcens,quæ præ iracundia dixit,iterare [c], aut ſcribere noluerit;non vt reus criminis teneatur.

3 *Sed aliud eſt crimen illatum non poſſe probare* α*;aliud aliqua promiſſione accuſationem deſerere. Huic enim, qui promiſſione* β *deceptus accuſationem deſerit, venia datur: illi vero, qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.*

Vnde beatus Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Corinthiorum,libro quarto,epiſt.50.ſeu cap.94.

α ¶ Probare.]*In pleriſque exemplaribus ſequitur*, quia falſum eſt;aliud,&c.*Sed in emendatioribus ea verba vel nõ habentur, vel alia manu ſunt addita.*

β ¶ Promiſsione.] *Non eſt ſimpliciter dicendum illis, qui pro aliqua promiſsione deſerunt accuſationem, ſemper veniam dari. Nam in Paulo, de quo in ſubiecto capite loquitur B.Gregorius, aliæ aderant cauſæ,quæ in ipſa epiſtola exponuntur, his verbis;* Tamen quia plus eſſe conuenit nos miſericordes, quàm diſtrictos;hanc ei culpam ignoſcimus,atque eum in ordine,locoq; ſuo recipiendum eſſe cenſemus. Nam et à tempore prolatæ ſententiæ afflictionem,quam pertulit, credimus ad vindictam huius poſſe culpæ ſufficere. *& inferius in eadem epiſtola refert aliqua à prædicto Paulo in vtilitatem eccleſiæ facta, quæ etiam mouere B.Gregorium potuerunt, vt erga eum eſſet clementior. Erant autem in ipſo capite multa B.Gregorij verba omiſſa, quorum nonnulla viſa ſunt addenda.*

¶ De eo,qui promiſsione illectus accuſationem deſerit. C. VI.

Poly. l.1.tit.6. Anſ.l.3. c.113.

PAulum itaque diaconum,quamuis culpa ſua vehementer confundat,quòd deceptus promiſsione [d],ab accuſatione nuper depoſiti quondam epiſcopi ſui deſtiterit; tamen hanc ei culpam [e] ignoſcimus. Omnis γ igitur, qui crimen obijcit, ſcribat ſe probaturum. Re vera ibi ſemper cauſa agitur †,vbi crimen admittitur: & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

† *al. agatur.*

γ ¶ Omnis.]*Hinc vſque ad finem in vetuſtioribus, ac melioribus Gratiani codicibus nõ leguntur: nec ſunt Gregorij, ſed Fabiani, & Hadriani Pontificum: quæ infra q.8.cap. qui crimen. & 3.q.6.c.1.citantur ex Fabiano, & c.fin.ex capitulis Hadriani.*

Idem Gregorius eadem epiſtola.

¶ De ijs, qui accuſationem deſerunt, vt eccleſiaſticos ordines accipiant. C. VII.

Anſel. l.8.c.36.

EVphemium,atque Thomam, qui pro deſerẽda [f] accu-

SED ALIVD EST. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua dicitur, quòd ſi aliquis eſt deceptus promiſſione teſtium, parcitur ei:ſi autem pecuniæ defecerit,non parcitur illi: & hoc probat duabus auctoritatibus.Io.de Fan.

2 Adde hic Alexan. de Imo.in l.1. C.de erro. cal.

CASVS.Adhuc diſtinguit Gratianus, & dicit,quòd aliud eſt nõ probare crimen, quia falſum eſt illatum crimen: quo caſu non parcitur: aliud promiſſione aliqua deſerere accuſationem, in quo caſu venia datur:quia deceptus fuit promiſſione pecuniæ vel quia teſtes ei promiſerũt ſe veritatem de crimine commiſſo dicturos.

PAulum.]CASVS. Paulus epiſcopũ ſuum accuſabat: promiſſione eius deceptus deſtitit ab accuſatione. Dicit Papa,q licet valde deberet puniri,tamen ei pœnam remittimus.

d ¶ Promiſſione.] nõ promiſſione pecuniæ. talis enim non poſſet petere abolitionem: 3.nam ſolus ille petit,qui errore vel temeritate, vel calore iracundiæ ad accuſandum venit: vel qui ſuam iniuriam proſequitur:vel qui ſuos conſanguineos accuſauerit.C.de abol.l.2. ideo dic promiſſione, ſcilicet teſtium, qui ei promiſerant ferre teſtimonium contra illum,ſed tũc ſequẽs c.non facit ad propoſitum magiſtri.

3 Quæ fit tripliciter, vt no. 5.ca. q.c.phibentur. Arch.

e ¶ Culpam.] ſed nõ infamiam, vt ꝟ. ead. indulgentia.

EVphemium.]CASVS.Iſti duo epiſcopum ſuum accuſabant: ſed ab eodem ad ſacros ordines promoti fuerunt, vt ab accuſatione deſiſterent: quare dominus Papa eos depoſuit ab omni officio priuando.

Accuſatori an dandæ ſint induciæ.

1 Adde &

ibi non erratur,vbi ex deliberatione aliquid fit. Item ex hoc arg.eſt. quòd etiam accuſatori dandæ ſunt induciæ:arg.contra.3.quæſt.3.§.ſpatium 1.

f ¶ Pro deferenda.]qui ex pacto deſiſtit, fortius incidit

dit in Turpillianum, quàm alter: quia etiam femina in hoc caſu incidit, quæ aliàs non incideret, vt C. ad Turpilia. ſi femina. ff. ad Turpilia. mulier.

HINC COLLIGITVR. CASVS huius §. ſic ponitur, Dictum eſt ſ. in illo c. Paulum. quòd Dominus Papa culpam remiſit: & ſic per conſequẽs videtur ꝙ infamiam poſſit remittere. Sed contradicit Gelaſius: qui dicit, quòd quãquam animas ſaluare per pænitentiam poſſumus, infamiam tamen abolere non poſſumus. Similiter Stephanus contradicit: qui dicit: Hos enim ſub nota infamiæ perpetuæ ad pænitentiã ſuſcepimus. ſoluit ſtatim, vbi dicit, vel nõ fiunt: & dicit ꝙ non omnes ſunt infames ſecundum canones quos ſæculi leges infames dicunt. & ita Paulus non fuit infamis ſecundum canones, licet ſecus ſit ſecundum leges. Et hoc probatur exemplo mulieris, quæ nubit intra tempus luctus: quæ non eſt infamis de iure canonum, licet ſit ſecus ſecundum leges. Sed opponit Gratianus huic ſolutioni. nam dicit Stephanus: Omnes infames dicimus quos ſæculi leges infames pronũtiant: & ita Paulus & mulier, quæ nubit intra tẽpus, &c. erunt infames ſecundum canones. Sed ſoluit dicendo, quòd illud Gelaſij & Stephani; quamquam animas ſaluare &c. & hoc, ſub nota infamiæ perpetuæ, &c. intelliguntur de ijs, quibus eſt infamia irrogata per ciuilem iudicem; quæ aboleri non poteſt niſi per ciuilẽ iudicem. Nec eſt contrarium quod dicitur de muliere, quæ nubit intra tempus luctus, ei quod dicit Stephanus, infames dicimus, &c. quia in matrimonio leges ſacros canones imitantur: & ipſa mulier non eſt infamis, nec Paulus: cum ei nondũ ſit infamia per ciuilem iudicem irrogata.

b ¶ Infamem.] id eſt, infamandum per ſententiam, nõ ipſo iure, vt ff. ex quibus cau. irroga. infa. l. Atletas. licet M. hic notauerit. [Hic fateor plane te mẽtiri Gratiane.] qui enim citra abolitionem deſiſtit, non infamatur, ſed punitur [2] in quinque lib. auri, vt ff. de præua. l. 3. §. vlt. ſed tantum per ſententiam infamatur, vt C. ad Turp. l. 2.

2 De hoc l. & no. ſ. c. præuaricationem. ver. ſi quis autẽ. & ſ. ead. ſi quẽ. dic vt ibi Arch.

ſatione epiſcopi [a] ſui ſacros ordines acceperunt, eiſdem ſacris priuatos ordinibus eſſe, atque ita, ſicut ſunt depoſiti, volumus permanere.

a ¶ Epiſcopi ſui.] *Hæc verba in eo epiſtolæ loco non ſunt: ſed ex ijs, quæ antecedunt, innititur, cum à quo Euphemius, & Thomas ideo ordinati fuerunt, vt ab ipſius accuſatione deſiſterent, fuiſſe proprium illorum epiſcopum.*

Hinc colligitur clericorum infamiam [a] per Romanum Pontificem aboleri poſſe cõtra illud Gelaſii: [Quamquam animas per pænitentiam ſaluare poſſimus, infamiã tamen abolere non poſſumus.] Contra illud Stephani, qui cum cauſas enumeraſſet, ex quibus infamia irrogatur: [Hos omnes, inquit, ſub nota perpetuæ infamiæ ad pænitentiam ſuſcipimus.] Vel non fiunt infames lege canonum omnes, quos leges ſæculi infames pronuntiant, cum Paulus diaconus, qui non impetrata abolitione ab accuſatione deſtiterat, hac auctoritate dignitatem officij ſui recuperauit, quẽ ſenatuſconſultum Turpilianum infamem [b] pronuntiat. Quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit: cum matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori; & iure poli mortuo viro mulier ſoluta eſt à lege viri: nubat, cui vult. Sed idem Stephanus econtra ſcribit dicens: [Infames dicimus; quoſcumque leges ſæculi infames pronuntiant.] Sed illud [c] Gelaſii, & Stephani: [Quamquã animas, &c.] & : [Sub nota perpetuæ infamiæ, &c.] de illis intelligitur, quibus per iudicem ciuilem infamia irrogatur: quorum [d] ſicut examinatio & caſtigatio, ita & in integrũ reſtitutio non niſi ad ciuilem [e] iudicem ſpectat. De ea vero quæ intra tempus luctus nubit, non eſt contrarium ei, quod Stephanus ait: [Infames dicimus, &c.] Cum enim leges ſæculi præcipue in matrimonio ſacros canones ſequi [f] nõ dedignentur; non videntur pronuntiare infamẽ, quæ apoſtolica, & canonica auctoritate non illicite nubit.

4 ¶ *Notandum eſt quoque, quòd aliud eſt, cum aliquem pænituerit criminaliter accuſaſſe, & inſcriptionem fe-*

Iuo par. 9. c. 23. omnia hæc ex Calixto, in cui⁹ ſecunda epiſtola habentur.

¶ proxime antecedenti cap.

l. 1. ff. ad ſenatuſcon. Turpil.

1. Cor. 7.

6 q. 1. infames, & in capit. Hadriani, c. 21.

1 Concor. l. in bello. §. factæ. ff. dec. capt. & l. 1. C. de ſẽten. paſ. & l. 1. §. de qua. ff. de poſtu.

Infamiã tollit epiſ.

a ¶ Infamiam.] non facti [1], ſed iuris. Sed videtur ꝙ poteſt, vt ſ. 6. q. 1. illi qui, contra. extra de ſimo. ex diligenti. ſ. 15. q. 6. auctoritatem. ſ. 2. q. 3. ventum. contra. vel ſupple non poſſumus niſi poſt pænitentiam, vt ſ. prox. cap. q. 4. conſanguineorum. vel non poſſumus per pænitentiam, ſed per in integrum reſtitutionem. Vnde bene concedo, quòd epiſcopus poſſit tollere infamiam in omni crimine in quo poteſt diſpenſare. nam & ſenatus tollit infamiam, vt ff. de poſtu. l. prima, §. de qua. & eccleſia comparatur ſenatui, vt infra 16. quæſt. prima, eccleſia.

c ¶ Sed illud.] ſuæ ſolutioni obijcit quod eſt ſexta quæſtio. 1. infames.

d ¶ Quorum.] extra qui filij ſint legi. per venerabilem. contra.

e ¶ Non niſi ad ciuilem.] niſi velis dicere, quòd Reges iuriſdictionem habeant à Papa.

f ¶ Sequi.] in authentica, vt cler. apud proprios epiſcopos. §. penultimo, colla. 6.

NOTANDVM. Hæc eſt 4. pars huius quæſt. in qua dicitur ꝙ ſi pænituerit aliquẽ accuſaſſe, ante litis conteſtationem poteſt deſiſtere, & hoc probat per quamdam legem Lombardam. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit quod dictum eſt, & alio modo, vt locum habeat lex Lombarda, quæ ſequitur, vt dicit Gratianus ꝙ eſt aliud cum quis pænitet aliquem innocentem criminaliter

minaliter accuſaſſe, & ab eo abſoluitur: aliud eſt cum pecuniam accepit à nocente, vt ab accuſatione deſiſtat. Et ad hoc inducit legem ſequentem.

a ¶ Si ab innocente.]& voluntate iudicis, vt C. de abol. l. 1. & vlt.

5. & hanc pœnã nemo præſtat, niſi qui deſiſtit à publico crimine. ff. ad Turpil. l. ſi quis. §. ſi Stellionatus 2. ſed q deſiſtit ab accuſatione priuati criminis, infamis eſt, & extra ordinẽ arbitrio iudicis punitur, vt ff. ad Turp. & in priuatis. & C. eo. l. 2. Sed ſi accuſator abſens eſt, & citatus noluerit procedere in accuſatione, tũc grauius puniuntur q̃ pœna 5. lib. auri, vt ff. d pœ. abſentẽ. §. 2. lo.

2 Adde vſque ad qđ tempus deſiſtere licet ab accu. ſine pœ. no. Bart. in l. quæſitũ. ff. ad Turpil.

Si quem

ciſſe, ſi ab innocente [a] *fuerit abſolutus: aliud, ſi pecuniam à nocente acceperit, vt à probatione eius, quod obiecerat, deſiſtat.*

Cod. Theod. li. 9. tit. 37. c. 1. in interpretatione

Vnde in libro capitularium, c. 175. legitur.

¶ De eo, quem pænitet criminaliter accuſaſſe. C. VIII.

Iuo p. 16. c. 251

SI quem pænituerit [b] accuſaſſe criminaliter, & inſcriptionem [c] feciſſe de eo, quod probare non potuerit; ſi ei cum accuſato innocente conuenerit [d], inuicem ſe abſoluant. Si vero iudex eum, qui accuſatus eſt, crimino ſum eſſe cognouerit, & inter reum & accuſatorem per obreptionem [a] conuenerit de colludio; pœnam accipiat legibus [e] conſtitutam.

a ¶ Per obreptionem.] Apud Iuonem legitur, factum per corruptionem conſenſum, de colludio pœnam excipiat legibus conſtitutam. Sed in interpretatione legis primæ, quæ eſt in Codice Theodoſiano, hoc modo, per corruptionem de abſolutione reatus conuenerit, is, qui reus probatur, remoto colludio pœnam excipiat legibus conſtitutam.

Tit. 16. ad ſenatuſconſ. Turpilianum.

§ *Notandum quoque eſt, quòd ſicut digeſt. libro 48. titulo de abolitionibus criminum leg. prima, legitur.* [¶ *Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubijcitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur. Calumniari* [f] *eſt falſa crimina intendere: præuaricari vera crimina* [g] *abſcondere: tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Calumniatoribus* [a] *pœna legitime* † *irrogatur. Sed non vtique, qui non probat quod intendit, protinus calumniari uidetur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur: qui reo abſoluto* [h], *de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente* [i] *ductus ad accuſationem proceſſerit: & ſi quidem iuſtum eius errorem reperit, abſoluit eum: ſi vero in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. Quorum alterutrum ipſis verbis pronuntiationis manifeſtatur. Nam ſi quidem ita pronuntiauerit; non probaſti, pepercit ei: ſin autem pronuntiauerit; calumniatus*

† al. lege Rhemia. al. Memmia

NOTANDVM. Hæc eſt 5. pars quæſtionis, in qua facit differentiã inter calũniatorem, & tergiuerſatorem, & præuaricatorem. Io. de Fant. CASVS. Supra in primo, ſecundo & tertio c. huius quęſtionis fecit mentionem de calumniatoribus, & in illo c. Paulum. de tergiuerſatore, & ideo hic dicit, quid ſit calumniator, quid pręuaricator, & quid tergiuerſator, & qua pœna puniatur.

ACCVSATORVM. CASVS. Accuſator tripliciter delinquit. Aut enim calumniatur, id eſt falſa crimina intendit. Aut pręuaricatur, id eſt, vera crimina abſcondit. Aut tergiuerſatur, id eſt, in totum ab accuſatione deſiſtit ſine iudicis auctoritate. Sed qui nõ probat, nõ ſtatim calumniari vr̃, imo iudex inquirere debet, qua mente, & qua intentione ad accuſationẽ proſilijt; & ſi in eo iuſtũ errorem deprehẽderit, abſoluet eũ. ſi eum in calumnia deprehenderit, cõdenabit. ſed ſi ita pronuntiauerit, calũniatus es, cõdenabit eũ. & ſi pœnam non dixit, p̃ legis auctoritate imponit, & non arbitrio iudicãtis. Si autem ita pronunciauit, non probaſti, vel eũ temere accuſaſti, pepercit ei. temeritas enim, &c.

SI quem pęnituerit.] CASVS. Si quem pænituerit innocentem criminaliter accuſaſſe, & cum eo conuenerit, ad inuicem ſe abſoluant. Si autem nocentem accuſabat, & per obreptionẽ, id eſt, deceptionem accepta pecunia ab accuſatione deſiſtit, ſtatuta pœna punietur.

b ¶ Pænituerit.] dum tamen non accuſauerit 1 fallaciter, vt C. de abo. l. fallaciter.

c ¶ Et inſcriptionem.] Nam ante inſcriptionem poteſt deſiſtere. ff. ad Turpil. quæſitum. & extra de accu. licet. in fine.

d ¶ Conuenerit.] immo etiã eo inuito 30. dies poteſt: niſi reus iam ſit paſſus aliquam iniuriã, vt C. de abol. l. fallaciter.

e ¶ Legibus.] pœna 40. ſolidorum, vt eſt in Lombardia. nam ſecundum legem Lombardam qui deſiſtit ab accuſatione criminis, cõdemnatur in 40. ſolidis: ſed ſecundum legem Romanam qui deſiſtit ab accuſatione publici criminis, punitur in 5. lib. auri. ff. de præuar. l.

f ¶ Calumniari.] immo ſic videtur quòd calumnietur, vt ĩ. ca. q. proxi. qui nõ probauerit. Sed intellige. in his 3 quos excuſat neceſſitas, pietatis officium, & criminis enormitas, & iuſtus dolor. C. de adul. quãuis. C. q accu. nõ poſſunt. l. 2. & C. de fal. mone. l. 1. & C. de calum. l. 2.

g ¶ Crimina.] id eſt, probationes.

h ¶ Abſoluto.] id eſt, abſoluendo 4: ne ſit cõtra C. de calum. l. 1. Vel dic abſoluto quo ad animum, vt ff. de ver. ſigni. fugitiuus. Vel dic quòd ſi iudex ex officio ſuo vult punire calumniantem, hoc faciat ante ſententiã abſolutionis: vt C. de calum. l. 1. ſed aliquo accuſante ipſum de calumnia quandoqumque poteſt vel idem iudex, vel alius, C. de aduo. diuer. iudi. l. 1. &. ff. ad Turpil. l. 1. in princi.

i ¶ Qua mente.] id eſt, quo animo venit ad accuſãdũ.

1 Immo etiã debat ſe ꝓbaturum: nam ſi calumnioſe accuſaret, non poſſet impetrare abolitionẽ, vt C. & c. vt ſequitur ſecundum L.

Accuſationem deſerens qualiter puniẽ.

3 Scilicet q nõ protinus videntur calumniari. P.

4 Add quãliter ꝓprie capiat hęc dictio abſolutus & abſoluo. in l. in ꝫria. ff. d vſu. & in l. 1. ff. ad Turpil.

a ¶ Legis.]

es, cōdemnauit eum: & quamuis nihil de pœna ſubiecerit, tamen legis [a] poteſtas aduerſus eum exercebitur. Nam vt Papinianus reſpondit, facti quidem quæſtio in arbitrio [b] eſt iudicantis: pœna vero perſecutio non eius voluntati [c] mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur. Si autem ß interloquendo dixerit, Titius temere accuſaſſe videtur, non calumniatorem pronuntiauit. Temeritas enim facilitatis ueniam continet: & inconſultus [d] calor calumniæ vitio caret: & ob hoc nullam pœnam huic irrogari oportet.] Vlpianus libro 47. tit. de præuaricatoribus, l. prima. Tit. 15. *[¶ Præuaricator, eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. Quod nomen Labeo à varia certatione tractū ait. Nā qui præuaricatur, ex vtraq. parte conſtitit †, quinimmo [e] ex altera.* † al. conſiſtit *Is autem præuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. Ceterum aduocatus nō proprie præuaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet? Siue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus eſt, hoc eſt prodiderit [f] cauſam, hic extra ordinem ſolet puniri. ¶ Sciendum [g] eſt,* l. 2. Sciendum *quod hodie iis, qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria.] & infra. ¶ Accuſator [h] de præuaricatione cō uictus, poſtea ex lege non accuſat.* l. 5. Accuſator *¶ In omnibus [i] cauſis (præterquàm in ſanguine) qui delatorē [k] corrūpit, pro uicto habetur.]* l. fin. eod. tit. *& infra libro 48. tit. de abolitionibus criminum. [¶ Præuaricatorem eſſe eum oſtendimus, qui concludit cū reo, & trāſlatitie munere accuſandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas vero rei excuſationes admitteret.* d. l. 1. ad ſenatus con. Turpilia. §. præuaricatorē. *¶ Si quis autem ab accuſatione citra abolitionē deſtiterit, punitur. Abolitio priuatim [l] à præ-*

a ¶ Legis.] forte ſecundum diſt. quæ eſt ff. de pœn. abſentem. in fi.
b ¶ Arbitrio.] id eſt, inquiſitione.
c ¶ Voluntati.] vt ĩ. 3. q. 7. iudicet. C. de pœ. ſi operis. C. ad leg. Iul. de pu. ſeruos. in fi. & ff. ad Turp. l. 1. in princ. Sed cōtra C. de infa. & ſi ſeuerior. 45. diſt. omnis qui contra. & ĩ. 23. q. 5. c. 1. contra, de pæ. diſt. 1. §. pœnç. In omnibus iſtis contrarijs dicitur, q̃ iudex poteſt moderari pœnam. Quidam dicunt iſtud loqui de ordinarijs pœnis, illud de extraordinarijs. Sed hoc nihil eſt, quia in illo cap. circumcelliones. 23. q. 5. c. 1. loquitur de ordinario crimine. ſ. homicidio. Sed dic q̃ ex cauſa & perſona & ætate & ratione ſcandali, poteſt iudex arctare vel ampliare pœnam. Ex cauſa, vt 50. diſt. vt conſtitueretur. & ff. de pœ. aut facta. §. vlt. Ex perſona, 23. q. 1. qui contra & ff. de pœ. capitaliū. §. vlt. vbi dicitur maiores puniri minori ſupplicio, & ſeuerius ſeruos quàm liberos, famoſos quàm integri ſtatus. Aetate, 86. diſt. tanta nequitia. Ratione ſcandali, vt ĩ. q. 1. in primis. Vel dic, non pōt ſine cauſæ cognitione, ſed cū cauſæ cognitione poteſt. Vel dic, non poteſt poſt ſententiam, ſed ante poteſt, vel in ſententia. C. de pœ. l. pœnam. vbi dicitur, ſua dicta præſidi reuocare non licet. ff. de re iud. cum quærebatur.

Iudex pœnam arctare & ampliare pōt.

d ¶ Et inconſultus.] arg. non eſſe imputandum quod fit cum impetu mentis, vt ĩ. eo. ſi quis iratus. C. ſi quis Imperatori maled. l. vna. contra, ĩ. 17. q. 4. ſunt qui opes. & extra de cle. male. innotuit 1.

1 Ibi exponitur temeritate, i. de ſt pertinacia. ſm omnes, aliàs obtinet qd̃ hic dr̃. De hoc dr̃ extra de côuer. coniu. dudum. Arch.

PRÆVARICATOR. CAſus. Præuaricator dr̃ ille, qui ſimulat diligere vnam partem & iuuare, & alteram iuuat, & dr̃ proprie præuaricator in publico iudicio. Aduocatus non proprie dr̃ præuaricator, vnde ſi præuaricatus ſit in publico iudicio vel priuato, extra ordinem punietur. omnis autem præuaricator extra ordinē punitur, & de cetero non accuſat: ſed qui accuſatorē ſuū corrumpit (niſi in cauſa ſanguinis) habetur pro conuicto. Ponit etiā aliam acceptionē huius nominis, præuaricator, & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis autē.] dr̃ q̃ nullus debet ceſſare ab accuſatione ſine abolitione, alioquin punitur. Dr̃ etiā qualiter debeat abolitio impetrari, & q̃ d ſingulis criminib⁹ dēt impetrari iudice ꝓ tribunali ſedente.

e ¶ Quinimo.] correctiue ponitur. ſic ff. de her. inſti. ſi ita fuerit ſcriptū. aliàs pro vel, ponitur. C. de ſacroſan. eccl. iubemus. §. œconomus. non proprie, ſed abuſiue.

Quinimo dupliciter ponitur.

f ¶ Prodiderit cauſam.] vel qui reuelant ſecreta cauſæ aduerſario, vt ff. de re mili. omne. §. exploratores.
g ¶ Sciendum.] lex ſecunda.
h ¶ Accuſator.] hæc eſt lex quinta.

i ¶ ¶ In omnibus.] ſcias q̃ in omni crimine capitali quod irrogat pœnā ſanguinis, licet tranſigi, præterquā in crimine adulterij. Sed in alijs capitalibus, quæ nō irrogant pœnam ſanguinis, non licet tranſigi, niſi in crimine falſi, vt C. de tranſac. l. tranſigere. ſed in priuatis criminibus non inuenio prohibitum quin poſſit [2] tranſigi. Sed vr̃ q̃ ſm canones non poſſit tranſigi ſuper aliquo crimine, quia ſm canones nullū crimen irrogat pœnā ſanguinis. 23. q. 8. his à quibus. & ita ſuper publico crimine nō licet tranſigi. itē nec ſuper priuato, quia ſm canones omne crimē publicū eſt 2. In cauſa ciuili licet qſque ab accuſatione deſiſtere, etiā ſine iudicis auctoritate, ſiue pecunia accepta, ſiue gratis, niſi ſit actio famoſa, vbi requiritur iudicis auctoritas. ff. de iis q no. infa. furti. §. pactus & 5. q iuſſu. In cauſa criminali ante inſcriptionē ſemper pōt recedere, dū tñ gratis fiat. ff. ad Turp. mulier. & l. quæſitū. & extra de accu. licet. ſed poſtea nō licet niſi iudicis auctoritate, & rei cōſenſu. ſi reus fuerit aliqua tormēta paſſus. ſed ſi nō fuerit aliqd paſſus, tūc vſque ad triginta dies pōt accuſator, eo inuito, deſerere accuſationē. C. de aboli. l. 12. & vlt. ſm canones forte nō licet recedere ab accuſatiōe ꝓ pecunia, nec tranſigi: qa omne crimen vr̃ ſm canones eſſe publicū, vt hic, & extra de collu. dete. c. 1. & 2. arg. tñ eſt q̃ poſſit auctoritate iudicis. 5. q. 2. ſi primates. & extra d of. arch. ea quæ in parte deciſa. ĩ. ĩ. 90. diſt. diſſidentes. ar. ĩ. 2. q. 7. quapp 4. extra de ſimo. nemo. Sed in cauſa ſpirituali nullo modo licet pecunia accepta deſiſtere, quia in ea nō licet trāſigi pro pecunia. extra de rer. permu. c. fi.
k ¶ Delatorem.] id eſt, accuſatorem. punitur enim talis in 5. li. auri. ff. ad Turpil. l. & in priuatis. ff. de præua. l. 3. ff. ad Turpil. l. 1. §. abolitio.
l ¶ Priuatim.] id eſt, priuata.

Tranſigi licet in aliquibus criminibus.

2 Vt colligitur ex canone 6. q. 1. infames. vt ibi not. & in ſeq.

4 Dic quòd prima pš vera eſt, & hoc c. qua propter intelligitur cauſa denuntiationis, vbi delinquēs pœnitere non vult. non ob. extra de collu. c. 3. quia locum habet poſtquā de crimine cōſtat, quod vndecumque claruerit, eſt puniēdū. 24. q. 3. ecce. ſm Tan.

a ¶ Deman-

a ¶ Demandare.]ff.de reg.iur.omnia quæ.
b ¶Singulorum.]ſic extra de ſenten.excommu.offi cij, & ff.de app.cum in vna.ff.de ope. no. nun.de pupillo. §.ſi pluribus.
c ¶ Animum.]præſumitur depoſuiſſe, quia tépore ſtatuto nubit intra tempus luctus, nõ notetur aliqua infamia: in hoc leges nõ dedignantur ſacros canones imitari, vt extra de ſecun. nup.cap. pen. & fi. nec canon aliquam pœnam imponit ſic nubenti . Ioan . & ſic nõ punietur aliqua pœna ex eo q nubit intra tempus luctus.

Mulier nubens intra tempus luctus nõ infamatur.

†al.preſide

ſidibus † poſtulari, ac impetrari ſolet: item pro tribunali, non de plano: nec præſes hanc cognitionem alteri demandare [a] *poteſt. Si plura crimina idem eidem intulerit, ſingulorum* [b] *abolitionem debet petere, alioqui, prout quid admiſerit* †, *eius nomine ſenatus conſulti pœnam patietur.] & titulo eodem: [Deſtitiſſe eum accipimus, qui in totum animũ* [c] *agendi depoſuit, non qui diſtulit accuſationem: ſed qui permiſſu Imperatoris ab* † *accuſatione deſtitit, impunitus eſt.] Abolitio* [d] *enim pœnam remittit* †, *infamiam non tollit. Vnde Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus A A A. lib. 9. Cod. eo titulo de generali abolitione dixiſſe leguntur. ¶ [Indulgentia, Patres conſcripti, quos liberat, notat* [e]; *nec infamiam criminis tollit, ſed pœna gratiam facit. Si autẽ, reſtituo te in integrum, princeps dixerit, infamiam tollit.] Vnde in eodem libro. tit. de ſententiam paſſis, & reſtitutis cuidam deportato in inſulam Imperator Antoninus dixiſſe legitur: [Reſtituo te in integrum prouinciæ tuæ,] & adiecit: [Vt autem ſcias, quid ſit in integrum reſtituere, reſtituo te honoribus & ordini tuo, & omnibus* [f] *ceteris.]*

† al. omiſerit
l.13.deſtitiſſe.
† al. accuſatione
¶Adde hoc eſſe verũ, niſi accuſator fraudulenter impetret eã. l.2.cũ ibi no.per Cy. C. de abolitio.
tit.43.le.3.& in cod.Theod.lib. 9.tit 38.
tit.51.l.1.§.reſtituo.

α ¶ Calumniatoribus pœna legitime irrogatur.] *Hæc verba licet in collatu Gratiani manuſcriptis exemplaribus non habeantur, tamen quia ſunt etiam in Pandectis, non ſunt expuncta.*

C ¶ Si autem interloquendo.] *Hactenus retulerat Gratianus verba Iuriſconſulti. Hinc autem vſque ad ver.* oportet, *refert tantummodo ſententiam.*

QVAESTIO V.

¶ *Quintam ponit poſt tertiam, quia harum quæſtionum ſimillimum eſt argumentum.*

1 g: *D*Eficientibus vero accuſatoribus reus non videtur eſſe cogendus [g] ad purgationem. Sicut enim rei poſſeſſor deficiente actore

DEficientibus.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes. In prima parte probat per quattuor auctoritates Sanctorum, quod ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Secunda ibi, [Verũ.] tertia ibi, [Iuramento.] Quarta ibi, [Sed quælibet.] Ioan. de Fant. & pòſt ſuperaddi quinta ibi, [Cõtra in concilio.] Arch.
CASVS. Hic intitulat quinta quæſtio, qua quæritur, vtrum deficiéte accuſatore re⁹ cogatur ad purgationem, & allegat pro vtraque parte, & primo q non: quia clerici iurare nõ debent. Et ponitur hic quæſtio quinta vel vitio ſcriptorum, vel ex oblitione vel negligentia Gratiani: vel quia magis erat affinis tertiæ quàm quartæ. Dicitur ergo in hoc §. q ſicut aliquis nõ cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, ita deficientibus accuſatoribus, reus non cogitur ad purgationẽ, qa clerici iurare non debẽt. Et probat hoc per ſeq. cap.
g ¶ Cogendus.]Primo probat, q non ſit cogendus clericus ad purgationẽ, quia clerici non debent iurare. Sed not. q vulgaris expurgatio prohibetur, quia fabricante diabolo eſt inuenta, vt j. ca. Mennam. Et contraria cap. ſunt abrogata. cum ſint contra præceptum Domini . Non tentabis dominum Deũ tuum. Canonica purgatio indicitur cum deficiente accuſatore reus laborat infamia: aliàs nõ 2, vt 6.q.5.quod autem. fama autem orta à detractoribus vel malis non inducit purgationem, vt 11.q.3.in cunctis item nec orta ab inimicis. extra de purg.can. cum in iuuentute 3. ſed ſola illa, quæ ex probabili præſumptione eſt orta. Quidam tamen dicunt, q vndecumque ſit orta, inducit purgationem, argum. extra de acc. accedens . Sequitur videre quota manu ſit expurgatio facienda, epiſcopus xij. ſacerdotes, vij. diaconus tertia ſui ordinis. vt j. ca. ſi legitimi. & c. presbyter. & c. omnibus. ſubdiaconus vel inferior poteſt ſola manu , nam à ſolo epiſcopo iudicari poteſt in crimine. 15.q.7. felix, hodie ſunt arbitrariæ expurgationes, vt j. ca. omnibus. expurgatio fiet publice coram omnibus, ſi eſt publice infamatus. j. c. presbyter ſi a plebe. ſi apud clerum, tunc tantum priuatim. ĩ. 15.q.5.cap.1.Ioan.

Gratianus qſiq; deceptus fuit.

tuto nõ procedit ad accuſationem, vt extra qui ma. ac. poſ. cum in tua. & C. qui ac. nõ poſ. ſi ea. niſi cũ eſt proteſtatus, vel cum biénium eſt elapſum, vt C. vt intra certum tempus criminalis quæſt. l. vlt.
d ¶ Abolitio.] Hic fuit deceptus Gra. ex eo q legẽ iſtam reperit inſertã in tit. illo, quã nõ alia de cauſa iuriſperitus ibi inſeruit, niſi propter ſimilitudinẽ: quia ſicut abolitio infamiam tollit, ſic indulgentia pœnam.

1Et exponẽ notat 1. notatos Infamia relinquit, niſi ſpecialiter nominatim ei etiã remittat infamiã, vel in integrũ ad omnia reſtituat. Archid.

INDVLGENTIA. CASVS. Si princeps alicui damnato pœnam remittit, non tollit infamiam, ſecus ſi dicat, te in integrum reſtituo. Et hoc probatur lege ſequenti, cuius caſus patet.
e ¶ Notat.] ſi.1.quæſt.1.ventum. & 3.c. §. hinc colligitur 1.
f ¶ Et omnibus ceteris.] Argu. q reſcriptum principis eſt latiſſime interpretandum, vt 12.q.2 §. qui manumittitur & extra de dona. cum dilecti. in fin. Fallit hoc, nã licet mulier reſtituatur famæ, quæ nubit intra tẽpus luctus, tamen ſemiſſem bonorũ tenetur dare filijs ſ ſ ioris matrimonii. C. ad Tertul. ſi qua mulier . Sed forte hoc falſum eſt ſecundum ius canonicum, cum mulier, quæ

Purgatio eſt duplex.

2De hoc. j. c. conſbus. & gl. aut pro, &c. ibi videas . ſed hoc dictum hic approbat L. & per idẽ c. Sed arg. cõtra. infra c. legitimi. & ibi dicam. Arch.
3 al. c. pen.

a ¶ Non

titulum ſuæ poſſeſſionis probare non cogitur [a] *; ita qui impetitur, ad innocentiam ſuam probandam cogendus eſſe non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelij, & Triburienſis concilij ſacerdotes iurare prohibentur, niſi pro recta fide.*

Ait enim Cornelius epiſt. ſecunda ad Rufum epiſcopum orientalem.

¶ Iuramentum à ſacerdotibus non eſt exigendum. C. I.

SAcramentum [b] hactenus [c] à ſummis α ſacerdotibus, vel Dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta, minime cognouimus: nec ſponte eos iuraſſe reperimus. Burc. l. 1. c. 193. Iuo p. 5. c. 308. & p. 12. c. 77.

¶ *In vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt cum duobus ſequentibus, quæ ſunt ex eadem epiſtola Cornelij Papæ.*

α Summis.] *Sic habet originale. Sed Burchardus & Iuo in quinta parte,* ab epiſcopis, & reliquis ordinibus exigi: *idem vero Iuo in parte 12.* à ſummis ſacerdotibus, vel reliquis Dei miniſtris.

Item paulo inferius.

¶ De eodem. C. II.

NOs ſanctorum exempla ſequentes, ſanctorum Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum iura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus. Iuo p. 12. c. 77.

Item ibidem.

¶ De eodem. C. III.

NOs ſacramentum epiſcopis neſcimus oblatum; nec vmquam fieri debet β.

β ¶ Debet.] *ſequebatur,* niſi pro recta fide, *quæ ſublata ſunt: quia neque in optimis manuſcriptis, neque in ipſa epiſtola hoc loco habentur; ſed ſupra ead. c. 1.*

Item ex concilio Triburienſi, c. 21.

¶ Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum querimoniam habeat, epiſcopo præcipiente terminetur. C. IIII.

SI quis presbyter contra laicum, vel laicus cõtra presbyterum aliquam habet querimoniæ controuerſiam, epiſcopo præcipiente † [d], ſine perſonarum acceptione finiatur *, & laicus per iuramentũ † (ſi neceſſe ſit) ſe † expurget: presbyter vero vice iuramenti †, per ſanctam conſecrationem [e] interrogetur; quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Manus enim per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur iuramento polluetur? abſit: cum

Burc. l. 2. c. 182. Iuo p. 6. c. 227. Pann. l. 5. c. 10.

† *al. regente*

† *al. præiuramento*

† *al. conſtringatur*

† *al. præiuramenti*

a ¶ Non cogitur.] vt 5. 6. q. 5. c. 1. & vlt. niſi in caſibus quinque, ſcilicet cũ quis poſſidet pro herede vel pro poſſeſſore, vt C. de pe. he. l. cogi. Et etiã fundata intentione actoris, vt C. de prob. ſiue. Et cum aliquid poſſidetur contra ius commune. 100. diſt. cõtra morem. Et cũ iam eſt præſumptio contra eum. C. de fur. ciuile. Et cũ poteſt ꝓbari, ꝙ quandoque alieno nomine poſſederit. extra de præſcrip. ſi diligẽti. C. de præſcrip. xxx. ann. male. Item & in vj. caſu, cum ordinatus ministrat, vt 5. c. q. 1. legum, & extra de appel. perſonas. aliàs ſemper obtinet quod hic dicitur, & C. de rei vend. l. vlt. & ff. vti poſſ. iuſta.

SAcramẽtum.] CASVS. Dicit Cornel. ꝙ ſacramentum à ſacerdotibus fieri non debet, niſi pro fide. Item prohibet ſacramenta incauta fieri, & dicit ſe neſcire ſacramẽtum oblatum ab epiſcopo.

b ¶ Sacramentũ.] ſcilicet incautum.

c ¶ Hactenus.] vt C. de epiſ. & cle. cum clericis. & 22. q. 5. ca. vlt. Sed forte hoc obtinet in ſacramẽto calumniæ, quod clerici per ſe prohibentur præſtare, ſed per alium poſſunt, vt extra de iura. cal. c. 1. & 2. ſed c. in pertractãdis. cõtra. Iurãt tñ pro recta fide, pro obedientia, & pro pace, & pro indemnitate eccleſiæ. extra de elec. ſignificaſti. vltra medium. 28. diſt. de Syracuſanæ. & cum quis abſoluitur ab excommunicatione, vt extra de ſen. excom. c. nuper.

SI quis.] CASVS. Si quis presbyter cũ laico controuerſiã habuerit, laicus iuramẽto ſe expurget, presbyter per ſuam cõſecrationem adiuretur: quia ſacerdotes, qui conficiunt corpus Chriſti, ex leui cauſa iurare nõ debẽt, cũ gerãt vicem Chriſti diſcipulorum, quibus fuit præceptum ne iurarent.

d ¶ Præcipiente.] ſed quare hic actor non ſequitur forũ rei, contra id 11. q. 1. experientiæ, & C. de iuriſd. omn. iud. l. iuris ordinem. Sed dic. ꝙ loquitur ſecundum ea tempora 2, quando omnes cauſæ determinabantur ab eccleſia, vt 11. q. 1. relatum. & q. 3. cum apud. Vel loquitur ſecundum conſuetudinem quarumdam: extra de for. compen. quod clericis. aliàs, ſi clericus.

e ¶ Conſecrationem.] immo ſufficit ſiue per ſalutẽ, ſiue per aliquid aliud iuretur. 22. quæſt. 5. c. 2. & ff. de iureiuran. non erit ratum. Sic ergo aliquis pot ſe obligare ſub pœna ordinis ſui, vt 1. q. 7. quoties. & etiam ſub pœna anathematis, vt ibi dicitur. Sed nũquid ille, qui obligat ſe ſub pœna ordinis: vel beneficij, eſt priuandus ordine vel beneficio, ſi non ſit verũ illud ad quod ſe obligat? Sic. extra de elect. cum dilectus. in fi.

1 Ideſt, ſi is qui dicit ſe ordinatũ miniſtrat ſacramẽta in aliqua eccleſia ſecũdum Io. de Fan.

Clerici qñdoq; licite iurant.

2 Quando presbyteri iudices negotiorum eſſe mãdati ſunt. 95. diſt. ecce. ſecundũ Laz.

* Concor. tex. i. l. 1. C. de vete. iu. enu. & in Auth. de mona. §. 2. coll. 1.

Obligare ſe pôt aliquis ſub pœna beneficij.

VERVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probatur ꝯrium eius quod præmiſſum eſt, ſcilicet, ꝙ ex cauſa iuſta ſacerdotes poſſunt iurare. Io. de Fant. & hoc probat per xiij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. CASVS. Dicitur hic, ꝙ per ſupradicta prohibentur à ſacerdotibus fieri incauta iuramenta. ſed ſi eſſent infamati à populo, iurare debent. Et hoc probat per ſequentia cap.

Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis (quorum vicê nos indigni in ſancta gerimus eccleſia) dicat: [Nolite omnino iurare, Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non. Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.] *Matth. 5.*

2 *Verũ his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri à ſacerdotibus: ſed tantum incauta, & ea, quæ pro qualibet cauſa temporali iudicio offeruntur. Cum autẽ populari infamia ſacerdotes opprimuntur; tunc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerri.*

Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium, epiſt. 1. & l. 7. capitul. 281.

¶ Sacerdos à populo accuſatus, iuramento innocentiam ſuam aſſerat. C. V.

Anſ. l. 3. c. 79. Burc. l. 2. c. 186. Iuo p. 6. c. 231. Pann. l. 5. c. 9.

PResbyter, vel quilibet ſacerdos, ſi à populo accuſatus fuerit, & certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem; iuſiurandum [a] in medio [b] erit, & illum teſtẽ proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia.

Item ex regeſto Gregorij lib. ſecundo, indict. x. epiſto. 23. ad Iuſtinum prætorem a.

a ¶ Prætorem.] *In codicibus Gratiani eſt*, Imperatorem, *in epiſtola excuſa legitur*, Iuſtino presbytero, *emendatum vero eſt ex duobus vetuſtis codicibus epiſtolarum, & Polycarpo, eſtque idem Iuſtinus, ad quem ſcripta eſt ſecunda epiſtola primi libri, in libris etiam impreſſis incorrupta inſcriptione.*

¶ De Leone epiſcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit. C. VI.

Poly. l. 6. tit. 11. Anſ. l. 6. c. 162. Burc. l. 2. c. 194. Iuo p. 5. c. 309. Pann. l. 5. c. 5.

HAbet hoc proprium [c] antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorũ actuũ perpetratione (Deo ſibi reſiſtente) deijcere non valet, opiniones eorũ falſa ad præſens ſimulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre, & coepiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſit, vtrum vera eſſent, diſtricta diutius fecimus inquiſitione perquiri: & nullam in eo de his, quę dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omiſſum, quod noſtro potuiſſet dubium cordi remanere, ad beati Petri ſacratiſſimum corpus diſtricta eum ex abundanti fecimus ſacramenta præbere. Quibus præſtitis magna ſumus exultatione gauiſi, quòd huiuſcemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria veſtra prædictum virum cum omni charitate ſuſcipiat, & reuerentiam ei, qualem ſacerdoti decet, exhibeat;

PResbyter.] CASVS. Si presbyter fuerit infamatus, & teſtes non inueniantur, ſuo iuramento expurget ſuam innocentiam.

a ¶ Iuſiurandum.] ĩ. 6. q. vlt. c. vlt. contra. Sed hic quãdo infamatur, ibi quando non infamatur.

b ¶ In medio.] ĩ. 15. q. 5. c. 1. contra. Sed illud verũ eſt, cum non eſt publice infamatus. ſic 23. diſt. illud.

HAbet.] CASVS. Leo epiſcopus erat infamatus, quare Papa de hoc quæſiuit diligenter, & in eo crimen aliquod non inuenit, verumtamen ne ſibi aliqua ambiguitas remaneret, eum ſuper corpus beati Petri fecit iurare. eo ſic expurgato mandat Imperatori, vt habeat eũ pro epiſcopo, & ei tãquam epiſcopo reuerentiam præbeat.

c ¶ Proprium.] ex abundanti fiunt aliqua ad ſuperandam hominũ malitiã, vt C. de iud. Auth. iubemus. 11. q. 1. inter verba. extra de elec. bonæ. extra de dolo & contu. cum olim. Et quæ abundant, non ſolent vitiare ꝯtum. ff. de reg. iur. non ſolent. & ff. de verb. ob. quæ extrinſecus. Sed quare dicit, ex abundanti. Dicũt quidã 1, ꝙ ita exilis, id eſt, leuis vel modica fuit infamia, ꝙ nec erat neceſſaria expurgatio. Certe ſm hoc nõ debuiſſet facta fuiſſe inquiſitio: qa inquiſitio nõ eſt facienda niſi ita publica ſit infamia, ꝙ vlteri⁹ ſine ſcandalo non poſſit tolerari, vt extra de accuſa. qualiter. Melius dicas, ꝙ iſte non tenebatur expurgare ſe. Nã cũ inquiſitio præcedit expurgationẽ, ſi teſtes per quos ſit inquiſitio, dicunt ipſum reũ, ſtatim punitur, nec auditur expurgatio ſua. ſed ſi ſemiplene ꝓbant, tũc indĩ expurgatio, vt extra đ pur. cano. inter. Sed ſi per dicta teſtiũ nulla eſt ſuſpicio ꝯ ipſum, tunc nõ eſt onerandus expurgatione, vt hic. Sed qd ſi infamatus vult expurgare ſe, iudex autẽ vult inquirere de fama eius? Vĩ ꝙ iudex potius inquirere poſſit, vt hic & extra ea. inter. Sed ꝯ, illud eſt ordinariũ, ꝙ infamatus ſe expurget: ergo beneficiũ illud nõ eſt ei auferendũ 2. ĩ. ea. q. 1. multi. circa. fi. Sed dic, ꝙ eps ſi vult põt inquirere: quia crimen qñque per inquiſitionẽ reuelatur, quod per purgationẽ occultatur. Sol. ſi infamia orta eſt ꝯ eũ, iudex

1 Vt Lau.

Inquiſitio quando fieri debet.

Inquiſitio an poſſit fieri cõtra volẽtem ſe purgare.

2 28. diſt. & hls. in Aut. de nu. §. ſi autem.

Iudex inquirere poteſt. extra de acc. qualiter.

a ¶ Dubietas.] ergo poſt expurgationem non poteſt accuſari ab aliquo ſuper illo crimine, vt extra de acc. de his criminibus. & 23. q. 4. ſi illic. Nec enim ſepius quærendum eſt de delicto eiuſdem hominis, vt ff. nau. cau. ſta. licet. arg. contra. 33. q. 2. admonere. 25. diſt. primum. extra de accuſ. veniens. vbi etiam poſt abſolutionem cogit ad expurgationem. Tu dicas, quòd illum, qui ſemel eſt abſolutus, amplius nullus poteſt accuſare ſuper illo crimine, niſi in duobus caſibus 1, ſcilicet ſi ſuam iniuriam proſequatur, & probet ſe ignoraſſe accuſationem fuiſſe ab alio inſtitutam, vt ff. de acc. ſi cui. §. 1. & cum vult probare de præuaricatione prioris accuſatoris, vt ff. de præua. l. 3. Io. Decreta. tamen videtur dicere, quòd ſolum iſti prohibentur accuſare, qui prius ſtabant contra ipſum, vt extra de accu. cum P. manconella.

Abſolutus ſemel, in duobus caſibus accuſari poteſt.

1 Adde gl. & Doct. in l. 3. C. de accu. gl. magiſtralis in c. cum dilectus, de ele.

ne qua in cordibus remaneat, de his quæ ſunt iam purgata, dubietas [a]. Sed ita ſupraſcripto vos epiſcopo deuotiſſime oportet in omnibus adhærere, vt congrue, decenterque Deum in eius perſona, cuius miniſter eſt, videamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, lib. 11. epiſt. 8.

¶ Quomodo beatus Gregorius Mennam epiſcopum iuramento purgari fecit. C. VII.

MEnnam vero reuerendiſſimum † fratrem, & coepiſcopum noſtrum, poſtquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo inuenimus culpabilem eſſe, qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus beati Petri apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, ab his, quæ obiecta eius opinioni fuerant, ſe demonſtrauit alienum; reuerti illuc purgatum, abſolutumque permiſimus; quia ſicut dignum erat, vt ſi in aliquo reus exiſteret, culpam in eo canonice puniremus; ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. ¶ Purgationem [a] tamen ante te duobus ſibi ſacerdotibus iunctis, vbi accuſator ceſſauerit [b], eumdem ex ſe præbere tuo committimus arbitrio [c]. Vulgarem denique, ac nulla canonica ſanctione fultam legem, feruentis ſcilicet, ſiue frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuſlibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta inuidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, immo Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſime.

Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 6.

† al. reuerentiſſimum

Alex. II. Raynaldo epiſcopo Iuo p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8.

a ¶ Purgationem.] *Hic erat grauiſſimus error. Coniuncte enim hæc legebantur cum ſuperioribus, quæ Brunichildæ ſunt ſcripta: quaſi purgatio presbyteri à B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epiſtola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis eſt accepta. Verùm Iuo p. 10. c. 15. & Pann. l. 5. c. 8. citant hoc ex epiſtola Alexandri ſecundi Raynaldo Cumano epiſcopo, cuius epiſtolæ initium eſt. infra eadem c.* ſuper cauſa. *Et hic verſiculus,* Purgationem. *continenter legendus eſt poſt extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorum hunc quidem motus nõ eſt: ſed additum eſt in margine nomen Alexandri ſecundi. Ita nihil loci relinquitur admirationis auctoris gloſſæ. Nuſquam enim Romani Pontifices huiuſmodi cauſas mulieribus leguntur commiſiſſe.*

Item Gregorius Caſtorio Notario Rauennæ, lib. 7. indict. 2. epiſt. 80.

MEnnam.] CASVS. Beatus Grego. de crimine Mennę epiſcopi, qui fuerat infamatus, diligenter inquiſiuit, & cum in eo crimẽ nõ inueniſſet, eum ſupra corpus beati Petri iurare fecit, & ſic eum demum ad reginam Francorum tranſmiſit. & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [Purgationem,] &c. mandat Gre. eidẽ reginę, vt ſi accuſatores nõ appareant, indicat eidem epiſcopo purgationem cũ duobus ſacerdotibus: purgationem tamẽ vulgarẽ nõ imponat.

b ¶ Ceſſauerit.] ſi dicas, quòd verbum hoc ceſſauerit, ſit præteriti 2 temporis, non procedit obiectio. vel ſecundum H. cum quis expurgatur non pręcedente accuſatione, tunc poſt purgationem bene admittitur accuſator: ſecus ſi pręceſſerit accuſatio. Vel dic, quòd ſi accuſatore abſente & non citato audita eſt expurgatio, idem accuſator poteſt eũ denuo accuſare, vt C. de accu. l. 4. ſecus ſi eo præſente. Vel loquitur 3 cum ſuam iniuriam vult proſequi. Vel ignorabat accuſationem ab alio inſtitutam. ff. de præua. l. 3. & ff. de accu. ſi cui.

c ¶ Arbitrio.] Delegatur hic laico ſpirituale negotium, ſic 7. 32. diſt. § verum. Fuit tamen hic nimium papaliter diſpenſatum, quòd epiſcopus expurgatus coram Papa cogitur adhuc coram muliercula ſe purgare: cum tamen pleniſſimas debeat habere vires, quod auctoritate Papæ fit, licet per ſe ſit inualidum 4, extra de tranſac. c. 1. in fi. C. de teſt. omnium. Item cum iuſiurandum ſit maioris auctoritatis quàm res iudicata. ff. de iure iur. l. 2. & illud obſtat omnibus accuſare volentibus, etiam in publicis criminibus. ff. de iureiur. eũ qui. §. in popularibus. multo fortius res iudicata obſtabit omnibus. Quare ergo poſtea admittitur accuſator 5? poteſt dici, quòd fuit abſolutus ſub conditione niſi accuſator appareret, vel fuit abſolutus ab inſtãtia iudicij: nec ideo lis perit. ff. de iudic. & poſt dictum.

2 Hoc dicebat L. & eſt ſenſus, quòd deſtitit accuſator.

3 Scilicet l. 1. proxime allegata.

Papa quandoque nimium papaliter diſpenſat.

4 Poteſt dici ſecundum Ioan. quòd hoc totum ideo fuit, vt fama eius clarior appareret. arg. 5. q. 1. quidam.

5 Adde ad hoc glo. & ibi Bar. in l. aut priuatim. & in l. mulier. ff. ad Turpil. no. in l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mor. fue.

Quanto]

Qvanto.]Casvs. Maximū epſ Salonitanus dicebatur acquiſiuiſſe per ſimoniam epiſcopatum. Imponebatur ei, q fornicationem commiſiſſet,& ideo à Papa fuit excommunicatus. nihilominus tamen excommunicatus celebrauit. Dominus Papa volēs eidē epō hoc videtur q fit, quia in nullius vergit præiudicium: ſic.j.de conſe.diſt.4.placuit.

d ¶ Epiſtolam.] ergo quis poteſt abſolui per litteras & excommunicari [2], vt extra de ſimo.accuſatum.& ſ. q. 3.de manifeſta. Quid ſi moreretur prius, quàm litteræ peruenirent ad ipsū. Tunc dicam eum abſoluendum poſt mortem, vt extra de ſent. excom.a nobis. & eſt arg. q tunc demū ſit quis excommunicatus vel abſolutus litteris receptis.argu.4. q.5.quiſquis,& extra de app.ſuper eo,in fi. & ſ.diſt.4.leges. arg. contra.ff.ſi cer.pet.eius qui in prouincia.ibi,ſtatus ſuiſignatis.Sed diſtinguit,vt ff.d acq. poſſ. qui abſenti, vbi dicitur q ſi quis manumittit abſenté, refert an velit eum eſſe liberū quando ſcribit litteras manumiſſionis, vel quando litteræ ad eum peruenerint. Probabilius eſt dici,q excōicatio non ligat niſi à tépore ſcientiæ, ſicut nec lex,vt diſ.4.leges. & 82.diſt.ꝓpoſuiſti.nec ſententia,vt j.ead.q. 6.biduum.lo.Sed certe ſi quis abſens excōmunicatur,ſtatim eſt excōicatus antequā ſciat: quia ſententia excōicationis ſtatim trahit ſecū ſuā executionem, extra de appel.paſtoralis.dummodo ſit pura, & nō conditionalis:verum tamen non punitur cum ingerit ſe communioni hominum ante quàm ſciat.ex.d cler.exc.mi.illud. Error enim facti nemini nocet,vt ff. de iur. & fa.igno.error.B.

[2] Adde ad hoc not.in l.ſeruū.§ publice. ff. de procur. & in l. abſentem. C. de acc.

¶ De Maximo Salonitano epiſcopo, qui ſacramento ſe ipſum purgauit. C. VIII.

QVanto à nobis [a] credi tibi, & neceſſarias vides cauſas iniungi; tanto te ſtrenuum debes & ſolicitum exhibere. Proinde, ſi Maximus Salonitanus præſtito ſacramento firmauerit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri, atq. de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tantummodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit [b], & de inobedientia ſua pænitentiam [c] (ſicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad conſolandum illum, epiſtolam [d], quam ad eum ſcripſimus (vbi ei & gratiam noſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignauimus) experientia tua dare debeat: quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic iterum humiliatis, & pænitentibus [e] negare locum veniæ non debemus [f].

Idem Mariniano epiſcopo Rauennæ, lib.7.epiſt.79.

¶ De eodem. C. IX.

Poly.l.2.tit.37. QVæ de cauſa [g] Maximi ſint agēda, ex epiſtolis, quas ad vos ante tranſmiſimus, agnouiſtis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis veſtræ voluntas ſit, ac magis petitio, à præſentium latore Caſtorio chartulario noſtro renuntiante cognouimus; ideo, ſi idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario noſtro, de ſimoniaca hæreſi præſtito ſe ſacramento purgauerit, atq. de alijs ante corpus ſancti Apollinaris (vt ſcripſimus) tantummodo requiſitus liberum ſe eſſe reſponderit, cauſam ipſius, fraternitatis veſtræ, de eo, quod excommunicatus Miſſarum ſolennia agere præſumpſerit, iudicio committimus, qua debeat pænitentia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [h] vobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quidquid à vobis de hac cauſa fuerit ordinatum, nos & grate ſuſcipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epiſt. ad Orientales epiſcopos, c.1.

d ¶ Epiſtolam.] de gratibus expurgat [3] ſe iuramento, de minoribus nuda pmiſſione.lo.

[3] Sol.8.q 3. c.vlti. vbi de hoc.

epiſcopo gratiam facere, præcepit notario ſuo Rauennę morandi, vt ſi per iuramentum ſuum de ſimonia ſe purgauerit, & de fornicatione, & alijs quæ ſibi obijciebantur, ſe rñderit innocentē, & de eo, q excōicatus celebrauerit, pænitentiam egerit, reddat ei epiſtolam, in qua ei gratiam ſuam reddit, & abſolutum oſtendit. De eodem loquitur c.63.diſt.Salonitanæ.

a ¶A nobis.] Maximus Salonitanus archiepiſcopus ſine licentia Papæ fuit cōſecratus: propter quod à Papa fuit excōmunicatus, & poſtea miſſam celebrauit, ſimiliter imponebatur ei ſimonia & fornicatio.

b ¶Reſpōderit.] exilis enim hæc fuit infamia [3], & ideo vnius iuramentum admittitur.

[3] Propter quam non indicitē purgatio, vt pa[tet] ſ. eo, qd legitur & not. 33.diſ. habuiſſe.

c ¶ Pænitentiā.] ſed quæro an ei ſoli ſit credendum? De

e ¶ Pænitentibus.] ſimile extra de poſtul. prælat. ad hæc, circa fin.

f ¶ Non debemus.] qui tñ de rigore eſſet deponendus. ſ.diſt.50.accedens.contra.11.q.3.ſi quis epſ.& c.penul.

QVæ de accuſa.] Casvs. De eodem Maximo ſcribit Rauennati archiepiſcopo: & mādat ei, vt ſi expurgauerit ſe, vt ſ. dictum eſt, coram archiepō & notario ſupradicto, imponat ei pænitentiam de eo, q excommunicatus celebrauit, & quidquid de eo diſpoſuerit, ratum habet.

g ¶ Quæ de cauſa.] de eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

h ¶ Quidquid.] argu. Papam ſeruaturum quod legatus ſtatuit: & idem honor ei exhibendus eſt ſicut Papæ. 93. diſt.

Legatus an virtute generalis mādati diſpēſare poſſit.

diſt.c.vlt.& ff.de offi.præfec.præto.l.vnica.in fi.ibi,credidit enim princeps eos, qui ob ſingularem induſtriã explorata eorum fide, & gratia ad huius officij magnitudinem, &c. Item eſt hic arg.q; generali mandato diſpenſatio delegatur,arg. cõtra extra de offi.dele.q; trãſlationẽ. cũ enim diſpenſatio habeat inſtar reſtitutionis in integrũ, & reſtitutio in integrũ nõ delegatur per generale mãdatum,vt ff.de mi.illud.ergo nec diſpẽſatio. Io.Ego dico,q; legatus Dñi Papæ generalis omnia põt, niſi ea ſola quę Romano Põtifici ſunt reſeruata. extra de ſent.exc. nuper.de offic.leg. q; tranſlationem.B.

f ¶ Beneficia.] Iſte beneficio & officio fuit priuatus,q̃a grauiter erat infamatus.extra de purg.cano.inter. Et fructus medij tẽporis recuperat.ff.de re mil.l. pen. Si vero iſte iuſte eſſet depoſitus,non recipiet fructus 2 medij tẽporis reſtitutus,niſi hoc exprimeretur in ſententia, vt C. de re mili.cum allegatis.lib.12.Io.de Fant.

Spoliati reſtitutus an recipiat fructus medij tẽporis. 2Io.Gar.in l.Gall°. §.& quid ſi tã. íd. de li. & poſth.

¶ Qualiter Sixtus ſemetipſum purgauit. C. X.

MAndaſtis [a], vt ſcriberem vobis,qualiter inſtans iurgium contra me ſuſcitatum ſit, vel à quo, vt veſtro adminiculo pelleretur, & cauſa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodam Baſſo, & iniuſte perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate [b] ſynodum congregari iuſſit. Et facto concilio, cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, (licet euadere ſatis aliter potuiſſem [c]) ſuſpicionem tamen fugiens,coram omnibus me purgaui;me ſcilicet à ſuſpicione,& æmulatione liberans; ſed non alijs, qui noluerint, aut ſponte hoc non elegerint,faciendo † formam [d], exemplumque dans. Nic.epiſt.7.ad Michaelem. †al. faciendi

Item Alexander Raynaldo Cumano epiſcopo.

¶ De cauſa Guillandi presbyteri. C. XI.

SVper cauſa [e] Guillandi presbyteri tui de morte epiſcopi ſui,prædeceſſoris tui, infamati in medium conſuluimus;itaq.circumſtantium fratrum vnanimi aſſenſu tuæ dilectioni reſcribimus,præfatum Guillandum presbyterum ante te præſentandum; vbi ſi certi accuſatores defuerint, tunc dictante iuſtitia ſine omni controuerſia presbyter, quæcumque ob hoc iniuſte amiſit, ac ſacerdotium accipiat,& integra beneficia [f] [α]. Pann.l.5.c.7. Iuo p.10.c.15. & 1 epiſt.ad Vildebertũ Cenomanenſem.

α ¶ Beneficia.] *In epiſtola hoc loco ſequitur verſ.* Purgationem. *ſupra ead.c.* Mennam, *vt ibi notatum eſt.*

Item ex concilio Agathenſi.

¶ De purgatione clericorum, ſi conuinci non potuerint. C. XII.

SI legitimi accuſatores crimina [β] ſacerdotis probare non potuerint [g], & ipſe negauerit; tunc ipſe cum ſeptem ſocijs ſui † ordinis (ſi valet [h]) à crimine ſemetipſum expurget.Diaconus vero, ſi eodem crimine accuſatus fuerit,cum tribus ſemetipſum excuſet. ext.de pur.can. c.ſi q̃s presbyter. Burc.l.2.c.181. Iuo p.6.c.226. Pann.l.5.c.1. † al. ſuis eiuſdẽ ordinis

β ¶ Crimina.] *Apud ceteros collectores legitur:* ſi autem accuſatores legitimi non fuerint,qui eius crimina manifeſtis indicijs probare contenderint, & ipſe,&c.

Item ex concilio Ilerdenſi.

¶ De eodem. C. XIII.

PResbyter Burc.l.2.c.184. Iuo p.6.c.229. Pann.l.5.c.2.

MAndaſtis.] CASVS. Papa accuſabatur à quodam Baſſo: cuius auctoritate Valẽtinianus Imperator ſynodum cõgregauit,in qua ſpõte ſe purgauit, non dans formam ceteris ſucceſſoribus ſuis ſic ſe purgandi,ſi noluerint:& quia quidam ep̃i quærebant qualiter hoc negotiũ proceſſiſſet, Papa reſcribit eis narrando factum.

a ¶ Mandaſtis.] mãdat hic minor maiori. nam precariũ verbũ eſt, mando. vt C. com.deleg.l.1.ſ prin. ſic 1.q.1. filium.

b ¶ Auctoritate.] 96. diſt.vbinam.

c ¶ Potuiſſem.] quia Papa à nullo põt iudicari,vt 9.q.3. aliorum.nec etiã ab vniuerſali cõcilio,vt 17. diſt.§.hinc etiam. ff. de leg. princeps.præterquam in hæreſi. 40.diſt.ſi Papa.

d ¶ Formam.] 14.q.5. dixit.Ioan.

SVper cauſam.] CASVS. Guillãd⁹ p̃sbyter infamatus fuit de morte epiſcopi ſui.& propter hoc fuit ab officio & beneficio ſpoliatus. committit negotium Dominus Papa hoc modo, vt ſi accuſatores defuerint, reſtituantur ei omnia ablata,præſtita tamen purgatione.

e ¶ Cauſa.] Forte hic non intentabatur poſſeſſoriũ 1, aliàs non obſtat crimen petenti reſtitutionem, vt extra de reſtit.ſpol.in litteris,&c.item cũ quis,nã alij dicunt, cum ſpoliator obijcit exceptionem , quam vult ſtatim probare,prius eſt audiendus,quàm ille reſtituatur, argu. 31.q.1.Lotharius.in Auth.de teſt.§. ſi vero quis.coll. 7. & arg.extra de teſti.veniens 2.ſed hoc non concedo, vt extra de reſti.ſpol.litteras,in ſi.

1 Sub.& reſtitutio nõ datur, niſi petenti.

SI legitimi.] CASVS. Si accuſatores crimen ſacerdotis non probauerint, ſi remanſerit infamatus, cum ſeptem ſacerdotibus ſe expurget.

g ¶ Potuerint.] C.de re.cre.l.in bonæ fidei.

h ¶ Si valet.] q̃a ſi nõ valet,deponitur 3 .extra de ſimo. de hoc.Vel forte ſunt inimici ſui.extra de pur.cano.cũ in iuuentute.immo.cum fœmina poteſt ſe purgare.18.q. 2.in decima.Ioan.

3De hoc §. ead.q.1. in primis.in glo.2.

PResbyter.] CASVS. Si ſacerdos fuerit coram ſuo ep̃o de crimine infamatus,quod probare non poteſt per teſtes

teſtes, ſuſpendi debet donec cum ſeptima manu ſui ordinis ſe expurget, & poſtea ſuum officium exequatur.
a ¶ Plebe.] idem eſt ſi ab epiſcopo, vel à ſacerdotibus, vt j. ea. omnibus. in fi. ſ. diſt. 28. conſulendum. contra.
b ¶ Suſpendatur.] forte ſecundum diſtinctioné, extra de pur. diſt. 74. Honoratus. Sed cótra videtur, quia hæc duo ſunt connexa. 81. diſt. ſi quis ſacerdotú. & 32 diſt. præter hoc. Sed dic, q̀ nó eſt priuádus beneficio: niſi ſecundú ordiné iuris. extra de iudi. c. 1. niſi forte ꝓpter ſcandalú. ſ. ea. ſuper cauſa. & cum magna laborat infamia, vt extra de purg. cano. inter.

Beneficio qs primari non debet, niſi ſecundum ordiné iuris.

† al. ſuſpendatur ab officio presbyter vſque

ſi à plebe [a] ſibi commiſſa, mala opinione infamatus fuerit, & epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit; ſuſpendatur † [b] vſque ad dignam ſatisfactionem; ne populus fideliũ in eo ſcandalum patiatur. Digna vero ſatisfactio eſt (ſicut α à maioribus conſtitutum eſſe docetur) quando ſiue ſecundum canones, ſiue ad arbitrium [c] epiſcopi ſeptem ſibi collegas adiungit, & iurat in ſacroſancto β Euangelio coram poſito, quòd crimen ſibi illatũ non perpetrauit. Et hac ſatisfactione purgatus, ſecure deinceps ſuum exequatur officium.

ʒ al. noturn.

α ¶ Sicut à maioribus conſtitutum.] *Hoc loco ſicut & paulo inferius, plura ſunt verba apud ceteros collectores.*
β ¶ Sacroſancto.] *Apud eoſdem legitur,* in ſacro coram poſito Euangelio, *quò facit. c. teſtimonium. in verſ. nemo clericum, infra 11. q. 1.*

[*Item Silueſter Papa.*]

¶[De eodem.] PALEA. C. XIIII.

ACcuſatum ſimoniacum neceſſe habuimus ſummopere per ſcripturam prohibere, ne Miſſarum ſolennia celebrare debuiſſet, donec quid eſſet verius, potuiſſemus cognoſcere.

¶ *Citatur hic ex Silueſtro. fere idem eſt in decretal. tit. de ſimo. c. accuſatum. & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horũ duorum Pontificum ſcriptis, quæ extent, tale aliquid eſt inuentũ. In regeſto B. Gregorij lib. 5. epiſt. 3. Maximo præſumptori eccleſiæ Salonitanæ hæc leguntur:* Peruenit itaque ad nos, quòd per ſimoniacam hæreſim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta ſunt, de quibus vnum quàmmaxime fuit, propter quod neceſſe habuimus te ſummopere per ſcripta noſtra prohibere, ne Miſſarum ſolennia celebrare debuiſſes, donec quid eſſet, vere potuiſſemus addiſcere. *Et ex hac epiſtola videri poteſt accepta hæc palea, & c. accuſatum. & c. quoties. extra de ſimo. Nam initium ipſius epiſtolæ eſt,* Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Triburienſi.*]

PALEA. C. XV.

ext. de pur. can. c. 1. Burc. l. 16. c. 19.

NObilis homo, vel ingenuus, ſi in ſynodo accuſatur, & negauerit; ſi eum conſtiterit fidelem eſſe, cum duodecim ingenuis ſe expurget, ſi antea deprehenſus fuerit in

b ¶ Suſpendatur.] hic colligitur, q̀ infamatus ſtatim debet ſuſpendi vſq. ad dignã ſatisfactionem. ar. j. 3. q. 2. quia ca. extra de pur. ca. inter. & extra ea. ex tuarũ. Sed contra. ſ. ea. q. 1. nomen 2. & extra de ac. qualiter, & qñ. extra de pur. can. c. 2. & vlti. In his habes, q̀ prius inquirendum eſt de crimine, quàm priuetur officio ille qui eſt infamatus, & ar. 3. q. 2. audiuimus. Notandũ ergo, q̀ cũ clericus aliquis coram iudice ſuo eſt infamatus, præfiget ʒ eps certũ tẽpus volentibus accuſare. extra de clan. de. deſpon. c. vlti. & ſi accuſatores apparuerint, canonice audientur. j. ea. oĩbus nobis. 15. q. 5. c. 1. extra de purg. can. c. ex tuarũ. Si vero accuſator nó apparet, & mala fama crebreſcit, tunc eps vocatis eccleſiæ ſenioribus procedat ad inquiſitionem. extra de acc. qualiter. 86. diſt. ſi quid vero. & ipſemet epiſcopus inducet cótra eum teſtes, ſi alius non apparet. 11. q. 3. præcipue. in fin. extra de acc. cum oporteat. ſ. ea. presbyter. & lite non cont. hoc facere poteſt, vt extra vt lit. non conteſt. qñ frequẽter. & ſi fuerit cóuictus, canonice puniatur. Si autem nó conuincitur, & adhuc mala fama perdurat admoneat ipsũ primo ſeorſum, poſtea coram teſtibus, vt ſe corrigat: quód ſi nó fecerit, tunc demum ſuſpendat eum vſque ad dignam ſatisfactioné, extra de pur. ca. c. 2. in quo caſu intelligo quod hic dicitur. numquã enim à principio ſuſpendat eũ niſi enormitas delicti vel ſcandali hoc expoſcat. extra ea. inter. & hęc eſt digna ſatisfactio, vt purget ſe adiũcto ſibi legitimo numero, vel ad arbitrium ſui epi, vt hic, & j. ea. omnibus. extra ea. ex tuarũ. & códé deficiente in purgatione puniatur; & puniat eũ tamquam cóuictum vel cófeſſum. extra de accu. cum P. extra de ſimo. inſinuatum. & de pur. cano. cum P. & ibi de hoc.

Infamatus ſuper crimine non eſt ſtatim ſuſpendendus.
ʒ Præfiget. Bartho. Cæpol. cap. 49.

pur. cano. c. 2. ſ. 33. diſtin. c. vlt. contra. dic, q̀ ibi fuit exilis infamia.
b ¶ Suſpendatur.] † hoc eſt verum ſecundũ diſtinctionem ſi fuerit notorium vel manifeſtum, vel famoſum. extra de coha. cle. veſtra. & c. fi. & tunc refert, ſi fuerit famoſum ſine ſcandalo vel cum ſcandalo. extra de coha. cle. tua. contra. 28. diſt. conſulendũ. Sol. ibi nó imminebat ſcandalũ, hic ſic, puta ex eius celebratione. extra de coha. cle. tua. j. 28. q. 1. iã tunc, & 3. q. 2. audiuimus. aliter obtinet. ſ. ea. q. 1. c. 2. Sed numquid à beneficio ſuſpenditur? Videtur q̀ non: quia pœnæ ſunt emoliendæ, & quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, vt

† Hoc obtinet qñ ſcádalũ imminet ex eius celebratione, vt hic dicitur.

c ¶ Arbitrium.] hic not. compurgatores arbitrio epiſcopi ſumendos.

SI mala] CASVS. Idē dicitur in hoc cap. quod in præcedentibus, eo addito, ꝙ compurgatores debent eſſe tales, de quibus non ſit ſuſpicio ꝙ velint peierare.
a ¶ Se nolle.] bonæ opinionis, & qui vitam eius nouerint & mores, vt extra ea. cap. cum dilectus. ſed non fiet rigide examinatio teſtium, extra ea. cap. conſtitutus. immo frater poteſt purgare fratrem, extra de pſump. cap. litteras. Io.

furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio, ad iuramentum non admittatur, ſed (ſicut qui ingenuus non eſt) feruenti aqua, vel candenti ferro ſe expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex concilio Triburienſi, c. 10. & in Triburienſi illo, quod extat impreſſum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

Item Hincmarus Rhemorum epiſcopus.

¶ De eodem. C. XVI.

SI mala fama de presbytero exierit, & accuſatores, ac teſtes legales defuerint †, ne, contra Apoſtolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſteriū noſtrū, ne ve ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabantur; ſecundum decreta *a* maiorum cum denominatis ſibi vicinis presbyteris, quos ſcimus ſe nolle [a] peierare, ſacramento famam ſuam purget.

Iuo p. 6. c. 420.
† al. defuerint
1. Cor. 6.

¶ *In concilio Rhemenſi Troſleiano 9. c. refertur ſynodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo habita, in qua habetur hoc caput.*

a ¶ Secundum decreta] *In ſynodo legitur*, ſecundum decretum Gregorij iunioris ſit iuſiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in ſacramēto purgationis ſuæ eum teſtem, quem habebit & iudicem.

Item Innocentius Aquileienſi patriarchæ, & Mantuano epiſcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

QVoties frater noſter Tridentinus epiſcopus in noſtra præſentia de ſimonia ſit impetitus, prudentiam veſtram latere non credimus: cuius cauſa tandem in noſtra præſentia ventilata producti ſunt aduerſus eum accuſatores viua † voce, & ſcripto aſſerentes, quòd eccleſiam ſancti Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quattuor modijs frumenti †; quos ab eiuſdem eccleſiæ laicis acceperit. Verum quoniam nec accuſatores, nec teſtes ſecundum formam canonum, & ſanctorum Patrum ſtatuta in cauſa ipſa procedere potuerunt, communi fratrum noſtrorum concilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quattuor † abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupradicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiuſmodi. Idem epiſcopus ſuper ſancta Euangelia primum iurabit, quòd pro eccleſia ſancti Petri de Pado presbytero Paulo danda, neque ipſe per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, neque alius pro eo, ſe ſciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, quòd ſicut ipſi credunt, verum iurauit. Nos itaque cauſæ huius ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita cauſam ipſam iuxta præſentium tenorem præſtante Domino reſtauretis: quatenus & omnis decetero huius quæſtionis ſcrupulus auferatur, & vtrique parti ſua iuſtitia conſeruetur. Si quis vero de vobis, certa præpediente cauſa, intereſſe non poterit, vos, qui adeſſe poteritis, idem iudicium terminate. Quòd ſi prædictus frater noſter A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate noſtra prædictum officium & Tridentinam eccleſiam reſtituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem beatæ Mariæ Virginis adimplere iubemus.

† al. vna
† al. Paio
† al. farina
† al. quarta manu

¶ *Caput hoc extat in decr. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocētio tertio. Sed viſum eſt ibi eſſe mendū, vt III. ſit poſitū pro II. Nam collector Decretalium ſolet in Pontificibus hunc ordinē obſeruare, vt eos qui anteceſſerūt prius citet. Ita, cū ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præceſſerunt Innocentiū iij. non videtur huic poſſe tribui: quamquam habeatur etiam eidē adſcriptū inter opera ipſius poſt ſermones, & in concilijs, quæ in quattuor tomos ſunt diuiſa, tomo tertio. A pleriſque autem manuſcriptis Gratiani codicibus, etiā ijs, in quibus paleæ eſſe ſolent, totum iſtud caput abeſt. A verſiculo autem, Nos itaque. vſque ad finem abeſt ab omnibus.*

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus propter duo cap. ſcilicet Sixti & Leonis.
a ¶ Se purgare.] falſum dicit allegando.
ADDITIO. Dic vt ȷ̃ ea. c. vlt.
b ¶ Sixti Papæ.] ȷ̃. ea. mandaſtis. Io.
c ¶ Et

minibus infamatus ſe coram multis purgauit, non ſtatuendo ius vt ſucceſſores ſui ad hoc cogantur.
d ¶ Iuſſi.] nec conſilium dedi, nec defenſionem præſtiti, nec ſciente me factum eſt, vt extra de purg. cano. quoties. 50. diſt. ſi quis viduam. addunt quidam, nec volui 1. vt ȷ̃. 1. q. 4. quia præſulatus. qđ valde durum videt. Sed numquid hic iurabo, quia cum ſciui prohibere potui, & non prohibui. & hoc quòd non habeam ratum quod factum eſt, cum etiã in maleficijs ratihabitio mãdato æquiparetur. ff. de vi & vi arm. l. 3. §. cũ procur. & extra de teſtit. ſpol. cũ ad ſedem. in fi. I. ea. q. 1. notum. in fi.
e ¶ Cogantur.] quia ab æmuli hæc infamia ꝓceſſerat. Vel dic, ceteris Apoſtolicis.

Purgãs ſe, quid debet aſſerere.

1 Dicit Io. de Fan. hoc non credo. cum conſcientiam ſuam non teneaturq; purgare, niſi vbi inuenitur expreſſum, vt in caſu illius legis. C. d his qui ad eccle. cõfu. ꝑſenti. cum ſi. Ac.

In præmiſſis auctoritatibus ſubintelligitur, ſi reus ſe purgare[a] voluerit, vt ſacri canones modum, non neceſſitatem purgandi accuſato imponant: ſicut apparet ex fine capituli Sixti Papæ[b], & auctoritate Leonis[c], qui data purgatione ait de ſe ipſo.

¶ De Leone qualiter ſe purgauit. C. XVIII.

Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 5. c. 313. Pann. l. 5. c. 4.

AVditum eſt, fratres chariſſimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex ſanctæ Romanæ eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi.[d] Hoc autem faciens non legem præſcribo ceteris, qua id facere cogantur[e].

¶ *Caput hoc eſt Leonis tertij. Tota vero hiſtoria falſæ accuſationis & purgationis ipſius refertur in vetuſtis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. hiſt. tit. 14. c. 1. §. 8. de qua etiam meminit Marianus Scotus, & Aymoinus lib. 4. c. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius eſt hoc caput, atque hæc viſa ſunt notatu digna.* Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus, neque coactus, ſed ſpontanea mea voluntate, purifico me in conſpectu veſtro coram Deo & Angelis eius, qui conſcientiam meam nouit, & beato Petro principe Apoſtolorum, in cuius conſpectu conſiſtimus, quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi. Teſtis eſt mihi Deus, in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc propter ſuſpiciones malas tollendas mea ſpontanea voluntate facio, non quaſi in canonibus inuentum ſit, aut quaſi ego hanc conſuetudinem, aut decretum in ſancta eccleſia ſucceſſoribus meis, necnon & fratribus, & coepiſcopis noſtris imponam: ſed vt melius à vobis abſcindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter ſummus Pontifex ſemetipſum purgat, nec tamen ceteris neceſſitatem[f] purgandi præſcribit. Vnde datur[g] intelligi, quòd ſatisfactio purgationis in voluntate conſiſtit accuſati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ilerdenſi concilio presbyter iubeatur ſuſpendi vſque ad dignam ſatisfactionem, cum etiam decreto[h] Leonis in arbitrio ponatur epiſcopi, quota manu ſacerdos purgare ſe debeat, patet quòd ad purgationem cogendus eſt, nec in ſua voluntate, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.

ȷ̃. ead. presbyter ſi à plebe. c. ſequenti.

Vnde Leo Papa ſcribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter ſacerdotes ſe purgare debeant. C. XIX.

capitu. l. 5. c. 34. Iuo p. 6. c. 419. Pann. l. 5. c. 3.

OMnibus vobis viſu

ECCE. CASVS. Infert ex ſupra dictis duobus c. q. purgatio voluntaria eſt, & non neceſſaria. Sed ſtatim dicit cõtrarium per alia ca. & ad hoc inducit ſeq. cap.
f ¶ Neceſſitatem.] extra de elec. innotuit.
g ¶ Datur.] allegando dicit.
h ¶ In decreto.] Leonis ȷ̃. c. prox. & ſeq. Ioan.

OMnibus vobis.] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & ſuis ſubditis, qualiter ſit ꝓcedendum, ſi crimen ſacerdoti obijciatur. Et reſpondet Leo, & dicit, quòd iſta quæſtio fuit ſepius ventilata à temporibus multis: nondũ tamen fuit ad plenũ definita. veruntamẽ poſt reclamationes multas, habito conſilio multorum epiſcoporum, & aliorũ ꝓlatorũ, & ſacerdotũ, & aliorũ multorũ ſtatuit & definiuit, quòd ſi legitimus apparuerit accuſator, & probauerit crimen, puniatur accuſatus: & ſi non probauerit, puniatur accuſator de calumnia. tamen ſi ſacerdos accuſatus remanſerit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu ſacerdotum, vel cum pluribus ſe expurget.

c ¶ Et Leonis.] hoc eſt in ſeq. c. Io.
AVditum.] CASVS. Leo Papa de quibuſdam cri-

aut auditu [a] notum eſſe non dubitamus, quòd ſæpiſſime, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa obijciantur. Sed qualiter † ex eis ab his rationabilis examinatio, & ſatisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domni genitoris veſtri † Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus ſæpiſſime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Noſtris quippe temporibus id ipſum, à ſanctis epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus, & ceteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris † in regnis, ſeu in alijs Deo degentibus, nobiſque vnà cum eis agentibus ſæpiſſime propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu Domni & patris noſtri Leonis Apoſtolici, ceterorumque Romanæ eccleſię epiſcoporũ, & reliquorum ſacerdotum, ſiue orientalium, & græcorum patriarcharum, & multorum ſanctorum epiſcoporum, & ſacerdotum, nec non & & noſtrorum epiſcoporum, omniumque ceterorum ſacerdotum, ac leuitarum auctoritate, & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vos † omnes vtriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namq. ratione, & neceſſitate, ac auctoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcumque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeant in canonibus [b] pleniter expreſſum eſt) ſi autem, vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonice eſt recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporũ poterit; tunc canonice dijudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum ſuprascripto prætextu approbare ipſe accuſator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [c] incredibilis ſuo epiſcopo †, aut reliquis ſuis conſacerdotibus [d], ſiue bonis [e] & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis ſacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, (qui duodecim 6 epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit, & cum alijs bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quattuor Euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accuſatore faciendum ſit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ Apud collectores caput hoc ita refertur, quaſi acceptum ſit ex aliqua decretali epiſtola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto capitularium, (vbi hoc ipſum eſt caput 34.) atque ex ipſa etiam orationis forma ſatis conſtat editum fuiſſe hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipſo Leone tertio conſulto, & cum conſilio multorum epiſcoporum. Quod tamen pius princeps, quia ſibi iuriſdictionem in presbyteros arrogaſſe videbatur, libro ſeptimo capitularium, c. 381. emendauit, ita ſcribens, Omnibus vobis,

Right margin notes:

† *al. quoniã*] *qualiter*

† *al. noſtri*] cap.

† *al. noſtris*] cap.

† *vobis omnibus.*] cap.

† Concor. tex. in l. ſacrilegij. ff. de arg. & extraord. co. & in l. Cicero. ff. de pœ.

† *al. quid*

Gloss:

per, ſi epiſcopo videbitur. quales autem teſtes in accuſationibus recipiantur, eſt in canonibus diffinitum.

a ¶ Auditu.] aliquid ergo ſcitur auditu. 22. q. 5. hoc videtur.

b ¶ In canonibus.] ĩ. eod. q. 7. teſtes. & c. ipſi.

c ¶ Ant.] pro & 1. Non enim ſufficit quod ſoli epiſcopo ſit ſuſpectus. arg. cõtra, extra de offi. ind. or. ex parte. & 30. diſtinct. cap. vlt. & ſic 2 non obſt. 6. q. 2. placuit. credo tamen quòd ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus, quòd poteſt eum cogere ad purgationem, ſecus ſi non eſt accuſatus ſecundum Lau. 3 per illud 6. q. 2. placuit. immo inuenio q̀ propter calũnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare, vt extra de accuſ. veniens. & argu. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt. l. penult. §. 1.

d ¶ Cõſacerdotibus.] vel etiam abbatibus. extra eod. cum in iuuentute.

e ¶ Bonis.] 11. q. 3. in cunctis. hic patet quomodo intelligat illud verbum, à plebe. ĩ. ead. presbyter. quia erant boni & iuſti, immo nõ admittunt, licet ſint boni: ſi tamen leues fuerint. Nam leues ſunt qui ex facili credunt quæ probari non poſſunt. 11 q. 3. in cunctis. & eſt expreſſum extra eo. cum in iuuentute. aliàs ſolus, qui eſſet bonus ſuſſiceret. extra de adult. ſignificaſti. Ioan.

Outer margin:

1 Gl. eſt ſimi. in aut. ſed nouo iure. C. de epiſc. & cle. in l. 3. C. de obſe. pat. præſtan.

2 Iſtud ſic reſpicit priſ. gl. non contra præcedentia.

3 Aliàs, & in leges. Accuſator calũnioſus cogitur ſe purgare.

Leues qui dicuntur.

IVRA-

3 IVRAMENTO. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua quæritur ſi parentes debent ſe purgare igne, vel aqua filios non oppreſſiſſe? Reſpon. q́ non: & hoc probat per c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. In §. iſto dicitur, q́ vulgaris probatio indici nõ debet. Et hoc probatur per ſequens cap.

CONſuluiſti.] CASVS. Quidã paruulos filios ſuos ſecum collocabant in lecto: quibus dormientibus filij eorum inuenti ſunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis ſe expurgare deberent filios nõ oppreſſiſſe? rñdet Stephanus, & dicit, q́ talis examinatio non approbatur in canone, ſed monendi ſunt parentes, vt filios ſuos ſecum nõ habeant in lecto: ſed cum occultum ſit eos filios oppreſſiſſe, puniri non debent niſi de hoc cõuincãtur, vel fuerint ſponte confeſſi: & tũc puniantur, quia ſunt homicidæ, cum homicida dicatur etiam qui conceptũ in vtero deleuerit per abortum.

a ¶ Homicidij.] qui hominem occidit, ſi animũ occidendi nõ habuit, nõ tenetur l. Cornelia de ſicar. vt ff. ad legẽ Cornel. de ſicar. l. 1. §. diuus. tenetur tñ lege Aquilia. licet etiã nocere noluerit, dum tamẽ fuerit in culpa, licet leuiſſima. ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi quẽcumque. §. 2. & l. in lege. quod non eſt in leg. Corne. de ſicar. ff. de ſic. in l. culpa autem eſt, q́ à diligẽte potuerit prçuideri, & non eſt prçuiſũ. ff. ad leg. Aquil. l. ſi putator, tenetur ẽt quantum ad Deũ, vt hic, & 50. diſt. clerico. & 34. quæſt. 2. in lectum. non tamen punitur ratione homicidij, ſed ratione negligẽtiæ, vt 15. q. 1. inebriauerũt. minor etiã iniungitur pœna ſiue pœnitentia ab eccleſia pro negligẽtia, vt 50. diſ. cos. &c. ſi quis volũtate. & 15. quæſtio. 1. ſi quis non iratus.

b ¶ Superſtitioſa.] vtili enim & neceſſaria ſ, licet, vt 33. q. 2. quos Deus. de conſec. diſt. 2. liquido. 28. q. 1. ſic enim. in princ. tit. Et eſt arg. aliquid inhibitũ, eo qđ non eſt cõceſſum. 40. diſt. ſi Papa. & ff. de colleg. illi. l. 3. §. 1. arg. extra de vo. & vo. redemp. ex multa. Cõtra extra de ſent.

tam præſentibus, quàm & futuris ſcire cupimus, quia de conſultu ſedis Apoſtolicæ, & omnium[a] noſtrorum epiſcoporum, ac reliquorum ſacerdotum, atque maxime cunctorum fideliũ noſtrorum de criminatorum purgatione ſacerdotum, cauſam tractauimus, eamque cum teſtibus (ſicut in anteriori capitulari noſtro continetur) fieri decreuimus: quoniam neſciebamus eandem cauſam, à beato Gregorio Papa eſſe definitam. Nam cum Vvormaciæ generalem conuentum habuiſſemus, allata eſt nobis à Riculfo Magontiacenſi metropolitano epiſtola beati Gregorij Papæ, in qua inter cetera continebantur hæc: [De presbytero vero, vel quolibet ſacerdote, à populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia; ſicque maneat in proprio gradu.] Iſta vero omnia, quia vires noſtras excedunt, in iudicio epiſcoporum iuxta canonicam ſanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quando orta fuerint, ita definire ſatagant, vt nec ſecundum ſeculum iuſtam reprehenſionem, nec penes Dominum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante, qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

a ¶ Noſtrorum epiſcoporum.] *In vulgatis legebatur*, noſtrorum Romanorum epiſcoporum. *ſed vox*, Romanorum, *abeſt non modo à capitulari, ſed etiam à vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab Iuone. Pannormia autem habet*, noſtrorum epiſcoporum, omniumq. Romanorum ſacerdotum.]

β ¶ Qui duodecim.] *Hæc vſque ad verſ.* habuit, *ſunt etiam apud ceteros collectores; ſed non in capitulari.*

3 *Iuramento vero, candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non eſt adijcienda.*

† al. Lamberto

Vnde Stephanus quintus Humberto † epiſcopo Moguntino.

¶ Candentis ferri, & feruentis aquę iudicium in eccleſia fieri prohibetur. C. XX.

Iuo p. 10. c. 27.

COnſuluiſti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non oppreſsiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes; ne tam tenellos ſecũ in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet prouueniente ſuffocentur, vel opprimantur: vnde ipſi homicidij [a] rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſsionem extorqueri à quolibet ſacri non cenſent canones: & quod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa [b] adinuentione non eſt præſumendum. Spõtanea enim confeſsione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, comnuſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta vero, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur,

3. Reg. 8.

1 Magiſtri tñ aliquãdo exponũt quod non eſt expoſitũ. 32. diſt. relatũ. De quo habet 11. q. 1. §. ex his. extra de poſtula. c. 1.

vel cõfitentur talis reatus ſeno xios, tua eos caſtiget moderatio: quia, ſi ille, qui conceptum in vtero per abortum [a] deleuerit, homicida eſt; quanto magis, qui vnius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Hoc autem [b] *vtrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum, quæ hic prohibita eſſe videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter ſacrificium zelotypiæ; & illud Gregorij: [Si vir* [c]*, qui frigidæ naturæ eſſe dicitur, per verum iudicium probare potuerit vxorem ſuã numquam ſe cognouiſſe, ſeparetur ab ea.]* 33.q.1.c.1.& 2.

C. XXI.

IN libro namque Numerorum † legitur Dominum præcepiſſe Moyſi, vt loqueretur filijs Iſrael, & diceret eis: [Vir, cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus deprehendere nequiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro; ſi ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur, adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ bordeaceæ: non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulteriũ. offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino, aſſumetq. aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de panimẽto tabernaculi mittet in eam. Cumq. ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationẽ zelotypiæ: Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, adiurabitque eam, & dicet: ſi non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro; non nocebunt te aquæ iſtæ amariſſimæ, in quas maledicta congeſſi. Si autem declinaſti à viro tuo, atq. polluta es, & concubuiſti cum altero viro; his maledictionibus ſubiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat tuum femur, & tumens vterus tuus dirum patiatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur tuum. Et reſpondebit mulier, amen, amen. Scribetque ſacerdos iſta maledicta in libello, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere; quas cum exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud ſuper altare: ita dumtaxat, vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incẽdat ſuper altare, & ſic potũ det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus a vero abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam. Quòd ſi polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.]

† *al. Numeri*
Num. 5.

† in lege ... eſſe manſ... qui præceptũ ... permanſ] orig.

ſeaten. ex c. nuper. 7. ea. c. monomachiã. & vbi canon non excipit, nec nos, vt 3. diſt. 12. omnia. 55. diſt. ſi euangelica. & 31. q. 1. q. ſi dormierit. C. de here. vel act. vend. l. vlt. ff. de public. act. de pretio. ff. de alea. to. l. prima. §. qd' a de. ff. de ritu nup. palſ. in ſi. extra de deci. ad audientiam. a 32. q. 5. hoc videtur arg. contra. 17. q. 2. lex diuinæ. Io. Sol. omnia cõceſſa intelligũtur de iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur, vt innuit c. lex diuinæ. & ext. de ſent. excõ. nup. B. & ff. de teſtib. l. quęſitum. C. de teſtib. l. ſancimus.

Conceſſa intelligunť quæ prohibita non ſunt.

a ¶ Per abortum.] & hoc ſi puerperiũ eſt formatum, vt 32. q. 2. Moyſes. &c. qd vero. Sed licet ſecũdum legem Moſaicã non ſit homicidium, tamen punitur lege Cornelia de ſicar. ff. ad leg. Corn. de ſicar. ſi mulierẽ. & ẽt leg. Aquil. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi mulier. itẽ qui opprimũt infantes, puniuntur pœnitentia trium annorũ extra de his qui fil. occi. de infantibus 1. Item qui procurat venena ſterilitatis, dicit' homicida, vt extra de homicid. ſi aliqs. vbi de hoc.

1 Adde ad hoc, & ad fin. glo. Ba. & gl. 1. in l. necare. ff. d li. agno. & i l. ſi qs. §. abortiuus. ff. de pœ.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc §. q dubitari poteſt, vtrũ purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis ſint tantum interdicta, & in alijs cõceſſa. & merito dubitatur, quia aliqua mulier probat ſe virginem per verum iudicium, id eſt, per aſpectum corporis. Similiter in veteri teſtamẽto probatur vtrũ mulier commiſerit adulterium per quaſdam aquas amariſſimas, & ſtatim reſpondet Gratianus in ſequenti §.

b ¶ Hoc autem.] hic §. legitur.

c ¶ Si vir.] 33. q. 1. c. quod autem. Io.

S. E. D.

SED QVÆLIBET. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua quæritur vtrum monomachia, vel alia vulgaris purgatio ſit concedenda, vel non: & hoc probat per duas auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

4 *Sed quælibet huiuſmodi purgatio videtur eſſe inhibita, cum in præmiſſa auctoritate Stephani Papæ dicitur [ſpontanea confeſſione, &c.]*

CASVS. Dicit quod quælibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, Confeſſione &c.

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpoſitum nomen Palea: ſed in omnibus, quæ collata ſunt, manuſcriptis habetur ſine vllo nomine paleæ, & quidem coniunctum cum præcedenti capite. Ac certe verſiculus,* Sed quælibet, *videtur indicare locũ hunc Numerorũ ab ipſo Gratiano recitatum fuiſſe.*

α ¶ Maritus vero.] *Hæc vſque ad verſi.* quod ſi, *ſunt hic tranſpoſita ex extremo eiuſdem quinti capitis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶ In nouo teſtamento monomachia non recipitur. C. XXII.

Burc. l. 9. c. 51. Iuo p. 8. c. 187. 1. Reg. 17.

MOnomachiam [a] vero in lege non aſſumimus †, quam præceptum fuiſſe non reperimus: quia licet quoſdã iniiſſe legerimus, ſicut ſanctum Dauid, & Goliam ſacra prodit hiſtoria; nuſquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit auctoritas: cum hoc, & huiuſmodi ſectantes, Deum ſolummodo tentare [b] videantur.

† *in legẽ aſſumimus quã præceptũ reperimus*] orig.

MOnomachiã.] CASVS. Singulare certamen inter duos prohibetur: quia tales videntur Deũ tentare. nec eſt trahẽdũ ad conſequentiã quod fecit Dauid cũ Golia, cũ inſtinctu ſpiritus ſancti fuerit factum.

a ¶ Monomachiã.] iſtos etiã lex Romana condemnat, vt C. de gladiato. l. vni. lib. 11. Euchariſtia etiam non eſt danda talibus, cũ peccent mortaliter. de conſec. diſ. 2. §. ſed ſi non. Dicũt quidam, quod * defendens poteſt ſumere; quia cuilibet licitum eſt defendere ſe. Sed nonne Dauid peccauit? Non: quia inſtinctu ſpiritus ſancti fecit, vt Samſon, & alij. 23. q. 5. ſi non licet & ext. de diuor. gaudemus. Et eſt hic ar. quod nõ eſt arguendũ ab exẽplis 26. q. 2. nõ ſtatim. & c. non exẽplo. 14. q. 5. dixit. 22. q. 2. ſi quis per verus. ĩ. de conſec. diſt. 2. liquido. extra de elec. licet. C. de ſenten. & interloc. om. iud. nemo.

b ¶ Tentare.] 23. q. 8. ſi nulla vrget. & 22. q. 2 quæritur cur.

Euchariſtia gladiatoribus nõ eſt danda.

* *Imme et iſte peccat, quoniam omiſſa legitima ſe defendendi ratiõe ad prohibitã ſe cõfert. conc. Tri. ſeſſ. 25. c. 19.*

¶ *Epiſtola ſcripta Carolo Regi patruo Lotharij, (ex qua caput hoc eſt acceptum) extat Romæ in codice ſæpe citato monaſterij Dominicanorũ. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum ſcire vellet an Theuperga, ſiue Thietberga (vt vocat Rhegino) ipſius vxor adulteriũ patraſſet, voluiſſe duos homines monomachiã cõmittere: ita vt, ſi ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet, ipſa plane adulterij conuicta cenſeretur. Hocq. valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non eſſe legitimã rationem probandi crimina (quamuis in Longobardicis conſtitutionibus, & in Capitularibus habeatur) ſed potius nihil aliud eſſe, quam Deum tentare. Addit vero denegatam fuiſſe à Lothario Theupergæ iuſtam purgationem, his verbis:* ſed de adulterio illa coram miſsi noſtri præſentiã purgare ſe voluit; ſed ipſe non annuit. *Totam hanc hiſtoriam deſcribit Rhegino lib. 2. Chronicorum. Ex his vero oſtenditur rubricã huius capitis apud Gratianũ nimis eſſe generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonſtrare, non eſſe vtendum monomachia ad purgationem.*

5 *Contra in concilio Vuormacienſi, c. 15.*

CONTRA IN CONCILIO. Hic allegat in contrariũ eius quod præmittitur, & intẽdit probare per quattuor ca. ſeq. quod vulgaris purgatio poſſit fieri, & poteſt dici, quod hic incipit quinta pars. Arch.

¶ Si furta in monaſterio fiunt, iudicio monachi ſe expurgent. C. XXIII.

Burc. l. 11. c. 66.

SAepe [c] contingit, vt in monaſterijs furta perpetrentur, & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quãdo ipſi fratres de talibus ſe expurgare debuerint †, Miſſa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe abbas præceperit, præſentibus fratribus: & ſic expleta β Miſſa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.

† *al. debeant*

SAepe contingit.] CASVS. Per iſta quattuor cap. probat Gratianus poſſe adhuc fieri purgationẽ vulgarem. Dicitur hic, quod ſi furtũ ſit in monaſterio, abbas debet Miſſam celebrare: & in fine corpus Chriſti ſingulis dare, dicens: Corpus Domini Ieſu Chriſti ſit tibi hodie ad probationem.

β ¶ Sic expleta] *In hoc capite addita ſunt nonnulla verba ex concilio, quæ à collectoribus videbantur omiſſa. Sed hoc loco ſatis viſum eſt, varietatem indicare. Nam in concilio ipſo ſic legitur,* & ſic in vltima Miſſæ celebratione, pro expurgatione ſua cor-

c ¶ Sæpe.] huic c. eſt dero-

ſ Ad hoc concor. Io. de Fan. dicens. q. ibi c. nō tenet.

derogamus: quia ſuſpectis non eſt danda Eucharistia, vt j. de conſec. diſt. 2. tribus. extra de purg. can. cum dilectis.

Nterrogatum.] CASVS. Si duo adulterium commiſerunt, ſcilicet maſculus & femina, & vnus confitetur, & alter negat, confitenti, pænitentia imponatur; negās vero probabili iudicio ſe expurget, id eſt, candenti ferro, vel aqua feruenti. Et ita facit ad propoſitum Gra.

a ¶ Inculpati.] id eſt, infamati. Non enim poſſunt duo accuſari ſimul de crimine. C. de adulte. reos. ſimile ff. de inof. teſta. nam & ſi. §. filius.

b ¶ Profitetur.] Notandum 2 q. victoria vnius prodeſt alteri: ſed condemnatio non nocet. ff. de adul. denūtiaſſe. extra de adul. ſignificaſti. ff. d inof. teſt. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. ſi ſerui. vendi. loci. §. competit. Item arg. q. confeſſio vnius non nocet alteri. 15. q. 3. nemini. Arg. j. 59. diſt. ordinatos. & 81. diſt. tanus. Et eſt verum, q. non nocet alij quantum ad condemnationē: nocet tamen quantum ad præſumptionem, vt extra d adul. ſignificaſti, &c. 3

2 Idem tenent Cyn. Alexan. de Imola, & moder. in l. ſi duo. col. 2. ff. de iureiur.

Confeſſio vnius an alteri noceat.

3 De hoc no. 3. q. 6. c. hæc quippe. extra de præbē. dilecto. in fi. & de ſimo. dilectus. 2. Archid.

Tatuit.] CASVS. Si duo de adulterio accuſantur, & negauerint ambo: ſi vnus de voluntate alterius alterum purgat, ſi in probatione vulgari ceciderit, ambo puniantur.

4 iſtam gl. dicit Bart. ſing. in l. reos. C. de adulte. ad hoc q. adulter, & adultera poſſit in eodem libello accuſari, quādo agitur ad thori ſeparationē.

c ¶ Duo.] Arg. contra C. de adult. reos. ſed dic q. non agitur hic criminaliter, ſed ad pænitentiam, vel ad thori ſeparationem 4.

5 Idem no. hic H. qui dicit, q. hoc poteſt eſſe in purgatione, præſertim vulgari: ſed ſi directe, &c. vt ſequitur in gl.

d ¶ Alter illorum.] velut procurator 5. 63. diſt. tibi Domino. Sed ſi directe ageretur, cū ſit cauſa criminalis, nō poſſet vnus alterum conſtituere procuratorē, vt 3. q. 9. abſens. Niſi velis dicere, quòd in cauſa criminali vnus ſocius auditur & pro ſe & pro alijs, vt eſt arg. 3. q. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contuma. cum dilecti. in princ. 6

6 Vbi de hoc. & j. q. 6. ſi qñ. in gl. regulare eſt in fi.

I epiſcopo.] CASVS. Si epiſcopo vel preſbytero crimina imponātur, pro ſingulis Miſſam celebret, & pro ſingulis ſe innocentem reddat. ſed iſta capitula ſunt abrogata: prout faciunt ad propoſitum Gratiani.

e ¶ Quinquēnio.] Hodie deponitur qui in purgatione deficit, vt extra de ſimon. de hoc. vbi habes quid fieri debeat cum volente purgare ſe, nequit.

ILLVD VERO. Dictum eſt ſupra 2. q. 5. c. omnibus. & cap. presbyter. quòd clerici compelluntur ad purgationem: ſed illa duo c. mandaſtis. & auditum. contradicunt ei: ideo magiſter hoc determinat.

Quòd

us & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe eſſe oſtendant.

Item in Saleguſtadienſi concilio, c. 7.

¶ Quicumque de adulterio accuſatur, probabili iudicio ſe expurget. C. XXIIII.

Nterrogatum eſt, ſi duo de adulterio inculpati [a] fuerint, & vnus profitetur [b], & alter negat; quid inde agendum ſit. Decretum eſt, à ſancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit, dignam pænitentiam agat. Burc. in fine operis. Iuo p. 15. c. 173.

Item in eodem, c. 14.

¶ Cum plures de adulterio accuſantur, & vnus ceteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, ſi ipſe in iudicio ceciderit. C. XXV.

STatuit quoque ſancta ſynodus, vt ſi duo [c] de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, vt alter illorum [d] vtroſque diuino purget iudicio; ſi vnus in hoc ceciderit †, ambo rei habeantur. Burch. ibidem. Iuo p. 15. c. 180. † *al. deciderit*

Item in concilio Vuormacienſi, c. 10.

¶ Pro ſingulis Miſſa celebretur, qui de aliquo crimine accuſantur. C. XXVI.

SI epiſcopo, aut presbytero cauſa criminalis, hoc eſt homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro ſingulis Miſſam celebrare [a] debet, & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentē ſe oſtendere †. Quod ſi non fecerit, quinquennio [e] à liminibus eccleſiæ extraneus habeatur. Burc. l. 2. c. 199. Iuo p. 6. c. 272. † *al. reddere*

a ¶ Celebrare.] *In concilio, & apud Burchardum, & Iuonem ſequitur:* & ſecretam publice dicere.

Illud vero, quod Sixtus & Leo in fine ſuæ purgationis addiderunt; ex eorū exemplo intelligendū eſt: exemplo enim ſuæ ſatisfactionis noluerūt ceteris preſcribere legē purgādi.

QVAESTIO IIII.

Vod vero quarto loco quærebatur, an duorum [f] teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Io. 8.

Vod vero.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes: in quarū prima quæritur, an ad condenationem alicuius ſufficiant duo legitimi teſtes, & reſpondetur q. ſic. Secūda ibi, [Ex præmiſſis.] Ioa. de Fanc.

CASVS. In hac quarta quæſtione quæritur, an duo teſtes ſufficiant ad condemnationem epiſcopi. Et probat Gratianus q. ſic, auctoritate Domini, & duabus auctoritatibus Pauli.

f ¶ Duorū.] Sēper duo ſufficiunt. 4. q. 3. §. item in criminali. verſic. vbi numerus. niſi in caſibus ſpiritualib⁹.

Sed in

Teſtis quãdo vnus ſufficit: quãdo plures duobus requiruntur.

Sed in iſto caſu vnus ſufficit, vt extra de teſti. cog. peruenit. & vbi nulli fit præiudicium. de conſe. diſt. 4. placuit de infantibus. & in cauſa denuntiationis, extra de teſtib. in omni. & in alio caſu: extra de procur. ex inſinuatione. & vbi agitur ad impediendum matrimoniũ. extra.

a ¶ Et patris.] pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij in teſtamento: vt ff. de teſta. l. qui teſtamento. aliàs non, vt 4. q. 3. dicto c. ſi teſte. §. teſtes quos. hic autem iſti mentiri non poterant. Vel dic teſtimonium meum, & patris mei, id eſt, de patre meo & me dictum: ſcilicet teſtimonium prophetarum.

Deuteron. 17.

Chriſtus ad Iudæos: [In lege veſtra ſcriptum eſt, quoniam duorum hominum teſtimonium verum eſt.] Hinc conſequenter contra eos argumentatur dicens: [Si duorum hominum teſtimonium verum eſt, quare teſtimonium meum & patris [a] *non accipitis?] Item Paulus in epiſtola ad Corinthios: [In ore duorum, vel trium* [b] *ſtabit omne verbũ.] Item in epiſtola ad Hebræos: [Quis prævaricans legem Moyſi duobus, vel tribus teſtibus conuictus, ſine miſeratione lapidabitur. †] Item ex concilio Bracharenſi 2. cap. 8. †*

2. Cor. 13. Hebr. 10.

† al. *lapidabatur*

† Et capitu. l. 5. c. 240.

¶ Quot teſtibus quiſque clericorum conuinci debeat. C. I.

Burc. l. 2. c. 202. Iuo p. 6. c. 276. Pann. l. 4. c. 97. † *al. macula fornicationis*

PLacuit, vt ſi quis aliquem clericorũ in accuſatione † fornicationis impetit, ſecundũ præceptum Pauli apoſtoli duo, vel tria [c] teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimonijs approbare quod dixit, excommunicationem [d] accuſati accuſator accipiat.

a *Ex præmiſſis itaque colligitur, quòd duorum, vel trium teſtimonio epiſcopus conuinci, & dãnari poteſt. Porro Silueſter Papa in generali ſynodo reſidens econtra dixit.*

In epilogo concilij Romani, c. 3.

¶ Quot teſtibus epiſcopus, vel presbyter, vel reliqui clerici ſunt conuincendi. C. II.

In capitul. Hadriani, c. 72. In cõc. Mogũt. 2. c. 12. Cap. l. 1. c. 139. Pan. lib. 4. c. 91. Poly. l. 5. tit. 1. Deuſdedit p. 3.

† al. in Matt. 10. & Luc. 6.

† abeſt ab or.

† al. lxiij.

† *al. xxxvi. teſtibus*

PRæſul [e] non damnabitur niſi cum † lxxij. teſtibus: nec præſul a ſummus à quoquam iudicabitur, quoniã ſcriptum eſt: [Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.] Presbyter autem [Cardinalis†] niſi cum xliiij. † teſtibus nõ damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, niſi cum xxvij. teſtibus † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, non niſi ſeptem teſtibus non condemnabitur. Teſtes [f] autem, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.

a ¶ Nec præſul ſummus.] *Ex concilio Romano ſub Silueſtro, & ceteris locis indicatis (excepta Pannormia) addita ſunt hæc vſque ad ver.* presbyter. *Ac mirandum eſt de auctore gloſſæ, qui putauit Pontificem Maximum minore numero teſtium poſſe condẽnari, quàm diaconum Cardinalem, atque oſtiarium: cum tamen ipſe Pontifex à generali ſaltem præſulis nomine minime eſſet excludendus.*

Item Leo quartus in epiſtola epiſcopis Britanniæ.

¶ Epiſcopi non niſi lxxij. teſtibus condemnandi ſunt. C. III.

Iuo p. 5. c. 116.

NVllam damnatio-

b ¶ Vel trium.] vt comprehendãt actorem pro vno teſte. extra de teſtib. in omni. Illa tamẽ loquitur in cauſa denũtiationis. Vel ideo dicit, trium, quia quandoque ſecundum canones plures quàm duo requiruntur: ſed numquã pauciores, vt extra de teſti. licet. Vnde in teſtamentis bene requiruntur 1. vt extra de teſta. cum eſſes. & c. relatum. Io. Quod dicit Io. de teſtamentis, nõ credo verum. vnde dico cum T. decre. illas, cum eſſes. & relatum. in quolibet teſtamento loqui. B.

1 In ijs q pietatis cã relinquuntur, minus ſolẽnis volũtas ſufficit, ſicut & inter liberos. C. de teſt. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto. Arch.

PLacuit.] CASVS. Dicitur quòd ſi aliquis accuſat aliquẽ de fornicatione, poteſt probare crimẽ duobus vel tribus teſtibus: & ſi non probauerit, punietur pœna talionis. Patet ſequens §.

c ¶ Tria.] 8. diſt. 48. quoniam multa.

d ¶ Excommunicationem.] id eſt damnationem.

EX PRÆMISSIS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, i qua probat contrarium eius quod præmiſſum eſt: & hoc probat duabus auctoritatibus: ſed nõ ſunt contra: quia loquuntur ſpecialiter de clericis Romanæ eccleſiæ. Io. de Fant.

PRæſul.] CASVS. Dicitur hic quot teſtes ſufficiant ad cõdemnationem epiſcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorum clericorum Romanæ eccleſiæ. In fine dicitur, quòd teſtes ſine infamia debent eſſe.

extra de ſpõ. præterea. Item quantum ad præſumptionem faciendam. 8. q. 3. talia. ff. de dote prælega. Theopompus. Item plures duobus requirũtur. j. ead. nullam. & c. præſul. Tres requiruntur in depoſitione pecuniæ. in auth. de fide inſtr. §. ſi quis igitur. coll. 6. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. ſi cer. pet. auth. ſed nouo. & in codicillis & in donatione cauſa mortis ſimiliter quinque, vt C. de dona. cauſa mor. l. vlt. quandoque xv. vt C. de prox. ſacr. ſcri. vnicuique. lib. 12.

e ¶ Præſul.] id eſt Cardinalis epiſcopus. Sed numquid contra Papam duplicabuntur teſtes? * non, immo duo ſufficiunt & in hoc eſt deterioris conditionis: quia ipſe ſine comparatione aliorum creatus eſt maior: & ideo ſine ſpe veniæ condemnandus eſt, vt diabolus. de pæ. diſt. 2. principium.

* *Vide, quæ dicuntur in notatione ad hoc caput.*

f ¶ Teſtes.] extra de teſti. perſonas. & cap. ſuper eo.

NVllam.] CASVS. Si epiſcopus Cardinalis de crimine accuſat, duodecim epiſcopi debẽt de cauſa cognoſce-

Digitized by Google

cognoſcere: nec poteſt conuinci niſi lxxij. teſtibus. In ſecunda parte dicitur qualiter teſtes iurare debẽt, & quid. In tertia parte dicitur, q̃ ſi appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de cauſa cognoſcere. Secũda pars incipit ibi, [Et prius.] Tertia pars ibi, [Et ſi inter.]

CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, in qua quæritur quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: de quo non fecit in themate mentionem: &, ſi remedium dandum ſit ei, qui cauſa dilationis appellat: de quo fecit in themate mentionem. Cauſa autẽ vitiata remedio appellationis ſubleuatur: & hoc probat per ſequens cap.

nem [a] epiſcoporum vnquam eſſe cenſemus, niſi aut antè legitimum numerum epiſcoporum [b] (qui ſit per duodecim epiſcopos) aut certe probata ſentẽtia per lxxij. teſtes idoneos, qui tales ſint, qui & accuſare poſſint. ¶ Et prius ad ſacra Chriſti quattuor Euangelia ſacramenta præſtent, quòd nihil falſum [c] depromant: ſicut [α] nobis beatus Silueſter tradidit, & Romana ſancta videtur tenere eccleſia. ¶ Et, ſi inter eos, quos damnandos eſſe dixerint homines, fuerit epiſcopus, qui ſuam cauſam in præſentia Romanæ ſedis epiſcopi petierit audiri, nullus ſuper illum definitiuam præſumat dare ſententiam: ſed omninò eum audiri decernimus.

Zepherin. ep. 2.

α ¶ Sicut nobis.] *Hinc vſque ad dictionem, eccleſia non leguntur in epiſtola Leonis manuſcripta: habentur tamen apud Iuonem.*

Sed hoc vel ſpeciali priuilegio de clericis Romanæ eccleſiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorumdam; qui cum non ſint ſpectatæ vitæ, & ſcientiæ; in accuſationem miniſtrorum Dei repente proſiliunt. Quorum vero vita adeo laudabilis eſt, vt omnibus imitanda appareat, de quorum aſſertione, nulla dubitatio naſci poterit, eorum teſtimonio duorum, vel trium teſtium quilibet iure conuinci & damnari poterit.

QVAESTIO VI.

SEquitur ſexta quæſtio, qua quæritur, quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: &, ſi remedium illud ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit. Cauſa vero vitiata remedio appellationis ſubleuari poterit.

Vnde Fabianus Papa ait ad Hilarium epiſcopum, epiſtola 3. cap. 3.

¶ Cauſæ vitiatæ remedium appellationis ſubueniat. C. I.

Et in decretis Fabiani tertij c. 3. Cod. Theod. l. 2. tit de appel. in inter. le. 15. Anſ. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 88. Lib. 7. ca. c. 333 Burc. l. 1. c. 148. Pann. l. 4. c. 121.

LIceat appellatori vitiatam cauſam remedio appellationis [d] ſubleuare.

[*Idem paulo ante.*]

Epiſcopi epiſcopum deponere nõ poſſũt.

a ¶ Nullam damnationem.] epiſcoporum. Sed hoc non videtur poſſe ſtare: qa nullus poteſt iudicare clericos Romanæ eccleſię, niſi ſolus Papa. Item quia epiſcopi epiſcopũ deponere nõ poſſunt, vt 3. q. 6. quamuis. Reſpondeo q̃ loquitur in eo caſu, qñ Papa committit alijs cauſam ſuorum clericorũ, ne ipſe ſuſpectus habeatur. vel ne fauore pro eis, vel odio contra eos iudicaret. ff. de iuriſdic. omn. iud. l. prætor.

a ¶ Nullam damnationem.] infra. 3. q. 6. accuſatus. & cap. quãuis.

b ¶ Epiſcoporum.] ĩ. 5. q. 4. duodecim.

Teſtes quinque capitula iurare debent.

c ¶ Falſum.] quinqꝫ capitula iurabunt teſtes: ſcilicet vt dicant veritatẽ, vt 3. q. 9. hortamur. & q̃ teſtentur pro vtraque parte veritatem, vt 14. quæſt. 5. non ſane. q̃ nõ admiſceant falſitatẽ, vt hic. q̃ nec amore, nec odio, nec proprio cõmodo teſtentur, vt extra de teſti. quoties. Item quinto requiritur, quòd dicãt quidquid de re ipſa nouerint, ſiue fuerint interrogati, ſiue non, vt extra de accu. cum dilectus [1]. qđ nõ credo, niſi hoc liqueat ex forma iuramenti, vt infra.

1 De hoc & no. extra de teſti. fraternitatis. in glo. vlt. vbi addit Ho. aliũ caſũ: ſcilicet q̃ neutri parti manifeſtabũt dicta ſua antequã ſint publicata. arg. 4. q. 3. itẽ qui falſo. Arch.

SED HOC. Modo dicit quare de tot teſtibus fuit ſtatutum: propter ſcilicet priuilegium clericorum Romanæ eccleſiæ. & hæc ſolutio eſt vera. vel propter malitiam hæreticorum fuit ſtatutum de omnibus clericis, qua ceſſante ceſſabit conſtitutio. Sed verius eſt, q̃ propter malitiam hæreticorum vel malorũm hominum ſtatutum fuit de clericis Romanæ eccleſiæ, quibus hoc priuilegium datum fuit, quòd non ceſſat cauſa ceſſante: & hoc innuit B.

SEquitur.] Hęc quæſtio diuiditur in octo partes: in quarum prima probat per nouem auctoritates ſanctorum patrum, q̃ quãdocumque quis grauatus fuerit, poterit appellare: & eius appellatio tenebit. Secunda ibi, [Cum ergo.] Tertia ibi, [Qui vero.] Quarta ibi. [Poſt datam.] Quinta ibi, [Non ſolent.] Sexta ibi, [Notandum.] Septima ibi: [Si vero.] Octaua ibi, [Diffinitiua.] Io. de Fa.

d LIceat.] ¶ Appellationis.] Appellatio eſt prouocatio alicuius ſententiæ querelam continens. ff. de mino. ptc.....ũ & in ijs quæ extra iudiciũ agunt appellatur, vt in electione, vt extra de app. conſtitutus. Quis appellet, dicet ĩ. ea. non ſolẽt. & hoc in ciuili cauſa. In criminali autẽ quilibet etiã inuito reo appellat. ff. de app. non tantum. & in cauſa liberali, vt ff. de libe. cauſa. l. 1. & 2.

AD QVEM SIT APPELLANDVM. Appellatur autẽ a minori ad maiorem, & gradatim, vt ĩ. ead. a iudicioru. C. de appel. præcipimus, excepto Papa, ad quẽ omnibus prætermiſſis appellatur, vt ĩ. ea. c. 3. 4. & 5. Et hoc verum eſt in iudicibus ordinarijs. In delegatis autẽ diſtinguitur, ſi ipſi alijs cauſam commiſerint. ſi tota iuriſdictio eſt delegata, appellatur ad primum delegantem.

Appellans a delegato ad quem appellare debet.

tum.extra de offi.deleg.ſuper quæſtionum. §.porro.ff. quis & à quo appel. l. 1. ſed ſi non tota cauſa eſt delegata,tunc appellatur ad delegantem ſecundum, vt C. qui pro ſua iuriſdi.l.1.ff.quis & à quo app.l.fi.& ext.de offi.deleg.ſuper quæſtionum. vt infra ea. §.diffinitiua.in fi.poteſt tamen nouas allegationes audire. C. de appel. eos. §.1. ff. de appel. ſcio quæſitum.In fi.extra de fide inſtrumen.cum Ioannes. Quando autem non eſt neceſſe appellare, habes infra ea.§. diffinitiua. Inhibetur autem appellatio. quia à principe non appellatur.9.q.3. cuncta.nec à præfecto prætorio. C.de of.præf.præt.l.1. nec à ſenatu, vt ff. à quibus ap. non licet. l.1.nec ab arbitro. C. de arbi.l.1.nec appellat officiatus.ǰ. ea.§. diffinitiua.ver. nulli. Item propter ſceleris magnitudinem non appellatur. C. quorũ app. non reci.l.2. & extra de appel. cum ſit Romana. Item in momentanea poſſeſſione, vt infra ead. §. diffinitiua 2. ver. de poſſeſſione. ſecundum leges. ſed per canones ſic. extra de teſti. ſignificauerunt.& de teſti.ſpol. cum ad ſedem. Itẽ in re, quæ nõ capit dilationem. ff.de app.re. l. vlti. & extra de rapt. in litteris.Arg. contra extra de appel.qua fronte. 1 ſi.ibi appellatio nõ retardat ſententiam, niſi ad tempus. Item à ſuſa maioris partis capituli, extra de his quæ fiunt à ma.parte cap.c 1. Item contumax non appellat,vt 24.q.3.de illicita.infra ea. §. ſunt etiam quorum. C.de iuri. properandum.§. ſin autem. Item ab executore non appellatur.infra ead.§.diffinitiua.ver.ab executore.

QVO-

Appellatio 1 multis caſibus non admittitur.

1 Melius diceret. §.de cetero quotũ. ver.de poſ. vbi de hoc.

¶De eodem. PALEA C. II.

Sixtus ibidem. Poly.l.1.tit. 7. Anſ.l.2.c.11.

APpellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare cuſtodia.

Item Anacletus Papa,epiſt.1.in fine.

¶De eodem. C. III.

OMnis [a] oppreſſus libere [b] ſacerdotum [c] (ſi voluerit) appellet iudicium,& à nullo prohibeatur:ſed ab his fulciatur,& liberetur. Si autem difficiles cauſæ,aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem [d] ſedem referantur. Et ſi illic facile diſcerni † non poterunt, aut iuſte terminari, vbi fuerit ſummorum congregata congregatio [a], (quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet, & debet) iuſte,& Deo placite coram patriarcha [e], aut primate eccleſiaſtica [c] negotia,& coram patricio ſæcularia [f] iudicentur negotia in commune [g] †.

† al. decerni

† al. communi

a ¶Congregatio.] *In vulgatis ſequebatur,* ſub metropolitano: *quæ ſublata ſunt, quia in nullo manuſcripto neque in originali habentur,& in ſequentibus verbis exponitur,coram quibus ſit habendum concilium.*

c ¶Eccleſiaſtica negotia.] *In epiſtola legitur*, primate eccleſiaſtico,& coram patricio ſæcularia,&c.

QVOMODO SIT APPELLANDVM. Iudice ſedente pro tribunali poteſt viua voce appellari:ſed extra iudicium in libello tantum appellabitur 1,vt ǰ.ead.§.iudicibus,ver.litigatoribus.ff.de appel.à ſententia.§.vlti.

1 Dicas quod ſiue appelletur in iudicio, ſiue extra debet obſeruari quod dicitur extra li.6.de app. cordi. quæ eſt Innocẽ. iiij. & hoc eſt à iudice appellatur ad Papam: & hoc ibi intelligit Ho.

QVANDO APPELLANDVM SIT. Secundum leges appellatur tantum poſt diffinitiuam ſententiam:niſi in caſibus nota. ǰ.ead. non ita,extra de appel.ſuper eo 2.Secundum canones & ante litem conteſt.& poſt,vt extra de ap.cum ſit Romana. ǰ. ea. non ita.licet hoc ſit correctum per conſtitutionem nouam, extra eo.vt debitus.vbi dicitur, quod cauſa appellationis debet aſſignari. Item ſecundum canones appellatur quoties ſuperior iudex inuenitur,vt ǰ.ead. omnes.ſecũdum leges bis tantum,vt ǰ.ead. poſt ſecundam. Io.hoc pro certo teneas,quòd ante ſententiam poteſt appellari quoties pars grauatur,& allegatur cauſa,vt extra eo. vt debitus.Sed poſt diffinitiuam ſententiam tantum bis,vt dicunt leges præallegatæ:nec aſſignatur tunc cauſa: ſed dicit, appello ab iniqua ſententia. Sententia tamen in cauſa matrimonij non tranſit in rem iudicatam,vt ext. de ſent.& re iud.lator.& c.cõſanguinei.B.

INTRA QVOD TEMPVS SIT APPELLANDVM.Item appellatur vſque ad decem dies continuos,vt infra ead.anteriorum.

INTRA QVOD TEMPVS DEBET APPELLATIO PROSEQVI. Appellanti datur annus vel biennium, vt ǰ.ead.ſi quis appellat. Tamen iudex poteſt moderari tempus receſſus. extra eo. cum ſit Romana.& c.reprehenſibilis. Item appellatione pendente nihil innouandum eſt, vt ǰ. ea.3. appellatione, niſi appellans ſuſpectus ſit,vel depopulator, vt ǰ. ead. quoties 2.in cauſa criminali reus cuſtoditur:vel dabit fideiuſſorem,ſi eſt ſuſpectus.C.de ap.eos.ver.ſuper his. Iudicis officium eſt libellos dimiſſorios dare. infra ead.poſt appellationem.Iudex autem ad quem appellatur:ſi appellatur à ſententia,ſecundum priores allegationes vel infirmabit, vel confirmabit ſententiam,

Appellationis tempus poteſt iudex moderari.

OMnis.]CASVS. Dicitur in hoc c, quòd ſi aliquis grauetur,à minori prælato ad ſacerdotem, ideſt, epiſcopum, debet appellare: & ſi ibi propter aliquam difficultatem negotium non poterit terminari, metropolitanum appellet:& ſi ibi negotium non fuerit terminatum,vel grauabitur:ad conciliũ recurrat,in quo patriarcha vel primas præſidet, & in quo cauſæ maiores eccleſiaſticæ tractari debent:& coram patricio ſæculari iudice ſæculares.

a ¶ Omnis.]pone caſum quòd appellatur à ſubdito epiſcopi 3 ad epiſcopum:deinde ad metropolitanum, deinde ad concilium metropolitani.

3 Ideſt, à minori prælato: non ĩ officiali epiſcopi, quo caſu & conſuetudo quod hoc nõ valet. extra li.6. de conſue. nõ putamus. Ar.

b ¶ Libere.]ideſt,ſiue ante ſententiam, ſiue poſt.

c ¶ Sacerdotum.]Ergo à ſæculari iudice ad Papam poteſt appellari:quod verum eſt vacante imperio,vt extra de foro compet.licet.aliàs nõ,vt extra de app.ſi duobus.

Appellatur à iudice ſeculari ad eccleſiaſticum.

d ¶ Ad maiorem.]ſ.17.diſt.multis.§.1.

e ¶ Coram patriarcha.] quæ vna dignitas eſt, vt 99. diſt.prouinciæ.

f ¶ Sæcularia.]ſcilicet cum ambo ſint laici:quia prælati non debent tractare ſæcularia iudicia. 11. q. 1. te quidẽ.Vel dic quòd cum laicus iudex non vult facere iuſtitiam,tunc appellatur ad eccleſiaſticum, vt ipſum corrigat.& ſi noluerit facere iuſtitiam, poteſt ipſum excommunicare, vt 23. q. 5. adminiſtratores. Vel dic quòd cum iudex ſæcularis ſuſpectus eſt,poteſt adiri iudex eccleſiaſticus 4.vt in auth.vt diffe.iud.§.ſi vero.coll. 9.vel etiam ſi deceſſerit,vt ibi dicitur. Vel ſi habeatur querela contra ipſum, vt in aud.coll.§.vlt. ſic extra de foro compet.ex tranſmiſſa.& extra eod.licet.

4 Sub. qui cum eo cognoſceres. & hoc eſt qd hic dicit littera in fine. in cõe, ſecundum Io. de Fant.

g ¶ In commune.]ideſt,publice.

Si quis

SI quis veſtrum.] CASVS. Ex his quinque c. colligitur, q. appellari poteſt ad Papam omnibus medijs prætermiſſis. Dicitur ergo hic, quòd ſi aliquis aliqua aduerſitate pulſatur, ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad caput appellet.

nas. ſed contra, ius eum punit, vt C. de ap. l. proconſulibus. & C. quorum ap. non reci. ab executore. in fi. vbi in 50. libris auri punitur fruſtratorie appellans. ergo ius non debet eam admittere, vt 23. q. 4. qui peccat. immo non debet per eam negotium impedire. extra eod. paſtoralis.

Item Sixtus Papa epiſt. 2. omnibus rectoribus eccleſiæ ſcribit dicens.

¶ Quiſquis pulſatus fuerit, Apoſtolicam ſedem appellet. C. IIII.

SI quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam [a] ſedem appellet, & ad eam, quaſi ad caput, ſuffugiũ habeat, ne ipſe innocens damnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur.

Iuo par. 5. c. 3. Anſel. l. 2. c. 8.

Item Grato [a], epiſtola prima.

a ¶ Grato.] *Sic eſt reſtitutum ex plerìſque vetuſtis (nam in vulgatis erat,* Item Gregorius) *quamquam in tomis conciliorum hæc epiſtola tribuatur Sixto ſecundo; illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto primo.*

¶ In grauioribus cauſis pulſati Apoſtolicam ſedem appellent. C. V.

OMnes epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, vel criminantur cauſis, quoties [b] neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam, quaſi ad matrem confugiant.

Iulius Papa ep. 2 ad orientales c. 2. Burc. l. 1. c. 144. Iuo p. 5. c. 257. Pan. l. 4. c. 124. Anſel. l. 2. c. 12. Poly. l. 1. tit. 7.

Item Marcellus Papa, epiſt. 1. ad epiſcopos Antiochenæ prouinciæ.

¶ Ab omnibus appelletur ad Romanam eccleſiam. C. VI.

j AD Romanam eccleſiam omnes epiſcopi, qui voluerint [c], vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput

Anſel. l. 2. c. 7. Pan. l. 4. c. 125.

Appellatur ad Papam omiſſo medio.

a ¶ Apoſtolicam.] Ex hoc & ſeq. c. patet, q. ad Papam alijs prætermiſſis, appellatur: ſed in alijs ſecus eſt, vt infra. ead. decreta. & q. 7. metropolitanum. & 9. quæſt. 3. cõqueſtus. & 17. diſtin. multis. & 18. diſtin. de concilijs. Cum ergo hoc ſit priuilegium Papæ, ergo ad legatum non appellatur omiſſo epiſcopo, vt 11. q. 1. peruenit. Sed contra extra de of. lega. cum non ignores. Sed dicas, q. ille non fuit tantum legatus, ſed metropolitanus. Et ſi ille legatus non habuiſſet illud priuilegium, inutile fuiſſet officium legationis: ſed ille qui ſimplex legatus eſt, non habet illud priuilegium, niſi ei ſpecialiter ſit datũ. Io. Quidquid dicat Io. omnibus prætermiſſis curritur ad legatum, vt dicit illa decre. & qđ facit legatus, Papa facere videtur. 94. diſt. c. 1. & ff. de admini. tut. ita autem. §. geſſiſſe. B.

OMnes.] CASVS. Dicitur hic, quòd quoties epiſcopi criminaliter accuſantur, ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad matrem recurrant, cum eſt neceſſe.

Appellare tertio non licet.

b ¶ Quoties.] dummamen non vltra ſecundam vicem: ne lites in infinitum extendantur. non enim licet tertio appellare ſuper eodem capitulo, vt ĩ. ead. ſi quis in quacumque. ſic exponitur hæc dictio, quoties. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de eden. veluti. in fi. ſimile quoties habes extra de ele. querelam. in parte decisa. ſecundum H. exponitur quoties ſiue ante litem cõteſtatam, ſiue poſt. Alij dicunt quòd licet etiam ter appellare ſecundum canones, vt ĩ. 31. q. 2. Lotharius. ʒ. ea. omnis. ſed M. dicit quòd licet à grauamine quandocumque appellare: ſed bis poſt ſententiam tantum: & exponit, quoties, ideſt, in omni grauamine: ſed non niſi bis à ſententia, vt ĩ. ea. ſi quis in quacumque. & extra de app. directe. G. dicit quòd in illo capitulo, omnis. tertio fuit relatum: & hoc non fuit per appellationem, ſed per conſultationem, vt ʒ. diſtin. 18. c. 1. & extra eod. ſua nobis.

AD Romanam eccleſiam.] CASVS. Dicitur quòd omnes epiſcopi, qui volunt, vel qubus neceſſe eſt, libere ſedem Apoſtolicam appellant abſque excommunicatione vel impedimento aliquo damnationis, vel ſpoliationis, vel cuſtodiæ.

c ¶ Qui voluerint.] Ergo fruſtratoria admittitur, vt extra eod. conſuluit. ergo audiendus eſt qui cauſa dilationis appellat, vt extra de ap. cum ſit Romana. & c. perſo-ſtoralis. Rñ. dubia fruſtratoria eſt admittenda: ſicut occultus peccator ad Euchariſtiã. de conſ. diſt. 2. non prohibeat. Hodie autem ipſo iure eſt inhibita appellatio ante ſententiam, niſi tam euidens cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima reputari, vt extra eod. vt debitus. Sed cum hodie ipſo iure ſit inhibita appellatio, quid prodeſt ſcribere remota appellatione? Reſpond. ſi appellatio remouetur in litteris, tunc intelligitur remota etiam poſt ſententiam. Alias etiam rationes aſſignaui ſuper illa conſtitutione, vt debitus. ſed ſi non apponitur in litteris, tantum ante ſententiam eſt remota. Io. Ego credo, quòd nihil prodeſt remotio appellationis niſi ad remouendam fruſtratoriam appellationem 1, vt dicit decre. expreſſe extra de ap. ex parte B. Hoc ſcias q. niſi iudici euidenter pateat appellationem tenere, numquam deferat ei. vnde ſi nõ credit tenere appellationem, non deferat ipſi: licet ſuperior poſſit retractare quod factum eſt, vt extra eod. paſtoralis. Sed pone quòd iudex dubitat de appellatione: aut defert tali appellationi, aut non. ſi defert, mentitur ergo conſtitutio & decretalis. Nam conſtitutio, dicit, q. niſi talis cauſa ſit propoſita, quę ſi foret ꝓbata, legitima eſſet appellatio, non eſt deferendum appellationi. Item decre. paſtoralis. dicit, quòd in ſolis illis caſibus deferendum eſt appellationi, vbi à iure indulgetur expreſſe, quòd poſſit appellari. Si dubitatur de appellatione: ergo non debet cognoſcere de cauſa, ol

dubitet

1 Sub & ſic remouetur qđ de iure cõmuni eſt remotum. Sed contra hoc eſt C. de Theſa. l. 1. & ff. ad municip. l. 1. & ideo plus placet qđ dixit B. lo. de Fant. nã ſi hæc clauſula nihil operatur, quare dec. extra eo. in quiſitioni. fundat̃ ſuper c. ideo his electis, dic vt pleno. Ho. in ſum. eo. tit. §. quomodo decr. vt debit⁹. ver. abſque rationabili, &c. Archi.

dubitet an ſit iudex,argu.11.q.3.graue. Ad hoc dico,q̄ ſi iudex dubitat de cauſa appellationis,ſummariè poteſt inquirere de cauſa:vel ſeorſum extra formam iudicij inquirendo de cauſa.Et ſi videtur cauſa probabilis,& præterea talis quòd ea probata legitima iudicaretur,

& quòd iudici iuſta videatur.

a ¶ Conſecrationem.] ſi metropolitanus diſtulerit, 8.q.3.Artaldus.

b ¶ Cuſtodia.] Qui appellat,nec cogitur dare cautionē de proſequenda appellatione, nec cuſtodiri debet: niſi ſit cauſa criminalis, & ſuſpectus ſit, vt C. de appel.eos. §. ſuperbis.

ſuffugere,eamque appellare debét,vt inde accipiant tuitionem,atque a conſecrationem [a]. Quod omnibus minime conuenit denegare epiſcopis: ſed abſque vlla cuſtodia[b],aut excommunicatione [c],vel damnatione,vel expoliatione libere ire concedatur.

a ¶ Atque conſecrationem.] *In originali eſt*, vt inde accipiãt tuitionem,& liberationem,vnde acceperunt informationem, atque conſecrationem.*ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Victor ad Theophilum Alexandrinum, epiſt.1. cap.3.

¶ Qui à proprio metropolitano ſe grauari putauerit, maiorem ſedem appellet. C. VII.

Iulius ibid.c.4. In cap.Hadriani.c.6. Poly.ibidem. Burc.l.1.c.144. Pann.l.4.c.126. Iuo p.5.c.257.

SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham,vel [d] primatem diœceſeos,aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

Item Zepherinus vrbis Romæ epiſcopus,epiſt.1.

¶ Ad Romanam eccleſiam, quaſi ad matrem appelletur ab omnibus. C. VIII.

Anſel.l.2.c.6.

ij AD Romanam eccleſiam ab omnibus,maxime tamen ab oppreſsis appellandum eſt,& concurrendum quaſi ad matrem [e],vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur,& à ſuis oppreſsionibus releuentur: quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum.

Item Iulius Papa in decretis,ſiue in reſcripto ad orientales,c.22.

¶ Quoties aliquis appellauerit, audientia ſibi non denegetur. C. IX.

In epi. Lucij 1. & in cōc. Cart. 3.c.10. In capitul. Hadriani. Anſel.l.3. c.88. Iuo p.6.c.316. ex Lucio.

PLacuit,vt à quibuſcumque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos (vbi eſt auctoritas maior [f]) fuerit prouocatum;audientia non negetur.

Item cap.30.

¶ Iniuſte damnati,reſtitutionem, & oppreſsi auxilium à Romana eccleſia debent habere. C. X.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter sūt conceſſa,tam de congregandis concilijs [g], & iudicijs, ac reſtitutionibus [h] epiſcoporum,quàm & de ſummis eccleſiarum negotijs;vt ab ea omnes oppreſsi auxilium, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant: Et talia ab improbis ne præſumantur abſq. vltione, nec exerceantur abſq. damnatione.

c ¶ Excommunicatione.] pro alijs tamen bene poteſt excommunicari, vt extra de appel. ad hoc, & c.propoſuit.

SI quis putauerit.] CASVS. Si grauatur aliquis à metropolitano ſuo, patriarcham appellet, deinde ad ſedem Apoſtolicam recurrat.

d ¶ Vel primatem.] vel pro ideſt.

AD Romanam eccleſiā.] CASVS. iſtius capituli & ſequentis facilis eſt & planus:quia per ſuperiora patet: & littera plana eſt.

e ¶ Matrem.] Nec præſumitur eſſe mater, niſi diligat filium, vt extra de præſumpt. afferte.

f PPlacuit.] ¶ Maior.] ff.d ap.l.1. §. ſi quis .ſ.ead.anteriorum.

IDeo huic ſanctæ ſedi.] CASVS. Quærebatur quare priuilegia ſedi apoſtolicæ ſint conceſſa: concilia congregare, & dānatos epiſcopos reſtituere: & de ſummis negotijs cognoſcere. Et reſpondet, vt omnes oppreſſi & iniuſte damnati auxilium habeant, & quòd iniuſte non damnentur aliqui ſine vltione.

g ¶ Concilijs.] Ergo patet, quòd legatus non poteſt facere cōcilium, vt dixi 3.diſt.3. §.porro.& diſt. 17. regula.&c.huic ſoli ſedi.

h ¶ Ac reſtitutionibus.] Arg. hic, quòd ſolus Papa poteſt reſtituere clericum depoſitum.de pæni.diſ. 6.qui vult. in fin. & ff.de q̄ſt.l.1.§ ſi. & de pœn.l.diui. Arg.cōtra 11. q. 3. epiſcopus in ſynodo.& 46. diſt.clericus maledicus. ad hoc dicas,q̄ ſi eſt ſolenniter degradatus,ſolus Papa poteſt eum reſtituere,ſecus ſi eſt verbo ſolo depoſitus 1.

Papa ſolus an clericū depoſitum reſtituat.

1 De hoc no.50.diſt. contumaces. ibi videas.

tur,defert ei: vnde non ſufficit appellanti proponere talem cauſam,quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima iudicari;ſed etiam requiritur, q̄ ſit probabilis

CVM-

Digitized by Google

CVM ERGO ZEPHERINVS. Hæc eſt ſecũda pars quæſtionis, in qua quæritur, an ſit licitum fruſtratorie appellare. & vera eſt ſolutio ꝙ non: & quæ dicit, ſuperficialiter dicit: & ad hoc probandum inducit viij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

2. 3. & 4? Reſpon. oẽs accuſatores vulgo dicuntur æmuli: præſumitur enim ꝙ ſemper inuidiæ cauſa fiat accuſatio. Vnde canon vocat accuſationem illaudabilem intentionem. vt ĩ. ead. q. 7. ſi quis epiſcopus. nam non ſolum videtur eſſe diſcordia inter accuſatorem & accuſatum:

Accuſatio præſumitur ſemper inuidiæ cauſa fieri.

CASVS. Quia dictũ eſt ſupra per Zepherinũ ꝙ appellare poſſent maxime oppreſſi, in c. ad Romanam. & per Marcellum dictum eſt ſupra in c. ad Romanam. ꝙ qui volunt appellare, poſſunt: infert Gratianus ꝙ ſiue quis grauatur, ſiue non in accuſatione, appellare poteſt. Quidam tamen dicunt appellandum eſſe fruſtratorie: & diſtinguunt ita dicẽtes ꝙ dictũ eſt ſupra in c. ad Romanã. Vt volẽtes, &c. refertur ad eos qui volũt recipere conſecrationẽ à ſede apoſtolica. & ſi ab aliquo impediantur, appellabunt. Neceſſitatem patientes, refertur ad oppreſſos, & iniuſte per ſententiã condemnatos, vt iſti defendãtur, & illi accipiãt conſecrationẽ. Eodẽ modo intelligit illud Zepherini. Sed certe dicit Gratianus, ꝙ ſecundũ primã interpretationẽ, id eſt, opinionem, quæ eſt in princ. §. quæ dicit, ꝙ ſiue quis grauetur, ſiue non, appellare licet: oppreſſi intelligũtur aliqua iniuria affecti. Sed ſecundũ ſecundam, qua dictũ eſt, vt volentes ad cõſecrationem, neceſſitatẽ patientes ad tuitionem referatur, oppreſſi intelligunt' per ſentẽtiam iniuſte dãnati. & ſecundũ hanc vltimam opinionem non licet fruſtratorie appellare.

2 *Cum ergo* [a] *Zepherinus dicat ab omnibus eſſe appellandum, maxime tamen ab oppreſſis, & Marcellus ſcribat: [Omnes epiſcopi, qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, appellare debent;] patet, quòd accuſato (ſiue grauetur, ſiue non) vox appellationis nõ eſt deneganda. Quidã tamen ita diſtinguunt, vt [volentes] ad conſecrandos, [neceſſitatem patientes] ad oppreſſos referant, vt ſit ſenſus; omnes, qui voluerint à Romana eccleſia conſecrationem accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare; quibuſcumque in ſuis oppreſſionibus neceſſe fuerit ad eam ſuffugere; ſimiliter vocem appellationis exhibeant, vt iſti tuitionem, & illi conſecrationem ab ea accipiant. Similiter & illud Zepherini diſtinguitur: [Ab omnibus eſt appellandum ad Romanam eccleſiam;] intelligendum eſt, qui ab ea conſecrationem voluerint accipere, vel qui à prælatis ſuis aliquam iniuriam paſſi fuerint, maxime tamen ab oppreſſis. Secundum primam interpretationem, oppreſſi intelliguntur aliqua iniuria affecti: iuxta ſecundã verò, oppreſſi dicuntur à iudice iniuſte condemnati. Secundũ hanc diſtinctionem, qui in aliquibus negotijs non ad releuandum, ſed ad differendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

Sed cum Gregorius ſcribat omnibus per diuerſas prouincias.

¶ De cauſa appellationis cognoſcere non licet, niſi ei, ad quem appellatur. C. XI.

DEcreto noſtro veſtram rogantes charitatem mandamus, vt ſi aliquis (quod non optamus) ſuorum æmulorum [b], Aldricum Cœnomanenſis eccleſiæ epiſcopum accuſare damnabiliter attentauerit; vt & honoretur beati Petri apoſtolorum principis memoria, eccleſiæque Romanæ, cui præſedit, priuilegium, noſtri nominis auctoritas; liceat illi poſt auditionem [c] primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos appellare, & noſtra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos [d] noſtro † ex latere miſſos iuxta patrum decreta ſuas exercere, atque diffinire actiones [e]:

Poly. l. 1. tit. 7. Iuo p. 5. c. 149. Anſ. l. 2. c. 19.

† al. noſtros

a ¶ Cum ergo.] Magiſter magis approbat opinionem, quæ dicit, ꝙ fruſtratoria admittitur. & probat hoc ſeq. 4. c. & ſuſpenditur conſtructio vſq; ad illũ §. patet ergo. vnde in titulo cuiuſlibet c. ponitur hæc dictio, cum.

DEcreto.] CASVS. Aldricus Cœnomanenſis epiſcopus timebat accuſari coram ſuo primate, vel metropolitano: & timebat ne audiretur appellans ſi ad ſedem Apoſtolicam appellaret. vnde Grego. præcepit, ꝙ ſi Aldricus accuſatus fuerit & appellauerit, audiatur: & cauſa coram ſummo Pontifice vel eius legato terminetur; interim autem contra eum nihil iudicetur: & qui contra hoc fecerit, punietur: quia alij vocati ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinẽ poteſtatis.

b ¶ Aemulorum.] Si æmuli erant, quomodo admittebantur ad accuſationem: cum de iure hoc ſit prohibitum, vt infra ea. quæſt. 7. ſi qui ſunt. & 3. quæſt. 5. cap. cuſatum: ſed etiam inter domeſticos & amicos accuſatoris & accuſati, vt ff. de legi. ſciendum. §. 2.

c ¶ Auditionem.] Videtur hic quòd non licet appellari ad Apoſtolicum omiſſo metropolitano, vt ĩ. quæſt. 7. metropolitanum. & ĩ. ead. ſi quis putauerit. & ff. de app. Imperatores. Sed non tenet hoc in foro eccleſiaſtico. ĩ. ea. ſi quis. Sed ſubaudi, maxime.

d ¶ Legatos.] ad hoc deſtinatos. Vel dic quòd in legato Papæ ſpeciale eſt ſecundum quoſdam vt de crimine poſſit diffinire, vt 16. q. 1. frater. alias ſecus, vt ff. de offi. proconſul. l. ſolent. & ff. de eo cui manda. eſt iuriſdict. l. 1. immo nec dico legatum Papæ hoc poſſe facere ſine mandato ſpeciali, vt extra de offic. leg. quod tranſlationem.

e ¶ Actiones.] Notandum actiones eſſe proponendas. 11. quæſt. 1. experientiæ. & extra de mutuis pet. cap. 1. extra de iud. examinata. Argumentum contra, extra eõd.

nulluſque illum ante hæc iudicet, aut iudicare præſumat. Sed ſi quid (quod abſit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, vt nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ eccleſiæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur; quàm ab eiuſdem eccleſiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ vices ſuas ita alijs impertiuit eccleſijs, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. *& infra.* ¶ Si autem (quod non arbitramur) à quoquam ſecus præſumptũ fuerit; ab officio cleri ſubmotus [a], auctoritatis † Apoſtolicæ reus ab omnibus iudicetur: ne lupi, qui ſub ſpecie ouium ſubintrauerunt, beſtiali ſæuitia quoſq. audeant lacerare: & quod ſibi fieri nolunt, alijs inferre præſumant.

† *al. iniuriarũ reus*

a ¶ Vt honoretur.] *Hinc vſque ad ver. auctoritas. addita ſunt ex ipſa epiſtola, quæ extat in bibliotheca Dominicana, & videtur eſſe Gregorij quarti, ex qua etiam ſumptum eſt caput, Nulli fas. diſt. 19. & apud Iuonem vtrumque caput ſimul habetur. Iſtius autem Aldrici (vt ex catalogo epiſcoporũ eccleſiæ Cænomanenſis colligitur) mentio eſt in concilio apud ſanctum Medardum, quod paulo poſt Gregorium quartum habitum fuit. Itaque defenſio ipſi à Gregorio præſtita profuit.*

Item cum Vigilius Papa in epiſtola ad Eutherium, cap. vlt. dicat.

¶ Iudicia appellantium ab eis ſunt audienda, ad quos appellatur. C. XII.

Anſel. l. 2. c. 20. Poly. l. 1. tit. 14.

QVi ſe ſcit [b] alijs eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem eſſe ſibi prælatum. Ipſa namq. eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſijs vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorũ negotia cauſarum eidē ſanctæ ſedi reſeruata eſſe liquet; præſertim cum in his omnibus eius ſemper ſit expectandum conſultum: cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit ſacerdotum, cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eamdem ſanctam ſedem nouerit redditurum.

¶ *Reſtitutum eſt caput hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epiſtola prima habetur prior pars huius capitis vſque ad verſ.* Ipſa namque. (*quemadmodum & apud Leonem epiſt. 84. quod refertur ſupra diſt. 23. c. quamquam. & in c ſequenti, qui ſcit.*) *& etiam ſententia ceterarum partium.*

Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum inuehatur, qui Rhotandũ † epiſcopum appellantem Apoſtolicam ſedē damnare auſus eſt, ita dicēs.

† *al. Rothaldum*

In appēdice bibliothecæ ſanctorum patrũ.

¶ De Rhemenſi archiepiſcopo, qui appellantem Romanam ſedem iudicare eſt auſus. C. XIII.

Anſel. l. 2. c. 67.

ARguta ſapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depoſitionis aduerſus Rhotandum aſſumpſit, & ab itinere Apoſtolicæ ſedis remouit †, & continuatim [c] Apoſtolicam ſedem appellantē damnauit, & carcerali [d] cuſtodiæ mancipauit. *& infra.* ¶ Priuilegia tamen Apoſtolicæ ſedis vos obliuioni tradere nullatenus debuiſtis; quibus veneranda

† *al. reuocauit*] orig.

eod. tit. dilecti. Ioan. Sol. ſecundũ ius canonicum non tenetur aliquis proponere actionem, vt extra de iud. dilecti. Sed ſi proponatur incepta, cadit à cauſa proponēs, vt extra eod. tit. examinata. B.

Actio ſecũdum canones nõ eſt de neceſſitate proponenda.

a ¶ Submotus.] Ecce pœna illius, qui non defert appellationi: ſed ſecundum leges punitur in 30. pondo auri. C. de appel. quoniam.

De hoc leg. & no. 8. diſt. quo iure. ibi videas.

QVi ſe ſcit.] CASVS. Minores prælati obedire debent ſuo maiori: nec moleſte hoc ferre. vnde quilibet poteſt recipere appellationē ad ſedem Apoſtolicam factam: cum appellationes epiſcoporum & magna negotia ei reſeruentur: & qui contra hoc fecerit, deponatur.

b ¶ Qui ſe ſcit, &c.] 3. quæſt. 6. quamuis. &c.

ADDITIO. Et cap. multum. & c. dudum. Lau.

ARguta.] CASVS. Archiepiſcopus Rhemēſi. Rhotandũ ad ſedem Apoſtolicam appellantem de facto depoſuit, & incarcerauit. Dominus Papa hoc audito eũ reſtituit: quo reſtituto, ſcribit illi archiepiſcopo, & inuehitur contra eum, dicens quòd ideo eum reſtituit, ſcilicet epiſcopum, ne priuilegia ſedis Apoſtolicæ violentur. Caſus ſequentis capituli facilis eſt: & per te ponere potes.

c ¶ Continuatim.] ideſt, iterum & iterum.

d ¶ Et carcerali.] quod poteſt fieri in cauſa criminali, ſi condemnatus appellans eſt ſuſpectus: nec poteſt dare fideiuſſorem, vt C. de appell. eos.

a ¶ Ho-

canones iudicia totius eccleſiæ ad hanc deferri iubent. *& infra.* ¶ Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noueritis operatos, vt priuilegia ſedis Apoſtolicæ, quæ male à vobis violata videbantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant; auctoritate Apoſtolica, & cana a patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore [a].

Quoties

Anſel. l.2.c.85.

a ¶ Cana.] *Cum antea legeretur,* canonica, *emendatum ſic eſt ex epiſtola ipſa, quæ habetur manuſcripta, & nuper eſt impreſſa in appendice bibliotheca: & in libro Ennodij pro Symmacho legitur,* cana miracula, & canum genium. *iuxta illud Virgilij.*

Cana fides, & Veſta, Remo cũ fratre Quirinus, Iura dabãt.

Item Leo Papa ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 82. al. 84.

¶ Quiſque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus deſiderat. C. XIIII.

QVi ſcit [b] ſe quibuſdam eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit [c], etiam ipſe dependat: & ſicut non vult grauis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis & mitis magiſtri dicentis: [Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.]

Matt. 11.

Patet ergo, quòd nulli appellanti ſunt induciæ denegandæ. Ceterum, ſi cauſa fruſtratoriæ dilationis appellauerit; à iudice, ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur [d]. *Tempus vero appellationis eſt ante datam, vel poſt datam ſententiam. Quoties enim quis ſe grauari ſenſerit, libere poteſt appellare.*

Vnde Sixtus Papa II. epiſt. 1 ad Gratum epiſcopum ait:

Et Victor epi. 1. & Iulius 1. ead. c. ſi quis putauerit. 1. 5. c. 7.

¶ Qui grauatur à proprio metropolitano, primatem, aut vniuerſalis eccleſiæ ſedem appellet. C. XV.

SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur.

Poly. l. 1. tit. 6. Anſel. l. 2. c. 9. & 11. Pann. l. 4. c. 126.

Item Felix ſecundus ad epiſcopos in Alexandrina ſynodo congregatos, cap. 19.

¶ Romanam ſedem appellet, qui iudicem ſuſpectum habet. C. XVI.

QVoties epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint [e] prægrauari, aut eos ſu-

Anſel. l. 2. c. 60.

a ¶ Honore.] Vt ſicut de facto fuerat depoſitus: ſic de facto reſtituatur r, vt de appella. ad hæc ſicut. & cap. ad præſentiam. 3. ead. q. 1. primates.

r ſcilicet Rhotãdus epiſcopus.

b QVi ſcit.] Ita facit hoc capitulũ ad propoſitum, quia ſicut epiſcopus vel alius prælatus eccleſiæ vult deferri appellationibus ad ipſum factis; ſic & ipſe tenet deferre appellationibus factis ad ſedem Apoſtolicam. & eſt ſimile bonum. C. de offi. præfe. vrb. l. 1. vbi dicitur, quòd eſt ſocietas muneris, quòd magiſtratus gradum ſuperioris agnoſcat.

c ¶ Exigit.] ſimile 32. q. 6. c. 1. & 2. & 74. diſt. quorumdam. & diſt. 9. neque. in fi. ff. de adul. ſi vxor. §. iudex. lo.

PATEAT. CASVS. Ab illo cap. decreto. eſt ſuſpenſiua cõſtructio vſque ad hunc §. Ex ſupradictis ergo infert, quòd appellari poteſt etiam fruſtratorie: ſi tamen fruſtratorie appellauerit, à iudice appellationis punietur. Poſtea dicit quòd appellari poteſt, quoties grauamẽ infertur. & ad hoc inducit capitula ſequẽ.

d ¶ Cõdemnabitur.] ſi apellatio alicuius fuerit pronũciata fruſtratoria, tunc ſi prior iudex, à quo eſt appellatum, non admittit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abſcedat. C. de appella. à proconſulibus. ſed ſi prior iudex admiſit appellationem, pro arbitrio iudicis punitur, vt C. eo. l. eos. §. ne temere. Sed ſi in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in quinquaginta libris argenti. C. quorum appel. non reci. ab executore. l. fi. Si ſine calumnia, non punitur niſi in expenſis. extra de appel. ſæpe. extra de ro. qui mittitur in poſ. cauſa rei ſeru. cũ veniſſent.

Appellans per calumniã ad qd puniatur.

Item remittitur ad eum à quo appellauit. extra eod. cum in eccleſia. Dicunt tamen quidam, quòd niſi euidens ſit aliquem calumnioſe appellaſſe, non debet puniri in expenſis. Arg. optimum, ff. de leg. 2. qui ſolidum. §. etiam. alioquin quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum, vt ff. de petitio. here. illud. tunc autem præſumitur non fieri calumnioſe, cum iudicatum eſt de calumnia, vt 2. q. 7. ſancimus. ſed hoc non credo, immo ſemper in cauſa appellationis condemno victum, vt 3. ead. omnino. & in conſtitutio. noua Inno. de app. vt debitus a. & ff. de appella. negotiorum. in princi. & 3. eadem q. 1. in primis. Ioan.

a Hanc ſententiam ſequitur Go. qđ dic vt plene not. p Bal. Inn. & Ho. ext. de do. & cõtu. in fin. Archi.

QVoties.] CASVS. Si epiſcopus grauatur à ſynodo, vel metropolitano, vel eos ſuſpectos habuit, ſedem Apoſtolicã appellet, & nõ excõicẽt, nec res auferant, vel vis fiat ei donec negotiũ per ſedẽ Apoſtolicã terminetur. Caſus ſequẽtis capituli per ſe patet.

e ¶ Putauerint.] licet non grauentur, & ſufficit quòd putent hoc, & ſufficit probare probabilem cauſã appellandi

Iud.l.extra de ap.bonæ.in fi.& ff. eo.appellandi:niſi ſit remota appellatio:tunc enim requiritur quòd ſit probabilis,& quòd ſit talis,qua probata legitima ſit appellatio,vt extra eo.vt debitus:Ioan. Ego credo vnde iſti intelligo quòd hodie debet eſſe cauſa probabilis & legitima, vt extra

NOn ita.]CASVS. Aliud eſt in negotijs ſæcularibus quàm in eccleſiaſticis,quia in ſæcularibus non appellatur ante ſententiam:in eccleſiaſticis vero quandocumque grauatur poteſt appellari.

d ¶ Non ita.]ſecundum leges ante diffinitiuam ſententiam non appellatur, vt C.de Iud. apertiſſimi.& ǰ.ea.non ſolent. tamen clericus ante diffinitiuam ſententiam appellat, vt C.de epiſc.aud.l. 2. & cum actorum vel pronuntiationis editio negatur.C.vt lit. pen.l.2.& cum ab iniuria appellatur, vt de mino.ait prætor. §. permittitur. Idem dico vbi appellatur, à grauamine manifeſto,vt C.de ap.ſi quis prouocationem. Item vbicumque iudex aliqd facit contra legem negando dilationē, vel quid ſimile, vt ǰ.ead. non ſolent.Hodie autem ſecundum ius canonicum non appellatur ante ſententiam,niſi euidens fuerit cauſa grauaminis, vt in conſtit.Inno. vt debitus.& ſic videtur idem iuris ſecundum leges,& etiam ſecundum canones, quòd falſum eſt, vt dicunt doctores legum, & ǰ. ea.non ſolent.

Appellare ante ſententiam vetū liceat.

ſpectos habuerint;mox Romanam appellent [a] ſedem,ad quam eos abſque vlla detentione,aut ſuarum rerum ablatione libere liceat ire : & dum prædictam Romanam matrem appellauerint eccleſiam,aut ab ea ſe audiri [b] popoſcerint,nullus eos aut excommunicare[c],aut eorum ſedes ſurripere,aut res eorum auferre , aut aliquam eis vim inferre præſumat, antequam eorum cauſa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd ſi aliter à quoquā præſumptum fuerit,nihil erit,ſed viribus carebit.

[Item Iulius Papa in reſcripto ad epiſcopos orientales, cap.30.]

¶Deoodem. PALEA C. XVII.

ǰ.ead.c.ideo.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, vt ab ea omnes auxilium oppreſsi,& iniuſte damnati reſtitutionem ſumant.

¶ Eſt ſumma quadam capitis recitati ſupra ead. c. ideo. & habetur in vetuſtis exemplaribus, in quibus palea eſſe non ſolent.

Oppreſſi, & ſe prægrauari putantes intelliguntur ante datam ſententiam: iniuſte damnati, poſt datam ſententiā.

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ epiſcopus ſcribit epiſcopis per Siciliam, epiſt. 2. c. 1.

¶Ante exitum cauſæ per appellationem recedere licet. C. XVIII.

Anſel. l.3.c.73.
Poly.l.5.tit.1.
Iuo p.6.c.336.
Pann.l.4.c.100.

NOn ita [d] in eccleſiaſticis agendum eſt negotijs , ſicut in ſæcularibus. Nam in ſæcularibus legibus, poſtquā vocatus quis venerit , & in foro decertare cœperit , non licet [e] ei ante peractam cauſam recedere . In eccleſiaſticis vero, dicta cauſa [f], recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

e ¶ Non licet.] Alia eſt ratio negotiorum eccleſiaſticorum, alia ſæcularium, vt ǰ. de conſec.diſt.3. celebritatem. 10. diſt. leges. 33.q.2.admonere.ar. contra. 11.q. 1. quicumque litē. ſed hoc propoſuiſti. Quidam tamen dicunt, q̧ vbicūmque tam ſm leges quàm ſecūdum canones poteſt fieri appellatio a manifeſto grauamine. Alij dicunt q̧ ante ſententiam ſecundum leges non appellatur niſi in caſibus in iure expreſſis.

vt extra eo.vt debitus.quod intelligo ante ſententiā.B.

a ¶ Appellent.] Nota quòd poteſt a iudice ſuſpecto recedi per appellationem , vel etiam per recuſationem, vt hic,& extra eo.poſtremo.& ǰ.cap. proxi. & extra vt lit.non conteſt.accedens 1.& quidquid fit poſt recuſationem,æque caſſatur ſicut fieret poſt appellationem, vt extra de eo qui mit.in poſ.cum ſicut.in fi. Refert tamen cum dicitur, recuſo iudicem vt ſuſpectum,quo caſu loquitur decre.extra de ap. ſecundo requiris. Vel ſi ſic dicatur,habeo iudicem ſuſpectum.quo caſu non cogitur coram arbitro probare cauſam ſuſpicionis: quia poteſt iudicem declinare per appellationem , vt dictum eſt.

Iudex ſuſpectus dupliciter deſeritur.

ſ Dicit Inno. Nos cōcedimus,q̧ à iudice delegato vel ordinario poſsit appellari ex ea cā quia ſuſpect' eſt, cū tunc habeat certū mediū recuſationis. 3.q.5. quia ſuſpecti. Archid.

b ¶ Audiri.] Nota nihil intereſſe vtrum dicat, quis, quòd velit cauſam ſuam audiri a Papa,vel expreſſe ad ipſum appellauerit,ſicut nec refert an appellet quis facto,vel verbo,extra eo.cap.dilecti.in parte deciſa.

c ¶ Excommunicare.] poteſt tamen de facto ad cautelam petere abſolutionem,vt extra eo. ad præſentiam , ſi vero appellatio non tenet,tunc poteſt talis excommunicari poſt appellationem:arg.extra eod. quæſtioni.Io.

OPPRESSI.CASVS. Oppreſſi dicuntur prægrauati ante ſententiam, iniuſte damnati poſt ſententiam. Et ad hoc inducit ſeq.cap.

non tenet, vt extra de fo.compe.

f ¶ Dicta cauſa.]ideſt,aſſignata cauſa appellationis,ſed non oportet ibi probari,ſed coram iudice ad quem appellat,vt C.de ap.ea.& ǰ.ead.q.in fi.niſi in caſu. C. de preci.Imper.offe.authen.quæ ſupplicatio. & extra de his quæ fi.a maio.parte c.cum in cunctis.nec prius eſt audiendus appellans a iudice ad quē appellauit, quàm conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine. Aliter enim remittendus eſt ad eum a quo appellauit,vt extra de app.cum in eccleſia.Videtur ergo q̧ quilibet tenetur aſſignare cauſam appellandi, vt hic.& extra de appel. conſtitutus 2.& ff.de ap.appellanti.ſicut in ſuſpecto iudice cauſa eſt aſſignanda,licet alibi probanda ſit. ſed q̧ non ſit aſſignanda,probatur:quia fruſtratoria appellatio ſecundum hæc iura eſt admittenda. Item non vř eſſe neceſſariū q̧ allegetur cauſa , quia poteſt ab ea recedi.ff.eo.ſcio quæſitū.in fi.extra eo.tit.conſtitutus. Item q̧ non ſit neceſſe cauſam aſſignare, pbat extra vt lit.nō conteſt.accedens 2. Et dicit lex,quòd cum coram iudice appellatur, ſufficit dicere,appello,vt ff. de appel.ſcio.

Appellationis cā vtrū ſit aſſignanda.

Dicas ergo, ꝙ ſemper appellans tenetur aſſignare cauſã, vt extra eo. vt debitus 1. ſi ſi cauſã nõ aſſignat, & poſtea contra iudicem appellationis probat iuſtã fuiſſe cauſã appellandi, bene caſſabitur quod factum eſt, vt extra vt lit. non conteſt. accedens 1. Et ita prior iudex bene fecit non deferendo appellationi, cum cauſa appellationis non ſit expreſſa. Secundus ſimiliter bene excuſat quod factum eſt, cum iuſta cauſa ſubfuerit appellandi. Alij exponunt dictam cauſam id eſt, lit. non conteſt. quia ante litem conteſtatam nõ eſt appellandum, vt extra de app. reprehenſibilis. niſi fiat apertum grauamen, vt extra eod. conſuluit 1. & c. cum ſit Romana. Io. Hodie ante ſententiam qui vult iudicem recuſare, ſemper proponat cauſam, vt extra eo. vt debitus, & offerre debet ꝓponẽs ſe velle eam probare corã arbitris ſi iudex petit, alioquin eius appellatio non valet, vt extra de app. interpoſita. Si vero non recuſet iudicem, ſed aliã cauſam proponat, alleget talem, quæ probata ſit legitima, & eam coram iudice offerat ſe probaturum ſi iudex petit. B.

QVI VERO. Hæc eſt tertia pars q̃ſtio. in qua dicitur, ꝙ contumaces ſunt puniendi ſecundũ maius & minus: tamen grauatus ſemper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fant.

Casvs. Dicitur hic qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit ſequens cap.

1 Hoc melius habet eo. ti. cum ſpeciali, vbi Inn. no. ꝙ ſufficit ei qui recuſat, cauſas recuſationis legitimæ proponere. Arch.

teſt mittere in poſ. cauſa rei ſeruandæ habetur extra de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. 3.

b ¶ Probatum.] ergo qui dicit aliquem contumacem, hoc probabit 2, ſicut qui dolũ obijcit: arg. 3. q. 1. c. 1. & c. nemo. extra de reſtitut. ſpol. audita. Arg. contra ff. de re iud.

2 Scilicet per teſtes, vel inſtrumenta, vel citationes, quæ in ſcriptis redigẽdæ ſunt. extra de probat. quoniã. Bern.

3 *Qui vero ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde in concilio Mileuitano, c. 24.

¶ Excommunicetur, qui iudicibus ſuis obtemperare non vult. C. XIX.

QVisquis[a] probatus fuerit per cõtumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum[b], det litteras, vt nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet. Pann. l. 4. c. 132.

Item, quòd poſt datam ſententiam appellari poſſit, Fabianus Papa teſtatur dicens Hilario epiſcopo, epiſt. 3. c. 2.

Cod. Theod. l. 11. tit. 30. in interpr. l. 20. Anſ. l. 2. c. 11. Burc. l. 1. c. 148. Iuo p. 5. c. 261. Pann. l. 4. c. 122.

¶ Non denegetur appellatio ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauit. C. XX.

LIceat etiam in criminalibus[c] cauſis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem ſupplicio † ſententia deſtinarit.

† *in ſupplicium*

Quod paulo ante idem affirmat eodem cap.

¶ Ante datam ſententiam licet alicui appellare. C. XXI.

SI quis iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat. Iuo p. 5. c. 248. Anſ. ibidem. Burch. ibidem. Pann. l. 4. c. 120.

4 *Poſt datam vero ſententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies*[d] *appellet, & intra eoſdem, à quo prouocauit, litteras dimiſſorias accipiat; & intra eoſdem, ad quem appellauit, iter arripiat.*

Vnde in Theodoſianis [a] *legibus*[e] *ſic ſtatutum inuenitur.*

a ¶ Theodoſianis.] *Hoc & quattuor ſequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodoſianis, habentur lib. 5. ſententiarum Iulij Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiam tempore has ſententias coniunctas fuiſſe cum codice Theodoſiano, ſeu breuiario Alarici. Alaricus autẽ in præfatione profitetur ſe volumen illud non ex ſolo Theodoſiano codice, ſed ex varijs libris*

QVisquis.] Casvs. Si aliquis præcepto vel ſententiæ iudicis parere non vult, ſignificet hoc ſuperiori, & ille excõmunicabit eum, & faciet euitari donec pareatur ſententiæ vel præcepto.

a ¶ Quiſquis.] Iſtud c. intelligunt quidam de delegatis iudicibus, quorũ ſententiam epĩs loci tenetur mandare executioni, vt extra de offi. deleg. ſignificaſti. Alij intelligunt de iudicibus datis ab ipſo epo, qui ſuam ſententiam non poſſunt mandare executioni: quia tãtum delegati à principe poſſunt mandare ſuas ſententias executioni. ff. de re iud. à diuo. ſed hoc non eſt verum, quia ſubdelegati hoc poſſunt, vt extra de offi. deleg. ex litteris. & ext. de ſent. & re iud. cum Bertholdus. Io. Fere oẽs dicunt, ꝙ ſubdelegatus non poteſt ſentẽtiam mandare executioni per legem. ff. de re iud. à diuo. & ſi excõicare poſſit, vt extra de offi. deleg. ex litteris, quia iubere cauere, & in poſſeſſionem mittere, magis eſt imperij quàm iuriſdictionis, vt ff. de iuriſd. om. iud. iubere. B. Sed ꝙ po

Delegati inferiorũ ſuas ſñias exequi nõ poſſunt.

iud. contumacia. & 65. diſt. c. vlti.

c LIceat etiam in criminalibus.] Immo potius in criminali quàm in ciuili, vt ff. de app. non tantum. & j. e. ad. non ſolent. & §. eſt autem quando. ver. nullus.

SI quis.] POST DATAM. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua quæritur intra quod tempus ſit appellandũ. & dicas ꝙ intra decem dies. j. ea. anteriorum. Probat tñ magiſter in legibus Theodoſianis, ꝙ intra triduum ſit appellandum. Sed illæ leges ſunt correctæ per prædictã. l. anteriorum. Io. de Fant.

Casvs. Dicitur in hoc § ꝙ intra quinque dies appellari debet, & intra eoſdem litteras dimiſſorias accipere, & iter arripere ad iudicem appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

d ¶ Intra quinque dies.] olim ſtatuti fuerunt duo dies. j. ead. biduum, poſtea Theodoſius dedit quinque, deinde Iuſtinianus decem, vt j. ead. anteriorum.

e ¶ Vnde in Theodoſianis legibus.] qui has leges allegat, falſarius eſt, vt C. de vete. iur. enuc. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de nouo cod. confirman. in fine.

PRopter.] CASVS. Si quis duxerit appellandum, intra quinque dies appellet, & intra eoſdem litteras accipiat dimiſſorias, & ad iudicem ad quem appellauit perueniat: & ſi maius ſpatium ad iter fuerit neceſſariū dabitur ei.

a ¶ Quo iter.] vt ſemper viginti milliara pro die computētur 1. vt ff. ſi quis cau. l. 1. & ſi quid ſupererit, hoc etiam pro die computetur, vt ff. de verb. ſig. l. 5.

collegiſſe, & in legum collectione, atque interpretatione epiſcoporum præcipue opera vſum fuiſſe.

In ſententijs Iulij Pauli cum interpret. Aniani lib. 5. titul. 33. c. 1. Iuo p. 5. c. 281. Pann. l. 4. c. 127.

¶ Poſt latam ſententiam intra quod tempus quiſque appellare debeat. C. XXII.

PRopter ſuperfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocandis ſententijs liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ conſtitutæ ſunt; vt quicumque apud iudicem, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem appellare † voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipſis quinque diebus ad iudicem, ad quē prouocauerit, ſine aliqua diſsimulatione perueniat: & ipſe dies, quo accepit litteras, in his quinque diebus ſpecialiter computetur. Quòd ſi longius iter ſit, exceptis his quinq. diebus, ſpatium dierum, quo iter [a] agi poſsit, computetur.

† *al. prouocare*

C. XXIII.

ff. ſi quis cau. l. 1.

HAbita dinumeratione xx. millium diurnorum per ſingulos dies, computetur.

¶ Caput hoc abeſt à vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Iuone, & Pannormia. In vno autem Gratiani valde emendato eſt in margine ſuperioris capitis tamquam gloſſa quædam.

Item ibidem tit. 34.

¶ A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimiſſoriæ litteræ dirigantur. C. XXIIII.

Iuo p. 5. c. 282. Pan. l. 4. c. 128.

AB eo, à quo appellatū eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, dimiſſoriæ litteræ dirigātur, quæ vulgo apoſtoli appellantur, quarum † poſtulatio, & acceptio intra quinque [b] dies ex officio ſinienda † eſt. [¶ Iſta iam ſuperius ſub titulo de cautionibus, & pœnis appellationum interpretata ſunt.] ¶ Qui intra ſtatuta [c] tempora dimiſſorias non poſtulauerit, vel acceperit, vel reddiderit; præſcriptione ab agendo ſubmouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

† *al. quorum* † *al. facienda* Sunt verba interpretis.

Item ibidem tit. 35. c. 2.

¶ De his, qui cauſa dilationis appellant. C. XXV.

Ex interpretatione. Iuo p. 1. c. 283. Pann. l. 4. c. 129.

QVicumque [d] non confidentia iuſtæ cauſæ, ſed cauſa afferendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellauerit, vel ſi de facto ſuo confeſſus, ne addicatur †, appellare voluerit; huiuſmodi appellationes non recipiuntur.

† antea legebatur, *abijciatur, vel, obijciatur.*

Item ibidem tit. 36. c. 1.

¶ Cum poſſeſſor appellat, dum euentus cauſæ dubius eſt, poſſeſsionis fructus ſequeſtrentur. C. XXVI.

Ex interpretatione. Iuo p. 5. c. 284. Pan. l. 4. c. 130.

QVoties poſt auditam cauſam iudici poſſeſſor appellat; fructus poſſeſsionis, de qua agitur, dum ſecun-

ABeo.] CASVS. Dicitur hic, quod litteræ dimiſſoriæ porrigi debent iudici ad quē appellatur, intra quinque dies, & intra eoſdem peti & accipi: & ſi hoc appellās non fecerit, cadit à cauſa: & verba iſta, ſcilicet [Iſta iam.] vſque ibi, [Qui intra.] &c. nō ſūt de lege, ſed Gratiani, vel alterius [Superius,] id eſt, in codice Theodoſiano. & hoc ſimiliter eſt abrogatum.

b ¶ Intra quinq.] hodie xxx. vt infra ead. q. in ſi. §. pen.

c ¶ Statuta.] ſic & hoc hodie nō tenet, vt C. eo. quoniam.

QVicumque.] CASVS. Nō audit̄ fruſtratorie appellans 2. vel qui in iure confeſſus fuit contra ſe.

d ¶ Quicūque.] qđ obtinet in ciuili, vt cōfeſſus non audiat̄ appellans: in criminali aliud, vt ſ. ea. ſunt quorum ¶. niſi alia probatio iudicem inſtruat. ff. de quæſtio. l. prima §. diuus. ſecundo. Ioan.

QVoties poſt auditam cauſā.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi poſſeſſor rei immobilis cōfeſſus fuit, & cōdēnatus fuit ad reſtitutionem rei; ſi appellauerit, cauſa pendente fructus ſunt ſequeſtrādi: quod in petitione fieri non poſſet, cum nihil poſſideat. Sed ſi propter prædia vrbana, id eſt, domus vel mancipia, vel iumenta fuerit appellatum, penſiones, mercedes, & vecturæ debent ſequeſtrari: quod intelligi debet. & ſi propter nauem naulum fuerit acquiſitum, quod dat̄ nautis propter aliqua in naue ferenda.

1 De hoc not. ext. de ele. cum inter vniuerſas. & de reſcri. nōnulli. in glo. numquid, &c.

2 Sub. niſi vellet probare errorē. nā tunc audit̄ extra de conſti. c. vlt. & not. ext. de ver. ſig. ex parte. Arch.

3 Concor. l. 2. cum gl. & ibi Bar. C. quo. ap. non recipi. & l. creditor. §. iuſſus. ff. de app.

a ¶ Sequeſtrantur.] hoc non tenet hodie, vt 7. 16. q. 4. volumus. infra ead. appellatione pendente. & extra de ſequeſt. ad hoc. Vel tenet in caſu, qui eſt ff. de ap. Imperatores. ſcilicet quando poſſeſſor dilapidat fructus, vt ibi dicitur. hoc expreſſe patet de ſequeſt. c. pen. & fi. Vel dic, quod ſi appellatur ab executore, quod tunc ſequeſtrātur fructus, ſed non res ipſa, vt C. quorum app. non recip. ab executore.

Appellatio ab executore facit fructus ſequeſtrari.

ſed contra dies in quo fit diuortium, computatur inter ſexaginta dies, qui dantur accuſatori à tempore diuortij, vt ff. de adulte. pater. §. 1. Item licet dicat intra decē dies, tamen decimus dies comprehenditur intra illud tempus, vt ff. de ſucceſſ. edi. l. 1. § quod dicimus. & ff. de verbo

dæ audientiæ euentus dubius eſt, merito ſequeſtrantur [a]. Nam ſi petitor appellauerit, hoc ab eo poſtulari nō pōt: quia non poteſt ſequeſtrari quod non habet. Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, penſiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, ſi de naui agatur, deponi ſolent.

Ex Paulo ibidē.

Item ibidem, tit. 37. c. 1.

¶ Iniuſte appellans omnino puniendus eſt. C. XXVII.

Iuo p. 5. c. 287. Pann. l. 4. c. 131. Ex Paulo.

OMnino [a] puniendus eſt, vt quoties iniuſta appellatio pronuntiatur, ſumptus [b], quos dum ſequeretur aduerſarius, impendit, reddere cogatur non ſimplos, ſed quadruplos [c].

a ¶ Omnino puniendus.] *In ſententijs Pauli legitur*, omnimodo probandum eſt, &c. *Sed quia eſt initium capituli, & de huiuſmodi punitione multa ſunt à doctoribus adnotata, non eſt mutatum. Tantummodo ductus orationis eſt emendatus, addita particula*, vt.

OMnino.] Casvs. Si aliquem iniuſte appellaſſe pronuntiatum fuerit, aduerſario condemnabitur in expenſis, non tantum in ſimplum, ſed in quadruplum.

Appellantis iniuſte punitio.

b ¶ Sumptus.] ſecundum canones punitur in expenſis, vt hic, & extra eo. reprehenſibilis. ſecundum leges punitur in ciuili cauſa in 50. libris argenti. C. quorum appellatio non recip. ab executore. in criminali infamis eſt, & litem perdit, vt C. de app. à proconſulibus. niſi primus iudex admiſiſſet appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur. C. de ap. eos. §. nec temere.

c ¶ Quadruplos.] hodie ſimplos, vt C. de fruc. & li. expen. non ignorat. & l. terminato. Vel forte duplos. vt 3. q. 4. libellum. Dic vt extra de dolo, finē.

Præmiſſis auctoritatibus intra quinque dies poſt datam ſententiam cuiq. appellare permittitur. Quod poſtea Iuſtinianus in conſtitutionibus ſuis corrigens intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens,

Imperat. Iuſtinianus Auguſtus.

Nouella 23. apud Iulianum anteceſſorem.

¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur. C. XXVIII.

ANteriorum [d] legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes faciētes, & in præſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitate etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: ſin autem per procuratorē cauſa ventilata ſit, & in triduū proximum eam extendi. Ex rerum autē experiētia inuenimus hoc ſatis eſſe dānoſum: Plures enim homines ignaros legū ſubtilitatis, & putantes in triduū eſſe prouocationes porrigendas, in promptum periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſariū duximus huiuſmodi rei competenter mederi: Et ſancimus omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue p procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, & tutores vētilentur, poſſe intra decem dierum [e] ſpatium à recitatione [f] ſententiæ

PRÆMISSIS. Casvs. Repetit ſupradicta Gratian. vt corrigat. & ad hoc inducit ſequens authēticum, anteriorum legum.

ANteriorum.] Casvs. In lege veteri cauebatur, vt qui propriam cauſam per ſe agit, intra biduum appellet: qui vero per procuratorē, intra tertiam diem. Sed quidam legum ignari propter hoc decipiebantur, putantes ſibi licere ſemper poſſe intra triduum appellare, & ſic à cauſa cadebant. quare hoc corrigit Imperator, & ſtatuit, quod cuilibet liceat appellare à ſententia intra decem dies in quacumque cauſa, & à quocūq. iudice, excepto præfecto prætorio.

d ¶ Anteriorum.] in authen. de appell. & intra quæ tempora debeat appella. coll. 4. in princip.

e ¶ Dierum.] ſed numquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Non videtur: quia dies illa, in qua promiſſio aliqua fit, non computatur cū illo tēpore, niſi excipiatur, vt ff. ſi quis cau. l. 1. verbo. ſig. ſi quis ſic dixerit. immo idem videretur, ſi diceret ante decem dies. quod adhuc in decimo die poſſet appellare, vt ff. de ver. ob. l. cum qui. §. qui ita. & facit ad hoc ff. ead. propter. Reſpon. quod ſi tantum ſupereſt de die, quod poteſt deliberare condemnatus, tunc illa dies computatur pro vno die. Io. Ego credo, quod ſemper computetur, & ita ſeruatur de facto.

Appellationis dies cōputatur in decendio, quod datur ad appellandum.

f ¶ A recitatione.] numquid hoc tempus vtile eſt ſicut fuit tempus bidui? quod videtur, aliter enim videretur eſſe diminutum beneficium antiqui iuris, maxime cum

Appellationis tempus an ſit vtile an cōtinuum.

cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo veteri iuri ſtandum eſt.C.de appella.præcipimus. in fin. & quod non mutatur,quare ſtare prohibetur, vt C. de teſta. ſancimus.quare ergo dicit hic,a recitatione ſententiæ, cum ſecundum legem antiquam à tempore ſententiæ compu-

b ¶ Vitium eſt.]ar.quod per me non ſtat,mihi non eſt imputandum.43.diſt.Epheſijs.C.de condi.inſer.l.vlti.

c ¶ Sed ſi quid.]vnde ſic non poteſt terminus præfigi, vt die tali ſit appellans reuerſurus,vt extra de app. ex inſinuatione.

enumerandum,iudicibus ab his,quorum intereſt, offerri, ſiue magni,ſiue minores ſunt,excepta videlicet ſublimiſſima prætoriana præfectura, vt liceat homini intra id ſpatium pleniſsime deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum:ne timore inſtante opus appellatorium frequentetur,ſed ſit omnibus inſpectionis copia; quæ & indiſcuſſos hominũ calores poteſt refrænare. ¶ Ad hæc ſancimus,ſi quando lis [a] ſperatur inferri in noſtrum conſiſtorium,ſi forte contigerit Imperatoriam maieſtatem occupatã publicis cauſis ex mundanis prouiſionibus, nõ poſſe conuocare patres,quatenus cauſa agitetur,non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium [b] eſt litigantium,ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis,vt nolentẽ principem poſsit ad conuocandos patres,ceteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid [c] tale euenerit, cauſa intacta permaneat; donec Imperator [d] ſua ſponte motus,& conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

¶ Illud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas † ita magiſtratus digeſſerit, vt alij maiores,alij medij,alij minores ſint, & appellationes à minoribus iudicibus non ſolum ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent,nouitas autem hoc dereliquerit;euenit, vt ſuper minimis cauſis [e] maximi noſtri iudices inquietentur, & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendijs,vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus [f] iudiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Aegyptiaco tractu,vel adiuncta ei vtraq. Lybia prouocatio ſperatur vſq. ad decem [g] librarum auri [h] quantitatem;non in hanc regiam vrbẽ eam venire, ſed ad præfe-

† Concor. l. ſemper. ff. de iur. immu.& l. teſtaméta. C. de teſta.

d ¶ Imperator.] idẽ eſt ſi alius iudex impediatur ad quem appellatur: in Auth. vt ſpon.larg.§.hoc quoque.coll.9.hoc verum eſt in cauſa appellationis; in principali enim cauſa ſecus eſt: quia ibi perit lis triennio.C. de iud. properandum. Item quod dixi eſt verum,ſi ipſe appellans impediat' 2 per cauſam neceſſariam: puta per vim fluminis, vel ſimile. extra de app.ex ratione.ſi autem alter impediret eum, hoc ei noceret: Sed poſſet agere contra impediẽtem.ff.de dolo.l.arbitrio.§.ſi dolo. Sed ſi ille non eſſet ſoluendo.tunc ei lis reſtituitur.ff.de eo per quem factũ erit, ex hoc edicto. argu.℥. extra de in integ.reſtit.ex literis.ibi enim non datur actio contra decipientem. ſed reſtituitur contra ſententiam. ſed hoc fuit quia impediens non poterat ſoluere quod petebatur. Io. Hodie ſecundum canones non perit inſtantia iudicij, ſi propter impedimẽtum cauſa intra triennium terminari non potuit;vt ext. de iud. venerabilis.li.

Appellanti impedito quomodo ſuccurritur.

2 Scilicet per principem, vel per iudicẽ, & ſic intelligitur iſta decr.ex ratione. & probat' co. tit. ex inſinuatione ſm Ioã. de Fant.

ILLVD ETIAM. Casvs. Iudicum quidam maximi ſunt, & dicuntur illuſtres: quidam minores, & appellatur' clariſſimi:quidam medij,& ſpectabiles nũcupantur. Appellabãt homines aliter quàm antiquitus ſeruabatur. Nam pro minimis cauſis ad maximos iudices appellabant,ita vt totius litis æſtimatio vix ad ſumptus iudiciales ſufficeret,ideo ſtatuitur hic,vt in Aegypto & in vtraque Lybia vſque ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam,ſed ad præfectum auguſtalem, qui cognoſcat de cauſa,appellatione remota.In Aſia vero & Ponto vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad ſpectabiles,qui de cauſa cognoſcant ſine appellationis remedio.In oriente vero vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orientis, virum ſcilicet ſpectabilem.

computentur 1 hi decem dies,vt ℥. ead. biduum? Dic ergo,ꝙ quantum ad ſui initium vtile eſt:ſed continuũ quantum ad ſui progreſſum:quia tempus hoc computabitur à tempore ſcientiæ, vt C.quomodo & quando iudex,ab eo.& ff.de ædili.edic.cum ſex.& ℥. ead. c. biduum.Cum enim illi decem dies dentur ad deliberandum,an velint ſtare ſententiæ, vel non: qualiter poſſet ignorans deliberare? Currit ergò hoc tempus à tempore ſcientiæ.& etiam à tempore quo poteſt agere.℥.ead. biduum.§.palam.verſic.ſi aduerſus.extra de appella. ex ratione.H.tamen dicit hoc tempus eſſe continuum: ſed poſtea dicit reſtituendũ eum qui agere non potuit.

1 Sic etiam no. extra de app. ſuper eo. §.vlt.& de except. pia. in glo. ſic dicas. Arch.

AD HOC SANCIMVS. Casvs. Aliquis ad principem appellauit:ſed propter occupationes principis non potuit cauſam proſequi intra tempus conceſſum appellantibus à lege.dicitur hic, ꝙ non cadit à cauſa propter hoc:ſed cauſa tractabitur cum placuerit Imperatori. Nullus enim poteſt compellere principem, vt de cauſa cognoſcat. vel vt partes conuocet aut proceres.

a ¶ Lis.]extra eo.ex ratione.

e ¶ Cauſis.]quod fieri non debet,vt in Auth.vt omnes obed.iud.§.hoc conſiderantes.coll.5.

f ¶ Ad ſumptus.]ideſt,ad victualia,quæ dantur iudicibus,vt extra de vi.& honeſt.cle.cum ab omni.

g ¶ Ad decẽ librarũ.]no.x.lib.auri minimũ quid dici.

h ¶ Auri.]hic vocat minimam ſummam vſque ad x. lib.auri alibi vſque ad xx.marcas: alibi vſque ad duos

ctum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris, nulla ei penitus poſt diffinitiuam [a] ſententiam appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit vſq. ad prædictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros ſpectabiles, comites forte, vel proconſules, vel prætores, vel moderatores, quibus ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis, vice ſacri cognitoris [b] intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore perferant decidendas: Orientalem autem tractum cauſas appellatione ſuſpenſas, & vſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum ſpectabilem comitem orientis mittere, ſimili modo audientiam, & finem eis impoſiturum: Illo videlicet obſeruando, vt viri ſpectabiles duces, vel alij ſpectabiles iudices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittant appellationes in litibus, quantæcumque ſint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio in maius tribunal aſcendere): ſed ad illuſtriſsimam præfecturam illorum appellationes, cuiuſcumq. ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigantur, quæ † vnà cum [c] viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat, vtroque [d] officio ſubminiſtrante [e], ideſt tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quàm præfectorio. Ita tamen [f] hæc ſancimus, vt nec à ducibus, vel alijs ſpectabilibus iudicibus (quibus forte, & ſi priuati [g] ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit) appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat, ne cauſa non gradatim [h] procedere, ſed perperam videatur: ſed à præſidibus [i] quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis [k], ſi non ſint ſpectabiles iudices, intra memoratam quantitatem refertur [l]. Si autem vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, (quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt) vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel hi, qui à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatem; eorum appellationes ſub quacumque [m] quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes [n] antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs, quæ in appellationibus [o] ſtatuta ſunt, vel ab antiqua proſapia, vel ab auctoritate anteriorum conſtitutionum, vel à noſtra humanitate, intactis, illibatiſque cuſtodiendis.

† quæ] orig.

aureos. ff. de dolo. ſi oleum. alibi quinquaginta ſolid. C. de defen. ciu. l. 1.

a ¶ Poſt diffinitiuam ſententiam.] no. caſus in quibus ſecundo non auditur appellans. C. de epiſc. aud. Auth. ſi q. litigantium. C. de aſſer. tol. l. 1. C. de appel. iubemus. & l. in offerẽdis. in Auth. de ſanc. epiſco. §. ſi q. vero. coll. 9.

b ¶ Sacri cognitoris.] id eſt, principis.

ILLO VIDELICET. CASVS. Statuitur hic, vt à minori iudice ad maiorem appelletur. vnde à ſpectabilibus ad ſpectabiles nõ eſt appellandum in quacumque quantitate: ſed ad illuſtriſſimam præfecturam, qui ſimul cũ quæſtore cognoſcant; ita tamen q. à ducibus, vel à ſpectabilibus, qui priuati ſunt, ideſt, ſine adminiſtratione, ad ſpectabiles non appelletur, licet habeant adminiſtrationem, & videantur maiores nõ habentibus, ſed vbi delegatur cauſa præſidialis alij minori iudici nõ ſpectabili, ad ſpectabilẽ appelletur. Vbi vero cauſa à principe delegatur illuſtri vel ſpectabili, qui habet ducatũ, vel ſpectabili, qui eſt ſub ducatu, & ſi nõ eſt dux, in regiã vrbẽ ad competentẽ iudicẽ appelletur. Sic mihi Bart. videtur caſus ponendus ſine præiudicio hominis prudentioris: & prudẽs lector, ſi ei videbitur, caſum in melius reformabit.

c ¶ Quæ vnà cũ.] ſcilicet præfectura illuſtriſſima.

d ¶ Vtroque.] ſcilicet prætoris & quæſtoris, quæſtor enim qui præſunt ſcrinijs Imperatoris, audiuit cauſas appellationis.

e ¶ Subminiſtrãte.] id eſt, cognoſcente.

f ¶ Ita tamen.] ſenſus eſt, non eſt appellandum à iudicibus qui ſunt illuſtres, ad ſpectabiles, qui ſũt minores: nec à ſpectabilibus ad alios ſpectabiles, cum ſint pares, ſed à præſidibus, qui ſunt minores, appellandum eſt ad ſpectabiles.

g ¶ Priuati.] q. ſi delegatur eis cauſa; ſed pendente iudicio ſiunt ſpectabiles, vt C. de app. præcipimus. in ſi. & ſic nõ ſemper conſideratur principiũ accepti iudicij. ſic 3. q. 7. §. tria, in ſi. ſic ff. de pig. act. l. ſi rem. §. ſi. arg. cõtra extra de prob. c. poſt ceſſionem. de elect. dudum.

h ¶ Non gradatim.] C. de appel. præcipimus.

i ¶ Sed à præſidibus.] qui ſunt clariſſimi & minores.

K ¶ Datis.] non tamen delegatis.

l ¶ Refertur.] appellatio ad iudices ſpectabiles.

m ¶ Sub quacumque.] hoc verum eſt cum appellatur à ſpectabilibus; ſed ſi à clariſſimis, tunc non appellatur ad vrbem, niſi ſit ſupra decem lib. auri, vt ſ.

n ¶ Ad cõpetentes.] per hoc no. appellationẽ ad aliũ fieri quàm ad delegantẽ, cõtra id ff. q. & à quo appel. l. ſecunda. & extra de offi. deleg. ſuper quæſtionum. ſic infra ead. placuit, vt presbyteri.

o ¶ Quæ in appellationibus.] i. ad principẽ, vt C. de execu. rei iudi. quinquaginta. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. ſi quis.

Appellãs ſecũdo, multis caſibus non audit.

Dicit L. q. iſta lex corrigitur per aut. de defen. ciu. de hoc & not. ex. de appellationibus. Arch.

Appellare non licet à maiori ad minorem.

Iudicij principiũ nõ ſemper conſideratur.

[illegible]

Item libro 49. ff. titu. quando appellandum ſit, lege prima, §. Biduum.

¶ Quando appellandum ſit primo, vel ſecundo. C. XXIX.

BIduum, vel triduum appellationis ex die ſententiæ latæ computandum erit. ¶ Quid ergo, ſi ſententia fuerit ſub conditione [a] dicta, vtrum ex die ſentétiæ latæ tempus computamus ad appellandũ, an vero ex die, quo conditio ſententiæ extitit? Sane quidem non eſt [b] ſub conditione ſententia [c] dicenda. Sed ſi fuerit dicta, quid fiet? Et eſt vtile ſtatim [d] tempora ad appellandum computari debere. ¶ Quod in ſententijs receptum † eſt; vt vel altera die, vel tertia prouocetur; hoc etiam in ceteris obſeruandum eſt, ex quibus ſententia quidem non profertur [e], appellari tamen oportere, & poſſe ſupra relatum eſt, *vt a cum quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio* [f] *non admittitur*. ¶ Dies autem iſtos, in quibus appellãdum eſt, ad aliquid vtiles eſſe oratio diui Marci voluit, ſi forte eius à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Ait enim, is dies ſeruabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare ſi forte ſtatim poſt dictam ſententiam copiam ſui non fecerit is, qui pronuntiauit (vt fieri aſſolet,) dicendum eſt nihil nocere appellatori. Nam vbi primũ copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimili modo ſubueniendum eſt. Quid igitur, ſi conditio horæ effecit, vt ſe reciperet? Si forte dicta ſit ſententia iam ſuprema [g] hora; vtiq. non videbitur ſe ſubtraxiſſe. ¶ Adeundi autẽ facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiã fecit. Ceterum, ſi non fecerit; an imputetur [h] alicui, quòd ad domũ eius non venerit, quòdq. in hortos non acceſſerit, & vlterius quòd ad villam ſuburbanã? Magiſq. eſt, vt nõ debeat imputari. Quare ſi in publico eius adeundi facultas non

† al. preceptũ

Sententia abſolutionẽ, aut condẽnationẽ continere debet.

1 Concor. tex. i. l. 1. §. biduum. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin.

3 Nam per appellationem extinguitur pronũtiatum. ff. ad Tur. l. 1. §. vlt.

Excõicatio lata ſub conditione tenet.

2 Non tamen niſi ſ euentũ cõditionis, vt in l. hic alleg. cedere, de hoc no. ſ. ead. q. 5. quanto. & ſea. in glo. in alijs. Ar.

Iudex vſq. ad quã horã expectare debet.

4 Hoc eſt verum in ↄtibus, ſed in iudicijs ſecus, vt colligitˀ extra de offi. deleg. c. cõſuluit. iuxta ſi. extra vt lit. non conte. c. 1. & de dolo. prouc.

BIduum.] CASVS. Dicitur hic, q̃ biduum, vel triduũ computandum ſit à tempore latæ ſententiæ ad appellandum: ſed vbi ſententia lata eſt ſub conditione, quæ tamen ſic ferri non debet, ſimiliter à die ſententiæ & non exiſtentis conditionis eſt appellandum intra biduum

duum vel triduum. quòd ſeruandum eſt non ſolum in ſententia, ſed etiam extra ſententiam, vt puta cum quis ad tutelam, vel ad alia munera nominatur. hoc etiam intelligas, vt hoc tempus computetur à tempore ſententiæ, ſi potuit copiam iudicis habere, vel illius à quo appellauit, vel ad quem appellauit.

a ¶ Sub conditione.] de futuro: tunc ſuſpenditur ſententia. ff. ſi certum peta. reſpiciendum. conditio autem de præſenti, vel præterito non ſuſpendit ſententiam. ff. ſi certum pet. cum ad præſens. & l. ſeq. tamen ſententia excommunicationis lata ſub conditione tenet 1. 63. diſ. Salonitanæ. extra de ſent. exc. à nobis 1. & ext. de appel. præterea 2. ff. de verb. ſig. cedere diem.

b ¶ Non eſt.] prohibetur quid fieri, quod tamen factũ tenet. ſic 45. diſt. de Iudæis. ff. de interdictis, & releg. relegatorum. §. ad tempus.

c ¶ Sententia] diffinitiua, ſed interlocutoria ſic, vt ĩ. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & extra de ap. præterea 2, quæ eſt huic legi contraria.

d ¶ Statim.] in alijs præſcriptionibus non niſi à tempore conditionis exiſtentis currit præſcriptio. ff. quando actio de pecu. eſt annalis. l. 1. §. annus. & C. de præſcrip. xxx. anno. cum notiſſimi. §. illud. Sed obijcitur, hæc ſententia non continet in ſe abſolutionem vel condemnationem, ergo nulla. vt C. de ſenten. & interlocu. præſes. ergo nec ab ea appellari eſt neceſſe, vt ĩ. ea. § diffinitiua, ver. eſt autẽ quando. Reſpondet. licet modo nulla ſit, ſperatur tamen & timetur, q̃ ſit valitura 2. nam in cõditionalibus obligationibus ſpes eſt debitum iri, vt ff. de verbor. ſig. cedere diem. inſti. de verb. oblig. §. ex conditionali. vnde licet appellatio non inueniat quid extinguat 3. tamen conditione exiſtente retrofingitur extitiſſe, vt ff. de ſol. ſub conditione, debitor. & effectus ſententiæ retrotrahitˀ quandoque, vt ff. de ijs qui not. infa. furti.

e ¶ Non profertur.] vt in electionibus, & præſentationibus, vt extra de app. conſtitutis. & c. reprehenſibilis. & extra de offic. de leg. ſuper eo. & eſt hic arg. quòd à tempore electionis vſque ad decẽ dies pȏt appellari.

f ¶ Excuſatio.] nota, q̃ quinquaginta dies dantur ad excuſandum ſe illi, qui vocatur ad munus ciuitatis: ſimiliter ad munus tutelæ, ſed ſi excuſatio non fuerit admiſſa, tunc poterit appellare, vt inſti. de excu. tut. §. qui autem. ff. quando appella. ſit. l. 1. §. ſi quis tutor. C. de excu. tuto. l. quinquaginta. nec tenetur tunc appellare cum nominatur tutor, ſed tunc cum excuſatio eius non admittitur, vt ibidem dicitur, ſed cum aliquis eligitur ad dignitatem aliquam, ſtatim tenetur appellare ante, quàm ſe excuſet, vt ff. quando appel. ſit. l. 1. §. ſi quis tutor. niſi eligatur, vt ſit defenſor ciuitatis, ibi non habet locum appellatio, vt in auth. de defen. ciui. §. Item illud. coll. 3.

g ¶ Suprema hora.] videtur, q̃ iudices vſque ad ſupremam horam tenentur expectare partem aduerſam, ſicut totus dies quo pecunia debetur, cedit arbitrio ſoluẽtis. 4 Inſtit. de verbo. oblig. § 2. & dicit lex: Audient iudices veſpere, mane, & meridie, vt in auth. de iud. §. ſe debunt. coll. 6. & qui ante Kalendas promiſit, idem eſt ac ſi in Kalendis promiſiſſet, vt ff. de verb. obl. qui ante. argumen. contra. ff. de orig. iur. l. 2. §. & quia magiſtratibus, vbi dicitur, q̃ incongruum eſt, q̃ iudices veſpere præſideant. ſed diſtingue, vt dicitur extra de offic. iud. deleg. conſuluit.

h ¶ An imputetur.] propter hoc verbum dicunt quidam, q̃ non poſſit appellari, niſi in præſentia iudicis.

Appellandum ne eſt iudice præſente.

quia ſi eo abſente poteſt appellari, ergo non refert ſiue ſubtrahat ſe iudex, ſiue non, & eſt arg. pro eis extra eo. cùm ſit Romana. Sed ꝯ extra eod. ſuggeſtum. extra de alie. iud. mutan. c. 1. C. quomodo & quando iudex. ab eo. & C. de iud. l. vlt. 1

1 Et ff. quādo app. ſit. l. 1. & ideo dicebat Co. quòd app. emiſſa i abſentia iudicis bene excuſat ſi nō fit fraudulenter. hoc ipſe not. in ſpālic. c. ſuggeſtū. Arc. 2 Concor. tex. in l. 1. §. libelli. & ibi Bar. ff. d appel.

a ¶ Appellauit.] idest appellare voluit.

b ¶ Libellos daret.] ipſe iudex, ſcilicet dimiſſorios. vel intellige de libellis appellationis, quos appellans vult dare iudici.

c ¶ Quòd eum.] facto enim ſicut voce quis appellat, vt extra de appella. dilecti 2.

ET PALAM. CASVS. Illa cauſa dicitur propria alicuius, cuius damnum, vel emolumentum principaliter ad eum ſpectat. ſed ſi ſententia contra abſentem lata ſit, non currit ei tempus niſi à tēpore ſcientiæ, niſi per procuratorem fuiſſet defenſus: quia tunc difficile audiretur.

d ¶ Palam eſt eam.] pōt enim damnum pertinere ad aliquē, & fieri non ſuo nomine. 12. q. 2. §. qui manumittitur. 14. q. 2. ſuper prudentia.

e ¶ Scit.] ſimile extra de appella. ſuper eo. ver. fin. C. quomodo & quando iudex. ab eo.

Difficile dupliciter ſumitur.

f ¶ Difficile.] id eſt, non: nam alibi ponitur hæc dictio, difficile, pro vix. 47. diſt quātumlibet.

Abſenti vtrum ſubueniatur.

g ¶ Audiatur.] No. cum aliquis eſt abſens poſt lit. conteſt. aut abeſt ex iuſta cauſa, aut ex iniuſta. Ex iuſta tripliciter poteſt abeſſe, quia aut abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, aut ex cauſa neceſſaria tantum, aut ex probabili tantum. Si abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, vt ex cauſa rei publi. tunc ſi eſt legitime defenſus reſtituitur ad appellandum 3, vt ff. de in integr. reſti. l. vlt. ſi vero nullo modo eſt defenſus, vel fuit minus legitime, ad totam cauſam reſtituitur, vt C. ex quib. cau. maio. l. 1. & C. de proc. quia. Si abeſt ex cauſa probabili tantum, vt ex cauſa peregrinationis vel ſtudiorum, tunc ſi eſt legitime defenſus, ad nihilum reſtituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quib. cau. maio. l. nec non. Si autem non eſt legitime defenſus, tunc ſi conſtituit procuratorem, vel potuit conſtituere, ad nihilum reſtituitur, niſi ille procurator quem reliquerat, mortuus ſit, vel forte ſoluendo non ſit, vt ff. ex quib. cau. maio. ſed & ſi. §. 1. decre. tamen dicit indiſtincte retractandum quod factum eſt, ſi probatur iuſta cauſa abſentiæ, vt extra de ſent. & re iudi. cum Bertoldus. nec diſtinguit ur an potuerit conſtituere procuratorem, an non, vel an abfuerit, ex probabili cauſa, an non. & eſt arg. ad hoc. C. quomodo & quādo iudex. l. ab eo. ibi enim videtur ꝙ non ſit opus reſtitutione, ſed ꝙ de iure communi poſſit appellare, ſi abeſt ex cauſa neceſſaria tātum, vt cum quis ſit deportatus propter ſuum delictum, tunc ſi potuit conſtituere procuratorē, non ſubuenit ei, vt ff. de mino. Papinianus ait. ſed ſi abeſt ex iniuſta cauſa, numquam auditur appellans, nec ſubuenitur ei, quia contumax non auditur appellans, vt 24. q. 3. de illicita. & ꝯ. ead. §. ſunt quorum. niſi veniat iudice adhuc ſedente pro tribunali, vt ff. de in integ. reſti. diuus. ſed ſi eſt abſens ante lit. conteſta. tunc vel exedicatur, vel fit miſſio in poſſ. vt diſtinguit extra vt lit. non conteſt. iux. & c. quoniam frequenter.

3 Sed non ad totā cauſam. & ita intelligitur ff. ex quib. cau. ma. is qui. vbi dicit in integrum. aliàs eſſet cōtra. ff. eo. ſed & ſi. §. vlt. Ar.

fuit, melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. ¶ Si quis, ipſius quidem, à quo appellauit [a], adeundi facultatē non habuerit, *vt ſi ei libellos daret* [b], eius autem, quem appellauit, habeat copiam; videndum eſt, vt † ei præſcribi poſſit, quòd eum [c] non adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius adeundi fuerit copia, præſcriptio locum habeat. In propria cauſa biduum accipitur. Propriā cauſam ab aliena quemadmodū diſcernimus? Et palam eſt eam [d] propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. *& infra.* ¶ Si aduerſus abſentem fuerit pronuntiatum, biduum, vel triduum, ex quo quis ſcit [e], computandum eſt, non ex quo pronuntiatum eſt. Quod autem dicitur abſentem poſſe prouocare, ex quo ſcit, ſic accipit †; ſi non in cauſa per procuratorē defenſus eſt. Nam ſi ille non prouocauit, difficile [f] eſt, vt hic audiatur [g]. ¶ Si quem † in inſulam deportandum [h] adnotauerit [i] præſes prouinciæ, & Imperatori ſcripſerit, vt deportetur; videamus, quando ſit prouocandum, vtrum cum Imperator reſcripſerit † vt deportetur, an cū ei ſcribitur. Et putem tunc eſſe appellandum, cum recipi eum præſes iubet ſententia prolata, Imperatori ſcribendum, vt deportetur. Ceterum verendum eſt, ne ſero ſit, vt tunc prouocetur, cum Imperator inſulam ei aſsignauerit. Comprobata enim ſententia præſidis, tunc ſolet inſulam aſsignare. ¶ Rurſus illud verendum eſt, ſi mēdacijs apud principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo eſt? Recte dicetur humanitate ſuggerente, vt & hoc, & illo tempore non fruſtra prouocaretur: quia non aduerſus principem, ſed aduerſus [k] iudicis calliditatem prouocauit. *& infra.*

† al. an

† al. accipimus

† al. quidem

In principio eiuſdē legis primæ.

† al. ſcripſerit

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præſes iuſſit aliquem deportandum reſcripſit Imperatori, & Imperator reſcripſit vt deportetur, quæritur quando appellandum ſit: & certe dicitur ꝙ vtroque tempore appellandum eſt, ſcilicet cum præſes præcipit eum recipi inter condemnatos, & cum reſcribit Imperatori, nec appellat aduerſus principem, ſed aduerſus calliditatem iudicis: quia forte eum mendacijs apud principem onerauit. ſed ſi cum Imperatori ſcriberetur, oſtenſum fuit exemplum litterarum litiganti; ſi tunc non appellauit, conſentiſſe videtur, nec poſtea auditur appellans.

h ¶ Deportandum.] præſes enim deportare non poteſt, vt ff. de lega. 3. l. 1. § deportatus. Sed relegare poteſt. ff. de iniu. rup. teſt. l. ſi quis. § eius qui. & § ſeq. & ff. de interdict. & releg. l. relegatorum.

Metropolitanus de cā criminali epī cognoſcere pōt.

i ¶ Adnotauerit.] idest, iudicauerit. Arg. ꝙ metropolitanus poteſt cognoſcere de cauſa criminali epiſcopi, & talem ferre ſententiam, iudico te eſſe deponendum, ſicut hic præſes iudicat deportandum.

Appellans à grauamine, iuſte appellat.

k ¶ Aduerſus.] Ergo qui appellat à grauamine, iuſte appellat, licet remota ſit appellatio in reſcripto: qa nō aduer

aduerſus litteras principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat. ſic extra de offi. ind. deleg. cap. ſane. in fi. ff. de cuſt. reo. l. diuus. C. de rela. l. 2.

ILLVD QVOQVE. Hæc eſt vltima lex iſtius tit.

a ¶ Imperatori.] conſulendo ipſum, vel referendo. H, & tunc

CASVS. Di hic, q̃ pôt appellare is ad quem negotium pertinet, vel verus eius procurator, vel negotiorũ geſtor. Similiter mater pro filio poteſt appellare; nec tunc intercedere videtur, licet ab initio eũ defendere nõ poſſit.

l. vlt. eod. ati

¶ Illud quoque videamus, ſi cum Imperatori [a] ſcriberetur, exemplum litterarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea cõtra eum reſcriptum ſit, an appellare à litteris pridem ſibi editis poſſit ι? quia, qui tunc [b] non appellauit, vera eſſe, quæ ſcripta ſunt, conſenſiſſe videtur: nec eſt audiendus, ſi dicat euentum ſacri reſcripti ſe ſubſtinuiſſe.

α ¶ Vt cum quis.] *Hinc vſque ad ver.* non admittitur. *non ſunt in Pandectis: ſed quia ſuperius in eadem lege ſententia ipſorum exprimitur, non ſunt expuncta, ſed deſcripta alijs characteribus.*

ϲ ¶ Vt ei libellos daret.] *verba hac non ſunt in Pandectis, ſed ob gloſſam non ſunt inducta.*

γ ¶ Imperatori ſcripſerit.] *Sic eſt emendatum ex Pandectis. Antea legebatur,* Imperator reſcripſerit.

δ ¶ Sententia prolata.] *Hic vſque ad verſ.* Ceterum, *ſunt addita ex Pandectis.*

ι ¶ Poſſit?] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* certe non poteſt: *quæ neque in vetuſtis, neque in Pandectis habentur.*

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, leg. prima.

C XXX.

ς NOn ſolent audiri appellantes, niſi hi, quorum intereſt [c], vel quibus mandatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox [d] ratum [e] habetur. Sed etſi mater α cum filij rem ſententia verſam animaduerteret, prouocauerit [f], pietati dans, dicendum eſt & hanc audiri debere, & ſi litem [g] præparandã curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio [h] defendere non poteſt.

lege. 2. ibidem.

¶ *Scæuola libro quarto regularum.* Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem [i] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus ſit, vel in criminali, ſi cõtra leges [k] hoc faciat. ¶ *Macer lib. primo de appellationib. lege quarta.*

c ¶ Intereſt.] ſic extra de of. deleg. ſuper eo. ff. de inof. teſta. ſi ſuſpecta. immo etiam ſi nõ intereſt, dũmodo qualecumq; timetur præiudicium fieri, vt ff. eo. à ſnia. in princ. & extra de ſenten. & re iud. cum ſuper.

d ¶ Mox.] id eſt, intra decem dies, quia ratum debeo habere quod meo nomine factum eſt, cũ adhuc agere poſſim. ff. rem rat. hab. l. penult. Vel dicit, mox, id eſt, modico tẽporis ſpatio, quod magis intellectu quàm locutione exprimi poteſt, vt ff. de ſol. ratum. ff. rem rat. habe. quo enim.

e ¶ Ratũ.] ſed nonne ſi aliquis appellat pro altero, ille cogit̃ habere ratam appellationem, cum negotium eius vtiliter ſit geſtũ, vt ff. d̃ neg. geſt. Pomponius? Arg. cõ q̃ tantum in criminibus appellatur inuito condemnato, vt ff. de appel. non tantũ.

Appellationem ꝑ me factam an teneat ratificare.

f ¶ Prouocauerit.] pro filio condemnato vel pro conſanguineo etiam poſſunt appellare aliqui, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione. in parte deciſa melius de reg. cum ſimus. in parte deciſa.

Appellat coniunctus pro coniuncto.

g ¶ Litem.] appellationis: quia ſi ab initio defenderet, oporteret eam ſatiſdare: quia in aliena re nemo idoneus eſt defenſor ſine ſatiſdatione. ff. de procu. qui proprio. ſed hoc eſt vrile officium. C. d̃ ꝓcu. alienã.

h ¶ Ab initio.] pro filio non poteſt mater agere, vel ipſum defendere, quia hoc eſt virile officium. C. de procu. alienam, poteſt tamen poſtulare pro parentibus valetudine detentis. ff. de proc. feminas. ſed aliena negotia poteſt mulier gerere extra iudicium. ff. de neg. ge. l. 3. §. 1. Si tñ vis recipere mulierem intercedentem pro aliquo, facias eã renuntiare auxilio Velleiani, vt C. quando mulier tu. offi. fungi. l. vltima.

Mater pro filio agere nõ poteſt.

Cautela ad obligandas mulieres.

ANTE SENTENTIAM. Hic ponit tres caſus. In duobus appellatio conceditur. qui ſatis ſunt faciles. & in tertio prohibetur.

i ¶ Si quæſtionem.] In criminibus tantum fit quæſtio, vt 5. q. 5. illi. ff. de quę. l. 1. in prin. ſed in pecuniarijs cauſis non facile, niſi cum aliter veritas non poteſt liquere. ff. de quæſtio. Diuus pius. liberi etiam torquentur ſi facto interfuerint, ff. eo. vnius. §. teſtes. aliàs non. C. de quæſt. decuriones.

Quæſtio in quibus cauſis fit.

k ¶ Si contra leges.] id eſt, ſi vult torquere aliquem nulla

& tunc litigatoribus edi debet conſultatio, vt C. de relat. l. 2. extra de ap. intimaſti.

b ¶ Qui tunc.] Hic manifeſte vr, q̃ ſi quis non appellat à ſuſpecto iudice cum recipit litteras iudicis, vel ſi quis non poteſtatur cauſa ſuſpicionis vel appellationis, q̃ poſtea nõ poſſit appellare vel recuſare, vt arg. extra de ſen. & re iud, quod ad conſultationem. & extra de offi. deleg. gratum. ſed contra petitis indicijs à iudice poteſt ipſum recuſare etiam allegata cauſa abſentiæ coram eo, vt extra vt lit. non conte. accedens. immo & poſt præſtitam cautionem ſtandi iuri poteſt appellare, vt extra de eo qui mit. in poſ. cum veniſſet. & 3. q. 3. §. offeratur. & non vr conſenſiſſe in iudicem, qui poſtulat ſibi edi genus actionis. ff. de iudi. non vr. & poſt receptas litteras iudicis, quas remittit Papæ, poſſem iudicem recuſare, vt extra de of. delega. cum olim 2. Item arg. extra de reſt. ſpol ex cõqueſtione. Dic q̃ ſemper poteſt a grauamine appellari, vt extra de appel. vt debitus.

Appellare aut iudicẽ recuſare, nõ ſemper licet.

NOn ſolent.] Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua ponit ſex caſus diuerſos. Ioan. de Fant.

nulla præſumptione præcedente:quod non licet,vt extra de re.iur.cum in contemplatione.

a ¶ Eius qui.] Hoc intelligunt omnes eum nuntium miſit.Sed aliud eſt ſi per ſe in propria perſona & ante citationem inter arripuit, vt extra de ap. meminimus. & c. ſuggeſtum. Sed ꝯ hãc diſtinctionem eſt arg.extra de offi. dele. cum cauſa. vbi differtur cauſa propter miſſioně nuntij. & eſt hodie expreſſum in decr. de appel.ad hoc.ſic nõ obſtat eo.tit. vt debitus honor. illud eñ intelligitur quãdo hoc tantum dicit, & non probat. & ibi dř, ꝙ primo conuenit qui primo litteras dedit iudici. hodie ſtatur decre.vt debitus.

appellationẽ eſſe iuſtã, vt extra de app.cum in eccleſia. Cũ ergo appellationi qñq; nõ deferatur, patet ꝙ differt à nũtiatione noui operis,quia poſt illã, ſiue ipſa ſit iuſta ſiue iniuſta,nihil eſt innouandum,vt extra de noui operis nunt. cap.cũ ex iniũcto.iudex ergo à quo appellatur,

Appellatio & nunciatio noui operis, differunt.

Eius, qui [a] ideo cauſam agere fruſtratur, quòd dicit ſe libellum principi dediſſe, & ſacrum reſcriptum expectare, audiri deſiderium prohibetur: & ſi ob eam cauſam prouocauerit;appellatio eius recipi ſacris conſtitutionibus vetatur.

α ¶ Mater.] *Antea breuius legebatur*, ſed & ſi mater ex pietate prouocauerit, dicendum, &c. *Multa vero alia in hoc, & ſequenti capitulo ex ipſis Pandectis ſunt emendata.*

Item Martianus lib.2.de appellationibus,tit. de libellis dimiſſorijs, l.vnica. lib. 49. digeſt. tit.7.

¶ De dimiſſorijs libellis. C. XXXI.

Teſtis an ſit repellendus propter crimen ſibi obiectum.

2 Vide qđ not. 3. q. 7. q ſine. in ſi.

Sacerdos non efficiatur q vinū bibere non poteſt.

3 Hic adde quod no. ꝭ. ea. in ſūma ver. tales.

Accuſare non poteſt de crimine conuictus in modum exceptionis

4 Idest custodes ædiū vim cēdio [illegible] ff. de of. præf. vil. 1. & 2.

TEſtes.] CASVS. Idem quærebatur in hoc c. quod quæſitum fuit in ſuperiori. & reſpondetur, q; teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eumdem honorem prouehi non poſſunt. & ſic intelligitur §. ſequens.

c ¶ Suſpicione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicioné 5, vt ꝭ. ead. accuſ. in prin. Arg. contra de conſe. diſt. 2. non prohibeat.

ADDITIO. Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti: ſed accuſatio alij nocet.

d ¶ Sic & illud.] ſupra ca. nullus laicus.

e ¶ Non poſſunt.] qualiter hic intelligitur, habetur infra 4. q. 1. c. 1.

ECCE. CASVS. ꝭ. probatum eſt q; ſubditi non poſsūt accuſare prælatos: & reſponſum eſt contrarijs auctoritatibus.

5 Odij, vel inimicitiæ vel criminis occulti, ſecundum H. ad idem 3. q. 5. quia ſi p totum ibi videas. Arch.

debantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt; quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contra reſpondeatur à prælatis. Chriſtus, qui erat paſtor paſtorum, ouibus
Matth.16. *ſuis, de quibus ait: [Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, &c.] Inter opprobria, & verbera,*
Ioan.18. *quæ ab eis patiebatur, ait: [Si male locutus ſum, teſtimoniũ*
Ioan.8. *perhibe de malo. &c.] Item: [Qui ex vobis arguet me de peccato?] At quicumque ad teſtificandum in aliquem, vel ad arguendum admittũtur; ad eumdem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues, vt aduerſus paſtorem ſuum teſtimonium ferant, & vt ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur; patet, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium, quas verbo & exemplo paſcebat; tamen quantum ad officiorum diſtributionem (ex qua hodie in eccleſia alij præſunt alijs, vnde quidam prælati, quidam*
†al. illo *ſubditi vocantur) in populo ſuo † paſtorale officium non gerebat. Myſtica enim & viſibili vnctione nec in regem* [a]*, nec in ſacerdotem vnctus erat: quæ ſola duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi vendicabant. ¶ Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum; ſed tantum oſtenditur, quòd auditores eos reprehendere poſſunt, & in eos teſtificari, qui cum officia eccleſiaſtica non habeant, verbo tamen & exẽplo quoſcumque valent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore cogimur ſeruare diſciplinæ; aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguendum Iudæos admiſit perfectione humilitatis, non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi, hac auctoritate crimino ſi, & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiendi; cũ eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractantes innocentẽ condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non coguntur recipere*
Gal.2. *ſubditos in accuſatione ſui, ſed permittuntur. ¶ Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Vnde datur intelligi; quod ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos; ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, ſi vnde ſit reprehenſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à veritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latenter ſe ſubtrahens. Par autẽ in ſe eſt, à fide exorbitare, & alios exemplo, vel verbo à fide deijcere. Ergo hoc exẽplo non probantur prælati accuſandi à ſubditis; niſi forte à fide exorbitauerint, vel alios exorbitare coegerint.*
Act.11. *¶ Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quod ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quod prælati iure poſſunt reprehendi à ſubditis. Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theotiſtæ patriciæ, lib. 9. epiſtola 39.*

ſtatibus. Nunc contra oſtendit, q̃ ſubditi poſſunt accuſare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudæos contra ſe teſtificari: & ita per conſequens eũ accuſare potuerunt. Nam cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed ad hoc dupliciter reſpondetur. prima reſponſio eſt, q̃ licet Chriſtus ſit paſtor ouium non tamen ſecundum legẽ veterem & nouam in regem vel ſacerdotẽ inunctus erat, quæ vnctio prælaturam confert. Vel dicas q̃ Dominus hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris. Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed reſpondetur q̃ non fuit mirũ: quia cogebat gentes iudaizare, & à fide recedere: in quo caſu bene accuſantur prælati à ſubditis. item Petrus fuit reprehenſus à fratribus: quia intrauit in domum Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni reſpondetur in ſequenti cap.

a ¶ Nec in regem.] immo nec regnum eius erat de hoc mundo 23. q. 3. §. 1.

PEtrus.] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domum Cornelij gentilis. ſed dicit Gre. quòd Petrus bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpondit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis.

a ¶ Reſpon-

¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate reſpõdit, ſed humiliter rationem reddidit. C. XL.

Act.11. PEtrus poteſtatem regni acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum nõ accuſent, nec

reprehendant:) ſed ex ratione diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant ſpiritum ſanctum, reſpondit [a].

¶ *Operæpretium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano conciſe referuntur.*

Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit; non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hac etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.

¶ *Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio.* Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit. C. XLI.

NOs, ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emẽdare iudicio: quoniam ſi nos, qui aliena [b] debemus corrigere peccata, peiora committimus; certe nõ veritatis diſcipuli, ſed (quod dolentes dicimus) erimus præ ceteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quærimus, vt examuſsim [c] exagitent; ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat. Iuo p. 5. c. 22.

6 *Item, cum Balaam ariolus [d] iret ad maledicendum populum; Angelus Domini, aſinæ, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit; euaginatoq. gladio eam ab itinere compeſcuit; quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiam reprehendit; multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Verum eſt, quòd per aſinam ſubditi ſignificantur; & per Balaã, prælati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis; ſi forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque aſinam vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eum veheret, ſignificat eos, qui verberibus, & cruciatibus à ſubditis exigũt, vt eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, quili-* Num. 22.

a ¶ Reſpondit.] Dicẽs, eamdem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis, qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. dicens, quòd non coguntur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus; ſed volens: & ita intelligitur ſequens cap.

NOs ii.] Casvs. Quidam cõquerebãtur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta: Papa cõmittit ſe imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorẽ, vt tales nũtios mittat ad hęc inquirenda, qui Deũ timeant: & qui vicẽ imperialis gloriæ ſic examinent & diffiniant, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur ei, quàm ea quæ dicta ſunt.

b ¶ Aliena.] Hic Papa ſe ſubijcit aliorũ iudicio: quod facere poteſt 1, vt ff. de iuris om. iudi. eſt receptum. non tamen eum poſſunt deponere. 9 quæſt. 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſt. nunc autem.

c ¶ Examuſſim.] idest, regulariter vel indubitanter, vel perfecte: quia amuſſis eſt inſtrumentum plumbeum cũ quo rectificãtur parietes vel plũbantur.

ITEM CVM BALAAM. Hæc eſt 6. pars huius quæſtio, in qua probat quod probatum erat, quòd ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eumdem ordinem venire poſſunt, non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc ꝓbat per vij. exempla. & per x auctoritates ſãctorum patrum. Ioh. de Fan.

Casvs. Adhuc probat Grat. quinq; exẽplis, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam, qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid, qui fuit à Nathan prophetã reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehenſi: & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerũt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones per ordinem reſpondendo.

1 Concor. Ale. d Imo. in l. eſt receptum. ff. de iur. om. iud. in glo. 2. vbi dicit idẽ eſſe in rege Frãcorũ, nõ recognoſcente ſuperiorẽ: ꝙ põt eſſe iudex ĩ propria cã, qđ intellige verũ quo ad ſibi ſubditos: nõ quo ad alios, vt patet in c. nouit. & ibi Ho. & I. An. extra d iud.

d ¶ Ariolus.] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in iuſtitia afferet. 26. q. 3. igitur genus.

a ¶ Tra-

bet videlicet prædicator, euaginato gladio aperte ſcilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à conſenſu alienæ malitiæ illos reuocat; licet eis in huiuſmodi vocem conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuſte iraſcimini? nũquid vobis inobedientes aliquando fuimus? niſi nunc, cũ ad malum cogimur? videte illum, qui prohibet ab incepto. Non

a ¶ Trahenda.] 22.q. 2. ſi quis per vetus.
b ¶ Sanguinis.] 23.q. vlt. his à quibus. & c. legi. & cap. occidit. & extra ne cleri. vel mona. ſententiam ſanguinis.

Si quis

2. Reg. 12. ergo hinc prælati probantur accuſandi à ſubditis. ¶ Item cum Dauid adulterium, & homicidium commiſiſſet; miſſus eſt à Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce, quòd prælati ſunt arguendi, & reprehendendi à ſubditis. ¶ Sed notandum eſt, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur; regalis videlicet, & ſacerdotalis. Sicut reges præſunt in cauſis ſæculi, ita ſacerdo-
2. Reg. 6. tes in cauſis Dei: Regum eſt corporalem irrogare pœnam; ſacerdotum ſpiritualem inferre vindictã. Dauid ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotibus, & prophetis præerat in cauſis ſæculi, tamen ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis, & à ſacerdotibus vngebantur; & eorum oblatione peccata regum
2. Paral. 26. expiabantur. ¶ Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt, quia ſacerdotum officia vſurpare voluit; ſic ſacerdotibus, & prophetis regum vſurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit, ſuum eſt executus officium; in quo erat rege ſuperior; nõ vſurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pænitentiam peccata ſua expiaret; non tulit in eum
Theodor. hiſt. eccl. l. 5. c. 17. ſententiam, qua tamquam adulter, & homicida morti addiceretur. ¶ Sic & beatus Ambroſius Theodoſium, & beatus Innocentius Imperatorem Arca-
Niceph. l. 13. c 34. dium excommunicauit, & ab eccleſia ingreſſu prohibuit. ¶ Sicut enim nõ ſine
Ro. 13. cauſa iudex gladium portat; ita non ſine cauſa claues eccleſiæ ſacerdotes acci-
1. Pet. 2. piunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorũ:
† al. excommunicatorum iſti habent claues ad excluſionem excommunicandorum †, & reconciliationem pænitentium. Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi à præ-
Dan. 13. latis; non prælati à ſubditis. ¶ Item, Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices à populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit. Conſtat ergo, quòd nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos. ¶ His ita reſpondetur. Miracula (& maxime veteris teſtamenti) ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda [a]. Multa
1. Reg. 15. enim concedebantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit: nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis [b] agitare licet. Tunc Phinees Iudæum
Num. 25. coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi ſibi in prælatos vendicarent; ſi illud in argumentum noſtræ actionis liceret aſſumi, quod nulla vmquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi; quòd in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri
Eſa. 9 & 42. iunioris, illius videlicet de quo per prophetam dicitur: [Puer natus eſt nobis.] & iterum: [Ecce puer meus.] Qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet, & phariſæos falſis criminibus Suſannam, ideſt eccleſiam accuſantes, & ream adulterij pronuntiantes, eo quòd Chriſtum ſequeretur, conuinceret, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus a refert in libro virorum illuſtrium, quòd Damaſus Papa à ſubditis de adulterio accuſatus cum qua-
† al. XLIIII. Initio 4. ſynodi ſub Symmacho draginta † duobus epiſcopis ſe purgauit. ¶ Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate ſua expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, vt tunc veniret ad cauſam; & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo numero ſacerdotum, quæ mereretur effectum: & cum poſtmodum ordinaretur, quomodo eſſet accuſan-

dus; præfatus Papa, vt cauſam diceret, occurrebat: ſed ab æmulis eſt impeditus.

a ¶ Hieronymus.] *In catalogo B. Hieronymi, aut alijs ipſius libris nihil tale legitur: in vetuſtis tamen Pontificalibus in vita Damaſi hoc refertur.*

Item Gregorius ait de ſe ipſo.

¶ Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius alijs præſtat. C. XLII.

SI quis [a] ſuper his nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit; veniat ad ſedem Apoſtolicam, quò omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quæſtio habetur, cōfluere iuſſa ſunt: vt ibi ante confeſſionem [b] ſancti Petri mecum iuſte decertet, quatenus inibi vnus ex nobis ſententiam ſuſcipiat ſuam. Poly. l. 1. tit. 18. Anſel. l. 2. c. 20.

¶ *Eſt Gregorij quarti in epiſtola citata ſupra ead. q. 6 c. decreto noſtro. & diſt. 19. nulli fas. in qua epiſtola cum multa dixiſſet de priuilegijs, & primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiungit.*

Ex his omnibus colligitur, quòd ſubditi poſſunt reprehēdere, & accuſare prælatos [c] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictum eſt, quando Iudæis dixit: [Si male locutus ſum, &c.] ita de iſtis intelligendum eſt, quòd ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui, ſed non coegerunt. Item.

¶ De eodem. C. XLIII.

PAulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis; conuincitur, deponitur, alius loco eius ſubſtituitur. ¶ *Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem epiſcopum primæ Iuſtinianæ, lib. 10. epiſt. 35. poteſt deprehendi, vbi ait.*

Burc. l. 1. c. 182. Iuo p. 1. c. 398. † al. Decleatinæ

¶ *Verba ſunt Gratiani, qui proponit ſummam ſequentis capituli, quod ſæpe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notatum.*

¶ Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur. C. XLIIII.

† al. Decleatinæ

LAtor Nemeſion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus inter alia mala in corporali [d] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus, & conuictus, epiſcopali ſententia depoſitus eſt; poſtea cum auxilio ſæcularium veniens epiſcopatum more prædonis ingreſſus eſt: ablatiſq. rebus eccleſiæ dilectiſsimum Nemeſion [e] latorem præſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo

Burc. l. 1. c. 182. Iuo p. 5. c. 298. † al. Decleatinæ

SI quis.] CASVS. Quidam redarguebant Grego. q. multa faciebat contra rationem. Dicit Grego. vt veniant ad Apoſtolicam ſedem, & ibi cognoſcatur, vt illa inter eos feratur ſententia.

Forum rei ſequi debet actor.

a ¶ Si quis.] quia actor forum rei ſequi debet. extra de fo. comp. c. cum ſit generale. & C. de iuriſ. om. iud. l. iuris ordinem. vel quia cauſa fidei eſt, quæ in eccleſia eſt tractanda, vt 23 q. vlt. c. ſuenior. & 1. ea. q. 2. præceptū. 23. quæſt. 1. quoties.

b ¶ Confeſſionem.] ideſt, ſcripturam.

EX HIS. CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, prælatos poſſe à ſuis ſubditis accuſari, cum iſti tres Apoſtolici fuerint à ſuis ſubditis accuſati. Sed reſpondet, q. iſti Apoſtolici exemplo Domini non coegerunt alios prælatos recipere ſubditos in accuſationem ſuam: ſed permiſerunt hoc fieri ex humilitate.

Accuſatus quādoque dat expenſas accuſatori.

c ¶ Prælatos.] & dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo, quem accuſant ſi egent, vt ext. de acc. c. ex parte. nā & dantur ſeruo agenti cauſam libertatis. C. de or. cog. l. vlt. ſimiliter ei qui egit de inofficioſo teſtamento, & obtinuit. ſi aduerſarius appellet. ff. de inof. te. l. ſi inſtituta. §. penul.

PAulus.] CASVS. Paulus Dyaclinę ciuitatis epiſcopus fuit accuſatus à ſubditis de lapſu. deinde conuictus depoſitus fuit epiſcoporū iudicio, & ſubſtitutus fuit ei poſteà Nemenſiō: quod an fuerit factū voluntate vel neceſſitate, ſequenti capitulo declaratur.

LAtor.] CASVS. Paulus epiſcopus depoſitus fuit: & Nemeſion fuit eis ſubſtitutus, quē Paulus more prædonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit, & ad necem fere perduxit, res eccleſiæ auferendo, de quibus omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ. Papa mandat Ioanni epiſcopo, vt ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtulit eum reddere compellat. Si vero ipſi Ioanni conſtiterit eum tantum res proprias abſtuliſſe: licet grauiter deliquerit (ne addat afflictis afflictio) eas permittatur habere: ita tamen quòd ſi damnum eccleſiæ intulit, reſarcire modis omnibus compellatur: & ſi decetero ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, in monaſterium ad agendam pænitentiam perennem detrudatur.

d ¶ In corporali.] ſcilicet adulterio vel inceſtu, vt 30. quæſt. 1. non debet. ſecus ſi de ſimplici fornicatione, pro qua hodie non deponitur. vt 81. diſtin. presbyter. & 34. diſt. fraternitatis. niſi de rigore factum fuerit. 81. diſtinct. ſi quis epiſcopus. & cap. presbyter. aut diaconus 1.

Fornicatio ſimplex nō eſt digna depoſitione.

3 Adde ad hoc tex. in l. ſi adulterium cum ibi not. per Bar. ff. de adult.

e ¶ Nemeſion.] Nota quòd Papa non vocat eum fratrem, licet eſſet epiſcopus. hodie aliud eſſet. extra de cri. fal. quàm graui.

a ¶ Excu-

a ¶ Excuſatione ceſſante.] iuſta tamen exceptio, vel excuſatio admittitur, extra de offi. deleg. ex parte 2.
b ¶ Reddere.] Cum de mero iure deberet iſte in exiſium relegari centum miliaribus à ciuitate remotus. C. de epiſ. & cle. quicumque. Item cadere debuiſſet à iure ſuo 1, C. vnde vi, ſi quis in tantam. 16. q. 6. placuit. ſed melius eſt vt eum ſua auferre ſinat eccleſiæ, q̄ in pernitiem eccleſiæ amplius incandeſcat, vt ꝗ. 17. q. vlt. §. vlt.
c ¶ Proprium.] Hic vꝫ q̄ ſpoliator poſſit ſpoliato referre quæſtionem proprietatis. extra de cau. poſ. c. cum eccleſia 2. & ſeq. quod non eſt verum, vt extra de teſti. ſpo. item cum quis. & c. in litteris. ſed diſpenſatiue cum ipſo actum eſt, vt patet in gl. præcedenti.
d ¶ Vt non à vobis.] Loquitur primati: quia apud metropolitanum prius eſt conueniendus, vt ꝗ. cap. proxi. & 9. q. 3. nullus primas. & c. conqueſtus.
e ¶ Tulit.] Arg. contra. 16. q. 6. placuit. & cap. de lapſis, vbi dicitur, q̄ monaſterio traduntur res depoſiti. ſed illud verum eſt quando detruditur in monaſterium, ſed hic non fuit depoſitus.

HOC EDICTO, CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c. latore. q̄ cum accuſatores epiſcopi vel depoſitores non puniuntur, ſed contra depoſitū proceditur, vt amplius ad epiſcopatū nō aſpiret: apparet q̄ ſubditi admiſſi ſunt ꝯ ſuum prælatū, non ex diſpenſatione, ſed ex cenſura canonū. Et q̄ admitti poſſunt, probat per ſequentia cap.
f ¶ Hoc edicto.] Verba ſunt Gratiani vſque ad illum locū, vt ſi vltra. & à loco illo ad locum illum, quē ergo, ſunt verba Gregorii: exinde ſunt verba Gratiani.
g ¶ Diſpenſatione.] id eſt, voluntate.

METROPOLITANŪ.] CASVS. Præcepit Grego. Inno. & alijs epis Sardiniæ, vt in cauſis ſuum metropolitanū non deferant, niſi velit agere cōtra eum: in quo caſu ad Apoſtolicum recurrant.
h ¶ Metropolitanū.] Ex contemptu 3: alias omiſſo eo poſſunt adire Papam, vt ꝗ. ea. q. 6. c. 2. & 3. Itē intellige iſtud qn̄ epi inter ſe litigant. nam ſi epiſcopus litigat contra clericum, tūc coram arbitris eſt litigandum. 11. q. 1. ſi clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri, quando ſine cauſa declinatur eius iuriſdictio ſicut dico. q̄ ſine cauſa non poteſt quis declinare iuriſdictionem epi etiam per querelam factā Papæ 4, vt plene dixi in conſtitu. vt debitus, extra de appella. arg. non eſſe appellandum omiſſo medio. ſed hic non loquitur de appellatione.
i ¶ In aliquo.] Epiſcoporum enim eſt iudex ordinarius primo loco metropolitanus. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 1. ſi clericus aduerſus.

SICUT.] CASVS. Clementius patri archa fuerat de quibuſdā criminibus accuſatus: quare Papa delegat cauſam epiſcopis concilij Bizacij, & præcipit illis, vt cū omni ſolicitudine ac viuacitate quæ dicta ſunt inueſtigentur, & ſi vera fuerint, canonice puniantur, & ſi quis in hoc fauore perſonæ, gratia vel quolibet blandimento negli-

epiſcopatu proiecit, & ad ſummam iniuriam, ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque veſtra hæc omnia curet addiſcere; & quæcumque eccleſiæ abſtulit, omni mora, vel excuſatione ceſſante [a] reddere [b] compellat. Si vero nihil eccleſiæ, ſed proprium [c] ſe dixerit abſtuliſſe (quamuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [d], vel à metropolitano eius hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumpſerit) verumtamen ſi quid proprium tulit [e], ſub fraternitatis veſtræ debet examine conſtare, ſi verum eſt. Sed & illud diligenter quærendum eſt, ſi quid male de rebus dilapidauit eccleſiæ; vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare, ac ſatisfacere modis omnibus compellatur.

In hoc capite non referuntur ipſa omnino verba Gregorij (quod à Buchardo & Iuone fit) ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.

† al. dicto

Hoc edicto † [f] non in accuſatores, vel depoſitores vlciſcitur; ſed in depoſitum vlterius proſequitur, vt ſi vltra ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monaſteriū detrudatur. Quem ergo Gregorius ad epiſcopatum aſpirātem omnibus modis repellit, quem graui pœnitentiæ ſubijcit; patet non ſua diſpenſatione [g], ſed canonum cenſura à ſubditis eſſe accuſatum, & conuictum. Et vt iam non exemplis, ſed legibus agamus; videndum eſt, quid Gregorius ſcribat Innocentio [a], & reliquis epiſcopis Sardiniæ, lib. 7. indict. 2. epiſtola 8. ita dicens.

a ¶ Innocentio.] *In originali impreſſo eſt,* Vincentio, atque quamplurimis epiſcopis. *In vetuſto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina epiſcoporum, ad quos hæc epiſtola ſcribitur hoc ordine.* Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni, & Victori epiſcopis Sardiniæ.

¶ Quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare poſſunt. C. XLV.

METropolitanum [h] veſtrum in aliquo [i] poſtponere nō præſumatis; excepto ſi (quod non optamus) contra eumdem habere vos aliquid cauſæ contingat, vt ob hoc ſedis Apoſtolicæ iudicium petere † debeatis.

† al. iudicium requiratis

Item vniuerſis epiſcopis concily Bizacij, lib. 10. epiſt. 37.

¶ Vitam prælatorum ſubditi nulla diſsimulatione negligant. C. XLVI.

SIcut (inquit) laudabile, diſcretumque eſt reuerentiam,

1 Quòd iſte nō fuit punitus, de miſericordia factum eſt: prout no. L. & Io. 16. q. 1. placuit.
2 Iſta decr. non probat hoc ſimpliciter: quia ibi vtrumque ius fuit deductum in iudiciū. Archi.

3 Add. Ale. de Imol. in l. ſi vt. §. hoc iudicium. col. 4. ff. ſi quis ius dicen. non obtē.

Iuriſdictio epi ſine cauſa non poteſt declinari.

4 Hoc indiſtincte reprobatur, cum etiam legat⁹ adeatur. extra d or. leg c. 1. & ita habet cōſuetudo ſm Gof. q̄ eſt optima legum interpres. extra de conſue. cū dilectus. Archi.

Google

negligens fuerit,apud Deum iſtorum criminum parti-ceps reputabitur.

a ¶ Perlata.] à ſubditis,& ſic facit ad propoſitum Gratiani :. aliter hoc c.nihil facit ad propoſitum Gratia. niſi velis dicere eo ipſo ꝙ dedit alijs licentiam iudicádi,ergo & accuſandi.

b ¶ Hortamur.] Nota ꝙ per verbum,hortamur,& monemus, mãdatur iuriſdictio. ſic ĩ.ead.q.1.notum. ff.de offic. præſi. ſæpe.vt ſi ꝙ prouinciale concilium ordinario iure cognoſcat ď primate, ſiue de metropolitano ſuo.nam cum concilium iudicet de Papa in his in quibus ipſe poteſt iudicari: ergo concilium metropolitani poteſt iudicare de ipſo. Ad hoc ĩ.ca.ſi qs. arg. contra. 17. diſt. multis. nam ibi appellatur à cõcilio ad metropolitanum: ergo cum cõcilium ſit minus metropolitano,non poteſt ipſum iudicare.21.diſt.inferior. Sed poteſt dici, ꝙ quantum ad ſua negotia, eſt minor metropolitanus concilio:quantum ad aliorum negotia eſt maior. Sed in c. multis.nõ appellat à concilio,ſed à quadã cõgregatione epõrũ ad metropolitanũ: ſed adhuc obſtat 21.diſt. nunc autem. Sed poteſt dici,ꝙ poteſt iudicare de ipſo concilio:non tñ eũ cõdemnare poteſt. Sed ꝙ poſſit iudicari à concilio,bene facit 9. q. 3.ſaluo,& ca.ſi autẽ. & 63. diſt. Salonitanæ.Sed eſt arg. contra.ĩ.c.proxi.Ioan.

x Cum iſti cognoſcere debeant ex delegatiõe Papæ.L.Idẽ ſentit hic H.& Io. de Fant.

Concilium prouinciale,an poſſit de archiepiſcopo cognoſcere.

quilibet poſſit accuſare ſuum epiſcopum,& hoc.c. continuatur illi 12.q.2.quattuor.

d ¶ Protinus.] Nonne neceſſaria eſt admonitio? certe ſic.Ideo expone protinus,ideſt,poſt tertiam admonitionẽ 2.,vt ĩ.ea.q.1.ſi peccauerit.ſic extra de ſimo.licet.

z Idẽ ſentit hic H.& L.

e ¶ Pon-

& honorem debitum exhibere prioribus;ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter † eos correctione indigẽt, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum(quod abſit) corpus incipiat morbus inuadere,ſi languor non fuerit curatus in capite. Quædam a enim ad nos de Clementio primate veſtro perlata a ſunt; quæ quoniam ita grauia ſunt, vt tranſire indiſcuſſa vllo modo non debeant;fraternitatẽ veſtram hortamur b,vt cum omni ſolicitudine, ac viuacitate mentis indagare multis modis debeatis illata; & ſi ſunt,vt audita ſunt,vltione canonica reſecentur. ¶ Admonemus autem, vt non cuiuſquam perſonæ gratia, non fauor,non quodlibet blandimẽtum quemquam veſtrum,vel ad diſcutiendum, quæ nobis nunciata ſunt, molliat,vel à veritate excutiat: ſed ſacerdotaliter ad inueſtigãdam vos propter Deum veritatem accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens eſſe præſumpſerit; dictis criminibus apud Deum ſe nouerit eſſe participem,cuius zelo ad perſcrutãdas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris nõ mouetur.

† *al. in iis*

a ¶ Quædam.] *Et hic ſummatim referuntur verba B.Gregorij. Quare pauca tantum quædam ſunt addita, quæ neceſſaria videbantur.*

Hæc ſi quis ſpecialia,& ex his generalem regulam colligi nõ oportere cõtendit: audiat quid Gelaſius C. a XXVIII. dicat omnibus clericis cuiuſcumque ordinis,ita ſcribens.

Gelaſius epiſcopis p Lucaniã, & Brutium, & Siciliam conſtitutus,epi.1.c.30.

a ¶ C.XXVIII.] *Hic citatur numerus capitum,vt eſt in codice canonum;de quo in præfatione dictum eſt.*

¶ Clerici exceſſus ſui epiſcopi auribus deferant Romani Pontificis. C. XLVII.

QVapropter c nec clericorum quiſpiam ſe Apoſtolicæ † offenſæ futurum confidat immunẽ;ſi in his, quæ ſalubriter ſequenda Apoſtolica deprompſit † auctoritas, ſiue epiſcopum,ſiue presbyterum, ſiue diaconum viderit excedentem,nõ protinus d ad aures † Romani Põtificis e deferre f curauerit; probationibus dumtaxat competenter exhibitis, vt trangreſsionis vltio fiat, & ceteris interdictio g delinquendi. Sin † vero h,modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris ſui eliſor,

† *al. huius*
† *al. prompſimus.*
† *al. noſtras*
† *al. Sui vero modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris eliſor*

Accuſare quiſquis cogitur.

3 Ad idem C.de cęt.& ma. diffamari.C.de prius.cæ.L.1.circa finem.Et eſt ſpeciale in dilapidatione vt quilibet clericus tenetur denũciare. & eſt ratio quia in ſimul debẽt adminiſtrare. alias ſecus. Sed ĩ quo ad hoc ĩ. c. proxi. ibi, aut in his q̃ ſunt, &c.vndecimo ꝙ quilibet clericus tenetur denũciare etiã mẽ ſui prelati ſin. L.

HÆC SI QVIS. CASVS. Dicit Grat. ꝙ quæ ſupra dicta ſunt,ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos,generalia ſunt,& non ſpecialia : & ſi quis dicat ea eſſe ſpecialia, audiat quid dicit Gelaſius de omnibus clericis generaliter cuiuſque ordinis.

QVapropter.] CASVS. Hoc c.continuatur illi c.12. q.2.quattuor.vbi dicitur, ꝙ de redditibus eccleſiæ quattuor debent fieri portiones:prima epiſcopo:ſecunda clericis:tertia fabricæ:quarta pauperibus eſt aſſignanda.Dicitur ergo in hoc c.ꝙ ſi quis clericus viderit prælatum ſuum in iſtis quartis diſtribuendis peccantem & excedentem, ſtatim debet Romano Pontifici nunciare,& probare quod nunciat, vt puniatur excedens: quod ſi non fecerit,deponatur.

c ¶ Quapropter.] Videtur hic ſpecialis caſus, in quo

e ¶ Pontificis.] vel alterius ſuperioris.Ioan.

ADDITIO. Idem ſentit Hug.in ſuo caſu huius cap.

f ¶ Deferre.] ideſt,denuntiare.Hic habes ꝙ aliquis cogitur accuſare,vt 1.q.1.quiſquis.& 5.q.5.c.1. extra qui fi.ſint legit.c.cauſam.& 24.q.3.tam ſacerdotes 3. argu. cõtra extra de accu.licet.in fi.& 5.q.2.ſi primates. & 3. q.4.clericus.& C.vt nemo inuit.agere.l.vna.Sol.ad denuntiationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. non autem ad accuſationem,vt in contrarijs.

g ¶ Interdictio.] forte ſpeciale eſt in dilapidatione, vt quilibet teneatur denuntiare.

h ¶ Sin vero.] ideſt,ſi non fecerit quod dictum eſt de quatuor portionibus.12.q.2.quattuor.

a ¶ Suppri-

a ¶ Supprimenda.] ſ.5.q.5.ſi primates.contra.ſed illud de crimine iniuriarum,de quo poteſt epiſcopus compo nere cum clericis ſuis,ſiue inter partes.

SI quid.] CASVS. Præcipit Papa quibuſdam clericis, vt ſi viderint pontificem ſuum damnificantem res eccle-

ſi non admittantur, exceptis criminibus¹, niſi accuſati ſint de crimine infamati. Sed prima poſitio magis con ſonat litteræ.& verior videtur.

c ¶ Aut laicos.] accuſantes epõs aut clericos decernimus nõ eſſe recipiendos paſſim,& ſine probatione.Ioan.

ſi cuiquam clericorum, vel eccleſiæ totius auditui hæc putauerit ſupprimenda [a].

Idem.

¶ De eodem. C. XLVIII.

Iuo p.5.c.151. Anſ.l.7.c.161. Poly.l.3.tit.12. & lib.4.tit.18.

SI quid in eccleſia damni,aut in his,quæ ſunt præceptionis noſtræ auctoritate α prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, mox noſtris auribus relatione [b] ſignate,vt quid fieri debeat, cenſeamus.

α ¶ Auctoritate.] *Abeſt iſta dictio à pleriſq. vetuſtis exemplaribus,& ab alijs collectoribus,qui etiam Gelaſium citant.*

Item ex concilio Chalcedonenſi,c.21.

¶ Clerici, aut laici ſine examinatione ad epiſcoporum accuſationem non admittantur. C. XLIX.

Anſ.l.3.c.115.

CLericos,aut laicos [c] accuſantes epiſcopos , aut clericos paſsim β , & ſine probatione,ad accuſationem nõ recipiendos decernimus , niſi prius eorum [d] diſcutiatur exiſtimationis γ opinio.

β ¶ Paſsim.] ἁπλῶς , καὶ ἀδοκιμάστως : quę *Dionyſius vertit* temere,atque indifferenter, *poſſuntque etiam coniungi cum ſequenti membro. Id vero copioſe exponitur in concilio Conſtant. 1.cap.6.*

γ ¶ Exiſtimationis opinio.] ἡ ὑπόληψις, *idest,exiſtimatio.*

Item ex ſynodo Romana.

¶ Qualibet perſona epiſcopos,aut alios accuſans,monſtranda documentis inferat. C. L.

In cap. Hadriani,c.14. Caius in epi,ad Felicem.c.2. Sixtus III.epis oriental.c.2. Lib.7.capitu. c.438.

SI quis epiſcopus,presbyter, aut diaconus , vel quilibet clerici apud epiſcopos(quia alibi [e] non oportet) à qualibet perſona fuerint accuſati; quicumque fuerit ille, ſiue ſublimis vir honoris , ſiue vllius alterius dignitatis , qui hoc genus illaudabilis intentionis [f] arripuerit , nouerit docenda δ probationibus [g] , monſtranda documentis ſe debere inferre.

δ ¶ Docenda.] *Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium vero,& Hadrianum paulo aliter, quemadmodum & alijs locis huius capitis nonnulla , ſed non magni ponderis , ſunt varietates.*

Item Damaſus, Papa Stephano archiepiſcopo,ep.3.c.3.

¶ Sacerdotes non accuſent, qui ad eumdem ordinem prouehi non poſſunt. C. LI.

T.ead.c. teſtes. verſ ſacerdotes. Poly.l.5.tit.1. Burc.l.1.c.172. Iuo p.5.c.290.

SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nõ

d ¶ Eorum.] idest laicorũ vel clericorum, ſi ſunt ignoti,vt ĩ.ea. quærendũ. vel eorũ, idest, epiſcoporũ,qui accuſantur : quia ſi vita eorum antea bona fuit, laici in nullo poſſunt eos accuſare,vt ĩ.e. q.4.in primis. in fi. & extra de teſt. veniens . ſi vero mali,& laici & quilibet crimınoſi admittuntur 1 , niſi inimici & conſpiratores . extra de ſi.licet Hely.& de ſen.& re iud.cũ I. & A . Et ex hoc loco Baz. fundauit ſuam opinionẽ , vt dixi in ſũma : ſed intelligas loqui in illis cauſis,i quibus laici poſſunt accuſare clericos.

Laici an poſſint clericos accuſare.

1 Hoc intellige in exceptis criminibus . Io.de Fant. Imperij mer eſt de criminib⁹ cognoſcere .

SI qs eps.] CASVS. Dicitur hic q̃ ſi quis accuſauerit epiſcopum vel diaconũ, vel alterius ordinis clericum, de quo vix aliquis cõmendatur accuſator,cũ ex odio fieri præſumať, ſciat ſe debere talia crimina inferre, quæ probationibus & documentis valeat plenarie demonſtrare.

e ¶ Quia alibi.] arg. q̃ ſolus eps habet merum imperiũ in ſua diœceſi,vt 11.q.1. de perſona.5.q.6.delatori. hoc enim eſt merũ imperium,ſcilicet cognoſcere de criminibus.ff.de offi. eius cui man. eſt iuriſ.1 2 & l.1.ff.de of.pſi.illicitas. §. q vniuerſas. & C.de proba.ſciant.

2 Sub. & ideo i generali cõmiſſione non transferuntur,vt ĩ iſta lege hic allegata.& ff. de pi.obligatione. & legiť & no. extra d of. leg.q̃ trãſlationem . Arch.

f ¶ Illaudabilis intentionis.] Accuſationẽ vocat illaudabilem intentionẽ: quia cauſæ materiam criminibus creare noſcũtur.C.de iudi.properandũ & præſumitur

eccleſiæ,vel facere contra prohibitionem, denuntiẽt ſibi,vt puniatur.

b ¶ Relatione.] ex hoc patet quòd loquitur in denuntiatione,&c.ſicut c.ſuperius. Ioan.

CLericos.] CASVS, Videtur in hoc c.dici, q̃ clerici & laici,qui proni ſunt , & faciles ad accuſandũ alios, non debent admitti,ad accuſandum epõs vel cleri. 4. niſi prius eorum opinio & vita diſcutiatur. Beneuenta tamen intellexit aliter,hoc modo ſcilicet,q̃ clerici vel laici

ſemper, q̃ inuidiæ cauſa fiat accuſatio. vt 6.q. 1. ſi omnia.& quia vix ſine culpa experiri põt,ideo clerici abſtinere debent,vt de p.e.diſt.5. qualitas.ĩ.ea.q.6.decreto.Vel dic illaudabilẽ quo ad vulgi opinionẽ. Nam præſumiť aliàs qs bono zelo accuſare,vt extra de do. & contu. veritatis . in parte deciſa. Ex charitate eñ debet procedere accuſatio.extra de acc.ſi qs eps. & qui accuſat, publicę ſalutis cuſtodiã gerit,vt C.d famoſis libel.l.vna.

g ¶ Probationibus.] ſic C.de proba.ſciant.Ioan.

Accuſatio ex charitate debet prouenire.

Cri-

poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eumdem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa, epiſtola prima. — Itẽ Lucius Papa epiſt. vnica.

¶ Niſi irreprehenſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur. C. LII.

CRiminationes maiorum natu per alios [a] non fiant, niſi per ipſos, qui crimina intendunt; ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis [b] publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere, & inimicitia, atque irreprehenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere. — Iuo p.6.c.326.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubditi in accuſatione prælatorum ſunt admittendi. Nunc videndum eſt, an monachi in accuſatione epiſcoporum ſint audiendi.

Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accuſatione remouere ita dicens.

¶ Monachi ſacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt. C. LIII. — Itẽ Stephanus ep.2. & Melchiades.ep.vnica. ĵ. 3.q. 4.hi, qui capit.l.7.c.322. Anſ.l.3.c.88. Iuo.p.16.c.332. Pann.l.5.c.45. Cod.l.penult.q accuſare nõ poſſunt.

PLacuit [c] eorum accuſandi ſacerdotes & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non [a] humanis, ſed diuinis vocibus mortuos eſſe [d] ſcimus: quia vocem funeſtam [e] interdici † potius, quàm audiri oportet. — † al. interdici

[a] ¶ Non humanis.] *In epiſtola Stephani eſt*, quos humanis, & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos eſſe cognoſcimus, *In epiſtola autem Melchiadis eſt, quemadmodum hic reſtitutum eſt ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani: ſed ſubiungitur.* Quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente: *& fortaſſe ſignificatur locus Matt.8.* Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: *aut locus Pauli.1. Tim. 5.* viuens mortua eſt. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines infames, maximiſque flagitijs obnoxios (vt eſt infra 3.q. 5.c. canonica.) nõ bene videtur hic referri ad monachos: ſed minime id malitioſe factum eſt, cum Gratianus monachus eſſet.*

Item in concilio Chalcedonen. c.4. præcipitur, vt eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant. — 16.q.1. qui vere.

Item Pelagius 11. epiſcopis Italiæ.

¶ Monachi in accuſatione non ſunt audiendi. C. LIIII.

NVllus monachus talia vmquam arripiat, nec ſæcularia [f], aut eccleſiaſtica [g] negotia perturbare præſumat; quia mortua in talibus vox eſt eorum. — Anſ.l.3.c.63. Poly.l.4.tit.34.

CRiminationes.] CASVS. Dicitur q̃ ſi aliqui ſint ignoti, qui velint alios accuſare, q̃ non ſunt admittendi, niſi prius coram iudice ſe probent irreprehenſibiles eſſe, & omni ſuſpicione carere. Si intelligas c. de notis, dicit, q̃ nõ ſunt admittẽdi ad accuſationẽ ſacerdotũ niſi probent corã iudice, &c. quod probat eo ipſo q̃ cõtrarium non probatur.

[a] ¶ Per alios.] id eſt, procuratores. ĵ. 3. q. 9. abſens.

[b] ¶ Et actis.] id eſt, actionibus, vel litteris epõrum ſuorũ, vt 19.q.1. dux. & hoc ſi ſunt ignoti & eſt ſi. ĵ. 3. q. 5. canonica. vel actorum valet eis teſtimonium populi, quã tum examinatio, vt 24. diſt. c.1. Ioan.

Vel dicit. acta publica, vocat eorũ bona opera publica, per quæ manifeſte docetur q̃ iſtis caret, & illa habent. Arch.

COLLIGITVR. CASVS. Grat. ex ſupradictis infert, q̃ ſubditi bene poſſunt accuſare prælatos. Sed poſtea quærit an monachi poſſunt accuſare epiſcopos, & videtur q̃ remoueantur. & hoc probat per ſequen. cap.

PLacuit.] CASVS. Hoc c. intelligitur de monachis ſm Grat. Sic ergo pone caſum. Quæſitum fuit ab Hadriano, an monachi vocẽ accuſandi epõs, vel contra eos teſtificandi habeant. Et rñdet q̃ non, q̃a mortui ſunt nõ humanis actibus, quia loquuntur vt alij homines, vel quia interſunt cõtractibus, vt emptionis vel vẽditionis, ſed diuinis, id eſt, accuſationibus epõrũ, quæ Dei timore fieri debent. in cõcilio etiã Chalcedonen. præcipit vt nõ præſumant eccleſiaſticas actiones attrectare. Quidã etiã intelligunt hoc ca. de criminoſis qui mortui ſunt non humanis vocibus, id eſt, malitijs, ſed diuinis, id eſt, bonis operibus: vel humanis, quia vocem habent, vt alij homines. & ſecundũ hoc non facit ad propoſitum Gratiani.

Eidem ſentit hic l. ſed nõ videtur bona littera, cũ nullum iſtorũ capitulorũ hic allegatorũ ſit Hadriani, vt patet ex ipſorũ ſupra ſcriptione. Arch.

[c] ¶ Placuit.] Hoc ca. idem Hadrianus 2 intelligit de infamibus, vt ĵ. 3. q. 4. hi qui. & ĵ. 3. q. 5. canonica. Vel intellige cum Grat. de monachis, ſcilicet criminoſis, nam certum eſt q̃ monachi accuſare poſſunt, vt extra de accuſa. c. ex parte & ĵ. ea. cum paſtoris.

[d] ¶ Mortuos eſſe.] quantum ad ciuiles actus, & etiã ad diuinos: quia non poſſunt baptizare, ſepelire, prædicare, pœnitentiam dare, vt 16.q.1.c.1. & c. qui vere.

[e] ¶ Quia funeſtam.] quia ſemper debent flere. 16.q.1. placuit.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus monachus præſumat aliquẽ accuſare, vel perturbare ſæcularia negotia, vel eccleſiaſtica, quia in talibus mortua eſt vox eorum.

[f] ¶ Nec ſæcularia.] id eſt, tutelam & procurationem.

[g] ¶ Aut eccleſiaſtica.] id eſt, baptizare, quod olim non fiebat eis 16.q.1. placuit.

SED

SED ALIVD. CASVS. Soluit Grat. & dicit, q. monachi non admittuntur ad accuſandum epiſcopos ex præſumptione temeritatis, ſed neceſſitate charitatis bene admittuntur, vnde præcipitur, vt cubicularij epi ſint clerici religioſi, vel monachi, vt de eius vita teſtimoniũ dicere poſſint. & quòd poſſint admitti etiam monachi, probat per ſequentia c. & primi c. caſus eſt planus.

ITEM ILLVD. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat, q. vnuſquiſque tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit ſalua pace, aliàs tenetur ipſe. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Ioan. de Fant.

a N Egligere.] ¶ Cum poſſis.] videtur de prælatis tantum loqui.

b ¶ Deturbare.] id eſt, prohibere & remouere à malo, & hoc cum commode poteſt illud facere. aliàs non peccat qui ſic non prohibet. 22. q. 2. primum. & c. faciat. & ſecundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam à proximo. 23. q. 3. nõ in inferẽda. Alij hoc intelligunt de prælatis, vt 23. q. 4. duo iſta. & cap. ita plane. & q. vlt. præterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. arg. extra de ſen. ex c. quãtæ. 23. c. vlt. & de pæn. diſt. 1. periculoſæ. Vel dic q. quilibet tenetur prohibere proximum à peccato committendo. 22. q. 5. hoc vi. ſec in commiſſo. 93. diſ. diaconi. Ioan.

Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis; aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt. Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint vel religioſi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere poſſint. (7. ca. cũ paſtoris)

7 ¶ *Item illud Eleutherij Papæ in epiſtola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶ Conſentire conuincitur, qui cum poſſit, peruerſis negligit obuiare. C. LV.

(7. diſt. 83. c. error. & diſt. 86. c. facientis.)

NEgligere, cum poſſis [a] deturbare [b] peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere. Nec caret ſcrupulo [c] ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

(Ad Paulinũ.) *Item Hieronymus tam de ſe, quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ* [a] *ſcribens dicens.*

a ¶ Bibliæ.] *In pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus legitur,* bibliothecæ.

¶ Quantum ex vitæ merito quis eccleſiam ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. C. LVI.

SAncta quippe [d] ruſticitas [e] ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito eccleſiam Chriſti, tantum nocet [f], ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Item Gregorius.

¶ Subditi vitia prælatorum reprehendere ſtudeant. C. LVII.

ADmonendi [g] ſunt ſubditi, ne plus quàm expedit, ſint ſubiecti: ne cum ſtudent plus quàm neceſſe eſt, hominibus ſubijci, compellantur vitia eorum venerari.

¶ *Collecta eſt hæc ſententia ex verbis B. Gregorij tertia parte paſtoralis, admonitione decima octaua, vbi de elatis & humilibus loquitur.*

(lib. 4. reg. c. 88. & poſt lib. 12.) *Item generali ſynodo præſidens dixit, c. 2.*

¶ Clerici, ſiue electi monachi ſint cubicularij epiſcopi. C. LVIII.

(Anſ. l. 6. c. 134. Poly. l. 4. tit. 5.) CVm pa-

c ¶ Scrupulo.] id eſt, ſuſpicione.

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erant valde in ſe religioſi, ſed circa correctionem aliorum erant tepidi & remiſſi. Tales reprehendit Hie. dicens q. ſancta ruſticitas tm̃. ſibi prodeſt, & quantũ ex vitæ merito ędificat eccleſiam, tantũ nocet ſi deſtruentibus eam nõ reſiſtat.

d ¶ Quippe.] id eſt, cũ ſimpliciter & pie viuunt, & alios nolũt increpare. Et intelligitur de prælatis, qui ex officio tenẽtur reſiſtere malis: & quorum taciturnitas eſt mortale peccatum, & magnũ damnum in eccleſia operatur, vt 83. diſt. nemo. Et eſt hic arg. vitam actiuã eſſe præferendã contemplatiuæ, vt 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. in ſcripturis. & habent ſe vt excedentia & exceſſa. contemplatiua, quantum ad perſonã cõtemplantis magis eſt ſecura, & minus vtilis, actiua vero magis laborioſa, & min⁹ ſecura, ſed magis fructuoſa, vt extra de renunt. niſi cum pridem. & extra de reg. licet.

1 Quo ad ꝑlatũ dic vt le. & no. 6. q. 1. illi qui. 30. diſ. c. 6.

e ¶ Ruſticitas.] id eſt ſimplicitas.

f ¶ Nocet.] intellige hoc negatiue, id eſt nõ tm̃ prodeſt ædificando, quantum edocendo, & reſiſtendo. ſimile 44. diſ. 1. §. debet. 22. q. 2. primũ. Io.

ADmonendi.] CASVS. Quidam ſubditi in bonis ac malis obediebant ſuis prælatis. Sed dicit Gre. q. admonendi ſunt, ne pluſquam expediat ſint ſubiecti, vt vitia illorum non compellantur venerari.

g ¶ Admonendi.] bonum mediocre quandoque dimittitur propter bonum obedientiæ: ſed malum nunquam fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo. Ioan.

(Malos non corrigere an ſit peccatum.)

CVm paſtoris.] CASVS. Quidam epi non habebant clericos cubicularios ſecum, ſed pueros ſæculares, quorum vita qualis eſſet in ſecreto, erat ignota clericis, ſæcularibus autem pueris nota. Præcepit ergo Greg. vt epi ſecũ habeãt clericos vel monachos cubicularios, qui poſſint eſſe teſtes de vita & conuerſatione epiſco-

epiſcoporum in ſecreto,& ex ſedula viſione exemplum profectus ſumant.

Monachi accuſare poſſunt.

a ¶ Cum paſtoris.] generaliter teneas,ꝙ monachi poſſunt accuſare & epiſcopos & alios,dumtamen hoc faciant de licentia abbatis.12.q.2.non dicatis.16.q.1.monachi.Et ſi ſuum abbatem accuſare vult, habebit expenſas à monaſterio, vt extra de accuſa.ex parte.& tunc non eſt neceſſarius conſenſus abbatis.ſed ſi alium vult accuſare, non habebit expenſas à monaſterio. Si ſunt in ſcholis, poſſunt agere de his tantum,quæ pertinent ad ſtudium, vt extra de of. deleg. præterea.ff.ꝺ re iud. quæſitum. & ff. de iud.ſi longius.

b ¶ Pueri.] i.ſeruientes.ſic 22.q.2.§.Abraham quoque.& ff.de ver.ſigni.pueri.

Monachū inuito abbate, ſibi poteſt epſ ſociare.

c ¶ Vt quidā.] duos habebit ſacerdotes, & tres diaconos, vt de conſec.diſt.1. iubemus. Sed numqd contradicente abbate poteſt ſumere monachum epiſcopus ſibi in ſocium? Non videtur, cum hoc ſit priuilegium Papę,vt 9.q.vlt. per principalem.& 58.diſt.c.1.& arg. contra 16. q. 1. qui vere. Ioan. Sol. credo ꝙ ſic 1, niſi monaſteriū ſit exemptum: cum maiora poſſit,vt extra de exceſ.prælа.ſicut vnire.B. Sed nonne monachi numquam exibunt de clauſtro, vt 16.q. 1.placuit? Reſpondeo quādo perfecti ſunt, ſit hoc vt exterius fructificent, vel qn̄ ſiunt epiſcopi,& iſti cubicularij poſſunt eſſe teſtes non ſolum de conuerſatione epiſcopi, ſed etiam de facto eius,vt 12.q.1.manifeſta.Ioan.

1 Ad hoc facit quod no.ī.1.q 1. per principalem. Sed ar.ɔ̄ 11. q. 1.cum pro vtilitate. Archi.

d ¶ Teſtes.] propter hoc inducit c.quia qui poſſunt teſtari 2, & accuſare,nec tales epiſcopus poteſt ab accuſatione repellere, vt extra de accuſ. nulli. & C. qui accuſ.non poſ.iniquum.arg.contra ſpeciale eſt in epiſcopo Ioan.

2 Ad hoc 4.q.3.c.1.

prehenſibiles appareant.

e ¶ In ſocietate.] nota ꝙ præſumitur contra aliquem vel pro aliquo ex ſocietate,vt 28.q.1.ſæpe.81.diſt. clericus.& 18.q.2.diffinimus.Ioan.

f EPpiſcopi lectioni.] ¶ Poſſint.] ſ.diſt.93.dia coni.

ſtoris [a] vita † eſſe diſcipulis ſemper debeat in exemplo, plerumque clerici,qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis, neſciunt, quam, vt dictum eſt, ſæculares pueri [b] ſciunt. De qua re præſenti decreto conſtituo, vt quidam [c] ex clericis,vel etiam ex monachis electi miniſterio cubiculi pōtificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales † habeat teſtes [d], qui vitam eius in ſecreta conuerſatione videant,qui ex viſione ſedula exemplum profectus ſumant.

† Hoc ſtatuit Greg. qm̄ laicos omnes à ſuo miniſterio remouit, vt teſtatur Anto. i hiſto. p.2.ſ.16. ſo.63.

† habeat tales,qui vitā] orig.

Idem Virgilio epiſcopo Arelatenſi, lib.9.epiſt.49.

¶ Prauos in ſua ſocietate epiſcopus habere non debet. C. LIX.

PEruenit ad nos fratrem, & coepiſcopum noſtrum Serenum Maſsylienſem prauos homines omnino in ſocietate [e] ſua recipere;ita denique, vt presbyterum quemdā, qui poſt lapſum in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari,familiarem habeat. Quod à vobis ſubtiliter requirendum eſt:& ſi ita conſtiterit, curæ vobis ſit noſtra hoc ſic vice corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere,ſed diſcat potius vltione comprimere; & qui receptus eſt,idem diſcat cum lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis maculare.

Item Paſchalis Papa.

¶ Viros boni teſtimonii ſemper epiſcopi ſecum habeant. C. LX.

EPiſcopi lectioni & orationi vacent, & ſemper ſecum presbyteros, & diaconos,aut alios boni teſtimonij clericos habeant,vt ſecundum Apoſtolum,& ſanctorum Patrum inſtituta poſſint [f] irreprehenſibiles inueniri. 1.Tim.3.

Item Ioannes [g] Baptiſta,cum duceret eremiticam vitā, ſcribas & phariſæos, ſacerdotes & leuitas Iudæorum ad ſe venientes aſpera increpatione redarguit. ¶ Item ex canonibus definitur[Illi,ſacerdotes accuſare poſſunt, qui ad eumdem gradum conſcendere valent.] Cum ergo monachi ad ſacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant; patet, quòd & ipſi,ſacerdotes libere accuſare poſſunt.

Luc.3. ſ.ca.c. ſacerdotes.

PEruenit.] CASVS. Epiſcopus Maſſylieſi.prauos homines habebat in ſua conuerſatione, & præcipue quemdam presbyterum fornicatorem.hoc peruenit ad notitiam Grego.quare præcepit Virgilio epiſcopo, vt Maſſylieſi. vltione compeſcat, & presbyterum fornicatorem cogat pœnitere.Caſus autem ſequentis c. planus eſt,quia nihil aliud dicitur,niſi quòd epiſcopi ſecum debent habere homines boni teſtimonij,vt irreprehenſibiles appareant.

ait ſuſpecti ſunt,non credatur; ne irati nocere cupiant, ne læſi vlciſci ſe velint.*& infra.* ¶ Si quis hæc, quæ hodie in hac ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere præſumpſerit,aut voluntarie tranſgredi tentauerit;ſi clericus eſt,gradu proprio penitus careat: ſi vero monachus,aut laicus fuerit,communione priuetur: & ſi non emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas vero inſidias, vel manifeſtas pontificibus à quibuſcumque illatas, vel ea,quæ huius ſanctæ ſynodi ſentētia complectitur,ſi quis ad eccleſiæ pertulerit [a] notitiam;potiatur honore: & hi, qui aduerſa eis moliuntur(ſicut à ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt,& hodie ſynodali,& Apoſtolica auctoritate firmatur) penitus abijciantur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis)perpetuo tradantur.

Item Pontianus ſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus,epiſt.2.omnibus Chriſtianis.

¶ Qui non poſſunt eſſe accuſatores,vel teſtes. C. IIII.

3.q.7.c.quærendum. Poly.ibidem. Anſel.l.3.c.16.

SVſpectos,aut inimicos,aut facile litigantes [b], & eos, qui non ſunt bonæ conuerſationis,aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accuſatores eſſe,& teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtoli [a] prohibuerunt; & nos eorū auctoritate ſubmouemus, atque futuris temporibus excludimus.

[a] ¶ Apoſtoli.] *Sic eſt emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur.* Apoſtolici.*originale antē impreſſum ſic habet*,& anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmouemus,atque futuris,&c.

Item Euſebius epiſcopis Galliarum,epiſt.1.

¶ Ab accuſationibus clericorum repellantur, quos leges ſæculi non admittunt. C. V.

Anſel.l.3.c.26.

DE accuſationibus clericorum, ſuper quibus mandaſtis, ſcitote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta Vrbe ſeruatum eſſe,accuſatores,& accuſationes,quas exterarum [c] conſuetudinum leges non aſciſcunt,à clericorū accuſatione ſubmotas.*& infra.* ¶ Idcirco,& nos ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ [d] non admittunt,his impugnandi alterum,& nos licentiam ſubmouemus, & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis,quæ legibus ſæculi prohibentur.

2.q.1.nos ſequētes.

Item Pelagius Papa II.epiſcopis Italiæ.

¶ Alienigenæ,& quos diuinæ voces mortuos appellant, epiſcopos accuſare non poſſunt. C. VI.

Anſel.l.3.c.59.

CAnonica ſanctorum patrum ſtatuta(ne columnæ ſanctæ eccleſiæ vacillent) ſequentes, ac roborantes, omnes infames, cunctoſque ſuſpectos, vel inimicos, & eos,qui nō ſunt eorum gentis,vel quorum fides [e], vita,& libertas neſcitur,& qui nō ſunt bonæ conuerſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione epiſcoporum funditus ſubmouemus. Similiter & omnes,

a ¶ Pertulerit.] admonitione præmiſſa ſi in modum denuntiationis agitur: aliàs eſſet proditor criminis 2.quæſt.1. ſi peccauerit. ſi autem in modum accuſationis,nō eſt neceſſaria admonitio.extra de ſimo. licet Hely. Et habes hic, quòd remuneratur accuſator. ſic 79. diſt.ſi quis Papa.

Admonitio quandoque eſt neceſſaria quandoque non.

SVſpectos.] CASVS Hic enumerantur ſeptem genera perſonarum,quas Apoſtoli & Papa ſtatuerunt eſſe remouendas ab accuſatione 1 & teſtimonio deferendo, quia teſtes eſſe non poſſūt.

1 Concor. tex. in l. 1. & 2. & per totum tit. ff. & C. de accu.

b ¶ Litigantes.] id eſt, litigioſos: qui ſecundum Apoſtolum non promouentur.46.diſ. §.1.

DE accuſationibus. CASVS. Epiſcopi Galliarum quæſiuerunt ab Euſebio Papa qui accuſatores non admittuntur contra clericos. Qui reſpondit dicēs quòd illi non admittūtur à tempore Apoſtolorum in ciuitate Romana, quos leges ſæculi non admittunt:nec nos eos admittimus, veſtigia patrum ſequentes:dicit Euſebius: nec iudices tales recipiant.

c ¶ Exterarum.] id eſt Romanorū. Sed quare vocat eos exteros. cum eccleſia eos approbet,vt 10.diſt. per totum? Reſpondet: quia Gallicis loquitur,qui leges illas nō tenent. Si.12.q.2.cum deuotiſſimam. vbi Papa Reginæ Francorū Lombardam non Romanam legem inducit. Alia littera,exterarum cōſuetudinem.

d ¶ Publicæ.] id eſt, ſæculares 2.

2 Sub.quia præ ceteris de publicis iudicijs tractant ſecundum H. & Lau.

CAnonica.] CASVS. Hic enumerantur viij.genera hominum, qui omnino remouentur ab accuſatione epiſcoporum,infames, &c. ita q̀ iſta tria,fides, vita, & libertas,pro vno genere ponantur.

e ¶ Gētis vel eorū fides.] de

ſ Sub.prorſus ſ.quorũ vita & libertas neſcitur, nec fides ſecundum Hu.& Lau.

des.]de ignotis ſ loquitur,qui nõ promouentur.24 diſ. quando. 98.diſt. per totum.aliàs iniquum eſſet qd hic dicitur, quòd Theutonicus non poſſet teſtificari contra Gallicum.

a ¶ Mortuos.]in peccatis,vt 2.q.7.placuit.Io.

contra reum.ſi vero contra teſtem,ſecus eſſet, cõtra teſtem enim poteſt ferri,vt C.de teſt.nullum.in ſi.

i ¶ Similesque.]alij adduntur 3.6.quæſt.1.§.quicumque.& c.infames.

K ¶ Quia infames.]hæc non refertas ad omnia ſupradicta.

quos diuinæ leges mortuos [a] appellant,ſubmouendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pænitentiæ ſubmittendos iudicamus.

Item ex ſynodo Romana habita ſub Hadriano Papa.

¶ *Caput hoc,&c. Nominem infra ead.q.6.qua citantur ex ſynodo Romana, extant in capitulis Hadriani. ea autem expreſſim etiam appellantur ſynodi nomine,infra 5. q.3.in principio.*

¶ A clericis repelluntur accuſationes, quas leges ſæculi non aſciſcunt. C. VII.

ACcuſationes,& accuſatores,atq. eorum † negotia [b], quæ ſæculares non aſciſcunt leges,diuina, ac ſynodica funditus [c] à clericis repelli auctoritate cenſemus: quia indignum eſt ſuperiores [d] pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt.

Item Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus omnibus epiſcopis,epiſt.2.de accuſationibus ſacerdotum,c.3.

¶ Nec ſeruus,nec libertus,nec infamis epiſcopos accuſare præſumant. C. VIII.

ij ACcuſatores,& accuſationes, quas ſæculi leges non recipiunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus. Nullus enim alienigena †, aut accuſator fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Loth ſcriptum eſt: [Ingreſſus es vt aduena,numquid vt iudices [e]?] Accuſator autem noſtrorum † nullus ſit ſeruus, aut libertus [f], nullaque ſuſpecta perſona,aut infamis.

Item Euſebius Papa,epiſt.3.ad epiſcopos Thuſciæ.

¶ Infames,qui ad ſortilegos,& diuinos concurrunt,nec accuſatores, nec teſtes eſſe poſſunt. C. IX.

COnſtituimus iterũ,firmantes cana patrum ſtatuta,cum omnibus,qui nobiſcum ſunt epiſcopis, ſicut dudũ decretum reperimus,vt homicidæ,malefici [g], fures,ſacrilegi,raptores,adulteri,inceſti,venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici,periuri,& qui raptum fecerunt,vel falſum [h] teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſortilegos †, diuinoſque concurrerunt, ſimileſque [i] eorum nullatenus ad accuſationem,vel ad teſtimonium ſint admittẽdi,quia infames [k] ſunt; & iuſte repellendi,quia funeſta eſt vox eorum.

Item Iulius Papa in reſcripto ad Orientales,c.33.

AAccuſationes.] CASVS. Dicitur hic, q lex diuina repellit omnes accuſationes & accuſatores, & eorum negotia, id eſt, teſtimonia, quæ ſæculares leges non admittunt, & generaliter omnes laici repellunt,cum ſint inferiores, & à clericis nolunt accuſari.

b ¶ Negotia.] id eſt, teſtimonia.

c ¶ Funditus.]Regulariter contra clericos non admittũtur laici.3.2.quæſt.7.laicus.& c.ſicut.

d ¶ Superiores.] id eſt,clericos.

ACcuſatores.]CASVS. Dicit hic, q omnes remouet Stephanus ab accuſatione, quos leges ſæculi repellunt,& Apoſtolici prohibuerunt. & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi,[Nullus.]dicitur q nullus alienigena ſit epiſcoporũ accuſator vel iudex:& hoc probat au ctoritate vete.teſt. Itẽ nullus ſeruus, nullus libertus, & nulla ſuſpecta vel infamis pſona accuſet noſtros.

e ¶ Vt iudices.]à dictis ergo maiorũ poſſumus argumentari. 37. diſtin. ſi quid veri.

f ¶ Aut libertus.] qui non poteſt ordinari, niſi pleno iure ſit emancipatus. 54. diſt. quicumq; ergo. nec teſtari nec accuſare.vt 2.q. 7. ipſi Apoſtoli.& c. teſtes.

COnſtituimus.] CASVS. In hoc ca.enumerantur xv. genera hominũ, qui ab accuſatione vel teſtimonio repelluntur,qa infames ſunt, & vox eorum eſt funeſta in talibus.Seq.c. patet, in quo enumerantur viij.genera hominum, qui ab accuſatione vel teſtimonio repelluntur.

g ¶ Malefici.]qui faciunt ne viri poſſint cognoſcere vxores ſuas: vel qui volunt futura ſcire. & hoc eſt crimen publicum.C.de paga.& ſa.& temp.co.l.2.& vlt.

h ¶ Vel falſum.] extra de ord. cog. cum dilectus contra.Sed ibi non fuit lata ſententia contra teſtem,ſed contra reum.

dicta,quia ſuſpecti & domeſtici nõ ſunt infames. Et ita eſt ar.q verbum ſequens in priuilegijs nõ refertur ad omnia ſupradicta. ſi.de conſ.diſ.2.cum omne 3.ſi.ff.de in rem verſo.ſi pro parte.§.idem.ff.de le.1.l. talis ſcriptura.§.vlt.& l.ſi ſeruus plurium.§.vlt. Ar.cõtra extra de do.cum dilecti.

ADDITIO. Dic vt legitur & nota. extra de app. ſecundo requiritis.& c.inquiſitioni. Archid.

In capitulis Hadriani cap.11. Concor. Damaſus epiſt. ad Stephanum.

Anſ.l.3.c.10. † *ea*] orig.

Cõco. Teleſphorus epiſt. vnica.c.4. Iulius in reſcr. ad orient.c.5.

Poly.ibidem Anſ.l.3.c.18. Iuo p.5. c. 257. & p.6.c.327.

Gen. 19.

† *veſtrorum*] orig.

Et in capitul. Hadriani.c.67.

Poly.ibidem Anſ.l.3.c.19.

† *al. ſacrilegos*

3.1.q.8. quiſq.

¶ Adde q natus in extraneo territorio propter hoc non alienigena. l. 1. C.de emancipa. libe.

Malefici q ſunt.

a Quod no. 3.q. 6.c.presbyteri.

3 Ver. quamquam. de hoc.

a S Imiliter.] Aut gratioſi.] Ideſt, adulatores. 46. diſt. clericus 1.
a ¶ Aut gratioſi.] vt infra ead. accuſatores. C. de tranſact. præſes.
b ¶ Vel affines.] ſ. ea. q. 9. abſens. ſimile ff. de iniur. l. lex Cornelia. in prin. tamen inter ſe bene admittentur affines: quia affinis poteſt accuſare affinem. C. de abol. l. vltima.

N Vllus.] C a s v s. In hoc c. enumerantur ix. genera perſonarum, quæ ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

¶ Suſpecti, aut gratioſi ad accuſationem non admittantur. C. X.

Polyc. ibidem
Anſ. l. 3. c. 11.

S Imiliter in iam præfixa ſynodo eſt decretum, ne ſuſpecti, aut infames, aut criminoſi, aut gratioſi [a], vel calumniatores, vel affines [b], aut ſcelerati, aut facile litigantes ſuſcipiantur accuſatores; ſed tales, qui omni careant ſuſpicione.

Item Felix Papa II. epiſt. 1. c. 14.

¶ Qui inimicitijs ſtudet, vel facile litigat, nec accuſator, nec teſtis eſſe poteſt. C. XI.

Anſ. l. 3. c. 62.
† *infidus*] ori.

N Vllus ſeruus, nullus libertus, nullus infidelis †, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs ſtudet, nullus qui frequenter litigat, & ad accuſandum, vel detrahendum eſt facilis, nulla infamis perſona, vel omnes, quos ad accuſanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittãtur epõs accuſare.

Item Calixtus Papa, epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Familiares, ſuſpecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accuſatione. C. XII.

Poly. ibidem.
Anſ. l. 3. c. 57.
Burc. l. 1. c. 171.
Iuo p. 5. c. 289.
ſ. ead. conſanguinei.

iij A Ccuſatores vel teſtes ſuſpecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiã conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimoniũ dicant: quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis [c] affectio veritatem impedire ſolet. Amor carnalis, & timor [d], atque auaritia plerumque ſenſus hebetãt humanos, & peruertunt opiniones, vt quæſtum pietatem putent; & pecuniam, quaſi mercedem prudentiæ.

1 Tim. 6.

Item Pelagius † Papa ſecundus, epiſt. 1. c. 4.

† Antea legebat, *Gelaſius*

¶ Qui inimici, vel ſuſpecti ſunt, & qui odio quoſlibet inſequũtur, ab accuſatione remoueantur. C. XIII.

Proclus ad Domnum in act. 14. conc. Chal.
Anſel. l. 3. c. 6.

O Mnes, qui aduerſus patres armantur [e], vt patrum inuaſores, & mactatores, infames eſſe cẽſemus. *& infra.* ¶ Horum ergo vitiorum auctores vel patratores, non ſunt in accuſatione pontificum recipiendi, ſed penitus repellendi: quoniã iubent canonica decreta patrum, vt accuſatio, vel teſtimonium eorum, qui odio quoſlibet perſequuntur, vel qui inimici, aut ſuſpecti habentur, nullo modo recipiantur.

[*Item Paſchalis Papa.*]

extra, de accuſ. c. nulli.

¶ De eodem. PALEA. C. XIIII.

N Vlli epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere liceat quos [a], antequam ab eis impeteretur, à ſua communi familiaritate neglexerit ſeparare.

¶ In vno peruetuſto exemplari Gratiani, à quo pleraque Paleæ abſunt, caput hoc habetur, non hic, ſed ſupra, 2. q. poſt c. Beati Petrus & Paulus. vbi etiam citatur ex Paſchale 11.

A Ccuſatores.] C a s v s. Quæſitum fuit a Calixto, vtrum poſſint accuſare vel teſtificari ſuſpecti, vel familiares, vel de domo prodeuntes: vel verũ cõſanguinei eius ad teſtimoniũ admittantur. Et respondet quòd non: quia propinquitatis, vel familiaritatis, vel donationis affectio veritatem ĩpedire ſolet. Et carnalis amor & timor & auaritia ſenſus hominum conſueuit hebetare.

c ¶ Ac dominationis.] dominus enim aduerſarij non poteſt eſſe iudex. extra de of. deleg. cauſam. immo propter dominũ tota familia declinat iuriſdictionem alicuius, vt C. ſi quacumque præditus po. l. 1. Scias tamen q; minor cauſa repellit aliquẽ à iudicio quàm à teſtimonio. nam iudex recuſatur ſi aduocatus partis aduerſæ eſt commenſalis iudicis, vt extra de ap. ex inſinuatione 1. ſimiliter ſi iudex eſt ſuffraganeus aduerſarij, vel de terra aduerſarij, vt extra vt lite non cont. accedens 2. Item ſi quandoque appellaſti ab eo, vt extra de app. ad hoc.

Iudex facilius repellitur q̃ teſtis.

1 Hoc eſt falſum, vt ibi no. & probatur extra de offi. iu. cap. 1.

d ¶ Timor.] 11. q. 3. quattuor. Ioan.

O Mnes.] C a s v s. Statuit Gelaſius in hoc cap. quòd omnes illi, qui aduerſus patres carnales vel ſpirituales armantur eos calumniando, ſint infames, nec recipiantur in accuſatione epiſcoporum. Nec illi admittuntur, qui ex odio vel ex amicitia vel mala ſuſpicione ad accuſationem prodeunt.

e ¶ Armantur.] conuitiando vel infamando 2. vt 6. q. 1. ſacerdotes. Io.

2 Sub. vel verberãdo, percutiendo, vel calũnioſe accuſando, ſecũdum Hug.

QVOD VERO. CASVS. Reddit Gra. hic rationem quare inimici ab accuſatione repelluntur, ſcilicet quia ipſorum calliditate innocens opprimi ſolet. Idem eſt de inimico iudice & ſuſpecto, à quo nullus eſt condẽnandus, quamuis crimina ſint manifeſta, & ſi condẽnatus fuerit, debet reſtitui, ſicut factũ fuit de Anaſtaſio, qui ab inimico patriarcha depoſitus fuit. Et qđ inimicus iudex eſſe nõ debeat, ꝓbať ſeq. cap.

QVod ſuſpecti.] CASVS. Ignati⁹ Cõſtantinopolitanus patriarcha à quibuſdã ſuffraganeis ſibi ſuſpectis & inimicis fuit depoſitus auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris eius inimici. Sed Nicolaus Papa hoc redarguens dicit ipſum Ignatiũ ab inimicis non debuiſſe iudicari. Et hoc probat duabus rationibus, & duobus exẽplis, & tribus auctoritatibus. Prima ratio circa principium, vbi dicitur, [Nam quid gratius.] Secunda ratio eſt circa finem, vbi dicitť, [Nam quod ammodo.] Primum exemplum incipit ibi [Veniamus.] Secundum ibi, [Hinc ſanctus.] Prima auctoritas eſt ibi, [Quod prouide.] Secunda ibi, [Veniat.] Tertia ibi, [Et reuera.] Sequens §. per ſe patet.

a ¶ Quòd ſuſpecti.] quòd non ſit quis cõdemnandus ab inimicis vel ſuſpectis, probatur duabus rationibus. vna eſt in princ. c. altera. in fin. Item duobus exemplis. ſcilicet Chalcedonenſis ſynodi, & Io. Chryſoſtomi, & tribus auctoritatibus Conſtantinopo. ſynodi, & Gelaſij, Papæ, & Iuſtiniani Imperatoris.

cut ſi poſt appellationem eſſet factum. extra de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. cum ſicut. in fin. immo. licet non proteſtetur, tamen ſi poſtea probat ſuſpicionem, caſſatur qđ fit ꝯ eum, vt extra vt li. nõ cõte. accedens. i. i ¶ Sed ſolum.] ergo cum ordinarius recuſatur, non eſt

a ¶ Quos antequam.] *In eodem codice legitur*, quos & antequam ab eis impeterentur, à ſua communi familiaritate neglexerunt ſeparare. *In alijs vero nonnullis, in quibus hæc Palea habetur hoc loco, legitur:* quos, antequam ab eis ſe impetendos cognoſcerent, à ſua, &c *In Decretalibus autem nõ multo ſecus:* antequam ſe ab eis impetendum cognoſceret, à ſua, &c.

Quòd vero inimici ab accuſatione prohibeantur, inde eſt; quia eorum calliditate, innocentia frequenter opprimi ſolet. Sed cum Athanaſius † *ſuæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimicitia ſui Patriarchæ conqueſtus eſt; patet quòd etſi manifeſta crimina alicuius ſint, non tamen condemnandus eſt accuſatione inimici* †. [† al. Anaſtaſius] [† Conſt. textus, a. l. qui accuſare. licet glo. videatur diſſentire ab ibi, no. per Doct. C. de accu.]

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Michaeli Imperatori in epiſtola, qua incipit: [*Propoſueramus.*]

¶ Qui inimici ſunt, iudices eſſe non poſſunt. C XV.

QVòd † ſuſpecti [a], & inimici iudices eſſe non debeãt, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exẽplis [b]. ¶ Nam quid [c] gratius, & amabilius dare quis inimico poteſt, quàm ſi ei ad impetendum [d] commiſerit, quem lædere forte voluerit? Quod prouide [e] Conſtantinopolitana ſynodus canonum ſuorum ſexto ᵃ dinoſcitur [f] prohibere capitulo. *& infra.* ¶ Veniamus [g] ergo & ad ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, & quid nobis de Athanaſio Paranorum epiſcopo referat, audiamus. Is enim antiſtes tertio euocatus ad ſynodum, quia non occurrit, à patriarcha ſuo canonice [h] condemnatus extiterat: ſed ſolum [i], quia cum vocaretur ad ſynodum, quòd inimicus ſuus eſſet ipſe, qui iudicabat [k], clamauit, à ſancta Chalcedonenſi ſynodo ad cauſas illatas ſibi examinandas reſeruatur: & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam propriam iudicatur. Quòd ſi Athanaſius à patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia ipſius conqueſtus eſt, iterato ad iudicium renouandum dirigitur, & ſi ß manifeſta [l] ſibi officiant crimina; tamen ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur; quanto magis Ignatius, qui nõ à patriarcha, ſed ipſe potius exiſtens patriarcha, minime debuit eccleſia propria (inimicis & ſuſpectis iudicibus decernentibus) expoliari? *& paulo poſt.* ¶ Veniat [m] & facundiſſimus noſter

[† al. Quia] [Iuo par. 5. c. 55.] [Actio. 14. in fi.] [In commonitorio ad Fauſtum]

b ¶ Exemplis.] à quibus licet argumentari. 10. diſt. de quibus. C. de ædifi. priua. an in totum. & 10. diſt. ſi in adiutorium.

c ¶ Nam quid.] prima ratio.

d ¶ Ad impetendum.] id eſt, ad puniendum vel iudicandum.

e ¶ Quod prouidè.] prima auctoritas.

f ¶ Dinoſcitur.] hoc neſcio vbi ſit.

g ¶ Veniamus.] primum exemplum.

h ¶ Canonice.] Forte ideo dicit, canonice, quia tribus edictis citatus erat. vnde debuiſſet ǀ miſiſſe reſponſalem. Vel dic quòd ſufficit iſti proteſtari ſuſpicionem, & quidquid poſt illam proteſtationem fit, non tenet, ſi

[a De hoc no. ĩ ea. q. a. cpa.]

eſt neceſſe probare cauſam recuſationis, ſicut nec cauſa appellationis aſſignatur tunc, licet hoc hodie corrigatur, vt extra de ap. vt debitus. &c. cum ſpeciali.

K ¶ Iudicabat.] arg. ordinarium iudicem recuſari poſſe, vt ĩ. 2 q. 6. placuit, vt presbyteri. C. de iuriſ. om iu. nemo. & extra de fo. compe. ſi quis. quod negant quidam & dicunt aſſociandum epiſcopum, vt ĩ. q. 3. offeratur. in Aut. vt dif. iud. §. ſi vero. coll. 9. C. de iudi. apertiſſimi.

l ¶ Et ſi manif. ſta.] ar. q. notoriũ crimẽ nõ obeſt petenti reſtitutionẽ, ꝫ ad ulẽ extra de reſt. ſpol. itẽ cũ qs. & q. in notorio crimine etiam iudex recuſatur. arg. contra extra de app. propoſuit.

m ¶ Veniat.] hæc eſt ſecunda auctoritas.

[Iudex ordinarius … cu ſati … a Ad … facit q … no. Inn … tra de … ceſ. præ … inter. in … cip.]

a ¶ Tunc

Papa Gelaſius, hæreticorum expugnator fortiſsimus, & quod de Conſtantinopolitanis epiſcopis more ſolito tūc ægrotantibus [a] dixit, etiam nunc nobis ediſſerat: [Quæro inquit, tamen ab his iudicium, quod prætendunt, vbi nam poſsit agitari? an apud ipſos? vt ijdem inimici ſint & teſtes [b] & iudices? Sed tali iudicio, nec humana debent cōmitti negotia.] Quòd ſi iudicio [c], vbi ijdē ſunt inimici qui iudices, nec humana debent committi negotia; quanto minus diuina, ideſt eccleſiaſtica? Qui ſapiens eſt, intelligat.

Cod. de iudicijs. l. apertiſſimi.

¶ Et re vera hinc Iuſtinianus [d] Imperator pius legibus ſuis promulgaſſe dinoſcitur dicens: [Liceat ei, qui ſuſpectum iudicem putat, antequam lis inchoetur [e] eum recuſare, vt ad alium recurratur. Nam quodammodo [f] naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, & inimicorū iudicium ſemper velle refugere. ¶ Hinc [g] S. Anaſtaſius inimicorum ſæpe declinauit inſidias: Hinc S. Ioannes os aureum concilij contra ſe congregati renuit intrare [h] collegium.

α ¶ Sexto.] *Hic canon eſt ſextus concilij Conſtantinopolitani primi apud Græcos, qui in concilijs in quattuor volumina coniectis (nam ab alijs editionibus abeſt) tomo primo bis effertur: primum in concilio ipſo Conſtantinopolitano, deinde in libello ſynodicarum conſtitutionum. De quo capitulo, & alijs canonibus huius concilij ſupra diſt. 22. eſt notatum, & infra 4. q. 1. c. quod autem, aliquid dicetur.*

β ¶ Etſi manifeſta.] *Vera lectio eſt*, & niſi manifeſta ſibi officiant crimina, ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur, *eſtque idem quod antea retulerat ex ipſo concilio*, & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam propriam iudicatur. *Verum non eſt emendatum ob gloſſam, & quia Gratianus in verbis ſequentibus manifeſto oſtendit, falſa lectione ſe vſum eſſe: qui etiam, quod hic dicitur de inimicitia iudicis, ad accuſatoris inimicitiam tranſtulit. Nec vero (quod ex tota illa actione 14. facile conſtat) Athanaſius in ea cauſa erat actor, qui reſtitutionem peteret (quippe cum licet in concilio Antiocheno depoſitus, poſtea tamen per Dioſcorum epiſcopatum recuperaſſet, tuncque poſſideret) ſed Sauinianus; qui poſt Athanaſij depoſitionem in eius locum à metropolitano, & comprouincialibus epiſcopis ſuffectus, ab eodem Dioſcoro eiectus fuerat, ideoque reſtitui ſibi epiſcopatum petebat. In ipſo autem concilio Chalcedonenſi ſtatutum fuit, vt (quando Athanaſius diceret ſe ad concilium Antiochenum ter vocatum ideo non veniſſe, quòd Domnus eo tempore patriarcha Antiochenus ſibi inimicus eſſet) Sauinianus quidem maneret in epiſcopatu, interim vero cauſa Athanaſij apud Maximum tunc Antiochiæ patriarcham ageretur: atque intra octo menſes cognoſceretur, an Athanaſius crimen depoſitione dignum commiſiſſet: ac, niſi cōmiſiſſe conſtaret, ſuus illi epiſcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus partem illam accepit, quæ ad rem ſuam optime faciebat.*

Patet ergo quòd, etſi manifeſta ſint crimina alicuius, tamen accuſatione inimici condemnandus non eſt.

QVAESTIO VI.

EXtra prouinciam [i] autem reus nullatenus eſt producendus.

a ¶ Tūnc ægrotantibus.] ideſt debilibus in fide.
b ¶ Et teſtes.] propter hoc inducit Grat. capitulum.
c ¶ Quòd ſi iudicio.] verba Nicolai.
d ¶ Hinc Iuſtinian⁹.] tertia auctoritas.
e ¶ Inchoetur.] non tamen ſemper ante litis conteſt. vt dixi ſ. ead. q. 3. offeratur. vſque ad triduum autē cogitur alios eligere. C. de iud. l. vlt. Sed tamen illa lex loquitur quando eliguntur iudices ad cauſam principalem audiendam. vnde ſecus videtur, ſi eligantur ad probandam cauſam recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice, dixi in conſtitutione illa extra de app. vt debitus. & c. cum ſpeciali.
f ¶ Nam quodammodo.] alia ratio.
g ¶ Hinc ſanctus.] hoc eſt ſecundum exemplum.
h ¶ Intrare.] miſit tamen excuſatorē forte, vel ideo non venit quia citatio nō tenuit.

EXtra prouinciam.] hæc eſt 6. q. in qua pbat magiſter, q vnuſquiſque debet à iudice proprio iudicari, niſi ex cauſa fuerit appellatum. probat etiam, q epiſcopus non debet deponi niſi à ſolo Papa. Et diuiditur in tres partes, in quarum prima probat per 9. auctori. q vnuſquiſque debet à ſuo iudice iudicari. Secunda ibi, [Aliquando.] Tertia ibi, [Aliàs autem.] Io. de Fan.

CASVS. hic intitulatur ſexta quæſtio, qua quæritur, an reus ſit extra prouinciā producendus, vt coram ſuo iudice non conueniatur, ſed coram alio. Et certum eſt, q non, vt probatur per ſequentia, niſi in caſibus, qui notāt in ſumma huius qōnis.
i ¶ Extra prouinciā.] regulariter quilibet coram

coram iudice eſt conueniendus, vt ꝟ. ead. pulſatus. & 11. q. 1. experientiæ. alioquin pœnam patiatur 1 actor. 11. q. 1. inolita. & c. placuit. C. de iuriſ. om. iudi. l. in criminali. Sed fallit ratione poſſeſſionis. extra de for. compe. ſane. & C. vbi de poſ. agi oportet. l. 1. & C. de prædi. minorum. ſi prædium. Item ratione contractus. ff. de iud. heres. extra de foro compe. Romana. §. 3 hentes. lib. 6. Item ratione criminis conuenitur quis vel vbi deliquit, vel vbi inuenitur, vel vbi domiciliũ 2 habet. C. vbi de crimine agi oportet l. 1. vel cũ eſt quæſtio de fide. 24. q. 1. quoties. Trahitur etiam propter loci opportunitatẽ ad aliam prouinciã. 34. quæſt. 2. ſiue. Itẽ propter appellationem. Item propter iuſſionem Papæ, vt ꝟ. ead. q. vnaquæque. & c. peregrina. vt patet in verſibus hic notatis:
[Contractus, crimen, reus, & res, religioq;
Vir, ratio ſimilis, vel prouocat, atq; recuſat,
Excellit iuſſus, vel ſi conſentit vterque.

[Contractus,] ff. de iudi. heres abſens. [Crimen,] vt hic & C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. [Reus] quia actor debet forum rei ſequi, vt ꝟ. ead. neminem. [Et res.] atq; extra de foro compe. ſane. [Religioque,] vt cauſa iurispatronatus & decimarum. extra de iud. quãto. & c. decernimus. [Vir] quia vxor forũ viri ſequit. ff. de iuriſ. om. iud. l. pe. [Ratio ſimilis,] in mutua reconuentione. extra de mu. pe. ex litteris. [Vel prouocat,] ꝟ. c. peregrina iudicia. [Atq. recuſat,] extra de fo. comp. ſi quis contra clericum excellit: quia eps non deponitur niſi à Papa. ꝟ. c. quamuis. [Iuſſus.] ꝟ. eo. vnaquæq. prouincia. & c. vltra prouinciarũ. [Vel ſi conſentit vterque.] ff. de iur. om. iud. eſt receptũ. & 2. q. 7. nos ſi. Item in feudo, extra de iud. ceterum. Item ſi ſæcularis iudex eſt negligens. extra de for. cõp. licet. Item in ſcholaribus, vt in conſtitutione Friderici. C. ne fi. pro patre. Auth. habita de hoc inuenies per Azo. in ſumma.

b ¶ Cauſa.] Sed quid ſi metropolitanus, vel alter epiſcopus deliquit in alterius diœceſi, numquid ab illo poteſt puniri? Vr. q non. 9. q. 3. ſi autẽ. & in Auth. de defen. ciuit. §. non habente. coll. 3. 21. diſt. inferior. & c. nolite. extra de ſent. excõ. à nobis. ff. de arb. l. 3. in fi. Sed contra.

Forũ ſortitur quis multis modis. 1 11. q. 1. ſi quis clericus. & c. placuit. & c. quicũque. 2 Vnde ſi clericus duorũ epoꝛum delinquat, & iniuriã faciat clerico alterius epi, ſub quo domicilium nõ hab. t extra illum epiſcopatum: in ſub eo reſidere tenetur, ga rõne clericatus ſortitur forum eius. C. de epi. & cle. auth. clericus. & ſic et not. Inn. extra de pri. ui. ex ore.

Metropolitanus delinquens aliena diœceſi, an poſſit ibi puniri.

Vnde Fabianus Papa ſcribit Hilario epiſcopo, epiſt. 3. cap. 4.

¶ Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventiletur. C. I.

IBi † ſemper [a] cauſa [b] agatur, vbi crimen admittitur; & qui non probauerit quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

ꝟ. 2. q. 3. qui nõ pbauerit. & q. 8. qui crimẽ. & ꝟ. ead. c. ſi.

† Reatus ibi] orig.

Idem eadem epiſt. c. 2.

& Cyprianus l. 1. epiſt. 3.

¶ Accuſatus non niſi in foro ſuo audiatur. C. II.

SI quis epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ab omnibus [c] audiatur, qui ſunt in prouincia ſua, epiſcopis: quia non oportet accuſatum alibi, quàm in foro ſuo audiri.

Poly. l. 5. ti. 1. Anſ. l. 3. c. 77. Burc. l. 1. c. 147. Iuo p. 5. c. 160.

Exceptio [d] fori dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones (vt ſunt præſcriptiones longi temporis) ſufficit in initio litis conteſtari.

Idem Fabianus ibidem.

Capit. l. 7. c. 367

IBi ſemper.] CASVS. Quæſiuit Hilarius epiſcopus vbi cauſa criminalis debet agi, & qualem pœnam calumniator patiatur. Et reſpondet Papa, quòd cauſa ſemper debet agi vbi crimen committitur, & calumniator debet pœna talionis puniri.

a ¶ Ibi ſemper.] vel vbi domiciliũ habet, vel vbi reperitur. C. vbi de cri. agi oportet, l. 1. ſed ſi grauius eſt crimen, remittitur puniẽdus ad iudicẽ vbi deliquit: ſi eſt leuius, ibi poteſt puniri, vt in Auth. vt nulli iu. §. ſi vero cognoſcatur. coll. 9. & § ſed illud. & de re mili. deſertorem. in prin. Nec admitto illud, quod quidam dicſit, q ſẽper primo cognoſcat iudex ex prouincia de qua reus eſt, an crimen commiſerit: & poſtmodũ remittat eũ ad iudicẽ vbi deliquit: q̃a iudex vbi deliquit, cognoſcet & puniet crimen. ff. de accu. l. vlt. põt tñ ſi vult tranſmittere eum puniendum cum litteris ſuis ad ſuæ prouinciæ iudicem. quod tamen non facit niſi ex cauſa. ff. de cuſt. & exhib. reo. nõ dubium. ſicut Pilatus remiſit Chriſtum ad Herodem. Sed numquid idem in clerico, vt ſi clericus Mutinen. delinquat in diœceſi Bonon. ſit iudicandus & deponendus à Bononien. epiſcopo. Reſpon. vt extra de for. comp. poſtulaſti. & c. 1 & ff. de cuſto. & exhi. re. de malitiis. & ff. de accu. l. vlt. tra. C. vbi de cri. agi oportet. Auth. qua in prouincia. & reatus omnem huiuſmodi honorẽ excludit, vt C. vbi ſena. vel clariſ. l. 1. in fi. & 16. q. 3. placuit, in fi. 3 Itẽ pone, q ſic tulerit epiſcopus ſententiam: Qui hoc fecit, ſit excommunicatus. dicit Hug. etiam ſi archiepiſcopus hoc fecit in diœceſi epiſcopi, eſt excõmunicatus non ab homine, ſed à canone: quia ſentẽtia ſequitur factum iam damnatum. 24 q. 1. c. 1. 2. & 3. Sed contra extra de ſent. excomm. à nobis 1. Laurentius dicit, q archiepiſcopus non ſit de foro illius, cum ipſe ſit iudex ordinarius totius prouinciæ. 9. q. 3. c. 2. 85. diſt. quoniam. vnde eũ non poteſt excommunicare, ſed alium quemlibet epiſcopũ poteſt excommunicare, non tamẽ deponere. Io. Ego credo Hu. bene dicere; quia propter crimen efficitur archiepiſcopus ſubiectus epiſcopi propter rationes ſuperius allegatas. B. ff. de offi. præſ. l. 3. de hoc per B. extra de ſen. excom. à nobis. 1. Ioan.

Criminoſus vbi debet puniri.

SI quis epiſcoporum.] CASVS. Quæſitum fuit ſi eps accuſatur ſuper aliquibus criminibus, coram quibus debet accuſari. Et rñdet Papa, q coram epiſcopis eiuſdem prouinciæ, & non alibi. Sequens autem §. patet.

c ¶ Ab omnibus.] ad minus à xxij. vt ꝟ. ead. q. 8. ſuggero. 15. q. 7. Felix.

d ¶ Exceptio.] exceptionum alia eſt dilatoria, alia peremptoria, alia media ſiue mixta. Dilatoriarum alia declinatoria iudicij: alia dilatoria ſolutionis. Declinatoria iudicij in principio litis eſt ꝓponẽda, & probãda, vt extra de ſen. & re iu. inter monaſterium. & C. de excep. l. vlt. Niſi exceptio illa de nouo ad notitiam eius peruenerit, vt extra de procura. in noſtra. & extra de excep. paſtoralis. vel niſi de nouo competere cœperit, vt extra de offic. deleg. inſinuante. & ff. de arb. non diſtinguemus. § eum quidam. & de tali loquitur hic. Dilatoria ſolutionis debet ante lit. conteſt. obijci. ſed probari debet, poſtquam actor fundauerit ſuã intentionẽ. C. de excep. ſiquidem. & C. de proba. exceptionem 4. Peremptoria dicitur, quæ poteſt opponi & probari quandoque, dum tamen ante ſententiam, vt C. ſenten. reſcin. nõ poſ. peremptorias. C. de excep. præſcriptionem. Media dicitur exceptio, quæ in hoc habet ſimilitudinem cum peremptoria.

peria, q. poſt lit. conteſt. poteſt obijci, ſed in hoc habet diſſimilitudinem cum dilatoria, quia poteſt quandocumque ante ſententiam obijci, vt extra qui matri. accuſ. poſſ. c. per tuas, ſed in hoc habet ſimilitudinem cũ dilatoria, quia ante lit. cõte. põt obijci, vt extra de exce. exce- ſpondere. ſed coram alieno iudice vocatus non reſpondeat niſi velit, ſed ſuum priuilegium allegabit. Appellanti vero debent induciæ dari ad ſuam appellationẽ proſequendam.

a ¶ Si voluerit.] non tamen à contrario ſenſu argumẽteris, vt 11. q. 1. placuit. & ĩ. ea. neminem 1. ſed hic loquitur de eo, qui habuit conſenſum ſui epiſcopi, vt 11. q. 1. clericum. & c. nullus. extra de foro compe. ſignificauit.

b ¶ Taceat.] ſed hoc forte cum habet conſenſum ſui epiſcopi, vt 11. q. 1. clericum. Nec obſt. ĩ. ea. non liceat. extra de foro cõpe. ſi diligenti. & 6. q. 3. denique.

1 Et c. non liceat. 6. q. 3. denique. Arch.

De eodem. C. III.

Poly. l. 1. tit. 7. Iuo p. 6. c. 323. Pann. l. 4. c. 123.

PVlſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat; & ante non ſuum iudicem pulſatus, ſi voluerit [a] taceat [b]. Pulſatis vero, quoties appellauerint, induciæ dentur.

Hoc autẽ quod de loco dictum eſt, tunc intelligẽdum eſt, cum veritas cauſæ non niſi in loco admiſſi criminis deprehendi poteſt; aut niſi altera pars iudicium maioris perſonæ interpellauerit, ſiue declinando iudicium, ſiue releuando ſententiam.

In cod. Theod. lib. 9. tit. 1. l. x.

Vnde Stephanus ſanctæ & Apoſtolicæ, atque vniuerſalis eccleſiæ Romanæ epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis, epiſt. 2. c. 7.

¶ Intra prouinciam, & à comprouincialibus tantum cauſa eſt audienda. C. IIII.

Anſel. l. 3. c. 47. Pann. l. 4. c. 33.

VLtra prouinciarũ † terminos accuſandi licentia non progrediatur: ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi tantũ † ad Apoſtolicam ſedem fuerit appellatum.

† al. prouinciæ

† al. tamen

Et Iulius in reſcr. ad orięt. c. 3.

Item Sixtus Papa II. epiſt. 1. ad Gratum epiſcopum.

¶ A comprouincialibus accuſatus, vel iudicatus, Apoſtolicam ſedem appellet. C. V.

Poly. ibid. Anſel. l. 2. c. 82. Burc. l. 1. c. 176. & 144. Iuo par. 5. c. 4. & 257. Pann. l. 4. c. 125.

ACcuſatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licẽter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificẽ, qui aut per ſe, aut p vicarios ſuos eiuſdem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco [c] ponatur, aut ordinetur epiſcopus: quoniam quamquã comprouincialibus † epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen diffinire † [d] inconſulto Romano Pontificẽ permiſſum eſt.

† al. à comprouincialibus

† al. diffiniri

Item Damaſus Papa Stephano Archiepiſcopo, epiſtola tertia, cap. 2.

¶ De eodem. C. VI.

Anſel. l. 2. c. 61.

DIſcutere epiſcopos, & ſummas eccleſiaſticorum negotiorum cauſas metropolitano vnà cum omnibus ſuis comprouincialibus (ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negotijs) licet: ſed diffinire eorum, atque eccleſiaſticarum ſummas querelas cauſarũ, vel damnare epiſcopos abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate minime licet; quam omnes appellare, ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet.

Burc. l. 1. c. 179. Iuo p. 5. c. 295.

HOC AVTEM. CASVS iſte reſpicit illud c. ibi, vbi dicitur, q ſemper cauſa agitur, vbi crimen committitur. Sed dicit Gratianus, hoc verum eſt, cum alibi de crimine liquere non poteſt. & hoc allegando dicit, vel niſi ad maiorem iudicem recurratur per appellationem, vel per recuſationẽ primi iudicis.

VLtra.] CASVS. Dicitur in hoc c. q vltra ſuam prouinciam reus trahi non debet vel accuſari, niſi ad Papam fuerit appellatum.

ACcuſatus.] CASVS. Quidam epiſcopus accuſatus fuit & condemnatus à comprouincialibus epiſcopis. Ille volebat appellare, & retractare iudicium; quæritur an poſſit? Et reſpõdet, q ſic: & donec iudicium eius pendet, alius non ſubſtituatur: quoniã licet epi comprouinciales poſſint cauſam criminalem epiſcopi examinare, non tamen poſſũt diffinire inconſulto Papa.

c ¶ Loco.] 8. q. 4. nõne.

d ¶ Non ſi diffinire.] ſuſpẽdere & excõicare poteſt metropolitanus. 12. diſt. de his. 11. q. 3. ſi epiſcopus. & 18. diſt. propter. Item abſoluere poteſt ſecundum pleroſque 2, ſi eſt innocens. C. vbi ſena. vel clariſſi. l. 3. Io. Ego contrarium credo, vt hic. & 3. quæſt. 4. c. 1. & ſecundo. B. Sed obijcitur. 6. quæſt. 3. denique. & 21. q. 5. ſi quis à proprio. vbi dicitur, q primas vel concilium deponit epiſcopum. Sed illud fuit de licẽtia Papæ. Vel loquitur ſecundum ea tempora qñ

2 Vt B & Io. & idẽ not 12. diſt. c. 2.

exceptionem. Sunt adhuc aliæ exceptiones anomalæ, quæ etiam poſt ſententiam obijciuntur, vt exceptio Velleiani, & Macedoniani, & armatæ militiæ, de quibus agitur. ff. ad Macedo. tam etſi non. & C. de iur. & facti ignoran. l. 1.

PVlſatus.] CASVS. Dicitur in hoc c. q ſi quis coram ſuo iudice fuerit vocatus, debet coram eodem re-

cauſæ epiſcoporum non deferantur ad ſedem apoſtolicam. 19. diſt. ſi Romanorum. ſæ ſolo Romano Pontif. reſeruantur, qui vice Petri apoſtoli omnibus principatur, & caput eſt omnium aliorum.

QVauis.] CASVS. Quæſitum fuit à Papa, vtrum cõprouinciales epiſcopi, vel archiepi vel primates poſſent diffinire cauſas criminales epõrũ. & videtur, quod non. ſine auctoritate ſpeciali Papæ; licet poſſint eas examinare. Sic ſtatutum fuit à tempore Apoſtolorum, & eorum ſucceſſoribus: & donec Papa cauſas eorum diffiniat, alij loco eorum non ponantur. Cauſas vero aliorum clericorum, & diffinire & ventilare poſſunt.

a ¶ Vo-

¶ *Caput hoc in aliquot vetuſtis exemplaribus non habetur, neq. in ipſum adeſt gloſſa.*

Item Eleutherius Papa ſcribens ad Galliæ prouincias, cap. ſecundo.

¶ Comprouinciales, & metropolitani epiſcoporum cauſam audire, ſed diffinire non poſſunt. C. VII.

Iuo. p. 6. c. 316. Pan. l. 4. c. 134. & 136.

QVamuis liceat apud comprouinciales †, & metropolitanos, atque primates epiſcoporum ventilare accuſationes, & criminationes; non tamen licet diffinire [a] ſine huius ſanctæ ſedis auctoritate: ſicut ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus multorum conſenſu epiſcoporum iam diffinitum eſt. Nec in eorum eccleſijs alij aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuſte terminentur negotia. Reliquorum vero clericorũ cauſas apud prouinciales, & metropolitanos, ac primates & ventilare, & iuſte finire licet.

† *al. prouinciales*

a ¶ Diffinire.] *In epiſtola ipſa ſequitur*, ſecus quàm prædictũ eſt: reliquorum vero, &c. *Superius vero hæc prædicta fuerant*, Finitiua epiſcoporum tantum iudicia huc deferantur, vt huius ſanctæ ſedis auctoritate finiantur, ſicuti ab Apoſtolis, &c. *vſque ad verbum*, Reliquorum.

MVltum.] CASVS. Anaſtaſius metropolitanus Theſſalonicen. citauit quemdam ſuum ſuffraganeum, vt veniret aduerſario reſpõſurus: ille vero non venit, infirmitatis cauſam prætendens. conſuluit Anaſtaſius Papam quid de eo faciẽdum eſſet: ſed tamen pendente conſultatione ipſum depoſuit, eo ſolo, quòd vocatus non venit. Leo ergo commendat eũ in bñfactis, ſed in hoc facto vehementer eũ redarguit duabus rationibus. vna eſt quia pendente conſultatione nil debuit feciſſe, ſed expectaſſe quid Papa reſpondiſſet. Alia eſt quia & ſi peccatum commiſiſſet propter quod deponi deberet, à ſolo Papa erat deponendus.

a ¶ Infirmitatis.] hæc eſt iuſta cauſa abſentiæ, vt extra de procura. querelam. quid de hoc iuris ſit, dicam 5. quæſt. tertia, cap. 1.

Item Leo epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio epiſcopo Theſſalonicenſi, epiſt. 82. al. 84. c. 1.

¶ Ante Apoſtolicam cenſuram in cauſis epiſcoporum nõ eſt diffinitiua ferenda ſententia. C. VIII.

MVltum ſtupeo frater chariſsime, ſed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil amplius indicaueras †, quàm quòd euocatus adeſſe differret, & excuſationem infirmitatis [a] obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoueri; præſertim cum etſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua cõſulta reſcriberem. *& infra.* ¶ Sed etiam ſi quid graue, intolerandumque geſsiſſet, noſtra expectanda erat cenſura, vt nihil prius ipſe decerneres, quàm quid nobis placeret, agnoſceres. Vices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem ſis vocatus ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde, ſicut multum nos ea, quæ à te piè ſunt curata, lætificant; ita nimirum ea, quæ perperam ſunt geſta, contriſtant.

† *al. indicaueris*

Item Iulius Papa Orientalibus epiſcopis, epiſt. 1.

¶ Præter ſentẽtiam Romani Pontificis, nec cõcilia celebrari, nec epiſcopum damnari oportet. C. IX.

DVdum.] CASVS. Orientales epiſcopi in duobus delinquebant, ſcilicet in congregandis concilijs vniuerſalibus, & deponendis epiſcopis abſque licẽtia Papæ. Sed docet Iulius Papa, quod hoc facere nõ debent: quia conciliũ & omnes maiores cau-

DVdum à ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribuſque eorum in antiquis † decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta, & vniuerſalis Apoſtolica tenet eccleſia, nõ oportere præter ſententiam † Romani Pontificis concilia celebrari, nec epiſcopum damnari, quoniam ſanctam Romanam eccleſiam primatem omnium eccleſiarum eſſe

† *præfatis.*] orig. Capitu. l. 6. ca. 287. † *in vulgatis legebatur conſcientiam.*

a ¶ Voluerunt.] ſic ergo concilia dederunt primatum Romanæ eccleſiæ: quod verum eſt ſecundario: ſed ipſe Chriſtus principaliter, vt 21. diſt. quamuis. 17. diſt. §. hinc etiam. & 9. q. 3. aliorum.

Chriſtus ecclesiæ Romanæ primatum dedit.

ALIQVANDO. Hæc eſt 2. pars q. 1 qua dicitur, ordinem ſint canonicè deſtituti, & alij eis legitime ſubſtituti, quod ſi hoc non vult, mittat Romã duos de expulſis, & duos de ſubrogatis cũ legato eccleſiæ ſuæ, vt ibi veritas ſuper hoc negotio cognoſcatur: queſtione tñ de ſede metropolitana reſeruata, donec inter Salomonẽ & Carolũ pax reformetur. verũ ſi de hoc ipſo velint cognoſci, mittant Romã quatenus Apoſtolico libramine, quæ ſit archiepalis eccleſia innoteſcat, vt deinceps nulla poſſit dubitatio remanere.

b ¶ Suffraganei.] id eſt, pro ſuffraganeis ſunt habendi: quia ille fuit in poſſeſſione, & ita erit vſque ad ſñtam 16. q. 4. volumus. Et ita nõ eſt hic ar. interlocutoriã nõ obeſſe. Vel dic, q ideo non obeſt, quia agebatur ad hoc. ſed de hoc ſolum an epiſcopi eſſent iuſte deiecti 1, an crimen ab ipſis commiſſum eſſet deiectione dignũ. arg. ad hoc ꝭ. e. c. ibi, nihil enim quæro, & c. & q interlocutoria non obſit, habes ff. de his qui ſui vel alieni iuris. ſunt. l. pen. 2 & extra ꝺ or. co. cũ dilectus. Nõ enĩ quidquid iudex profert, eſt habendum pro ſẽtentia, vt C. de ſen. & interloc. om. iu. ex. ſtipulatione. & C. cõminationes & epiſtolas. l. 1. tamen per interlocutoriam bene aliquid determinaſ, & tranſit in rẽ iudicatam, ſicut diffininitiua ſñia, vt extra de electio. cum dilectus. in fi. & extra de teſt. ſignificauerunt. ſi. extra de ſẽ. & re iu. cum inter. & quãdoq; ius facit, vt ff quod me. cau. metum. §. ſed quod prætor. ſic ergo ſemper eſt cõſiderandum ad quid 3 agatur, & an iudex incidenter, vel tacite, vel expreſſe, vel diffiniendo, vel interloquendo aliquid dicat, vt extra de præſũ. afferte. extra de teſt. veniens. C. de his qui not. infa. interlocutio. & 2. q. 3. §. notandum 2. & 22. q. 2. quæritur.

Sententia interlocutoria vtrũ obſit.

1 Ad hoc Dominicus de ſancto Geminia. c. ſi Papa. in fi. de priuilegijs. in 6.

2 Si iudex pronuntiat illum debere præſtare alimenta filio, huic nõ fit ideo præiudicium quin poſſit cognoſcere an filius ſit. Arch.

3 Ad quid glo. ſin. laſ. l. 2. §. 1. col. 2. ſol. mat.

voluerunt [a]: Et ſicut beatus Petrus apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum; ita & hæc eccleſia ſuo nomine conſecrata (Domino inſtituente) prima, & caput ſit ceterarum; & ad eam, quaſi ad matrem, atque apicem omnes maiores eccleſiæ cauſæ, & iudicia epiſcoporum recurrant; & iuxta † eius ſententiam terminum ſumant: nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni Pontificẽ.

† al. eiuſque iuſta ſentẽtia

2 Aliquando inconſulto Romano Pontifice plerique epiſcoporum damnati inueniuntur, & alij in eorum locum ſubrogati, quorum damnationem, & ſubrogationem pro bono pacis ex diſpenſatione toleraſſe legitur eccleſia.

Regino lib. 1. Chron.

Vnde Ioannes Papa Salomoni tertio & vltimo Regi Britonum.

¶ Quorumdam epiſcoporum depoſitionem extra conſcientiam Romani Pontificis factam pro pace tolerauit. eccleſia. C. X.

HAec quippe eſt ordinatio Dei, patris tui, & hæc eſt lex eccleſiæ matris tuæ, videlicet, vt omnes epiſcopos regni tui ad Turonenſem archiepiſcopum mittere non detrectes, ipſiuſque iudicium poſtulare non dedigneris. Ipſe enim eſt metropolitanus, & omnes epiſcopi tui regni, ſuffraganei [b] eius ſunt: ſicut conſcriptiones prædeceſſorum meorum euidenter oſtendunt: qui prædeceſſores tuos, quia illos ab ipſius cura ſubtraxerãt, forti inuectione corripere ſtuduerunt, quãuis nec noſtra ſcripta ſuper hac re miſſa deeſſe videantur. Cumque coram deſignato Turonicæ eccleſiæ præſule, & integro numero collegarum, id eſt duodecim epiſcoporum celebrato conuentu fuerint eiecti epiſcopi regulariter examinati, apparueritque, quòd canonice fuerint eiecti, ipſis in ſua deiectione manentibus, qui in locis eorũ conſecrati ſunt, potuerunt vtiq. epiſcopatus honore potiri. Quòd ſi epiſcopi eiecti inſontes fuerint declarati, his amotis [c], qui illis ſubro-

q quandoque pro bono pacis, & pro vitando ſcandalo ſuſtinet Papa epiſcoporum depoſitiones, dumtñ aliàs cauſa ſubſit pro qua poſſent deponi à Papa. & hoc ꝓbatur per. c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. in multis c. q ſolus Papa debet epiſcopos deponere, alioquin quod factum erit irritabitur: nunc oſtẽdit Gra. q multoties Romana eccleſia ab alijs depoſitos, & alios locò eorum ſubſtitutos pro bono pacis tolerauit. quod probatur ſeq. c.

HAec quippe.] CASVS. Dolen. eccleſia dixit ſe eſſe archiepiſcopalem, & oẽs ep̃os Britanniæ ſuos eſſe ſuffraganeos. huius partem fouebat Salomon Rex Britonum. Sed Turonẽ. econtra dicebat, ſ. oẽs ep̃os Britanniæ ad ſe ſpectare: cuius partem Carolus tuebatur. Contingit q Dolenſis ad fauorẽ, & metum regis Salomonis quoſdam ep̃os depoſuit, & alios loco eorum ſubrogauit. Turo. vero cõqueſtus eſt de hoc Papæ, & ſuper hoc priuilegia oſtendebat, per quæ docebat præfatos ep̃os ſibi fore ſubiectos. Præcipit igitur Papa Salomoni, vt oẽs ep̃os ſui regni nõ differat mittere ad Turoñ. archiep̃m, maxime cũ videatur ad eũ ſpectare quatenus corã ipſo appareat, an ipſi ep̃i quo ad delicta, & ſi non quo ad

c ¶ His amotis.] Sed quare nocet ſñia pro deſtitutis lata ipſis ſubſtitutis, cũ res inter alios acta, alijs nõ p̃iudicet? vt extra de fi. inſtr. inter dilectos. & eſt ꝯ illud quod eſt ff. de adul. denuntiaſſe. & extra de adul. ſignificaſti. ſed hoc eſt pp̃ cauſę cohærentiam. ſic 6. q. 1. præſentium. & 81. diſt. tantis. in fi. & 45. diſt. diſciplina. nam ſi pronuntiatũ eſt Petrũ eſſe virũ Mariæ, p cõſequens probatũ eſt Martinũ nõ eſſe. extra de ſpon. ex parte. vides. n. q cauſæ eligentiũ, & electi ſunt cõnexæ: q a lata ſñia ꝯ electores p̃iudicat electo, licet abſenti, vt extra ꝺ ele. dudũ. 1. in fi. niſi appelletur ab altero illorũ, vt extra ꝺ of. iu. dele. ſup eo. aliud vt eſſe inter p̃ſentatũ & p̃ſentatũ. Nã tñc ſñia lata ꝯ vnũ nõ nocet alteri abſẽti, vt extra ꝺ ele. querelã, hoc ideo eſt, quia illorum cauſæ ita ſibi non cohæ-

Sñia lata contra electores præiudicat electo.

cohærens. Vel dic, quod numquam ſententia præiudicat alij, niſi præſens fuerit. arg. 54. diſt. ſi ſeruus.

a ¶ Subrogati.] arg. ſi aliqua duo ſunt connexa, prohibito vno prohibitum eſt & reliquũ. ſic 34. diſt. ſi laic⁹. 36. diſt. deinde. 34. diſt. ſi quis viduam. & 8. diſt. quo iure, 1. q. 3. ſi quis obiecerit. extra de hær. fraternitatis 1. ſic econuerſo aliquid permittitur ratione connexionis, vt 81. diſt. cum omnibus.

b ¶ Dixerunt.] ſupple, nec ego dico.

c ¶ De expulſis.] ſed qualiter poterit cauſa per procuratorem criminaliter tractari? forte quia ſic placuit Papæ, vel hic ciuiliter agebatur. non enim aliud agebatur hic, niſi an eſſent ſecundum ordinem iuris depoſiti: & licet fuerit ciuilis, tamen neceſſarij erant xij. epi 1 ſic 23. diſt. illud. 24. diſt. quorũdam. quia licet non fuerit cauſa criminalis, tamen fuit de crimine 3, vnde neceſſaria eſt ſubſcriptio, vt extra de accuſ. ſuper his. Vel dic quod in cauſa criminali vnus conſoci⁹ procurat cauſam aliorũ, vt extra de do. & contu. cũ dilecti. & 2. q. 5. ſtatuit. Itẽ hic habes, quod ſententia lata à non ſuo iudice rata poteſt haberi. De hoc nota. 9. q. 2. nullus. & 2. q. 6. ſi quis.

d ¶ Debeant.] Arg. pro obſequijs tempore litis non præſtandis, vt 2. q. 6. quoties. & 11. q. 1. quia. Arg. contra 33. q. 2. ſæculares. 15. q. 6. multorum. ff. de oper. liber. operis. Sed hoc ideo hic fuit, quia epi pro liberis ſe gerebant. aliàs illi debent obedire, qui eſſent in poſſeſſione. 8. q. 4. nonne. extra vt lite pend. à memoria. Nec obſt. C. de agr. & cenſi. litibus. lib. 11. vbi dicitur, quod ſi eſt contentio inter colonũ & dominũ de fructibus, quod fructus ſequeſtrantur. Sed illud obtinet cũ dominus eſt ſuſpectus. Dicas ergo quod poſſeſſor ſemper vtitur fructibus lite pendente, vt 16. q. 4. volumus. niſi in caſu, vt extra de iure patr. ex litteris, quod intellige verũ niſi de hoc ipſo quæ ſit, an poſſideat, vel nõ, vt extra de integ. reſt. cũ veniſſent. in fi. extra de conſti. cum M. in fi. & ff. de aqua quoti. & æſti. l. pen. vñ ſi poſt motã controuerſiam canonici eligant, non ideo ſtatim caſſatur electio donec cõſtet de iniuſta electione, vt extra de in inte. reſt. c. 2. in fi. & extra de cau. poſ. & proprie. cũ eccleſia. Idẽ dicerẽ de patrono, licet non debeat poſt motam controuerſiam præſentare vel eligere.

e ¶ Incunctanter.] id eſt, decetero. & ſic planum eſt. Additio. Dicit H. quòd ſenſus eſt vt interim ei non denegent debitam reuerentiam, & poſtea incunctanter obediant ei, qui per ſententiam eis fuerat aſſignatus. Archid.

gati [a] ſunt, eccleſias ſuas ipſi recipiant. Nam cũ anteceſſores mei præſules eiectionẽ eorum epiſcoporum, qui ab eccleſijs ſuis expulſi ſunt, nec admiſerunt nec approbauerunt; nec ipſos, qui eis ſubrogati [a] poſt ſunt, viuentibus illis legitimos epiſcopos dixerunt [b]: Sane, ſi ad Turonenſem forte archiepiſcopum mittere præfatos epiſcopos dedignaris, ſtude duos epiſcopos de expulſis [c], & duos de ſubrogatis vnà cum eccleſiæ tuæ legato ad Apoſtolicam beati Petri ſedem tranſmittere: vbi digna examinatione præmiſſa, qui legitimi epiſcopi ſunt, appareant, & ſuas eccleſias irregulariter non amittant: Nihil enim queo aliud in præſenti negotio diffinire. Quia vero magna, quis ſit metropolitanus apud Britannos cõtentio eſt, licet nullius memoria teneat vos in veſtra regione vllam habuiſſe metropolitanam eccleſiam; tamen ſi libet (poſtquam Deus omnipotens pacem inter vos & dilectum filium noſtrum Carolum regem glorioſum conſtituerit) facile hoc poteritis aduertere. Quòd ſi adeo contentioſe creditis agere, ad noſtrum Apoſtolatum deſtinare contendite; quatenus noſtro libramine, quæ fuerit apud vos antiquitus archiepiſcopalis eccleſia, luce clarius innoteſcat: & deinceps omni ambiguitate reciſa, quam ſequi epiſcopi veſtri debeant [d] incunctanter [e] agnoſcant. Neque enim eccleſias Dei per diſcordias regum, diuiſionis aliqua pati damna neceſſe eſt, cum (quantũ ex ſe eſt) pacem, quam prædicant, ſeruare ſtudeant inuicem, & in omnes.

a ¶ Subrogati poſt ſunt.] *Sic reſtitutum eſt ex aliquot vetuſtis, & valde emẽdatis codicibus. Antea legebatur,* ſubrogari poſsũt.

3 *Aliàs autem irrita erit epiſcoporum ſententia, & à ſynodo retractanda.*

Vnde Felix Papa I. epiſt. prima ad Paternum.

Et in decretis Iulij c. 27. Cap. Hadriani c. 58.

¶ Damnatio iniuſta irrita eſt, & à ſynodo retractanda. C. XI.

IRritam [f] eſſe cenſemus & [g] iniuſtam epiſcoporũ damnationem, & idcirco à ſynodo retractandam; ita vt oppreſſis ab omnibus, in cunctis ſubueniatur cauſis.

11. q. 3. c. irrit. ex Carth. 4. c. 28 Anſ. l. 3. c. 69.

g ¶ Et iniuſtã.] *Sic in originali, & antecedit, vox,* aliter: *ſed in*

ALIAS AUTEM. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua probat quod probatum fuit in prima parte, ſcilicet quod vnuſquiſque debeat à ſuo iudice iudicari. Ioan. de Fan. & ſic continuatur. Dictum eſt ſupra in §. aliquando, quod pro bono pacis Papa tolerauit depoſitiones eporum ab alijs factas. Nunc vero dicit Gratianus, quod aliàs niſi pro bono pacis tolerаſſet, irrita eſſe depoſitio, vt in ſequenti cap. dicitur.

IRritam eſſe.] Casus. Quidam epiſcopi depoſiti fuerunt ſine auctoritate Papæ, & ideo dicit Felix Papa irritam eſſe eorum damnationem, & à ſynodo retractandam, vt oppreſſis omnibus ſubueniatur plenarie.

f ¶ Irritam.] factam ſine auctoritate Romani Pontificis.

QVOD

1 Arg. 44. di. in prin. vbi de hoc not. ſupra ea. q. 3. §. 1. & 1. q. 1. ſicut Chriſtus. Archid.

Procurator qualique cauſam criminalẽ poteſt tractare.

2 De hoc no. ſupra ea. q. 8. in ſum.

3 Nam licet talis cauſa eſſet ciuilis, ſpectabat tamen ad depoſitionem & condemnationem eporum, ſi in ea cõſtaret quod legitime eſſent conuicti de crimine, ſecundum Hug.

Poſſeſſor lite pendẽte fructibus vtitur.

QVOD AVTEM. Casvs. Dictum fuit ſupra in ca. hæc quippe. q. ſuffraganei debent ire ad iudiciũ ſui metropolitani, ſcilicet ad Turonenſem. & ideo Gratianus vult modo oſtendere, q; ſuffraganei iudicium ſui archiepiſcopi declinare non debent, & ad alium iudicem paſtoralis. H. Sed potius eſt hic arg. contra, quia dicitur hic, q; oportet habere iudices comprouinciales, & archiepiſcopus eſt comprouincialis. Illa ergo exceptio, niſi, ad principium refertur, ſcilicet ad peregrina. & fuit intellectus Grat. q; ſi quis recuſaret metropolitanum, ad cõprouinciales iudices recurreret, nõ ad peregrinos, niſi appellaretur. & hoc eſt q͠d dicit, & cum cauſa extra prouinciam commiſſa fuerit. ỹ. co. non liceat 2.

decretis Iulij, & in concilio Carthaginenſi quarto (vnde citatur infra 11. q. 3. c. irritam.) & in capitulis Hadriani, & apud Anſelmum eſt, irritam eſſe iniuſtam epiſcoporum damnationem, &c. quæ lectio videtur magis conuenire cum rubrica huius capitis.

Et inter decreta Higini, c. 4. in epiſt. 2. Felicis inter decreta Iulij c. 16. In ca. Hadriani c. 19. in adiectis capitular.

Quòd autem metropolitanum ſuum cõtemnere, & aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus Papa III. teſtatur in epiſt. ad Orientales epiſcopos, c. 3. dicens.

¶ Peregrina iudicia ſunt ſubmouenda. C. XII.

Poly. l. 3. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 77. Burc. l. 1. c. 147. Iuo. p. 5. c. 260. & p. 6. c. 331.

PEregrina iudicia (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) generali ſanctione prohibemus: quia indignũ eſt, vt ab extraneis † [a] iudicentur, qui comprouinciales, & à ſe electos [b] debent habere iudices, niſi fuerit appellatũ.

† al. externis

Item Anacletus Papa, epiſtola prima, c. 3.

¶ De eodem. C. XIII.

LEges eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus. Vnde & Dominus mentionem faciens Loth, per Moyſem [c] loquitur dicens: [Ingreſſus es quidem (inquiunt) vt aduena, numquid vt iudices?]

Gen. 19.

Item Innocentius Papa ad Victricium Rothomagenſem epiſcopum, epiſtola 2. c. 3.

Et Marcellus epi. 2. in codice canonum inter decreta Innocentij.

¶ Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere. C. XIIII.

Capitularium l. 6. c. 287. Anſ. l. 2. c. 52. & 3. c. 79.

NOn liceat cuiquam (ſine præiudicio [d] tamen Romanæ eccleſiæ, cui [a] in omnibus cauſis reuerentia, & auctoritas debetur) relictis his ſacerdotibus, qui in eadẽ prouincia Dei eccleſias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicia expetere † [e], vel pati. Quòd ſi quis præſumpſerit; & ab officio cleri ſubmotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

† al. experiri

a ¶ Cui.] *In epiſtola & Marcelli & Innocentij legitur*, ſine præiudicio tamen Romanæ eccleſiæ, cui † in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri: *quamuis à poſtrema conciliorum in quattuor tomis editione abſint illæ duæ voces*, ſine præiudicio: *quemadmodum & paulo inferius illa*, vel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicia expetere, vel pati: *quæ tamen habentur in alijs locis indicatis.*

† al. cuius

b ¶ Electos.] cum ordinarij ſint ſuſpecti. 2. q. 6. placuit. vel loquitur in cauſa criminali pſbyteri vel diaconi, vt 15. q. 7. ſi aũt.

aliás gl. ſignant H. & L. ſup. ver. ỹ. e. niſi fuerit appellatũ, & melius clarius ponit ibi. Arch.

LEges eccleſię.] Casvs. Anacletus in hoc capitulo confirmans conſtitutiones eccleſiæ dicit, q; alienigena iudex eſſe nõ debet. Et hoc probat exemplo Loth, cui dictum fuit à Sodomitis, Ingreſſus, &c.

c ¶ Per Moyſem.] quia ipſe Moyſes loquens per ſpiritũ Domini introduxit in Geneſi Sodomitas ita loquentes.

NOn liceat cuiquam.] Casvs. Quæſitum fuit vtrũ epiſcopo liceat agere vel reſpõdere ſub iudice non ſuo. Et reſpondet q; non, ſalua tamẽ in omnibus Romanæ eccleſiæ reuerentia: quod ſi facere præſumpſerit, deponatur.

d ¶ Præiudicio.] Hoc ideo dicit, quia ſpretis omnibus ordinarijs ad eum poteſt appellari. arg. 2. q. 7. c. 1. 2. & 3. nam ipſe eſt ordinarius omnium. extra de elect. cũ nobis olim.

e ¶ Expetere.] Hic patet q; clericus ſine cõſenſu ſui epiſcopi nõ poteſt conſentire in alium iudicem. nam ſic poſſet euacuari iuriſdictio epiſcoporũ, ſi omnes conſentirẽt in alium iudicem. ad idem facit 2. quæſt. 6. placuit 2. & in auth. de ſan. epiſc. §. œconomus. coll. 9. Argu. contra. ỹ. ea. pulſatus. Sed extra de fo. comp. ſi diligenti. expeditum eſt, q; non poteſt per pactum renuntiare foro. De hac materia not. 11. q. 1. inolita. Io. Quod dicit Ioan. q; expeditum eſt, in illa decre. extra de fo. compe. ſi diligenti. non eſt verum [3], quia illa decre. loquitur, q; clericus non poteſt conſentire in laicum. ſed hodie nec in clericum conſentire poteſt, niſi de cõſenſu ſui epiſcopi. vt extra de foro compet. ſignificaſti. B.

Clericus an poſſit foro renuntiare.

3 Imo eſt verum, vt patet ver. cum ergo. Arch.

ad ſuum ire. Et hoc probat per ſequentia capitula.

PEregrina iudicia.] Casvs. Quæſitum fuit à Sixto vtrum valeant illæ ſententiæ, quę à iudicibus extraneis proferuntur. Et ridet q; non, niſi fuerit appellatũ, vel Papa propria voluntate cauſam delegauerit: quia indignum eſt, vt qui comprouinciales electos debent habere iudices, ab alienis iudicentur.

id eſt, extraneũ. & certus eſt q; de hoc dubitat, cum hoc ſit certiſſimum, ſecundum Hug.

a ¶ Ab extraneis.] Argu. iudicem ad quem appellatur, non eſſe ordinarium 2. 6. quæſt. 3. ſeruore. & ſic archiepiſcopus eſt extraneus, vt ibi videt, & extra de of. iud. ord.

Digitized by Google

REVERENTIA. CASVS. Quia Gr. in c. non liceat. mentioné fecit de reuerentia Papæ; ideo Grat. dicit quæ ſit illa reuerentia, ſcilicet cum appellatur ad eum, vel cum ab eo iudices extranei conceduntur.

VNaquæque.] CASVS. Dicitur hic, quòd quælibet prouincia proprios debet habere iudices, ad quos comprouinciales recurrant, niſi ſedes Apoſtolica aliter decreuerit.

NEminem.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod nullus debet trahi extra ſuã prouinciam vel comitatũ, ita quod actor ſemper forum rei ſequatur, niſi fuerit appellatũ ad maiorem iudicẽ, vel niſi ad iuſſionem maioris iudicis datus fuerit iudex. In ſecũda parte dicitur, quod in qualibet prouincia ſynodus cauſas audire debet & terminare intra ſuæ prouinciæ terminos, & omnis accuſatio fiat intra prouinciã, ſicut in Nicæno concilio continetur. Scda pars incipit ibi, [Illa quæ ſunt.]

a ¶ Neminẽ.] Eſt autem hoc ideo ſtatutum, quia alibi non poſſunt habere teſtes vel amicos, vt 33. q. 2. ſiue. 2. q. 2. præceptũ. & in auth. vt omnes obed. iud. §. 3. coll. 5. Vnde dico, quod ſi aliqs impetrat reſcriptum ad iudicem alterius prouinciæ, nõ ſufficit, quod vltra duas dietas nõ trahat aduerſarium, vt dicit illa conſtitutio, extra de reſcrip. nonnulli. Sed etiam requirit quòd extra prouinciam [1] eum nõ trahat, niſi in literis fiat mentio de prouincia. Cũ enim de iure extra prouinciam nemo ſit trahẽdus, vt hic dicitur, ergo niſi reſcriptũ principis de eo faciat mẽtionem, nõ poteſt auctoritate reſcripti trahi extra prouinciam, licet minus ſit ſpatiũ ad qđ trahitur, quàm duæ dietæ. eſt tamen ar. cõtra extra de offi. iud. ord. ſignificauit. Io. Certe tamen non nocet contra: ſed illi conſtitutioni, nonnulli, ſtatur. Iſta opinio hodie non habet locum, immo contrarium obſeruat Romana curia.

Reſcripto non poteſt qs trahi extra ſuã prouinciam.

[1] Intelligo vulgaré, vt dixi 7. q. 1. §. factus.

SI quis clericus.] CASVS. Dicitur hic, quod de quocumque crimine quis accuſatur, tantum in ſua prouincia reſpondeat, nec accuſator eum ad aliam prouinciam [tra]trahere nitatur. Sequens c. planum eſt, & per ſe patet.

Reuerentia autem, quæ Apoſtolicæ debetur Eccleſiæ, & eius auctoritas intelligenda eſt, cum vel ad ipſam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur.

Vnde Sixtus Papa cum diceret: [*Comprouinciales & à ſe electos debent habere iudices,*] *ſtatim ſubiungit,* [*niſi fuerit appellatum.*] — 3. ca. peregrina

Item Anacletus Papa, epiſt. 1. c. 3.

¶ Abſque Apoſtolicæ ſedis decreto extraneos iudices adire non poſſumus. C. XV.

VNaquæque prouincia tam iuxta eccleſiæ, quàm iuxta ſæculi leges, ſuos debet iuſtos, & non iniquos habere iudices, & non extraneos †, niſi Apoſtolicæ ſedis huius decreuerit auctoritas. — Anſ. l. 3. c. 80. — † al. externos

Item ex Romana ſynodo. — In cap. Hadriani, c. 5. 8. 9. 10. Felix. 1. epiſt. 2.

¶ Niſi per appellationem, alterius prouinciæ iudices adire non oportet. C. XVI.

NEminem [a] exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem iudicis, ad quem [α] fuerit appellatum, ita vt actor rei forum ſequatur. *& infra.* ¶ Illa [β], quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, ſicut in Nicæno conſtat decretum eſſe concilio. ¶ Vltra prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur. ¶ Omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi [γ] prælatus ſit, qui accuſatur. — Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. — C. 8. — 3. ca. vltra. 3. 5. q. 4. c. duodecim. §. item Hadrianus. — C. 9. — C. 10.

α ¶ Ad quem fuerit appellatum.] *Hæc ſunt addita ex Hadriano, epiſtola ſynodica Felicis, & Iuone.*

β ¶ Illa quæ.] *Hinc vſque ad finem in capitulis tantum Hadriani ſunt inuenta.*

γ ¶ Niſi prælatus ſit, qui accuſatur.] *Verba hæc neque in capitulis Hadriani, neque in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur, in alijs vero, loco ipſorum, ſunt hæc,* niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum.

Item Sixtus. — Eleutherius ad Galliæ prouin. Felix. 1. epiſt. 1. in decretis Iulij; c. 25.

¶ De eodem. C. XVII.

SI quis clericus ſuper quibuſlibet criminibus accuſatus fuerit; in prouincia, in qua conſiſtit ille, qui accuſatur, ſuas exerceat † actiones: nec exiſtimet † eum accuſator ſuus alibi, aut longius ad iudicium pertrahendum †. — In cap. Hadriani, c. 7. Iuo. p. 6. c. 318. & 329. — † al. moras — † al. æſtimet — † al. protrahendũ

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epiſtola Pontificum huius nominis eſt inuentum. In aliquot vetuſtis exemplaribus eſt tantum,* Item, *vt videatur citari eadem ſynodus* Romana, *quæ in ſuperiori capite, ideſt quæ continetur in capitulis* Hadriani. Iuo *autem par. 6. c. 318. citat ex* Eleutherio*: cap. autem 329. citat ex* Felice *primo.*

Item ex decreto Hadriani Papæ.

Quòd

QVòd iudex.] In hac 7.q. quæritur, vtrum criminoſus poſſit eſſe iudex,& inde ſumpta occaſione ponit tres ordines infamiũ vſque ad illam legem, arceantur. Diuidas ergo quæſtionem in tres partes, In prima parte

mes poſſint eſſe iudices: Et quidem ſi non tolerantur ab eccleſia, non poſſunt: ſi tolerantur, bene poſſunt, & tenet eorum ſnſa 1, ipſi tamen peccãt iudicando 2. Vel diſtingue an aliquis ſit infamis per ſententiã vel ipſo facto vt tunc nõ poſſit, an aliàs vt tũc poſſit. Illud tñ certũ eſt, ꝙ ſi infamia obijcitur alicui, qui eſt electus in iudicẽ, ꝙ propter hoc bene remouetur, licet hucuſque fuerit toleratus, vt extra de reſcriptis, ſciſcitatus. & extra de excef. prælat. inter dilectos. & ff. ad leg. Iul. de vi priuata, l. 1. criminoſi ergo poſſũt iudicare ex officio, ſed nõ ex vitæ merito. 15. q. vlt. c. vlt.

b INfamis.] per ſententiam.

c ¶ Nec procurator.] id eſt, aduocatus, vt. ⁋. px. §. Vel intellige de procuratore vero, vt infamis non poſſit eſſe procurator 3 ſecundum canones. vt ⁋. 5. q. 4. quia epiſcopus. nec obſtat inſti. de excep. §. vlt. quia loquitur hic de infami per ſententiam: ibi de tali, qui eſt aliàs infamis. ſi tñ iudex toleratur in officio, eius tenet ſnia. 8. q. 4. nonne. Sed infamis poteſt eſſe arbiter, vt ⁋. ead. §. tria. verſi. cognitores.

TRIA SVNT. CASVS. Dĩ in hoc §. ꝙ tribus de cauſis repellitur aliquis ne iudex fiat. ſ. natura, lege, & moribus. Natura impeditur ſurdus, mutus, & perpetuo furioſus, & impubes. Lege, vt ille q̃ remouetur a ſenatu pp ſuã turpitudinẽ. Moribꝰ, vt mulier & ſeruus: nõ ideo qa iudicare nõ poſſunt: ſed quia moribus obtentũ eſt ne ciuilibus fungantᷣ officijs, ſed ſi delega-

1 De hac materia tractat plene in l. Barbarius Philippus. & ibi per Bar. & alios. ff. de of. præto.

2 Vt ⁋. ca. §. fi. in fi. de pæ. diſt. 6. cap. 1. 4°. diſt. c. vlt.

¶ Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventiletur. C. XVIII.

† al. ſcribas

In cap. Hadriani. c. 52. & ⁋. ca. c. Ibi ſemper ex Fabiano.

QVi crimen obijcit, ſciat † ſe probaturum. Reuera ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur.

QVAESTIO VII.

Burc. l. 16. c. 3. Iuo p. 6. c. 324. Pan. l. 4. c. 75.

QVòd iudex [a] eſſe non poſſit, quem cum reo par, aut maior macula inſiciat, multis auctoritatibus probatur.

Dicit enim ſancta Romana ſynodus.

¶ Infames, iudices eſſe non poſſunt,

C. I.

In cap. Hadriani c. 5. & in 2. epiſt. Felicis. Anſ. l. 3. c. 7. Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pan. l. 4. c. 78.

INfamis [b] perſona, nec procurator [c] eſſe poteſt, nec cognitor.

Infamis an poſſit eſſe procurator

Ex le. cum prætor. ff. de iudicijs.

Tria ſunt [d], quibus aliqui impediũtur, vt iudices nõ fiãt. [*Natura, vt ſurdus, & mutus, & qui perpetuo [e] furioſus eſt, & impubes; quia iudicio carent. Lege, qui ſenatu amotus [f] † eſt. Moribus [g] femina & ſeruus: non quia non habeant iudiciũm [h], ſed quia receptũ eſt, vt ciuilibus officijs non fungantur.*]

† motus] ori.

3 De hoc etiam not. extra de iura calum. Impetratorum.

¶ *Prior pars huius capituli vſque ad verſi.* cognitor. *habetur in epiſtola ſecunda Felicis primi: in qua refert ſynodum à ſe habitã: quod in principio epiſtolæ commemorat his verbis*, Nos vero ad ſupplementum veſtrum fratres, & coepiſcopos noſtros vocauimus amplius quàm ſeptuaginta; Cum quibus hæc, quæ ſubtus habentur inſerta, regulariter tractanda decreuimus. *Eadem pars habetur in capitulis Hadriani; quæ (vt ſuperius ead. q. 5. c. accuſationes, adnotatũ eſt) nomine Romanæ ſynodi interdum citantur. Reliqua vero huius capitis videntur eſſe Gratiani; ſumpta tamen fere ad verbũ ex l. cum prætor. verſi. quidã enim. ff. de iudicijs: quemadmodum & in ſequenti capite multa colliguntur ex varijs legibus digeſtorum, & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia hæc vſque ad c. qui ſine peccato, coniunctè habentur.*

Infamis an biter eſſe poteſt.

Verumtamen [i], ſi ſeruus, dum putaretur [k] liber, ex delegatione ſententiam dixit; quamuis poſtea in ſeruitutem depulſus ſit ſententia ab eo dicta, rei iudicatæ firmitatem tenet.

lib. 3. tit. 1.

In digeſtis, tit. de poſtulando.

parte ponitur quod dictum eſt. Secunda ibi, [Arceantur.] Tertia ibi, [Qui ſine.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur, an iudex eſſe poſſit, qui pari delicto cũ reo vel maiori inficitur, & ꝙ non poſſit iudicare, multis auctoritatibus probatur. Conſueuit tamen dici, ꝙ donec iudex toleratur ꝙ iudicare poteſt ex officio ſuo: ſed non de iure mero, vt ⁋. ea. §. vlt. Mihi vr, ꝙ repelli debeat, ſi crimen fuerit contra eum probatum in modum exceptionis, ſicut contingit de teſte, qui repellitur probato crimine in modum exceptionis, & ſicut de electo ad dignitatem contingit, cum ei obijcitur aliquid, vt repellatur ab electione. Sequens capitulũm planum eſt.

a ¶ Quòd iudex.] Hic quæritur an criminoſi, vel infa-

tur cauſa ſeruo, qui putatur liber, eius tenet ſententia.

d ¶ Tria ſunt.] hoc eſt ſumptum à lege. ff. de iudi. cum prætor. §. non autem omnes.

e ¶ Et qui perpetuo.] ſecus ſi ad tempus, vt ff. de iud. cum furioſus.

f ¶ Amotus.] immo & ſi eius electio fuerit caſſata propter eius vitium, vt extra de elec. c. ſuper.

g ¶ Moribus.] id eſt, conſuetudine. immo etiam lege, ſiue canone. 33. q. 5. mulierem. Nec obſtat 15. q. 3. §. 1. dic vt ibi dixi.

h ¶ Iudicium.] id eſt, diſcretionem.

i ¶ Verumtamen.] §. & verba Gratia.

k ¶ Dum putaretur.] ecce quantum communis opinio operetur, vt extra de iureiu. cõſultationibus. extra q

Opinio cõis multũ operatur.

ſilij ſint legit. cum inter. & 1.q.1. ſi qui à ſimoniacis. C. de teſta. l.1. argu. contra extra qui fi. ſint leg. per tuas & ſ.24. diſt. c. vlt. 29.q.2. ſi quis ingenuus. & diſt. 8. veritate. & ff. de iudi. l.2. in prin. Sed numquid idem eſt ſi excõicatus ferat ſnĩam, qui publice habetur pro non excõmunicato? not. extra de ſententia & re iudi. ad probandum. Et eſt rõ quare aliud ſit in ſeruo: quia ſeruus ĩ multis caſibus habet perſonam ſtandi in iudicio, vt 12. q.2. §. qui manumittũtur. ſed excommunicatus in nullo. Vel dic (quod verius credo) q̃ nec ſnĩa ſerui teneret, niſi cõfirmata eſſet à pricipe. Io.

I Nfames.] CASVS. In hac lege hoc ordine proceditur. Primo di. q̃ infames nõ poſſunt eſſe procuratores, vel aduocati. Secundo qd ſit poſtulare. Poſtulare eſt, ſ. deſideriũ ſuum vel amici ſui in iudicio exponere. Tertio ponit tres ordines hominum, qui aduocare nõ poſſunt. In primo ordine ponuntur illi, qui nec pro ſe nec pro alijs poſſunt aduocare, vt minores xvij. annis. & illi qui nihil audiũt. In ſecundo vero ordine ponuntur illi, qui poſſunt pro ſe poſtulare: ſed pro alijs non, niſi pro pupillis, vel adultis, quorum tutelam vel curam gerunt, in quo ordine ſunt quinq; genera hominũ ſeu perſonarum, ſ. mulieres, & vtroque lumine orbati. & illi qui ſpõte muliebria paſſi ſunt, vt Sodomitæ, vel qui de capitali crimine aut de calũnia ſunt damnati, & ij qui locauerũt operas ſuas, vt cum beſtijs ſeu feris pugnarent in arena. In tertio autem ordine ponuntur alij infames, qui pro ſe & quibuſdam certis perſonis poſſunt aduocare, quæ infra continent. & hoc propter quinque cauſas, ſcilicet propter reuerentiam, vt in parente & patrono: pp conſanguinitatem: pp affinitatem: pp miſericordiam miſerabilium perſonarum: pp tutelã, vel curam eis iniunctam. Secunda pars eſt ibi, (Eſt autẽ.) Tertia ibi, (Nã vt premiſimus.)

C. II.

INfames non poſſunt eſſe procuratores, vel patroni cauſarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui poſtulare [a] prohibentur. ¶ Eſt autẽ poſtulare, deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. ¶ Nam, vt præmiſimus, non poſtulantium tres ordines ſunt. Quidã prohibentur omnino [b] poſtulare, vel propter ætatem, vt minores decem & ſeptem annis, vel propter caſum, vt ſurdus, qui prorſus nõ audit [c]. Alij prohibẽtur, ne pro alijs poſtulent, vel propter ſexum, vt feminæ; vel propter caſum [d], vt vtroque lumine orbati †; vel propter notam turpitudinis, vt ij, qui corpore ſuo muliebria paſſi ſunt, niſi forte vi prædonum [e], vel hoſtiũ ſtuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniæ † cauſa publico iudicio ſunt damnati, vel qui operas ſuas locauerunt, vt cum beſtijs depugnarent in arena [f], pro alijs poſtulare prohibentur. His perſonis pro ſe allegare permittitur pro alijs poſtulare prohibetur; niſi forte tutelã impuberum, vel curã adoleſcentium non affectatam, ſed neceſſariam adminiſtrent. Pro his enim quorũ curam gerunt, eis poſtulare conceditur. Alii enim [g] omnes, qui vt infames [h] notantur, niſi pro ſe, & pro certis perſonis, poſtulare nõ poſſunt, niſi in integrum reſtitutionem acceperint. ¶ Permittitur [i] autẽ eis poſtulare pro parente, pro patrono, patronaue, liberis, parentibusque patroni, patronæque: pro liberis etiam ſuis, fratribus, & ſororibus, vxore, ſocero, ſocru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua, muto, ſurdo, prodigo, & adoleſcẽte. ¶ Itẽ pro ijs, quibus ꝓpter infirmitatẽ curatores dari ſolent, & qui negotijs ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt. ¶ Omnes autẽ, qui non ſponte, ſed neceſſario funguntur officio [k], ſine offenſa edicti poſtulare poſſunt, etiã ſi ij ſint, quibus non niſi pro ſe ipſis poſtulare permittitur. ¶ Affinitates uero nõ eas accipere debemus, quæ quondam [l] fuerunt, ſed præſentes. Nurus & generi appellatione, & ſoceri, & ſocrus, & vlteriores, quibus [pro] præpoſitio [m] ſolet accedere, continentur.

Ex l.1. ff. de poſtulando. verbis alio modo aptatis.

† Cõuẽ. ter. in l.1. ſ. ſecundo loco. ff. de poſt.

† al. calumniæ publici iudicij.

Ex l.2. & 3. eod.

Ex l.4. & 5.

Ex l.6.

Ex l.3. eod.

Poſtulare quid eſt.

a ¶ Poſtulare.] poſtulare eſt pro tribunali petere, & non alibi. ff. de dam. infect. dies. §. hoc autem.
b ¶ Omnino.] etiam pro ſe.
c ¶ Non audit.] nullus enim adeo ſurdus eſt quin aliquid audiat, vt C. qui teſta. fa. poſſ. diſcreteris.
d ¶ Vel pp caſum.] digeſtis, de iud. cæcus. ſ. 15. q. 1. §. vlt.
e ¶ Prædonum.] tunc enim non eſt imputandum, vt ff. de adult. vim paſſam. 32. q. 5. ille.
f ¶ In arena.] in cauſa virtutis hoc faciant. ff. eo. l.2. §. quod ſi.
g ¶ Alij enim.] notandum, q̃ omnes, qui maiori infamia ſunt notati, non niſi pro ſe & pro ijs quorum ſunt tutores, poſſunt poſtulare, & illi ſunt de ſecundo ordine. Sed minori infamia notati poſſunt pro ſe & ꝓ quibuſdam certis perſonis aduocare, & illi ſunt de tertio ordine poſtulantium, ſcilicet de minori.

Infames quando poſtulare poſſunt.

h ¶ Infames.] minori infamia.
i ¶ Permittitur.] vt ſunt illi de ſecundo ordine.
k ¶ Officio.] vt tutores & curatores.
l ¶ Quæ quondam.] ergo vno coniugum defuncto ſoluitur affinitas. inſti. de nupt. §. affinitatis. Sed contra. 35. q. 10. c. 1. ‡ Sed potes dicere, q̃ quo ad impedimentum matrimonij non deletur, ſed quo ad alia, aut quo ad beneficia huius edicti.

‡ Vel per pro. vid. de hoc.

m ¶ Præpoſitio.] ſcilicet patribus iſtorum, vel viris iſtarum, &

rũ. & dicitur proſocer. i. pater ſoceri. progener, id eſt, maritus neptis. nam gener filij mei eſt mihi progener.

ARCENTVR. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua ponit 12. articulos legales vſq. ad c. [qui ſine.] lo. de Fant. CASVS. Dicitur hic, quòd illi, qui paciſcuntur de certa parte

honorati, qui Romæ ſunt, id eſt qui honorem habent ſine adminiſtratione, poſſint aduocare. Et ſtatuit q. ſic quamdiu volunt, dummodo tamen turpi lucro pecuniæ, vel alicuius alterius rei non corrumpantur.

d ¶ Apud vrbem.] de eadem lege eſt.

Tit. 6 l. 5.

2 ¶ Arcétur etiam à profeſsione aduocatorum (*ſicut in ſecundo libro Codicis titulo de poſtulando inuenitur*) qui ſub nomine honorariorum ex ipſis negotijs, quæ tuenda ſuſceperint, emolumentum ſibi certæ partis [a], cum graui damno litigatoris, & deprædatione poſcentes, inueniũtur.

L. 6. cod. eod.

¶ Itẽ ſi quis adeo procax fuerit, vt nõ ratione, ſed probris putet eſſe certandũ, opinionis ſuæ imminutioné patiatur ¶ Præterea non licet aduocato vllum contractum [b] inire, vllam pactionem conferre cũ eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, nec ex induſtria [c] iurgiũ protrahere. ¶ Apud vrbem [d] Romam etiam honoratis [e], qui hoc putauerint eligendum [f], eouſq. liceat orare, quouſq. maluerint [g], videlicet, vt non ad turpe [h] compendium, ſtipemq. deformé hæc arripiatur occaſio. Nam ſi lucro pecuniaq. [i] capiantur, veluti degeneres inter viliſsimos numerabuntur.

L. 7. cod. eod.

¶ Si vero [k] in vno auditorio duo tantum præ ceteris fuerint, vel plures, quorum fama ſit hilarior, in iudicantis officio ſit, vt par [l] cauſidicorum diſtributio fiat, & exæquetur partibus auxilium ſingulorum. ¶ Si quis vero monitus à iudice, ea excuſatione, quæ nequeat comprobari, cuicumq. parti patrociniũ denegauerit, careat foro [m], ſciat etiam numquam ſibi ad agendum copiam poſſe reſtitui. ¶ Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit ſeparatim tractaſſe cum plurimis, & aduerſario ſuo tali fraude ſubtraxiſſe paris defenſionis copiam; oſtendet proculdubio iniquam [n] à ſe litem foueri, & auctoritatem iudiciariam à ſe eluſam experietur.

Ex l. 2. cod. de aduocat. fiſci.

¶ Item, quamuis [o] illi, qui cauſam fiſci egiſſent, prohibeantur aduerſus fiſcum patrocinium præſtare; tamen hodie [p] etiam aduerſus fiſcum patrocinium poſſunt exhibere priuatis †; dum eam cauſam [q]

e ¶ Etiam honoratis.] etiam melioribus.

f ¶ Eligendum.] vt ſunt aduocati.

g ¶ Maluerint.] id eſt, quouſq. tale officium voluerint exercere. vnde nõ eſt hic argumentum, q. aduocati tamdiu audiantur, quamdiu volunt allegare 3: quia iudex poteſt aduocatos remouere cũ voluerit, vt ff. de ijs quæ in teſtamento delentur. l. 3. in fi. & C. de iudicijs, Auth. iubemus.

h ¶ Non ad turpe.] id eſt ad modicum, & vile. Et eſt ar. q. bona dona danda ſunt doctoribus, & ff. de admi. tut. cum plures. & ff. de origine iuris. l. 2. §. vlt.

i ¶ Pecuniaque.] modica.

SI VERO. CASVS. Dicitur in hac lege, q. ſi duo vel plures in aliquo auditorio p̃ ceteris meliores fuerint aduocati, & alter litigatorum velit habere partem bonorum aduocatorũ: officio iudicis fiat æqualis diſtributio cauſidicorũ: & ſi quis aduocatus monitus noluerit obedire ſine iuſta excuſatione, careat ipſo officio aduocandi ſine ſpe aliqua reſtituendi.

Aduocato q̃nque ſilẽtiũ imponendũ eſt.

3 Adde q. nõ debent eſſe verboſi in allegando. leg. Neſẽnius. cũ ibi not. ff. de neg. geſt.

Doctoribus bona dona danda ſũt.

† Concor. tex. in l. 1. & ibi Cyn. C. de aduoc. fiſci. not. in l. pe. & fi. ff. de poſtu.

parte litis cum eo cuius cauſam defendunt, repelluntur ab aduocando.

a ¶ Partis.] de parte litis non licet paciſci, vt ff. de pact. ſumptus. ſed ſuper certa re licet. ar. C. de ſententiã paſſis, ſi debitor 1. licet M. dixerit, q. licet de aliquota re paciſci ſine graui detrimento partis, vt hic: tamen vltra centum aureos non licet paciſci, vt ff. de va. & extraor. co. l. 1. §. in honorarijs.

PRAETEREA. CASVS. Tria prohibet Imperator, vt aduocatus rationibus pugnet, non probris: alioquin erit infamis, vt nullum pactum ineat cum eo quem in propria cura ſuſceperit, poſt lit. conte. quod intelligit H. ſi antea fecit pactum. alioquin ſecus. & vt iurgia ex induſtria non protrahat.

1 Sic eundẽ tenuo, Ioan. det. & L.

b ¶ Contractum.] ex poſtfacto, ab initio tñ põt. 11. q. 3. non licet. ſed ſi non fecit pactum, poſtea ei dabitur pro modo litis, & facundia aduocati, & pro cõſuetudine regionis, vt ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. in honorarijs. Vel loquitur de tali, qui ſpõte ſe vinci ſuſtinet in aliqua exceptione, vt ſi aſſerat ſe non poſſe fouere cauſã niſi augmentetur ſalarium, quod fieri non debet, argumento medici, vt ff. de var. & extraor. cog. medicus.

Aduocato qualiter fit ſatisfactio.

2 Sic erit in medico. ff. de var. & extraordina. cog. medicus.

c ¶ Ex induſtria.] quod ſi fecerit, eum iudex puniat in duabus libris auri 2. C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio.

APVD VRBEM. CASVS. Quæſitum fuit vtrum

k ¶ Si vero.] C. eod. prouidendum.

l ¶ Vt par.] illud olim obtinuit cum ſalaria dabantur de publico: hodie vtraque pars ſibi debet prouidere, vt C. de iud. l. properandum. §. illo. Tamen pueris, & debilibus, & pauperibus prætor dabit aduocatum 4, vt ff. de poſtul. l. 1. §. ait prætor.

4 De hoc le. & not. extra de off. iu. c. 1.

m ¶ Foro.] ff. de pœn. l. moris. §. 1.

SI QVIS AVTEM. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore, ſi alter litigatorum ſubtraxerit aduerſario copiam aduocatorum corrumpendo eos ne ipſum iuuarent, quam pœnã pati deberet. Et reſpondet, q. puniri debet extra ordinem, & oſtendit ſe iniquam litem fouere.

n ¶ Iniquam.] ſic extra de teſti. c. intimauit. & extra de teſtib. cogend. peruenit.

QVAMVIS. CASVS. Quidã fuerunt aduocati fiſci, poſtea volebant pręſtare patrocinium priuatis contra fiſcum. Quæſitum fuit an poſſint. Et reſpondet q. ſic hodie, licet olim fuiſſet ſecus: dummodo deſeruerit cauſam illam, in qua fuerunt aduocati pro fiſco.

o ¶ Quamuis.] verba Gratiani.

p ¶ Tamen hodie.] verba legis.

q ¶ Cauſam.] niſi ſuam, vel parentum ſuorum, vel pupillorum ſuorum iniuriam proſequantur. ff. eo. l. pen. §. vlt.

declinent ſuſcipere, quam tractauerant, dum fiſci aduocati fuerunt. ¶ Item, ſi contra patrem [a] pupilli cauſam egiſti; tutor [b], vel curator datus eamdem cauſam defendere non prohiberis. ¶ Cognitores [c] vero ex officio intelliguntur, non ex arbitrio [d]. Nihil enim refert, is qui arbitrium ſuſcipit, an ſit integræ famæ, an ignominioſus. ¶ Filius [e] etiam in re patris arbiter eſſe poteſt. Nam & iudicem [f] eum eſſe poſſe pleriſque placet. ¶ Si quis vero [g] iudex [h] ſit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex eſt, & in ſe cõpromitti iubere prohibetur lege Iulia: & ſi ſententiã dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio: ſeruus arbiter eſſe non valet, libertinus poteſt. ¶ Porro infamia [i] multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per ſententiã; veluti cum iudex pronuntiat, iniuriã feciſti, hereditatem expilaſti, calumniatus

L.hi, qui fiſci. ff.de poſtul.
Ex l.Pædius. ff. de recept.arb.
Ibidem le.5.
Ex ea.l.Pædius.
L.Decuriões.C. ex quibus cauſis infa.irro.
L.12.eod.eod.
L.16.eod.eod.
L.6.eod.eod.

SI CONTRA. Caſum ſic pone. Ego quondam fui aduocatus contra patrem Petri. pendẽte cauſa mortuus eſt pater Petri, cui Petro datus ſum tutor legitimus datiuus, vel teſtamentarius. Quæritur vtrum poſſem defendere eamdẽ cauſam Petri pupilli mei? Et reſpondet, quòd ſic, quamuis olim ego fui cõtra patrem eius.

a ¶ Si contra patrẽ.] male ponit litteram, quæ eſt ff.eo.l.vlt.

b ¶ Tutor.] Argu. ꝙ ratione officij licet quod aliàs non liceret, vt 94. diſt. præcipimus. & C.de adminiſtrat. tut.cum quidam. Item argum. ꝙ ſi iudex ſucceſſit appellanti, quòd poteſt propriam ſentẽtiam impugnare. ff.de iudic.l.Iulianus ait. Itẽ arg. ꝙ ſi iudex à quo appellatur, efficitur illius iuriſdictionis cuius eſt ad quem appellatur, ꝙ poſſit cognoſcere, vt 11.q.3.ſi epiſcopus 2. quia iam videtur alia perſona. ff.quando ap. ſit.l.1.§.ſed & ſi præſes. At contra. ff.de iur.om.iud.prætor.Ioan. Sol. conſueuit dici, ꝙ debet cauſam alicui delegare, vt ff.de iuriſ.om.iud.prętor. Vnde gloſſatur ibi, pòteſt, ideſt, debet, alioquin poſſet recuſari. B.

Iudex an poſſit quãdoq; propriã ſẽtentiã impugnare.

COGNITORES VERO. Casvs. Hæc ſunt verba Gratiani, & reſpiciunt ad finem primi capituli huius quæſtionis, vbi dictum eſt, ꝙ infamis perſona non põt eſſe cognitor, ideſt iudex. Sed ne aliquis idem intelligeret de arbitro, dicit ꝙ arbiter poteſt eſſe infamis. Filius (vt lex dicit) poteſt eſſe arbiter de re patris.

c ¶ Cognitores.] Exponit primum capitulum huius quæſtionis.

d ¶ Non ex arbitrio.] ff.de arb.Pædius.

e ¶ Filius.] ff.de arb. quin etiam.

f ¶ Et iudicem.] Sed contra. ff.de iuriſ.om.iu.qui iuriſdictioni, vbi dicitur ꝙ iudex nec ſibi, nec liberis ſuis ius dicere põt. Sed illud intelligas in criminali cauſa: ſecus in ciuili: ſed tamen in criminali cauſa 1 põt vſq; ad litis conteſtationem dicere ius ſuis, vt ff.de of.præſi.l. ſenatus. tamen delegatus iudex non poteſt eſſe filius in cauſa patris, vt extra de ap. poſtremo.

Iudex an poſſit ſuis ius dicere. 1Sub.vt colligitur à ꝯtrio ſenſu. ff. de iud. in priuatis. Arch.

SI QVIS VERO. Casvs. Dicitur hic, ꝙ iudex non poteſt compellere partes in ſe compromittere de illo negotio de quo ipſe eſt iudex: & ſi ſententiam dixerit, pœnæ perſecutio nõ dabitur. Item dicitur hic, ꝙ ſeruus arbiter eſſe non poteſt: ſed libertinus ſic.

g ¶ Si quis vero.] verba huius legis ſunt ff.de arb. ſed & ſi.§.ſi quis.

h ¶ Iudex.] Quidam ita intelligunt, vt hæc duo prohibeantur hic, ſcilicet vt ordinarius vel iudex alter non poſſit eſſe arbiter de ea re de qua iudex fuit. Item & hic prohibetur ne iubeat compromitti in ſe. Quare autem ordinarius non poteſt eſſe arbiter, triplex aſſignatur ratio. Vna quia ſecundum hoc ordinarius ſemper procuraret, vt eligeretur in arbitrũ, ne ab ipſo poſſet appellari. Alia ratio eſt quia ordinarius debet cogere arbitrũ vt procedat: & debet ſuam ſententiam mandare executioni. extra de fo.comp.ſi quis contra. ff.de arb.l. 3. Sed hoc non poſſet eſſe, cum idem eſſet ordinarius & arbiter 2. Tertia ratio eſt, quia arbitria ſunt ad modum ordinariæ iuriſdictionis. & ſic ſequeretur, ꝙ aliquid eſſet ſimile ſibiipſi: ſicut non ſimul poſſunt concurrere iura naturalia & iura adoptionis, vt inſti. de adop.§.3. Io. Ego credo tamen ꝙ ordinarius poſſit eſſe arbiter, vt no.2.q.5.à iudicibus. numquã enim præciſe inuenies, ꝙ ordinarius non poſſit eſſe arbiter. Sed vbiq. dicitur ꝙ non poteſt cogere partes vt in ſe compromittant: vnde licite compromittitur in eum volentibus partibus, vt ff.de tuto.& cura.l.4.

2Et hoc plene probatur extra de arb. ex parte. Arch.

Ordinarius an poſſit ſe arbiter.

PORRO. Casvs. Quia dictum erat ſ. in c.infamis. ꝙ infamis perſona non poteſt eſſe procurator vel cognitor: vel quia in multis locis fecerat Grat. mentionem de infamibus; ideo ſupponit hunc §. in quo oſtendit, ꝙ infamia quattuor modis irrogatur. Aliquando enim irrogatur infamia ex genere delicti per ſententiã iudicis declarati, vt cum pronuntiat, iniuriam feciſti, &c. Aliquando ex genere pœnæ, vt cum aliquis in opus publicum condemnatur: qui remanet infamis etiam finito tempore. Aliquando etiam genere pœnæ & delicti declarati per ſententiam, vt cum dicitur ei, Sycophantes, id eſt, calumniator es tu. Aliquando irrogatur ipſo iure vel ipſo facto: quod idem eſt, vt contingit cum aliquis exercet improbum fœnus: vel cum mulier nubit intra tempus luctus: vel qui ſciens eam accipit in vxorem. H. tamen dicit quòd ſecundus modus non differt à tertio niſi in hoc ꝙ in tertio genere crimẽ fuit publice per ſententiam declaratum: quod non fuit in ſecundo genere.

i ¶ Infamia.] Fama, opinio, & exiſtimatio idem eſt. Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus, moribus & legibus comprobatus. ff.de va.& extra or.co.l.pe.§.exiſtimatio. Infamia alia iuris 3: alia facti. Infamia facti eſt quãdo quis aggrauatur, vel infamatur apud bonos & graues: de qua agitur. ff.de obſequijs à libe.l.2.& l.licet.& 6.q.1.ſũt plurimi. ſcilicet quando læſa eſt fama alicuius propter factum quod commiſit, apud bonos & graues. Verum autem hæc infamia repellat ordinandum, dixi 2.q.7. ipſi apoſtoli.& q 8.in ſumma Infamia eſt diminutio ſtatus alicuius. Hęc infamia, quæ dicitur infamia iuris, quãque irrogatur ipſo facto, & alijs modis, vt hic dicitur. Per ſẽtentiam infamatur quis, cum de crimine publico conuincitur quis vel ciuiliter, vel criminaliter, vt ff.de pub. iu.infamem, niſi in caſu, vt ff.de publ.iud.l.vl. In priuatis delictis ſi quis criminaliter ſit conuictus & condemnatus: ſi ſit tale crimẽ quod deſcendit ex actione famoſa, tunc infamatur, vt ff.de ijs qui no.infa.quid ergo.§. vlt. ſed §. ille nõ bene dicit: ſed hoc expreſſe habetur. ff. de publ.iudi.l.infamem. Sed ſi ciuiliter agatur, nõ. ff.de cri.ſtel.l.2.niſi in caſibus, ſcilicet in actione furti, vi bo. rap. iniuriarũ, & doli mali, vt ff.de ijs qui no.infa. Athletas.§.vlt. Item fallit in crimine expilatæ hereditatis, vt C.de ijs qui no.infa.ſi te expilaſſe, & in crimine ſepulchri violati, vt ff.de ſepul.violato.l.1. Et quãdo mulier calumnioſe ſe mitti facit in poſſeſſionem tamquam ſit grauida, vt ff.eod.l.notatur. Sed pro actionibus quæ ex con-

Famæ definitio.
Infamia eſt duplex.
3 Scilicet canonica & de qua no. 6.q.1.c.1.& hic ponitur quodam 2.q.7.in- ſtes. Arch.

Actiones quatuor ex ſctu infamant.

contractu deſcendût, nemo ſit infamis, niſi in quatuor caſibus, vt ff. de iis, qui no. infa. furti. §. mandati. ſcilicet cum directe conuenitur actione tutelæ, mandati, depoſiti, & pro ſocio, vt ibi dicitur. Per ſententiam arbitri nemo infamatur. ff. eo. l. quid ergo. §. ex cōpromiſſo. ſed hæc diſtinctio non videtur habere locum ſecundū canones, cum omne mortale crimen infamet, vt 3. ea. q. 5. conſtituimus. & 6. q. 1. infames. & c. omnes.

a ¶ Pœnæ.] Hoc falſum eſt: quia ſola pœna non infamat. C. e. l. nullam.

b ¶ Sicut.] aliqua euidenti cauſa præcedente: ex qua ſi eſſet condemnatus, infamia retus. ff. de iis qui not. infa. ictus fuſtium. ſicut eſt in furto, cum quis in manifeſto furto deprehenditur.

c ¶ Qui damnantur.] ſine ſententia: & ſic non eſt hoc membrum ſuperfluum.

d ¶ Priſtinum quidem ſtatum.] ſcilicet libertatem.

L. 16. cod. eod. L. 6. cod. eod. L. 16. cod. eod. L. 20. cod. eod. L. 15. cod. eod.

es. Aliquando genere pœnæ [a]: ſicut [b] illi, qui damnātur [c] in opus publicum; qui priſtinum quidē ſtatum [d] obtinent; ſed damno infamiæ etiam poſt impletum tempus ſubijciuntur. Aliquando genere pœnæ, & delicti declarati [e] per ſententiam [f], veluti dum fuſtibus cæſo per præconem dicitur, ſycophantes, ideſt calumniatus es. Aliquādo ipſo genere facti, vt exercentes improbum fœnus, & illicite exigentes vſuras vſurarum; & mulier, quæ intra tempus [g], quo moris eſt lugere maritum, contrahit matrimonium; & qui ſciens eam vxorem duxerit.

3. q. 5. nullus ſeruus. ſed non eiſdem verbis. Matth. 7. Pſal. 49. Homil. 12. in Euang.

Idem teſtatur Felix Papa & eiſdem verbis. ¶ Item in Euangelio, qui trabem geſtat in oculo, probatur non poſſe educere feſtucam de oculo fratris ſui. ¶ Item Dauid in libro pſalmorum: [Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum? &c.] ¶ Item Gregorius: Cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemnatur [h].

¶ Caput hoc (quemadmodum in ſuperiori notatione ſignificatum eſt) in vetuſtioribus exemplaribus non eſt coniunctum à ſuperiori, & eſt collectio variarum legum facta à Gratiano. *Sed quoniam pleraque verba ſunt ipſorummet auctorum, & in vulgatis eſt diſtinctum caput, ideo iiſdem characteribus impreſſum eſt, quibus cetera auctorum capita.*

a ¶ Nihil enim refert.] *Verba legis, ex quibus hunc, & verſiculum ſi ſeruus* arbiter. *Gratianus accepit, ſunt hæc.* Pædius libro nono, & Pomponius libro trigeſimo tertio ſcribunt, parui referre, ingenuus quis, an libertinus ſit; integræ famæ quis ſit arbiter, an ignominioſus. In ſeruum Labeo compromitti non poſſe, lib. vndecimo ſcribit, & eſt verum.

e ¶ Declarati.] Quādoq; etiam ſi nō declaratur, vt cum militi detrahuntur inſignia militiæ, licet nō dicatur cauſa, vt ff. eod. l. 2. §. 1.

f ¶ Per ſententiam.] Iſtud nō videtur differe à prædictis, niſi q duo membra coniunguntur in vnum: niſi velis dicere, q aliquid operantur iſta verba cum dicitur ei, Sycophanteis, ideſt, calumniatus.

g ¶ Intra tempus.] Hoc tamen non tenet ſecundum canones, vt extra de ſecūdis nup. ſuper illa.

IDEM. CASVS. Hoc relatiuum, idē, reſpicit primum capitulum huius quæſtionis. Idem ſcilicet qd Romana ſynodus. Cetera quæ ſequuntur, plana ſunt.

h ¶ Contemnatur.] id eſt, contemptibilis habeatur, non tamen cōtemni debet, vt 1. quæſt. 1. ſi fuerit. & c. multi. & 15. q. vlt. c. vlt.

Idem in moralibus, lib. 14. in Iob. c. 15.

¶ Qui aliorum vitia puniunt, ſua prius corrigere ſtudeant. C. III.

Io. 8. Iud. 20.

3 QVi ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.] Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & ſua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hinc eſt, quòd cum tribus Beniamin in carnis ſcelere fuiſſet obruta, collectus omnis Iſrael vlciſci [i] iniquitatem voluit; ſed tamen ſemel & iterum in belli certamine ipſe proſtratus eſt. Conſulto enim † Domino, ſi ad vlciſcendū ire debuiſſet, iuſſum eſt, [vt †iret,] qui iuxta diuinæ vocis imperiū perrexit, & ſemel, & ſecūdo per-

† autem] originalibus ſūt iſtæ duæ voces ab originali.

QVi ſine peccato.] Hæc eſt tertia pars quæ, in qua probat per quinque auct. q criminoſi iudices eſſe non debent: & q ſecundum allegata debent iudicare. Io. de Fant.

CASVS. Probat Gre. in hoc c. iniquū hominem iudicare nō poſſe vel punire: & hoc oſtendit duobus exēplis, ſcilicet Iudæorum qui cū vellēt lapidare mulierem peccatricē, à Chriſto ſūt repulſi, & redarguti, & populi Iſrael, qui cū vellent vlciſci iniquitatē, quā fecerat tribus Beniamin, proſtratus cecidit in prælio prima die & ſecunda: tertia vero die cum iam eſſet purgatus, deleuit tribum peccatricem.

i ¶ Vlciſci.] Arg. q ſi iudex non exhibet iuſtitiā de aliquo ſubdito, ipſe conueniendus ſit, vt 23. q. 2. dominus noſter. & in cōſtitutione Friderici. C. ne filius pro patre. auth. habita. vbi dicitur, q ſi iudex ciuitatis debitā iuſtitiam non exhibet, conueniri poteſt.

Iudex de ſubditis iuſtitiā non exhibēs poteſt conueniri.

didit; & tunc demum peccatricem tribum valde feriens pene [a] funditus [b] extinxit. Quid eſt, quòd in vltionem ſceleris inflammatur, & tamen prius ipſe proſternitur? niſi quòd prius ipſi purgandi ſunt, per quos aliorum culpæ feriantur, vt ipſi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere feſtinant.

Item Ambroſius ſuper: [*Beati immaculati.*] *ſermone 20. ad verſ.*] *Miſerationes tuæ Domine.*]

¶ Ille de vita alterius iudicet, qui non habet in ſe ipſo quod puniat. C. IIII.

IVdicet ille de alterius errore, qui non habet quod in ſe ipſo condemnet [c]. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ipſe ſententiam. Iudicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio [d], nulla offenſione, nulla leuitate † ducatur. *& poſt pauca.* ¶ Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito voluntatis [e]: ſed iuxta leges, & iura pronuntiat; ſtatutis † iuris obtemperat; non indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert: ſed ſicut audit [f], ita iudicat; & ſicut ſe habet negotij natura, decernit; obſequitur legibus, non aduerſatur; examinat cauſæ merita, non mutat. Diſcite iudices ſæculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam ſobrietatem, quam ſinceritatem. *& paulo poſt.* ¶ Qui iudicat, non voluntati ſuæ obtemperare debet, ſed tenere quod legum eſt. *& poſt pauca.* ¶ In iudicando magis cordi ſit veritatis cuſtodia, quàm obedientia voluntatis.

Anſ.l.3.c.34.

† *al. nouitate*] orig.

† *ſcitis*] orig.

Item Gregorius præfationis in Iob, c. 3. al. 6.

¶ Grauatus criminibus iudicare non valet. C. V.

IN grauibus [g] peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit. ¶ Cuncti enim liquido nouimus, quia cum is diſplicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur [h]. ¶ Scriptum quippe eſt: [Victimæ impiorum abominabiles Deo ſunt, vota iuſtorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quid † [i], ſed à quo datur, inſpicitur.

Paſt. p. 1. c. 11.

Prou. 15.
14. q. 5. ſcriptũ. eſt, ex epiſ. 126. l. 7. ad Recaredum Regem.

† *quilla tur*] orig.

a ¶ Pene.] quia tantum ſexcentis remanſerunt, & ſic hæc dictio, pene, ad magnam quantitatem refertur. ſic ponitur 23. q. 5. quali 1.

b ¶ Funditus.] Arg. q; poſt pænitentiam reſtituitur aliquis priori dignitati. 16. q. 5. quicumque. & 50. diſt. domino ſancto. & c. quia tua ſanctitas. Sed illud intellige quo ad iudicandum & prædicandum: non ad accuſandum vel teſtificandum, vt 6. q. 1. qui crimen.

In prin. ſi dicitur, q; hæc dictio ad modicã quantitatem refert: & hæc dictio ponitur 7. q. 1. factus. in prin. Arch.

IVdicet ille.] CASVS. Docet Ambr. in hoc c. q; nullus iudex, niſi bonus ſit, debeat alios iudicare: cum iudex non debeat eſſe criminoſus, nec leuitate vel odio debeat ad pronuntiandum adduci: & ſi rancorem vel amorẽ habeat aduerſus alterũ litigatorum in cuius partem voluntas ſeu ſualitatis declinaret, non obediat tunc propriæ voluntati: ſed ſecundum leges, & ſicut audit, & natura negotij ſe habet, decernere debet & iudicare. [De domo,] id eſt, de corde ſuo.

c ¶ Condemnet.] id eſt, dignum ſit condemnatione.

d ¶ Nullo odio.] 11. q. 3. quatuor.

ADDITIO. & 23. q. 4. vindicta, in princ. Hu. & dicit B. ad Eugenium: de vultu illius iudicium meum prodeat; opto cui inſit amor, error abſit, & perturbatio.

e ¶ Voluntatis.] Sed nõne iudex põt ſecundum quod ſibi iuſtum videtur, vt ff. de arbi. qualem. & ex ſnĩa ſui animi æſtimabit quod aut credat, aut parũ eſſe probatum videatur, vt 4. q. 3. ſæpe. & potius debet iudex ſequi ſuam opinionẽ quàm conſilium aliorum, vt extra de conſue. ad noſtrã. Sed dico q; tenetur ſequi opinionem ſuam, ſed non voluntatem. quandoque tamen ſequitur opinionẽ aliorũ potius quàm ſuam, vt extra de app. cum ceſſante.

Iudex opinionẽ ſuã potius q̃ aliorũ ſequi debet.

f ¶ Audit.] Arg. q; ſecundum allegata eſt procedendũ, vt ff. de offic. præſi. illicitas. §. veritas. & 2. q. 1. Deus omnipotẽs. ¶. 11. q. 3. illa. & c. ſummopere. & c. ita. & c. tunc vera. & 6. q. 2. ſi tantum. & c. placuit. Sed contra. 30. q. 5. nullum. & c. iudicantem. contra. ¶. ea. poſtulatus. contra. Sed ſecundum Hug. delegabit cauſam, ſi conſcientia non concordat allegatis. ſed ſecundum alios poteſt determinare ſecundum allegata: quia aliud facit aliquis in eo quòd iudex eſt: aliud in eo quòd homo eſt, vt 23. quæſt. 4. ſi eccleſia. & ſic iudicare poteſt [z] ſecundũ conſcientiam, quam habet vt iudex, non vt homo. ar. extra de offi. ord. ſi ſacerdos. & extra de offi. deleg. paſtoralis. §. quia vero. & extra de elec. quod ſicut.

z Id eſt, debet, ſecundũ Inn. extra de cẽſi. venerabili. in glo. ſ. ver. ſideo: quia quã, &c.

IN grauibus.] CASVS. Dicit Greg. in hoc cap. q; iudex eccleſiaſticus donec peccato ſuo premitur ſubiectorum delicta non poteſt diluere. Et hoc probat v. rationibus. Prima eſt ibi, [Cunctis enim.] Secunda ibi, [Victimæ.] Tertia ibi, [Hinc eſt.] Quarta ibi, [Dona.] Quinta ibi, [Item longe eſt.]

g ¶ In grauibus.] Notandum q; imputatur alicui, ſi malum nuntium vel ſtultum procuratorem miſit, vt ff. cõmo. argentum. ff. de mino. cum mandato. ar. ff. de pu. cum ſi exhibuiſſent. & extra de ap. ſæpe, in prin.

h ¶ Prouocatur.] Ex vitæ merito nõ poteſt malus ſacerdos dimittere peccata: ſed ex officio poteſt. 15. q. vlti. c. vlt. Et eſt hic ar. orationes malorum his pro quibus orãt nocere. 1. q. 1. fertur. & c. neceſſe. & c. nõ nocet. 61. diſt. mitamur. §. ſicut. Sed contra. 1. q. 1. prophetauit.

Orationes malorum noceant.

i ¶ Quid.] quia Deus non conſiderat datum, ſed affectum.

ad offerentis, vt 24. q. 1. odi, & proieci. quandoque tñ conſiderat quid offeratur, vt 49. diſt. c. vlt. quandoq; conſiderat pro quo offeratur, vt 1. q. 1. dictum.

Poſtulatus.] Casvs. Iudæi quadã muliere in adulterio deprehenſa poſtulauerunt à Chriſto, vt de ea iudicaret, an eſſet lapidanda ab eis: vel non: quos redarguere volens, & repellere ab accuſando, ſcripſit in terra ſe inclinando: ſi quis ſine peccato eſt, primus in illã lapidem mittat: vel terra terram accuſat. Ipſi autem ſcripturam legentes confuſi exiuerunt de templo vnus poſt alium. In quo facto nos figuraliter docuit, quòd cum alios accuſare vel reprehendere vel iudicare volumus, ad conſcientiã recurramus: & quid ĩ ea conditori placeat, examinemus: iuxta auctoritatem Apoſtoli dicentis: Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis, &c. Sequens c. planum eſt.

Gen. 4. ¶ Hinc eſt enim, quòd ſcriptũ eſt: [Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Caim autẽ, & ad munera eius nõ reſpexit.] Dicturus quippe, quia Dominus reſpexit ad munera; præmiſit ſolicite, quia reſpexit ad Abel: Ex qua re patenter oſtenditur, quia nõ offerens à muneribus, ſed munera ab offerente placuerunt.

Eccli. 34. ¶ [Dona [a] quippe iniquorũ nõ probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes eorũ; nec in multitudine ſacrificiorũ eorum propitiabitur peccatis.]

Prouer. 15. Item. ¶ [Longe eſt Dominus ab impijs, & orationes iuſtorum exaudiet.]

[a] ¶ Dona.] *Hæc non leguntur ibi apud B. Gregorium: ſunt tamen Eccli. c. 34. & repetuntur infra 14. q. 5. c. ſcriptum.*

Item Beda in c. 8. Ioannis de iudicio adulteræ.

¶ Primum noſmetipſos, deinde proximos debemus corrigere. C. VI.

Poſtulatus Dominus iudicare de peccatrice, nõ ſtatim dat iudicium, ſed priùs inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat [a] in terra; ac ſic demum, quam obnixe [b] rogatur, iudicat; nos videlicet typice inſtituens, vt cum quælibet proximorum errata conſpicimus, non hæc ante reprehendẽdo iudicemus, quàm ad cõſcientiã noſtram humiliter reuerſi, digito eam diſcretionis ſolerter exculpamus, & quid in ea cõditori placeat, quidue diſpliceat, ſedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apoſtoli; [Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto [c], &c.] & *infra*.

Gal. 6.

Io. 8. ¶ Qui ſine peccato eſt veſtrum, ideſt, primo vos ipſi iuſtitiam legis implete, & ſic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Item Auguſtinus ad quemdam comitem.

¶ *In vetuſta impreſſione epiſtolarum B. Auguſtini extat epiſtola longiſſima ad Iulianum comitem: in recentioribus autem omnium operum editionibus habetur quarto tomo ſub titulo de ſalutaribus documentis in cuius libelli cap. 52. eſt hoc caput.*

¶ Sacerdos primum ſua peccata, deinde aliena detergat. C. VII.

Anſ. l. 7. c. 101. † *al. diluere*

Sacerdos [d], vt ſapiens, & perfectus medicus, primum ſciat curare † peccata ſua, & poſtea [e] aliena vulnera detergere, & ſanare; & non publicare [f].

Matth. 5. *Item in Euangelio ſal infatuatum ad nihilum vtile eſſe dicitur, niſi vt proijciatur foras, & ab hominibus conculcetur.* ¶ *Ex quibus omnibus datur intelligi, quòd criminoſus, alterius criminis iudex eſſe non poteſt; & ſeipſum condemnat, dum in alterius crimen ſententiam profert. Sed obycitur. Saul cum à Domino eſſet reprobatus, populũ Dei iudicabat, & eius iudicium vniuerſus populus expetebat. Item, Dauid cum eſſet adulter, & homicida, interrogatus à propheta ſententiam in diuitem dedit, qui ouẽ pauperis rapuit, dicẽs [Iudiciũ mortis eſt viro huic.] Item Salomon*

1. Reg. 15.

2. Reg. 12.

3. Reg. 11.

[a] ¶ Scribebat.] Hoc ſ. terra terram accuſat. vel hoc, ſi quis ſine peccato, &c. & hic eſt arg. quòd ſufficit ſi ſẽtentia ſcribatur in pariete: nam & ibi edicta prætorum olim ſcribebantur in albo. ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi quis.

Sententia poteſt in pariete ſcribi.

[b] ¶ Obnixe.] ideſt, inſtanter.

[c] ¶ Delicto.] Vos qui ſpirituales eſtis, iudicate huiuſmodi. 50. diſt. ponderet. Arg. quòd mali non poſſunt iudicare.

[d] Sacerdos.] ſic 42. diſt. §. 1.

[e] ¶ Et poſtea.] Argu. presbyterum poſt pænitentiam poſſe reſtitui. 50. diſt. de his vero.

[f] ¶ Et non publicare.] Ea quæ quis ei in ſecreto dixerit, aliàs deponitur. ĩ. de pœ. diſt. 6. ſacerdos. hodie ponitur in arctũ monaſterium ad agẽdam pænitentiam perpetuam, vt extra de pæ. & remiſ. omnis, in fi.

Confeſſionem reuelantis punitio.

IN EVANGELIO. Casvs. Adhuc probat Gratianus criminoſum iudicem non poſſe iudicare, ſed repellendum eſſe ad inſtar ſalis infatuati. Poſtea obijcit oſtendendo, quòd iudices licet ſint criminoſi, tamen iudicare poſſunt. Quod probat quinq; exemplis, ſcilicet Saulis, & Dauid, Salomonis, & Achab: & Phariſæorum vel Scribarum

qui omnes licet mali eſſent & peccatores, tñ iudicabãt. Ad vltimum dat ſolutionem, dicẽs quòd iudicare poſſunt ex officio eis conceſſo: & ſententię latæ ab eis valent donec ab eccleſia tolerantur.

a ¶ Sic & Achab.] 11.q.2.vidlem.

me reconuenire coram eodem iudice, non poſſum eũ recuſare in reſpondendo: cum in agendo elegerim ipſum: & eius ſententia lata contra me valet in hoc caſu, licet non ſit meus iudex ordinarius. Nam cuius in agẽdo, &c. [Arbitriũ.] id eſt, forum, vel examen vel iudiciũ.

d ¶ Iu-

cum amore muliercularum Deos gentium coleret; tamen vniuerſa plebs Iſraelitica ad eius iudicium confluebat. Sic & Achab [a] *quamuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi etiam alij tam in veteri teſtamento, quàm in nouo inueniuntur; quorum vita cum eſſet blaſphemabilis, tamen eorum ſententia, quia ex officio ſuo ſeruata iudiciarij ordinis integritate proceſſit, inuenitur ſeruata. Vnde & Dominus ait in Euangelio: [Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſæi, &c.] Hinc liquido conſtat, quòd mali paſtores, dum ſententia iuſti examinis aliorum crimina feriunt, ſibi ipſis nocent, dum ſine exemplo ſuæ emendationis aliorum vitia corrigere curant: ſubditis vero proſunt, ſi eorũ increpatione correcti, vel ſententia coerciti, vitam ſuam in melius commutare didicerint. At per hoc, dum ab eccleſia tolerati fuerint, eorum iudicium ſubterfugere non licet.*

3. Reg. 16.

Matth. 23.

QVAESTIO VIII.

Vòd autem [b] *epiſcopus ab vno tantum audiri, vel* † *iudicari non debeat, Zepherinus Papa teſtatur epiſtola prima ad epiſcopos Siciliæ, dicens.* † al. &

¶ Epiſcopus non niſi à pluribus audiatur, & iudicetur. C. I.

Accuſatores epiſcoporum omni careant ſuſpicione, quia columnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, non à quibuſlibet agitari. ¶ Nullũ [c] namque eorum ſententia à non ſuo iudice dicta conſtringat; quia & leges ſæculi id ipſum fieri præcipiunt. *vt codice* [a] *libro ſeptimo, titulo de ſententijs & interlocutionibus omnium iudicum, l. penultima* [Cuius in agendo quis obſeruat arbitrium, eum habere etiam contra ſe iudicem [d] in eodem [e] negotio non dedignetur.] ¶ Iudices duodecim quilibet epiſcopus

Anſ. l. 2. c. 38. Iuo p. 5. c. 245.

5. q. 4. duodecim iudices. Anſ. l. 3. c. 45.

Q Vòd autẽ.] Casvs. Hic intitulatur 8. q. qua quæritur, an epiſcopus poſſit ab vno tantum iudicari vel audiri. Et reſpondet quòd in ciuili poteſt & in criminali à Papa vel eius delegato: aliàs non poteſt ab vno iudicari vel audiri. Sed in accuſatione epiſcopi, debẽt eſſe duodecim epiſcopi præter metropolitanum; & in accuſatione presbyteri ſex: in accuſatione diaconi tres, vt j. 15. q. 7. Felix. & c. ſi autẽ. Finis tñ cauſę criminalis epi ſummo Pontifici reſeruatur, vt j. c. 1. & ſ. ea. q. 6. quãuis. & c. dudum.

b ¶ Quòd autẽ.] Ab omnibus epiſcopis ꝓuinciæ debet audiri cã epi, vt ſ. ea. q. 6. ſi quis eporum 1. vel à xij. ad min⁹, quos ipſe metropolitan⁹, eligit. vel ipſe re⁹ ſi electos à metropolitano habet ſuſpectos. j. e. q. 1. c. 1. & tales coepi non sũt iudices, ſed aſſeſſores: ſicut nec clerici ſunt iudices, qui debent intereſſe, cum eps audit cauſã clerici. 15. q. 7. epi. arg. tamen eſt, ꝙ sũt ordinarij, vt 6. q. 3. ſcitote. & ſi Papa delegat cauſam epi, videtur quòd eodem modo intererunt xij. epi. ſ. ead. q. 6. hæc quippe. & 34. diſt. quorumdam.

Epiſcopi cauſa à quibus eſt audienda.

a Ad idem 6. q. 3. ſcitote. & q. 4. c. 1. 2. 3. & 4. & 9. q. 3. ſalua. Archid.

Accuſatores.] Casvs. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicit Zepherinus, ꝙ accuſatores eporũ debent eſſe bonæ famæ, & ſine ſuſpicione. In ſecunda parte dicitur, ꝙ ſententia à non ſuo iudice dicta, nullũ ligat. In tertia parte dicit̃, ꝙ in accuſatione epiſcopi debent eſſe duodecim epiſcopi, qui ab accuſãdo ſunt eligendi: & iſti ſimul cum archiepiſcopo cauſã examinabunt: ſed Papæ ipſius depoſitio reſeruetur. In quarta parte dicitur, quòd abſens iudicari non debet. niſi ex contumacia fuerit abſens. Secunda pars incipit ibi, [Nullum nãque.] Tertia ibi, [Iudices xij.] Quarta ibi, [Abſens.]

c ¶ Nullum.] Magis. extra de iudi. at ſi clerici.

CVIVS IN AGENDO. Casvs. Hæc lex nõ eſt de c. ſed debet legi poſtea: inſerta tñ fuit à Gratiano occaſione illius verbi; nullũ cõſtringit ſententiã à non ſuo iudice dicta: quod verum eſt niſi reconueniatur. Nam ſi ego conueni aliquẽ ſub iudice ſuo, & ipſe vult

d ¶ Iudicem.] Ex hoc videtur, ꝙ clericus poſſit reconueniri coram laicis etiam in ſpiritualibus: niſi clericus paſſus ſit violentiam à laico, vt extra de iure pa. relatũ, in fin. & ff. de iudic. l. 2. §. item ſi extra. Nã qui aliter nõ poteſt eſſe iudex, ratione recõuentionis poteſt, vt extra de mu. pet. prudentiam. C. de ord. iud. adite. ſic, ff. de iuriſ. om. iud. ſi idem. 1. reſponſo. Sed ꝙ nõ poſſit reconueniri, eſt arg. extra de iudic. decernimus. & c. quanto. Nã & quandoque ceſſat reconuentio 2, vt C. qui legi. perſo. l. vlt. Item in criminibus ceſſat reconuentio, vt j. ead. q. 11. prius. Itẽ in poſſeſſione repetenda. extra de reſti. ſpolia. ex conqueſtione. extra de ord. cog. c. 1. & C. de compen. l. vlt. quod concedo, & dico ꝙ laicus etiam incidenter non poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali. extra qui filij ſint legi. lator. Item videtur ꝙ non tenet ſẽtentia lata ſuper altera quæſtione tantum. ff. quando appel. ſit. l. 1. in fin. ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. nam iudex vna ſententia vtramque dirimet, vt extra de ord. cogni. cum dilectus.

e ¶ In eodem.] Sed nonne eſt alia cauſa recõuentionis quàm

Clericus poſſit reconueniri coram iudice ſeculari.

Reconuentio ceſſat certis caſibus.

a Quia relatio criminis ... ſed purgationis ... nit eſſe accuſatus. ſ. de publ. iud. is qui & j. c. q. 11. neganda.

quàm ſit principale negotium? Vtrumque, vt extra de mu.peti.c.1.& 2. Sed dicitur eadem, quia ijdẽ ſunt iudices & litigatores: & qa vna ſententia determinãdum eſt vtrumq; 1.extra de or.cog.cũ dilectus.& qa ſi inhibetur appellatio in vna,& in alia.extra de mu.peti.c.2.

¶ Vnde ſi iudex pronuntiaret ſuper cauſa conuentionis.& deberet pnuntiare l.cauſa reconuẽtionis grauaret, & poſſet appellare.ff.§ ſen.ſi.app. l.1.§.vlt. ſecundũ Go. ſed ſnia tenet ſecundũ Vin.p. ſt ipſe no. extra de mut. pet. cap.1.

accuſatus (ſi neceſſe fuerit) eligat, à quibus eius cauſa iuſte iudicetur. Nec prius audiatur, aut excõmunicetur vel iudicetur, quàm ipſi per ſe eligantur [a], & regulariter vocato† ad ſuorum primo conuentum epiſcoporum per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis vero eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur (ſicut ab Apoſtolis, vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutũ eſt.) quàm eius auctoritate fulciatur. *& paulo ſuperius.* ¶ Abſens verò nemo iudicetur [b]. Niſi [β] ex contumacia abſens fuerit: quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges.

†al. vocatos

¶.ea.q.9. abſẽs. Anſ.l.3.c.62.

α ¶ Vt codice.] *Hinc vſque ad verſ.* Iudices, *non ſunt in epiſtola Zepherini, neque in vetuſtis Gratiani codicibus.*

β ¶ Niſi ex contumacia abſens fuerit.] *Hæc abſunt à pleriſq. manuſcriptis, & epiſtola ipſa, & Anſelmo, & Iuone. Infra vero eadem q.9.c. Abſens. habentur tamquam Gratiani verba.*

Item Felix epiſcopus dixit in concilio Carthaginenſi 2.c.10.

¶ A quot epiſcopis audiatur epiſcopus, qui in reatum inciderit. C. II.

15.q.7. Felix. in conc. Triburiẽ. c.10. Anſ.l.3.c.46. Burc.l.1.c.149. Iuo p.5.c.262.

†al. opinamur

SVggero ſecundum ſtatuta veterum conciliorum, vt ſi quis epiſcopus (quod non optamus †) in reatum aliquem incurrerit [c], & nimia neceſsitas ei fuerit non poſſe plurimos cõgregare, ne in crimine remaneat, à duodecim audiatur epiſcopis [γ].

γ ¶ Epiſcopis.] *Quæ hoc loco in capite decimo concilij Carthaginenſis ſecundi adduntur, referuntur infra 15.q.7, c. Felix. & ibi notabitur varietas.*

QVAESTIO IX.

DE accuſatoribus [d] vero, vel teſtibus, quòd in abſentem, vocem accuſationis, vel teſtificationis exhibere non valeant, multorum auctoritatibus liquet †.

Ait enim Teleſphorus Papa, epiſtola vnica.

† Concor. tex. in l. abſentẽ. C. de accu. & in l. ne diu. C. de pœ.

DE accuſatoribus.] Hæc q. diuiditur in quattuor partes: in quarum prima probat per xij. auct. ſanctorum patrum, q̃ abſens non debet condemnari, nec abſentes in eum teſtificari, nec illum accuſare: niſi cõtumax fuerit. Secunda ibi, [De his.] Tertia ibi, [Simul aũt.] Quarta ibi, [Niſi ĩ crimine.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 9.q. qua quæritur an accuſatores vel teſtes vocẽ accuſationis vel teſtificationis in abſẽtẽ valeãt exhibere. Et certe q̃ non valeant, multorum auctoritatibus comprobatur. & de hoc quid iuris ſit, & in quibus caſib° fallat, plene notatũ inuenies in ſumma q̃onis. & H. plene de hoc tractat in ſumma ſua in hoc loco. Primum capitulum huius quæſtionis eſt planum.

d ¶ De accuſatoribus.] Secũdum leges de crimine numquã proceditur cõtra abſentẽ lite non conte. ff. de pœ. abſentem. niſi in caſu contra apparitores, vt C. de pœ. ne diu. pro contumacia autem adnotantur bona eius, & expectatur per annũ: & ſi intra annum nõ venerit, poſtea bona deuoluũtur ad fiſcũ: nec ſuper bonis auditur, ſed bene auditur ſup crimine, vt C. de requi. reis. l.2. Si autẽ intra annum veniat, bona recuperat ſi velit iudicio ſtare. Si autẽ lis eſt conteſt. & liquet de cauſa, in maiorib° criminib. nũquã pceditur contra abſentẽ: immo auditur quãtumcumque venerit, vt ff. de requi. reis, annus 2. ſed in minoribus quæ pœnam relegationis vel damnũ exiſtimationis cõtinent, bene proceditur contra abſentẽ. ff. de pœ. abſentem. fallit C. de adul. quãuis. ¶, c. decernimus. Secundum canones diſtinguit H. an liqueat de cauſa, an nõ. Si liquet de crimine, põt condemnari abſens 3. 4. q.5.c.1.& 24. q.3. de illicita. Si non liquet, eſt excommunicandus, vt 11.q.3. curſus. & c. quicumque. in hoc tñ peccat H. qa non diſtinguit an lis ſit conte. vel non: nam ſecundum eum non refert an lis ſit conte. vel non. Ego tamen dico, q̃ cũ lis eſt conte. & liquet de cauſa, locum habet illud c. decernimus. Sed ſi lis non eſt conte. vel eſt conte. ſed non liquet de cauſa, locus eſt illis c. curſus. & c. quicumque. nam ante lit. cõt. numquã ſunt recipiendi teſtes in crimine. extra vt lit. nõ cõt. ad hoc Deus. niſi aliquid ſpeciale dicamus de dilapidatione, vbi publica cõmoda periclitantur, vt ¶.e.q.2. qui ea. & C. de pœ. ne diu.

Abſens in criminali põt in bonis puniri.

2 Sed ibi d li. cõteſt. nihil dicitur: ſed ita intelligitur p doct. Bar.

Abſens an poſſit condemnari.

3 Adde ad hãc q̃onẽ no. in l. ſeruum. § publice. ff. de pœ. & in l. 2. C. de requi. re.

Teſtes lite non conteſtata poſsũt quãdoque recipi.

tũ Papinianus qui hanc legẽ edidit, intellexit, quia ſi tu me cõuenis actione mãdati, ego te poſſum reconuenire cõtria mandati: aliàs non. C. de ſententia & interlocutio. cũ Papinianus. ſed Iuſtinianus auxit intellectũ eius per auth. ad omnes cauſas. C. eo. ti. auth. & conſequenter.

a ¶ Eligantur.] ideſt, conueniantur.

b ¶ Iudicetur.] ſed propter contumaciam excommunicatur. ¶.e q.9. abſens, & c. decernimus.

SVggero.] CASVS. Dicitur q̃ ſi epiſcopus accuſatus non poteſt congregare omnes epiſcopos de prouincia: ne in crimine, ideſt, ſuſpicione remaneat, cauſa eius à duodecim epiſcopis audiatur.

c ¶ Incurrerit.] Sed ſi non ſint tot epiſcopi in prouincia, aduocabit vicinos, vt 65. diſ. ſi forte. & 6.q.4.c.1.& 2. Alioquin metropolitanus, vel epiſcopus non poſſet audire cauſam criminalem clerici: cum non ſint tot epiſcopi in prouincia. 15.q.7. Felix.

¶ Niſi reo præſente accuſator non audiatur. C. I.

ACcuſatori omnino non credi decernimus, qui abſente ª aduerſario cauſam ſuggerit, ante vtriuſque partis iuſtam diſcuſsionem. Anſ.l.3.c.12. & 97. In reſcripto Iulij c.24. In conc. Carth. 4.c.30. In capit. Hadr. c.53.

Item Eleutherius Papa in epiſtola ad epiſcopos Galliæ.

¶ Abſente aduerſario ſententiam ferre non licet. C. II.

CAueant ᵇ iudices eccleſiæ, ne abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant; quia irrita erit †: immo etiam & cauſam ᶜ in ſynodo pro facto dabunt ᵈ. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur. In capitulat. l. 7.c.219. Burc.l.16.c.14. Anſ.l.3.c.27. Iuo p.6.c.319.

Item Calixtus Papa, epiſt. ſecunda ad epiſcopos Galliæ.

¶ Reo abſente accuſator non audiatur. C. III.

ABſente eo, quem accuſare voluerit quiſpiam †, accuſatori non credatur; quia ſine ſcripto difficile ᵉ, per ſcriptum autem numquam recipiatur; quia per ſcriptum nullus accuſare, vel accuſari poteſt; ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem. ¶.2.q.8.c.1. Anſ.l.3.c.55. Burc.l.1.c.171. Iuo p.5.c.289.

Item Cornelius Papa ad Rufum, epiſt. 2. c. 2.

¶ Quæ in abſentes geruntur, omnino euacuentur. C. IIII.

OMnia, quæ aduerſus abſentes ᶠ in omni negotio aut loco aguntur ᵍ, aut iudicantur, omnino euacuen- Anſ.l.3.c.62.

Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male adminiſtrando ſuos contubernales affligit, vt C. vbi de ratioci. l. 2. 1. Idem eſt in cauſa inquiſitionis: quia teſtes recipiuntur li. non cōt. vt extra vt li. non cōte. quoniā frequenter. Item vbi quis infamatus deficit in purgatione. punitur li. nō cōte vt extra de purg. cum P. etrus. extra de ſi. de hoc. Item in hæreſi poſt mortē, vt 24. q. 2. ſane profertur. Sed in cauſa ciuili non proceditur lit. nō conte. niſi in caſibus q ſunt extra vt lit. nō conte. quoniam frequēter. Itē in cauſa appellationis, vt C. de temp. ap. l. vlt. extra de ap. ſæpe. & 2. q. 6. ei qui. Itē in abſentia actoris, vt extra de do. & cont. cauſam. quæ eſt hodie correcta p decre. qm̄ frequēter. ſicut credo. C. qūo & qn̄ iudex. authē. qui ſemel. Itē vbi agitur iudicis officio. C. ſi mi. ſe ab hæ. abſti. in auth. ibi poſita. ff. de min. in cauſæ. §. cauſa. Itē in cauſa ſurreptionis. extra de ſen. & re iud. cū olim. Itē ſecundū quoſdam in cauſa libertatis. C. de inge. ma. diffamari. Itē in petitione legati, vel fideicommiſſi. Ar. C. de vſu. & fru. lega. vel fideicō. l. 2. Item in Trebellianica reſtitutione. C. ad Treb. l. pe. §. cum autem. Item cum electus non comparet. extra de ele. dudum 1. in fin. Aliàs numquam ferenda eſt ſententia ante lit. cont. ſed proceditur contra abſentem, prout traditur extra vt li. non conte. quoniam. in fi. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum eſt. extra de offi iud. c. vlt.

tē. & ff. loc. & quæritur. §. exercitu. Arg. pro extra vt li. nō cont. quoniā. ſ ſi vero 2. nā ibi dicitur, q̄ & in cauſa matrimonij nō eſt procedendū contra abſentē, licet nō inueniatur: q̄a pōt eſſe q̄ habeat iuſtā cauſam abſentię. nec enim videtur contumax qui vocē præconis non audiuit.

diuit. ff. de in inte. reſt. l. pe. & vlt. Hoc tamē certū eſt, q̄ ſiue peruenerit ad eum citatio, ſiue non: ſi probauerit iuſtam cauſam abſentiæ, retractatur id quod factum eſt. vt extra de ſenten. & re iud. cum Bertholdus. Io. Hoc teneas q̄ ſufficit ſi citetur aduerſarius publice ad domū vbi conſueuit morari, vt extra de do. & contu. cauſam. & c. vlt. & ſi non veniat li. non cont. fiat miſſio in poſſeſſionem. vel excommunicabitur, vt extra vt lite non conteſtata. lite verò conteſt. ad ſententiam proceditur, vt C. de iud. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autem. & ſi poſtea veniant aſſignando iuſtam cauſam abſentiæ, retractabitur quod factum eſt, vt extra de ſen. & re iud. cum Bertholdus. B.

a ACcuſatori.] ¶ Qui abſente.] quia merita cauſarū, &c. & C. ſi per vim vel alio modo. l. vlt. nec etiā in cauſa reſtitutionis auditur quis volens de iure ſuo docere in abſentia alterius partis, vt extra de offic. deleg. conſultationibus.

ADDITIO. Extra de in integ. reſt. cum ex litteris. Arch.

CAueant.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eleutherio, an iudices poſſint ſententiare contra abſentem nō ex contumacia. Et reſpondet q̄ non: & ſi tulerit, irrita erit ſententia ipſo iure: vel per ſententiam irritabitur: & iudices pœnam ſubſtinebunt: & eius qui ſemel calumniatus eſt, accuſatio non audietur.

b ¶ Caueant.] Ar. eſt hic pro opinione illorum, qui dicunt, q̄ ſententia nulla eſt cum peremptorio non venit ad notitiā abſentis. C. qūo & quando iud. l. ea quæ & ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. l. 1. §. cum ex edicto. ſed ibi non peruenit: quia nec propoſitum fuit. vnde ſecūdum pleroſque bene tenet ſententia. licet peremptoriū nō venerit ad notitiam rei. ſed hic expones irrita, i. irritāda. Vnde ſatis videtur ſufficere ſi abſens ſufficienter ſit requiſitus, ad hoc vt poſſit ferri ſententia, licet non ſit inuentus, vt extra de do. & cont. cauſam. extra de cler. nō reſi. ex tuæ. arg. ad hoc. 7. q. 1. præſentium. C de iud. properādū. §. & ſi quidē. ff. de euic. ſi ideo. & l. ſi dictū. §. ſi perē-

c ¶ Cauſam.] id eſt, pœnam.

d ¶ Dabunt.] id eſt, ſubſtinebunt.

ABſente.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eleutherio, an abſens poſſit accuſari: & an abſens poſſit per epiſtolam accuſari. Et reſpōdet q̄ non: ſed reo præſente & voce propria, & in ſcriptis: niſi in caſibus exceptis.

e ¶ Difficile.] id eſt, non, vt 2. q. 6. biduum. vel difficile, id eſt, vix: quia in caſibus fit accuſatio ſine inſcriptionis vinculo, vt infr. 2. q. 8. in prin.

OMnia.] CASVS. Quæſitum fuit verum teſtes recepti contra abſentem, vel ſententia lata cōtra abſentem valeat? Et reſpondet q̄ non: quia nulla lex damnat abſentem.

f ¶ Abſentes] non per contumaciam, & in caſibus exceptis in ſum. Io.

g ¶ Aguntur.] Nota etiam q̄ geſta, quæ fiunt abſente altero, non valent, vt ſ. ea. charta. & ſ. ea. caueant.

a ¶ Adde.

¶ Et ſic debet intelligi extra de do. & cont. veritatis, ſm La. vbi ſ. lene de hoc. Arch.

a Vbi de hoc eam de; extr. ꝑ lato. ex hoc teria. & videas qđ ad no. Inn. ad huius declarationē. Archid.

† Contra. in quæ. & ſingl. cū con. C. quō & quādo iud.

† al. cuiquam accuſatori

Sententia lata contra eū ad quē citatio nō peruenit, an valeat.

3 Hoc aliud lig: n. extra lo. pe. de: pe. & pe. tuas. Go. ſ. ma. d... ſ. idem poſt 14... ſed ...

tur: quoniã abſentẽ nullus, addicit [a], nec vlla lex damnat.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epiſt. 2.

¶ Non iudicetur, qui præſentialiter non accuſatur, vel conuincitur. C. V.

NOn oportet quemquam iudicari, vel damnari; priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locũque [b] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damaſus ad Stephanũ archiepiſcopũ, epiſt. 3. c. 8.

¶ De eodem. C. VI.

Anſ. l. 2. c. 39. Iuo p. 6. c. 347.

HAbetur quoque in decretis ſanctorum patrum ſancitum, non fore canonicum quemquam ſacerdotum iudicare, vel damnare; antequam accuſatores canonice examinatos [c] pręſentes habeat, locũque defendendi accipiat, idest inducias [d] eccleſiaſticas ad abluenda crimina.

[*Idem Damaſus ibidem continenter.*]

PALEA. C. VII.

Anſ. & Iuo ibid. † al. prima

NEc extra propriam α fiat prouinciã primo † diſcuſſionis accuſatio, ſine Apoſtolica præceptione; cui in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & imperialiter pariter ſtatuta concinunt. Criminum, inquiunt, diſcuſſio ibi agenda eſt, vbi crimen admiſſum eſt. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: [Quæcumque negotia in ſuis locis, vbi orta ſunt, finienda ſunt.] & reliqua talia, & his ſimilia: ſalua tamẽ in omnibus Apoſtolica auctoritate, vt nihil in his definiatur, priuſquã ei placere cognoſcatur, qua omnes ſuffultos eſſe oportet.

Cod. vbi de cri. agi opor. l. 1. & in cod. Theo. l. 9. tit. 1. in expoſitione legis x.

α ¶ Propriam.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola ipſa, Anſelmo, & Iuone. Antea legebatur*, Nec extra patriam fiat prouincia. *Addita autem & nonnulla ſunt ex epiſtola.*

Idem ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 6.

¶ De eodem. C. VIII.

Anſ. l. 3. c. 51. Iuo p. 6. c. 348.

QVi accuſare alium elegerit; præſens per ſe, & nõ per alium accuſet; inſcriptione videlicet præmiſſa [e]. Neque vllus vmquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item ex concilio Toletano 6. c. xi.

Et in Vuormacienſi, c. 42.

¶ De eodem. C. IX.

Burc. l. 16. c. 5. † al. quiſquis † al. dedicetur] al. deputetur

DIgnum eſt, vt innocentis [f] vita nulla maculetur pernicie accuſatorum, ideo ſi quis † à quolibet criminatur, non ante accuſatus ſupplicio detur †, quàm accuſator præſentetur, atque legum, & canonum ſententia exquiratur. Quòd ſi indigna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationẽ nõ iudicetur: niſi β vbi pro capite regiæ maieſtatis cauſa verſatur.

β ¶ Niſi.] *Hæc ſunt addita ex originali.*

Anſ. l. 3. c. 38. Burc. l. 1. c. 161. Iuo p. 5. c. 271. & par. 6. c. 338.

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epiſt. 2.

¶ Sententia feriatur, qui cauſæ ſuæ negligit adeſſe. C. X.

DEcerni-

a ¶ Addicit.] ideſt, punit.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus debet damnari niſi legitimi appareant accuſatores, & pſentes: & tunc locus defendendi accuſato præbeatur, ideſt, induciæ dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in ſeq. cap.

b ¶ Locumque.] id eſt inducias, vt ĩ. cap. prox.

c HAbet.] ¶ Examinatos.] Hoc cum ſint ignoti vel ſuſpecti, vt 2. q. 7. quærendum.

d ¶ Inducias.] Arg. ſententiam nõ valere niſi præceſſerint legitimę inducię. extra de dila. dilecti. & 5. q. 2. vocatio.

QVi accuſare.] CASVS. Dicitur hic ꝙ qui vult alium accuſare, debet pręſens hoc facere, & nõ per procuratorem, vt reo reſeruetur copia defendendi.

e ¶ Pręmiſſa.] Inſcriptio enim ſemper præcedit accuſationem 1: vt extra de acc. qualiter 2.

1 De hoc not. 2. q. 8. in ſum.

DIgnũ.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debet aliquis accuſari niſi præſens fuerit accuſator: qui examinari debet, ſi eſt idoneus ad accuſandum.

f ¶ Innocentis.] Sanctius eſt enim nocentem impunitũ relinquere, quàm innocentẽ condemnare, vt ff. de pœ. abſentẽ.

DEcernimus.] CASVS. Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcopus fuit de multis criminibus accuſatus. poſt litem conte. multoties citatus nõ venit, ita ꝙ cauſa non poterat terminari. præcipit ergo Papa epis Gallię, vt anno Kalendas Nouembris ſynodo congregata illum citent: & ſi venire noluerit, ferant ſententiam in illũ tamquã in contumacem: nec curent ſi omnia deli-

cta non comprobentur, cum per ſuam contumaciam videatur de omnibus confiteri. Quidam tamen dicunt quod iſte fuerat infamatus, & procedebatur contra eum in modum inquiſitionis. Sequens c. planum eſt.

appellauit ad ſed. apo. ſed impediebatur appellationem proſequi, vnde Papa ipſū archiepm reprehendit, & præcipit ei, quod ſi poſt excōicationem ſuam appellationem voluerit proſequi nullus eius iter impediat.

a ¶ Decernimus.] quidam ponunt caſum ſic, quod eps iſte fuit infamatus: & Papa committit iſtis vt in modum inquiſitionis procedant, & ſi non venerit vt ſe purget, vel ſi defecerit in purgatione, vr̄ cōfiteri de crimine. vnde poteſt condemnari, vt extra de ſi. de hoc. & c. inſinuatū. Vel intelliges quod hic fuit lis conte. ſicut in ſūma intellexi hoc c. Vel non loquitur de diffinitiua ſētentia, ſed de interlocutoria, vel excōicatione [1], vel miſſione in poſſeſſionem. Vr̄ eni quod etiam lit. non conteſtata ferri poſſit diffinitiua ſententia, ſed nō de crimine, ſed depoſitionis pro cōtumacia, vt videtur colligi extra de do. & contu. veritatis. Ioan.

b ¶ Voluerit.] Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcopus.

c ¶ Sententiæ.] ferendæ ſ. ſt. de pœ. abſenté. illud ſcḋm leges.

d ¶ Manifeſtū eſt.] præſumptiue, vt ff. de re iud. contumacia. §. 1. ſic 34. q. 3. de illicita. in fi. Sed vr̄ quod ſemper liqueat de cauſa, quia aut probat auctor quod aſſerebat, & tunc condemnandus eſt reus, aut non pbat, & tunc eſt abſoluendus reus, vt 6. q. vlt. auctor. Rñ. iſtud obtinet cum vterque eſt præſens, & præterea quod reus abſoluitur, non procedit ex eo quod ſic cauſa liqueat, ſed quia partium iura ſunt obſcura, & in dubio fertur ſententia pro reo, vt inſt. de interdi. §. commodum. extra de fi. inſtr. inter. in fi. nam quãdoque actor probat intentioné ſuā, & tñ iudici non liquet de cauſa. ff. de re iud. l. Pomponius.

[1] Pro iſto intellectu facit qd̄ not. ſ. q. pxi. c. 1. in gl. ſed pro contumacia. ſed hunc intellectum nullum puto. Archid.

Sentētia in dubio fertur pro reo.

mus † [a] veſtram † debere intra prouinciam eſſe iudicium, & congregari ſynodum ante diem kalendarum Nouembrium: vt ſi adeſſe voluerit [b], præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpondeat: ſi vero adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ [c] de abſentia nō lucretur. Nam manifeſtū eſt [d], cōfiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi [e] ſe occaſione non vtitur. Nihil enim intereſt, vtrum in præſenti examine non « omnia [f], quæ dicta ſunt, comprobentur; cum ipſa quoque pro † confeſſione procurata toties conſtet abſentia.

† al. Decreuimus

† al. veſtrum

† Antea legebatur, *profeſſio exprocurata*

« ¶ Non omnia.] *In originali, & apud ceteros collectores, & in vno peruetuſto Gratiani codice eſt,* omnia: *ſed quia idem ſenſus elicitur, & adeſt gloſſa, non eſt mutatum.*

Item Felix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶ Abſentes nec accuſari, nec iudicari poſſunt. C. XI.

ABſente aduerſario non audiatur accuſator, nec ſententia, abſente alia parte, à iudice dicta vllam obtineat firmitatem †.

& in capit. Hadriani c. 4. Poly. l. 5. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 7. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 54.

† Conſent. tex. in l. abſentem. ff. de pœn. & in l. ſentē. §. publica. ff. de procura.

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiſcopo Senenſi †.

† al. Senonenſi

¶ Altera parte abſente, diffinitiua non feratur ſententia. C. XII.

REuera iuſtus mediator non eſt, qui vno litigante, & altero abſente, amborum emergentes lites decidere nō formidat. His ita præmiſſis, volumus & Apoſtolica auctoritate monemus [g], vt ſi preſbyter, de quo agitur, poſt excommunicationem [h] ſuam, Apoſtolicam ſedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præſumat.

Sententia habetur in epiſt. Nic ad epōs, qui in Conuicinū conuenerāt, nuper impreſſa.

Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Siciliæ, epiſt. 1.

¶ In abſentem non eſt ferenda ſententia. C. XIII.

ABſens vero nemo iudicetur: quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges.

5. q. 8. c. 1. Burc. l. 16. c. 13. Anſ. l. 3. c. 62. Iuo. p. 5. c. 245.

Niſi fuerit [i] abſens ex contumacia. Pro præſenti namq. eum contumacia [k] haberi facit.

Item Nicolaus Papa Gallioni Senenſi † archiepiſcopo.

† al. Senonenſi

¶ De eodem. C. XIIII.

INdicas Her-

e ¶ Purgandi.] id eſt, oſtendendi innocentiam ſuam, vel cauſam abſentiæ.

f ¶ Non omnia.] dum tamen illa, quæ probata ſunt, ſufficiant ad condemnationem, & omnia ſimul obijciantur, vt 25. diſt. illud. Arg. ī. ea. q. 10. placuit.

REuera.] CASVS. Quidam conqueſtus fuit de quodam presbytero abſente forte ex iuſta cauſa corā Gallione archiepiſcopo, qui teſtibus receptis ſententiā ſ eum abſentem tulit. & quia ſententiæ parere nolebat, dictus archieps excōicauit eum quare ſacerdos ille

ſic enim. & no. ſ. 2. q. 7. ſicut inquit.

h ¶ Poſt excōicationem.] nota, quod excommunicatus appellat. arg. extra de ſententia excom. per tuas.

i ABſens.] ¶ Niſi fuerit.] Hæc verba ponuntur in auth. vt omnes obe. iu. §. ſi vero. coll. 5.

k ¶ Contumacia.] ſic extra de teſti. in nomine dñi.

INdicas.] CASVS. Hermannus eps fuit furioſus, qd̄ conſtabat apoſtolico, qui poſtea homicidiū vel aliud ſcelus commiſit, de quo cum ſæpe corā Gallione archiepō accuſatus fuiſſet, appellauit ad Papam. Archieps autem indignatus rogauit Papā, vt de crimine cognoſceret, & ipſum condemnaret. Nicolaus vero dicit, quod non poteſt facere tribus rationibus. Quia Hermannus erat abſens, &

g ¶ Monemus.] i. mandamus. 2. q. 1. notum ſit. 23. q. 1. ſic

ſeris,& quia non dixerat ei qui fuerunt illi exceſſus ſuper quibus accuſabatur,nec vtrum tempore delicti fuerit ſanæ mentis,vel non,& ideo donec iſta probentur, potius eſt ſibi compatiẽdũ,quàm ſit ſenténa feriẽdus.
a ¶ Hermánum.]iſte in furore occiderat hominem.
b ¶ Quia

poreo perceperunt 2.large enim ſumitur viſus, vt ibi, Guſtate & videte.& legitur in Exodo,Videbant voces, ideſt,audiebant.vnde ſi auditu aliqui conſcij ſunt de aliquorum fornicatione,bene poſſunt de hoc teſtificari. extra de teſtib.præterea. & ꝙ de auditu recipiatur teſtimonium, patet extra de teſti. cum cauſa. nam ſufficit qualitercumque aliquid ſciatur.22. q. 5. hoc videtur. Si ergo aliquis eſt mutus, dũ tamen audiat, & ſcribere ſciat, bene teſtificatur, vt C. qui teſta. fac.poſ. diſcretis, Similiter cæcus teſtificatur, ſi voces ꝯhentiũ habet notas. Nec obſtat ſi dicas, ꝙ cæcus poteſt in voce decipi,vt 27.q.1.nec aliqua.nam in viſu poſſumus decipi,vt 31.q.1.quomodo.& in tactu.34.q.2.in lectum.
K ¶ Nouerunt.]ergo de ijs,quæ pupillus vidit,non poteſt eſſe teſtis, quia hæc ætas ignorat quid videat. C.de falſa mo.l.1.3
l ¶ Præſentia.] dum tamen intelligant,nã aliter non dicuntur pſentes,vt ff. de verb. ſigni.ſi coram. Non intellige præſentem prout ponitur 16 q.3.§.poteſt. ſed intellige præſentem ſiue in eadem domo,ſiue alibi ſit, dum tamen audiri poſſit, vt ff.ad Syl.l.1.§.eo.tecto.

2 Sequitur Ale.& Imo. l.bene ad cognitionẽ col.6. ff. ſi cer.pet.

Mutus & ſurdus teſtificari poſſunt.

† al. Herimannum

mannum † [a] epiſcopum ſuper quibuſdam frequẽter fuiſſe accuſatum:pro quibus(quia [b] ex parte ipſius,perſona deeſt)nos vni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus: quamuis [c] nec vſque adhuc, qui fuerint [d] illi exceſſus,dixeris, nec vtrum [e] ſanæ mentis erat idem antiſtes,nec ne,cum ipſos exceſſus perpetrabat, euidenter oſtenderis [f], ſatiuſque arbitramur,quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quàm ad ipſum pertinere peccatum,cui magis conſulendum [g] ſit, & compatiendum,quàm puniendum,vel aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ,epiſt.2.

¶ Teſtes non dicant teſtimonium,niſi de his,quæ præſentialiter,& veraciter nouerunt. C. XV.

Burc.l.1.c.171.
Anſel. l.3.c.55.
Iuo p.5. c.289.
Pann.l.4.c.93.

TEſtes per quamcumq. ſcripturam [h] teſtimonium nõ proferant,ſed præſentes [i] de his,quæ nouerunt,& viderunt [k] veraciter teſtimonium dicant. Nec de alijs cauſis,vel negotijs dicant teſtimonium, niſi de his, quæ ſub præſentia [l] eorum acta eſſe noſcuntur.

De his etiam,qui audierunt [m],ſi ad hoc conuocati ſunt, in ciuili cauſa teſtimoniũ dicere poſſunt, vt in Authenticis

3. Sed contra de conſecr. diſt.3. placuit de infantib⁹. &c.ſeq.vbi de hoc 37. diſt.relatũ. Arciud.

b ¶ Quia.]prima ratio eſt.
c ¶ Quamuis.]ſecunda ratio eſt.
d ¶ Fuerit.]& ita nõ tenebatᷣ venire,vt 5.q.2.ſi primates.
e ¶ Nec vtrum.]tertia ratio eſt.
f ¶ Oſtenderis.]archiepiſcopus bene fatebatur,ꝙ quandoque fuerat furioſus,ſed tamen dixit eum modo eſſe ſanum.& in ſanitate occidiſſe hominem, aliàs tenetur ille potius probare,qui dicat aliquem in furore peccaſſe,vt extra de ſucceſ. ab inteſt.cum dilectus.& C.de codi.l.non codicillos.
g ¶ Conſulẽdum.]quaſi dicat ſatis ipſo furore punit. ſic ꝟ.diſt.5.baptizati.ff de offi.præſid. diuus. iudex tamen diligentiſſime inquiret, an fuerit furioſus: quia multi fingunt furorem,vt ſic excuſentur,vt ff. de cur. fur.obſeruare.& ꝟ ead.hortamur.

TEſtes.]CASVS.Hoc c.introducitur pro alia parte quæſtionis,ſcilicet ꝙ non debet quis teſtificari ꝯ abſentem.Dicitur ergo hic per Bene.ꝙ Calixtus fuit interrogatus vtrum in cauſa criminali teſtes abſentes poſſent teſtificari per ſcripturam?& reſpondet ꝙ non, ſed præſentes debent dicere veritatem de ijs quæ viderunt & nouerũt & nõ de alijs negotijs niſi de his, ꝗ ſũt acta in eorum præſentia.Poſſet etiam hoc intelligi in qualibet cauſa,quia ſemper debet eſſe præſens ille ꝯ quem inducuntur teſtes.Vnde teſtes abſentes non poſſunt per ſcripturam teſtificari,ſed in præſentia partium.
h ¶ Scripturam.]numquid literæ epiſcoporum non valent?Non in ferẽdo teſtimonio,quia teſtibus,non teſtimonijs credendum eſt,vt extra de coha. cle. & mu. tua.De hoc notaui ꝟ.11.q.3.curæ 1.arg.ff.de cuſt. re. diuus.aliàs extra iudicium ſecus eſt, vt 11.q. 3. curæ. 71. diſtin.extraneo.
i ¶ Sed præſentes.]Fallit ff.de iureiur.ad perſonas. extra de teſt.ſi quis teſtium.
i ¶ Sed præſentes.] in cauſa criminali ſemper teſtes erunt præſentes, ſed in ciuili ſeruetur conſuetudo regionis,vt ff.de teſti.l.3.in fi.
K ¶ Quæ nouerunt & viderunt.]ideſt,aliquo ſenſu cor

1 Adde qđ no.12. q.6. lamẽdũ. in glo. inſtrumẽtũ, &c.

DE HIS.CASVS.ꝟ.in c.teſtes.dictum eſt ꝙ teſtes teſtificantur de ijs, quæ viderunt & nouerunt.Nunc autem vult oſtendere caſus in quibus etiam de auditu ferunt teſtimonium,ſi vocati ſunt ad hoc:ſed certe ſi bene inſpiciatur,in l.ſeq.nõ eſt teſtimoniũ de auditu proprie,ſed de confeſſione facta in oculis eorum, qui ad hoc vocantur.
m ¶ Audierunt.]plures poſſunt notari caſus vbi ferẽ teſtimoniũ de auditu.Vnus hic.Alius cũ probatᷣ volũtas obmuteſcẽtis, vt 26.q.6.qui recedunt & c.his qui.Alius in matrimonio,vt 35.q.6.de parentela. Alius in probatione periurij,22.q.5.c.hoc videtur. Alius in memoria facti operis,vt ff.de proba.ſi arbiter. Alius extra de teſti.præterea.& extra eo.ti.cum cauſam. Sed certe non concedo,ꝙ alicubi ſit teſtimonium de auditu,niſi vbi teſtaturᷣ,quis ꝙ ſic audiuit recitari a maioribus,vt dicitur extra de teſti.quoties. & hoc tamen contingit in matrimonio,& in memoria facti operis,licet hodie circa matrimoniũ illud ex parte ſit immutatũ.ext. de teſtib. licet 2. niſi quis velit dicere ibi ideo eſſe teſtimoniũ de auditu,quia melius in talibus cõprehendimus per auditũ ꝙ̃ per viſum.Vnde ſi duo intereſſent ꝯtractui,quorum vnus eſſet ſurdus,& alter cæcus,vn⁹ audiret verba ꝯtr⁹, alter videret numerare pecuniã,per illos forte non probaretur ꝯtractus,quia ſingularis.ext.de elect.cũ dilecti.Sũt tamen hic alia duo ſpecialia,ſ.quòd valet confeſſio extra ius ſicut & alibi.extra de exce.prælat. quàm ſit graue.& in alio caſu quando quis confitetur ſe debere pecuniã cauſa adiecta,vt C.de non nu.pec.generaliter. in caſu qui habetur de ſecunda cautione, quam mulier poſt bienniũ emiſit.C.ad Vell. ſi mulier, & gñaliter dicunt quidã valere confeſſionẽ factã extra ius, vbi teſtes interſũt rogati. Itẽ aliud ſpeciale eſt hic ꝙ nõ valẽt teſtes niſi ſint rogati,& ijdẽ requirunt in teſtamẽtis,& in codicil-

Teſtimoniũ de auditu ſæpe admittitur.

Confeſſio extra ius qñq; valet. Teſtes an debeãt eſſe rogati.

1 Hoc eſt falſum, vt C. de codicil.l.vlt.§.finali.

codicillis 1 .C.de teſt.auth.rogati.& in matrimonio,vt videſ 30.q.5.noſtrates.& in diuortio.ff.de diuor.l.nullum. aliàs non requiritur quòd teſtis ſit rogatus, vt ſ. prox.cauſa q.3.ad fi.Io.conſueuit generaliter dici,& eſt verum,q; confeſſio extra iudicium non præiudicat niſi cauſa adijciatur, vt confiteor me tibi debere centum ex cauſa mutui,vt C. de nō nu.pe. l. generaliter. B. & ſcias q; omnes iſti teſtes rogati dicũtur intereſſe,qa rogati ſũt audire, licet ad aliud venerint, vt ff. de teſt. heredes palã. auth.tñ. generaliter. videtur dicere q; teſtes debeant eſſe rogati,vt C. de teſt. authen. rogati. ſed hoc verum eſt cũ contractus eſt in ſcriptis.

niſi ſemel cõmittuntur,vt homicidiũ alicuius.ſed ſi ſæpius aliquid poteſt committi,ibi non nocet temporum diuerſitas.ſed eis obijcitur de Suſanna,2.q.6.§.item Daniel.ſed illi reſpondent, q; ideo fuerũt illi teſtes reprobati, quia dixerunt q; in eadem hora & in diuerſis locis

coll.vij. tit. de teſtibus,legitur. ¶ *Si debitum ſcriptum ſit, & probatio ſolutionis proferatur à litigantibus per teſtes ſine ſcriptura; tunc ſuſceptibilem eam apud iudicem eſſe volumus,dum ad hoc ipſum teſtes aſſumantur, vt perhibeant teſtimonium pro facienda ſolutione, aut pro memoria* [a] *alicui iam facta ſolutionis, & pro confeſſione* [b] *eius, qui pecunias accepit. Hac autem inania, & ex tranſitu perhibita teſtimonia (vt ſi propter aliud opus adueniens audiuit aliquem dicentem ſe accepiſſe ab aliquo aurum,aut debere alicui) nulla ratione valere cenſemus.*

& Nouella.90. nō iiſdem omnino verbis

Simul autem neceſſe eſt vt videant. Quòd ſi alius vno, alius alio tempore viderit, diuerſitas temporum, eorum teſtimonium non admittit.

Vnde Leo Papa.

¶ Non admittuntur ad teſtimonium, quos non eodem tempore negotio interfuiſſe conſtiterit. C. XVI.

NIhilominus quoque puniendi [c] ſunt teſtes, qui ad calumniam aliquid teſtificantur, nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum [d] quidem diuerſitas ſimul [e] interfuiſſe prohibuit.

Item Ambroſius in libro de Paradiſo,c.12.

¶ Ad ſeriem geſtorum teſtis ex ſuo nihil adijciat. C. XVII.

PVra [f], & ſimplex [g] teſtimonij ſeries intimanda eſt. Plerumque teſtis, dum aliquid [h] ad ſeriem geſtorum

Anſ.l.3.c.58.

SI DEBITVM. CASVS. Debebant alicui pecuniã per ſcripturam tẽpore procedente in præſentia teſtium pecuniam ſibi ſoluit, vel confeſſus fuit ſibi eſſe ſolutã, quæſitum fuit ab Imperatore an ſolutionem illam vel cõfeſſionem poſſunt probare per teſtes qui interfuerunt? Et reſpõdet q; ſic, ſi ad hoc fuerunt vocati, alioquin non. Idẽ eſt in eo caſu quã debitor confitetur ſe debere pecuniam creditori, ſcilicet vt teſtes ad hoc probandũ non valeant,ſi ad hoc non fuerunt vocati.

a ¶ Pro memoria.] tres hic ponit caſus,quòd teſtes rogati poſſunt teſtificari vel pro ſolutione quã voluit facere creditori debitor,vel pro ſolutione ei facta,vel pro confeſſione creditoris.

b ¶ Confeſſione.] Immo magis eſt pro debitore confeſſio creditoris,quàm ſi ſit ei redditum inſtrumẽtum 2. C.de ſolu.pecuniæ.

2 Super hoc videas qđ le.& no. ſ. 76. diſt. c. hunc numerũ. Arc.

SIMVL. Hæc eſt 3. pars, in qua probat q; teſtes debent ſe concordare,& nil falſi admiſcere,& hoc probat per tres aucto. Io.de Fan.

CASVS. Supra in c.teſtes.dictum eſt,q; teſtes debent ferre teſtimonium de ijs,quæ viderunt. Dicit hic Gratianus,q; ſimul videre debent:& ſi diuerſis temporibus viderunt,non valet eorum teſtimonium.

NIhilominus quoque.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone qualiter puniendi ſunt teſtes,qui falſum teſtimonium dicunt? Et reſpondet quòd puniendi ſunt ſicut accuſatores qui calumniantur, nec voces eorũ ſunt audiendæ tamquam plurium,qui diuerſis temporibus aliquid vidiſſe teſtantur.

c ¶ Puniendi.] In criminali punitur teſtis capitali pœna.33.q.5. hæc imago.hoc ſecundum leges veteres ſecũdum canones infamis eſt.6.q.1.quicumque.22. q. 5. ſi quis.ſed ſecũdum legem accuſatur de crimine falſi. ff. ad leg.Corn.de fal.eos qui.Nõ obſt.ff.de ijs qui no. infa.Lucius.extra de ord.cog.cum dilectus.quia ibi nõ eſt ſententia lata contra teſtem.

d ¶ Quos temporũ.] ſimile 4.q.3.in teſtibus.C.de cod. l.vlt.§.vlt.ſi.C.de teſta.ſi vnus.

e ¶ Simul.] Quidam dicunt hoc tenere in ijs,quæ non

cis commiſſum eſſet adulterium,ſed non poterat committi in eadẽ hora & in diuerſis locis,& hoc dicunt ꝓpter expreſſam ſimilitudinẽ, & nõ propter identitatẽ: nã reuera aliud eſt adulteriũ qđ hodie fit,aliud quod cras,ſed eſt ſimile illi,quod non concedo, cum ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. Si tñ aliquem actum continuum viderẽt aliqui,licet diuerſis horis,videtur q; teſtimonium teneret,vt ſi ſucceſſiue in vno foramine viderunt aliquos fornicari 3. Vel ſi aliqui volunt teſtari q; aliquis excõicatus celebrauit, & vnus audiuit finem miſſæ,alter principium,hoc caſu cõcedo eos bene teſtari de vna re propter continuationẽ actus, ſicut propter continuationem poſſeſſionis vna dicitur præſcriptio,licet facta ſit à diuerſis perſonis.16.quæſt. 3. §. poteſt 4. verſi.quòd ſi ab eo.ſicut etiam vnus dicitur proconſulatus,licet diuerſæ perſonæ ipſum exercuerint,vt ff. de offi.pc.meminiſſe. Item quid ſi conueniant in tempore, ſed diſcordant in officijs? vnus dicit de miſſa, alter dicit de veſperis? Eadem eſt quæſtio ſi vis probare ſolutionem decimæ, & vnus dicit frumentum ſolutum, & alter dicit fabam. Et reſpond. q; non valet teſtimoniũ: quia omnes ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares, vt extra de elect.cum dilectus. diem forte non tenetur teſtis exprimere,ſed menſem,vt ſ. 2.q.8.libellorum.

PVra.] CASVS. Quæſitum fuit ab Amb. ſi teſtis admiſcet vero aliquid falſitatis,an eius teſtimonium valet? Et reſpondet,q; non: quia pura & ſimplex eſt teſtimonij ſeries intimanda.

f ¶ Pura.] id eſt,ſine dolo.

g ¶ Simplex.] qualiter hoc intelligatur,dixi 4.quæſt. 3.in teſtibus.

h ¶ Aliquid.] ar.vtile per inutile vitiari,vt 12.q.2.ſi quos

de

de ſeruis. ī. diſt. 37. ſi quid veri. 1. Sed contra ff. de exec. tu. qui teſtamento. ī. diſt. 9. ſi ad ſcripturas. Sol. vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expreſſum. alias non. arg. 15. q. 3. §. cum autem.

a ¶ Adijcit.] vel ſubtrahit, vt 5. q. vlt. presbyteri. extra de verb.

1 Et ī. 1. q. 1. rône. vbi videas, &c. dñs vbi vide arg. pro, &c.

Vtile per inutile qñque vitiat.

ex ſuo adijcit [a], totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum [b] eſt.

a ¶ Simplex] *Integer locus B. Ambroſii eſt*, Pura, & ſimplex mandati forma ſeruanda, vel teſtimonij ſeries intimanda eſt.

Item Felix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶ Abſens per alium nec accuſare, nec accuſari poteſt. C. XVIII.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331.

†Adde tex. in l. polla. C. de his quib. vt indig.

ABſens per alium accuſari, aut accuſare † non poteſt, nec affinis [c] teſtis admittitur.

4 *Niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona etiã per procuratorem [d] intendere, & excipere poteſt, ſeruatis ceteris ſolennitatibus, vt Cod. tit. de iniurijs, l. vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ β magiſtro militum.

β ¶ Sindulæ.] *Iuo p. 8. c. 67. refert aliud quoddam caput epiſtolæ à Pelagio ad Sindulam magiſtrum militiæ ſcriptæ.*

¶ Reo [e] abſente libellus accuſationis fruſtra offertur. C. XIX.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore aduerſarius ipſius illic præſens fuiſſet, validæ erãt. Sed quia aduerſario abſente [f] geſta, quæ nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Idem Decorato patricio.

¶ Teſtes corporaliter præſtito iuramento teſtimonium dicant. C. XX.

HOrtamur, vt ſub timore Domini conſuetam conſciẽtiæ veſtræ ſinceritatem in hoc quoque negotio conſeruantes, omnem perſonis, quæ veritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari [g] formidinem, & veſtris præſentari [h] conſpectibus, tactis ſacroſanctis euangelijs, præbito etiam legaliter ſacramento, quæ in veritate rerũ nouerunt [i] †, profeſſione ſuæ teſtificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quæ ſecundum leges, & iuſtitiam cẽſenda ſunt cognoſcatis, & competentem † legibus, & veritati terminum detis.

† al. conuenientem

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.

¶ Accuſator, & accuſatus ſimul debent adeſſe. C. XXI.

NEceſſe eſt ſecundum ſacrarum ſcripturarum documenta, ac ſecundum iuſtitiæ tramitem & accuſatum & accuſatorem ſimul adeſſe, & vnam partem, quanta-

de verb. ſigni. forus. §. vlt. argu. 11. q. 3. quiſquis metu. 25. q. 2. præſcriptione. 22. q. 2. cum humilitatis. C. de teſtibus. teſtium.

b ¶ Addendum.] quia non præiudicaret hoc alicui, ſi de hoc non iuraſſet, vt extra de teſti. c. de teſtibus.

ABſens.] CASVS. Dicitur hic, q abſens non poteſt accuſare vel accuſari per procuratorem, nec teſtis affinis recipitur.

c ¶ Nec affinis.] ī. ead. q. 5. ſimiliter 2.

NISI. CASVS. Excipit Gratianus vnum caſum in quo abſens poteſt accuſare per procuratorem, vt illuſtris perſona in crimine iniuriarum.

d ¶ Per procuratorem.] de hoc dixi ī. 2. q. 6. ſi quando.

e ¶ Reo.] hæc rubrica eſt falſa, quia non intelligitur de libello accuſationis, ſed de libello atteſtationum.

CHartæ. CASVS. Quidam accuſatus fuit, vel conuentus coram Sindula magiſtro militũ Domini Papæ. In abſentia autem rei ſunt teſtes recepti: reus ſtatim cum ſciuit, appellauit ad Papam. Sindula vero miſit atteſtationes Papæ per Lucidium accuſatorem actorem: quas cum audiuit à Lucidio fuiſſe receptas abſente reo, dixit eſſe inualidas.

f ¶ Abſente.] ī. 2. q. 1. in primis. extra de teſt. in nomine dñi. & capitulo decetero.

HOrtamur.] CASVS. Pelagius commiſit quamdam cauſam Decorato patricio. hortatur ergo vt ſicut conſueuit, ita pure procedat ſuper hoc negotio, & faciat à teſtibus, qui veritatem illius cauſæ nouerunt, omnem formidinem amputari, vt præſtito ſacramento dicant teſtimoniũ veritatis. & omnibus patefactis cauſam decidat.

g ¶ Amputari.] hic eſt arg. quòd iudex præſtabit conductum & ſecuritatem teſtibus. extra vt lit. non conteſt. accedens. & de electio. bonæ memoriæ. extra de app. ex parte. 33. q. 2. ſiue.

h ¶ Præſentari.] ſie ī. ead. teſtes.

i ¶ Nouerunt.] teſtis enim pro vtraque parte teſtabitur. 14. q. 5. non ſane. & iurabit, q nihil falſitatis dicet. 2. q. 4. nullam.

NEceſſe.] CASVS. Hincmarus, quæſiuit à Nicolao, vtrum reo abſente ſit accuſator audiendus? Et reſpondet, quòd non: ſed vterque debet eſſe præſens, & quam

2 Adde an & quando admittantur Bar. no. in l. qui teſtaměto. ff. de auct. tu. & in l. qui teſtaměto. ff. qui ma. accu. poſ.

Teſtib⁹ eſt præſtanda ſecuritas.

& quamtecumque auctoritatis ſit aliquis, ſic deberin iudicio audiri, vt alteri parti nullum præiudiciũ fiat.

a ¶ Quamtacũque.] Parilitas.n.ſeruãda eſt in iudicijs. C.de prox.ſacrorũ ſcrin.in ſacris.lib.12.ff.de arbi.ſi cũ dies.§.ſi arbiter.arg. ꝯ extra de dolo & contu. ex litteris 1.& eſt ſimile.1.q 1.teneamus.ĩ.diſt.9. ego.in ſententia & in iudicio nulli eſt deferendum; ſed in ſedendo,& in ſimilibus ſic. 2.q.8.quiſquis.

b ¶ Præiudicium.] ſic 11.q.3.ſi quis vero. C.de ſta. & imagi.l.4.

Quidam ſic ponunt caſum. Accuſo te ſuper pluribus criminibus ſimul & eodem libello, & litem ſuper his omnibus conteſtor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad ſequentia, licet iam ſim infamis: & hoc eſt ideo quia tempore li. conte. fui bonæ famæ, vt ff. de pub. iud. is

1 Loquitur I pœnis inferendis in quibus defertur. 50. diſt. contumaces. ext. de of. dele. paſtoralis. quod dic, vt no. ext. de tranſ. c. vlt. in glo. pen. Arch.

cumque [a], & qualicumque prædita ſit auctoritate, ſic prorſus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [b] irrogetur.

QVAESTIO X.

QVòd [c] vero deficientes [a] *in primo capitulo non ſint admittendi ad ſequentia; ex concilio Carthaginenſi ſeptimo confirmatur, in quo ſic cap. tertio ſtatutum legitur.* Et Afric. c.97.

a ¶ Deficientes.] *In vulgatis codicibus legebatur*, teſtes deficientes: *ſed expuncta eſt vox*, teſtes, *quæ abeſt à pleriſque vetuſtis codicibus. Quæ enim in hac quæſtione afferuntur, non ad teſtes, ſed ad accuſatores pertinent. Et ſuperius initio cauſæ in propoſitione huius quæſtionis decimæ nulla eſt mentio teſtium.*

¶ Qui in primo capitulo deficit, ad cetera non admittatur. C. I.

PLacuit, vt quotieſcumque clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur [d].

Rab. ſ' pæn.c.1. Burc.l.2.c.198. Iuo p.6.c.271. Pann. l.4.c.64.

Probatur illud idem auctoritate Arelatenſis concilij ſecundi, in quo ſic c.24. diffinitum eſt.

Capitul. l.6.c.241.& Arelatẽſe 1.c.14.

¶ Qui falſa fratribus obijciunt, vſque ad exitum non communicent. C. II.

EOs, qui falſa fratribus capitula † obie-

† al. capitalia

QVòd vero teſtes.] CASVS. Hic intitulat' decima quæſtio, qua quæritur an deficientes in primo capit. ſint admittendi ad ſequentia capitula? Et reſpondetur ꝙ non. Vnde quidam dicũt, vt Bene. ꝙ qui deficit in maiori, vel minori, non admittitur ad ſequẽtia, quia præſumitur calumniator, vt ĩ.ea.c.1.niſi in criminibus exceptis, in quibus quilibet admittitur ad accuſandum. Alij vero dicũt, ꝙ non admittitur ad accuſandum poſtea ad leuiora, ſed ad grauiora ſic. Sed primũ capit. huius quæſtionis indiſtincte loquitur, vnde verius dicitur qđ dicunt primi.

Accuſator deficiẽs in vno, an admittat' ad alia.

e ¶ Lege Iulia.] hic incipit tertia pars huius quæſtionis, quæ protenditur vſque ad l ſ. eo. qui falſo. in qua ponuntur certæ perſonæ, quæ non coguntur dicere teſtimonium inuitæ, & quædam, quæ accuſare non poſſunt. Io. de Fant.
Casvs. Hic continentur ſeptem genera perſonarum, quæ à teſtimonio repelluntur, quæ in ipſa littera ſi volueris numerabis.
f ¶ Ab eo.] ſcilicet reo.
g ¶ Liberauerit.] 12. q. 2. epiſcopus, qui mancipium.
h ¶ Publico.] ſecundum canonem, idem eſt de priuato. extra eo. ſuper eo 1.
i ¶ In vinculis.] pro crimine, quod per ſententiam infamaret, vt C. de infa. l. 1 extra de accu. ſuper his. aliàs noie vinculorum priuata vincula intelliguntur. ff. de ver. ſig. vinculorum. Hic patet, quod ſm leges repellitur criminoſus, etiam ſi nondum in eum ſit lata ſententia. & in ſi idem innuitur vbi dicit, indicatus, &c.
K ¶ Cuſtodiave.] donec ſit purgatus.
l ¶ Feceritve.] & ſufficit ſi quandoque fecit, vt ff. de ritu nup. palam.
Lege Ivlia. Casvs. Hic nouem ſpecies hominū continentur, contra quos quis inuitus teſtificari non cõpellitur, ſcilicet contra ſocerum, &c. vt ibi dicitur.

cuiuſque, vtrum quis decurio [a], an plebeius ſit, & an honeſtæ, & inculpatæ vitæ; an vero quis notatus, & reprehēſibilis, an locuples [b], vel egens ſit [c], vt lucri cauſa quid facile admittat, vel an ei inimicus [d] ſit, aduerſus quem teſtimonium fert, vel amicus ei pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua fertur, quòd honeſta ſit, vel propter cauſam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa fiat; admittendum eſt. *Item eadem lege paulo inferius.*

3 ¶ Lege Iulia [e] de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceat ei, qui ſe ab eo [f], parenteve eius liberauerit [g], quive impubes erit, quique iudicio publico [h] damnatus erit, qui eorum in integrum reſtitutus non erit, quive in vinculis [i], cuſtodiave [k] publica erit, quive ad beſtias, vt depugnet, ſe locauerit, quæve palam quæſtum faciat, feceritve [l], quive ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit. *Item l. 4.* ¶ Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur; ne inuito [m] denunietur, vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrinove natum, eosve, qui priore gradu ſint. ¶ Item, ne liberto ipſius [n], liberorumve eius [o], parentum viri, vxorisve. ¶ Item †, vt nec patroni [p], patronæve aduerſus libertos, neque liberti aduerſus patronum cogantur teſtimoniū dicere. ¶ Cum † autem excipitur, ne gener, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogatur, generi appellatione ſponſum filiæ quoque contineri placet. ¶ Item ſoceri, ſponſæ patrem. *Item l. 6.* ¶ Idonei non vidētur eſſe teſtes, quibus imperari [q] põt, vt teſtes fiant. *Item lege 7.* ¶ Serui [r] reſponſo tunc credendum eſt, cum alia [ſ]

† Et.] orig.
Ibidem ex l. 5.
† *In legibus, quibus excipitur, &c.*] or.

m ¶ Ne inuito.] volēs ergo admittitur, vt ſ. e. proxi. q. c. 1.
Ne liberto. Casvs. Repete ſemper per ſingulos gradus hæc verba cū hoc datiuo, liberto. Item hac lege cauetur, ne denuncietur liberto ipſius, ſcilicet patroni accuſati, vel liberto liberorum eius, ſcilicet rei accuſati, vel liberto viri eius, ſcilicet vxoris, quæ accuſatur dicere teſtimonium contra eum, vel liberto vxoris, eius ſcilicet viri, qui accuſatur, dicere teſtimonium contra eam, & ita ſuppleas ſemper in ſupradictis omnibus. Item cauetur hac lege ne denuntietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus patronā accuſatam, vel econtra. Item cauetur hac lege ne denuntietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus conlibertos ſuos. idē dices de liberto patronæ. Hæc autem varijs modis exponuntur pro varietate doctorū & hanc legem intelligunt doctores in cauſa criminali tantum, excepto eo, quod libertus contra patronum nō admittatur in cauſa ciuili. Sed Huguttio & Io. Strophagienſis intelligūt eam in ciuili & in criminali. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ibi, [Inuiti.]
n ¶ Ipſius.] accuſati.
o ¶ Eius.] ſcilicet accuſati, vel liberto ſupple parentum rei. hic vult dicere, quod libertus alicuius non poteſt ferre teſtimonium contra ipſum, nec libertus filiorum ſuorum, nec libertus parentum ſuorum, nec libertus vxoris ſuæ. Et repete hanc dictionem liberto, cum quolibet genitiuo.
p ¶ Ne patroni] genitiui caſus, & eſt ſenſus: Ne denūcietur liberto patroni eius vel liberto, ſcilicet accuſati vel rei, vel liberto, ſcilicet patronæ eius. ſcilicet rei, vt dicat teſtimonium aduerſus eum, ſcilicet reum, ideſt, vnus libertus aduerſus conlibertum ſuum eiuſdem patroni non cogitur teſtari. vel melius patronum, vel patronam hic vocat eum, qui eſt patronus alicuius liberti, & tamen idem eſt alterius libertus, & ſic eſt patronus & libertus.
q ¶ Imperari.] fallit hoc in matrimonio, vt extra, qui matrimo. accuſa. poſſunt. vt, in ſi. ergo vxor non erit teſtis pro marito; quia ei ſubiecta eſt, 33 q. vlt. mulierē.
r ¶ Serui.] ff. de proba. cum probatio.
ſ ¶ Cum alia.] ſi. 14. q. 2 c. vlt. c de hæreti. l. vlt. ſic propter defectū admittuntur minus boni, vt 55. diſt. cap. ſe.

Libertus contra patronū non teſtificať.

Hoc tamē intellige ſecundū decr. eo. tit. teſtimonium. Io. de Fan.

Præſūptio pcedat tormenta.

a ¶ Probatio.]plena.nam præſumptio aliqua debet præcedere.non enim à tormentis eſt incipiendum,vt extra de reg.iur. cum in contemplatione. & intellige cum de ſuo facto interrogatur ſeruus,vt j.ea.ſerui.& illud dicitur reſponſum, non teſtimonium, nec creditur ei tunc ſine tormentis, vt 5.q.5.illi qui.

INVITI.CASVS. hic ponuntur nouē ſpecies hominū, qui ad teſtimonium dicē dum compelli nō debent,inter quos eſt ille,qui abeſt non cauſa detrectandi teſtimonij,& qui conducit annonam exercitui,& etiam pupillus qui teſtis eſſe non poteſt.

b ¶ Senes.]maiores lxx.an.ff.de excu.tut. l.2.in prin.ſed ad domum eorum eſt mittendum. extra eo. ſi qui teſtium.

c ¶ Non licet.]propter turpitudinem: quibus interdictum eſt certo loco.

d ¶ Publicani.] id eſt,telonarij.

e ¶ Non detrectandi.]id eſt,euitandi,vt ille, qui eſt in aliena prouincia, vt extra de fide inſtru.conſtitutus. & C. de fi. inſtr. iudices. nam ad tales eſt mittendum. Vel intellige quando iā per xv. dies fuerūt corā iudice. tunc enī licite recedunt, vt C.de teſti. ſi quando.

f ¶ Præbenda conduxerit.]vehenda.

dam: id eſt, apparitores. Sed partibus volentibus teſtes admitti poſſunt, vt in authen. de teſti. §. quoniam vero. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad legem. Hermaphroditus.

n ¶ Patroni.]qui non poſſunt ſimul eſſe teſtes iuris & facti,

probatio[a] ad eruendam veritatem non eſt. *Item lege octaua.* ¶ Inuiti teſtimonium dicere non coguntur ſenes[b], valetudinarij, vel milites, vel illi, qui cum magiſtratu reip.cauſa abſunt, vel quibus venire non licet[c]. *Item lege decima nona.* ¶ Publicani[d] etiam teſtimonium non dicunt inuiti. ¶ Item is, qui non detrectandi[e] teſtimonij cauſa aberit. ¶ Item is, qui exercitui præbenda †[f] conduxerit. Sed nec pupillis teſtimonium denuntiari poteſt. *Item l.20.* ¶ In teſtimonium accuſator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus[g] erit; aut qui minor viginti annis erit. *Item l.21.* ¶ Ob carmen famoſum[h] damnatus, inteſtabilis fit. *Item.* ¶ Si res exigat, non tantum priuati, ſed etiam magiſtratus[i], ſi in præſenti ſint, teſtimonium dicant. Prætor quoque teſtimonium dare debet in iudicio adulterij cauſa. Si autem ea rei conditio[k] ſit, vt arenarium[l] teſtem, vel ſimilem perſonam admittere cogamur, ſine tormentis[m] teſtimonio eius credendum non eſt. *Item l.24.* ¶ Teſtes eos, quos accuſator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item l.25.* ¶ Patroni[n] quoque in cauſa, cui patrocinium[o] præſtiterunt, teſtimonium non dicant; quod & in executoribus[p] negotiorum obſeruandum eſt. *Item l.16.* 4 ¶ Qui falſo† vel varie[q] teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt[r], à iudicibus competenter puniantur. *Item l.17.* ¶ Pater & filius, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtriq. in eodem teſtamento, vel eodem negotio fieri poſſunt: quoniam nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi. *Item l.15.*

l. inuiti.2.]mutata eſt eīn verborum ſeries.

† *qui quid exercitui præbendum conduxerit*] ori.

Ibidē, ſed paulo aliter.

† *al. falſa, vel varia*] orig.

L. Repetundarum.

IN TESTIMONIVM. CASVS. Ego accuſabā aliquem, & contra ipſum inducebam condemnatum in publico iudicio ad teſtimonium, quærebatur an poſſum? Et reſpondetur ꝙ nō: neque minorem xx.an. poſſum contra eum inducere. In ſeq. lege dicitur, ꝙ condēnatus in famoſo crimine eſt inteſtabilis, ideſt, nec teſtis eſſe poteſt, nec facere teſtamentum.

g ¶ Reus.]ideſt, accuſatus ū 81.diſt.tantis.

h ¶ Ob carmen famoſum.] ff.de iniur.lex Cornelia.nec ipſe poteſt eſſe teſtis, nec teſtamentum facere: nec aliter pro ipſo eſt teſtis in teſtamento.ff.qui teſta.face.poſ. cum lege.

SI RES. CASVS. Dicitur in hac lege, ꝙ ſi res exegerit: non ſolum priuati, ſed etiam magiſtratus poſſunt teſtificari. Prætor etiam in cauſa adulterij teſtificari poteſt. Si autem ea ſit conditio cauſæ, vt turpis perſona ſit inducenda in teſtem, vt puta in excepto crimine, ei nō creditur ſine tormentis.

i ¶ Magiſtratus.]qualiter iudex poſſit eſſe teſtis, dixi 3. 2.q.6.ſtatuendum 1.

1 Aliàs incipit, ſtatutū.

K ¶ Conditio.] ſcilicet in exceptis criminibus.

l ¶ Arenarium.]qui pugnauit in arena, vel in loco tali.

m ¶ Sine tormentis.]5.q.5.illi qui.

TESTES. CASVS. Tria genera perſonarū enumerātur hic, quæ à teſtimonio repellūtur: ſcilicet domeſtici, aduocati, & iudices in cauſis in quibus fuerūt aduocati & iudices. Vel intellige executores ſecundum quoſ-

facti, vt C.de aſſeſſo.l. nemo. poſſunt tamen teſtificari de tranſactione facta pro cauſa ſua.extra de tranſac.ex litteris 2.

o ¶ Patrocinium.]De hoc dixi 2.q.6.ſtatuendum.

p ¶ In executoribus.] i.procuratoribus & curatoribus.

p ¶ In executoribus.]Sed nonne executor iudicis poteſt eſſe teſtis? quare enim deſtinaretur à iudice, ſi nō crederetur dicto ſuo, nam & nuntio creditur 3, vt extra de ap.cum parati.ff.de rebus eorum, qui ſub.tu.l.magis. §. illud.& 65.diſt.c.pe. in fi. nec de illorum actibus dubitandum eſt, qui ad officium tale admittuntur, vt 94.diſtin.valde.ff.de offi.præfe.præt.l. 1. qualiter enim probaret quis ſe non citatum, vt extra de elect. bonæ? Reſpondeo: creditur eis donec probetur contrarium, ſaltē per ſuum iuramentum.arg.81. diſt. propoſuiſti. ff. de cuſt.& exhi.re.l.diuus.

QVI FALSO. Hæc eſt 4. pars q. in qua ponit quaſdam leges, quibus probatur quales teſtes faciunt fidē, & quales non. Ioan.de Fant.

q ¶ Varie.] Si. extra vt eccl.benefi.vt noſtrum. extra de conceſ.præb.poſt electionem.

r ¶ Prodiderunt.]dicta.

HERMAPHRODITVS. Quæſitū fuit verū hermaphroditus, ideſt, qui habet ſexum maris & feminæ, poſſit eſſe teſtis in teſtamento? & reſpondetur ꝙ ſi magis apperit ea quæ viri ſunt, poteſt: aliàs non. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ibi, [In teſtibus.]

a ¶ Ad

a ¶ Ad teſtimonium.] ſcilicet in teſtamento, vbi mulier non poteſt eſſe teſtis ſecundum legem, vt inſtit. de teſta. §. teſtes. in iudicio autem eſſe poteſt. 15. q. 3. de crimine. Sed quid ſi in omnibus eſt parilitas. Item numquid talis poteſt ordinari. Item an contrahet cum viro, an cum mulière: & ſi prius cum viro contraxit, an poſſit eo mortuo cum muliere contrahere? Io. ſed certe in omnibus his reſpici debet ſexus, qui magis incaleſcit. de monſtro poſſunt fieri monſtruoſæ quæſtiones. Hu.

b ¶ Filio.] ff. de prob. etiam contra. vbi dicitur, quod mater poteſt teſtificari pro filio: ſed illud intellige quod poteſt pro ætate. vel etiam pro cognatione filij teſtificari. Itẽ pr teſtificat pro filio in cã religionis, 20. q. 3. pſens.

b ¶ Filio.] ſiue emancipato, vel non. in caſtrenſi autem peculio ſi filius ante miſſionem 1 teſtamentum fecerit, poteſt teſtis eis adhiberi, ff. de teſta. qui teſtamento. ſed poſtquam miſſus eſt, non. inſti. de teſta. §. in teſtibus.

c ¶ Sua.] ſcilicet propria. item nec in communi: quia quod commune eſt, vtriuſque eſt ff. de ritu nup. illud. niſi indirecte, vt in teſtamento: vbi quilibet legatariorum teſtis eſt. inſti. de teſta. §. legatarijs.

c ¶ Sua.] contra. ī. 14. q. 2. ſuper. ſed illa non eſt ſua, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. Res enim ſua eſt cuius commodum vel emolumentum ſpectat ad aliquem ſuo nomine, vt 2. q. 6. biduum. in ver. palam. Sed contra. ff. finium reg. l. pen. vbi venditor poteſt eſſe teſtis pro emptore.

d ¶ Ad fidem.] niſi in caſibus notatis ī 3. q. 9. ſi debiliſ.

e ¶ Duo.] ſi. de conſe. diſt. 1. hoc quoque. ſi. ff. de manu. teſt. libertas. §. vlt. arg. contra. ff. de opt. leg. l. 1.

IN TESTIBVS. CASVS. In teſtibus iudex debet cõſiderare vtrum ſine fraude teſtimonium dicant: vel vtrum videatur meditatus ſermo quem proferunt: & vtrum ex tempore veriſimilia reſpondeant: ſcilicet quæ dixerunt de nocte, & non eſt veriſimile quod factum ſit de nocte, vel ex tempore idest, ſtatim reſpondeant, ideſt, ſine deliberatione: quibus tanta fides non adhibet.

f ¶ Simpliciter.] ideſt, ſine adiectione cauſæ. vel ſimpliciter, ideſt non obſcure, vt 3. q. 9. pura. ſic ī. diſtin. 4. erit. 25. diſt. quia epiſcopus. nam obſcurus teſtis eſt ſuſpectus. vt ff. de iu. fiſ. non intelligitur. & obſcure dictũ pro non dicto habetur, vt extra de prob. in præſentia. ff. de interrog. act. de ætate. arg. extra de accu. cum dilecti. & obſcure ſcriptum pro non ſcripto habetur, vt ff. de ijs quæ pro non ſcrip. ha. l. 2.

g ¶ Ex tempore.] Ergo videtur quod teſtes ſunt interogandi de tempore. vt extra eod. ti. cum cauſam. 3. q. 9. nihilominus. ſed non eſt verum. vt ff. de prob. ſi arbiter. 2. q. vlt. libellorum. niſi teſtes eſſent ſuſpecti. tunc enĩ poſſet quæri de qualitate temporis & teſtium: & quocumque modo poſſet iudex inueſtigare veritatem. vt C. de eden. is apud quem. 30. q. 5. iudicantem. Vel ex tempore, ideſt, ex mora: quia prius cogitabit qualiter reſpondeat, vt 50. diſt. ponderet. nam teſtimonium repentinum non valet, vt 5. q. 5. §. ſed aliud.

h ¶ Reſponderint.] ſponte. non enim de hoc ſunt interogandi, vt dixit Ioan. ſed certe de tempore in quo res dicitur facta, bene interrogantur, vt extra eod. cum cauſam. ſed de qualitate temporis non, niſi ſint ſuſpecti. B.

Teſtes an ſint de tpe interrogandi.

† teſtamentũ] orig.

¶Hermaphroditus an ad teſtimonium † [a] adhiberi poſſit qualitas incaleſcentis ſexus oſtendit. *Item l.9.* ¶ Teſtis idoneus pater filio [b], aut filius patri non eſt. *Item l.10.* ¶Nullus idoneus teſtis in re ſua [c] intelligitur. *Item l.11.* ¶ Ad fidem [d] rei geſtæ faciendam etiam non rogatus teſtis intelligitur †. *Item l.12.* ¶Vbi numerus teſtium non adijcitur, etiam duo [e] ſufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt. *Item l.3.* ¶In teſtibus conſiderandum eſt, qui ſimpliciter [f] viſi ſunt dicere, vtrum vnum, eundemque, & præmeditatum ſermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore [g] veriſimilia reſponderint [h]. *Item paulo inferius.* ¶ Sæpe [i] ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur; aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti conſentiens fama [k] confirmat rei, de qua quæritur, fidẽ. Non ergo ad vnam probationis [l] ſpeciem cognitionem ſtatim iudex alligare debet; ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare †, quid aut credat, aut parum ſibi probatum opinetur. *Item paulo inferius.* ¶ Alia [m] eſt auctoritas præſentium teſtium, alia [n] teſtimoniorum, quæ recitari ſolent. *Item codicis lib.4.tit.de teſtibus, l.1.* ¶ Soli † teſtes ad ingenuitatis probationẽ non ſufficiũt; niſi inſtrumentis [o], &

† *al. admittitur*

L. teſtium. §. tu magis. ſed paulo aliter.

† *al. æſtimare*

Tit. 20.

† Concor: Alc. & Imo. in l. bene. ff. ſi cer. pe.

SÆPE. CASVS. Quærebatur vtrum veritas in cauſis ſine inſtrumentis poſſit deprehendi. Et reſpondetur quod ſic quatuor modis. ſcilicet numero teſtium, dignitate, auctoritate, & fama perpetua.

i ¶ Sæpe.] Iudici enim facienda eſt fides, vt 2. quæſt. 7. pleriſque. & C. de condi. ob turp. cau. l. 1.

K ¶ Fama.] ergo per famam aliquid probatur, vt ī. 2. q. 5. ſi mala fama. matrimonium enim probatur per famam. extra de præſum. illud. 32. q. 4. dicat. Arg. contra 35. q. 6. ſi duo. extra de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo. Verum eſt, quod fama per ſe nihil probat: ſed ſi adeſſet teſtimonium vnius cum fama per illud probare poteſt. ar. extra de prob. ſicut. C. de re. cre. in bonæ. & ſi iudex dubitat de fama, quærat à vicinis. ff. de magi. conue. l. 1. §. ſi præſes. & magis valet fama quàm vnus teſtis, vt extra de conſan. & af. ſuper eo. poteſt autem fama probari per duos teſtes, vt extra eo. tam litteris 2.

l ¶ Vnam probationis.] extra de ſenten. & re iudi. cauſam.

ALIA. CASVS. aliqui teſtificabantur per ſcripturam ſine iuramento: vel ſine cauſa & circumſtantijs: cum de hoc eſſent interrogati, quærebat vtrũ eis eſſet fides adhibenda. & reſpondetur quod non: quia alia eſt fides teſtium, quæ valet: alia teſtimoniorum, quæ non valet.

m ¶ Alia.] Hoc eſt expoſitum ſupra cauſa prox. quæſt. 9. c. teſtes.

n ¶ Alia.] extra de cohabi. cleri. ma.

SOLI. CASVS. Quærebatur vtrum ſolummodo teſtes ſufficiant ad probationem ingenuitatis & reſpondetur quòd non: immo etiam inſtrumenta ſufficiunt, & expone, ſoli, ideſt, ſolo modo, vel præpone negationem non ſoli, &c. & verba quæ poſuit ibi Grat. niſi inſtrumentis, &c. non ſunt de lege codicis. Vnde Gratianus non intellexit illam, vt intelligunt eam doctores legũ.

o ¶ Inſtrumẽtis.] verba ſunt Grat. & male intelligit. hoc enim vult lex dicere, quòd non tantum per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes poteſt probari libertas.

Mater & pater quandoque pro filio teſtificari poſſunt.

1 Quia tũc teſtatur iure militari & ex priuilegio, quia tunc pater poteſt eſſe teſtis. ſed poſt miſſionem teſtatur iure cõmuni, & non poteſt pater eſſe teſtis. Arc.

Res ſua quæ dicitur.

Teſtis obſcurus eſt ſuſpectus.

Fama per ſe nihil probat.

2 Certe hoc ibi non dicitur: nec credo verum. I. Fã. ſed ſententia glo. approbat in Spe. de notorio crim. ver. ſed qualiter. Arch.

a ¶ Domeſtici.] Fallit C. de repu. l. conſenſu. circa fi. extra de teſti. veniens 2. in fi. extra qui ma. accuſ. poſ. vl. SOLAM. CASVS. Quidam ſine iuramento vel ſine iudice teſtificati ſunt, vel non allegauerunt cauſam dicti ſui: cum de hoc eſſent interrogati, quærebatur vtrũ eorum teſtimonium valeret. Et reſpondet Imperator quod nõ. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ibi, [Qui intendit.]

ſed fallit hoc extra de teſt. cog. peruenit 1. Item vni creditur, vt C. de fal. ſi quis decurio. ff. de do. prælegata. Theopompus. & generaliter creditur vni quo ad præſumptionem: ſed dictum vnius non ſufficit, neque condemnat, vt 33. q. 2. admonere.

Teſti ſoli quoque non creditur.

m ¶ Om

argumentis adiuuentur. *Item l. 2.* ¶ Etiam iure ciuili domeſtici [a] teſtimonij fides improbatur. *Item l. 3.* ¶ Sola [b] atteſtatione [c] † prolatam, nec alijs legitimis adminiculis cauſam approbatam nullius eſſe momenti certũ eſt. *Item l. 4.* ¶ Eos teſtes ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ, & potentatui fidem religioni iudiciariæ [d] debitam poſſint præponere. *Item l. 5.* ¶ Parentes, & liberi inuicem aduerſus ſe nec volentes [e] ad teſtimonium admittendi ſunt. *Item l. 6.* ¶ Qui intendit, ſuæ intentioni proprias debet afferre probationes, non petere aduerſarium [f] cogi ad exhibitionẽ eorum, per quos ſibi negotium fiat. *Item l. 7.* ¶ Serui [g] neque pro domino, neque aduerſus dominum, ſed pro facto ſuo [h] interrogari poſſunt. *Item l. 8.* ¶ Iuſiurandi [i] religione teſtes prius, quàm perhibeant teſtimonium, coarctentur, & honeſtioribus potius teſtibus fides habeatur. Vnius [k] vero teſtimonium nemo iudicum in quacumque cauſa facile patiatur admitti: immo vnius teſtis reſponſio omnino non audiatur, etiam ſi præclaræ curiæ honore præfulgeat. *Item l. 9.* ¶ Omnibus in re propria [l] dicendi teſtimonij facultatem iura ſubmouerunt. † *Item l. 10.* ¶ Liberi teſtes ad cauſas poſtulantur alienas; ſi ſocij [m], & participes criminis non dicantur, ſed fides [n] ab ijs notitiæ poſtuletur. Venturis [o] autem ad iudicium, per accuſatorem, vel ab ijs, per quos fuerant poſtulati, ſumptus cõpetentes miniſtrentur, etiã ſi in pecuniaria cauſa ab alterutra parte teſtes producendi ſint. *Item l. 11.* ¶ Liberti aduerſus patronos ſponte prodire non audeant, ſed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. *Item l. 13.* ¶ Si quis teſtibus vſus fuerit, ijdemq. teſtes aduerſus eum in

† teſtatione] orig.

L. nimis graue] mutata verborum ſerie.

Paulo aliter.

Paulo aliter.

L. quoniam liberi.

Paulo aliter.

L. libertorũ, aliquibus verbis prætermiſſis.

† Concord. ... ex. in Lom... nibus. C. ... teſt. & ... nullus, ... eod.

b ¶ Sola.] ideſt, ſine adiectione cauſæ.

b ¶ Sola.] aliter ponitur. 3. diſt. 8. ſi ſolus.

c ¶ Atteſtatione.] cauſa à teſte inquirenda eſt, vt extra eod. cum cauſam. ſi tamen nõ fuerit quæſita, & teſtis de cauſa nihil dixerit, non ideo minus valet teſtimonium: quia dixit omnia, quæ nouit: licet non cauſam omnium. arg. ad hoc. ff. de no. ope. nũ. de pupillo. §. q opus. Ar. extra de ſen. & re iudi. ſicut 1.

Teſtis an teneatur dicere cauſã ſuæ depoſitionis.

† Ar. contra 22. q. 3. c. 1. ver. ſed forte. vbi de hoc.

d ¶ Iudiciariæ.] ideſt, iudici. No. q ſufficit ſi iudici ſit probatũ, vt extra de reſcri. inter. 3. ead. ſæpe.

e ¶ Nec volentes.] cõtra 3. 3. q. 5. c. 1. ſed hic vocantur parentes aſcendentes & deſcẽdentes, non collaterales: prout præſumit ff. de in ius vocan. l. 4. §. 1.

QVI INTENDIT. CASVS. Quidam petebat ab aduerſario ſuo vt demonſtraret ſibi inſtrumenta ſua, per quæ ſuam intentionem fundaret: nunc quæritur vtrum ſit audiendus? Et reſpondetur q non: ſed ſuas debet habere probationes paratas.

f ¶ Aduerſarium.] Actor non poteſt petere vt reus exhibeat ſibi inſtrumẽta ſua, vt 6. q. vlt. c. vlt. extra de proba. ex epiſtolæ. niſi reus ſit eis vſurus, vt extra de fide. inſtr. contingit. Item cum inſtrumenta ſint communia vt C. de eden. procurator.

Reus in duobus caſibus tenet edere inſtrumenta.

SERVI. CASVS. Dicitur hic q reſponſo ſerui non eſt credendum neque pro domino, neque contra dominũ: ſed de facto ſuo poteſt interrogari, cum per eum res ſũt depoſitæ, vel commodatæ alijs.

g ¶ Serui.] niſi in caſu, vt 12. q. 2. §. in patronos.

h ¶ Sed pro facto ſuo.] quando per eum dicitur aliquid commodatum vel depoſitum, vt C. de quæſt. interrogari. ff. de ædil. edi. quæro. & ſic patet q viles perſonæ recipiuntur, vbi de ipſorum facto agitur. ſic extra de ele. per inquiſitionem. & extra de ſẽt. & re iud. cum I. & A.

IVRISIVRANDI. CASVS. Tria hic dicunt. ſcilicet q teſtes prius iurẽt antequam teſtimonium dicãt: & q potius fides honeſtioribus teſtibus adhibeatur quàm alijs: item q vni teſti non creditur, & ſi præſidiali honore præfulgeat. Sequens reſponſum planum eſt.

i ¶ Iuſiurandi.] ſic 3. quæſt. 9. hortamur. niſi remittatur à parte, vt extra de teſt. tuis.

k ¶ Vnius.] 2. q. 1. quicumque. 3. ſed illud non tenet.

l ¶ Omnibus in re propria.] Arg. contra. C. de fideicom. l. vlt. Sed ibi impropriè ponitur iudex & teſtis.

LIBERI. CASVS. Dicitur hic q ſi aliquem accuſamus de crimine, liberos debemus inducere teſtes cõtra eum, ſi ſocij non ſunt & criminis participes: ſed cauſa & ratio facti debet ab eis quæri. Vel hic vult dicere, q ipſi debent ſubijci tormentis ad veritatem eruendam: & quicumque teſtes poſtulauerit induci, eis ſumptus neceſſarios exhibebit: ſiue in cauſa criminali, ſiue in ciuili introducantur.

m ¶ Si ſocij.] ſed fallit 3. 79. diſt. ſi quis Papa. Item fallit in crimine læſæ maieſtatis. 15. q. 3. nemini. & in crimine ſimoniæ. extra de ſimo. quamuis. Sed obſtat extra de teſti. veniens 1. Sol. ſocius criminis & muneris repellitur: ſed non criminis tantum.

Socius criminis ſemper repellitur in ſimonia.

n ¶ Sed fides.] ideſt, cauſa.

o ¶ Venturis.] De hoc notaui quid iudici vel teſti dandum ſit. 12. q. 3. non licet. videbatur q vtraque pars debet prouidere teſtibus, quia pro vtraque teſtantur, 14. q. 5. non ſane. ſed ſecus eſt, vt dicit G.

LIBERTI. CASVS. Dicitur hic q liberti contra patronos ſponte teſtificari non debent, nec debent ad hoc compelli: & ſi vocati fuerint, non debent cogi venire.

SI QVIS. CASVS. Induxi teſtes contra aliquem in aliqua cauſa: contra me ijdem inducebantur: volebam eos repel-

eos repellere, quæritur an poſſum? Et reſpondetur ꝙ non, niſi probem poſtea capitales inimicitias interueniſſe inter me & illos: arguere tamen potero eorum teſtimonia ex dictis eorum, ſi contradicant ſibi: vel ſi probauero eos corruptos promiſſione, vel etiã datione pecuniæ.

a ſ Pro-

ſententia in rem iudicatã 2, vt extra de ſent. & re iud. lator. & c. conſanguinei. Vel ideo mulier fuit admiſſa in illa decre. ex tenore. quia ignorauit de quo die teſtes vellent teſtari: ſed ſi quis ſcit de quo die velit, quis probare: & ante publicationem non proteſtatur, ꝙ die illo nõ fuerat in loco tali, poſt publicationem eum non admitterẽ. & quod hic dr̃, ꝙ põt obijci in dicta, verũ eſt oſtendendo eos eſſe contrarios ſibi 3. Item inſtrumentum induci põt poſt publicationem, vt extra de fide inſtr. cum dilectus. Si quæritur quare viſo inſtrumento induci poſſunt teſtes, vt C. de contrah. ſtip. optimã. & non viſis atteſtationibus? Rñ. ideo qa ſi vnus vult improbare inſtrumẽtum per teſtes, reliquus poteſt per teſtes inſtrumento fidẽ facere: quod non eſt in teſtibus. Ioan. Ego credo ꝙ publicatis atteſtationibus ſuper nouo articulo (ſicut dicit T.) poſſunt induci teſtes: licet legiſtæ dicant contrarium. & hoc non ſolũ eſt in cauſa matrimonij, ſed etiam in alia cauſa, vt extra de fide inſtr. cum Ioannes. & extra de teſti. ex tenore. & c. veniens 2. In cauſa appellationis inducuntur teſtes ſuper nouis articulis pendẽtibus ex veteribus. extra cap. fraternitatis. Legiſtæ ſecundum opi. Ioan. inducunt ſuper nouis & ſuper veteribus articulis. C. de appel. l. eos. B.

2 Dic quod de hoc dixi 2. q. 6. in prin. in addit. ſed contra extra &c. Archid.

3 Hæc ſolũ vera eſt, & habetur ex textu, cum dicit, ex ipſis depoſitionibus, &c. nõ dicit, alienis depoſitionibus, ſed ipſis. Arch.

alia lite producantur [a], non licebit ei perſonas eorum excipere; niſi oſtenderit inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe; ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt: non adimenda ſcilicet ei licentia ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere [b]. Sed & ſi liquidis probationibus datione, vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit [c], etiam eam allegationem integram ei ſeruari oportet.

¶ In hoc capite varias leges digeſtorum, & codicis ita refert Gratianus, vt interdum eadem prorſus afferat verba, interdum vero mutet, ac tranſponat, & in ſummam redigat. Ac plura quidem ſunt ex originali emendata, niſi vbi Gratianus de induſtria mutauerat.

α ¶ Per quos.] *In vulgatis legebatur*, per quæ. *Emendatum vero eſt ex manuſcriptis, & lege ipſa, in qua agitur de exhibitione teſtium, non autem de editione inſtrumentorum.*

β ¶ Coarctentur.] *Sic in aliquot manuſcriptis, quæ lectio cum his verbis legis*, arctari præcipimus, *magis conuenit, quàm vox*, coerceantur, *quæ erat in impreſſis.*

Sulpitius Seuerus l. 3. vitæ S. Martini.

Sed obijcitur illud beati Bricij, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus eſt. Sed miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda.

QVAESTIO IIII.

D*E quarta vero [d] quæſtione Fabianus Papa, epiſt. 2. ad epiſcopos Orientales conſtituit dicens.*

a ſ Producantur.] Teſtem inductum pro me teneor recipere contra me, vt hic. Similiter illum qui fuit iudex pro me, teneor recipere contra me, vt 3. q. 8. cuius in agendo 1. Item allegationem vel rationem pro me inductam, recipiam contra me. ſ. 19. diſt. ſi Romanorum. Similiter inſtrumentum. extra de cenſi. cum olim. Item iuramentum. C. de reb. credi. generaliter. Arg. contra iſta 2. q. 7. ſi hæreticus. 37. diſt. ſi quid veri. Sol. iſta ſunt ſpecialia fauore fidei.

Quod approbo non reprobo.

1 Concor. tex. in l. Põponius. ff. de neg. geſt.

b ſ Arguere.] Sed hoc non poteſt fieri niſi per alios teſtes: ergo viſis atteſtationibus poſſunt induci alij teſtes: quod eſt contra id extra eo. fraternitatis. Conſueuit reſponderi, ꝙ directe non poſſunt induci teſtes contra teſtes, ſed indirecte, vel probando corruptionem, vt extra eo. ſeries. extra de prob. licet. Vel probando teſtes aut perſonas fuiſſe in alio loco tunc temporis. extra eo. ex tenore. Sed contra. hæc eſt cauſa quare non admittantur teſtes poſt publicationem, quia timetur ſubornatio: ſed ſubornari poſſunt, licet teſtes indirecte inducantur. Itẽ ſi teſtes aduerſarij volũt probare de alio tempore: ergo ego inducam teſtes ad probandum de eodem tempore. iniquum enim eſſet, ꝙ aliquid permitteretur impugnanti, & non permitteretur defendenti. ff. de reg. iu. nõ debet. cum dicta meorum teſtium poſſim confirmare, vt dixi ſ. 3. q. 3. de inducijs. Ad hoc poteſt dici, ꝙ ſpeciale eſt in cauſa matrimonij, vt inducantur teſtes quandocumque, etiam poſt ſententiam 2 quia ibi non tranſit

c ſ Oſtenderit.] vel etiam infamiam poſtea contractam, vt extra de teſti. cogen. præterea. ſimile ſ. diſt. 19. ſi Romanorum. extra de accuſ. nulli.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra in c. teſtes autem. ꝙ intra xiiij. annum non poſſunt aliqui teſtificari. ſed contra hoc obijcit Gratia. de puero triginta dierum. Nam cum de fornicatione accuſaretur beatus Bricius, & diceretur filium genuiſſe triginta dierum: in medio populi profeſſus eſt ille puer Bricium ſuum patrem non eſſe. Sed ſoluitur hoc, ꝙ miracula diuina non ſunt trahenda ad conſequentiam, nec in exemplum actionis humanæ.

DE quarta vero.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes in quarum prima probat duabus auctoritatibus ꝙ nullus debet eſſe accuſator & iudex & teſtis. Sc̃da ibi, [Inſcriptio.] Tertia ibi, [De domo.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Et reſpondetur ꝙ non, vt ḟ. c. 1. & 2. niſi forte in cauſa matrimonij: vbi dicunt quidam, ꝙ idem poteſt eſſe accuſator & teſtis. arg. 35. q. 6. c. 1. & 2. & in ſumma vbi nomauit Hug. & Ioan. hoc dicit.

Teſtis & accuſator an poſſit quis ſimul eſſe.

d ſ De quarta vero.] Hic quæritur, an aliquis ſimul poſſit eſſe teſtis & accuſator? Et eſt dicẽdũ ꝙ nõ, vt ḟ. [illegible] c. 1. & 2. q.

& 2.q.1.multi.nec enim ſimul debet quis fungi pluribus officijs,vt 16.q.1.presbyteros.& 79.diſt.ſingula. In matrimonio eſt ſpeciale ut idem ſit accuſator & teſtis, ut not. 35.q.6. c. 1. tamen improprie dicitur in matrimonio accuſatio. nam miſta dicitur inter ciuilē & criminalem, vt extra de p eu.inæ. In denunciatione autē idē eſt denunciator & teſtis,vt ext. de teſt. in omni negotio.& extra de ſimo.licet. ſed ex quo ſemel quis apparuit inter accuſatores, amodo nō poteſt eſſe teſtis. ut extra de accuſ.cū. P.Mancinella.

N Vllus.] CASVS. Dicitur in hoc c.quòd nullus debet ſimul accuſator eſſe & teſtis, uel iudex: quoniā in omni iudicio quattuor debēt eſſe diuerſitates perſonarū: ſcilicet accuſatores,rei,iudices,& teſtes; & oſtenditur quod ſit officium cuiuslibet eorum: quod in littera patet.

a ¶ Accuſator.] niſi in cauſa matrimonij,ut 35.q.6.c.1.

b ¶ Quattuor.] extra de uerb. ſign. forus. contra. Sed dic quòd quattuor ſunt perſonæ,id eſt,quattuor genera perſonarū. vel dic q. appellat ibi tres teſtes,id eſt, tria genera probationum, ſcilicet inſtrumentorū[1], teſtium, & famæ 2. Sed obijcit de crimine notorio, ut extra de elē. uenerabilē. §. nos igitur.& vbi quis confitetur aliquid, & ubi iudex ex officio procedit.in his enim non eſt accuſator.Sed loquitur hic cum ordinario iure proceditur, ſcilicet in forma iudicij.

[1] Id eſt, argumentorū ſiue confeſſionum, vt ibi not. Tan.& Ber. & ſic non ob. qd not. ſ.ead. q.1. ſæpe, in gl. 1.Arch.

c ¶ Aequitate.] C.de iud.placuit.45.diſt. omnis qui.

d ¶ Ad minuendam.] non tamen ut falſo inducat aliquod ius. Sed nūquid tenet aduerſario dicere iura,quæ pro ipſo faciunt;non: tamen in corporali bello licitū eſt decipere hoſtem,ut 22.q.2.utilem.& 23.q.2.domin.

N Vllus.] CASVS. Dicitur hic q. iudex in iudicio nō debet vti acceptione perſonarum inter accuſatorem & reum: ſed æqualiter audiat vtrumque.& q. per ſe debet eſſe accuſator, per ſe reus, per ſe iudex, per ſe teſtis,& vnuſquiſque debet eſſe in ſuo officio.

e ¶ Perſonaliter.] id eſt,cum acceptione perſonæ,vt 5.q. 9. cap. vlt. quia honor vnius perſonæ non debet obeſſe alij,vt C.de digni.l.3.lib.12.11.q.3. ſi quis vero. C. de ſtat.& ima.l.4. iudex tamen magis dignum poteſt honorare,vt 2.q.7.quæritur.& q.8.quiſquis.nō tamen ſedebit cum iudice cum agitur in cauſa,vt C.de of.ciui. iud.l.1.

Perſonarū acceptio non debet eſſe in iudicio.

INSCRIPTIO. Hæc eſt ſecūda pars huius quæſtionis, in qua ponit Gratia. quattuor caſus,in quibus nō eſt inſcribi neceſſe.Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus q. inſcriptio ſemper in accuſatione debet fieri, vt accuſator obliget ſe ad pœnam talionis, vt probatur nono libro Codicis de accuſationibus,& c.Hug tamen videtur velle,q. omnia ſupradicta verba ſint de præcedēti capitulo,vſque ibi, [Vt codice] poſtea ſunt verba Gratia. Idem videtur velle Bentuen. in caſibus ſuis: ſed ego habeo.§.ibi Inſcriptio,&c.

f ¶ Inſcriptio.] Et ſi non fuerit facta,nihil valet quod actū eſt.2.q.1.in primis. ibi, quòd ſi forte hæc ſolennitet.Sed an obligabit ſe accuſans ad talionem; ar.q. ſic, extra de accu.ſuper his.C.de fide inſtru.l.2. cōtra.C. de aduo.diuer.iud.l. 1. Dico q. ſic,licet quidam legiſtæ ſecus dicant. 2

g ¶ Semper fiat.] niſi in caſibus notatis.2.q.7.in ſūma.

h ¶ Vt codice.] Iſtud vt,reſpicit verba ſequentia.

ALIQVANDO. CASVS. Dictum eſt ſ.in §. Gratiani,vel in c.ſecundum quod ſupra not.quòd in accuſatione eſt inſcriptio facienda ſemper. Nunc autem ponit Gratianus quattuor ſpeciales caſus, in quibus inſcriptio non exigitur.Primus eſt quando per officiales nunciantur præſidibus aliorum delicta. Secundus quando vir vult accuſare vxorem ſuam de adulterio iure mariti intra ſexaginta dies vtiles computandos à tempore diuortij.Tertius eſt quando quis de abigeatu accuſatur. Quartus eſt in crimine iniuriarum. In alijs vero criminibus ſemper debent fieri inſcriptiones,quæ crimen & tempus deſignent,vt alterutram partium legum auctoritas terrere poſſit.Sed in quibuſdam male dicit Gratianus hic,vt dicit Hug.in ſumma, & vt Ioan.notauit in hoc loco.

2 Addit & quando debent ſi inſcriptiones. C. & do.in quibus crimen. C. qui accuſ. non poſ.

¶ Accuſator & teſtis, vel iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt. C. I.

i N Vllus vmquā præſumat accuſator a ſimul eſſe & iudex † vel teſtis; quoniā in omni iudicio quattuor b perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe; id eſt iudices electos, accuſatores idoneos α, defenſores congruos, atque teſtes legitimos. Iudices β autem debent vti æquitate c, teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandā cauſam, defenſores extenuatione ad minuendam d cauſam.

Anſ.l.3.c.75. Burc.l.16.c.15. Iuo p.6.c.321. Pann.l.4.c.81.

† Concor. tex.in l.ſ. ff. q. me. tau. & in l. pen. ff. de arb.& in l. ſi qui viri. & l. ſi quis in tantū. ff. de iui. om.iud.

α ¶ Idoneos.] *Apud Fabianum, & Burchardum, & Iuonem hic locus ita habet*, iudices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. *Verum, quia voces illæ*, idoneos, congruos, legitimos, *ſunt in omnibus vetuſtis codicibus Gratiani & Pannormiæ, nihil eſt mutatum.*

β ¶ Iudices autem.] *Hæc neque in epiſtola ſunt, neque apud alios collectores, niſi in Paonormia.*

Item Damaſus Papa, epiſt. 3.c.7.

¶ Quilibet in cauſa duas perſonas gerere non valet. C. II.

ij N Vllus introducatur perſonaliter e, ſed accuſatores & accuſati æqua audiātur ratione, iuxta quod geſtorum ordo exigit. Accuſatores vero, & iudices non ijdē ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine. ¶ Nam inſcriptio f primo ſemper fiat g, vt talionem calūniator recipiat; quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari, vel damnari; cum & ſæculi leges hæc eadem retineant.

Poly.l.5.tit.1. Burc.l.16.c.31. Pann.l.4.c.80. Iuo p.6.c.337.

2 *Vt codice* h, *libro nono, titulo de accuſationibus & inſcriptionibus, l.7. & codice, eodem libro de adulterijs, l.6. & titulo de Abigeis, l.vnica.* ¶ *Aliquādo etiā ſine inſcriptione*

A ¶ Per

Officiales ſolum notoria denūciare debent.

a ¶ Per officiales.] Hoc exemplū non valet: quia ibi nō fit accuſatio. loquit enim in notorio crimine iſta lex, quod ſolum officiati denuntiant. ſi enim denuntiat officialis aliud crimen, ei non creditur: niſi probet legitime, vt C. de accuſ. ea quæ. C. de curio. l. curioſi, lib. 12. niſi euidens ſit calumnia, vt C. de adul. iure mariti. ff. eo. is cuius. Iure tamen nouo tenetur 1 vir inſcribere, vt in auth. vt lice. mat. & auiæ. §. cauſas. coll. 9. & extra de procur. tuæ. ſecundum canones nō videtur: q ſuſtineat pœnam talionis, vt 33. q. 5. hæc imago. Sed hoc eſt verū, cū agit ad tori ſeparationē, ſecus ſi agat ad pœnā legalē, vt extra de procu. tuæ.

Maritus ſimplici iure pōt vxorē accuſare.

1 Immo & lex antiqua dicit q ſolēnia accuſationis implere debet. ff. de adul. l. miles. §. quidā ſm L.

Ad- † officiū] ori. Ea quidē. C. de accuſ. & inſcri.

accuſatio fieri poteſt. [*Ea enim, quæ per officiales* † [a] *præſidibus denuntiantur, & citra ſolennia accuſationum poſſe perpendi incognitum non eſt.*] ¶ *Item codice de adulterijs, l. 6. Si maritus iure mariti, hoc eſt intra ſexaginta dies* [b] *vtiles adulterium vxoris ſuæ accuſare voluerit, quā ex ſuſpicione* [c] *ſola ream facere valet, non continetur vinculo inſcriptionis. Item co. de Abigeis l. vnica:* [*Abacti* [d] *animalis accuſatio non ſolum cum inſcriptionibus* [e], *ſed etiam ſine obſeruatione* [f] *proponitur.*] ¶ *Item cod. de accuſ. l. 8.* [*Si quis* [g] *ſe iniuriam ab aliquo paſſum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad ſtationarios* [h] *decurrat, ſed præſidalem adeat poteſtatem, aut libellos* [i] *offerens, aut querelas* [k] *ſuas apud acta deponens.*] ¶ *In* α *alijs* [l] *autem criminalibus cauſis dignum eſt, vt inſcriptiones præponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempuſq. deſignent, vt alterutram partem digna legum terrere poſſit auctoritas* β.

α ¶ In aliis autem.] *Lex 16. cod. de accuſ. ſic habet*, in cauſis criminalibus, *cetera vero eodem plane modo atque à Gratiano referuntur.*

β ¶ Auctoritas.] *In vulgatis hic repetebatur verſiculus.* Inſcriptio, *ex capitulo Damaſi: ſed abeſt à vetuſtioribus codicibus, & fruſtra repetitur.*

De domo etiam iudicis accuſator, vel teſtis produci non debet; ne in cauſam ſuſpicionis incidat iudex.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imp. epiſtola, cuius initium eſt: [*Propoſueramus.*]

¶ Suſpicionis incidet in crimen iudex, de cuius domo, vel accuſator, vel teſtis producitur. C. III.

CONtra ritum eccleſiaſticum, contraque venerandas leges [m] producitur accuſator de imperialibus ædibus [n], & cui imperari poteſt, ad falſum dicendum teſtimonium adhibetur. Fiunt ſuſpecti iudices, & mercenarij, & lupi cuſtodes, qui videbantur eſſe paſtores.

¶ *Caput hoc emendatum eſt ex ipſo originali Romæ impreſſo.*

QVAESTIO V.

Et Felix epiſt. 2. ad epōs Galliæ.

DE quinta [o] *vero quæſtione in concilio Carthaginenſi 3. cap. 7. ſic inuenitur definitum.*

eſ ¶ Quā ex ſuſpicione.] 32. q. 1. c. 1. & 2.

d ¶ Abacti.] id eſt, cū quis gregem abigit, vel partem gregis.

e ¶ Inſcriptionibus.] i. cū agit criminaliter.

f ¶ Obſeruatione.] i. cum agitur ciuiliter.

g ¶ Si quis.] C. de accuſ. ſi quis ſe.

h ¶ Non ad ſtationarios.] id eſt, non pedaneos iudices.

i ¶ Aut libellos.] Cū criminaliter.

K ¶ Aut querelas.] Cū ciuiliter.

l ¶ In alijs.] Male exemplificat magiſter vbi non cogitur quis inſcribere. ſed veros caſus poſui ſupra. 2. q. 3. notandum. & quæſt. vlt. in ſumma.

DE DOMO. CASVS. Iſte § reſpicit illa duo cap. ſupra poſita nullus. & nullus. vbi dictum eſt, quòd non debet eſſe idem accuſator & teſtis & iudex. Nunc vero dicit, quòd de domo iudicis non debet produci actor vel teſtis, ne iudex habeatur ſuſpectus.

COntra ritū.] CASVS. Coram Imperatore accuſabatur quidam de domo imperiali: & producebatur accuſator & teſtis cui poterat imperari. ſed Nicolaus reprehendit hoc dicēs hoc eſſe contra legem: & ex hoc iudices ſuſpecti fiunt.

m ¶ Leges.] Extra de offic. iudi. deleg. cauſam 2. ff. de iuriſdict. om. iud. qui iuriſdictioni.

1 Generaliter ſeruandum eſt. q nullꝰ ſit iudex in omni cauſa. vbi quis de domo ſuà eſt actor, reus vel teſtis, quia videt eſſe ſuſpectus. ſi hoc contingat, delegetur cauſa, ſm H. & L.

ADDITIO. In hac lege non dicitur q inſcribant: ſed dicitur quòd ſi non probant, puniuntur vt calumniatores, ſecundum Lau.

b ¶ Sexaginta dies.] à tempore diuortij computandos, vt ff. de adul. l. is cuius ope. §. pen. ſed iure extranei poteſt eam accuſare poſt hos dies etiam: dum tamen cauſa non exceſſerit quinquennium. ff. eo. tit. mariti. ſed ad tori ſeparationem etiā poſt ſeptennium poteſt, vt 33. q. 2. admonere. Conſiſtit autem ius mariti in hoc, quòd ex ſuſpicione violenta facit vxorem ream: & quòd præfertur alijs accuſatoribus: & quòd non inſcribit: & q non punitur quaſi calumniator, ſecundum quoſdam.

n ¶ De imperialibus ædibus.] id eſt. de domo cuiuſlibet iudicis 1. De hoc dixi 3. quæſtio. 5. accuſatores. iudex tamen ſuos domeſticos cogitur recipere contra ſe, vt C. de aſſeſ. ſi poſt.

DE quinta vero.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quæritur an ſit excommunicandus accuſatus, ſi die ſtatuta non veniat ad cauſam. Et certū eſt, q ſic, ſi ex cōtumacia abeſt. & agitur hic de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs.

o ¶ De quinta.] De iure tit eſt citandus quilibet, vt 24. q. 3.

igitized by Google

q.3.de illicita .ſi tamen ad primam citationem nõ venerit, delinquit: quia ſpernit mandatum iudicis, & punitur. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. 2. ff. ſi qs ius dicen. nõ obtemp. l. vnica. & præſtabit ſumptus litis de illa factos, vt de iud. ſancimus. Et agitur hic de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs, quæ dantur epiſcopis: & eædem dantur presbyteris & diaconis, vt 15. q. 7. ſi aũt. & dictum eſt de his ſ. 3. q. 2. in ſũma.

Ioan. Sol. excommunicatus eſt, ſed abſoluitur ſine expenſis quia excommunicatio tenet, niſi in duobus caſibus, vt extra de ſen. excom. per tuas. B.

b ¶ Menſis.] vel trium menſium, vt ĩ. prox. q. 3. c. 1. & q. 2. c. 2. contra.

¶ Non eſt à communione ſuſpendendus, qui die ſtatuta ad cauſam venire non potuit. C. I.

QVisquis epiſcoporum accuſatur, ad primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator. Nec à communione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam *, electorum iudicum, die ſtatuta, litteris euocatus minime occurrerit [a]: hoc eſt intra ſpatium menſis [b] ex ea [c] die, qua eum litteras accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi aliquas veras neceſsitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum [d] menſem integram habeat facultatem. Verum tamdiu poſt menſem ſecundum non communicet [e], donec purgetur. Sin autem nec ad concilium vniuerſale * occurrere voluerit, vt vel ibi cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſuæ ſententiam [f] dixiſſe iudicetur. Tempore ſane, quo non communicat, nec * in ſua eccleſia, vel parochia communicet [g]. Accuſator autem eius, ſi numquam diebus cauſæ dicendæ defuerit, à communione non remoueatur. Si vero aliquando defuerit ſubtrahens ſe, reſtituto in communionem epiſcopo remoueatur à communione accuſator † [h], ita ta-

Anſ. l. 3. c. 122.
Burc. l. 1. c. 160.
Iuo p. 5. c. 270.
Pann. l. 4. c. 106.

ĩ. 5. q. 3. ſi ægrotans.

QVisquis.] CASVS. Statutum fuit i concilio Carthaginenſi vt epiſcopi apud primatẽ prouinciæ accuſentur. Et ſi eps, qui accuſabatur, vocatus ad cauſam, die ſtatuta, hoc eſt intra menſem cõputandum à die receptionis litterarum non venerit, debet excõicari: & ſi poſtea venerit allegaturus cauſas quare non venerit, dabitur ei ſpatium alterius mẽſis: ſed remanebit excõicatus donec ꝓbet iuſtum impedimentũ: ita φ nec ſuis nec alienis cõmunicet, interim ſi non venerit finito ſecundo menſe, condemnabitur. Si vero accuſator die ſtatuta non venerit, excommunicetur reo vel epiſcopo præſente communioni reconciliato. Si tamen poſtea iuſtum impedimentum probauerit, abſoluatur: & cauſam agere permittatur: & expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt principium ſecundi menſis. Vel ſic: Epiſcopus accuſatus, ſi intra tempus vnius menſis à tẽpore receptionis litterarum non venerit, excommunicatur. ſi allegat iuſtum impedimentum, datur ei alius mẽſis: ſed remanebit excõicatus quouſq; ꝓbabit iuſtũ impedimentum: & ſi non venerit ſecundo menſe, damnabitur. ſi vero accuſator non venit die ſtatuto, excommunicandus eſt. ſed ſi iuſtam probat abſentiam, abſoluetur, & poſtmodum aget. Iſte eſt caſus ſecundũ Hug. & ſecundum eum exponitur poſt menſem ſecundum, id eſt, poſt principium ſecundi menſis.

ALIVS CASVS. Aliquis vult accuſare epm, vadit ad primatem, vocatur epiſcopus: eligit iudices epiſcopus: deinde vocatur ab eis, vt ſit tali die coram eis: & ſi tunc non venerit, ſuſpẽdatur. Si autem miſerit nunciũ quia alleget iuſtam cauſam abſentiæ, vel aliã iuſtã excuſationem, datur ei alius menſis: & ſi in fine ſecundi menſis non venerit, tunc excommunicatur. & ſecundũ hoc expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt finẽ ſecundi menſis. & ſic non obſtat ĩ. cauſa prox. q. 3. ſi ægrotans, quia ibi datur tertius menſis ad conuincendã maliciam. extra de dolo & contu. cum olim.

a ¶ Occurrerit.] Sed pone φ iudex ita dixerit, ſi non veneris die illa, ſis excommunicatus 1: & ille non venit, quia non poteſt venire, numquid erit excommunicatus? Videtur φ non. nam & auditur hic cauſa abſentiæ, & probata cauſa 2 non abſoluitur; nec enim extat conditio: quia non dicetur nõ veniſſe, ex quo caſu non venit, vt ff. de conditio. & demoſtra. l. 2. nec propoſuit iudex excommunicari ipſum in omni caſu, ſed in caſu contumaciæ tantum. argum. ad hoc ff. de ſol. ſi ſeruus decem. in fin. & cum non ſit contumax, pœnam contumaciæ nõ patit, ſi non venit, vt ff. de re iud. cõtumacia,

c ¶ Ex ea.] Nota φ computandum eſt ſemper tempus à receptione litterarum, vt hic, & 16. q. 3. placuit 2. extra de ap. ſupra eo 2. & C. de excuſ. tut. l. quinquaginta. nec computabitur dies, in quo recepit litteras, vt ff. ſi quis caut. l. 1.

d ¶ Alterum.] ſed obijcitur, aut primus menſis fuit peremptorius: aut non ſi non, quare excõicatur: contra illud 24. q. 3. de illicita? Si fuit, quare dat̃ ei alius mẽſis poſtea? Item qualiter fuit hic miſſum peremptorium prima vice: contra illud extra de dila. c. dilecti. Si vis tenere caſum Hug. dic quod hic ex cauſa fuit primo miſſum peremptorium, vt extra de in integ. reſt. cum ex litteris. in fi. & ff. de iudic. nonnumquam. & ſequens perẽptorium datur ad cõuincendam malitiam. ſic ĩ. 5. q. 3. c. 1. Secundum alium caſum non eſt primus peremptorius. ſecundum hoc dic quòd non punitur hic ſententia excõicationis, ſed ſuſpenſionis, vel alia. nam bene punitur quis in citatione non peremptoria, vt 5. quæſt. 2. præſenti. C. de iudi. ſancimus, ff. ſi quis in ius voca. non ier. l. 2.

e ¶ Non communicet.] in ſacramentis.

f ¶ Damnationis ſuæ ſententiam.] cum lis eſt conteſtata, vt dixi 3. q. 9. decernimus. vel legitur de ſententia excommunicationis.

g ¶ Communicet.] arg. φ qui eſt ſuſpenſus in vna eccleſia, & in altera: quia cũ ſit tantum vna eccleſia, non põt eſſe partim intra, & partim extra eccleſiam, vt 24. q. 1. loquitur. & 6. q. 1. ſi quis presbyter. argu. contra 3. di. diſt. ſi quis alterius.

h ¶ Accuſator.] ſed quare cogitur iſte accuſare, contra illam regulam C. vt nemo inuitus agere vel accuſare compellatur? Item nonne primo accuſator eſſet admonendus, vt C. qui accuſ. non poſ. qui crimen. Forte hoc eſt ſpeciale in epo, ſicut aliud ĩ. cauſa prox. q. 2. c. 3. & hoc obtinet cũ ex accuſatione orta eſt infamia contra epiſcopum: & ideo cogitur accuſator procedere, vt ĩ. proxi. q. 1. quidam. & q. vlti. Epiphanium. Vel hic inſcriptum fuit: & ideo cogebatur procedere vt extra de accu.

Citatio de iure debet eſſe trina.

1 No. hic l. φ talis citatus non eſt excõica. argum. extra de pign. ſignificante. ff. d ſolu. ſi ſeruus. Archid.

2 Qualiter aũt probet̃ impedimẽtũ & caſus fortuitus. vide An. & B. in l. quæſitũ & per Io. de Imo. plenius. ff. de re iu. habet̃ ẽt per Bar. in l. cõtumacia. §. ſi. ff. de re iu. & C. de naufra. l. ſi qs per Spe. in ti. de dila. § 1. ver. in ſum. per Cy. & Bal. in l. fin. C. de fide inſtr. & etiã per eundẽ. Bal. i l. qui accuſare. C. de edẽ. & An. i l. ſi. de ſerui. facit ẽt qđ not. Bar. in l. ſi qs ex argẽtarijs. §. pẽ. ff. de eden.

acc.licet.in fi. Si autem nec accuſator, nec accuſatus venit; tunc neuter eſt puniẽdus [1]. ff. ſi qs in ius voc. nõ ie. l.2.§.vlt. Itẽ habes hic, q ſi accuſator nõ ꝓbat iuſtã cãm abſentiæ, ammõ non audit̃ de illo crimine, vt extra de accu. licet. C. qui accu. non poſ. l.3. Item forte vbi de crimine agit̃ etiam ciuiliter. ff. de iure fiſ. l.2.§. ſenatus. Idẽ vbi accuſat̃ inſtrumentum falſum, vt ex. de fide inſtr. accepimus. & c. cõtingit. Idem vbi accuſatur matrimonium, vt extra qui matri. accuſ. poſ. c. ꝑ tuas. Idem vbi ꝓfigitur terminus ad inducendos teſtes, vt extra de ꝓb. licet. Idem vbi proponit̃ terminus ad exceptiones proponẽdas, vt ex. de exc. paſtoralis. Idem vbi impetit̃ ſtatus alicuius, vt C. de inge. ma. diffamari. Secus autem in ciuilibus negotijs, vbi ꝑ triennium expectat̃, vt C. de iudi. properandum.

[1] Idem ſi actor veniat & nõ reus, vel econuerſo. Iudex tamen fuit impeditus & nõ potuit adeſſe cauſæ, ꝑ primo. ext. de do. & cõtu. venerabilis. & l.6. eo. tit. c. actor. & eſt q.B. Brixiẽ.

men, vt nec ipſi adimatur [a] facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non noluiſſe †, ſed non potuiſſe probauerit [b].

† al. voluiſſe

α ¶ Electorum iudicum.] *Iſta duæ voces abſunt ab editione Colonienſi conciliorum in quattuor tomis.*

β ¶ Vniuerſale.] *In concilio ipſo additur*, anniuerſarium. *quod in Africano concilio, c.62. oſtenditur de vniuerſali concilio Africa eſſe intelligendum.*

ILli, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem epiſcoporum non admittantur: quia veritatem profeſſionis infidelitas, & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſponte crimina [a] confitentur. Et ideo replicanda eſt [b] ſolicite veritas, quam ſponte prolata in illis vox habere non poteſt. Hanc diuerſis crucitatibus è latebris ſuis religioſus † [c] tortor exigere [d] debet, vt dũ [e] pœnis corpora ſubijciũtur, quæ geſta ſunt, fideliter, & veraciter exquirãtur.

† *rigoroſus*] orig.

Item in prouerbijs, c. 11.

¶ De eodem. C. V.

QVi ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici cõmiſſum. *Item infra cap.* 25. Quę viderũt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum.

Sed aliud eſt ex charitate aliorum crimina deferre, vt quos ſecreta admonitione corrigere non poſſumus, conuictos iudicis ſententia corripiat: atque aliud, inſidiando falſa obijcere, vel inſultando vera facile exprobrare. Illud vero charitatis, hoc autem impietatis eſt officium. Vnde in eiſdem prouerbijs, c. 12. dicitur: [Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.] & infra: [Qui quod nouit, loquitur index a iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.] Item. ¶ *[Labium veritatis firmum erit in perpetuũ: qui autem teſtis eſt repentinus* [f], *concinnat*

qui ſponte aliorum crimina confitentur publice, ſcilicet detractores, quos ſi contingat recipi in excepto crimine in accuſationem vel teſtimoniũ contra eos, quia tales quamuis veritatem ſciant, non eſt eis tamen ſponte confitentibus credendum, ſed elicienda eſt ab eis veritas per tormenta à iudice eccleſiaſtico, ſcilicet archiepiſcopo cum reliquis epiſcopis, vt de ſuis latebris veritas eruatur. Sequens c. planum eſt.

a ¶ Sponte crimina.] id eſt, detractores, 3. q. 4. detractores. & 46. diſt. accuſatores. Vel aliter, id eſt ſine diſcretione.

b ¶ Et ideo replicanda eſt.] id eſt, ſæpius quærenda contra omnes ſupradictos, ſm quoſdam, quod non placet, ſed contra confitentes tantum, quia inimici & infideles numquam admittuntur.

c ¶ Religioſus.] ſed qualiter exercet religioſus vir cauſam ſanguinis. ꝯ illud. 23. q. 8. his à quibus? Sed dic ꝙ eccleſiaſticus iudex poteſt virga punire, ut 23. q. 5. c. 1. & hoc non eſt iudicium ſanguinis, ſed hic facit quæſtiones in cauſa ciuili, quod fieri licet in defectum probationum. ff. de quæſtio. diuus. & etiam in eccleſiaſtica criminali. 2. q. 1. in primis. in fi. Quidã etiam ex hoc loco dicunt viles contra clericos generaliter admitti eſſe tormentis: ſed falſum eſt, quia tantũ exceptis criminibus admittuntur viles, vt ſ. 4. q. 3. §. ſi autẽ ea cõditio.

Teſtes viles poſſunt torqueri.

e ¶ Religioſus.] iſtud obtinet in exceptis criminibus, in crimine læſæ maieſtatis, vbi accuſator torquetur, vt 6. q. 1. §. verum. C. ad leg. Iul. maie. nullus. in fi. ſed in ciuili cauſa numquã torquetur aliquis, niſi in defectum probationũ, vt in authẽ. de teſti. §. ſancimus. coll. 7. Vel dic ꝙ prima pars loquitur de accuſatore, ſecunda de teſte, viles enim teſtes bene torquentur in exceptis criminibus, vt 4. q. 3. ſi autem ea. & etiam in ciuilibus negotijs in defectum probationum, vt dixi.

d ¶ Exigere.] non per ſe, ſed per alios, vt 96. diſt. non liceat. per clericos autem, non per laicos. extra de ſent. excom. vniuerſitatis. habes ergo hic, ꝙ prælatus poteſt ſubditos corporaliter punire, ut 45. diſt. cum beatus.

e ¶ Vt dum.] hoc nõ refertur ad omnia prædicta, ſed tantum ad illos, qui ſponte confitentur. Inimicus enim non poteſt eſſe teſtis in aliquo crimine, extra de ſimo. licet Hely. poteſt tñ dici, ꝙ inimicus torqueri qñq; põt, & æſtimabit iudex an adhibebit ei fidem, vel non, vt ff. de quæſtioni. in fi. Sed vtrũ clerici debeant ſubdi verberibus pro teſtimonio dicendo dubitatur, quod videtur [1], vt hic, & ſ. ead. q. proxi. quia. & cap. presbyteri. & 45. diſt. cum beatus. Dicunt tamen quidam minores clericos poſſe torqueri, ſed non maiores. Alij dicunt omnes ſuſpectos poſſe torqueri. nam & liberi vacillantes torquentur, vt extra de accu. 2 ſuper his. ff. de quæſtio. de minore. & eccleſia virgis poteſt aliquos corrigere, 24. q. 5. cap. 1. hoc certum eſt, ꝙ minores clerici indiſtincte pro quolibet crimine verberibus ſubijciuntur, vt 35. diſt. ante. Sed maiore non, niſi pro enormibus, vt diſt. 45. in ſumma. tamen licet clerici torqueantur pro delicto, non tamen pro teſtimonio dicendo ſecundum pleroſque, qui dicunt non tenere iſtam legem. infra. ea. q. 6. presbyteri. Vel dic ꝙ clerici ſuſpecti poſſunt torqueri non à laico, ſed ab epiſcopo.

Clerici an poſſint pro teſtimonio torqueri.

1 Dicit H. notandum eſſe, ꝙ clerici ſponte aliorũ crimina confitẽtes indifferenter ſubijciuntur verberibus ſi res exigat tales recipi in teſtimonium, vt in hoc c. illi qui. & ita ipſe no. 45. diſ. in ſumma. Archi. à Al. de pœni.

QVi ambulat fraudulenter.] SED ALIVD EST. Casvs. Soluit modo Gratianus dictam obiectionem dicens, ꝙ accuſare aliquem ex charitate ad hoc vt corrigatur à iudice, officium eſt pietatis, & ad bonos pertinet, ſed falſo accuſare, vel falſa crimina alicui obijcere, officium eſt impiorum, & ad malos pertinet. Et hanc ſolutionem probat ſex auctoritatibus, quarum quinque ſunt de prouerbijs Salomonis.

f ¶ Repentinus.] Quale ergo erit reſponſum teſtis?

nam ſi cito reſpondet, videtur mendax, ſi in mora, videtur dubius, vt 50. diſt. ponderet 1.

Q Vi autem.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur, ꝙ qui calumniatur, tenetur ad pœnam talionis, & hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [Presbyteri.] Tertia ibi, [Epiphanium.] Ioan. de Fant.

perdere quod numquam habuit. 30. q. 1. puellæ. 17. diſt. concilia. 23. q. 4. Guiliſarius. 27. q. 2. §. ex his 2.

e ¶ Caſtigari.] hic vna pœna cõmutatur in aliam pœnam corporalem. ſic 12. q. 2. §. libertus. & 68. diſt. presbyter. 14. q. vlt. c. 1. ſi. ff. de accu. hos. §. omnibus. in fi.

linguam mendacij.] Item c. 13. ¶ [Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſiderate † loquitur, ſentiet mala.] & infra. [Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur.] Item Auguſtinus in pſal. 57. [Si aliquando c humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum mouentur, inſurgunt linguæ iniquiſſimorum inimicorum, cum fuiſſet miſerendum, irrident impij, vnde dolent pij.]

† inconſideratus eſt ad loquendũ] vulg. in verſ. qua dixi

a ¶ Iudex.] Sic in biblijs etiam Compluti, & Antuerpiæ impreſſis. Sed in nonnullis manuſcriptis habetur, index: Græce autem ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀναγγέλλει δίκαιος, ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος, id eſt, clarum teſtimonium dat iuſtus, teſtis autem iniuſtorum doloſus.

c ¶ Si aliquando.] Hic verſiculus videtur ſumptus partim ex verbis B. Auguſtini, partim ex gloſſa marginali, & interlineari in eundem locum ex eod. B. Auguſtino, & Caſſiodoro.

QVAESTIO VI.

Q Vi autem a, quod intulit, probare non valet, puniendus eſt.

Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis, c. 41. capit. l. 2. c. 277.

¶ Puniatur qui alijs falſa intulerit. C. I.

O Mnis, qui alijs falſa intulerit, puniatur b, & pro falſitate ferat infamiam. Anſ. l. 3. c. 92.

Item Gregorius Papa.

¶ De eodem. C. II.

Q *Vi calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſubſtineret.*

¶ *Hic Gratianus partem ſequentis capituli, quaſi quamdam per ſe ſententiam, quod non raro ſolet, præponit.*

Item in regeſto.

¶ Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat. C. III.

Q Via iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quã ſi probaſſet, reus vtiq. ſubſtineret; ac per hoc, quia ſubdiaconus crimen diacono probare nõ potuit, quoniã impoſitionẽ manus c (quã carere potuiſſet) nõ habuit, nõ ſolum a ſacerdotio d, ſed officio caruit & tamquã reuera infamis meruit verberibus caſtigari e. Nam cui cum tribus teſtibus, veluti f laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum, quod obiecit dum probare non Io. diaco. lib. 4. vitæ B. Greg. c. 11.

Casvs. Hic intitulaťr ſexta quæſtio, qua quæritur qua pœna ſit puniendus qui deficit in probatione criminis, quod obiecit. Sed quæſtio tractata eſt ſ. 2. q. 3. Sed Gratianus eam repetit, vt addat quędam de hac materia loquentia, & vt addat de commutatione & recõpenſatione pœnæ, vt qui non poteſt pati pœnam legitimam, patiatur aliam loco eius. Prima duo cap. ſequentia per ſe patent.

a ¶ Qui autem.] hæc quæſtio expedita eſt. 2. q. 3.

b O Mnis.] ¶ Puniatur.] ſi conuictus fuerit de calumnia, vt 2. q. 3. §. notandum 2.

Q Via.] Casvs. Quidam ſubdiaconus crimen cuidã diacono obiecit, ſed defecit in probatione. Quæſitũ fuit à Grego. qualiter debeat puniri? & reſpõdet ꝙ pœna talionis puniri non poteſt, cũ ſit diaconus, ſed careat promotione ſacerdotij, quam habere poterat, & executione officij, quod habet, & tamquam reuera infamis verberibus caſtigetur velut laicus puniẽd9 crimine, & illud verbũ, velut laico, in apparatu exponitur multipliciter, ſed certe per caſum poſitum debes litteram intelligere.

c ¶ Manus.] presbytero enim & diacono tantum manus imponitur, vt 20. diſ. presbyter. & c. diaconus. Sed ꝯ 49. diſt. c. 1. vbi & clerico iubetur manus imponi, ſed illud de manu benedictionis, hoc de manu cõſecrationis. Vel dic ꝙ tempore Gregorij, ſubdiaconatus non erat ſacer ordo. 31. diſt. c. 1.

d ¶ Sacerdotio.] quod habiturus erat, arg. ꝙ quis dr

f ¶ Veluti.] hic vult dicere, ꝙ ſubdiaconus conuincitur veluti laicus quantum ad hoc, ſcilicet ꝙ ſicut cauſa laici ab epiſcopo vno audiri poteſt, ſic cauſa ſubdiaconi, vt 15. q. 8. Felix. ſecus eſt in diacono. quidam etiam referunt hoc ad qualitatẽ teſtiũ, vt ſicut bigami admittuntur

1 Vel dic ꝙ hic repetit quæſtionẽ, vt demonſtret, ꝙ in calumniatorem põt eſſe pœnæ cõmutatio ſecundum L.

Perdit quis quod numquam habuit.

2 Et 33. q. 1. c. quorundã. & hoc, ſi.

f ¶ Velu-

muntur contra laicum, ſic contra ſubdiaconum, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, vt 34. diſt. lector. ſed eadem ratione homicida admittitur contra ſacerdotem, cùm ſecum diſpenſari poſſit à Papa 1.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit ab Impe-

plunt, audiantur. ſed ſi presbyteri falſitatem dixerint, licentiam habeant litigatores de falſo eos redarguere, & quanto in maiori honore ſunt poſiti, tanto maior pœna debét affici, ſi in crimine reperiant falſitatis: & illud verbum, & leges præcipiunt, ideſt, forte, in quibus caſibus laici torquentur, & ipſi torqueantur.

ſufficit, ſi corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex iuris ſimilitudine ſubiugatur. Quod enim eſſet diacono gradum amittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

¶ *In regeſto B. Gregorij hac non ſunt inuenta, ſed habentur omnia in vita ipſius à Io. diacono ſcripta, lib. 4. c. 31. Is enim poſtquã citauit epiſtolam 66. libri noni Anthemio ſubdiacono ſcriptam, inde iſta colligit,* Idcirco Gregorius non probantẽ quod obiecerat ſubdiaconum officio iubet priuari: quia iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam, &c. *vſque ad finem. Sicut autem caput hoc ex Io. diacono ſumptum eſt; ita in Decretalibus caput primum tit. de calumniat. ex ipſa Gregorij ad Anthemium epiſtola eſt acceptum.*

a ¶ Solum.] *Vox iſta abeſt ab originali, ſed ob gloſſam non eſt inducta.*

Codice libro primo, titu. de epiſcopis & clericis, l. 8. Imperator Theodoſius. 2 ¶ *Presbyteri* [a] *citra iniuriam quæſtionis teſtimonium dicant, ita tamen, vt falſa non ſimulent. Ceteri vero clerici, qui eorum † deinde gradum, vel ordinem ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges* [b] *præcipiunt, audiantur: vt ſalua tamẽ ſit litigatoribus falſi actio, ſi forte presbyteri, qui ſuo †* [c] *nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quòd nihil metuant, vera ſuppreſſerint. Multo magis enim pœna digni ſunt, quibus quam plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, ſi occulte † inueniantur in crimine †.*

¶ Item conſtitutione tertia coll. nona. ¶ *Presbyteri* [d], *ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium dixerint; ſi quidem in re pecuniaria; diuino miniſterio dumtaxat per tres annos ſeparati, monaſterio tradantur. Si in criminali, clericatus honore nudati legitimis pœnis* [e] *ſubijciantur. Ceteri vero clerici communi a iure ſub officio eccleſiaſtico pulſi, ſine delectu cauſæ legitime coercentur.*

a ¶ Communi.] *Hæc omnia verba*, communi iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, *abſunt à manuſcriptis, ſunt tamen in traſlatione, quæ habetur in codice. Nec vero Gratianus ipſa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani, aut Irnerij retulit. Quare opæpretium fuerit nouellam ipſam græcam & vulgatas interpretationes conſulere: extant enim aliquæ varietates non contemnendæ.*

Item Gregorius Ianuario epiſcopo lib. 3. epiſt. 24.

¶ Ad ſanctæ communionis miniſterium † non accedat, qui crimen illatum non probat. C. IIII.

3. EPipha-

a ¶ Presbyteri.] bonæ opinionis, ſecundum H. ſecus ſi ſuſpecti ſunt, vt ſ. ea. q. 5. illi. ſed hoc non placet 2. minores ergo clerici poſſunt coram epiſcopo torqueri, non à laico. vel non credo tenere q̃d hic dicitur.

b ¶ Leges.] circa laicos infames.

c ¶ Qui ſuo.] ideſt, propter ſuũ honorẽ.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit à Iuſtiniano, qua pœna debent puniri presbyteri & diaconi ſi de falſo teſtimonio conuincantur? Et reſpondet, ſi in ciuili cauſa falſum dixerint teſtimonium ſeparati à miniſterio duntaxat per tres annos detrudantur in monaſterium. Sed in criminali primum degradentur, deinde pœnis legitimis ſubijciantur. Ceteri vero clerici ſine delectu cauſæ legales pœnas patiantur.

d ¶ Presbyteri.] qualiter ſtatuit hic imperator aliquid de rebus eccleſiaſticis, contra id 96. diſtinct. bene quidem. niſi hoc fecerit aucto. Apoſtolica. 97. diſtinct. eccleſiæ. & cap. victor. Sed hic inſtruit iudicem eccleſiaſticum quid facere debeat. ſic infra ead. delatori.

e ¶ Legitimis pœnis.] quæ ſunt ff. de fal. L. 1. §. vlt. vbi dicitur, q̃ pro crimine falſi, ſi eſt liber, deportatur. & omnia eius bona publicantur: ſi eſt ſeruus, patiatur vltimũ ſupplicium. Vel intellige de pœnis canonicis, prout di. diſt. 50. ſi eps. Vel dic cum iudex ex officio ſuo punit teſtẽ ſm ſuũ arbitriũ punit eũ, vt C. de teſti. nullum. ſecus ſi directe accuſatur teſtis 3, vt 50. diſt. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. 1. §. vlt.

2 Vnde generaliter ĩtelligas literã vt ſonat ſecundum B. Iſi.

3 Et videas q̃d no. 2. q. 3. in ſumma. in fi. & q̃ũ legi. & not. 23. q. 5. Rex debet. & 33. q. 5. hæc imago in fi. Arch.

† al. eum

† al. ſub

† al. ſi in occulto inueniatur crimen.

Cod. eod. tit. Authentica ſequẽti. Presbyteri. Nouella 123 §. reuerẽdiſſimis.

† al. myſteriũ

ab Imperatore an presbyteri cum ferunt teſtimonium ſint verberibus ſubijciendi? Et reſpondet q̃ non propter prærogatiuam ſacerdotij, hac tamen conditione, vt falſa non dicãt, ceteri vero clerici prout leges præce-

EPiphanium.] Hæc eſt 3. pars q. in qua vult probare qualiter ſunt puniendi qui non probant quod obijciunt

obijciunt. & ad hoc ponit 2.c. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam abſentes libellum accuſationis, vt Epiphanium infamarent miſerunt epiſcopo ſuo, ſcilicet Ianuario: qui cum libello accuſationis prædictum Epiphanium ad Papam miſit, tunc Papa examinata cauſa, & cognita innocentia Epiphanij, eũ abſoluit, & mandat epiſcopo, vt illos accuſatores excommunicaret, niſi venirent & probarent crimen quod obiecerant. ita poſuit Hugo caſum. Beneuen. vero ſic ponit caſũ. Epiphanius pſbyter dicebat ſe rẽ cũ quibuſdã mulieribus habuiſſe: quod ſcelus quidam ſermone tacito nomine ſuo ſignificauit Dño Papæ Greg. quo audito præcepit Grego. Sabino defenſori, vt mulieres illas, quas presbyter Epiphanius dicebat cognouiſſe, & alios qui eiuſdẽ rei veritatẽ ſciũt, Romam adducat: quo facto & oĩbus in præſentia Papæ poſitis, cũ nullum crimẽ in Epiphanio inueniret, remiſit eũ ad Ianuarium epiſcopum, corã quo ſi ille, qui talẽ epiſtolã miſit, nõ apparuerit paratus qđ obiecit probare, à communione remoueatur. Sed primus caſus mihi magis placet. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſq. ad finẽ, quãtum ad caſus poſitionem.

a ¶ Epiphanium.] de eo agitur extra de teſti. quoniam.

b ¶ Litteris.] ſed qualiter hoc fecerit, cum non ſit admittẽda accuſatio p litteras, vt 2. q. 8. per ſcripta. & 3. q. 9. abſente: ſed hic non plene examinauit cauſam.

c ¶ Accuſatũ.] id eſt: infamatum.

d ¶ Diſcutientes.] de plano, non in forma iudicij. extra de accuſatio. olim.

e ¶ Abſoluimus.] ab obſeruatiõe iudicij, vnde poſtea admittitur accuſatio.

f ¶ Paratus.] nonne potuit accuſator pænitere, & dicere ſe errasse, vt 3. ea. q. 1. quidam. & ante lit. conteſt. põt deſiſtere accuſator, vt extra de accuſ. licet 3. in fin. ſed iſtud eſt ſpeciale in accuſatione epiſcopi, vel cum orta eſt infamia, vt dixi 3. 4. q. 5. quiſquis.

g ¶ Delatori.] confeſſo.

h ¶ Lingua.] ſed qualiter dat Papa iura de pœna ſanguinis contra illud 23. q. 8. his à quibus. ſed hic docet quid facere debeat iudex ſecularis, ſic 17. q. 1. ſi quis rapuerit. Io. de Fant.

Accuſator an & quando poteſt deſiſtere.

ſQuod edi... notans

o & do... iſta dece... licet ſolu... tionẽ, qu... primo ſe... quitur, va... de q ca n... cures. Ar...

nium [a] presbyterum quorumdam ſacerdotũ † litteris [b] criminaliter accuſatum [c]: cuius nos, vt valuimus, diſcutientes [d] cauſam, nihilque in eo obiectorum reperientes, vt ad locum ſuum reuerteretur, abſoluimus [e]. Criminis ergo eius auctores te volumus perſcrutari: & niſi qui eaſdem tranſmiſit epiſtolas, paratus [f] fuerit hoc, quod obiecit, canonicis, atq. diſtrictiſsimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ miniſterium † cõmunionis accedat.

† al. Sardorũ

† al. myſteriũ

a ¶ Epiphanium.] *In epiſtola hæc antecedunt.* Præterea noſtri latorem præſentium Epiphaniũ presbyterum quorũdam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 49.

In capitulis Hadriani. c. 49. Cap. l. 7. c. 360. Anſ. l. 3. c. 88.

¶ Qua pœna delator ſit feriendus. C. V.

DElatori [g] autem lingua [h] capuletur, aut conuicto caput amputetur. ¶ Delatores autem ſunt, qui inuidia produnt alios.

¶ *Habetur inter capitula Hadriani c. 49. allatum, quantum coniicere licet, ex legibus ſecularibus. Nam in codice Theod. lib. 10. tit. 10. l. 2. fere idem: in libro autem 7. capit. c. 360. prorſus idem habetur.*

[*Item ex concilio Eliberitano.*]

Capitul. l. 6. c. 344.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

DElator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit nõ [β] niſi in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

Burc. l. 6. c. 17. Iuo p. 10. c. 156.

β ¶ Non niſi.] *In concilio ipſo, & capitularibus legitur, nec in fine: quod in multis eiuſdem concilij decretis repetitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, atque Iuonem legitur, cõuenit canoni 13. Nicæni concilij, in quo ſic ſtatutum eſt.* De his, qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regulariſque ſeruabitur: ita, vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minime priuetur. *Hanc controuerſiam copioſe explicat Inn. 1. epiſt. 3. c. 2. Exuperio epiſcopo Toloſano.*

Item ex octaua ſynodo.

In regula Iſidori. c. 17.

¶ Qui innocentem falſo crimine maculauerit, ſacerdotis arbitrio pœna diuturna purgetur. C. VII.

SI quis falſum dixerit, vel perſonam innocentis falſo crimine maculauerit; iuxta ſacerdotis arbitrium diuturna pænitentia expurgetur.

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpoſitum nomen palea, quod ſublatum eſt auctoritate omnium vetuſtorum exemplarium, quotquot collata ſunt. Extat autẽ in regula monachorũ B. Iſidori. c. 17.*

Item ex concilio Agathenſi, c. 32.

Duo

¶ A communione coerceatur vel ſæcularis, vel laicus, qui eccleſiam vel clericum per calumniam fatigauerit. C. VIII.

Anſl. 3. c. 116. Burc. l. 15. c. 5. Iuo p. 6. c. 367. & p. 16. c. 6.

SI quis vero ſæcularium per calumniam eccleſiam, aut clericum † fatigare tentauerit, & conuictus fuerit; ab eccleſiæ liminibus, & à catholicorum communione, niſi digne pænituerit, coerceatur †.

† al. arceatur

CAVSA SEXTA.

DVo fornicatores, & infamia notati, quemdam religioſum epiſcopum de ſimonia accuſare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiſcopi iudicium expetit; tandem in probatione deficit accuſator: reus cogitur ad ſuæ innocentiæ aſſertionem.

1 *Hic primum quæritur; an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiuſmodi † accuſationem ſint admittēdi.*

† al. huius

2 *Secundo, ſi epiſcopus in eos accuſationem vertere voluerit, an ſimplici aſſertioni ſuæ ſit fides habenda.*

3 *Tertio, ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouinciæ.*

4 *Quarto, cuius iudicium ſibi ſit expetendum; ſi circa ſuam ſententiam epiſcopos ſuæ prouinciæ diſcordare contigerit.*

5 *Quinto, ſi in probatione deficit accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuæ innocentiæ.*

QVAESTIO I.

QVòd [a] autem crimine irretiti alios accuſare non poſſunt, Anacletus Papa teſtatur, epiſtola ſecunda epiſcopis Italiæ dicens.

¶ A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur. C. I.

SI ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur [b], nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari, aut calū-

DVo fornicatores.] CASVS. Supra in 2. & 4. cauſis in multis capitulis docuit Gra. ꝙ criminoſi, & infames repelluntur ab accuſatione & teſtimonio: ſed quia quædam ſunt crimina excepta, in quibus criminoſi vel infames admittuntur, ideo annectit hanc cauſam, vt oſtendat, ꝙ in crimine excepto criminoſi & infames admittuntur. Oſtendit etiam, ꝙ ſimplici aſſertioni epiſcopi non creditur, cum vult alium accuſare, & ꝙ epiſcopus accuſatus ad alium archiepiſcopum ire non debet, vt hæc & alia faciat proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones. Sunt autem crimina excepta (vt dicit H. crimen læſę maieſtatis: crimen perduellionis, quod eſt ſpecies criminis læſæ maieſtatis, crimen hereſeos, crimen ſimoniæ, crimen ſacrilegij, crimen fraudati cenſus vel annonæ. Inter hæc eſt crimen ſimoniæ, quod magis in eccleſia frequentatur.

QVòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quattuor partes. In prima probatur p 16. auctoritates ſanctorum, ꝙ infames, excommunicati, & inimici nō poſſunt alios accuſare. Secūda ibi, [Cum itaque.] Tertia ibi, [Quicūque.] Quarta ibi, [Verū.] Io. de Fan. CASVS. Hic intimlatur prima quæſtio, qua quæritur an criminoſi & infames repellantur ab accuſatione? Et certum eſt, ꝙ ſic, vt 2. q. 1. in primis. niſi in crimine excepto, vt 89. diſtin. ſi quis Papa. & 15. q. 3. ſane & pcedit hoc ordine Gra. in hac q̄ſtione. Primo probat, ꝙ criminoſi & infames non debent admitti ad accuſandum vſque ad §. ſed licet. Poſtea dicit, ꝙ in crimine excepto & ſ crimine ſimoniæ bene admittūtur teſtes iſti & ſimiles.

a ¶ Quòd autem.] in ſimonia quilibet auditur accuſans contra laicum, etiam meretrix, vt 89. diſtin. ſi quis Papa. & extra de ſimo. tāta. & hoc ideo quia omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius, vt 1. q. vlt. patet. ſecus ſi accuſatus ſit clericus, & bonæ famæ, vt 2. q. 1. in primis. in fin. immo eadem eſt diſtinctio in laico. an prius fuerit bonæ famæ, an non, vt ff. ad leg. Iul. maie. famoſi. Licet autem in exceptis criminibus admittant̄ criminoſi: non tamen ſine tormento, vt 4. q. 3. ſi ea. Si ergo clericus eſt bonæ famæ nullo crimine ſuſpectus, non auditur cōtra ipſum, vt extra de teſti. veniens. Si ē malæ, quilibet admittit̄ ad accuſandum & teſtificandū, vt extra de ſimo. per tuas. Quidā tamen dicunt, ꝙ licet viles admittantur ad accuſationem, non tamen ad teſtimonium, quia tota vis negotij pendet ex teſtimonio, ſed non in accuſatione. Vel dic, vt dixi 2. q. 1. in primis. in fin.

Criminoſi in exceptis criminibus teſtificari poſſunt.

SI ſacerdos.] CASVS. Quæſitum eſt ab Anacleto, an criminoſi poſſint accuſare ſacerdotes? Et reſpondet; quòd non; quia cum ab Apoſtolo præcipiatur ſacerdotē ſine crīne eligi, nūq̄ debet à criminoſis accuſari, ſed ab illis tantū, qui poſſunt ad ſacerdotium promoueri.

b ¶ Præcipitur.] ab Apoſtolo r, vt 25. diſt. primum ſi talc eſt crimen quod eſt accuſatione, & damnatione digniſſimum, vt 81. diſtin. Apoſtolus.

r Et ſic patet pceptū eſſe Apoſtoli ordinandum eſſe ſine crimine ſm Hug & Laur.

Omnes

OMnes.] CASVS. Dicit Hadrianus Papa, quod omnes dicuntur eſſe infames, quos leges ſæculi infames appellant. & iſti tales & alij, qui ſuis culpis non poſſunt ad ſacerdotiũ promoueri, repelluntur ab accuſatione, quia ſicut maior à minori iudicari non põt, ita nec accuſari. In ſecunda parte dicitur, quòd anathematizati repelluntur ſimiliter ab accuſatione: quia infames ſunt: nec poſſunt communicare nobiſcum, niſi abſoluantur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.] Sequens capitulum patet.

niari permittitur, nec ab alijs, quàm ab ijs, qui ſine crimine ſunt, & iuxta a electionem ſacerdotes ordinari poſſunt; & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

a ¶ Iuxta electionem.] *Sic in omnibus collatis manuſcriptis codicibus, præterquam in vno, in quo eſt,* iuſta electione. *In vulgatis erat,* iuxta electionem canonicam. *In epiſtola autem ipſa ſic legitur,* & iuxta electionem, ſi neceſsitas fuerit, aut ipſi volendo Domino ſeruire elegerint, ſacerdoteſque ſine crimine fieri, & ordinari poſsint, & tales per omnia fuerint, quales eligi ſacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 21.

¶ Infames, & qui culpis exigentibus ad ſacerdotium prouehi non poſſunt ſacerdotes non accuſent. C. II.

OMnes vero infames eſſe dicimus, quos leges a ſæculi infames appellant, & omnes, qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, vt illi eos accuſent, qui eſſe non poſſunt, quod ipſi ſunt: quoniam ſicut maiores à minoribus b non iudicantur, ita nec criminari poſſunt. Poly. l. 5. tit. 1.

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.

¶ Infames ſunt, qui regnum Dei conſequi non valent. C. III.

ILli, qui c illa peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus ait: [Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur,] valde cauendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntarie noluerint, compellendi d: quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, & in barathrum delabuntur; niſi eis e ſacerdotali auctoritate ſubuentum fuerit. ¶ Similiter & illi, de quibus ipſe ait: [Cum huiuſcemodi f hominibus nec cibũ ſumere.] quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ redintegrentur: quia, qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. Gal. 5. 1. Cor. 5.

Item Fabianus, epiſtola prima.

a ¶ Leges.] Sed & alios dicimus infames ſecundum canones, qui non ſunt infames ſecundum leges, vt bigamos, & corpore vitiatos, ſicut nec omnes dicimus infames ſecundum canones, qui ſecundum leges ſunt infames, vt mulier, quæ nubit intra tempus luctus. Io. Sed certe bigami & corpore vitiati non ſũt infames, & ſi ſint irregulares, cum non deliquerint. B. Dicũt tamen quidam, quod infamia, quæ eſt irrogata per ſententiã, vel quæ contrahitur ipſo facto, vt cum aliqua deprehẽditur in adulterio, vel cum aliquis contrahit binas nuptias, de qua agitur ff. de his qui notan. infa. quid ergo. infamia hæc non purgatur per quamtamcũque pænitentiam 1, vt 2. q. 3. §. hinc colligitur. niſi reſtitutus ſit ab illo, qui poteſt reſtituere, vt à principe, vel à ſenatu, vt 2. q. 3. §. notandũ 2. in fi. ff. de poſtu. l. 1. §. de qua. Alia eſt infamia facti, de qua agitur ĩ. ea. ſunt plurimi. & melius dicitur infamatio, quæ inducit purgationem, & illa aboletur purgatione præſtita, vt 15. q. 5. de crimine. Eſt etiam quædam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, vt hic, & 32. q. 5. præceptum, in fi. & abolетur per pænitentiam, vt ĩ. e. illi qui. tamen (vt dicunt quidam) talis non admitteretur ad accuſationem vel promotionem: quia non ſufficit, quod modo non ſit infamis: ſed quod numquã fuerit infamis. ĩ. ead. qui crimen 2. Item infamia contracta ex ſententia excommunicationis tollitur per abſolutionem, vt 3. q. 1. c. 1. ſicut finito tempore relegationis tollitur infamia orta ex ſentẽtia. ff. ad munici. ordine.

Infamia an poſſit per penitentiã purgari.

1 Quia pænitentia, &c. vt not. 15. q. 5. presbyter. I gl. quia pænitentia, &c.

2 Hoc determinat extra de tẽpor. or. c. vlti.

b ¶ A minoribus.] Honeſtate morum, ideſt, criminoſis. ne ſit contra 2. q. 7. præſumunt. & cap. lator.

ILli qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secũda de anathematizatis. In prima ergo parte dicitur, quòd illi qui mortalia peccata committunt, nõ debent recipi ad accuſandum: quia infames ſunt, & in barathrum dilabũtur: niſi eis à ſacerdotibus eſt ſubuentum; vnde ſunt ad pænitentiam compellendi.

c ¶ Illi qui.] Secundum quoſdam prima pars loquitur de criminoſis non excommunicatis. ſecunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis: ſecunda de manifeſtis criminoſis.

d ¶ Compellendi.] arg. exiſtentem in mortali peccato cogendum eſſe ad pænitentiam. 22. q. 1. prædicandum. 24. q. 3. tam ſacerdos. Argu. contra 2. q. 1. multi.

e ¶ Niſi eis.] Arg. tolli infamiam per ſatisfactionem eccleſiæ, vt 22. quæſt. 5. præceptum. 35. quæſt. 6. ſi duo. Argumen. contra. 3. quæſt. 4. conſanguineorum. & c. 2. qui. infra ead. quicumque. & 22. q. 5. patuuli. Sed dic quòd canonica infamia per pænitentiam tollitur: ſed non illa quæ irrogatur ipſo facto, vel per ſententiam. Ioan. de ipſo occulto crimine tollitur per pænitentiam 3, ſed non de manifeſto, vt extra de tempo. ordi. c. vlt. & pæn.

f ¶ Huiuſcemodi.] ſcilicet excommunicatis.

a Omnes.

a OMnes.¶ Ante ſatisfactionem.]vel iuramẽtum. extra de ſententia excommu.per tuas.

BEatus.]CASVS. Iacobus epiſcopus Hieroſolymitanus quæſiuit à Clemente, qui ſint repellendi ab accuſatione epiſcoporum? Et reſpondet, quòd quattuor genera hominum ab eorum accuſatione debent repelli, ſicut docuit beatus Petrus: ſcilicet criminoſi & irregulares: ſcilicet qui ad eumdem ordinem non poſſunt promoueri: & infames, & laici omnes: qui debent ſacerdotibus ſubeſſe; quia non debent maiores à minoribus iudicari vel accuſari. [Ab humano die,]ideſt, carnali ſenſu.

b ¶ Decente.]eum dixit, Qui ſine peccato, &c. 3. quæſt. 7. qui ſine.

c ¶ Rogabat.]ideſt, præcipiebat, ſic 11. q. 3. rogo.

d ¶ Quoniam pro minimo.] hic continua: quoniam & ſi boni ſumus.

e ¶ Vt à talibus.]ſcilicet illis, qui ſemper parati ſunt reprehendere: de quibus al. 11. q. 3. ſenti. ſed aliorum reprehenſiones attendendæ ſunt: qui licet mali non ſint, tamen ideo reprehendunt, quia eos malos eſſe credunt, vt 11. q. 3. non ſunt. 12. q. 1. nolo.

f ¶ Ab humano die.]ideſt, qui tantum humana [1] non diuina quærunt. 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

[1] Humana enim dies appellatur humana proſperitas. Archid.

¶ Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur. C. IIII.

Anſel. l. 3. c. 1. — 1. Cor. 5.

a OMnes illi ſunt ab accuſatione repellendi, quos Apoſtolus commemorat, dicens: [Cum eis nec cibum ſumere,] & ante ſatiſfactionem[a] eccleſiæ non ſunt ſuſcipiendi.

Item Clemens Papa Iacobo Hieroſolymorum a *epiſcopo, epiſt.* 1.

a ¶ Hieroſolymorum.] *Antea erat*, metropolitano. *Emendatũ eſt ex pleriſque manuſcriptis codicibus. Nam & Clemens in epiſtola ſic ipſum Iacobum vocat.*

¶ Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent. C. V.

Anſel. ibidem.

BEatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales nó erant, ab epiſcoporum † vexatione, & accuſatione dicente ‡ [b] Domino probihebat, & non niſi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulo poſt.* ¶ Infames etiam omnes, & quos primates, & leges ſæculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorũ accuſatione, & vexatione ſemper repelli debere rogabat[c], & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat: cunctorum ſacerdotum vitam ſuperiorem, ſanctioremque, ac diſcretam à ſecularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque, atque ſacerdotes ſuper carnales, ac laicos ſemper conſtituendos docebat; quoniã pro minimo[d] nobis eſſe debet, vt à talibus[e] arguamur, & iudicemur, vel ab humano[f] die. Maiores vero à minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat: quoniam non ſolum hoc diuinas, ſed & leges ſæculi inhibere docebat.

† eorum] ori. — ‡ docente] or. — 1. Cor. 4.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 68.

¶ Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt. C. VI.

Anſel. l. 3. c. 88.

QVi crimen[g] intendit, agnoſcendũ eſt, ſi ipſe ante[h] non fiat criminoſus: quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei[i] aduerſus quemcũque profeſſio. *& infra. c.* 72. ¶ Teſtes autem ſine aliqua ſint infamia, vxores, & filios habentes, & Chriſtum[k] omnino prædicantes.

3. 3. q. 11. neganda.

QVi crimen.]CASVS. Quæſitũ fuit ab Hadriano qui repellantur ab accuſatione & teſtimonio? Et reſpondet quòd ſi à tempore baptiſmi fuit criminoſus, repellitur ab accuſatione: quia vox malorum non eſt admittenda. Infames autem omnes à teſtimonio repelluntur: & qui non habent filios & vxorem fideles. [Habentes,]ideſt, ſi habuerit habeant tales.

g ¶ Qui crimen.] Si vis dicere quòd qui peccauit poſt baptiſma, poteſt promoueri ſi egerit pænitentiam; tunc dicas illum hic appellari criminoſũ, qui per ſententiã [2] conuictus eſt. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiam ipſo iure: vel de illo intellige qui pẽdẽte accuſatione qua & ipſe fuit accuſatus, voluit accuſare alium: quod non licet. 3. q. vlt. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo criminoſus: ſcilicet plenus vitijs: ſicut ille qui eſt periurus, vt 3. ead. quicumque. & licet quilibet criminoſus etiam non conuictus repellatur, vt extra de teſtib. ſuper eo. tamen ſi probat ſe egiſſe pænitentiam, bene recipitur, maxime in ciuili. arg. 50. diſt. ferrum. & ff. de ædil. edic. quod ita, licet ſit arg. contrá. extra de ſimo. per tuas. vbi dicitur quòd in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatur de æquitate quàm de rigore. Io. tu dicas breuiter, quòd ſi probatur crimen contra aliquẽ ſemper repellitur in cauſa criminali, vt 3. 2. q. 7. quærẽdum. & extra de teſti. teſtimoniũ. niſi in exceptis criminibus, ſecundum diſtinctionẽ, pluries dictã ſuperius B.

[2] Ad hoc facit quod no. 3. q. 3. c. 2. in glo. a adaptatis in fin.

Teſtis repellitur probato crimine contra ipſum.

h ¶ Si ipſe ante.]licet de illo nõ ſit cõdẽnatus. ar. extra de teſt. ſuper eo. Et eſt hic argumentũ, quòd poſt pnſam accuſat quis de crimine. 33. q. 2. admonere. 1. q. 7. ſi quis omnẽ. 50. diſt. peruenit. 48. diſt. quoniam multa 3.

Pænitentia nõ impedit accuſationem.

i ¶ Rei.]ideſt, accuſati.

K ¶ Chriſtum.]non tñ obeſt eis ſi eos inſtruxerint. 47. diſt. quantumlibet. & 43. diſt. Epheſijs. Aliud ſi neglexerint eos corrigere, vt 3. ead. diſt. legant.

3 Concor. tex. in l. quoniam mente. cũ ibi no. ff. de furt.

Si omnia

SI omnia.] Casus. Hoc c. loquitur de occultis peccatis, quæ ſoli Deo punienda relinquuntur. Eſt ergo caſus. Quidam æmuli accuſabant prælatos ſuos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant ſe pro bono hoc facere: ſcilicet vt prælati ſui fierent meliores. quæſitū fuit ab Anacleto an bene facerēt? Et reſpondet, ꝙ non: quia ſi omnia delicta occulta & manifeſta accuſarentur, & vindicarētur in hoc ſæculo, in futuro nil Deo reſeruaretur, cui ſoli occulta relinquūtur: & illi qui talia dicunt in vanum laborāt, qui Deum volūt adiuuare: & plus ſtimulis inuidiæ, quàm amore charitatis aguntur.

præſumptionem ff. quod met. cau. l. vlt. 7. quæſt. 5. [illegible] violentam condemnationem. 32. quæſt. 1. dixit. & C. de adulter. quamuis. licet ſit argum. contra. extra de præſumptio. litteras.

IPSA AVTEM. Casus. Quia ſupra conc. & c. ſi.

Non ſolum autem criminoſi, ſed etiam quilibet alij ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa, epiſt. 1. ait.

¶ Deo non placet, qui ſeruos ſuos accuſat. C. VII.

SI omnia [a] in hoc ſæculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideo ſi aliquis putat ſe Deo in hoc placere, quòd ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant, dicit ſe hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ [b] ſtimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione nō indiget: nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Teleſphorus epiſtola vnica, c. 3.

¶ Populus ſacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII. Et Iulius in decret. c. 10.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus ſunt audiendi, atque timendi, non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus ſe Domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui cupit; nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi. Populus enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi ab eo: quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. *& infra.* ¶ Dei ergo accuſat ordinationem, qui eos, qui ab eo conſtituuntur ſacerdotes, accuſat, vel damnari cupit. *Idem infra.*

Anſ. l. 3. c. 12. Iuo p. 6. c. 314. Matth. 10.

¶ Hi [a], qui non ſunt idonei, non ſuſcipiantur ad accuſationem: omnes, qui aduerſus patres armantur, infames eſſe cenſemus. Patres enim omnes venerandi ſunt, non reſpuendi, aut inſidiandi. Iuo p. 6. c. 315.

a ¶ Hi qui.] *In aliquot vetuſtis codicibus eſt caput diſtinctum à ſuperiore.*

Item Pius Papa epiſtola prima. Et Cornelius epiſt. 2.

¶ De eodem. C. IX.

OVes [c] paſtorem ſuum non reprehendant; plebs epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat: quoniā non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum. Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis, aut prauæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi. *& infra.* ¶ Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in ſuſpicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult? quia omnis ſuſpicio [d] potius repellenda eſt, quàm approbanda, vel recipienda.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 5. c. 243. Pann. l. 4. c. 36. Luc. 6.

Ipſa autē detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen iuſto Dei iudicio nonnunquam aduerſus bonos excitatur:

a ¶ Si omnia.] De occultis loquitur, quæ ſoli Deo reſeruantur. 32. diſt. erubeſcant.

3 Alij dicunt, ꝙ intelligit de eo q malo zelo accuſat & littera capituli ad vtrūq; intellectū ſatis adaptat. Arch.

b ¶ Inuidiæ.] Hic canon præſumit potius accuſationē fieri cauſa inuidiæ quàm charitatis, vt dixi 2. q. 7. ſi quis epiſcopus.

SAcerdotes.] Casus. Hoc ca. diuiditur in duas partes: in prima parte dicitur, ꝙ populus, id eſt laici non ſunt admittendi ad accuſationem ſacerdotum: quia ſubeſſe debent eis, & non præeſſe. In ſecūda parte dicitur, ꝙ accuſatores non ſunt recipiēdi niſi ſint idonei: & omnes illi qui armātur contra patres ſpirituales accuſādo eos calumnioſe, ſunt infames. Secunda pars incipit ibi, [Hi qui non ſunt.]

OVes.] Casus. Quidam laici vel clerici criminoſi accuſabant & reprehēdebant epiſcopos ex ſuſpicione: quod dicit Pius Papa non eſſe faciendum. Et hoc ꝓbat tribus rōnibus. Prima eſt, quia nō debet eſſe diſcipulus ſupra magiſtrum. Secūda, quia epī à Deo ſūt iudicandi. Tertio, qa laici vel ſubditi à prælatis talia pati nolunt.

Præſūptio eſt triplex. 2 Dic ꝙ hęc pſumptio eſt inualida & repellitur in iure, in nullo enim debet mouere animū iudicātis. 3. q. 1. primo. & in hoc capit. oues. Arch.

c ¶ Oues.] Sic 2. q. 7. oues.

d ¶ Suſpicio.] Sic 2. q. 1. c. 1. Suſpicioni temerariæ a nō creditur. 11. q. 3. in cunctis. probabilis induxit præſum- c. ſacerdotes. & c. ſi omnia. facta eſt mentio de detractione: ideo ſubiungit § iſtū, vt oſtēdat ꝙ quāuis detractio in

la ſe mala ſint: tamen iuſto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de ſe præſumitur propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per detractionem inuidorum humilientur. Quod probat p duo capitula ſequentia.
menſuram 1. Item ſi poſt primam fornicationem quis pænitet, iniungitur ei pænitentia. ſi ſecundo accedit ad eamdem, ſecūdo iniungitur ei pænitentia. talis ergo erit melioris conditionis ſi non pæniteat à principio; quàm ſi pæniteat poſtea. Item ſi ſecundo accedit ad

vt quos vel domeſtica [a] præſumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambroſius ad c. 22. Lucæ.

¶ Ne quis de ſe præſumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ *Rubrica hæc non valde conuenit ſubiecto capiti, & pie eſt interpretanda: nam ſimuli locutione vtitur Dauid 2. reg. 16. loquēs de Semei.*

Ioan. 21. IMitare Petrum tertio alibi dicentem: [Domine tu ſcis, quia diligo te.] Etenim, quia tertio [b] negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta ſunt, vt ſciatis, neminem iactare ſe debere. Nam ſi Petrus [c] lapſus eſt, quia dixit: [Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.] quis alius iure de ſe præſumat? Denique & Dauid, quia dixerat: [Ego dixi in mea abundantia [d] non mouebor in æternum;] eam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur dicens: [Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.]

Mar. 14.

Pſal. 29.

Item Gregorius lib. 9. epiſt. 39. ad Theotiſtam patriciā.

¶ Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorum contra eos inſurgunt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent, laudant [e]: & ne qua elatio de laude ſurrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur. Hinc eſt ergo, quòd doctor gentium ſe in prædicatione currere teſtatur per infamiam [f], & bonā famam, qui etiā dicit: [Vt ſeductores, & veraces.]

2. Cor. 6.

Verum hac auctoritate [g] prohibentur ſpirituales à carnalibus accuſari, non carnales à ſpiritualibus. Quod ex verbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo a ſubiunxit, dicens: [Capite languenſcente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: ſicut ſcriptum eſt [h]: [Omne caput languidū, & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.] Quapropter manifeſtum eſt diabolum, (qui ſicut Leo rugiens circuit quærens,

Euſebius in epiſtola ad Galliæ epiſcopos. ȷ. ead. c. ex merito.

Eſa. 1.

1. Pet. 5.

aliam mulieré, æqualę peccatum committit, ſicut ſi ſecundo accederet ad priorem. ſed pro illo ſecundo peccato quod facit cum altera, noua pænitētia ſibi indicitur. ergo & noua pænitentia eſt indicenda ſibi, ſi ad eamdem denuo accedat: cum par ſit peccatum: & hoc concedi poteſt 2: licet ſecundum leges qui ſæpius rem contrectat, non committit diuerſa furta. ff. de fur. ſi qui.

c ¶ Petrus.) Argu. à maiori. ſi. 32. q. 5. ſi Paulus.

d ¶ In abundantia.) ideſt, confidentia bonitatis meæ.

SVnt.) CASVS. Dicit Greg. quòd Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendi, vt ſi qua naſcitur elatio in corde bonorum ab ore laudantium, per os vituperantium ſuffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quoſdam habiti ſumus vt ſeductores: apud quoſdam habiti ſumus veraces.

e ¶ Laudāt.) hoc ē veniale peccatū. 25. diſt. criminis. ſed q cōmēdant mortalia vitia: mortaliter peccāt. 46. diſt. ſunt nonnulli.

f ¶ Per infamiam.) ideſt, quidam deſipiētes dicebant eos veraces: quidam non. 41. diſtinct. quod dixit Dominus.

VERVM. CASVS. Hic oſtendit Gratia. quòd illud cap. ſcelli-cet, oues. loquitur de malis & criminoſis, qui bonos prælatos accuſare non debent, vel reprehendere: quia hoc fit diabolo inſtigante, vt per tales reprehenſiones prælatis langueſcentibus corruant ipſæ plebes in ima: & ſic periclitentur. & oſtenditur q detractores deterius delinquunt, quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quæ ſunt intrinſeca: illi autem rapiunt extrinseca. In eo. cap. 1. inferiori parte eiuſdem cap. Scriptum eſt, in Eſaia.

a ¶ Domeſtica.) ideſt, propria vel domeſticorum perſona.

IMitare.) CASVS. Quidam iactabant ſe de bonis quæ faciebant: & putabant ſe cadere non poſſe. Sed Ambroſius oſtendit, q nemo de ſe præſumere debet, nec multum per iacturam ſubleuari. Et hoc probat duobus exemplis: ſcilicet Petri & Dauid: qui nimis de ſe præſumentes ceciderunt. Vel ſic: Nemo debet ſe iactare de bonis, nec cadat, vt Petrus & Dauid.

b ¶ Tertio.) hic videtur q toties pænitentiam faciam quoties cōmitto fornicationem etiam cū eadem muliere: & q quaſi pro diuerſis delictis ſit mihi pænitentia indicēda, vt de pæ. diſt. 5. conſideret. & de pæ. diſt. 1.

g ¶ Verum hac auctoritate.) ſ. ī. c. oues. hæc ſunt verba eiuſdem Pij: & continuantur illi c. oues.

h ¶ Sicut ſcriptū eſt.) In Eſaia.

1 Concor. tex. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi publ. & l. 4. C. de epiſc. aud.

2 Argu. ad hoc extra de re iud. lib. 6. ad apoſtolicæ. ver ſicu. deierauit, &c. Archidia.

Quie-

quem poſſit deuorare) cordibus plebium ſuadere, vt doctoribus, atque paſtoribus ſuos detractores irrogent, vel eos accuſent, ut plebes langueſcentes (non tenentibus paſtoribus frana eorum) laſciuiant, atque in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint. Multum vero diſtant damna morum à damnis rerum temporalium, cum iſta extra nos ſint; illa vero in nobis.] & infra: [Peius β malum fore non exiſtimo; quàm Chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.]

Paulo aliter in originali impreſſo Anacleti.

a ¶ Capitulo.] *Quæ ſubiungit Gratianus,* capite langueſcente, &c. *ſunt in epiſtola 3. Anacleti, & apud Iſidorum de ſummo bono lib. 3. c. 38.*

β ¶ Peius] *Sunt in prima epiſtola Alexandri primi.*

Hinc etiam Felix II. ait epiſcopis in Alexandrina ſynodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes perſequi non licet. C. XII.

QViescite (inquit ſancta, & magna Nicæna ſynodus) & nolite perſequi eos, qui recte † Deo famulantur, & ſincera voluntate superni † Dei mandata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugantur; quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales ſpirituales perſequantur.

† al. *Deo perfecte miniſtrant*

† al. ſu[illegible]

Item Anterus γ Papa epiſtola vnica.

γ ¶ Anterus.] *Sic reſtitutum eſt ex pleriſque vetuſtis. Nam antea erat* Gregorius. *Videtur tamen Gratianus hoc tribuiſſe etiã Gregorio ſupra c. ſunt plurimi. in illis verbis:* Quod ex verbis eiuſdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo, &c. *Confectum autem caput hoc eſt magnam partem ex Anacleti ſententijs in epiſtola tertia.*

¶ Subditi prælatos ſuos accuſare non debent. C. XIII.

EX merito plebis nonnumquã epiſcopi deprauantur [a] quatenus procliuius cadant [b], qui ſequuntur. Capite langueſcente cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt, qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caueat vnuſquiſque, ne aut linguam, aut aures habeat pruriẽtes, ideſt, ne aut ipſe alijs detrahat, aut alios audiat [c] detrahentes: [Sedens (inquit) aduerſus fratrem tuum loquebaris] detrahendo [Et aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum, &c.] Parcant ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos, & ſciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij ſingulorum ſit, dilectiſſimi, non ſolum oculos caſtos ſeruare, ſed & linguam, nec quid in cuiuſquam domo agatur, alia domus per eos † vnquam [d] nouerit. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplantentur inſidijs †.

Anacletus ep. 3. Iſidorus l. 3. de ſummo bono c. 38.
ſ. eadem, ſunt plurimi.
j. ea. deteriores, & 9. q. 3. facta.

Pſal. 49.

Hieron. ad Nepotianum ſimile.

† *vos*] orig.

† Idẽ Hieron. ĩ. 1. [illegible] 1. ſi cupis

Item Lucius Papa [e] epiſt. vnica, epiſcopis Galliæ, & Hiſpaniæ ſcribens.

Et Cornelius Papa epiſt. 2.

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

SApiens non eſt omnis, qui nocet.

Iuo p. 3. c. 140.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3.

QViescite.] CASVS. Docet Felix Papa in hoc c. quod boni prælati non ſunt arguendi: & hoc probat auctoritate Nicænæ ſynodi. Quieſcite à vexatione & perſecutione bonorũ prælatorum.

EX merito.] CASVS. Docet hic Gregorius omnes homines ſeruare aures & oculos & linguam ſine macula & vitio: & ſimplicitatem columbæ habere: nec debent alios & maxime prælatos infamare. & hoc probat auctoritate Dauid prophetæ dicentis: Sedẽs inquit, &c. quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui ſequuntur, procliuius corruãt: & vt capite langueſcente cetera membra langueſcãt. Seq. c. patet.

a ¶ Deprauantur.] id eſt praui epiſcopi conſtituuntur. non enim propter aliorũ merita efficiuntur mali, ſed mali, propter malorũ merita prælati fiũt, vt 8. q. 1. audacter.

b ¶ Cadant.] Quia componitur orbis Regis ad exemplum. argumen. 11. quæſt. 3. præcipue.

Regẽ imitãtur ſubditi.

c ¶ Audiat.] Sic infra, 11. quæſt. 3. non ſolum.

d ¶ Vmquam.] Scilicet per detractores: ne ſit contra. ĩ. 5. q. 5. nõ vos. Vel dic per eos, id eſt, per curioſos. vnde Iuuenalis: Scire volũt ſecreta domus, atque inde timeri.

SApiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet non eſt ſapiens, ideſt, nullus qui nocet eſt ſapiens, ſapientia virtutis, id ſapore virtutis: Sed forte eſt ſapiens ſapiẽtia ſciẽtiæ, ide l. ſciẽs. ſic enim & mali ſunt ſapientes: ſed ſoli boni ſunt ſapientes ſapore virtutis, qui ſapientia dicitur. Et ſimiliter ille qui nocet nõ eſt ſapiens. Nam innocens, dicitur qui igno-

ignorat quid noceat. 22. q. 4. innocens. H.

Deteriores.] CASVS. Hic detractores reprehenduntur, qui ſuos doctores & prælatos infamant, & dicitur quod ſunt deteriores quàm illi, qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea, quæ extra nos ſunt: detractores vero corrumpunt bonos mores noſtros: & ideo merito ſunt infames.

a ¶ Deteriores.] Peius eſt perſuadere, quàm facere. vt ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere, & l. vt tantum. & 86. diſtin. tanta.

b Svmma.] ¶ Detrahere.] ſupra diſt. 46. accuſatores.

¶ Raptoribus deteriores ſunt epiſcoporum detractores. C. XV.

1. c. c. ex merito.
Burc. l. 1. c. 138.
Deuſdedit p. 3.
Iuo. p 5. c. 239.
Anſ. l. 3. c. 11.

Deteriores [a] ſunt, qui doctorum vitam moreſq. corrumpunt, his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Ipſi enim ea, quæ extra nos, licet noſtra ſint, auferunt: noſtri autem detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſus nos armantur, proprie nos ipſos diripiunt α: & ideo iuſte infames ſunt, & merito ab eccleſia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis ſæpe paſtores deprauantur eccleſiæ, vt procliuius corruant, qui ſequuntur.

Anſ. l. 6. c. 137.

α ¶ Diripiunt.] *Antea legebatur*, nos ipſos decipiunt. *Emendatum eſt ex Iſidoro lib. 3. de ſummo bono, cap. 38. Anacleti verba, quantum conijci poteſt, referentes & optime cõuenit cum ijs, quæ antecedũt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epiſtolarum Anacleti, altero Vaticanæ, altero Florẽtinæ bibliothecæ habetur,* non nos, ſed proprie ſeipſos decipiunt.

Item Alexander Papa, epiſtola tertia.

¶ De eodem. C. XVI.

1. Ioan. 3.

Svmma iniquitas eſt, fratres, detrahere [b] & accuſare [c]. Vnde ſcriptum eſt: [Omnis, qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.]

Patet ergo, vt præmiſſum eſt, quòd carnales prohibentur ab accuſatione ſpiritualium, non ſpirituales ab accuſatione carnalium.

2 *Cum itaque crimino ſi, & infames ab accuſationibus prohibeantur, videndum eſt, quos canonum ſacra auctoritas infames appellet. De his Stephanus Romanæ eccleſiæ epiſcopus ſcribit Hilario, epiſt. 1. c. 1. dicens.*

¶ Quæ perſonæ infames habeantur. C. XVII.

Poly. l. 5. tit. 1.
Deuſdedit p. 3.
Anſ. l. 3. c. 5.
Burc. l. 1. c. 173.
Iuo p. 5. c. 291.
Pann. l. 4. c. 66.

INfames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, ideſt omnes, qui Chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt [d], ſimiliter fures [e], ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; ſepulchrorum quoque violatores, & Apoſtolorum, atque ſucceſſorum eorum, reliquorumque patrum ſtatuta libenter violantes, & omnes, qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur: ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis [publicis † [f] fugiẽtes, & qui indigna ſibi petunt [g] loca tenere, aut facultates eccleſiæ abſtrahunt iniuſte, & qui fratres calumniantur, aut accuſant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam [h] prouocant [i], & omnes anathematizatos [k], vel pro ſuis ſceleribus, ab

† hæc vox abeſt ab ori.

c ¶ Et accuſare.] ſupra 2. q. 7. ſi quis epiſcopus. de pœn. diſt. 1. homicidiorum.

PATET. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quod carnales & peccatores non poſſunt accuſare ſpirituales. Et quia facta eſt mentio de infamibus, qui ab accuſatione repelluntur; ideo oſtendit qui ſecundum canones infames appellentur.

CVM ITAQVE. Hæc eſt ſecunda pars huius q. in qua enumerat omnes infames, qui accuſare nõ poſſunt. & hoc probat per cap. ſeq. Ioan. de Fant.

INfames.] CASVS. Quæſiuit Hilarius epiſcopus à Stephano Papa, quæ perſonæ ſint infames ſecundum canones. Papa vero Stephanus reſcribit aſſignans xx. ſpecies infamium perſonarum, & quaſdam alias perſonas, quæ propter irregularitatem vel alias cauſas, nec ad ſacros ordines aſcendere: nec ſummos ſacerdotes accuſare poſſunt.

d ¶ Contemnunt.] ſi. 19. diſt. nulli.

e ¶ Fures.] ex hoc c. patet, quod omne crimen infamat ſecundum canones. & ĩ. c. omnes, & c. ſeq. Item ex hoc c. videtur, quod omne crimen ſit publicum ſecundum canones.

Crimen quodlibet infamat.

f ¶ De bellis publicis.] Tales ſunt rei læſæ maieſtatis, vt ff. ad l. Iul. maie. l. 3. & capite puniuntur: niſi quando dñm defendere non potuerint. ff. de re militari, omne. §. qui in acie.

g ¶ Petunt.] ambitioſe, vt ĩ. 1. q. 6. ſicut.

h ¶ Ad iracundiã.] extra de homi. ſicut dignum. §. illi vero.

i ¶ Prouocãt.] i. delatores, vt 5. q. vl. delatori.

k ¶ Anathematizatos.] ſupra 3. q. 5. conſtituimus.

a ¶ Legitimam.]ideſt,plenam.aliter enim non promouentur,nec aliquem poſſunt accuſare,vt ĩ.ſequitur.
b ¶ Curiæ.] 54.diſt.c.1.& 2.
c ¶ Mentem.]vt furioſi.
d ¶ Manifeſtantur.]ſupra,33.diſt.maritum.

quòd quæcumque perſonæ repelluntur ab accuſatione ſecundum leges, eædem repelluntur, ſecundum canones.

SED LICET. Casvs. Dictum eſt à principio cauſæ,ꝙ infames ab accuſatione prohibentur. Nunc vero

ecclesiæ pulſos,& omnes,quos eccleſiaſticæ, vel ſæculi leges infames pronunciant. Hi nimirum † omnes, nec ſerui ante legitimam [a] libertatem,nec pænitentes , nec bigami, nec illi,qui curiæ [b] deſeruiunt,vel non ſunt integri corpore,aut ſanam non habent mentem [c] vel intellectum, aut inobedientes ſanctorum decretis exiſtunt, aut furioſi manifeſtantur [d] , hi omnes,inquam,nec ad ſacros gradus debent prouehi,nec iſti, nec liberti, neque ſuſpecti, nec rectam fidem , vel dignam conuerſationem non habentes, ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare α.

† paulo aliter I originali.

α ¶ Accuſare.] *In vulgatis codicibus ſequebatur* , nec ad accuſationem,ſeu ad teſtimonium nullatenus iuſte poſſunt recipi. *quæ ſunt expuncta : quoniam abſunt à manuſcriptis , (vno excepto) & originali, & Burchardo, & Iuone . In Pannormia tamen hac poſtrema pars poſt verbum,* manifeſtantur, *ſic habet:* Hi omnes nuſquam nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec ad accuſationem , ſeu ad teſtimonium vllatenus iuſte poſſunt recipi.

Item Fabianus Papa.

¶ Infamis efficitur , qui ſciens peierare præſumit. C. XVIII.

Poly.l.6.tit.11. Burc.l.12.c.8. Iuo p.12.c.65.

3 QVicumque ſciens † ſe peierauerit [e] , quadraginta dies in pane, & aqua, & ſeptem [f] ſequentes annos pæniteat, & numquam ſit ſine pænitentia [g] , & numquam in teſtimonium [h] recipiatur [i] ; communionem tamen poſt hæc percipiat.

† al. ſciens peierauerit

Item Euſebius Papa,epiſt.1.ad epiſcopos Galliæ.

¶ Accuſatores † , & perſonas , quas leges ſæculi non admittunt,eccleſiaſticæ quoque repellunt. C. XIX.

† al. Accuſationes

NOs ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei , quaſcumq. ad accuſationem perſonas leges publicæ non admittunt , his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus:& nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis,quæ legibus ſæculi prohibentur.

3.q.5.de accuſatio ib. § ideirco. Anſ.l.3.c.25.

Sed licet [k] *infames ab accuſatione epiſcoporum prohibeantur , non tamen iſti ab huiuſmodi* † [l] *accuſatione prohibendi ſunt . Hæreticos namque accuſare infamibus non prohibetur, vt ſupra patuit in ea* † *cauſa , vbi de accuſatione minorum aduerſus maiores* [m] *diſputatum eſt.*

† al. huius

† al. eadem 2.q.7. per totũ.

Item.

QVicumque.]Hęc eſt tertia pars,ĩ qua ponit pœnã periuro:& ſpecificat de infamibus. Io.de Fant.

Casvs. Quæſitum fuit quam pœnam debeat pati,qui ſciẽs committit periurium.Et reſpondetur ꝙ debet pænitere per quadraginta dies in pane & aqua,& ſeptem ſequẽtes annos, & in teſtimoniũ nũquam recipiatur: cõmunionẽ tamen poſt pænitentiã recipiat.

e ¶ Peierauerit.] ĩ.3.quæſt.5.conſtituimus.

f ¶ Septem.] 22.q.5. qui ſacramento.contra.Solu.ibi.

g ¶ Sine pænitentia.] interiori.ſi.50.diſtin. clerico.

h ¶ Teſtimonium.] etiam poſt pænitentiam peractam , vt ĩ. 22.quæſt.5.paruuli.Et hoc eſt verum in teſtibus 1 . ſecus videtur in accuſatore , vt 22.quæſt.5. ſi quis cõuictus.

1 Extra de ap.quęſtioni.ibi vide ac.de præſum . litteras . & de pur.c.1.& de teſti. teſtimoniũ. Arch. Iuramentũ verum infamet.

i ¶ Recipiatur.]alibi dicitur,ꝙ iuramentũ ſolum Deum habet vltorem,vt C.de reb. cre.l. 2. non ergo incurrit infamiam. Itẽ alibi legitur,ꝙ periurium continetur ſub crimine ſtellionatus, vt ff.de cri.ſtel.l.2.ſed crimẽ ſtellionatus nõ infamat,vt ff. de crimi. ſtellio. l. 2 . ergo, nec periurium . Sol. vbi iuramẽtum non cedit in præiudiciũ alicuius , ſolum Deũ habet vltorem . Dicunt autem quidã, ꝙ ſi iuramentum eſt de futuro , ſẽper infamat:quia ibi frangitur fides Deo & homini : ſecus ſi eſt de præſenti , vel de præterito , vt C. de tranſac. ſi quis maior . Alij dicunt,quòd iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat:ſecus in iuramento quod fit in iudicijs : hoc eſt certum, quòd omne iuramentũ infamat canonica infamia 2 . Vtrum autem temerarium iuramentum repellat à legitimis actibus,dixi 85.diſt. Florẽtinum . & extra de teſti.& atteſtatio.cauſam quæ.

2 Cum iſta gl. concor. Bar.poſt gl. in l. Lucius. ff.d infam. & Al. de Imo.in l.ſi ex falſis. C. de tranſac.

NOs ſequentes .] Casvs. In hoc cap. dicitur,

ro dicit Gra. ꝙ licet generaliter prohibeantur, non tamen prohibentur ab accuſatione huius epiſcopi,qui ſimoniacus eſt,& hoc probat tali ratione,quia hæreticus vel ſimoniacus minor eſt catholico:ſed hoc an generaliter intelligatur : ſcilicet vt hæreticus ſit minor quolibet catholico,Augu.noluit definire.

k ¶ Sed licet.]in[illegible]t ex prædictis.
l ¶ Ab huiuſmodi.]ideſt,ſimoniaco
m ¶ Maiores.]vt 2.q.7.per totum.

Quæ-

QVæro.] Casus. Duæ ſunt in hoc e quæſtiones. Prima eſt, vtrum ille qui ignoranter incidit in hæreſim, grauiùs peccet, quàm ille qui ſcienter eſt auarus. Et reſpondet Aug. ſecundum illam regulam, qua peccata ſcienter facta præponuntur peccatis ignorantiæquipatari ignoranter peccanti. ſimilis compenſatio eſt 9. diſt. in canonicis. Quòd autem minus ſit peccatũ ignorantis quàm ſcientis, habes 12. q. 7. quemadmodũ. quandoq; videntur plus peccare ignoranter peccantes quàm ſciẽter, vt 24. q. 1. ſchiſma. quandoq; parificantur vt hic.

C. XX.

CVm maiores ſcientia, & moribus à minoribus accuſari prohibeãtur, non æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus; ab huius [a] ergo accuſatione non ſunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor ſit. Sed hoc an generaliter accipiendum ſit. Auguſtinus non † definiuit lib. 4. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 5. dicens.

† al. Aug. diffiniuit

¶ Caput hoc in plerisque vetuſtis exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Quare conijcere licet hæc eſſe verba Gratiani.

a ¶ Ab huius ergo.] *Locus hic emendatus eſt ex manuſcriptis. In impreſſis legebatur,* ab accuſatione huiuſmodi ſunt prohibendi: *ex qua lectione vix apta ſententia elici poterat.*

¶ Dubium eſt, an ſciens auarus, an neſciens hæreticus grauius peccet. C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui neſciens [a] in hæreſim incurrerit, an qui ſciens ab auaritia, ideſt ab idololatria non receſſerit? Secundum quidem illam [b] regulam, qua peccata ſcientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cum ſcientia vincit [c] in ſcelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæreſi ſceleris ipſius magnitudo; quod facit in auaritia ſcientis admiſſio, vt hæreticus neſciens auaro ſciẽti coæquetur. *Item cap. 20. eiuſdem libri.* Vtrum autem catholicum peſſimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quòd hæreticus eſt, non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare [d] ſententiam.

4 *Verum hoc Auguſtini, & illud de infamium accuſatione de his intelligendum eſt, quos conſtat [e] eſſe hæreticos, non de his, qui ſe negant in hæreſim lapſos. Hic autem in omnibus religioſus apparens [f], dum ſe negat hæreticæ communionis aliquando macula infectum; infames, atq. alios huiuſmodi à ſua accuſatione ipſe repellit. ¶ Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læſæ maieſtatis vana intelliguntur, ad cuius accuſationẽ dum ſocius initæ factionis admittitur; non quæritur, an cogitare contra animam principis ſit maieſtatẽ lædere; ſed an aliquis de nece eius tractauerit [g].*

1 Vnde hic loquitur de illo qui putabat illud credi ab eccleſia quod ipſe credit, nihilominus peccat. 16. q. 1. ſicut pis. Peccatum ignorantis minus eſt quàm ſcientis.

ignoranter perpetratis. auarus ergo videtur grauius peccare. Sed ſi forte tantum facit hæreſis magnitudo, quantum auaritia ſcienter admiſſa: æqualiter peccant. Secũda quæſtio fuit, an peſſimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatum præter hæreſim. Reſpondet Aug. ſe nolle hanc quæſtionem præcipitare. Gra. tamen hanc vltimam quæſtionem determinat ĩ. 2. q. 7. ſed quæritur.

a ¶ Neſciens.] ille eſt ignoranter hæreticus, qui ſequitur opinionem quam putat veriorẽ 1, vt 24. q. 3. hęreſis.

b ¶ Secundum illam.] de pæ. diſt. 2. ſciendum.

c ¶ Vincit.] Vide qualiter arg. licet enim peccatum ſit maius peccato: quia hic ſcientia præponitur ignorantiæ, tamen facta compenſatione ſcienter peccans poteſt tale eſt crimen, quod conſtat eſſe hæreſim. Vel dic quòd conſtat per famam: quia ſunt malæ famæ.

f ¶ Apparens.] hæc ſolutio eſt canonica: quia concordat cum Greg. 2. q. 1. in primis. & impugnatio, quam ponit in ſequenti §. allegando ponitur.

HÆC LICET. Casus. Obijcit modo Gra. contra ſupradicta: & dicit quòd licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti: tamen exemplo criminis læſæ maieſtatis falſa intelliguntur: in quo non quæritur, an cogitare contra animam principis ſit maieſtatem lædere: ſed an de eius nece tractauerit. eadẽ ratione nõ debet quæri an ſimonia ſit hæreſis, ſed an commiſerit ſimoniam iſte epiſcopus. & ad hoc inducit legem ſequentẽ.

g ¶ Tractauerit.] ſic ſupple in ſimonia non eſt quærendum

d ¶ Præcipitare.] Gratianus tamen in ſimili quæſtione præcipitat ſententiam, vt 2. q. 7. §. ſed quæritur, & Vrbanus eãdẽ videtur ſoluere 12. q. 1. ſcimus.

VERVM. Hæc eſt quarta pars quæſtionis: in qua quæritur vtrum infamis poſſit epiſcopum accuſare de ſimonia, cum eſſet bonæ famæ: & primum dicit quòd non; & hæc eſt vera ſolutio: ſed poſtea impugnat quod dixerat. Io. de Fã.

Casus. Iſte §. reſpicit quod dictum eſt ſupra c. quæro. in fin. cap. & ĩ. ead. §. licet. vbi videtur probatũ, quòd infames contra hæreticos & ſimoniacos admittuntur. Et dicit Grat. quòd de illis loquũtur, quos conſtat eſſe hæreticos per præſumptionẽ. & ideo quilibet criminoſi & infames contra eos admittuntur. hic autem epiſcopus, de quo in themate agitur, in omnibus religioſus apparet: & ideo infames ab eius accuſatione repelluntur.

VERVM. Grat. reſpon. illi c. quæro. & illi §. ſed licet. in quibus probauerat infames admittendos cõtra hæreticos: & ita contra ſimoniacum: & eius ſolutio durat vſque ad §. hæc licet ratione. & ibi incipit ſuam ſolutionem impugnare.

e ¶ Conſtat.] ſi conſtat, ergo non eſt neceſſarius accuſator. expone ergo cõſtat, i.

a 2. q. 1. de manifeſta. extra de accu. euidentia. Ac.

ſcendum, an ſimonia ſit hæreſis. iſte enim epiſcopus negauit ſimoniam eſſe hæreſim, & male, vt 1.q.7. patet. & ſic concludit. in ſi.

g ¶ Interuenire.] Sic 7.50. diſtinct. miror. Et nota, q quandoque prohibetur ſupplicari pro aliquo. de pœ. diſt. 1. prædixerat. & extra de hære. ad abolendam. & C. de tranſact. ſi quis maior.

FORRO. CASVS. Supra in §. [hæc licet.] poſuit pro poſitio-

SI quis.] CASVS. Statuerunt Imperatores Honorius & Archadius, q ſi quis contra principem fecerit coniurationē, vel dederit vel ſuſceperit ſacramentum de morte, non ſolum Imperatoris, ſed etiam virorum illuſtrium & ſenatorum, vel de morte cuiuslibet militis, qui militat imperatori, cogitauerit ſacramenta dando vel recipiendo. vel etiā aliud faciendo, gladio feriatur, omnibus ſuis bonis confiſcatis. filij vero eius (quibus vita miſericorditer reſeruatur) ſint remoti à conſanguineorum, & etiam extraneorum ſucceſſione: ſint etiā perpetuo infames, & illi qui pro his intercedunt, nec vllos habeant honores, nec ad ſacramenta perueniant militaria. Et ſi quis de coniuratoribus in initio prodiderit factionem, pmiū habeat & honorem: ſi vero ſero, veniam habeat.

Vnde Impp. Arcadius & Honorius in nono libro Codicis, tit. ad legem Iul. maieſtatis, le. 5. ſcripſiſſe leguntur.

C. XXII.

SI quis † cum militibus vel priuatis [a], vel barbaris etiā ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illuſtrium, qui cōſilijs, & conſiſtorio noſtro interſunt, ſenatorum etiam (nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt) vel cuiuſlibet poſtremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim ſeueritate voluntatem [b] ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt;) ipſe quidem, vtpote maieſtatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fiſco [c] noſtro addictis. Filij vero [d] eius, quibus vitam imperiali ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hereditarij criminis exēpla metuuntur † [e]) à materna, vel auita, omnium etiam proximorum hereditate, ac ſucceſsione habeantur alieni; teſtamentis extraneorum nihil capiant; ſint perpetuo egentes, & pauperes; infamia eos paterna ſemper comitetur; ad nullos vmquā honores, nulla ſacramenta perueniant; ſint poſtremo tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatium, & vita [f] ſupplicium. Denique iubemus etiam eos notabiles eſſe ſine venia, qui pro talibus vmquam apud nos interuenire [g] tentauerint. *& infra.* ¶ Sane, ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, initam prodiderit factionem; præmio & honore à nobis donabitur. Ipſe vero, qui vſus fuerit factione, ſi vel † ſero, tamen incognita adhuc conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione tantum, ac venia dignus habebitur.

† Quiſquis.] or. & eſt initium legis

† al. metuentur

† al. ſi vera

¶ Hoc & ſequens caput in vetuſtis exemplaribus ſunt coniuncta antecedenti; quare nec rubricas habent.

Porro [h] ſimoniæ accuſatio ad inſtar publici criminis læſæ maieſtatis procedere debet; ſicut Leo Imperator in primo libro Codicis decreuiſſe legitur, titulo de epiſcopis & clericis, l. ſi quemquam. Quod de accuſatione, non de pœna [i] intelligi oportet. Tit. 3. l. 29.

a ¶ Priuatis.] not. milites non dici priuatos, vt 23. q. 1. § cōtra.

b ¶ Voluntatem.] Not. quòd punitur hic ſola voluntas, vt 19. diſt. nulli. 22. diſt. omnes. quia in maleficijs voluntas ſpectatur, non exitus. ff. ad le. Cor. de ſic. diuus. Arg. contra. 32. diſtin. erubeſcant. de pæ. diſ. 2. cogitationes. 32. q. 5. Chriſtiana. Solu. regulariter voluntas non punitur niſi ad aliquem actum procedat.

Voluntas ſola nō punitur.

c ¶ Fiſco.] idem eſt in crimine hæreſis, vt extra de hære. vergentis 1. aliàs bona damnatorum regulariter reſeruantūr filijs, vt C. de bon. damna. authen. bona.

a Vbi plene, de hoc: & 23. q. 7. ſ. ſumma. ibi dicam, & videas: & idē eſt in interfectore clerici. ext. de pœn. in quibuſdā. At.

d ¶ Filij vero.] in poteſtate cōſtituti. ſi enim eos poſtea emancipaſſet, non valet, vt C. eo. l. perpenditur. argu. ff. de bo. damna. l. vlti. §. ex liberis. filij itaque emancipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam quòd hæc pœna ſpectat ad filios poſtea natos, non ad iā natos. ſed littera eis contradicit.

e ¶ Metuuntur.] iuxta illud: Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri. Et ſequitur leuiter filia matris iter. 56. diſtinct. ſi gens. vnde qui emit mancipia de genere eorum quærit, vt ff. de ædil. edict. quòd ſi nolit. §. qui. mancipia.

f ¶ Et vita.] ſupra 74. diſt. quorumdam.

poſitionem. in hoc §. ponit aſſumptionem ſui argumenti, ſic: Supradictum eſt de accuſatione criminis læſæ maieſtatis. ſed accuſatio ſimoniæ procedit ad inſtar criminis læſæ maieſtatis. quod de accuſatione tantum, ſcilicet vt quilibet poſſit accuſare, & non de pœna eſt intelligendū: & q crimen læſæ maieſtatis differat in pœna à ſimonia, probat per legem ſequentem.

h ¶ Porro.] Hic ponit aſſumptionem argumenti ſui. præmiſit enim primo propoſitionem.

i ¶ Pœna.] in crimine enim ſimoniæ conuictus deponitur, vt 15. quæſt. 3. ſane, ſed hic capite punitur. Qualiter iſti paſſificentur, notaui 15. q. 3. ſane. & cap. nemini. Sed numquid ordinatus ſimoniace poteſt ordinatorē ſuum conuenire de hoc; cum accuſatores conſequantur præmium.

Simoniace ordinatus ordinatorē ſuū conuenire neq

y Et bene. ar.3.q.ſi.c. vlt. ſecundũ Io. de Fan. In his ergo quæ ſunt expreſſa: ſimilis eſt accuſatio: ſoi licet vt accuſatores admittantur & ſolennitates ſeruẽtur. ſecundum B. ſiſ.

præmium, non credo y. licet dicatur hic quòd omnes accuſatores admittantur.

NVllus.] CASVS. Iudex in cauſa criminali volebat militem, vel nobilem aliquem, vel in dignitate conſtitutum verberibus ſubijcere. Quæſitum fuit ab Impera-

Tit.8.l.4.

Vnde Imppp. Valẽtinianus, Valẽs, & Gratianus AAA. libro nono Codicis, titulo ad l. Iuliam maieſtatis, l. nullus.

C. XXIII.

NVllus omnino, cui inconſultis, ac neſcientibus nobis fidicularum [a] tormenta inferuntur, militiæ [b] vel generis [c] aut dignitatis [d] vti defenſione prohibeatur; excepta [e] tantum maieſtatis cauſa, in qua ſola omnibus æqua conditio eſt.

Sed cum omnes illi aſſumantur in hac accuſatione ſimoniæ, qui poſſunt accuſare de crimine maieſtatis; conſtat, quòd ſicut ibi non dubitatur de crimine maieſtatis, ſed an reus commiſerit illud; ſic & hic non negatur hereſis; ſed impetitur accuſatus, an commiſerit hereſim.

QVAESTIO II.

QVòd autem [f] quæritur, ſi epiſcopus in accuſatorem accuſationem vertere voluerit, an ſuæ ſimplici aſſertioni fides ſit adhibenda; facile ſoluitur, ſi ſanctorum Patrum auctoritas diligenter inſpiciatur. Vt enim ſancti Patres definiunt, nullius perſonæ quantumlibet exercitatæ confeſſioni fides eſt adhibenda, niſi competentes probationes adhibeat.

3.q.6.c.vlt.

Vnde in Carthag. concilio 4. c. 29. legitur.

¶ Epiſcopus alicui crimen objiciens in ſynodo probet, quod objicit. C. I.

EPiſcopus, ſi clerico, vel laico [g] crimen impegerit, deducatur ad probationem in ſynodum [h].

Sed objicitur. Si ſe ſolum alieni ſceleris conſcium nouerit, probare illud teſtibus non valet. Quid ergo tunc ſibi faciendum ſit, ex concilio Vaſenſi primo, c. 8. ſic diffinitur.

Gratia. bene ſoluit in illo §. verum. & illa ſolutio concordat cum Grego. 2. q. 1. in primis. & q. 7. accuſatio. & quæ poſtea dicuntur in ſequentibus §. ſunt allegationes, hoc dicit. Io. & etiam bene. H. tamen & Cardinalis non excuſant eum, ſed dicunt eum male dixiſſe, niſi in illo. §. verum. Poſſet etiam dici, quòd epiſcopus iſte, de quo agitur in principio thematis, infamatus erat, licet religioſus appareret: ideo non prodeſt ei ſi negat ſimoniam eſſe hæreſim, ſed an commiſerit. vnde infames bene admittuntur contra ipſũ. & ita ſecundum hoc bene dixit Grat. per totum §. niſi in §. illo [verum.] vbi loquitur allegando ſecundum hunc intellectum.

QVod autẽ.] CASVS. Hic ponitur ſecunda q. qua quæritur, ſi epiſcopus accuſatus vertat accuſationẽ ſuam in accuſatorem, an ſit ſuæ ſimplici aſſertioni credendum, ſcilicet ſine teſtibus. Et reſpondetur quòd non. vt j. ea. c. 1. 2 & 3.

f ¶ Quod autem.] nũquam ſoli epiſcopo creditur. 4. q. 3. iuriſiurandi. nec tenet lex 11. q. 1. quicumque.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur hic quòd ſi epiſcopus impoſuerit crimẽ aliquod alicui clerico vel laico, probare debet illud in ſynodo, & conuentu clericorum. Et quod dicitur de laico intelligas de crimine eccleſiaſtico. vt eſt crimen vſurarũ, hæreſeos, ſimoniæ, adulterij, ſcilicet quo ad tori ſeparationem, & omne crimen quo ad denuntiationem ad pœnitentiam.

Imperatore, an poſſit ſe tueri ratione militiæ vel generis vel dignitatis. Et reſpondet quòd ſic, non tñ in crimine leſæ maieſtatis, in quo omnibus æqua eſt conditio.

a ¶ Fidicularum.] id eſt, chordarum, quæ ligantur circa frontem hominis, & ſtringitur caput per eas, & eſt fides idem quod chorda, vt ibi, Me fide perſpicuus Troiæ munitor amauit.

b ¶ Militia.] C. de quæſtio. milites.

c ¶ Vel generis.] C. de pœ. l. decurionum.

d ¶ Aut dignitatis.] C. de quæſtio. decuriones.

e ¶ Excepta.] vbi nullus poteſt ſe excuſare aliquo priuilegio, tenet lex. 11. q. 1. quicumque.

SED CVM. CASVS. Hic concludit Gratianus ex ſupradictis hoc modo. Cum ſimonia & crimen læſæ maieſtatis paria ſint in accuſatione, ergo ſicut in crimine læſæ maieſtatis non dubitatur, an ſit crimen læſæ maieſtatis, ſed an cõmiſerit illud: ſic in crimine ſimoniæ non dubitatur ſimoniam eſſe hæreſim, ſed an cõmiſerit ſimoniam, licet neget hæreſim eſſe. Sed nota, quòd

g ¶ Laico.] ſed huic c. eſt contra 11. q. 1. experientiæ. & c. ſi quis cum clerico. Sed quod hic dicitur, intelligas de eccleſiaſticis criminibus. Poteſt tamen clericus iudicare de omni crimine quantum ad iniungendam pœnitentiãm. j. ea. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. prædicandum. & ext. de iud. nouit 2. Vel loquitur ſecundum tempora Apoſtolorum, quando omnes cauſæ deferebantur ad eccleſiam, vt 11. q. 1. relatum.

Clericus an de omni crimine poſſit iudicare.

h ¶ Synodum.] id eſt, conuentum clericorum, qui concilium appellatur. 12. q. 2. placuit. & c. epiſcopus 2. qui ſine eorum præſentia non debet cauſas audire. 15. q. 7. epiſcopus nullius. & hoc intelligo de criminali negotio, ſed in ciuili cã eligũtur arbitri, vt 11. q. 1. ſi clericus.

z Et optime extra vt eccl. bene. c. 1. ver. & ideo. & nota extra de of. or. c. 1. licet aliter videatur notari per Bar. & In extra de purg. can. nos inter.

SED OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſ. in §. quod autem quòd ſoli epiſcopo non eſt fides adhibenda. Nunc vero objicit, id eſt, incidenter quærit, quid

Digitized by Google

ſit faciendum cum epiſcopus ſciat alicuius delictum, ſed teſtibus probare non poteſt. & de hoc reſpondet per ſeq. cap.

SI tantũ.] CASVS. Quidam epiſcopus ſolus nouit crimen ſui parochiani, vel quia ſolus vidit eum peccantem, vel quia peccator ſibi dixit: nolebat corrigi, eps eum volebat remouere à communione aliorũ: quęſitum fuit in cõcilio Vaſenſi quid iuris ſit, reſpondet quod epiſcopus debet eum ſecreto monere, vt reſipiſcat: ſed non debet publicare crimen eius, cũ pbare nõ poſſit. Si autẽ ille factus pertinacior ſe ingerat publicæ communioni, quamdiu epiſcopus probare non poteſt, indennis erit quò ad epiſcopum, ſed ſtabit in communione omnium, niſi in communione epiſcopi, ſupple priuata, vel ſi voluerit epiſcopus, tamen non vitabit eũ in publico, ſed in ſecreto. Quidam tamẽ vt Bene. intelligunt hoc c. de excõmunicato, quem epiſcopus non poteſt probare fuiſſe excommunicatum; ideoque publice communicabit ei, ſecreto autem vitabit illum.

¶ Epiſcopus non proferat, quod probare non poteſt. C. II.

SI tantum [a] epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit, quamdiu probare non poteſt, nihil proferat [b]; ſed cum ipſo ad compunctionem eius ſecretis correptionibus elaboret. Quòd ſi forte correptus pertinacior fuerit, & ſe cõmunioni publicæ ingeſſerit, etiam ſi epiſcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, probatione deficiat, indemnatus « [c] (licet ab ijs [d], qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus [e] pro perſonæ maioris auctoritate iubeatur [f]:) ille tamen, quamdiu nihil probari poteſt, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit. Iuo. p. 5. c. 364.

« ¶ Indemnatus.] *In originali legitur*, indemnatus licet, ab his, qui nihil ſciunt, ſecedere ad tempus pro perſona maioris auctoritatis iubeatur, illo, quamdiu probari nihil poteſt, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanente.

Item ex concilio Africano, c. 99. & 100. & Carth. 7. c. 5.

¶ De epiſcopo, qui ſibi ſoli dicit aliquem crimen ſuum fuiſſe confeſſum. C. III.

Burc. l. 19. c. 127. Iuo p. 5. c. 363.

PLacuit, vt ſi quando epiſcopus dicit aliquem ſibi ſoli [g] proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget †, non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur. Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare [g], quamdiu excommunicato [h] non communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab alijs non communicetur epiſcopis; vt magis caueat [i] epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod alijs documentis conuincere non poteſt.

† *neget, & pænitere noluerit, nõ putet, &c.* Africanum.

a ¶ Si tantum.] Hæc duo cap. intelligit H. de occulto peccatore, & dicit, quod ſi ſcio aliquem eſſe in mortali peccato, licet ſit occultum, debeo ipſum vitare occulte, ſed non publice: nec poſſum eum de hoc accuſare cum non habeam teſtes: ſed illud eſt perdurum, vt omnem quem ſciam peccatorem debeam euitare; & eſt illud cõtra 2. q. 1. multi. Sed tu ponas caſum ſic. Epiſcopus aliquis ſolus ſcit aliquem in canonẽ incidiſſe 1, debet eũ corrigere priuate; & ſi incorrigibilis ſit, priuate vitabit eum, non publice, ne ſit proditor criminis, vt extra de ſent. excommu. cum non ab homine. in princip.

Criminoſus occultus, an debeat vitari à ſcientibus ipſum eſſe talem.

1 Hic fuit caſus Ben. qui cõprobat per decreta & ſen. excõ. cũ nõ ab homine. ſed G. intellexit hoc c. ſi tãtum de excõicato nõ à ſententia, vt 11. q. 3. §. euidenter in fi. Arch.

b ¶ Proferat.] accuſando publice.

c ¶ Indemnatus.] ſic ordina litterã, ille tñ idemnatus. i. non damnatus, in communione omnium permanebit.

d ¶ His.] id eſt, quantum ad eos, qui nihil ſciunt de excommunicatione illius, vel de crimine eius, vt extra de ſent. excom. cum illorum.

e ¶ Ad tempus.] id eſt, dum eſt in peccato.

f ¶ Iubeatur.] iubere enim poteſt prælatus aliquem, vt abſtineat à ſua priuata communione, vel etiam à communione ſacramentorum: quia in ſecreto poteſt præcipere talia hominibus peccãtibus. 33. diſt. habuiſſe. tamẽ per ſolam nõ poteſt aliquis aliquem ſecreto ſeparare à participatione ſacramentorum, vel etiam ſuſpendere. poteſt etiam quis cum ſcit aliquem criminoſum, ſuo prælato dicere vt ipſum corrigat, vt 22. q. 5. hoc videtur. Vel expone, iubeatur. id eſt, moueatur. ſic 31. quæſt. 1. hac ratione. ſecundum præmiſſa patet, quòd non obſtat ·j· de conſecra. diſt. 2. non prohibeat. 93. diſt. ſi inimicus. 7. q. 1. ſcire. & 11. q. 3. quibus epiſcopi. vbi dicitur, quibus epiſcopi nõ communicant, nec nos cõicare debemus: quia illa c. de publice excommunicatis intelliguntur 1.

PLacuit.] CASVS. Bene. ſic ponit hunc caſum. Quidam confeſſus eſt ſuum delictum ſoli epo velut homini. poſtea cum ſuum delictum corrigere nollet, epiſcopus excommunicauit illum, nec ei communicare volebat. ille conqueſtus eſt in Africano concilio. eps replicabat, quod ille fuerat ſibi confeſſus crimẽ, ſed nõ poterat teſtibus probare. quęſitũ eſt quid ſupèr hoc ſit faciendũ. & reſponſum eſt in concilio Carthaginẽſi, quod eps ex quo nõ poteſt crimen probare, non doleat ſi ei nõ credat, & quã diu non vult communicare illi in publico, tamdiu nõ communicetur ſibi ab alijs epiſcopis. Ego autem ſic pono caſum, Aliquis confeſſus fuit ſoli epiſcopo crimen ſuum, propter quod inciderat in excõmunicationem. epiſcopus vitabat eum in publico. quæſitum fuit in cõcilio Carthaginẽſi, an bene faceret epiſcopus? & reſpondetur quod non: nec putet ſibi ad iniuriam quod ei ſoli non creditur, ſi dicat eum eſſe excommunicatum. & quamdiu non communicauerit ei tamdiu ab alijs epiſcopis non communicetur ei.

1 Illud ab c. loquitur de tali delicto propter quod delinquẽs incidit in canonẽ latæ ſententiæ. aliàs eſſet contra 2. q. 1. multi. quia de peccatore non poſſumus vitare vt ibi dicit ſecundum Pe. Vel dic quod loquitur de eo quẽ eps nullis manẽſtis cauſis ordinario iudicio ... bitoẽ damne aliud ... propter ... tali tal. qui iam in præd. c. quibus Arch.

g ¶ Sibi ſoli.] non tamquam Deo, ne ſit contra de pæ. diſt. 6. ſacerdos. ·j· 11. q. 1. quicumque contra. Sed illud non tenet. ſic ergo dicto ſolius epi non creditur, nec etiã ſcripto niſi adſit ſubſcriptio, vt extra de teſti. cũ à nobis, niſi hoc habeat conſuetudo, vt extra de fide inſtru. cũ dilectus. nam litteris ſuis creditur, quibus ſignificat ſe aliquem excommunicaſſe, vt 11. q. 3. curæ.

h ¶ Excommunicato.] id eſt, quem dicit excõicatum.

i ¶ Caueat.] ecce pœna illius, qui iniuſte vitat aliquem vel iudicat. ſic 2. q. 1. nemo.

In-

IVdicium. CASVS. Hic ponitur tertia quæſtio, in qua quæritur, an liceat ſibi expetere iudicium alterius metropolitani: & reſpondet quod non, vt j. ea. c. 1. 2. & 3. niſi de licentia ſui metropolitani, vt 2. q. 6. placuit. & 91.q.1.

in alienam meſſem, ideſt, in alienum iudicium non debes manum extendere, ſed prædicatione & bonis operibus debes homines à vitijs ſeparare.

b ¶ Mittere.] nec ordinare, nec aliqua ſacramenta dare poteſt in alterius epiſcopatu. 9.q.2. cap. 1. & 2. ſecus de proconſulibus, qui inſignia ſua extra prouinciam ferunt, & voluntariam exercent iuriſdictionem. ff. de of. proconſ. l. 1. & 2.

c ¶ Communicare.] *Sic in Carthaginenſi ſeptimo, cap. c. cui ad verbum reſpondet hoc caput. In Africano autem, hic ſequitur*, ſecrete tamen † interdicat ei communionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba*, Quamdiu, &c. *ſunt initium capitis centeſimi.*

† abeſt ab aliquot exemplaribus.

QVAESTIO III.

IVdicium [a] *vero archiepiſcopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.*

Vnde Gregorius ait reſpons. ix. ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.

¶ Alterius parochianum alicui iudicare non licet. C. I.

Deuter. 23.

SCriptum eſt in lege: [Per alienam meſſem tranſiens, falcem mittere [b] non debet, ſed manu ſpicas conterere, & manducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam ſegetem, quæ alteri videtur eſſe commiſſa: ſed per effectum † boni operis frumēta Dominica vitiorum ſuorum paleis expolia, & in eccleſiæ corpus monendo [c], & perſuadendo, quaſi mandendo, conuerte.

† *affectū*] ori.

Item Pelagius Papa ſecundus, epiſtola prima, omnibus epiſcopis.

¶ Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat. C. II.

Poly. l. 5. tit. 1. Anſ. l. 6. c. 107. Pann. l. 4. c. 24.

SCitote certam prouinciam eſſe, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum metropolitanum †, alioſq. ſuffraganeos † x. vel xj. epiſcopos [d] iudices: ad quorum iudicium omnes [e] cauſæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ac ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iuſte, conſona voce diſcernantur †, niſi ad maiorem auctoritatem fuerit ab ijs, qui iudicandi ſunt, appellatum. Vnde non oportet, vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia: ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes, & epiſcopos, ſingulos videlicet ſecundum [f] ordines ſuos; & quicumque cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicetur, & non ab alienis; id eſt à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis [g] †, niſi (vt iam eſt prælibatū,) à iudicandis † fuerit appellatum.

† *epiſcopum*] orig.
† *ſuffragatores*] orig.
† *al. decernantur*
† *al. externis*
† *al. iudicatis*

Item Nicolaus Papa.

e ¶ Monendo.] non tamen publice eis prędicando tamquā ius in eis habens. 71. diſt. hortamur. & 9. q. 2. epiſcopū. arg. 13. q. 1. c. 1. 16. q. 1. interdicimus. ſed ſine ſollēnitate ad bonum monendo 1, quod quilibet poteſt facere, & ēt monachus, 16. q. 1. c. 1. & c. quia iuxta. ſecū dum alios poſſūt prædicare, non tamen :ō citando turbam. 16. q. 3. placuit 2. quia illud non conſiſtit in contentioſa iuriſdictione. Nec refert quis prædicet, ſed quid prędicet. 19. diſt. ſecundum Ioan.

1 Quidam dicunt hoc eſſe verum ſi inuitet. 7. q. 1. epiſcopi, vel presbyteri. vbi de hoc, Archid.

SCitote certam eſſe.] CASVS. Docet hic Pelagius, quæ dicatur certa ꝓuincia, ſcilicet quæ habet x. vel xj. ciuitates, & vnum Regem, &c. & quod ad iudicium comprouincialium omnes cauſæ epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum debent referri, vt ab eis voce conſona diſcernantur, niſi appellatum fuerit ad maiorem.

d ¶ Epiſcopos.] Hoc ideo eſt ſtatutum, quia cauſa epiſcopi coram xij. epiſcopis tractāda. 15. quæſt. 7. ſi quis tumidus.

e ¶ Omnes.] argu. archidiaconos non eſſe iudices.

f ¶ Secūdū ordines.] ergo medio prætermiſſo non eſt ad ſuperiorem eundum, vt 2. q. 6. c. anteriorum. vel illo videlicet. & c. decreto. & q. 7. metropolitanum. Et ſic eſt arg. quod omiſſo archidiacono non itur ad epiſcopum, vt extra de offi. arch. c. 1. & 18. q. 2. cognouimus. & arg. contra extra de præben. referente.

Appellandum non eſt omiſſo medio.

ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de ap. dilecti. dic vt ibi Archi. De hoc etiam habes 25. diſt. perlectis.

g ¶ Ab extraneis.] ergo metropolitanus eſt extraneus iudex. non eſt ergo iudex prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, quære 9. q. 3. c. 2. lo.

11. q. 1. clerum.

a ¶ Iudicium.] Nulli licet habere iudicem alterius prouinciæ, niſi per appellationem, vt 3. q. 6. non liceat.

SScriptum.] CASVS. Docet hic Greg. quod iudex iudicare non debet alterius parochianum, & hoc probat auctoritate legis Moſaicæ, ſcilicet in Deutero. vbi præcipitur, quod trāſiens per meſſem alienam falcem inmittere non debet, ſed conterere ſpicas manibus poteſt, & comedere. Hanc auctoritatem exponit Greg. dicens, quod

DEnique.]CASVS. Suffredus epiſcopus ſentiens ſe criminoſum, vel ita infirmitate grauatum, quòd nõ poterat prodeſſe ſubiectis, adiuit primatem non ſuum, vel epiſcopos alterius prouinciæ, & coram eis volebat epiſcopatui renunciare. Illi autem epiſcopi vel primas crimen eius examinanerunt, & renuntiationem receperunt. Quod quia male actũ eſt, nec debuit fieri ſine auctoritate Papæ: ideo Papa cuidam cõmittit vt Suffredum reſtituat, & ſi poſtea quid fuerit corrigendum, ab eo diffiniatur: vel ita reſtituatur & poſtea de cauſa cognoſcatur.

a ¶Vel infirmitate.] vel malitia plebis, vel defectu ſcientiæ, vel irregularitate, vt extra de renũ. niſi cum pridem.

b ¶Reſtituatur.] ſed nonne debuit perdere locum ſuum: quia ſpontanee reſpondebat coram extraneo iudice. 11.q.1.placuit. & 3.q. 6. non liceat? Sed dic, quòd Papa pepercit ei. Et eſt hic argumentum de illicita renuntiatione, quòd non teneat ſi fiat ignorante prælato ſuo, vel ſi fiat in manu alterius 17.q.2.Gonſaldus. extra de renuntia. admonet. ff. de offi. præſi. legatus. Sed cõtra: quia etiam tacite quis renuntiat iuri ſuo. extra de ijs, quæ fiunt à ma. par. c. ex ore. & 7. q.1. eos. & extra de renun. quod in dubijs. & 32.q.1. de beneficio. 7.q.1. quàm periculoſũ. Dico, quòd ipſe non poteſt repetere; quia renuntiatio tenet quantũ ad ipſum: ſed eccleſia poteſt eũ repetere 1, vt 7. q. 1. non oportet, & c. eos. Vel dic, quòd renuntiare poteſt ijs, quæ ſpectant ad onus, ſed non ijs, quæ ſpectant ad honorem. non enim ſubditus poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem ſui epi. extra de foro compe. ſi diligenti. Ioan.

Renuntiatio illicita an teneat.

1 Dic hoc eſſe verum in prælaturis & beneficijs iã quæſitis, ſed ſecus ſ acquirendis, in præd. c. ex ore. ſecundum Goffre.

¶Non aliorum, ſed primatis ſui iudicio quiſque ſe ſubijciat epiſcopus. C. III.

DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimẽ nouerat, quo rectè poſſet epiſcopatu priuari, vel infirmitate [a] ſe ſentiebat forſitan prægrauari, quà impeditus nullis poſſet proximis ſua prælatione prodeſſe; primatis ſui debuerat, & non aliorum diœceſeos antiſtitum præſtolari iudicium. Quòd ſi quælibet ambiguitas, vel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione vel epiſcopatus abrenuntiatione oborta fuiſſet contentio; ex more ad Apoſtolicam ſedem referri conuenerat; & noſtra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omiſſum [a] hactenus dolemus; dilectiſsimã mihi gloriam veſtram vehementer efflagito, vt iã dictus Suffredus epiſcopus proprio reſtituatur [b] epiſcopio: & ſi quid reprehenſione dignum geſsit; poſtea vel correctione, vel digna animaduerſione definietur.

a ¶Omiſſum.] *Locus hic emendatus eſt ex pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus.*

Eſt tamen caſus, in quo epiſcopus alterius parochianum excommunicare valet.

Vnde in concilio apud Compendium, c. 5.

¶Quando epiſcopus alterius parochianum excommunicarè valet. C. IIII.

PLacuit pro communi vtilitate, & inſtante neceſsitate; vt nullus epiſcoporũ grauiter ferat; ſi eius parochianum [c] pro deprædationis cauſa alter epiſcopus excommunicauerit.

Burc. l. 11. c. 12. Iuo p. 14. c. 82.

[Item ex concilio Meldenſi, c. 2.]

EST TAMEN. CASVS. Dictum eſt in c. ſcriptum. dictum eſt, quòd aliquis nõ debet mittere manum in meſſem alienam: ſed quia caſus eſt in, quo poteſt quis alienum iudicare parochianum, ideo Gratia. ponit iſtum §. vt dictum oſtendat caſum.

PLacuit.]CASVS. Statutum fuit in conc. vt nullus epiſcopus doleat, ſi eius parochianus excommunicetur ab alio epiſcopo propter prædam quam fecit in ſuo epiſcopatu.

c ¶Parochianum.] ſed nonne epiſcopus poteſt punire exemptos, qui delinquunt in ſua diœceſi? Videtur quòd ſic per c. iſtud. & 2.3.q.6.c.1. & extra de hæret. ad abolendam. in ſi. vbi dicitur, quòd nullum priuilegium iuuat. & extra de priui. tuarum. in fin. Item negligentiam talium poteſt ſupplere, vt extra de ſupple. negli. præl. ſicut. extra de priuil. patentibus. Item quia ratione delicti perditur priuilegium. 11. quæſt. 2. priuilegium. Item quia reatus omnem honorem excludit, vt C. vbi ſe. vel cla. l. 1. Item quia in prouincia quis deliquit; illic iuri ſubiaceat nullo ſe excuſaturus priuilegio. C. *vbi de crimine agi oporteat.* Auth. qua in prouincia. non enim prætextu priuilegij conceſſi, flagitiorum creſcet audacitas, vt C. de priui. ſcho. l. 2. li. 12. ad idem in Auth. de manda. prin. §. quòd ſi delinquentes in geneſis. coll. 3. vbi dicitur: non permittas nocentes aliquibus vti priuilegijs. E contra probatur, quòd non poſſunt puniri, vt extra de priuil. ſane. & c. cum capella. 16. q. 1. frater noſter. & expreſſe dicitur extra de ſup. negl. præla. ſicut. ſi enim tales poſſunt puniri ſicut & alij, inutile eſſet eorum priuilegium. Item proconſul non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus; ſic nec epiſcopi de iſtis, qui quodamodo fiſcales facti ſunt per priuilegium. ff. de offi. proconſul. ſi in aliqua. §. 1. Solu. quidam dicunt, quòd pro occulto delicto à ſolo Romano pontifice poſſunt puniri, ſed pro notorio poſſunt puniri ab epiſcopo loci, per id, quod legitur extra de priui. tuarum. Melius dicas, quòd ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam, vt in contractu: vel in maleficio, occidendo hominem, vel adulterando cum aliqua, tale delictum poteſt punire epiſcopus loci: quia & ſi ſit perſona exempta: tamen res in quam delinquitur, non eſt exempta. Si vero deliquit circa rem exemptam, puta male gerendo ſe in officio ſuo; vel alienando res eccleſiæ ſuæ: in his à ſolo Papa punitur. vbi ergo factũ exempti præiudiciũ affert non exemptis, bene epiſcopus loci punit in his in quibus delinquens contingit ſuam iuriſdictionem: ſecus ſi non afferat alicui præiudicium. & hæc diſt. probat extra de priuil. cum capella. Et dicit, quòd cũ delictũ eorũ publicũ eſt

Exempti delinquentes in diœceſi epi an poſſint ab eo puniri.

eſt, poteſt puniri ab epiſcopo, vt ſ. dictum eſt, & vt dicit decr. patentibus. & cituarum. extra de priui.

a De illis.] ¶ Rapinam.] quo ad res mobiles.
b ¶ Deprædationes.] quo ad res ſe mouentes, vt animalia.

d ¶ Porro.] Hæc q. expedita eſt 2. q. 6. §. diffinitiua. vers. item ſi plures.

SI quis.] CASVS. Epi xij. examinabant cauſam criminalẽ epi. Sex dicebant eũ abſoluendum: alij dicebant eum condemnandum, & ſic dicebant eum remittendum ad Papam, diuerſas ſolas inter ſe, id eſt, opiniones habentes. Quæſitum fuit in Laodicenſi concil. quid ſit in tanta diſcordia faciẽdũ? Et reſponſum fuit, q archieps vicinæ prouinciæ cum aliquot epis vocari debet: qui pariter reſidentes dirimant qõnem, vt eũ abſoluant, vel iudicent condẽnandũ. & vt negotiũ ad Apo. ſedem tranſmittatur. Idem eſt caſus c. ſeq. ſed in eo nõ fit mentio de epis vicinæ puinciæ. Et intelligunt iſta duo c. de iudicib9 ordinarijs ſm Ben.

e ¶ Si quis.] iſtud c. videtur continere iniquitatem, tum ex eo, q non ſtatur hic iudicio maioris partis 1. tum quia ex eo, q alienus iudex iudicat non ſuum ſubditũ, ſed expone prout hic notaui. Io.

f ¶ Epos prouinciæ.] in pari numero.

g ¶ Sententias.] i. opiniones, quibuſdã ſcilicet volentibus eũ abſoluere, quibuſdã volentibus reſeruare ſententiam Papæ.

h ¶ Pronuntiare.] nõ ſententiando, ſed opinionem ſuam recitando; & ideo ſic expone: ne ſit contra. ff. de re iu. duo. & l. inter pares. & 2. q. 6. item ſi plures. vbi dr. q ſi diſcordant delegati, ad delegantem eſt recurrendum.

i ¶ Aduocari.] per Papæ reſcriptum, id eſt, Papa committat metropolitanis, & epis vicinæ prouinciæ negotium illud ſic exponitur ſm illos, qui de iudicibus à Papa delegatis hoc intelligunt. vel etiam de epis ipſis, qui ſui iudices ſunt, intelligas: & ſecundum hoc eſt ſpeciale, q par pari poteſt cauſam delegare. Nam quandoque in defectum iudicis ordinarii par in parem habet imperiũ, vt 65. diſt. c. vlt. ſic 2. q. 6. placuit 2. vel forte hoc fit de conſenſu partium. ar. 11. q. 1. iudices. eſt etiam hic aliud ſpeciale, q ſi diſcordant iudices, non obtinet ſententia plurimorum. ſic C. de app. iubemus, in fi. & extra de reſer. paſtoralis. aliàs ſec9. 65. diſt. ſane. Vel forte hoc tenes cũ partes ſũt hincinde iudices.

1 Contra id ff. d re iud. duo.

Par pari poteſt cauſam delegare.

c ¶ Ex- Extra d raptor. c. 1.

Burc. l. 71. c. 45. Iuo p. 14. c. 109.

† al. rapinas

† al. recipiat

¶ De eodem. PALEA. C. V.

DE illis autem, qui intra parochiam beneficium, aut hereditatẽ habent, & alterius epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinã † [a], & deprædationes [b] peragunt; placuit, vt excommunicentur [c]; nec ante ex parochia exeant, quàm, quæ perpetrarunt digne emendent. Quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat †, antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt; & ibi omnia pleniter emendent.

QVAESTIO IIII.

PORRO [d] cuius iudicium ſibi expetendum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in concilio Antiocheno, c. 14. ſic inuenitur diffinitum.

¶ A quo ſit ferenda ſententia, quando comprouinciales epiſcopi diſcordant. C. I.

Burc. l. 1. c. 150. Iuo p. 5. c. 263.

† al. de aliquibus cauſis criminalibus.

SI quis [e] epiſcopis criminaliter † in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem epiſcopos prouinciæ [f], qui conuenerint, diuerſas habere ſententias [g], & alios quidem innocentem eum pronuntiare [h], alios reum; propter huiuſmodi controuerſiam amputandam placuit ſanctæ ſynodo, metropolitanum [a] epiſcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari [i] †, & aliquantos cum eo epiſcopos alios; qui pariter reſidentes, quæcumque fuerint, dirimant quæſtiones: propter hoc, vt firmum ſit iudicium, quod ab vnius prouinciæ epiſcopis fuerit promulgatum.

¶ Caput hoc in multis etiam vetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In vno tamen perantiquo eſt ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat: & eſt antiqua verſio.

a ¶ Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valde diſſentit ab hac verſione. Nam ex his verbis colligitur concilium vnius prouinciæ, in quo neceſſe eſt adeſſe proprium metropolitanum, poſſe aduocare vicinæ prouinciæ metropolitanum, cum aliquot epiſcopis. Quod Martinus etiã Bracharenſis in ſequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, cõfirmat. Græcè vero locus ita habet:* ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον. *Quod Dionyſius, quemadmodum*

c ¶ Excommunicentur.] ſcilicet ab ipſius loci epiſcopo, vel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Arch.

PORRO.] CASVS. Hic intitulatur 4. q. ſ. cuius iudicium ſit expetendum, ſi comprouinciales iudices inter ſe diſcordant in cauſa vel ſententia epi. Et certe conſueuit diſtingui, vtrum ſint iudices delegati, vel ordinarij, vel arbitri. & hæc diſtinctio conſueuit notari 2. q. 6. §. diffinitiua. ver. item ſi plures. & in pluribus alijs locis, legibus ſcilicet & decretis, & decretalibus.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Hoc cap. de delegatis iudicibus loquitur, vt dicunt Bene. & H. & dicit etiam H. ꝙ prima duo capitula poſſunt ſimiliter de delegatis iudicibus intelligi: poſſunt etiam intelligi de ijs, qui bene habent priuilegium deponendi epiſcopos ſuos. Eſt ergo caſus huius c. Aliquis epiſcopus accuſatus fuit, & depoſitus concorditer ab epiſcopis prouinciæ. Dicitur hic, ꝙ de cetero ab alijs iudicari non poteſt: ſed ſententia firma permanebit, niſi appelletur, vt ĩ. 4. proxi. cuius caſus planus eſt.

a ¶ Ab omnibus.] per hoc videtur, ꝙ ſpeciale ſit in epiſcopo, vt ab oĩbus debeat abſolui, vel condemnari.

QVod bene.] CASVS. Quæſitum fuit a Nicolao, vtrũ ſentẽtia ſemel bene lata iuramentis etiam interpoſitis poſſit retractari. Et reſpondetur, ꝙ non, niſi ad maiorem fuerit appellatum.

b ¶ Definitum eſt.] à iudice per ſententiam, vel etiam à quocumque. Et intellige de iuramẽto quod iudex parti defert, non quod pars defert parti: quia illud non poteſt retractari, vt C. de rebus cred. generaliter. & ff. de iureiurã. admonendi. Item ar. ꝙ qui iurat ſtare vel parere ſentẽtiæ vel mandato alicuius, ꝙ poteſt appellare. ff. rem ra. ha. l. 3. § falſus. ff. iu. ſol. eũ apud. extra de ap. ad hæc 2. & c. præterea. & c. quæſtioni.

Iuramentũ an poſſit retractari.

c ¶ Maior.] extra de iureiur. veniens.

¶ Epiſcopus, qui ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſonam ſententiam reportauerit, ab alijs iudicari non poterit. C. V.

SI quis epiſcopus criminaliter accuſatus, ab omnibus [a], qui ſunt intra prouinciam, epiſcopis, acceperit † vnam, conſonamque ſententiam; ab alijs vlterius iudicari non poterit; ſed manere circa eum oportet tamquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam, ratamque ſententiam.

† al. exceperit

Subintelligendum vero eſt, niſi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem ſoluta ſententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus Papa ait in epiſtola ad Carolum regem, cuius initium: [Numquam dolorem generat.]

¶ Semel definitum retractari non licet, niſi vbi maior auctoritas fuerit. C. VI.

Burc. l. 9. c. 49.

QVod bene ſemel definitum eſt [b], & interpoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis, vbi fuerit maior [c] auctoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicenſi, c. 4.

¶ In renouatione iudicij, beati Petri memoria eſt habenda. C. VII.

Nic. epis. qui in Conuẽtinũ cõuenerunt. Anſ. l. 2. c. 77.

OSius epiſcopus [d] dixit. Quòd ſi aliquis epiſcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonã cauſam habere, vt iterum iudiciũ renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur vel ab his [e], qui examinauerunt, vel etiam ab alijs epiſcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano epiſcopo †. Et, ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſunt; quæ decreuerit Romanus epiſcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, ſtatuatur: ſynodus reſpondit, Placet.

† paulo aliter in græco.

Adde ꝙ agiſ. an ...ocatus ...mæ cau...encatur ... eodem ...ario de...dere in ...uſa ap. d ...uo dic vt ...er gl. in l. ...a demũ. ... de pœ.

OSius epiſcopus.] CASVS. Oſius in conci. Sardicenſi ſurrexit dicẽs, ſi aliquis epiſcopus fuit condẽnatus: ſi putat ſe bonã cauſam habere, appellet ad Papã, & hoc ſignificet Papæ, vel ab his epiſcopis, qui eum examinauerunt, vel ab epiſcopis vicinæ prouinciæ; & ſi placuerit ei, renouetur iudicium, aut ſententia confirmetur. Reſponderũt omnes, placet. Caſus, tñ non facit mẽtionem de appellatione condemnati. & dicit H. [Adiudicatus,] id eſt, male iudicatus.

d ¶ Oſius eps.] ar. aliã eſſe cauſam appellationis à principali. arg. contra. 31. q. 2. Lotharius, & notatur 2. q. 6. ſi eps. & §. poſt ſecundam.

e ¶ Vel ab his.] ille enim iudex, qui tulit ſententiam, ſi nõ deferat appellationi, reſcribet ei ad quẽ appellatur opinionem ſuam, & quare non deferat appellationi, vt ff. de appe. reci. vel non. l. ſciendum.

Iudex à quo reſcribere debet iudici ad quem.

QVAESTIO V.

Seu cap. 125.

QVod autem [f] deficiente accuſatore non ſit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui lib. 5. epiſt. 25. ſcribens Maximo, ait.

QVòd autẽ.] CASVS. Hæc eſt quinta quæſtio, qua quæritur, an deficiente accuſatore reus ſit cogendus ad purgationem: & quidem ſi propter hoc laborat infamia, cogitur ad purgationẽ: alitàs non, vt ĩ. 2. q. 5. presbyter. & c. ſi mala fama. Eadem quæſtio tractatur ĩ. 2. q. 5. vbi de hac materia ſatis dicitur. Et nota, ꝙ ſequentia duo capitula intelligũtur de illis, qui non ſunt de crimine infamati, & ideo non coguntur ad purgationem.

f ¶ Quòd autem.] Reus non eſt cogendus ad purgationem niſi laboret infamia, vt ĩ. ea. quod autem. & 2. q. 5. presbyter, vbi plene de hoc inuenies. Io. de Fan.

Quòd

¶ Onus probationis reo non incumbit. C. I.

QVod autem poſtulas, vt illuc perſonam dirigere debeamus qua † [a] de his, quæ dicuntur, poſsit eſſe probatio, eſſet vtcumque excuſabile, ſi vmquam ratio ei, qui accuſatur, neceſsitatem probationis imponeret. At poſtquā non tibi, ſed accuſantibus hoc onus incumbit, ad nos, ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas.

† qua præſente] orig.

Item accuſatus non negationem, ſed exceptionem probare debet. Codicis lib. 4. tit. de probationibus. l. actor.

tit. 19. l. 23.

¶ De eodem. C. II.

ACcuſator † [b], quod aſſeuerat, probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſsitate monſtrandi contrarium non adſtringit; cum per rerum naturam [c], factum negantis [d] probatio nulla ſit.

† Actor] orig.

Hoc autem ſeruandum eſt, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate eiuſdem Gregorij propter ſcandalum remouendum, famam ſuam reum purgare oportet.

ē. 2. q. 5. c. quanto. & c. quæ de cauſa.

CAVSA SEPTIMA.

QVidam epiſcopus longa ægritudine † grauatus aliū ſibi ſubſtitui rogauit, cuius precibus ſummus Pontifex annuit; & quod rogauerat, ei conceſſit. Poſtea vero conualuit idem epiſcopus, & quod prius fecerat, cupit reſcindi: aduerſus eū, qui ſibi ſucceſſerat †: quæſtionem mouet, ſuamq. cathedram tamquam ſibi debitam repoſcit.

† al. inualetudine

† al. acceſſerat

QVod autem.] CASVS. Maximus dum accuſaretur à quibuſdam ſupplicauit Greg. vt mitteret aliquē Cardinalem vel legatum ad eum, vt coram eo probaret ſe innocētem. Rādet Greg. vtcumque eſſet excuſabile, ſi ratio vlla cogeret reum oſtendere ſe innocentē: ſed quia hoc onus accuſatorib⁹ incumbit; ideo mandat ei, vt ad eum veniat ſine mora, forte ſe defenſurus. Sequens. §. pater.

a ¶ Qua.] id eſt, per quam 1. ſic ē. 4. q. 3. qui intendit. & extra de præſum. cū in iuuentute.

1 Vel dic. i. corā qua. i. in pſentia eius, ſm Laur.

Accuſator.] CASVS. Ad hoc vt lex faciat ad propoſitum Gratiani, debet hic eſſe accuſator, vt videtur dicere Benencn. licet in l. C. ſit actor. & ſecundū hoc ſic pones caſum. Quidam profitebatur coram iudice ſe non poſſe probare crimē quod obijciebat, ſed poſtulabat vt reus cogeretur probare contrarium. Quæſitum fuit ab Imperatore quod iuris eſſet. Et reſpondet, q per rerum naturam nulla eſt pbatio illius, qui factum negat: vnde reus ad hoc cogi non debet. Et ſi ſit ibi actor, idem caſus, ſed intelligitur in cauſa ciuili. Seq. §. patet.

b ¶ Accuſator.] ex hac lege duæ habētur regulę. Vna, q niſi actor probet quod intēdit, reus abſoluitur 2. Secunda eſt, q negantis factum nulla eſt probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione præſumptionis transfertur pbatio ad reum 3, vt extra vt eccle. beneſi. vt noſtrum. & ext. de proc. ex inſinuatione, in fi. & ff. de don. inter vi. & vxo. quintus. Item cum actor intentionē ſuam fundauit iure cōmuni, vt C. de prob. ſiue. 28. diſt. quia ſunt culpæ. & 100. diſt. contra morē. Itē cum reus ſponte aſſumit ſibi onus probādi, vt ff. de pb. circa. Item in communibus iudicijs vtriuſq; pbatio auditur, vt extra de prob. ex litteris. Item cum vterq; contendit ſe poſſidere. extra de prob. licet. Item in crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur, vt C. de fal. vbi. Similiter in crimine læſæ maieſtatis, & in ſacramentis deſertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus vtriuſq. teſtes audiuntur, vt C. de abol. fallaciter. in fi. Et de ſecunda regula notabis, q triplex eſt negatiua, facti, iuris, & formæ, ſiue qualitatis. Negatiua facti eſt, in qua negatur aliquid factum eſſe. hæc ſi non habet determinationem loci vel temporis, numquam pōt probari, vt ſi quis dicat ſe citatū nō eſſe, vel ſe non contraxiſſe cū Berta, tales improbari poſſunt, ſed probari minime. de tali loquitur hic: & hoc ideo, quia negationum nō ſunt cauſæ. Si autem adijciatur tempus vel locus, tunc poteſt probari, ſi probatum fuerit de alio tempore, & de alio loco, vt extra de teſti. ex tenore. & C. de cōtrah. ſtip. optimam. Idem dico de hac negatione, q capitulum nō fuit citatum: quod cum determinatione temporis poteſt probari, licet contrarium innuatur extra de elec. bonæ. ſed illud non eſt propter vim negationis, ſed potius ſingularitatis. Quandoque tamen negatiua probatur ſine determinatione temporis, vt extra de proba. tertio. Sed illa potius eſt præſumptiua probatio quàm violēta. Et ſic intelligitur quod eſt extra de teſti. tam litteris. in fi. Itē negatiua facti probatur cum habet implicitam affirmatiuam, vt extra de cenum. ſuper hoc. Item negatiua iuris bene probatur, vt ff. de proba. ab ea parte. quia qui negat aliquid iuſte factum, dicit illud iniuſte factū: & quia præſumitur aliquid potius iuſte quàm iniuſte factum: ideo illud tenetur probare. Negatiua formę ſiue qualitatis dicit iſta: Iſte nō eſt idoneus, nō eſt legitimus, nō eſt ſoluendo. & talis eſt probāda 4 ab eo qui eā proponit, vt extra de pſum. dudū. & ff. de leg. 2. cum quidā. & l. cum pater. §. rogo. & C. de inoffi. teſta. omnimodo.

2 Actore nō probante reus abſoluitur regulariter. a Concor. l. qui accuſare. C. de edēdo. & in l. actor, q aſſeuerat. C. de proba.

3 Quandoque ecōtra à reo. ſ. in actorē trāsfertur probatio. ff. de prob. ſi pactum. & l. ſi chirographū. & l. cū de indebito. ſ prin. §. j.

Negatiua eſt triplex.

c ¶ Per rerum naturam.] id eſt, per conſuetudinem cauſarum. Item iſte intellectus perpenditur per id quod legitur 35. q. 5. c. vlt. in fin. ſic extra de fide inſtr. inter dilectos. & ſic extra de cauſa poſſ. & proprie. cum eccleſia. & extra de fide inſtr. c. 2.

d ¶ Negantis.] ſic extra de cauſa poſſ. & proprie. cū eccleſia. & extra de proba. quoniam.

QVidam epiſcopus.] CASVS, ē. 6. q. 3. c. denique. facta fuit mentio de renūtiatione epiſcopatus. Vnde Grat. nactus occaſionem ſubijcit cauſam iſtam, in qua tractat de renuntiatione, & an prælato viuente alius ſit

ſit ei ſubſtituendus,& de mutatione ſedis, & quibuſdã alijs,quæ omnia,vt cõpetentius agat, thema proponit, duas inde eliciens qõnes.Eſt ergo caſus.Ad preces cuiuſdã ęgrotãtis epi Papa loco eius aliũ ſubſtituit:poſtea cũ cõualuiſſet,volebat repetere cathedrã cui renũtiauerat. Quod

a ¶ Quod autem viuente.]Dicendum eſt,q̃ nõ,niſi ſit depoſitus.50. diſt. poſtquam. vel niſi renuntiauerit de licentia Papæ,vt j̃.ea. c. mutationes.vel niſi per ambitionem ſe transtulerit ad aliam,quo caſu carebit habita,& ambita.j̃.ea.ſi quis epſ.ad inſtar inuaſoris,q amittit rem inuaſam, & aliud tantundem,vt C.vnde vi, ſi quis in tantam.In ægrotante autem diſtinguũt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis,vt tũc alter ſubſtituatur, vel etiam ſi nimis ſenex eſt,ad inſtar iudicis. ff.de iud. ſi longius. C, de offic. præfect. orien. l. ſi quos. Sed hoc non admitto niſi in leproſo,qui à dignitate remouetur propter ſcandalum. extra de cle. ægrotã. tua.Hoc etiam ſcias, q̃ epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur,vt 33. diſtin. cõiter. & extra de elect. cum inter. ſed promotum moribus non deijcit,vt hic,& ſ. c. 1. ſed datur ei coadiutor, vt j̃. c. 1. ſed ex diſpenſatione magna quandoque viuenti epo alter adiungitur, vt j̃. ead. non autem. & idem de quolibet clerico intelligas. ſed abbates facti inutiles remouentur penitus. 18.q.2. ſi quis abbas ſicut etiam fit in iudice. C. de offi. præfect.orien.ſi quos.cũ etiã ex modicis cauſis remoueantur 1. extra de ſi. per tuas vbi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem ſit inhabilis,remouendus eſt,vt videtur extra de æta. & qual.c. 1.vtrq tamen neceſſaria recipiat.j̃.ea quamuis.

Epiſcopo viuente an poſſit alius ſubrogari.

1 *Hic, primum quæritur, vtrum viuente epiſcopo alius poſſit in eadem eccleſia ordinari.*

2 *Secundo, an iſte valeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter accepit.*

QVAESTIO PRIMA.

1 ¶s *Quòd autem viuente* [a] *epiſcopo alius ſuperponi, aut ſuperordinari nõ poſſit, ex cõcilio apud Aruerniã* [a] *celebrato definitũ eſt, in quo legitur* [*vt nullus viuente epiſcopo, alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus, niſi forſitan in eius locũ, quem capitalis culpa deiecerit.*]

In concil. Aurelianenſi.5.c.12. Burc.l.1.c.186. Iuo p.5.c.302.

a ¶ Aruerniam.] *Burchardus etiam, & Iuo citant ex Aruernenſi,c.13.extat autem in Aurelianenſi quinto,c.12.*

Item ex regeſto Gregorij Papæ, lib.9.epiſt.41.ad Anatolium Conſtantinopolitanum diaconum.

¶ Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus. C. I.

Poly.l.2.tit. 17. Anſ.l.6.c.201. Bur.l.1.c.188. Iuo p.5.c.304.

SCripſit mihi tua dilectio, pijſſimum domnum noſtrum reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ [b] Iuſtinianæ epiſcopo pro ægritudine capitis,quam patitur, præcipere ſuccedi:ne forte,dum epiſcopi iura eadem ciuitas nõ habet,(quod abſit)ab hoſtibus pereat. Et quidẽ nuſquam canones præcipiũt, vt pro ægritudine epiſcopo ſuccedatur; & omnino iniuſtum [c] eſt, vt ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex eius depoſitione veniat. Sed ſuggerendũ eſt, vt ſi is, qui eſt in regimine,ægrotat; diſpenſator [d] illi requiratur talis,qui poſſit eius curam omnem [e] agere,& locum illius in regimine

Poly.l.2.tit. 19.

QVòd autem viuente.a] Hæc quæſtio diuidiť in ix.partes.In prima probatur xv.auctoritatibus, q̃ nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua: nec etiã p̃ infirmitate, niſi ipſe renũtiauit.nec ali⁹ põt eligi altero nõ renuntiante,niſi de Papæ licentia ſpeciali.Secunda ibi,[Ne aũt.]Tertia ibi,[Ecce q̃.]Quarta ibi,[Ambit.õis.] Quinta ibi,[Quod vero.]Sexta ibi,[Hoc non ſolũ.]Septima ibi,[Ecce in quibus.]Octaua ibi,[Itẽ cũ aliquis.] Nona ibi,[Hoc etiam tunc obſeruandum.] Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur prima quęſtio,in qua quæriť, an viuente epiſcopo alius poſſit loco eius ſubſtitui,& reſpondet,q̃ non,niſi in caſibus.ſ.niſi deponatť, vt 50. diſt.poſtquam.& niſi renuntiet,vt j̃.ea.q.qualiter.& niſi mutetur ſedes de licentia Papæ,vt j̃. ea. mutationes. & niſi per ambitionem transtulerit ſe ad aliã eccleſiã: quo caſu carebit vtraque,habita.ſ. & ambita,vt ſ.ea. ſi quis epſ.ad inſtar inuaſoris, q amittit rem inuaſam,& aliud tantumdem,vt C.vnde vi,ſi quis in tantam, vel niſi intrauerit monaſterium,vel canonicam regulã de licentia Papæ,vt j̃.ea.hoc nequaquam.Probat ergo primo per ɔ̃cilium apud Aruerniam celebratum,q̃ epo viuente alius ſubſtitui non debet,niſi depoſitus ſit.

SCripſit mihi tua dilectio.]CASVS.Ioãnes primę Iuſtinianę epiſcopus tanta ægritudine capitis laborabat,q̃ epiſcopale officium exercere non poterat. Ne igitur ciuitas p̃fata dilaniaretur ab hoſte. Anatolius diaconus Conſtantinopolitanus ſupplicauit Gre. vt alium ſubſtitueret epũm.Gregorius vero ſcribens ei dicit hoc nõ eſſe faciendum.Iniuſtũ eſt enim,vt qs pro ægritudine ſua ſuo priueť honore,ſed coadiutor ei deť, qui vicẽ eius gerat,vt Deus nõ offendať,& ciuitas nõ negligatur.

b ¶ Primę.]id eſt,Salonitanæ, quia ibi Iuſtinianus primo reſedit, Alij dicunt Rauennam, & non Salonitanã eſſe primam Iuſtiniani ſedem.

c ¶ Et ideo iniuſtum.]præeſſe enim intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur,licet ſit infirmus.ff.de ſta.lib.cum heres.

d ¶ Diſpenſator.]ſimile ff.de tute.ſolet etiam. vbi dicitur,q̃ ſi tutor propter longam ægritudinem non põt adeſſe,datur ei curator,qui potius diciť adminiſtrator.

e ¶ Curam omnem,] ideſt, res eius adminiſtrare. ſed quæ ſpectant ad pontificale officium,vicini epi ſupplebunt.

1 Dicunt quidam iuris ordine ſeruato, vt extra de accu.ad petitionem in fin. vbi de hoc approbat Ho. licet Ber. ibi aliud innuere videať p eum tit. cap. qualiter 2. in fin.

bunt.ſ.ead.pontifices. Et eſt hic arg.ꝙ coadiutor & adminiſtratores vel viſitatores debeant habere liberam & generalem adminiſtrationem 1, vt ſ. ea. quamuis. & extra de elect.cum nobis olim.in fin.& 21. q.1. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorẽ? Dico eum cogendum per ſuperiorem. extra de cenſi. Romana.verſi. ſi vero.lib.6.& argu.ff.de mino.l.ait.§.1. multa enim bona præſtantur inuitis,vt 45. diſt.& qui emendat.

Coadiutor debet habere liberam adminiſtrationem.

1 Multo fortius hoc obtinere debet in vero prælato:quod eſt verum, vt no.5.q.3.c.vlt.Arch.

byterum ſi non per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus,in alia quacumque uacante eccleſia inſtituatũ: uero per ſimoniam,degradetur.

d ¶ Per duorum.]idem forte ſi per unũ, vt ſ.e.ſi quis in clero 3,hic ſumit arg. M. ꝙ ſi epiſcopus indeterminate

eccleſiæ(ipſo non depoſito)ac in cuſtodia ciuitatis implere, vt nec omnipotẽs Deus offendatur,neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta.

¶ *Caput hoc emendatum, & locupletatum eſt ex originali.*

Item libro ſecundo, epiſtola quinta ad Candidum epiſcopum.

¶ Flagellatis à Domino, afflictio addi non debet. C. II.

CVm percuſſio corporalis imminet, vtrum pro purgatione [a], an pro vindicta cõtingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis [b] afflictio [c] †: ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Ext. de clerico ægrot.c.1.

¶ *In Decretalibus tit.de cler.ægrotan.c.1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipſo quid agendum ſit, definitur.*

Idem Gregorius lib.3.epiſt.13.Maximiano [a] *epiſcopo Syracuſano.*

a ¶ Maximiano.] *Sic eſt emendatum ex originali tam impreſſo, quàm manuſcripto. Nam antea erat,* Clementino epiſcopo primati Bizanceno.

¶ Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet. C. III.

PRæſentium latoris Adeodati querelã, qui ſe à ſui presbyteratus loco incongrue dicit expulſum,licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet; tamen paulo latius indicauimus,apertiuſque retexendam. Aſſerit namque à Quintiano fratre,& coepiſcopo noſtro in loco ſuo pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotijs relaxatum, ægritudiniſque cauſa per duorum [d] menſium ſpatium ſuæ ſe eccleſiæ defuiſſe: Cuius rei occaſionem captantem prædictum fratrẽ noſtrum,alium loco eius illic presbyterũ ordinaſſe. Hortamur itaque fraternitatem tuam,vt cauſam eius ſolicite perquiras,diſtricteque diſcutias;& ſi manifeſtæ ægritudinis,ſicut dicitur, cauſa eccleſiæ ſuæ eum defuiſſe repereris,nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: ſed in locum ſuum ſine aliqua eum ſac dubietate reſtitui. *& infra.* ¶ Illud autem charitatem tuam ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit huius ſuggeſtio,atque in ſuum fuerit ordinem reſtitutus,de presbytero,qui in loco eius, ordinatus eſt, ſubtiliter,diſtricteque debeas eſſe ſolicitus. Et, ſi quidem ſine datione

CVm percuſſio.] CASVS. Calumnioſus clericus corporalem patiebatur percuſionem, cuius occaſione Candidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſię ſpoliauit. ſuper quo cũ Gre querela pulſaref, pręcepit Candido, quatenus omnia ſibi reſtituat,quia ſi pro ęgritudine eccleſia priuaretur, & Deus offẽderetur, & alij nõ inuenirentur, hoc exẽplo deterriti,qui vellent eccleſiæ militare. Et iſte caſus colligitur ex hoc capitulo,& ex decre.quę eſt extra de cle.ægro.cũ percuſſio.

a ¶ Purgatione.]id eſt,probatione. ſ. ea aduerſitas.

b ¶ Flagellatis.]ſufficienter,ſed non ſufficienter afflictis addi poteſt,vt 21. q.5.ſi quis à propio & capit.ſeq.& eſt. arg. ꝙ poſt pœnitentiã non poteſt quis accuſari 2[a] de crimine:ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri.ff.de iu.do.iure.& ff.de cond.ob.cau. ſi pecuniã.§.vlti. ſimiliter pœna nõ debet verti in culpam,vt 5. diſt.5.baptizari. & c. ad eius vero.

Afflictio q̃que datur afflictis

a Hoc arg. non procedit 34.q. 2. admonere. Quod dic vt no.extra de acc. de his.

c ¶ Afflictio.]5.3.q. 9.indicas.& extra de iud.at ſi clerici. & 8. diſt.5.cap.1.

PRæſentiũ.] CASVS. Adeodatus presbyter accepit à Quintiano epiſcopo ſuo licentiam vt ad certum tempus abeſſet ab eccleſia ſua pro quibuſdam ſuis negotijs ordinandis:ſed cum propter ægritudinem ſtetiſſet vltra tempus pręfixũ ei: epiſcopus eius, ſcilicet Quintianus alium ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam ſuſcepiſſet, ſcribit Maximiano epiſcopo Syrac. vt inquirat veritatem huius rei,& ſi inueneris quòd ægritudinis cauſa per duos mẽſes abfuiſſet, reſtituat eum in loco ſuo: ſubſtitutũ vero preſbyterum ſi non per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus...

...nate licentiauit clericum, non videtur eum licentiaſſe ultra duos menſes:ſed tamen hoc eſt referendũ ad arbitrium boni uiri:conſiderato negotio.arg.ff. de uerb. obl.continuus.Ad hoc c.bene facit ff.de re mili. qui cõmeatus.nã ibi dr,ꝙ ſi aliquis abeſt vltra ſtatutũ tẽpus. pro deſertore habetur.ſimi.bonum arg.21.q.2.placuit. põt tñ per modicũtẽpus purgare morã.88.diſt.perlatũ. Non enim feſtinabit iudex ad ſententiam, vbi quis iuſta cauſa abfuerit 4,vt ff. de dã. infe.ſi finita.§ ſi forte.

etiam

aliqua ad eumdem ordinem peruenerit, vt in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere; in alia [a] quacumque vacante eccleſia eum volumus ordinari. Sinautem in eo quidpiam (quod auertat Dominus) fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non cauſa replendæ neceſsitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

† al. Albino Vienenſi

Item Nicolaus Papa Aluino† Iannenſi archiepiſcopo.

¶ **Pro infirmitate, vel ægritudine Pontifices non ſunt abijciendi, nec in eorum locum alij ſubſtituendi. C. IIII.**

Iuo p.5.c.352.

PONtifices, qui aliqua occupantur infirmitate, vel ægritudine, abijciendi non ſunt, nec alios in loco eorũ conſecrari oportet, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt [b], ſacerdotes [c] expleant. In his vero, quæ his præſumere non licet [d], vicinorum [e] vſque [f] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporũ auxilia ſubrogentur: & hoc cum cautelæ [g] ſtudio peragatur, ne per neceſsitatis occaſionem præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos vero, qui Dominici gregis ſuſceperunt curam, atque ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamine† eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur ⌊ fructus ⌋.

†al. certamen ⌋ abeſt à multis

Item ex libro quarto epiſtolæ ſecundæ Cypriani epiſcopi, & martyris ad Antonianum.

¶ **Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet. C. V.**

Poly.l.7.ti.4. Anſ.l.6.c.58. Iuo p.5.c.359.

FActus eſt Cornelius epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc [h] affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum anti-

etiam licet ad præfixum terminum reus nõ veniat. ſed habebitur ratio viarũ tẽporis, & ægritudinis, & alterius impedimenti, vt ff. de vaca. mu. tempus. ff. quibus ex cauſis ma. ſi cui. §. 1. poteſt enim abſens iuſtam habere excuſationem, vt extra vt lit. non conte. quoniam frequenter. Lex dicit, q; ſi qui per licentiam abeſt, ſi vſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, vt C. de aduo. di. iu. l. vlti. Io.

a ¶ In alia.] Arg. q; ſi concedo alicui eccleſiam, quæ ab eo euincitur, teneor ei aliam concedere, vt extra de præben. inter cetera. quia iuuari nos beneficijs non decipi oportet, vt ff. commo. l. in cõmodato. §. pen. ⁊ ea. omnia. & c. paſtoralis. & eſt contra id quod dicit lex, q; donator non tenetur de euictione, vt C. de ædi. edic. ad res donatas. ſed hic non dicitur epiſcopus donare: quia habet neceſſe concedere eccleſiam, & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff. de adi. leg. l. rem legatam. Tamen de dolo poſſum agere contra donatorem, ſi mihi ſcienter det rem alienam, vt ff. de don. Ariſto. §. vlti. Item ſi quis per violentiam expellitur de eccleſia, non haberet recurſum ad epiſcopum: ſicut nec emptor ad venditorem in hoc caſu, vt C. de actio. emp. & ven. l. expulſos. Et not. quòd hoc c. ſemper conſueuit ad hoc induci 1, quod ſpoliatus à iudice non poſſit petere reſtitutionem 2, vt 2. quæſt. 1. notum. Iudex enim non dicitur facere violentiam, vt 23. q. 2. c. 1. ff. quod me. cau. l. 3. Semper enim pro ſuo facto præſumitur, niſi poſſit de dolo argui, vt 2. q. 6. hoc etiam. Ioan.

POntifices.] CASVS. Aluinus archiepiſcopus duas fecit quæſtiones Papæ Nicolao. Prima fuit, vtrũ propter ęgritudinem pontifices ſint abijciendi à dignitate. Et reſpondet q; non, nec alij debẽt loco eorũ ſubſtitui, niſi prius de hoc ſęculo migrauerint, & presbyteri eorũ defectũ ſupplere debent, & in quibus ſupplere non valent, ſuppleant vicini epiſcopi, qui debent cum cautela vocari, ne eccleſiæ præiudicium fiat. Secunda quæſtio fuit, vtrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint, & reſpondet q; non.

b ¶ Quæ licita ſunt.] vt Miſſam canere, & prædicare, vt 95. diſt. ecce.

c ¶ Sacerdotes.] id eſt, archidiaconi vel decani, qui vicarij ſunt epiſcopi, vt 25. diſt. perlectis.

d ¶ Non licet.] in his quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt 68. diſtinct. quamuis.

e ¶ Vicinorum.] ſic 65. diſt. ſi forte.

f ¶ Vſque.] ſic C. de cura. furio. cũ alijs.

g ¶ Cum cautelæ.] id eſt, præſtabit cautionem de bonis eccleſiæ non vſurpandis. Ioan.

g ¶ Cum cautelæ.] id eſt, præſtabit cautionem quòd ex hoc ſibi nullum ius vendicabit. & arg. eſt quòd quis pro poſſeſſore habetur ex eo q; fuit in poſſeſſione; niſi proteſtatio præceſſerit, vt hic, & S. 24. diſtinct. presbyteri. & extra de iure patr. conſultationibus. arg. contra ext. de reſti. ſpol. olim 3. & 10. q. 3. quia. & extra de offi. deleg. conſultationibus. Ioan.

te & iuridice ſit ſpoliatus, aliàs ſecus. Panor. c. conquerẽte. de reſt. ſpolia. & à iudice competẽti habente poteſtatẽ, licet iniuſte faciat. Panor. c. cum cauſa ď of. delegati. debet ergo appellare, vel reſtitutionẽ in integrũ verbis adũbratis petere, ceſſantibus remedijs cõtra priuatos pditis.

Iſtã ſententiam videt tenere Inn. extra de reſti. ſpo. ſæpe. i gl. ff. ď iud. &c. i ſi. ver. Inno. plus videſ, &c. Arch.

FActus.] CASVS. Hæc quinque c. loquitur de Nouatiano Papa ſchiſmatico, eiuſque complicibus. Eſt ergo caſus huius c. & ſequentis. Defuncto Papa Fabiano, electus eſt Cornelius vere ab omnibus Cardinalibus, ſcilicet xvj. habito ſuffragio plebis, & antiquorum ſacerdotum, & bonorum virorũ conſenſu, poſtea Nouatianus electus eſt à paucis, qui ſic intruſus Cornelium moleſtando cœpit orbem peragrare, & catholicos deponere epiſcopos, & alios ſubſtituere. Scribit ergo Cyprianus martyr omnibus Chriſtianis, quòd ſolus Cornelius eſt verus Papa: ſed Nouatianus Papa, qui poſt illum Cornelium eſt electus, profanus eſt & malus; nec dicitur ſecundus, immo potius nullus. & hortatur Chriſtianos ne recipiant illum: quia licet nunc in initio ferueat, diu tamen durare non poteſt.

h ¶ Quæ tunc.] Hic videtur q; abſentes non ſunt vocandi ad electionem, vt 10. q. 2 hoc ius. & extra de ſent. & re iud. cum olim. maxime ſi ſint remoti, vt extra de elect. cum inter. immo & ſi in hortis ſunt, non videtur vocandi, vt 2. q. 6. §. biduum. ſufficit enim ad citationẽ pub-

Abſẽtes an ſint ad electionẽ vocandi.

Digitized by Google

Sci-

quorum & bonorũ virorum collegio α, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, ideſt cum locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret: quo occupato [a] de Dei voluntate, atq. omnium noſtrum conſenſione firmato [b], quiſquis iam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt; nec habeat eccleſiaſticam ordinationem [c], qui eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet iactans, & ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cum poſt primum ſecundus eſſe non poſsit; quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus [d] eſt.

α ¶ Collegio.] *Sic legitur in codicibus Cypriani impreſſis, & manuſcripto, & Polycarpo. Ac ſimilis fere locutio eſt in ſequenti capite, & 23.q.8. ſi quis membrorum. Antea erat,* conſenſu.

Item in eadem epiſtola inferius.

¶ Non eſt epiſcopus, qui in locum viuentis irrepſerit. C. VI.

NOuatianus β epiſcopus non eſt, qui Cornelio epiſcopo in eccleſia à ſedecim coepiſcopis facto, adulter, atque extraneus epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitum nititur: & cum ſit à Chriſto vna eccleſia per totum mundũ in multa membra diuiſa [e], item epiſcopatus vnus, epiſcoporum multorũ concordi numeroſitate diffuſus; ille poſt Dei traditionem poſt connexam, & vbiq. coniunctam catholicæ eccleſiæ vnitatem, humanam [f] conatur† eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittit, vt quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat: cumque iampridem per omnes prouincias, & per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti; ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audet: quaſi poſsit, aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici corporis compaginem γ diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere; neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia [g] feruere; incrementa vero habere non poſſe: nec augere quod illicite cœperint, ſed ſtatim cũ praua ſua æmulatione deficere. *& infra.* ¶ Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atque à ſacerdotum collegio ſeparat; epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem; qui epiſcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.

Anſ.l.6.c.59.

†*conetur*] or.

β ¶ Nouatianus.] *Recte aptatum eſt à collectoribus hoc initium, ne ſuperiora etiam afferenda eſſent. Nam apud Cyprianum ſic legitur poſt multa:* niſi ſi epiſcopus tibi videtur, qui epiſcopo in eccleſia, &c.

γ ¶ Corporis compaginem.] *Sic emendatũ eſt ex aliquot vetuſtis, & Anſelmo, & ipſo originali: antea enim legebatur,* ordinis compagem.

Idem ad Florentium Puppianum, eodem lib. 4. epiſt. 9.

pullatio cãpanæ, vt extra de offi. cuſt. c. 1. & 2. extra de elec. in cauſis. & extra de poſt. prela. c. pe. & antepe. & lex dicit illos ſolos vocãdos, q ſunt in vrbe, vt C. de legatio. l. vlt. li. 10. Quod autem vocandi ſint abſentes, probatur 63. diſt. quanto. alióquin plus nocet contemptus vnius, quàm contradictio pluriũ, vt extra de elect. ꝙ ſicut. & c. cum nobis olim. Nam remoti ſunt vocandi vbi tractatur publica vtilitas, vt C. de decur. curiales 2. li. 10. Sol. Sẽper vocandi ſunt vbi commode vocari poſſunt, vt extra de elect. quòd ſicut. ſed ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliqui poſſunt eligere, vt ibidem dicitur. tamẽ ſi aliquis non poteſt intereſſe, ſi ſuo iuramẽto fidem de hoc fecerit, permittitur ei per procuratorem eligere, qui ſit de collegio, vt extra de elec. quia propter. extra prouinciam tamẽ non ſunt vocandi, vt extra de elect. coram. quia poteſt abſens habere iuſtam excuſationẽ, vt extra vt lit. non conteſt. quoniam frequẽter. Hodie autem ſuper iſta vocatione ſufficit conſuetudo eccleſiarum, per decretalem extra de elect. in Geneſi.

a ¶ Quo occupato.] ideſt, canonice ſumpto.

b ¶ Confirmato.] Ergo electio Papæ eſt cõfirmanda ?.

c ¶ Ordinationem.] Argu. quòd quæ ab intruſo fiunt, non tenẽt, vt 12. q. 2. alienationes. 9. q. 1. ordinationes.

ADDITIO. Ad hoc no. extra de elect. nihil. in glo. in duobus caſibus. extra d̃ ſchiſmat. c. 1. ibi videas.

d ¶ Sed nullus.] Arg. ꝙ nullus eſt, qui malus eſt. ſim. extra de trãſla. inter corporalia. ſic 2. q. 7. non omnes. & 19. diſt. ſecundum. Arg. contra. 1. q. 1. quod quidam.

Hoc tñ nõ eſt verũ. & ſpeciale eſt in eo quia cum eligit, confirmat. & cõfirmã do eligitur, vt 23. diſt. in nomine Domini.

e NOuatianus.] ¶ Diuiſa.] 24. q. 1. loquitur.

f ¶ Humanam.] ideſt, non ſpiritualem.

g ¶ Initia.] Arg. contra nouicior magiſtros, qui primo feruent, & poſtea deficiunt. 23. q. 4. diſplicet. & c. nõ inuenitur. & c. ſi eccleſia. immo à minimis eſt incipiendum, vt 48. diſt. ſicut.

SCire debet.] CASVS. Scribit Cyprianus ad Puppianum, quod ſolus Cornelius eſt epiſcopus: & ei obedientes ſunt in eccleſia. Nouatiani vero, qui cum ſacerdotibus Dei pacem non habent, & per obreptionē dignitatem arripiunt, non ſunt in eccleſia, quæ tantum vna eſt, nec poteſt teret: & præterea ſi modo renuntiaret, de cetero repetere nō poſſet. Et hoc probat exemplo Eſau, qui ius primogenituræ cui renuntiauit, repetere non potuit.

b ¶ Quàm periculoſum.] Arg. quod qui iuri ſuo renūtiat, illud repetere non poteſt. infra ead. cauſ. 23. q. 4. ſi illic. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. qui ſemel. & C. de pac. poſtquam. infra e. hoc nequaquā. & ff. de ędil. edi. quæritur. §. ſi venditor. vbi dicitur, quòd remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas. 92. diſt. ſi quis eps. 18. q. vlt. dudum. & nota in 6. q. 3. denique.

Iuri ſuo renuntiās, illud repetere non pōt.

¶ Non eſt in eccleſia, qui cum epiſcopo pacem non habet. C. VII.

Iuo. p. 5. c. 360.

SCire debes epiſcopum in eccleſia [a] eſſe, & eccleſiam in epiſcopo; & ſi qui cum epiſcopo non ſit, in eccleſia nō eſſe: & fruſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latentes apud quoſdam communicare ſe credunt; quando eccleſia †, quæ catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa.

† *al. eccleſia catholica, quæ vna*

Idem ad Iubaianum.

¶ Suo iure quis cedere non debet. C. VIII.

QVàm [b] periculoſum ſit in diuinis [c] rebus, vt quis cedat iure ſuo, & poteſtate; ſcriptura ſancta declarat; cum in Geneſi Eſau primatus [d] ſuos inde perdiderit; nec recipere id poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit.

Gen. 25.

Idem lib. 1. epiſt. 6. ad Magnum.

¶ Perditionem ſibi acquirunt, qui ab epiſcopis recedentes vnitatem eccleſiæ ſcindunt. C. IX.

DEnique quàm ſit inſeparabile vnitatis ſacramentum, & quàm ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo alium ſibi foris pſeudoepiſcopum conſtituunt, declarat in libris regnorum ſcriptura diuina, vbi à tribu Iuda, & Beniamin decē tribus ſciſſæ ſunt, & relicto rege [ſuo [e] †] alterum ſibi foris conſtituerunt: [Et indignatus eſt, inquit, Dominus in omne ſemen Iſrael, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos à facie ſua; quia diſſipatus eſt Iſrael à domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabat.] Indignatum eſſe Dominum dicit, & eos in perditionem dediſſe, quòd ab vnitate diſſipati eſſent, atque alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, vt etiam cum homo Dei ad Hieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atq. vltionem futuram prædiceret, panem quoq. apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cū non cuſtodiſſet; & contra præceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſuræ maieſtate percuſſus eſt, vt inde regrediens

3. Reg. 12.
† abeſt ab orig.
4. Reg. 17.
3. Reg. 13.

c ¶ In diuinis.] tempore periculi, vt infra ea. ſuggeſtum.

d ¶ Primatus.] ius ergo primogenituræ (vt dicunt) eſt dignitas talis: quia primogeniti præ alijs in feſtis ſacrificia offerebant, & quod ſedebant ad dexteram patris, & quod cibos duplicatos recipiebat. Et dicit Gandulphus Eſau cōmiſiſſe ſimoniam: quia illud ius ſpirituale fuerat quod vendidit 1. ſed eſt contra eum 1. q. 1. qui ſtudet. vbi dicit quod Giezi fuit primus qui commiſit ſimoniam. Sed numquid peccauit Iacob emēdo? Nō, quia gratis hoc fuiſſet daturus, vel quia redemit id quod ſibi diuinitus erat debitū. extra de diuor. gaudemus.

Ius primogenituræ an ſit ſpirituale.

1 Dicit Hu. hoc eſſe falſū, quia nullum ſpirituale vendidit: ſed quia in tali venditione peccauerit: videt ex eo quod le. & not. de pæ. di. 3. Iudas. Dicit L. quod in eo ſolo peccauit quia vilem cibum exarſit. 41. diſt. quiſquis, & idē Hug.

DEnique.] CASVS. Hoc capitulū diuiditur in duas partes. In prima parte oſtēdit Cyprianus ſchiſmaticos graui pœna eſſe puniendos. Et hoc probat tribus exēplis. ſ. exemplo decē tribuum, quas Dominus captiuauit, & tranſtulit vltra montes Caſpios: quia ſegregato Roboā filio Salomonis, fecerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabath & exemplo Abdo prophetæ, qui necatus eſt à leone: quia comedit panem & bibit aquam in terra decem tribuum contra Domini prohibitionem. Et exemplo Samaritanorū, quos Dñs voluit dimitti & præteriri; quia ibi erant ſchiſmatici. In ſecūda parte dicit, quod nō prodeſt Nouatianis adorare vnū & eumdē Deū, quē Cornelius adorat; quia, Core & Dathan & Abyron adorabāt eumdē Deū cū Moyſe & Aaron, tū ſunt percuſſi propter ſchiſma, qđ fecerūt, & thuribula eorū conflata in ſignū perpetuū affixa ſūt altaribus. Scđa pars incipit ibi, [Quod vero.]

teſt eſſe diuiſa. [Cum epiſcopo non ſit:] ſcilicet in communione epiſcopi.

a ¶ In eccleſia.] 6. q. 2. ſi tantum. contra. ſed ibi ſolutū eſt. hic dicitur eccleſia epiſcopus: alibi eſt idem quod eccleſiaſtici viri, vt infra 63. diſt. c. 1. alibi ponitur pro maiori parte, vt infra 51. diſt. Apoſtolica. quandoq; pro cōgregatione fidelium, infra de conſ. diſ. 1. eccleſia. Et ſic per exempla varias ſignificationes, vt extra de teſta. relatū. & extra de verb. ſignificat. cum clerici. extra de vſu pal. c. 1.

QVàm periculoſum.] CASVS. Cornelius Papa volebat renuntiare papatui propter tribulationes, quas à Nouatiano ſuſtinebat: ſed Cyprianus dehortatur eum, & dicit hoc nō eſſe ei faciendū: quia ſibi eſſet periculoſum, ſi in tanta tribulatione eccleſiā dimitteret: & præterea ſi modo renuntiaret, de cetero repetere nō poſſet.

e ¶ Rege ſuo.] ſcilicet filio Salomonis. Et eſt hic argu. quod filij regum de iure debent eſſe reges. arg. contra 8. q. 1. Moyſes. & 93. diſt. legimus.

Regū filij debent eſſe reges.

impetu, ac morſu leonis in itinere necaretur. *& paucis interiectis.* ¶ Satiat [a] adhuc in Euangelio ſuo Dominus, & maiorem intelligẽtiæ lucem manifeſtat, quòd ijdem, qui [a] ſe tunc à tribu Iuda, & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis Samariã ſeceſſerant, inter profanos, & gentiles computarentur. Nam, cum primum diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit, & dixit: [In viã nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis.] Ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari [b]. *& poſt pauca.* ¶ Quòd vero eumdem, quem & nos Deum patrem, eumdem filium Chriſtũ, eumdem ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Core, & Dathan, & Abyron cum ſacerdote Aaron, & Moyſe eumdem Deum nouerant, pari lege, & religione viuentes vnum, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata eſſe, & proficere ſacrificia irreligioſe, & illicite contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicite fuerat oblatum, ne in vſu de cetero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent; iuſſu Domini conflata, atq. igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundum quòd loquitur ſcriptura diuina: [Memoriale [c], inquit, filijs Iſrael, vt non accedat quiſquam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non fit, ſicut Core.] Et tamen illi ſchiſma [d] non fecerant, nec foras egreſſi contra Dei ſacerdotes impudenter, atque hoſtiliter rebellauerant. Quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, & contra pacem, atque vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vendicare conantur.

Matth. 10.

¶. 24. q. 1. c. didicimus. §. quod vero.

Num. 16.

Ibidem.

a ¶ [Satiat adhuc.] *Antea legebatur*, Sed adhuc. *Emendatum eſt ex vetuſtis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco ſecuta eſt. Hoc verbo vtitur etiam in libro de opere, & eleemoſynis ſic ſcribẽs*, deprecationes ſolas parum valere, niſi factorum, & operum acceſſione ſatientur. *Ita enim habent vetuſti codices, & cetera editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, eius verbi loco, poſitum eſt*, adiuuentur.

Item Leo quartus Vernoni Duci Britanniæ.

¶ Non eſt defendendus, qui viuentis locum inuadit. C. X.

NOn furem [e], nec latronem, qualem Gillandum † eſſe ſentimus in Nannetica ſede, qui viuentis (quod non licuit) [f] locum non timuit vſurpare, pro cuiuſcumq. muneris donis vltra debes defenſare.

† al. Giſlandum

Item Euariſtus Papa, epiſt. 2. omnibus epiſcopis.

¶ Non licet epiſcopo, eccleſiam ſuam dimittere. C. XI.

SIcut vir non debet adulte-

Polyc. l. ... & Burc. l. 1. c. 76. Anſ. l. 6. c. 10... Ivo p. 5. c. 18...

a ¶ Quòd ijdẽ qui.] arg. q; idem eſt populus qui fuit ante mille annos: ſic 16. diſt. habeo. & ff. de iudi. proponebatur. Sed contra. illi fuerunt ante tẽpus Chriſti vltra Caſpios mõtes tranſlati. Sed dic, q; adhuc multi ſequebant eos in vitijs ſuis: vnde illi ijdẽ dicebantur eſſe cum eis. 1. q. 1. cito.

b ¶ Adæquari.] 24. q. 1. nõ afferamus. cõtra vbi dicit ſchiſma eſſe grauius peccatũ, ſed expone grauius, ideſt periculoſius. 32. q. 4. nemo.

c ¶ Memoriale.] hæc quæ generant materiã mali, iubentur publice exponi, vt alijs terror incutiatur, vt hic, & 19. q. 3. mandamus. quãque iubẽtur deſtrui, ne refricent facti memoriam. 15. q. 1. mulier. lo.

d ¶ Schiſma.] ita magnum, vt iſti Nouatiani nouam fecerint eccleſiam.

NOn furem.] CASVS. Verno dux Britanniæ, ꝓpter munera defendebat Gillandum, qui ſedem Nanneticam vſurpauerat viuente prælato: vnde Leo monet ipſum ducem ne deceтero Gillandum defendat.

e ¶ Non furẽ.] ideſt, non inuaſorem: furtum enim non committitur in re immobili, vt inſtitu. de vſuc. §. quod autem ...

SIcut.] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ duas partes. In prima parte notat ſimilitudo inter matrimoniũ ſpirituale, & carnale: quia ſicut vir nõ debet vxorem ſuam dimittere; ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam abſq; incul-

a Ad huius dicti declarationẽ videas, quæſtionẽ B. q̃ incipit Bonon. iurauerunt, &c. & eſt q̃ſtio dominicalis. & ĩ. ead. ſicut vir. in glo. 2. & qd leg. & no. 32. q. 4. recurrat. ver. quę aũt pepetit. Arch.

a Quod legi. & no. extra de elec. dudum.

ineuitabili neceſſitate, vel Apoſtolica mutatione. & ſicut vxori non licet dimittere virũ, & adhærere alij, licet fuerit fornicatus; ſed aut ei reconciliari, aut innupta remanere: ſic eccleſia ſuum non debet dimittere epm; & ſi dimiſerit, aut ſibi recõcilietur, aut innupta permaneat. In

mittere, vt alij adhæreat.

d ¶ Adulterata.] ergo eccleſia poteſt delinquere, & etiã vniuerſitas. ar. ff. de orig. iur. l. 2. illud & eſt cõtra illud. ff. de dolo, ſi ex dolo. vbi dicitur, quod municeps non poteſt facere dolum: ſupple de facili. Sed numquid poteſt eccleſia vel ciuitas excõicari: dico quod nõ, vt 24. q. 5. ſi habes. Sed maiores de eccleſia † poſſũt excõicari, vt extra de ſi. veniẽs. & ff. de con. & demon. municipibus. & 44. diſt. cõmeſſationes. Dico enim quod ſi eccleſia vel ciuitas poſſet excõicari, ſequeretur abſurditas. nã omnibus illis mortuis, & alijs ſubſtitutis eſt eadẽ eccleſia: ergo adhuc eſſet excõicata. ſi priores canonici non petijſſẽt abſolutionem adhuc. de hoc notaui 12. q. 2. eps qui 2.

Vniuerſitas deliquere poteſt.

Excõicari nequit eccleſia vel ciuitas.

† Adhoc facit quod leg. & not. 3. ea. q. denique. & habes de hoc plures concor. extra de iur. pa. quoniã quibuſdã. in gl. 1. ver. item quid ſi, &c. & de conſe. diſt. 1. de fabrica. Arch.

rare [a] uxorem ſuam; ita nec epiſcopus eccleſiã ſuam, ideſt vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuũ, vt alteri ſe, viuente eo, matrimonio ſociet, aut cum adulteret [b], licet fornicatus [c] ſit vir eius,
1.Cor.7. ſed iuxta Apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innupta; ita eccleſiæ non licet dimittere epiſcopũ ſuũ, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterũ, viuẽte eo, accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat: ideſt alterũ epiſcopũ, ſuo viuente, nõ accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimẽ incurrat. Si vero adulterata [d] fuerit, ideſt, ſi ſe alteri epiſcopo iunxerit, aut ſuper ſe alterum epiſcopum adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit; per acerrimã pænitentiam aut ſuo reconcilietur epiſcopo, aut innupta
Burc. l. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305. permaneat. *& paulo poſt.* ¶ Epiſcopum vero oportet opportune, & importune, atque ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitijs ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eumque amare, & diligere vt legatum Dei [e], & præconem veritatis.

Ecce his auctoritatibus patenter oſtenditur, quòd epiſcopo viuente alius ſuperordinari non poteſt, nec etiã pro eius
T. ea. c. ſcripſit. *ægritudine. Sed illud Gregorij [f] intelligendum eſt, quando ille, qui ægrotat, alium ſibi ſubſtitui non rogat. Ceterum, quãdo aliquis vel ſenectute, vel infirmitate grauatus ſuſceptum officium adminiſtrare non valet, ſi alium ſibi ſubſti-*
L. 9. reg. epi. 41. *tui petierit, rationabiliter fieri poteſt. Vnde in eodem capitulo ſequitur [Si [a] vero [g] idem Ioannes fortaſſe pro moleſtia ſua petierit [h], vt ab epiſcopi honore debeat vacare, eo petitionem ſcripto dante, concedendum eſt: aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.] Hinc etiam beatus Auguſtinus epiſcopo ſuo nondũ defuncto, ſed ſenectute grauato cathedrã epiſcopalẽ ſuſcepit.*

Vnde in epiſtola Paulini vnica ad Romanianũ legitur.

a ¶ Si vero idem Ioannes.] *Hæc ſunt in regeſto B. Gregorij lib. 9. epiſt. 41. & ſequuntur poſt c. ſcripſit. ſupra eadem.*

¶ Auguſtinus non tam ſucceſſit, quàm acceſſit. C. XII.

n. Aug. epiſ. 34. & 110. NOn autẽ tãtũ hoc ſcribimus gratulandũ, quòd epiſcopatum Auguſtinus acceperit, ſed quòd hanc Dei gra-

e ¶ Vt legatũ Dei.] Epiſcopus dicitur legatus Dei, & tamen eſt iudex ordinarius vnde patet, quòd legatus Papæ eſt iudex ordinarius, vt proconſul.

ECCE. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis. & bene ſoluit dicens, quod propter ægritudinem nõ debet alius epo ſubſtitui, niſi ipſe infirmus ſingulariter hoc poſtularet: & tũc licite fieri põt, ſi hoc in ſcriptis poſtulauerit. Et hoc probatur per capitulum ſ. e. c. ſcripſit. & ad hoc inducit exemplum de Aug. qui poſtulante Valerio ſenectute grauato, factus eſt epiſcopus, vt in eo. cap. not. ſ. Sed i originali qd ſequitur poſtea planum eſt.

f ¶ Sed illud Gregorij.] ſ. ea. c. ſcripſit.

g ¶ Si vero.] Hoc habet in originali vnde hoc extractum eſt.

h ¶ Petierit.] Ergo nulli infirmo dandus eſt coadiutor, niſi hoc petat. ſ. ea. qualiter. & cap. quamuis. & c. ſcripſit. Arg. contra extra de coadiu. ad audientiam.

In ſecunda parte dicitur, quod eps debet docere & amare eccleſiam ſuam, & econuerſo eccleſia epiſcopum ſuum. Secunda pars incipit ibi, [Epiſcopum vero.]

a ¶ Adulterare.] id eſt, dimittere vt adulteret cũ alia.

b ¶ Adulteret.] ideſt, dimittat fornicantem.

c ¶ Fornicatus.] Vxor poteſt dimittere virum ob fornicationem ſicut vir vxorem: quia non ad imparia iudicantur. 32. q. 1. ſi quis vxorem. ſed non poteſt eũ di-

NOn autem.] CASVS. Paulinus ſignificauit Romaniano, quod Valerio epiſcopo Hipponẽſi eccleſiç viuo & incolumi poſtulãte, coepiſcopus factus eſt ei Aug. de cuius promotione & electione non ſolum lætatus eſt, ſed etiam lætatur quod Africana eccleſia talem meruit habere paſtorem.

tia curam meruerint Africanæ eccleſiæ, vt verba cæleſtia Auguſtini ore perciperent; qui ad maiorem Dominici muneris gratiã nouo more [a] prouectus, ita conſecratus eſt, vt nõ ſuccederet [b] in cathedra epiſcopo, ſed accederet [c]. Nã incolumi Valerio Hipponenſis eccleſiæ epiſcopo, coepiſcopus Auguſtinus eſt.

Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorij, qui Ariminenſi epiſcopo dolore capitis laboranti, alterum ſubrogauit, ita ſcribens in 7. lib. regeſti ſui, indi. 2. epiſt. 49. ad Marinianum epiſcopum Rauennæ.

¶ Epiſcopo grauato infirmitate alius ſubrogari poteſt. C. XIII.

Burc. li. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305.

QValiter ordinati à nobis ſacerdotis, corporis, qua noſtis, impediente moleſtia, Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus ſit regimine deſtituta, dudum fraternitas veſtra cognouit. Quem, dum habitatorum loci illius precibus permoti ſæpius hortaremur, vt ſi de eadẽ capitis, qua detinebatur, moleſtia melioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam auxiliante Domino reuerteretur eccleſiam; datis inducijs in hoc quadriennio [d] expectatus eſt. Quem, dum monitu cleri, ciuiumq. illinc venientium, noſque precibus vrgentium † inſtantius hortaremur, vt ſi valeret, cum eis auxiliante Domino remearet; data [e] in ſcriptis ſupplicatione nos petijt: vt quia ad eiuſdem eccleſiæ regimen, vel ſuſceptum officium pro eadem, qua detinetur, moleſtia aſſurgere nullatenus poſſet; eccleſiæ ipſi ordinare epiſcopum deberemus. Vnde, quia cunctarum eccleſiarũ iniuncta nos ſolicitudinis cura conſtringit, ne diutius gregi fideliũ deſit cuſtodia paſtoralis, illorũ precib⁹,

† al. argumentium

a ¶ Nouo more.] Sed contra. in nullius perſona eſt omittendũ, qđ ſtatutis generalibus continet. 61. diſt. miramur. Sed illud nõ fit pp vtilitatẽ perſonę, ſed eccleſię. ADDITIO. Dicit Lau. ꝙ iſtud fuit ſpeciale ad eccleſiam Hipp. quod dicit littera.

Epiſcopi duo quandoque poſſunt eſſe.

b ¶ Vt non ſuccederet.] Sic ergo vterq; inſolidum eſt eps, ſ. 21. q. 1. relatio. & vterq; põt hominẽ per ſe ſoluere & ligare. ff. de adm. tu. ſi plures. ff. de exerc. l. 1. §. ſi plures. & ff. de offi. procon. l. 1. Sed nunquid quem vnus ligat, poteſt alter abſoluere? & videtur ꝙ nõ, quia pares ſunt. vnde videtur ꝙ ſententia pro reo teneat. ff. de reg. iu. inter pares. Itẽ ſi ſimul ferãt contrarias ſententias, cuius ſententia tenebit? Videturq; mutuo ſe impediant. ff. de vſufr. quoties. & hæc forte vera ſunt vbi ſimul adminiſtrant [1]: ſed hic forte Valerius ceſſit adminiſtrationem Auguſtino: quia facilius expeditur adminiſtratio per vnum quàm per plures. ff. de admi. tu. l. 3. §. vlt. vel dic ꝙ licet vterque habeat dominium & iuriſdictionem inſolidum; tamen vnus ſine altero non poteſt iudicare, ad inſtar plurium iudicum, vt 2. q. 6. §. diffinitiua, verſic. ſi plures. extra de offic. deleg. quamuis. & c. cauſam. niſi aliter fuerit eis conceſſum à Papa [1]: ſicut quandoque fuit in duobus legatis Alemaniæ: ſed tamen ex hoc poſſet oriri diſcordia, vt quem vnus condemnaret, alter abſolueret. Item nunquid eodem modo poſſint eſſe duo Apoſtolici, arg. ꝙ non. 7. ca. factus. & dominus tantum vnum conſtituit. 24. q. 1. ita loquitur. & cap. quicũque. quidam contra ꝙ diſpenſari non poteſt. 25. q. 1. ſunt quidam. præterea quia vna eſt eccleſia catholica, & vnum caput, & tamen plures Imperatores fuiſſe legimus. 21. diſt. nunc autem. ſed hoc non eſt ita, quia offenderetur illa regula, Vnam ſanctam catholicam, &c. 23. diſt. qui epiſcopus. Item numquid Papa poteſt renuntiare? Vtique. nam Marcellus renuntiauit. 21. diſt. nunc autem. & Clemens Papa: ſed poſt Linum & Cletum iterum recepit cathedram. 8. q. 1. ſi Petrus.

1 Alij dicunt, ꝙ tenet ſententia pro reo, vt in l. præ di. inter pares. niſi in caſibus. qđ dic vt leg. & no. extra de re iu. duob⁹. Ar.

Papæ duo nõ poſſunt eſſe.

c ¶ Accederet.] Videtur tamen ꝙ Aug. in adminiſtratione fuit minor [1]. 40. diſt. ante omnia. in fi. quia vt dicitur, in caſu neceſſitatis eſt vnus epiſcopus, vicarius alterius: ne ſit ſibi monſtrum habens duo capita. extra de offi. iud. ord. quoniam in pleriſque.

1 Hoc aſſertiue dicebat L. dicẽs quia ipſi Auguſtino datus eſt locus à Valerio.

HOC IDEM. CASVS. S. in §. ecce. in c. non autem. dictum eſt, ꝙ vno epiſcopo poſtulante poteſt alius ſubſtitui. Nunc vero probat idem auctoritate Greg. qui Ariminen. epiſcopo rogante alium ſibi ſubſtituit.

QValiter.] CASVS. Ariminenſis epiſcopus moleſtia capitis oppreſſus, Romam fuit, vt ibi liberaretur: quem cum G. ad preces Ariminenſium hortaretur, vt ſi ſe melioratum ſentiret, ad eccleſiam ſuam reuerteretur: ipſe ſupplicauit vt quadriennio expectaretur, & datæ ſunt ei induciæ quadriennij: ſed elapſo quadriẽnio cum non conualeſceret, & Gre. ad preces clericorum & ciuium ipſum inſtantius hortaretur vt rediret, renuntians ſupplicauit Papæ, quatenus ibi alium ordinaret. Scripſit ergo Gregorius viſitatoribus illius eccleſiæ totã ſeriem rei geſtæ: & ſic admonuit clerum & populũ, vt dignum eligerent, & præcepit eis vt illum examinent quem omnes elegerint, ſicut etiam ipſi poſtulauerunt: & ſi inuenerint eum dignum, mittant eum Romam cũ decreto electionis ad ordinem ſuſcipiendum; & ibi incipit cõſtitutio: Dudũ veſtra fraternitas cognouit qualiter Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus ac ſacerdotali ſit regimine deſtituta, impediente moleſtia corporis [Sacerdotes,] .ideſt epiſcopi ordinati à nobis.

d ¶ Quadriennio.] Quadriennium enim datur, vt poſſit abeſſe cauſa curationis: ſed annus datur ei tantũ ad experiendum ſi poſſit celebrare. 7. 33. diſt. communiter. vel etiam xxx. dies, vt 7. q. 2. c. vlt. potius debuiſſet iſte epiſcopus fugiſſe Romam pro ſanitate recuperanda ſicut communis filius, vt 23. diſt. cõmunis. & eſt hic arg. quòd Romæ eſt ſanum morari. Ioan.

e ¶ Data.] Ergo in ſcriptis facienda eſt renuntiatio: aliàs non tenet. 7. c. q. §. ecce. Io. quod falſum eſt, cum etiam ſolo facto poteſt aliquis renuntiare, vt extra de ap. ſolicitudinem, & extra de ijs quæ ſi. à ma. par. cap. ex ore. & etiam ſolis verbis, vt C. de pac. poſtquam. B.

a ¶ Com-

huiuſque ex ſui impoſsibilitate renuntiatione compulſi [a], viſum nobis eſt eidem Ariminenſi eccleſiæ debere epiſcopum ordinari : & datis ex more præceptis, clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ non deſtitimus admonere; quatenus ad eligendum ſibi antiſtitem concordi prouiſione concurrant. Hortamur igitur, vt fraternitas veſtra eum, quem vno conſenſu omnes elegerint, ſicut & ipſi à nobis popoſciſſe noſcuntur, ad ſe faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione diſcutite; & ſi ea, in eo, quæ in textu heptateuchi [a] [b] morte multata ſunt, minime Domino fuerint opitulante reperta, atq. fidelium perſonarum relatione eius vobis quoq. vita placuerit, ad nos eum cum decreti [c] pagina, veſtræ quoque addita teſtificationis epiſtola deſtinate : quatenus eidem à nobis eccleſiæ Domino diſponente conſecretur antiſtes.

a ¶ Heptateuchi.] *Apud B. Gregorium in hac epiſtola, & in multis alijs locis legitur*, Eptatici, *ſicut eſt etiam in Burchardo, & Iuone, & aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus. Et de hac voce notatum eſt ſupra diſtin. 15. c. ſancta Romana. in ver. Pentateuchum.*

Item ex eodem regeſto, lib. 11. epiſt. 7. ad Etherium epiſcopum.

¶De eodem. C. XIIII.

Burc.l.1.c.191. Iuo p.5.c.307.

QVamuis triſte [d] nobis ſit valde, quod loquimur, atq. fraterna nos compaſsio flere potius vrgeat, quàm aliquid de auditis definire permittat; ſuſcepti tamen ſolicitudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſiis cura proſpicere, & ne qua earum poſsit vtilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, diſponere. Peruenit igitur ad nos quibuſdã referentibus quemdam epiſcopum ita paſsionem capitis incurriſſe, vt quod mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel eccleſiæ ipſius vtilitates depereant; cauta nos neceſſe eſt prouiſione tractare. Et ideo, quia viuentem epiſcopum ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis, non crimen abducit; alium loco eius (niſi recuſante eo) nulla ſinit ratio ordinari : ſed ſi interuallã ægritudinis habere eſt ſolitus; ipſe data petitione non ſe vlterius ad hoc miniſteriũ intellectum habere, nec ad alia officia ſubuertẽte infirmitate poſſe fateatur [e] aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum. Quo facto, omnium ſolenniter electione, alter qui dignus fuerit epiſcopus, ſolenniter ordinetur : ſic tamen, vt quouſque eumdem epiſcopum in hoc ſæculo vita tenuerit; ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrentur [f]. Enimuero, ſi nullo tempore ad ſanæ redit mentis officium; perſona fidelis, ac vitæ probabilis eſt eligenda [g], quæ ad regimen eccleſiæ idonea poſsit exiſtere, atque de animarum vtilitate

a ¶ Compulſi.] Abſolute ponitur ille nominatiuus, & non habet verbum.

ADDITIO. Aliàs compulſus, & tunc vnitur cum illa dictione, nobis. & tunc ſic. viſum eſt nobis compulſis precibus illorum, &c. ſecundum Hu. aliàs compulſi eſt genitiui caſus ſecundum L.

b ¶ Heptateuchi.] Heptateuchum ab hepta dicitur, qđ eſt ſeptem: & teuchos, quod eſt volumen. vnde heptateuchum, id eſt, volumen ſeptem librorũ. 3. diſt. 49. hinc etenim ſunt quinque libri Moyſi, & liber Ioſue, & liber Iudicum, qui ibi cõtinentur.

Heptateuchum, qđ dicitur.

c ¶ Decreti.] In quibus teſtetur de examinatione & vita electi. 61. diſt. Catinenſis. & c. epiſcopum.

QVãuis.] CASVS. Quidã ep̃s tantam paſſionẽ capitis incurrit, q̃ factus erat mẽtis alienatæ. Ne ergo grex illius eccleſiæ læderetur, ſcripſit Greg. Etherico epiſcopo, & dicit, q̃ ex quo infirmitas eſt in cauſa, & non crimen: non poteſt ibi alius ep̃s ſuperordinari, niſi eo ſponte renuntiãte: & mandat ei vt vadat illuc, & ſi habeat lucida interualla, moneat eum vt renũtiet, & ſi renuntiauerit, alius loco eius ſubſtituatur ita tamẽ, vt epiſcopo donec vixerit debitus ſumptus ex eadẽ eccleſia miniſtrẽtur. Si vero ad ſanam mentem non redierit, eligatur ibi alius : & committatur ei omnis cura eccleſiæ: ſed nõ conſecretur eo viuente: ſed eo mortuo conſecretur.

d ¶ Triſte.] Data petitione tempore infirmitatis, non tempore furoris: nam tunc nõ teneret renuntiatio. 17. q. 1. Conſaldus.

e ¶ Fateatur.] Iſte æquitate ſuadente, licet ius deficiat, cogit renuntiare: i. tcũ alijs in hoc proſit, & ſibi non noceat. argum. ff de aqua plu. arc. in ſumma. §. idem Varus. & ff. loc. ſi quis domum.

Contra vt dicã ſ. c. §. ecce qđ. in verbo, ſenectute.

f ¶ Miniſtrentur.] ſed pro crimine remoto non miniſtrãtur ſumptus: qa male meriti publica debent egeſtate laborare, vt ff. depoſitu. bona fides.

Male meriti debent egere.

g ¶ Eligenda.] Arg. cõtra. 3. diſt. 79. ſi quis Papa. & extra de pac. accepimus. & extra de conceſ. præb. & ec.

non va.nulla.ſed omnia illa continent ius cõmune. Vel dic ꝙ ille fuit electus ſub tali conditione, niſi ſuperſtes conualuerit. & tunc eo conualeſcente irritatur electio: eo mortuo deinde confirmatur.ar.j.c.paſtoralis.61.diſ. ſtudij.ext.de ele.cum terra.85.diſt.Florentinũ. & eſt ſi. C. de cu. fu. cũ alijs. Quidam dicunt ꝙ modo tamquã adminiſtrator eligit,ſed eo mortuo in epiſcopũ.

NE AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua dicit, ꝙ vbi fuerit copia ſacerdotũ, ſemper debent eſſe duo: ita vt ſi vnus ceciderit, & alius ieiunus incipiat vbi alter dimiſit, & finiat. Io.de Fan.

CASVS.ſ.in c.quamuis. facta eſt mentio de mentis alienatione. Sed quia hæc alienatio in officio ſępe cõtingit, ideo cõſtitutũ eſt,vt vnuſquiſque presbyter alios ſecũ habeat, qui miniſteria inchoata pficere valeant.

Illud diuini.] CASVS. Conſtitutum fuit in concilio Toletano, vt vbi loci vel temporis vel cleri copia ſuffragat, qlibet ſacerdos habeat coadiutorẽ ſecũ: qa ſi dũ officiũ celebrat, caſus inopinatus euenerit,qui corpus obrui faciat, mentem alienet,vel terrore cõfundat: eius vices exequatur. [Copia temporis,] id eſt,opportunitas. Nam ſi guerra eſſet, non poſſet vel nõ auderet aliũ ſecũ habere. [Loci,] vt ſi locus ſit diues. [Cleri,] quia forte eſt ibi copia clericorum.

a ¶ Adiutorem.] j.21. q.2.ſicut contra. Sed dicas talem coadiutorem vel ſocium, non prælatum.vel loquitur de eccleſijs cõuẽtualibus, vel quando ſufficiunt facultates. ſic 93.diſt. diaconi 2.& de conſe. diſt. 1.c.hoc quoque. & c. epiſcopus Deo.

b ¶ Eliſus.] Per hoc dicũt quidã loqui de infirmo: quod falsũ eſt qa infirmus niſi conualuerit,non celebrabit. j.e.q.2.in litteris.

ſed perfici per eum qui incœpit,vel per alium, ſcilicet epiſcopum vel ſacerdotem. ſi caſus inopinatus contingat: quę congruo ordine perfici debent. Nihil enim intereſt an per eum,an per alium compleantur. Nam cũ omnes vnum corpus ſimus in fide Chriſti, nihil cõtrarium

cogitare;inquietos ſub diſciplinæ vinculo reſtringere; eccleſiaſticarum rerum curam gerere, & maturum, atq. efficacem ſe in omnibus exhibere: qui etiam ſi epiſcopo, qui nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit; loco eius debeat conſecrari.

2 *Ne autem huiuſcemodi paſſionibus ſacerdotibus ſubito occupatis cœptum officium inexpletum remaneat; inſtitutum eſt,vt ſacerdos ſiue pſallens, ſiue ſacrificans alios ſecum habeat,qui ſi huiuſmodi caſus interueniat, inchoata miniſteria perficere valeant.*

Vnde in concilio Toletano xi.c.14.

¶ Quiſque ſacrificans ſacerdotem ſibi vicinum habeat,qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei aliqua neceſsitas ingruerit. C. XV.

Illud[a] diuini oraculi monentis ſinguli præcauentes,quo ſcribitur: [Væ ſoli,quia cum ceciderit,non habet ſubleuantem;] ſummopere verendum nobis eſt,& cauendum; ne horis illis,atque temporibus, quibus Domino pſallitur,vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti pernicioſa paſsio, vel corporis quælibet inualitudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergo caſibus præcauentes, neceſſarium duximus inſtituere,vt vbi temporis, vel loci, ſiue cleri copia ſuffragatur,habeat quiſquis † illic canens Deo, atq. ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem[a]: vt ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit †, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus[b]; à tergo ſemper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus. *Sed ſi β hoc ſacrificanti frequenter acciderit,tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.*

De conſ.diſt.1. vt illud. Burc.l.3.c.73. Iuo p.2.c.126.

† al. ille

† al. accedet

α ¶ Illud.] *In concilijs impreſsis legitur*, Et illud. *In codice vero Lucenſi regio*, Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, vt illud: *& ſic eſt infra de conſ.diſt.1.c.*vt illud. *& apud Burch. & Iuonem.*

β ¶ Sed ſi hoc.] *Hæc ſunt impreſſa alijs characteribus, quia nõ ſunt in concilio Toletano, neque in plerisque vetuſtis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo ſunt gloſſa ad verbũ*, vicem. *& poſt verbum* prohibeantur, *additur*, vt infra ead.q.2. c.in litteris tuis. *Apud Burchardum vero, & Iuonem, qui citant decreta Soteris Papæ, & infra.de conſ.loco citato,horum verborum loco leguntur hæc*, & officium incœptum adimpleat.

Item ex concilio Toletano ſeptimo, c.2.

¶ Si ſacerdos neceſsitate præoccupatus fuerit, cœpta ſacramenta per alium expleantur. XVI.

Nihil contra ordinis ſtatutum temeritatis auſu præſumatur; neq. illa, quæ ſumma veneratione cenſentur,

Burc.l.3.c.70. Iuo p.2.c.124.

Nihil contra.] CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ ſolennia Miſſarum ex quo ſunt incœpta, inexpleta remanere non debent,

rium format,id eſt, inducit diuerſitas perſonarum. In ſecunda parte dicitur, ꝙ nullus cantet Miſſam niſi ieiunus,& ꝙ nullus niſi propter impedimentũ dimittat officium imperfectũ: & qui contra præſumpſerit excõicetur

petur. Secunda pars. ibi, [Nullus poſt cibum.]
a ¶ Soluantur.] ideſt, ne inexpleta remaneant.
b ¶ Vel presbytero.] Presbyter ergo poteſt ſupplere Miſſam ab epiſcopo inchoatam. arg. hic, & 25 diſt. c. 1. vbi dicit, quod archipresbyter ſupplet defectū abſentis epiſcopi

numquid pranſus poteſt ſupplere id quod alter inchoauit, non. Item vſque ad Nonam tantum fit hæc ſuppletio. Sed Matutinis & Veſperis nō expletis vſque ad quod tempus poſſit fieri ſuppletio, dubitatur. Sed dic quod quādocumque expleri poſſunt ab alio. De ſacerdote quid dices, qui dum venit ad conſecrationem, memor eſt mortalis peccati. Dico quod perficere debet, licet peccet cōficiendo. extra de celebra. Miſſa. de homine. Itē eſt hic ar. quod duo imperfecta faciunt vnum perfectum. ſic 4. q. 3. item in criminali. §. ſæpe. de pœ. diſt. 1. tres ſūt. C. de dona. ſācimus. in ſi. 16. q. 3. §. poteſt, Arch. contra 25. diſt. quorumdā. & C. qui nu. tute. l. 1.
c ¶ Cōpleantur.] Ar. nihil credas actū. & c. ſi. 48. diſt. quæ ipſis. 25. diſt. quorumdā. Item ex eo quod dicit, ordine, eſt arg. quod ordo turbatus irritat factū, vt 61. diſt. miramur. & 62. diſt. ſicut. quod verum eſt de ordine qui eſt de ſubſtantia rei.
Additio. Vt extra de reſcrip. cum dilecta. & de ſeit. ſpo. Piſanis.
d ¶ Minimum.] Prāſo non licet celebrare 1 Miſſam, vt hic, & de conſ. di. 2. liquido, nec baptizare nec ſignare. de conſ. diſ. 5. vt ieiuni. & c. ſeq: ſed eſt forte abrogatum id quod eſt ſ. de conſe. diſt. 1. ſacramēta. vbi dicitur, quod in cœna Domini pranſus poteſt celebrare. & intellige ſi eodem die pranſus eſt, vt dies à media nocte incipiat: & etiam ſi ante medium noctis comederet. & adhuc ſentiret eructationes: quia nondum eſt cibus digeſtus: quādiu ſentiet cibum, abſtinebit. ſ. de cōnſ. di. 2. tribus. medicinā forte pōt ſumere: quia

Miſſa per vnum inchoata an poſſit per alterum terminari.

vel minimo præſumptionis actu α ſoluantur a; cum ad hoc β tantum fieri iuſſa ſunt; ne interrupta noſcantur, vel languoris prouentu robore ſalutis priuetur natura. Non ergo fragilitati ſolum conſulitur humanæ; ſed etiam γ ſacro honori myſteriorum Dei prouida cauetur ſolicitudine. Cenſuimus ergo conuenire, vt cum à ſacerdotibus Miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat conſecrationis expleri myſterium, ſit liberum epiſcopo vel presbytero b alteri conſecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſterijs competit; quàm aut incipientis, aut ſubſequentis completa δ benedictio ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur c †. Cum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format: vbi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduū ε, ſibi eſſe non ambigant: ſed, vt præmiſſum eſt, præcedentibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen, quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur; nullus poſt cibum, potumque quamlibet minimum d ſumptum Miſſas facere, nullus abſque prouentu patētis moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos, cū cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſubſtinebit.

Imperfecta duo faciūt vnum perfectum.

† Tex eſt pro hoc in l. cū Sylliana . . . ad Syl & . . . a l. 1. ff. de . . lius voci.

α ¶ Actu.] *Sic eſt emendatum ex codice regio: nam in impreſſis conciliorum codicibus, & apud Burchardū, & Iuonem eſt,* tactu.
β ¶ Cum ad hoc tantum.] *Magna eſt hoc loco varietas. In codice regio legitur,* cum ad hoc tantum quaqua fieri iuſſa ſunt, interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum,* cum adhuc tantum fieri iuſſa ſunt, nec interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem,* cum ad hoc, *&* nec languoris. *cetera eodem modo.*
γ ¶ Sed etiam ſacro.] *Hic quoque magna varietas. In codice regio plenior eſt oratio,* ſed etiam honori myſteriorum Dei prouidetur abunde, dum ab offenſionis caſu procuratur etiam caueri ſolicite.
δ ¶ Completa benedictio.] *Sic reſtitutum eſt ex codice regio, cum quo aliquot editiones conueniunt: multaq. etiam alia in hoc capite emendata.*
ε ¶ Indiuiduum.] *In codice regio eſt,* indultum.

Celebrare pranſo nō licet.

1 Quod no. 75. diſ. quod à patribus in glo. quod ſi.

ζ *Ecce, quòd epiſcopo petente, precibus etiam populi, infir-*

Celebrare nullus debet ante digeſtionem.

pi in cantando. Sed cōtra ſ. de conſec. diſt. 2. c. vlt. 1 Sed dic quod nouam Miſſam non poteſt incipere: ſed priorem poſſet conſummare. Incipiat ergo vnus vbi alius deſtitit, niſi ſit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter reincipiat. Similiter vbi deficit in ſecreta: alter id in principio incipiat. Idem dic in baptiſmo, vt alter de nouo id reincipiat: quia hæc ſunt ſacramenta vnitatis. De ordinatione idem credo. 24. diſt. quorumdam. Similiter iudex incipiet, vbi alter terminauit: ff. de iud. . . . Sed

1 Non obſtat: quia ibi loquitur cum expleta fuit Miſſa ab epo: nec imminet neceſſitas. Ar.

illa non cōnumerantur inter alimenta, vt ff. de penu. lega. l. non omne. quod non credo: ſed nec aquam calidā poteſt ſumere, vt extra de cele. Miſſa. ex parte.
ECCE. Hæc eſt 3. pars huius q. in qua dicitur quod propter ſenectutem vel ſimplicitatē datur coadiutor: quod probatur per duo cap. Io. de Fan.
Casvs. ſ. in c. ſcripſi. &c. quāquis dictum eſt, quod infirmitate grauato, niſi voluerit, alius ſubrogari non debet: ſed ei coadiutor dabitur. ſimiliter ſenectute grauato da-

ſo dabitur coadiutor. & hoc probatur per ſequens capitulum.

PEtijſti vt cum.] CASVS. H. caſum iſtum ſic ponit. Iſte archieps tria petijt à Papa, ſcilicet quòd ſibi coadiutorē adiūgeret, & quòd eligeret ſibi ſucceſſorem, & quòd ordinaret eum epiſcopū in eadem eccleſia, vt ſic eſſet ſibi coeps in eadē eccleſia. Primū ſibi concedit: quia de iure non potuit denegare, cum eſſet ſenectute grauatus. Secūdum licet eſſet contrarium eccleſiæ, cōcedit tamen ei ſpeciali priuilegio: ſi vt in articulo mortis eligat eum ſibi ſucceſſorem. Tertium autem quòd ſimiliter erat contra ius commune, ei ex toto denegat, ſcilicet vt ipſo viuente in eccleſia debeat ipſum ordinare epiſcopum. Beneuen. vero ſic ponit caſū. Bonifacius archieps Moguntinus tria poſtulauit à Zacharia Papa, ſ. vt coadiutorē ſibi habere liceret, cū eſſet ſenectute grauatus. Secundum, vt liceret ſibi ſucceſſorē eligere. Tertiū, vt in vita ſua liceret ſibi illum cōſecrare in epiſcopum, Sed Zacharias primum & ſecūdum ſibi cōceſſit: tertium vero concedere noluit. Sed quia litera videtur aliquantulum diſcordare, tu aptabis eā ad caſum ſecundum, quod melius eſt. [Ordinabis,] id eſt, facies & conſtitues illum epiſcopū, id eſt, ſuperintendentē ijs quibus coadiutor debet intendere.

a ¶ Præſentibus.] 8. q. 1. c. 2. contra. ſed iſtud eſt diſpenſatio. Et habes hic, quòd licet Papa det aliquibus poteſtatem eligēdi prælatum, tamen aliorum cōſenſus eſt requirendus. ſic 11. diſt. in nouo. 8. q. 1. licet. & ſ. de ritu nup. generali.

b ¶ Miniſtret.] & ita iſte eps erit vicarius huius archiepiſcopi, vt extra de offi. iud.

a Certe id quod ſequitur, ex textu non habetur: cum dicit tantū præſentib^9 cūctis, &c. & nihil dicit. de conſenſu vel ſic continebatur in forma gratiæ. Archid.

ord. quoniam in pleriſque.

QVia frater.] CASVS. Ioa. epiſcopus Narnien. eccleſiæ adeo ſimplex erat, quòd res eccleſiæ miniſtrare neſcie-

mitate grauato alius poſſit ſubrogari, patenter monſtratur. Senectute autem grauato, non ſucceſſor, ſed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis ſuccedat. Sic Auguſtinus dicitur acceſſiſſe, non ſucceſſiſſe Hipponenſium epiſcopo. ¶ ead. c. nō aut.

Hinc etiam Zacharias Papa ſcribit Bonifacio Moguntino archiepiſcopo.

¶ Senectute grauato coadiutor eſt dandus, qui morienti ſuccedat. C. XVII.

PEtijſti, vt cum noſtro conſulto pro ſuperueniente tibi ſenectute, atq. corporis imbecillitate, ſi poteris inuenire aliū in eadē ſede, in qua præs, pro tui perſona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, conſilium præbemus tuæ ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium, fautore Chriſto ſedem, quam obtines, Moguntinæ eccleſiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui poſſit ſolicitudinem habere, & curam pro ſalute animarum; pro tui perſona illū ordinabis epiſcopū; eritq. in Euāgelio tibi credito, & miniſterio Chriſti portando in omni loco requirens & confortans eccleſiā Dei. *Item ad eumdem epiſtola vltima.* ¶ Si eumdem diuina voluerit clementia poſt tui diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum; ea hora, qua te de præſenti ſæculo migraturum cognoueris, præſentibus [a] cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur; quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus. *Item ibidem paulo ſuperius.* ¶ De eo autem, quòd tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur epiſcopus; hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem eccleſiaſticam regulam, vel inſtituta patrum eſſe monſtratur: ſed volumus, vt tibi miniſtret [b], & ſit in Euangelium Chriſti adiutor. *& infra.* ¶ Nimis enim reprehenſibile eſſe manifeſtum eſt, vt te viuente tibi alium ſubſtituamus; ſed hoc commonemus, vt quamdiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe; ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli vſque ad verſ.* Item ſi eumdem, *ſumpta eſt ex epiſtola Zacharia Papa, cuius initium eſt,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuſcripta in bibliotheca Dominicana; quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, ſed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epiſtola vltima in tomis conciliorum.*

Item Pelagius Papa clero Narnienſi †. † al. Nanturienſi. † al. Narinēſi.

¶ Non ſucceſſor, ſed coadiutor viuenti epiſcopo datur. C. XVIII.

QVia frater & coepiſcopus noſter Ioannes eccleſiaſticæ vtilitatis ſtudio ſuadente, & naturæ ſuæ ſimplicita

nitſciebat. vnde petit à Pelagio quemdam presbyterum nomine Conſtitutum in adiutorem. præcepit ergo Pelagius clero illius eccleſiæ, quatenus principaliter Ioanni epiſcopo, ſecundario vero illi Conſtituto obedientiã præbeant competentem: ita vt in nullo eius diſpoſitionibus

te[a] laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quòd ſe in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minime fatetur idoneum; Conſtituti[b] presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: vt ea, quæ ſunt neceſſaria, competenti diſponẽte ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis iuſsione præcipimus, vt ſeruata primo[c] in loco epiſcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticæ vtilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam[d] Conſtituto competentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: immo competenti vigilãtiæ veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica vtilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes: vt his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis[e] ſunt neceſſaria, compleantur.

ſ. c. factus. & c. Nouatianus. ſ. ead. ſicut vir.

Illud vero Cypriani[f], de hæreticis intelligendum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare contendunt. ¶ *Illud vero Euariſti[g] Papæ tunc intelligendum eſt, quando nec ineuitabilis neceſſitas, (perſecutorum videlicet) nec Apoſtolica, aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopum de eccleſia ad eccleſiã tranſire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio ſui capituli diceret: [Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam.] ſubſequẽter adiunxit: [Abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.]*

4 *Ambitionis[h] enim cauſa, quicumque eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit, debet reuocari ad propriam ¶. Quod ſi redire contempſerit, careat aliena, & propria.*

Clericus eccleſiã mutat quinq; cauſis.

ª Quod eſt cũ propter perſecutionem receſſit. L.

te, q̃ nõ poſſet fieri ſubſtitutio: ideo Gra. ea exponit, & dicit, q̃ illud c. factus. intelligitur de hæreticis, ideſt, ſchiſmaticis, qui eccleſias vſurpãt. ſed illud c. ſicut vir. intelligitur de illo qui cauſa ambitionis ſuã vult eccleſiã deſerere, & non cã religionis, vel regularis mutationis: quod probat per litteram eiuſdẽ. quã Gratianus de illo c. ſubtraxit.

f ¶ Illud vero Cypriani.] ſ. ead. factus. & c. Nouatianus.

g ¶ Euariſti.] ſ. ead. ſicut vir.

AMBITIONIS. Hæc eſt 4. pars huius q. in qua probat per 15. auct. q̃ nullus ſine licentia poſſit dimittere eccleſiam ſuam, & tranſire ad aliam: & ſi fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſ. in alijs autem credo, q̃ poſſint renuntiare ſi volunt. ſ. ead. quàm periculoſum. extra de ſer. non ord. eo libentius. aliàs videntur ſerui. quod falſum eſt. Ioã. de Fanc.

CASVS. Dicit Grat. q̃ ſi quis tranſit cauſa ambitionis ad aliã eccleſiam, debet reuocari ad ſuam eccleſiam: & ſi redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit ſequentia cap.

h ¶ Ambitionis.] Adhuc enumerat Gratianus cauſas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit eccleſiam ſuã. Sunt autem quinque cauſæ mutationum, ſcilicet cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis ª. vtilitatis, & humilitatis. Cum cauſa neceſſitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, vt ſ. ead. paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis tranſit, tunc vtraque caret, vt ſ. ea. c. eos. & ſi quis epiſcopus. ſed tamen eccleſia poteſt eum repetere, vt ſ. ea. c. 1. & cogitur tunc redire, vt ſ. c. ſi qui vero. In cauſa leuitatis eſt vis aliquanta. H. dicit q̃ idem ſit in cauſa leuitatis, qđ in cauſa ambitionis, quod. ſ. ſine admonitione poteſt priuari ſi ex cauſa leuitatis adhæſerit alij, niſi prior eccleſia velit eum repetere. ſi autem non adhæſerit alij, aut eccleſia habet eum pro derelicto, aut non. ſi habet puta ſi contrahat matrimonium, vel ſit miles: tunc poteſt priuari. Item ſm H. ſi defuerit per tres ſeptimanas vel duos menſes, & ſine iuſta cauſa, & abſq; licentia p̃lati eſt in ſtudio vel in peregrinatione in his omnibus ſine admonitione poteſt priuari, vt dicit: honeſtum tamen eſt, vt admoneatur, vt ſ. ead. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero. & extra de coha. cler. & mu. c. ſi quiſquam. verius credo q̃ ſemper primo admonendus eſt, vt ext. de appel. peruenit 2. & ter admonendus eſt, vt extra de ſen. excom. in audientia. Item arg. ad hoc ſ. c. peruenit.

tionibus contradicant: & eis conſueta ſtipendia miniſtrentur. Et ſuſpenditur conſtructio vſque ibi, Conſtituti presbyteri.

a ¶ Simplicitate.] ſ. diſtin. 39. Petrus. ſ. ſed illud de ordinando. tamen iſte affectare non debuit id in quo ſciuit aut ſcire potuit infirmitatem ſuam alij dannoſã. ff. ad legem Aquiliam. idem iuris. in fine.

b ¶ Conſtituti.] proprium nomen.

c ¶ Primo.] ſ. diſt. 8. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in ſpiritualibus: coadiutori in temporalibus. 8. quæſt. 1. ſi Petrus.

d ¶ Obedientiam.] ar. q̃ ſi epiſcopus præcipit alicui pro vtilitate eccleſiæ ire Romam, q̃ illud tenetur facere. 16. q. 1. vos autem 1.

e ¶ Repetendis.] Ergo qui adminiſtrat res eccleſiæ poteſt agere, & conueniri, vt extra de reſcrip. edoceri.

ILLVD. CASVS. Supra in c. quamuis. & c. qualiter. dictum eſt, q̃ epiſcopo viuente alter poteſt ſubſtitui. Sed quia duo c. ſuperius poſita videbantur contraria, ſcilicet c. factum eſt. & c. ſicut vir. in quibus videbatur dici-

Digitized by

uenit.extra de cle.non reſi.ex parte. & extra eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendũ eſt aliquẽ habere eccleſiã ſuam pro derelicto.extra de renun.ſuper hoc.nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiã pro derelicto,cũ pôt quis ex iuſta cauſa abeſſe,vt extra vt li.nõ cõ te.quoniã frequẽter. ſi aũt non inuenitur fiat prout dicitur in i lla decreta.ex tuę.De vtilitate patet:q̃a cauſa vtilitatis tranſire poteſt ad aliam eccleſiam auctoritate maioris,vt j.ead. mutationes. Item ſi cauſa humilitatis trãſit ad monaſterium, non poteſt eam repetere, vt j.ead. hoc nequaquam. Alio modo & conſueuerunt quidã diſtinguere, vt inuenies in illa gloſſa, cũ quis

ſubdiacono, vt illum admoneat ad eccleſiam ſuam redire:& ſi contemnat,detrudat eũ in monaſteriũ: & hoc Papæ ſignificet,vt quid ſit poſtea facturus agnoſcat.

c ¶ Epiſcopum.]Epiſcopus ad plus ſecundũ iura canonica per ſex menſes aberit, vt extra de cleri,nõ reſiden. ex

a ¶ Ambitionis.]Cũ quis ſine licẽtia prælati recedit de eccleſia, ſi quidẽ ex cauſa neceſſitatis, adhuc eã retinet,vt j̃.e.pręſentiũ. ſi ex cauſa volũtaria, perdit eã.21. q. 2.ſi quis iã trãſlatus. ſi autem ex vtili cauſa recedat,non perdit eam,ſed punitur alio modo à iudice.d cõſ. diſt.5.nõ oportet 2.& 91.diſt.clericus.Sed ſi accedit ad aliã eccleſiam,videtur renũtiare primæ 1, vt extra de præb.de multa. & de conceſ.præb.litteras.in fin.populus tñ eũ ſi vult repetere poteſt.j̃ c. non oportet. Si autẽ prælatus per tres ſeptimanas abeſt,per triennium ſuſpenditur.j̃.e.ſi qs in clero. Si per duos mẽſes,priuatur eccleſia. ſ.e. præſentiũ. Si per quinq; annos,deponitur.extra de cle. non reſi.c.2.pręlatus vero ſi diebus ſolennibus defuerit ab eccleſia, punitur.j̃.ead. ſi quis in clero. immo & clericus ſi vna hora defuerit.92.diſt.c.vlt.vbi deponitur.

1 Dic vt no. extra d̃ cle. non reſi.ex tuę.& 21.q. 2.clerici. & c.relatio.& extra d̃ of. vicar.c.1. Arch.

Vnde in Nicano concilio c.15.legitur.

Et in Aquiſgrã. c.43.

¶ Epiſcopus, vel quilibet clericus relicta ſua eccleſia non debet ad aliam tranſire. C. XIX.

NOn oportet [a] epiſcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare; non epiſcopus, nõ presbyter, non diaconus tranſeat. Si quis autem poſt definitionem ſancti, & magni concilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſmodi negotio mancipauerit; hoc factũ prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur [b], cuius fuit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

Anſ.l.6.c.112. Burc.l.2.c.97. Iuo p.6.c.174.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anſelmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, vt verba hæc,* Quòd non oporteat epiſcopum, vel reliquos ordines demigrare, *ſit rubrica, & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus tranſeat. *In altero vero eadem rubrica eſt nigris litteris ſcripta, & eſt initium capituli, vnde videtur caput hoc eſſe concinnatum, quemadmodum eſt apud Gratianum, ſalua ſententia ipſius canonis.*

Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 5. epiſt. 23. ſiue c.123.

¶ In monaſterio deputetur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere contemnit. C. XX.

PEruenit ad nos Pimenium Amalphitanæ ciuitatis epiſcopum [c] in eccleſia ſua reſidere non eſſe contentum; ſed foris per diuerſa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt ſupradicto epiſcopo interminari non deſinas, quatenus hoc de cetero facere non præſumat; ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat. Quem ſi forte non emendari poſt tuam interminationem [d] cognoueris; in monaſterio eum deputare [e], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere [f] debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas.

Anſ.l.6.c.178.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c.5.

Et in Africano c.83.

¶ Epiſcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam eccleſiam ſe transferre. C. XXI.

PLacuit, vt nemini ſit facultas, re-

Anſ.l.6.c.176.

NOn oportet.]CASVS.Omnia ſequentia c. loquuntur de tranſeuntibus ambitioſe:quod ab initio ſemper præſumitur,cum ſua auctoritate hoc faciunt.Dicit ergo hic, q̃ nec epiſcopus nec presbyter nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem tranſire; & ſi quis per ſumpſerit,eccleſiæ ſuæ reſtituatur.

2 Et ita hoc ſtatutũ eſt in fauorẽ eccleſię.ſ.q̃ pôt eũ repetere,ſed nõ cogit eum recipere. Ar.32. q.1. de benedicto. Arch.

a ¶ Non oportet.]Hoc cap.reſpicit primam partem.

b ¶ Reſtituatur.]eccleſiæ, ſi eccleſia eum repetit 2. j̃. ead.ſi quis epiſcopus.& tunc cogitur redire, vt j̃.ead. ſi qui vero.

PEruenit.]CASVS.Pimenius Amalphitanæ ciuitatis epiſcopus non reſidebat in eccleſia ſua:ſed foris per diuerſa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Anthemio ex tuæ.tamen dat annum,vt in authen.quomodo oportet epiſcopos.§.illud.colla.1.

d ¶ Interminationem.] Ergo admonendus eſt.

e ¶ Deputare.]Hic ſubditus ſuſpendit ſuum prælatum. ſic 74.diſt.honoratus. hoc etiam laicus poſſet, 32. diſt. §.verum.& fœmina,vt 2.q.5.Mennam.Sed certe in hoc non erat ſubditus:quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ.Idem eſt de alijs.

f ¶ Facere.]Arg.q̃ ſi Papa mandat alicui vt excommunicet aliquem,idem non poteſt eum abſoluere,vt argum. 17.q.1.ſi homo.Sed hoc verum eſt,cum hoc alicui ſpecialiter demandatur.ſi autem mandatur deciſio cauſæ alicuius iudici,& alteram partem excommunicet, poteſt illam abſoluere.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nullus præ-

prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœceſim ſe præſumat conferre: ne propter propriam vtilitatem ſuam, curam eccleſiæ poſſet negligere.

a ¶ Relicta.] clericus inconſulto epiſcopo non poteſt dimittere eccleſiam ſuam, extra de renun. admonet. & ſi tranſit

peatur, & alius interceſſor detur

d ¶ Conſtitutum.] Curam debet habere viſitator in electione: & ideo prohibetur eligi, ne poſſit malignari: ſicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne poſſit malignari. C. de interdict. ma. ſi tutor. ſic nec creditori licet ſibi pignus addicere. C. qui bo. ced. poſſ. l. 4. Item viſitator non debet ſibi honorem aſſumere. 8. q. 1. in ſcripturis. & ſic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. in fi. & ff. de contrahen. emp. ſi in emptione. §. tutor. & eſt contra regulam illã quòd nulli debet ſuũ officium eſſe damnoſum. extra de fide: inſtrum. peruenit. ff. de fur. ſi ſeruus communis. Iſte viſitator mox mortuo epiſcopo conſtituitur: & iſte debet admonere clericos vt eligant futurum epiſcopum, vt 61. diſt. obitum. &c. Catinenſis. & ſi plures eligantur, poteſt examinare quis ſit melior, vt 85. diſt. Florentinum. Item cuſtodit redditus eccleſiæ, vt 61. diſt. quoniam. Quandoque tamen redditus eccleſiæ cuſtodiuntur ab œconomis, ſi eos habeat eccleſia, vt 75. diſtin. quoniam. quidam.

e ¶ Vt intra annũ.] ſ. 63. diſtin. obeuntibus.

SI qui vero.] CASVS. Dicitur hic quòd nullus clericus relicta ſua eccleſia debet recipi in aliena eccleſia, ſed cogi debet redire: quod ſi non fecerit, excommunicetur.

2 Et etiam eliget ſecũdum Hug. Alij contra de hoc no. 61. diſt. obitum. Arch.

Officium quãdoq; eſt dãnoſum.

licta[a] principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi[b] conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius, quàm oporteat, conſtitutum, curam, vel frequentationẽ propriæ[c] cathedræ negligere.

Et in Africano c. 41.

Item ex concilio Carthaginenſi 5. c. 8.

¶ Interceſſori cathedram, cui datus eſt, tenere non licet. C. XXII.

CONſtitutum[d] eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudijs, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum[e] eiſdem epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno expleto† interuentor alius tribuatur.

† al. exempto

Item ex concilio Niceno, c. 16.

¶ Excommunicentur clerici, qui relicta ſua eccleſia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

Anſ. l. 7. c. 107. Burc. l. 2. c. 98. Iuo p. 6. c. 175.

SI qui vero ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, vel in quocumque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint; hi nõ debent ſuſcipi in alia eccleſia: ſed cũ omni neceſsitate cogantur[f], vt redeant[g] ad eccleſiam ſuam. Quòd ſi permanſerint, excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno, c. 3.

¶ De eodem. C. XXIIII.

& in Chalcedo. c. 20. In Aquiſgrañ. c. 71. Anſ. l. 7. c. 170.

3 SI quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deſerta ſua eccleſia, ad aliam transeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere; vlterius miniſtrare non debet, præſertim; ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt euocationem ſui epiſcopi, non obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit; omni modo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando ſpem[h] reſtitutionis habere. ſi vero propter hanc culpam depoſitum, alius epiſcopus[i] ſuſce-

ſi tranſit de vna eccleſia ad aliam de eodẽ epiſcopatu, ibi ſufficit tacitus conſenſus epiſcopi. quia tacitus diſſenſus diſſoluit matrimonium carnale, vt 33. q. 5. qui vxorem. Sed ſi transfert ad aliam diœceſim, tunc quaſi liberatur à patria poteſtate: quod non poteſt fieri niſi expreſſo conſenſu epiſcopi. C. de emanci. liber. l. 3. & expreſſe dicit 71. diſt. cap. 1. & 19. q. 2. c. 1. & 21. q. 2. c. 1.

b ¶ In diœceſi.] niſi cauſa viſitandi, vt 10. q. 1. placuit. ſeruato quod dicitur. ſ. de conſec. diſt. 3. epiſcopus.

c ¶ Propriæ.] not. quòd prælatus non debet præponere ſuam vtilitatem vtilitati eccleſiæ. & ſi in hoc paſſa ſit eccleſia damnum, illud de proprio reſarciet. 12. q. 4. quicumque.

COnſtitutum eſt.] CASVS. Quidam interceſſores vel viſitatores vacantium eccleſiarum nitebantur retinere illas eccleſias ſtudijs populorum, vel ſeditionibus. Facta eſt ergo conſtitutio, vt hoc de cetero non fiat, ſed det operam interceſſor, quatenus intra annum epiſcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapſo remo-

f ¶ Cogantur.] ſi. ff. de decu. l. 1.

g ¶ Vt redeant.] ſi eccleſia vult eum repetere 3, ipſe tamen non poteſt. extra de renun. quod in dubijs. 32. q. 1. de benedicto. ſic 33. q. 5. mulier. Sed nonne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, vt extra de præb. de multa? Reſpon. perdit quantum ad ſe, ſed non quantum ad priorem prælatum.

SI quis presbyter.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Antiocheno quam pœnam debet pati clericus ille qui ſua auctoritate ad alienam tranſit eccleſiam. Et reſpondet quòd ſi mandatus ab epiſcopo ſuo non redierit, debet ſuſpendi. & ſi poſtea contumax fuerit, debet deponi ſine ſpe reſtitutionis: epiſcopus autem, qui depoſitum receperit, à coepiſcopis increpabitur.

h ¶ Spem.] Ergo reſtitui non poteſt clericus depoſitus ab epiſcopo, & hoc verum, cum pro crimine deponitur, ſecus ſi pro contumacia. 50 diſt. contumaces.

i ¶ Alius epiſcopus.] ſi ab vno epiſcopo quis ſuſpendit, vbique habendus eſt ſuſpenſus, vt hic, & 4. q. 5. quiſquis. quia

3 Non tamen cogit. ſ. ea. ſi quis presbyter. & c. ſi quis epiſcopus. ſm Hug.

quia quantum ad officium ſententia ius facit. Secus ſi eſt ſuſpenſus à beneficio. Sed in excommunicato idem eſt, quia cum ſit extra eccleſiam, nihil poteſt poſſidere nomine eccleſiæ. 23. q. 7. c. 2. & 3. & 8. diſt. quo iure. & argu. 11. q. 3. ſi quis à proprio. ℥. 70. diſtin. ſanctorum. & extra de appel. paſtoralis. in fine 1.

e ¶ In clero.] Maxime, quia laicis non licet. ℥. de conſe. diſt. 1. ſi quis. & diſt. 3. cap. nulli.

f ¶ Solennibus.] immo nullo tempore deerit, vt 91. diſt. Eleutherius. & c. clericus. & 92. diſt. cap. vlt. Sed quid ſi plures habet eccleſias vel præbendas? Tunc dicas eccleſiam ſe

perit, & ipſe à communi ſynodo pœnam merebitur increpationis [a], tamquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

a ¶ Increpationis.] *Græce eſt, ἐπιτιμίας τυγχάνειν, quod in aliis verſionibus eſt*, arguatur, *vel* coerceatur, *vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, c. 21.

¶ Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire. C. XXV.

Epiſcopum de diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc eâ ab epiſcopis ſuadeatur †: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam.

9. q. 2. nullum. Burc. l. 1. c. 72. Iuo p. 5. c. 179.

† *ἀναγκάζηται*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 5.

¶ De eodem. C. XXVI.

Propter eos epiſcopos, ſiue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginenſi, c. 20.

¶ Alienæ plebes ab epiſcopo non vſurpentur. C. XXVII.

Placuit [a], vt à nullo epiſcopo vſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum.

℥. ea. non oportet. ex Nicæna ſynodo, lib. capitul. 6. c. 236. Burc. l. 1. c. 64. Iuo p. 5. c. 173.

Item Anacletus.

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet. C. XXVIII.

In Aureliañ. 3. c. 15.

Epiſcopus in diœceſim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel conſecranda altaria irruere non debet. Quod ſi fecerit, amotis [b] his, quos ordinauit, altaris [c] tamẽ conſecratione manente, tranſgreſſor canonum vno anno [d] à Miſſarum celebratione ceſſabit.

Item ex concilio Agathenſi, c. 64.

¶ Diebus ſolennibus clericus eccleſiæ ſuæ deeſſe non debet. C. XXIX.

ij Si quis in clero [e] conſtitutus, ab eccleſia ſua diebus ſolẽnibus [f] defuerit, id eſt Natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius ſæcularibus † lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere; conuenit, vt triennio à communione ſuſpendatur. ¶ Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres [g] hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.

† *al. ſingulari lucro*

Excõmunicatus nihil põt poſſidere noſe eccleſiæ.

1 Vbi de hoc in glo. quæ enim. ibi vide. & ℥. 32. q. 6. præceptum Archid.

Episcopum.] Casvs. Dicitur, ꝙ nullus epiſcopus ſua auctoritate ad alienã migret eccleſiam, etiã ſi à populis fuerit violenter attractus, vel ei ab epiſcopis ſuadeatur ſed in ſua permaneat. Sequentia duo c. plana ſunt.

a Placuit.] 13. q. 1. cap. 1.

Episcopus.] Casvs. Statuitur hic, ꝙ nullus epiſcopus debet in aliena diœceſi clericos ordinare, vel altaria conſecrare: quod ſi fecerit, clerici deponentur: ſed altaria manebunt conſecrata, & ordinator epiſcop⁹ vno anno ceſſabit à Miſſarum celebratione.

b ¶ Amotis.] ℥. 16. q. quinta, c. 1. 9. quæſt. ſecunda, Lugduneñ. contra. Sed ibi nomine alterius conſecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, vt 13. q. 1. c. 1. vel ibi Dominus ratam habuit ordinationẽ.

c ¶ Altaris.] ſi res inanimata fuerit conſecrata Domino, non reſtituitur, vt 14. q. 6. cõperimus. ſecus in re animata. 54. diſt. frequens. quia animata delinquere poteſt, ſed inanimata non.

Res inanimata conſecrata Domino, non eſt reſtituẽda.

d ¶ Vno anno.] 9. q. 2. nullum. ℥. vbi pro tali culpa deponitur. Sed iſtud eſt ex diſpẽſatione.

Si quis.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ ſi clericus in minoribus ordinibus conſtitutus non ex iuſta cauſa in diebus ſolennibus defuerit à ſua eccleſia, ſcilicet in natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, & Pentecoſte, triennio ab officio ſuſpendatur. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi presbyter vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab eccleſia ſua, eamdem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.]

ſiam ſecum diſpenſaſſe, vt ad iſtud non cogatur.

g ¶ Per tres.] ſ. e. præſentium. ℥. ibi dicitur de duobus menſibus. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem eſt in vtroque dũ abſit de licentia ſuperioris.

REmoto.] Casvs. Irençus epiſcopus per ſeditionē volebat Barcinonen. eccleſiam retinere: ſed Hilarius Papa præcepit Aſcanio archiepiſcopo, vt inde illum remoueat, & ad ſuam faciat reuerti eccleſiā, & in eccleſia Barcinonenſi talem faciat eligi, qualem deceat illum conſecrate: ne ſi aliter ſiat, pœnam patiatur, quod in iniuriam Dei factum fuerit. [Retundat.] id eſt, puniat & emendet, vel corrigat.

Item Hilarius Papa epiſcopis Tarracon. c. 3.

¶ Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia, cui irrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire. C. XXX.

Anſ. l. 6. c. 109.

REmoto [a] ab eccleſia Barcinonenſi, atque ad ſuam remiſſo Irenæo epiſcopo, ſedatis per ſacerdotalē modeſtiam voluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legum deſiderant, quod non licet, obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonenſibus ordinetur epiſcopus, qualem te præcipue frater Aſcani oportet eligere, & decet conſecrare: ne ſi forte aliter † factū ſit, non ſine obiurgatione tui maxime nominis retundat noſtra præceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatum) didicerimus admiſſum.

† *al. ſimiliter*

Item Leo epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo, epiſt. 82. al. 84. c. 8.

¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulſus etiam propria careat. C. XXXI.

Poly. l. 1. tit. 9.
Anſ. l. 6. c. 104.
Burc. l. 1. c. 74.
Iuo p. 5. c. 103.

SI quis epiſcopus mediocritate ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [b] plebem ſe quacumque ratione tranſtulerit; non ſolum à cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propria: vt nec illis præſideat, quos per auaritiam concupiuit; nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis contentus ſit quiſque; nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

Item ex concilio Meldenſi, c. 30.

¶ Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris eccleſiæ ad maiorem aſpirat. C. XXXII.

Burch. l. 3. c. 48.
Iuo p. 3. c. 52.
Pann. l. 2. c. 45.
† *al. aſpirare contenderit*

SI quis de ordine ſacerdotali, contemptu minoris eccleſiæ ambitioſe, & improbe ad potiorē aſpirauerit †; canonica erga eum definitio conſeruetur; hoc [a] eſt, vt vtraque careat.

a ¶ Hoc eſt, vt vtraq. careat.] *Hæc nō ſunt in Meldenſi impreſſo, habentur tamen apud ceteros quoque collectores.*

Qui vero pretio eccleſiam vacantem ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi concilio legitur.

¶ Deijciatur à clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat. C. XXXIII.

In capitular. l. 7. c. 106.
Burc. l. 3. c. 114.
Iuo p. 3. c. 90.
Pann. l. 2. c. 49.

SAncitum eſt, atque omnibus modis prohibitum, vt ſi quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dediſſe, aut aliam [c] pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri eccleſiam ſurripiat [d], aut vacātem pretio redimat; pro hac cupiditate, ſeu rapina, ſeu præſumptione turpis lucri gratia deijciatur à clero, & alienus exiſtat à regula.

d ¶ Surripiat, aut.] *Additæ ſunt iſtæ duæ voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero poſſeſſore non poteſt dici vacans eccleſia.*

a ¶ Remoto.] ab officio viſitationis 1. vel etiā ab ipſo epiſcopatu, quē occupauerat.

1 Hoc ideo dicit, vt tangat ſententiam H. dicentis quod iſte Irençus epiſcopus factus erat viſitator in illa eccleſia Barcinonen. quem quidam volebant illum eligere in epiſcopū, alij nolebāt. propter hoc ſcribit Papa metropolitano, vt eum faciat ad ſuam eccleſiam redire, & ibi aliū dignū eligi ſecundum Hu.

SI quis.] Casvs. Anaſtaſius Theſſalonicenſis epiſcopus quæſiuit à Leone, quā pœnam pati debeat epiſcopus, qui minore ciuitate deſerta ſe trāsfert ad maiorem ambitioſe. Et reſpondetur quod ſuam perdere debet, & illā quam per ambitionem concupiuit. Idem eſt caſus ſequentis cap.

b ¶ Ad maiorem.] multo fortius ſi ad parem: quia facilius diſpenſatur in maiori quàm in pari. extra de tranſla. licet ad minorem etiam difficilius quàm ad parem. extra de tranſla. cum ex illo. & eſt hic præſumptio canonis, quia eo ipſo quod tranſit ad maiorē præſumitur eſſe ambitio potiusquam leuitas: quia nullus trāſit ad minorē. extra de cler. non reſiden. c. 1.

QVI VERO. Casvs. Dictum eſt ſupra de ambientibus. Nūc vero dicit de his qui pretio vacantem eccleſiam ingrediunt, qui ſunt deponendi.

SAncitum.] Casvs. Statutum fuit in Rothomagenſi concilio, vt quicumque pecuniam dederit, vel aliud munus clerico vel laico pro aliqua eccleſia vacante, ab officio ſuo repellatur.

c ¶ Aut aliam pecuniā.] Aliā bene dicit, quia quidquid habēt homines, pecuniæ nomine cenſetur. 1. q. 3. per totum.

Addi-

In libro 7. capitularium, c. 206. eſt verbum, ſurripiat, ſed deeſt alterum membrum, aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormiæ habent vt antea Gratianus*, eccleſiam vacantem pretio redimat.

§ *Quòd vero communi conſilio, atque aliorum vtilitate mutationes epiſcoporum fieri poſſint, & in eccleſiis, à quibus receſſerint, eis viuentibus alij ſubſtitui valeant, Anterus Papa demonſtrat epiſtola ſeptima ſcribens epiſcopis Beticæ, & Toletanæ prouinciæ.*

¶ Neceſsitatis, vel vtilitatis cauſa epiſcoporum mutationes fieri poſſunt. C. XXXIIII.

Poly. l. 1. ti. 9. Anſ. l. 6. c. 94. Burc. l. 1. c. 77. Iuo p. 5. c. 183. Pann. l. 3. c. 69.

MVtationes epiſcoporum ſcitote communi vtilitate, atq. neceſsitate fieri licere; ſed non propria † cuiuſquam voluntate, aut dominatione. Petrus [a] ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia vtilitatis cauſa translatus eſt Romam, vt ibidé potius proficere poſſet. Euſebius quoq. de quadam parua [b] ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate [a] huius ſanctæ ſedis, &] cõmuni epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ac populorum cõſilio tranſlatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate ad ciuitaté, nec transfertur [c] de minori ad maiorem, qui hoc nõ ambitu, nec propria voluntate facit; ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſsitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, nõ ſuperbe, ſed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus eſt. *& infra.* ¶ Nam ſicut epiſcopi habent poteſtaté ordinare regulariter epiſcopos, & reliquos ſacerdotes; ſic quoties vtilitas, aut neceſsitas coegerit, ſupradicto modo & mutare, & inthronizare poteſtaté habent. [non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate & licentia.] *& infra.* ¶ Alia etenim † eſt cauſa vtilitatis, & neceſsitatis; alia auaritiæ, ac præſumptionis, aut propriæ voluntatis.

† *al. non libito cuiuſquã, aut dominatione*

Plura ſunt verba in originali

† *al. quoque*

[a] ¶ Auctoritate huius ſanctæ ſedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epiſtola Anteri, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anſelmum, & in Polycarpo & vetuſtis Gratiani exemplaribus. Idem quoque eſt de verbis illis prope finẽ capitis,* non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate, & licentia: *qua propter hanc cauſam virgulis ſunt incluſa.*

Item Pelagius Papa ſecundus Benigno archiepiſcopo, epiſt. 2.

¶ Cauſa neceſsitatis mutationes epiſcoporum fieri poſſunt. C. XXXV.

Poly. l. 1. tit. 9. Anſ. l. 6. c. 97.

SCias frater dilectiſsime, aliud eſſe cauſam neceſsitatis, & vtilitatis; aliud cauſam præſumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedem qui non mutat mentem, ideſt, qui nõ cauſa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel ſuæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; ſed cauſa neceſsitatis, aut vtilitatis mutatur.

† *al. electionis*] *al. dilectione*

ADDITIO. Ad idem 18. q. 1. ſi infidelis, in fine Arch.

QVOD VERO. Hęc eſt 5. pars q. i. qua probare intẽdit, q. de licentia Papæ ex iuſta cauſa bene poſsũt fieri mutationes, & quòd vnus debet eſſe prælatus in vna eccleſia. & hoc probat per ſex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Iſte §. reſpicit illum §. ſ. eod. illud vero Cypriani. vbi facta eſt mẽtio de mutatione epiſcoporum, q. poſſet fieri auctoritate populi, & cõmuni conſilio epiſcoporum. probat hoc vſque ad § [Hoc non ſolum.]

MVtationes.] CASVS. Docet Anterus Papa in hoc capitulo, q. mutationes epiſcoporum poſſunt fieri pro cõmuni vtilitate, vel neceſſitate, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ: & hoc probat tribus exemplis, ſcilicet Petri, Euſebij, & Felicis: qui de minoribus locis ad maiora ſunt trãſlati; nec dicunt' iſti trãſire, vel ſedem mutare, cum hoc non faciunt per ambitionem, ſed inſpecta communi vtilitate vel neceſſitate hoc faciunt.

a ¶ Petrus.] 22. diſt. ſacroſancta.

b ¶ Parua.] ſcilicet Vercellina. & regulare eſt, vt à minori promoueatur ad maius, vt 93. diſt. legimus. in fi. ff. de mune. & hono. vt gradatim, ſed non econuerſo.

c ¶ Nec transfertur.] præſumit enim canõ locũ non mutari, cũ animus nõ ſit mutatus, ſicut virgo cenſetur, cum non ſit animus corruptus, licet corpus ſit corruptũ. 32. q. 5. ita ne. ſic propter animũ bonũ iudicat canon etiã iniuſtum factum bonũ. 23. q. 8. occidit. & q. 7. quod autem. & 32. q. 5. propoſito.

Virgo dici poteſt etiã corrupta.

SCias.] CASVS. Quidã dicebant, q. nec cauſa vtilitatis, nec cau-

cauſa neceſſitatis poterunt epiſcopi mutare ſedes. quare Benignus archiepiſcopus quæſiuit à Pelagio, vtrum bene dicerent. Et reſpondet, ꝙ non: quia plurimorum vtilitas præferenda eſt vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur iſti tranſire vel mutare, qui hoc non faciunt per ciunt per ambitionem, ſed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui aſſerebant epiſcopos non poſſe ſedes mutare cauſa neceſſitatis vel vtilitatis.

† Concor. ter. cũ glo. in verſi. eo tempore, in l. actione. §. labeo. ff. p ſoc. & gl. in .1. & ibi Pet. Cyn. & Bar. ff. ſol. matri.

Nam † plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda eſt [b]. Aliud [c] eſt enim mutare, & aliud mutari. *& infra.* ¶ Nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud eſt coacte, aut neceſsitate venire. Vnde non iſti mutant ciuitates, ſed mutantur: quia non ſponte, ſed coacte hoc agũt. *& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis fieri poſſe, quoties cõis vtilitas, aut neceſsitas perſuaſerit.

Idem in eadem epiſtola paulo inferius.

¶ Chriſtum negare conuincitur, qui neceſsitatem patientibus miſericordiam non impendit. C. XXXVI.

1. Reg. 22. OMnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo pijſsimus, atque iuſtiſsimus Dauid sciret [d] peccatum eſſe perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere; tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt; non eos tantum perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam nõ ſponte, ſed coacte [e] hoc agunt; ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infra.* ¶ Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, ac neceſsitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & veritas. *& infra.* ¶ Negat miſericordiam neceſsitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſterijs †, & nõ habentibus proprium epiſcopum, qui eos inſtruat, cauſa vtilitatis, atq. neceſsitatis, ex alia ciuitate, licet minor [f] ſit, in eam, quæ non habet epiſcopũ doctiorem [g], vel vtiliorem [h], meliori conſilio, non ſponte trãſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare †, aut epiſcopum eiectum, & perſecutionem patientem cauſa vtilitatis, aut neceſsitatis inthronizari non permittit.

† myſterijs

† al. mutari

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 27.

a ¶ Plurimorum.] illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri poteſt facere, licet maior ſit ibi pœna ſua, vt j. ead. c. 1. & hic apparet ratio, quare epiſcopus non debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi cõſulit propriæ vtilitati tantum, vt 2. q. 7. ſancta. ſed hic communi & propriæ, quæ duo ſunt præferenda propriæ tantum, vt 2. q. 7. ſancta.

b ¶ Præferenda eſt.] nam cum quis vocatur ad prælaturam, non præponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8. q. 1. in ſcripturis. & 16. q. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum: alias enim ſuam vtilitatem poteſt præferre. ff. de iudi. l. ſi longius. ff. de arbi. l. licet autem. ff. ad legem Aquil. l. ſi quis fumo. ff. de præſcri. ver. l. qui ſeruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille ſemper teneatur præponere vtilitatem eccleſiæ, ſuæ propriæ vtilitati, vt 12. q. 4. quicumque 1. Cum ergo detrimentum quis patitur pro publica vtilitate, poteſt ſuam præponere vtilitatem. 19. q. 2. duæ. 14. diſt. qđ ait. quia ordinata charitas à ſe incipit. 25. q. 5. ſi non licet. de pœ. diſtin. 6. qui vult. Vel dic, ꝙ quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, vt eſt in prælatura, vt arg. ff. pro ſocio. l. actione. §. Labeo. Vel diſtingue aut vtilitas in acquirendo conſiſtit, aut in damno vitando; tunc ſecus. vel econuerſo.

1 De hoc leg. & not. j. ca. c. placuit.

ADDITIO. De hoc no. extra de poſtu. præla. bonæ 1. de reg. iu. licet. Archid.

c ¶ Aliud.] vt 7. diſt. 6. teſtamentum. & extra quod metus cauſa. facris.

OMnis.] CASVS Quidam dicebant epiſcopos expulſos à ciuitatibus non eſſe recipiendos, & in alijs eccleſijs collocandos. item aſſerebant, ꝙ cauſa vtilitatis nõ debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos eſſe recipiendos, qui ſi sciret eſſe peccatum, expulſos à Saule non recepiſſet. non enim peccant expulſi: ſed potius qui cogunt eos fugere. Similiter cauſa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorẽ & qui contradicunt, miſericordiã negant, ſcilicet qui nolunt mutare, id eſt, mutando tradere epiſcopũ cauſa vtilitatis vel neceſſitatis, vel deiectum recipere.

d ¶ Sciret.] arg. ꝙ eo ipſo videtur aliquid bonum & iuſtum, ꝙ à bono factum eſt. 37. diſt. qui de menſa. & 9. q. 2. Lugdunenſis.

e ¶ Coacte.] precibus ſuperiorum. ſic j. e. qualiter. videtur enim, ꝙ non poſſit cogi. vt 74. diſt. vbi. vel dic, ꝙ poteſt quis cogi, vt de nolente fiat volens 2, vt 23. q. 4. diſplicet. & 74. diſt. placuit. Papa tamen abſolute poteſt aliquem cogere, vt 9. q. 3. per principalem.

2 Hoc not. j. 1. q. 6. ſicut. ibi videas.

f ¶ Minor.] ſed numquid tenetur minor populus ſuũ epm maiori concedere. cum nemo cogatur de ſuo beneficiũ facere. 10. q. 2. precariæ. Reſpon. ſic, ſi aliunde poteſt habere æque idoneum 3. vel loquitur in eo caſu cum ibi magis vtilis erit, vt ff. locati. ſi domo.

3 Arg. ff. ſol. mat. l. 2 in princ. ff. de euict. in creditorẽ. cum ſuis ſi mil. ſecundum Ioan. de Fan.

g ¶ Doctiorem.] omnia cõparatiua poſitiue hic ponunt.

h ¶ Et vtiliorem.] ſcilicet illis.

Epiſco-

EPiſcopus.] C A S V S. Conſtituit Carthaginen. concilium, q. nec epiſcopus nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem, ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus tranſeat auctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorum porrecto epiſcopis pro eo q. debet trāſferri. Alij vero clerici transferuntur de voluntate ſuorum epiſcoporum.

a ¶ Gradus.] quod verum eſt de ijs qui ſub ſunt epiſcopis nullo mediante, vt 71. diſt. clericos. & extra de renun. admonet. ſed ſi alijs ſubſunt, vt abbatibus vel alijs, eorum conſenſus requirendus eſt, vt 54. diſt. c. 1. & 2. & 9. q. 3. conqueſtus. & 63. diſt. quāto. Quid ſi clericus non vult tranſire de minori ad maiorem? Dico, q. non poteſt cogi ab epiſcopo, quia nemo creſcere cogitur inuitus. 74. diſtin. geſta. & 63. diſt. quanto. hoc autem Papa poteſt. Sed ſi ad aliū epiſcopatum vocatus eſt epiſcopus, neceſſarius eſt conſenſus epiſcopi. 71. diſt. per totum. 85. diſt. Florentinum. Ioānes. Ego credo 1. q. epiſcopus poteſt cogere clericum vt tranſeat ad maiorem locum, cum maiora facere poſſit, vt extra de exceſ. prælat. ſi eut. & ad hoc facit extra de ætа. & quali. quæris. B.

Clericus an poſſit p epiſcopum cogi tranſire ad maiorem eccleſiam.

1 Et male. in prædic. c. geſta. ſecundū H. & L. ſed cōpelli pōt à Papa solū vt ſupra dicitur ſecundū L. & H.

b EPiſcopi.] ¶ In gradu.] ideſt, honore.

c ¶ Inuitentur.] aliàs nō licet. 9. q. 2. nullus. & 6. q. 3. ſcriptum.

SIcut alteri⁹ vxor.] C A S V S. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dr, q. ſicut vxor alicuius non debet cognoſci vel diſponi niſi à proprio viro; ita eccleſia, vel parochia epiſcopi nō debet iudicari vel diſponi niſi à proprio epiſcopo: & ſicut vxor (vt dicit Apoſtolus) mortuo viro ſuo poteſt nubere cui vult; ita defuncto epiſcopo eccleſia poteſt alteri concedi. In ſecunda parte dicitur, q. ſi epiſcopus non poteſt permanere in ſua eccleſia, fugiat ad aliam. hoc probat auctoritate Chriſti. In tertia parte dicitur, q. epiſcopus cauſa vtilitatis & fratribus inuitantibus poteſt mutari: ſed hoc cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, [Si vos perſecuti.] Tertia ibi, [Si autem vtilitatis.]

d ¶ Iudicari.] ff. de iuriſdi. omn. iud. qui iuriſdictioni. contra vbi dicitur, q. nullus ſibi vel ſuis ius dicere poteſt. Reſpon. iudicare poteſt maritus vxorem corrigendo eam. 23. q. 4. duo iſta. ſed non verberando eam, vt C. de repu. conſenſu. quia illa aliena ſunt ab ingenuis, vt ibi dicitur: ſed temperate poteſt eam caſtigare; quia eſt de familia ſua. 33. quæſt. 5. hæc imago. ſicut dominus ſeruum. inſtitu. de ijs qui ſui vel alieni iuris ſunt §. ſi. na. & etiam mercenarium ſuum. ff. de pœnis. reſpiciendum. non autem in forma iudicij poteſt eam iudicare.

e ¶ Regulariter.] ideſt, homini ſuæ profeſſionis. 28. quæſtio. prima, caue. Vel ſine ſuſpicione turpitudinis. 32. quæſtio. 1. ſi quis vxorem.

¶ Non ambitione, ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

EPiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionē nō tranſeat: nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sane, ſi vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum epiſcopis porrecto in præſentia ſynodi transferatur; nihilominus alio in locum eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris vero gradus [a] ſacerdotes, vel alij clerici conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad aliàs eccleſias tranſmigrare. Iuo p. 5. c. 125. Pann. l. 3. c. 70.

Item ex eodem Carthaginenſi 4. c. 33.

¶ In proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiātur eccleſia. C. XXXVIII.

EPiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint, in gradu [b] ſuo ſuſcipiantur: & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur [c].

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis, epiſtola ſecunda, c. 3.

¶ Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet. C. XXXIX.

Polyc. l. 1. ti. 8. Anſ. l. 6. c. 105. Burc. l. 3. c. 49. Iuo p. 3. c. 55. & p. 5. c. ...

SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari [d], aut diſponi, niſi à proprio viro, eo viuente, permittitur; ſic nec vxor epiſcopi †, quæ eius eccleſia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuēte, abſque eius iudicio & volūtate alteri † iudicari, vel diſponi, aut eius concubitu frui, ideſt, ordinatione, conceditur. Vnde ait Apoſtolus: [Alligata eſt vxor legi, quamdiu vir eius viuit: eo vero defuncto, ſoluta eſt à lege viri.] Similiter & ſponſa epiſcopi (quia ſponſa, vxorque eius dicitur eccleſia) illo viuēte ei eſt alligata: eo vero defuncto ſoluta eſt: [Et cui voluerit, nubat, tantum in Domino.] id eſt regulariter [e]. Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, adulter exiſtimabitur, & communione priuabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia; fugiendum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociādus, dicente Domino: [Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus; non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitātibus, & auctoritate huius ſanctæ ſedis faciat, non ambitus cauſa, ſed vtilitatis, aut neceſsitatis.

† al. epiſcopi, vel presbyteri

Rom. 7.

Ibidem

Matt. 10.

HOC

HOC NON SOLVM. Hæc eſt 6. pars q. in qua reprehendit eos, qui occupant locum viuentis, cum duo ſimul eſſe nõ poſſint. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſupra c. ſicut, quod epiſcopo viuente ſua eccleſia non debet alteri nubere. Nunc dicit idem eſſe in aliis.

b ¶ Imperator.] argum. quod omnes reges coronabit Imperator, vt dixi. 63. diſtinct. Hadrianus 2. cum plures ſunt reges, vt 6. q. 3. c. 2. lo.

c ¶ Vnus.] tamen quandoque fuerunt duo Imperatores de facto, vt 21. diſt. nunc autem. Quid ergo dicemus de græculo 1, videtur, quod iſte ſit Imperator: quia Conſtantinus illuc tranſtulit imperium, vt 96. diſtin. Conſtantinus. & Imperator appellatur, vt extra de maio. & obed. c. ſolitæ. ſed nõ eſt ita, quia Romana eccleſia tranſtulit imperium ad Alemannos ab oriente. extra de elect. c. venerabilẽ. Ioan.

1 Dic quod nõ eſt verus nec vniuerſalis Imperator, ſecundum Alex. in l. quicunque. col. 9. ff. de of. ei cui mand. eſt iuriſdi.

h ¶ Aut neceſſitatis.] Hæc non ſunt in ipſa epiſtola, ſed habentur apud Anſelmum. Neceſſitas autem præbet iuſtam cauſam tranſlationi ſupra ead. c. ſcias.

6 *Hoc non ſolum de epiſcopis, verumetiam de quibuſlibet eccleſiæ miniſtris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.*

Vnde beatus Gregorius ſcribit Natali Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat, libro ſecundo, indictio. 10. epiſt. 14. & 16.

Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

Iuo p. 6. c. 342.

EVm, qui contra iuſtitiæ regulã in archidiaconatũ [a] alterius ſe prouehi conſenſit, ab eiuſdem archidiaconatus honore deponimus. Qui ſi vlterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit; ſe participatione communionis ſacræ nouerit eſſe priuatum.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum, epiſt. 4.

In vna eccleſia duo prælati eſſe non debent. C. XLI.

Iuo. p. 5. c. 356.

† *principes ſunt.*] or.

IN apibus princeps † vnus eſt, grues vnã ſequuntur ordine litterario: Imperator [b] vnus [c], iudex [d] vnus prouinciæ †. Roma [e], vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio [f] dedicatur. In Rebeccæ vtero Eſau & Iacob bella geſſerunt: ſinguli eccleſiarum epiſcopi, ſinguli archipresbyteri, ſinguli archidiaconi [g] & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.

Gen. 25.

d ¶ Iudex vnus.] ſed immo decem ſunt iudices prouinciæ, vt 6. quæſt. 3. ſcitote. ſed hic appellat iudicem regem: alibi tamen videtur, quod vnus ſit iudex prouinciæ præter regem, vt 23. q. 4. duo ita.

e ¶ Roma.] ff. de rer. diui. l. vlt. contra ibi dicitur, quod ideo Romulus interfecit Remũ, quia muros tranſiliſſet. Reſpondeo: Nam potuit hoc idem feciſſe ex inuidia.

f ¶ Parricidio.] large ſumpto nomine, vt ff. ad legem Pompeiã de parricidijs. l. 1.

g ¶ Archidiaconi.] id eſt, in quolibet archidiaconatu erit vnus archidiaconus. non autem prohibet quin in vna eccleſia poſſint eſſe plures archidiaconi, vt 93. diſtin. diaconi.

7 *Ecce in quibus caſibus epiſcopo viuente, alius poteſt ei ſubſtitui: quamquam ſecundum rei veritatem nõ viuente epiſcopo talis probetur ſuccedere. Tranſlatus enim ab vna ciuitate ad aliam deſinit [h] eſſe epiſcopus illius ciuitatis, à qua transfertur: atque ideo, qui huic ſuccedit, non viuente, ſed defuncto [i] quodãmodo epiſcopo, probatur ſubſtitui. Sed inter eum qui hoſtilitatis neceſſitate, & eum, qui vtilitatis cauſa transfertur, hoc intereſt; quòd ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit, ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberam fieri, ad eamdem illum redire oportet.*

† *al. Squillaceno.*

Vnde Gregorius Papa ſcribit Ioanni epiſcopo Scyllatino † lib. 2. indict. 10. epiſt. 25.

Ioan. diac. l. 5. c. 25.

ECCE IN QVIBVS. Hæc eſt 7. pars q. in qua probatur de mutatione cauſa neceſſitatis, & leuitatis. Io. de Fant.

CASVS. Oſtendit Ioan. Grat. in quibus caſibus viuenti prælato alius poteſt ſubſtitui. Nunc oſtendit, quod ſi veritatem inſpiciamus, ſupradictis caſibus non ſuccedit quis viuo, ſed mortuo. Nam ex quo quis renunciat eccleſiæ, vel transfertur in aliam ciuitatem, quodammodo dicitur eſſe mortuus quo ad eccleſiam primam; quia in ea deſinit eſſe prælatus. Ideoque qui ſuccedit huic, non dicitur ſuccedere viuo, ſed defuncto. Et oſtendit differentiam inter iſtum qui neceſſitate hoſtilitatis, & illũ, qui vtilitate trãsfertur: quoniam, qui in hoſtilitate trãsfertur: hoſtilitate recedente redit ad eccleſiam ſuam quã dimiſit: ſecus ſi vtilitate.

h ¶ Deſinit.] 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus.

i ¶ Defuncto.] cũ enim loco eius ſuccedit, pro mortuo habetur, ff. pro ſoc. l. actione. §. publicatione.

intelligendũ de quibuſlibet miniſtris eccleſiæ, ſicut de archidiacono, vt in c. proxi.

EVm qui contra.] CASVS. Natalis epiſcopus Salonitanus iniuſte repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo viuẽte alterũ ſibi ſubſtituit. ſed Gre. depoſuit illũ ſubſtitutũ, & ſi præſumeret in eodẽ loco vlterius miniſtrare, ſacra communione ſe nouerit eſſe priuatum.

a ¶ Archidiaconatum.] ſed nonne iſte debuit deponi, vt 3. q. 2. audiuimus. & 2. q. 1. in primis? Sed iſte excuſabatur auctoritate maioris 1, qui hoc fecerat. 14. q. 5. dixit Dominus. & 18. diſt. diaconi.

IN apibus.] CASVS. Hieronymus probat hic ſex ſimilitudinibus plures prælatos nõ debere eſſe in eadẽ eccleſia: ſed ſinguli prælati debẽt eſſe in ſingulis eccleſijs.

Digitized by

PAſtoralis.] CASVS. Ioannes Liſſitanæ ciuitatis eps ab hoſtibus eſt repulſus, & ideo Gre. dedit eccleſiã Scyllatinam ei hac conditione, vt ceſſante hoſtilitate ad ſuam eccleſiam reuertatur. Si vero continua præmetur captiuitate: perpetuo ibi permaneret. viduatus eſt ſacris miniſterijs. Ciuitas autem deſinit eſſe inductione aratri. ff. qui. mo. vſuſfru. amit. l. ſi: vſuſfructus. & collegium tranſlatis perſonis. ff. de coll. illicitis l. 3. Sed pone econuerſo quòd epiſcopus ſit captus, & nõ ciuitas: tunc bene conſtituentur alius, vt dicunt qui-

¶ Qui metu hoſtilitatis ad alium locum transferit, poſtea ad ſuam eccleſiam redire oportet. C. XLII.

PAſtoralis officij cura nos admonet, deſtitutis eccleſijs proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem Dominicum debeant paſtorali ſollicitudine gubernare [a]. Propterea te Ioannem ab hoſtibus captiuatæ Liſsitanæ ciuitatis epiſcopum in Scyllatina eccleſia cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem: vt ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas: & licet à tua eccleſia ſis hoſte imminente depulſus, aliam, quæ paſtore vacat, eccleſiam debes gubernare: ita tamen, vt ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem ſtatum contigerit reuocari [b], ad eam, in qua prius es ordinatus, eccleſiam reuertaris [c]: ſin autẽ prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur; in hac in qua à nobis incardinatus [a] es, debeas eccleſia permanere.

Poly. l. 1. ti. 8. & l. 2. tit. 14. Anſ. l. 6. c. 99. Burc. l. 1. c. 123. Iuo p. 5. c. 123.

a ¶ [Incardinatus.] *ſupra diſt. 71. c. fraternitatem. de huius vocis notione eſt adnotatum.*

Qui vero vtilitatis cauſa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Eſt etiam alius caſus, in quo epiſcopus viuenti epiſcopo ſubſtituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra, ſua auctoritate ad aliã tranſierit; ſi alius ei ſubſtitutus fuerit, licet ille prioris eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſierit; ſubſtitutus tamen epiſcopatum habebit.

Vnde Damaſus vrbis Romæ epiſcopus ſcribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.

¶ De ſacerdotibus, qui relictis ſuis eccleſijs ad alias migrarunt. C. XLIII.

EOs ſacerdotes, qui ab eccleſijs ad eccleſias migrauerunt, tamdiu à noſtra communione habemus alienos, quãdiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt

Poly. l. 1. tit. 9. Anſ. l. 6. c. 95.

a ¶ Gubernare.] videtur, q; iſte eps ſub conditione 1, vel ad certũ tẽpus fuerit inſtitutus: ſed beneficia ſub conditione non dantur. 1. q. 2. quàm pio. nec ad tẽpus, vt ſ. c. quamuis. 70. diſt. ſanctorum. nec cõuenit moribus noſtris temporales filios habere. ff. de adoptionibus, quæſitũ. ſic ff. de reg. iu. actus. ſicut nec libertas ad tẽpus datur. ff. de manu. teſta. libertas. nec hereditas: inſtitu. de hered. inſti. §. heres. nec matrimoniũ. 32. q. 2. ſolet. Poteſt dici puram eſſe inſtitutionẽ, ſed ſub conditione reſoluitur, vt ff. de in diẽ addic. l. 2. ſimile extra de fil. presbyt. veniens. & ſimile extra de pignoribus. c. illo. vel dic, q; iure poſtliminij reſtituitur ei prior epiſcopatus, ſic 16. q. 3. prima. non enim poteſt dici, q; maneat eps prioris eccleſiæ. Sic enim eſſet epiſcopus vtriuſque: cõtra illud quod eſt 21. q. 1. relatio. & eſt ſimile C. d. cu. tut. eũ alijs. & tunc dices, q; prior locus deſinit eſſe religioſus, vt ff. de relig. cum loca. ſed poſtea cũ recepit iure poſtliminij, vt 24. q. 1. cum per bellicã. Vel dic, q; Papa ſub conditione, vel ad certum tempus poteſt aliquem inſtituere prælatum: ſicut miles ſub conditione, & ad certum tẽpus inſtituit heredem. ff. de mili. teſta. in fraudem. §. ſimiles. Io.

b ¶ Reuocari.] Arg. q; reſtituta re in priſtinum ſtatum, omnia iura reſtituuntur [a]. vt extra de elect. quia diligentia, 16. q. 3. prima. & ſi quis peruenerit ad meliorem fortunam, tenetur ad priſtinam obligationem. 26. q. 7. ab infirmis. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi locus. & C. qui bo. cedere poſ. l. 2.

c ¶ Reuertaris.] eum ergo teneatur redire, nõ ergo deſinit eſſe epiſcopus primæ eccleſiæ. & ſic epiſcopus eſt duarũ eccleſiarum. contra illud 21. q. 1. relatio. Baz. vero dicit, q; eſt epiſcopus vtriuſque. ſicut in matrimonio carnali dixit, q; aliquis põt eſſe maritus duarũ, ſi vxor intrat religionem. Sed contra. nam ille locus deſiit eſſe eccleſia per captiuitatem, vt ff. de relig. cum loca. Sed non eſt ita: quia ipſa ſacramenta eccleſiæ vera dicimus eſſe apud hoſtes, vt prima quæſtione prima, q; quidam. & quod dicit lex, q; deſinat eſſe ſacer locus, intellige quia quidã, quia ſi tutor eſt captus ab hoſtibus, alius dandus eſt; & tamen ſi captus redierit, omnia recuperat iure poſtliminij, & ille alius deſinit eſſe tutor: vt inſti. de Atilia. tuto. §. ab hoſtibus. quod non concedo; quia ſic offenderetur illa regula. 16. quæſt. 7. inuentum.

QVI VERO. CASVS. Dictum eſt ſ. quid iuris ſit, ſi cauſa neceſſitatis transfertur. Nunc vero oſtẽdit, q; ſi cauſa vtilitatis transfertur, non poteſt ad priorem eccleſiam redire. Eſt etiam alius caſus, in viuente epiſcopo ſubſtituitur alius, ſcilicet cum eccleſia ſua derelicta eſt cauſa ambitionis, & ſua auctoritate tranſit ad aliã, quo caſu licet non deſinat eſſe prælatus prioris eccleſiæ, tamen ſubſtitutus eam habebit.

EOs ſacerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q; ſacerdotes auctoritate propria de eccleſia ſua migrantes ad aliam, tamdiu à communione remoueantur, quãdiu ad ſuas redierint ciuitates. ſed ſi alius iam eſt ibi ſubſtitutus: tamdiu vacet qui deſeruit ſuam eccle-

¶ Verũ eſt à iure reprobata, & ſic loquitur q. pio. & extra de pactis. c. ſi. cũ ſimilibus. Hic autẽ loquitur quã eſt tacita conditio à iure inducta. Arch.

Beneficia ſub conditione non dantur.

a Arg. cõtra 10. q. 7. & hic diximus vbi de hoc. & extra de ver. ſig. abbate. in ſi.

Eps duarũ eccleſiarũ an poſſit aliquis eſſe.

tatem, donec ſubſtitutus quieſcat in Domino.

a ¶ Ordinatus.] argu. quòd re integra poteſt repeti eccleſia, quæ habita eſt pro derelicto. nam ſi ceſſit quis bonis rebus nondum diſtractis, poteſt eas repetere, vt arg. C. de repu. here. l. vlt. & argu. ff. de ceſ. bono. l. qui. ſimile. ff. miſſa. extra de conceſ. preben. & eccle. non vacan. cap. litteras.

b ¶ Tamdiu vacet.] & ſic videtur, quòd eo mortuo poſſit repetere eccleſiam; ſed non eſt verum. ſic ergo quod hic dicitur, in fauorem eccleſiæ dicitur? quia cum non vult repetere. Vel ideo quia eccleſia poſt mortem huius eum poteſt repetere. Sed pone, moritur ſubſtitutus, eccleſia repetit primum, ille nõ vult redire, poteſt ne compelli? Non videtur. videtur enim eccleſia renunciaſſe iuri ſuo non repetendo, cum potuit eum repetere, & noluit, ſed alium prælegit: immo videtur, quòd ipſe repetere poſſit eccleſiã viuo ſecundo. & ſi obijcitur ei, quòd habuerit eccleſiam pro derelicto, replicabit, quòd illa alij adhæſit, vt extra de diuor. ſignificaſti. quod nõ credo, vt 22. q. 6. nihil. ff. nequid ĩ loco pub. l. 2. §. idem ait. Ioan.

Subſtituto mortuo, an poſſit. q renuntiauit ab eccleſia repeti.

conſtituti. Quòd ſi quis alius alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus [a] eſt; tamdiu vacet [b] ſacerdotij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, donec ſucceſſor eius quieſcat in Domino.

Epiſcopalium etiam ſedium mutationes, metu hoſtilitatis interueniente nonnumquam fieri ſolent.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Vellitrano, libro ſecundo, epiſt. 11.

¶ Neceſsitate temporis epiſcopalium ſedium mutationes fieri poſſunt. C. XLIIII.

Io. Diac. in vita B. Greg. l. 3. c. 17. Anſ. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Iuo p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37.

TEmporis qualitas admonet, epiſcoporum ſedes antiquitus certis ciuitatibus conſtitutas ad alia, quæ ſecuriora putamus, eiuſdem diœceſis loca transponere [c]; quo & habitatores nunc † degere, & barbaricum poſſint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrem coepiſcopum noſtrum Vellitrenſis ciuitatis, ſedẽq; tuam in loco quondam † Arenata ad ſanctum Andream apoſtolum præcipimus exinde transmigrari: quatenus ab hoſtilitatis incurſu liberior exiſtere valeas, & illic conſuetudinem a ſolennium feſtiue diſponas.

† al. quę Ha arenata ad S. Andream apoſtolum dicunt

a ¶ Conſuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur*, conſuetudine ſolenni feſta diſponas. *Apud Burchardum & Iuonem*, conſuetudinem ſolennium feſtorum. *In varijs B. Gregorij epiſtolarum editionibus*, conſuetudinum ſolennium feſta diſponas.

EPISCOPALIVM. CASVS. oſtendit Gratianus de mutatione epiſcoporum. Nunc vult oſtendere. quòd eccleſia epiſcopalis mutari poteſt hoſtilitatis metu. & hoc probat ſeq. cap.

TEmporis.] CASVS. Ciuitas vellitrenſis multas patiebatur anguſtias à Barbaris, & ideo Grego. Papa præcepit Ioanni epiſcopo, vt ſedem epiſcopalem transferret ad ſanctum Andream apoſtolum, vt barbaricum periculum facilius poſſet declinari, & diuina officia celebrent feſtiue.

c ¶ Transponere.] ȷ. de conſec. diſt. 1. tribus. ȷ. 16. q. vlt. ſi quis. & q. 1. & temporis. vbi de hoc notaui plene.

8 *Item cum aliquis cauſa humilitatis Apoſtolica conceſſione de epiſcopali ſede ad monachalem deſcenderit ſubiectionem, alius loco eius ſubrogari poterit; ille vero ad pontificatum reſurgere nequaquam vlterius valebit. Vnde in quinta a actione Conſtantinopolitana ſynodi cccLxxxiij. Patrum, ſub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus epiſcopus, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus Apocriſarij Papæ dixerunt.*

a ¶ In quinta.] *Apud Iuonem par. 7. cap. 149. pro indice huius capituli leguntur hæc*, Ex actione quintæ ſynodi Conſtãtinopolitanæ trecentorum. & octoginta trium Patrum ſub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus epiſcopus, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus. *Initium vero ipſius capitis eſt*, Apocriſarij Papæ dixerunt, Hoc nequaquam; &c.

ITEM. Hæc eſt 8. pars q. in qua quæritur de illis, qui cauſa pœnitentiæ relinquũt epiſcopatum, vtrum poſſint fieri epiſcopi. Quid iuris ſit, habes extra de renun. poſt tranſlationem. Dicas tamen breuius, q; ſi fuerint poſtulati, poterunt fieri epiſcopi, niſi pro crimine dimiſerint epiſcopatum. Et hoc probat per v. c. Io. de Fant.

le. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cum iſte ſubſtituebatur, aut vacabat epiſcopatus, aut non: ſi non vacabat, qualiter ſucceſſit in locum viuentis? arg. ff. de ver. oblig. l. 1. Non poteſt etiam dici, quòd vacabat, quia non fuit eccleſia adiudicata, maxime cum dicatur, quòd non ipſo receſſu perdat quis eccleſiam a. Sed breuiter poteſt dici, quòd ille fuit admonitus, & per ſententiam fuit eccleſia adiudicata. Vel dic, quòd cum de iure debuit vacare, licet ſuper hoc non eſſet lata ſententia, poteſt alij adiudicari, vt extra de renun. ex tranſ

CASVS. Oſtendit Grat. alium caſum, in quo viuente prælato poteſt alius ſubſtitui epiſcopus, ſcilicet quando ingreditur monaſterium cauſa humilitatis de licentia Papæ, quia decetero non poteſt ad epiſcopatum reſurgere. & ad hoc inducit ſequens cap.

tamē credo, quia etiam poteſt eſſe plebanus, vt extra de renun. ad ſupplicationē. & 16. q. 1. ſi quos. & c. in parochia. Ioan.

HOc nequaquam.] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Conſtantinopolitana, vt quicumque epiſcopus deſcenderit ad vitam monachorum, deinceps non poſſit ad pontificatum reuerti, quia monachus diſcere debet, & non docere. Sed credo q. Grat. melius dixiſſet, ſi dixiſſet propter conſcientiam criminis ad agendam pœnitentiam, vbi dixit cauſa humilitatis. quia tunc reſurgere poſſet. Sed ſi vis eum ſaluare, dicas, q. cauſa humilitatis tranſiuit, & ideo non poteſt redire ad epiſcopatū per ſe, ſed de licentia Papæ. Idem eſt caſus ſequentis c. Hoc ſcilicet ingredi monaſterium, quibuſdam cōceditur ad agendam pœnitentiam, ſed nō ad quietem ſeruandam.

a ¶ Vlterius.] tamen monachus qui numquam fuit epiſcopus, bene poteſt eſſe epiſcopus. vt 16. quæſt. 1. vos autem. & 8. q. 1. in ſcripturis. & 18. q. 1. c. vnico. Item ſi plebanus aliquis fit monachus, poſtea poteſt fieri plebanus, vt 16. q. 1. ſi quos à clericatu. Dicunt quidam quòd cum quis dimittit epiſcopatum vbi plus proficere potuit, præſumitur q. propter conſciētiam criminis hoc fecerit: ſed hoc non eſt verum: quia ſæpe ingreditur quis monaſterium propter merita augenda, vt 27. q. 2. ſunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc cap. de eo, qui conuictus eſt de crimine, & detruditur in monaſterium propter hoc 1. vt extra de renun. poſt tranſlationem. Vel intellige de eo q. humilitatis cauſa trāſiuit, & de licētia Papæ. & talis per ſe nō poteſt redire ad epatū, ſed de licētia ſuperioris. Sed nūquid talis pōt eſſe abbas: nō videtur: quia maioribus honoribus functo nō licet inferiores recipere, vt C. de pro. q. ad ciuilia munera vocan. l. maioribus. lib. 10. Sec.

Ep̄s ſemel, monaſterium ingreſſus, an poſſit iterum redire ad ep̄atum.

b Sub. vñ repellitur ſicut quilibet penitēs 50. diſt. ſi ille. aliàs ſecus, vt extra, &c. vt ſequitur.

¶ Epiſcopus, qui cauſa humilitatis monachus efficitur, ad Pōtificatum redire non valet. C. XLV.

HOc nequaquam apud nos habetur, vt quicumque de pontificali ordine ad monachorum, id eſt pænitentium deſcenderit vitam, vlterius [a] poſſit ad pontificatum reuerti. *Item.* ¶ Præcepit ſancta ſynodus, vt quicumq; de pontificali dignitate ad monachorum vitam, & ad pænitentiæ deſcenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum reſurgat. Monachorum enim vita ſubiectionis habet † verbum, & diſcipulatus, non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios. Ino p. 7. c. 149.

† λόγον ἔχει

¶ Hæc ſynodus ſub Ioanne octauo extat Græce in Vaticana bibliotheca. Cuius ſynodi tres tantum canones cum explanatione Balſamonis editi ſunt Lutetiæ, & apud ipſum inſcribitur, Synodus in templo ſapientiæ habita ſub Photio Patriarcha. In ſecundo autem trium illorū capitulo habetur ſententia huius capitis. viſum autem eſt, vt omnia melius percipiantur, locum hunc græce, & cum noua interpretatione eſſe adſcribendum.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμνιαρχίας ἔχεσθαι; οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης εἶπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται: ὅστις γὰρ ἑαυτὸν ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι τὴν μετανοούντων καταριθμηθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ ἐκδικεῖν ἀξίωμα. βασίλειος καὶ ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτο ποτὲ γινόμενον, τοὐναντίον μὲν οὖν μονάζοντες προάγονται εἰς ἀρχιερεῖς, ἀπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε, θεσπισθήτω καὶ περὶ τούτου κανών, πολλάκις γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γινομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν, τῶν δὲ οὐ συνευδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανών. ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοσοῦτο μανίας, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρ-

χιερεῖς ἢ ἱερεῖς θεοῦ τύπτειν, ἢ φυλακίζειν. καὶ τὰ λοιπά.

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες: καὶ λαβὼν πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω, εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν ὥρισεν, ἵνα εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσοι κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τὸν τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἔχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ὑπαγγέλλονται. διὸ καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ, καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν μεταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσας πράξει μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκ ἔτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει. *ideſt*,

Photius Patriarcha dixit. Quid cenſetis de ijs, qui ex antiſtitum ordine ſeipſos in monachorum locum conferunt? Num qui ſeipſos ſubiectos eſſe voluerunt, poſſunt adhuc ijdem idem in gregem imperium tenere? Sanctiſsimi locum tenentes antiquioris Romæ dixerunt. Id apud nos minime fit, neque in more eſt poſitum. Quicumque enim ex antiſtitum ordine monachorum, id eſt pœnitentium ordini adnumeratus fuerit, is antiſtitis dignitatem non poteſt ſibi amplius vendicare. Baſilius, & Helias locum tenentes orientalium ſedium dixerunt: neque apud nos id vnquam eueniſſe obſeruatum eſt. Nam contra quidem monachi ad antiſtitum ordinem prouehuntur; at qui ex antiſtibus ad monachos deſcendunt, hi antiſtites manere non poſſunt. Sancta ſynodus dixit, de hac etiam re canon conſtituatur. Nam & apud nos ſæpe hac de cauſa dubitationes exoriuntur, nonnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi antiſtites, quo minus cum monachi facti fuerint, antiſtitum muneribus fungantur: nonnullis vero hanc ſententiã minime probantibus. Sanctiſsimi locum tenentes dixerunt, feratur canon. Sancta ſynodus dixit. Præterea vero æquum ducimus ferri canones de laicis illis, qui eo inſaniæ, ac ſuperbiæ deuenerunt, vt antiſtites vel ſacerdotes Dei verberent, aut cuſtodiæ tradant, & reliqua.

¶ Photius Patriarcha dixit, ſi veſtra ſanctitas iubet, legantur canones, eoſque in manus ſumens Petrus Deo amiciſsimus Diaconus, & protonotarius legit. Quamuis hucuſque nonnulli antiſtites ad monachorum habitum deſcendentes conati ſint in antiſtitũ faſtigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta eſt: Sancta tamen, & œcumenica hæc ſynodus hãc quoque negligentiam corrigens, atque inordinatam hanc actionem ad leges, quæ de ſtatu eccleſiaſtico ſunt, reuocans ſtatuit; vt ſi quis epiſcopus, ſiue quis alius antiſtitis dignitatem obtinens, ad vitam monaſticam deſcendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, hic antiſtitis dignitatẽ amplius non retineat. Monachorum enim inſtituta ad obedientiæ, ac diſciplinæ rationem pertinent, minime vero ad magiſterij, vel præfecturæ: atque eorum ſunt, qui non alios paſcere, ſed paſci profiteantur. Quocirca quemadmodum dictũ eſt, decernimus, ne quis poſthac eorum, qui in antiſtitũ catalogo ſunt, atque in paſtorum numero cenſentur, in eorum, qui paſcuntur, ac pœnitentiam agunt, locum ſe transferat. Quòd ſi quis poſt promulgationem, ac notitiam huius, quæ nunc pronuntiatur, ſententiæ, id facere auſus fuerit; quando ipſe ſeipſum antiſtitis gradu priuauit, priſtinã, quam factis contempſit, dignitatem amplius non recuperabit.

Hoc ad pænitentiam agendam, non ad quietem ſeruandam quibuſdam conceditur.

Vnde Liberius Papa ſcribit omnibus epiſcopis, epiſt. ſecunda.

SVggeſtum.] CASVS. Multi epiſcopi propter tribulationes extrinſecas monaſterij quietẽ appetentes, greges ſibi cõmiſſos relinquebant, & plures in futuro relinquere volebant: quod cum audiſſet Liberius Papa, ſcribit omnibus epis hortans eos, ne greges ſibi commiſſos derelinquant propter laborem vitandum, & quietem appetendam: ſed potius perſeuerent humiliter tribulationes ſuſtinẽdo. Et hoc ꝓbat duabus auctoritatibꝰ, ſcilicet Domini, & Pauli, & exemplo Chriſti, qui pro nobis redimẽdis paſſionem ſubſtinuit in cruce.

a ¶ Decipiat.] Argu. ꝙ ſi quis dolo teneri tiet, quòd tenet renũtiatio: quod non eſt verum, vt 3. q. 1. redintegranda.

SCiſcitaris.] CASVS. Humifridus eps expellebatur à Normanis à ſuo epatu: ideoque vt tribulationes declinaret, volebat in monaſterio conuerſari: & interrogauit Nicolaũ Papam, vtrum hoc facere poſſet. Et reſpõdet ꝙ non: quia periculoſum eſt in tribulationibus gregẽ deſerere: ſicut periculoſum eſt, ſi nauta nauẽ in fluctibꝰ derelinquat: ſed dicit ei, ꝙ fugiat perſecutorũ inſidias, & maxime Paganorum, exẽplo Apoſtolorum, Prophetarũ, & Chriſti, & reddita trãquillitate gregem requirat, & colligat in vnum, & doceat, vt quamuis bona temporalia perdant, tñ ſperent gaudia percipere ſempiterna.

Proreta eſt nauis rector.

b ¶ Proretam.] id eſt, rectorẽ nauis, à prora, quæ eſt anterior pars nauis.

c ¶ Vbi.] i. quo exẽplo non dicimus, &c.

Perſecutiones propter peccata mittuntur.

d ¶ Nõ fugiamus.] id eſt, fugere debeamus.

e ¶ Diuinitus.] Deus propter peccata hominũ mittit flagella & perſecutiones. 56. diſt. ſi gens. 16. q. 1. reuertimini. & 23. q. 4. ſi quos. & ſecundum quoſdam poteſtatem nocendi dat Deus qñ permittit quoſdã nocere, eo ipſo ꝙ ſe nõ obijcit. ſm alios ꝓprie dat poteſtatẽ, ſed ipſe ex ſe habet poteſtatem nocendi. vnde Satanæ poteſtas nocendi Iob data fuit. Omnia enim, quæ fiunt in ciuitate, aut iuſto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt vt 26. q. 5 nec mirum. Ioan.

f ¶ Prodire.] pugnando cum eis, quod in nullo caſu poſſunt clerici, ſi aliàs poſſunt euadere. 50. diſt. de clericis. Sed poſſunt alios hortari ad pugnam iuſtam, & cuã intereſſe, vt 23. q. 8. igitur. & c. vt pridem.

g ¶ Arietes.] alibi dicuntur epiſcopi canes 2. q. 7. qui nec regimina.

¶ Pro infeſtationibus malorum non licet epiſcopo gregem relinquere. C. XLVI.

SVggeſtum nobis eſt, quòd pro præteritis laboribus, & infeſtationibus nonnulli veſtrũ aſsignatas ſibimet, & à Deo cõmiſſas relinquant plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſsis laborare negligant, & monaſteriorũ ſe quieti contradere feſtinent, & vacatione ab epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio, atq. otio vitã degere magis appetant, quàm in his, quæ ſibi commiſſa ſunt, permanere, dicẽte Domino: [Beatus, qui perſeuerauerit vſq. in finẽ.] Vnde namq. eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? quoniam ſecundum Apoſtolicã prædicationem: [Omnes, qui volunt in Chriſto pie viuere, perſecutionẽ patiuntur.] Ideo fratres chariſsimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis veſtræ propoſito coarctet recedere. Conſiderate namque, quanta pro abſolutione noſtra, & liberatione creator, dominuſque, & redemptor noſter pertulerit, quibuſve ſe contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Attendite itaq. vobis, & omni gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus conſtituit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine: vt non ſit, qui vos decipiat [a], aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, vt plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt vos ſolummodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis.

Poly. l. 4. tit. 15.

Matth. 10.

2. Tim. 3.

Act. 20.

Itẽ Nicolaus Papa Humifrido Morinenſis eccleſiæ epo.

¶ In perſecutionibus epiſcopus eccleſiam ſuam non deſerat. C. XLVII.

SCiſcitaris itaq. per Guldagariũ presbyterũ, vtrum, cũ à Normannis de epiſcopio depellaris, debeas decetero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias chariſsime frater, quòd, ſi pernicioſum eſt proretam [b] in tranquillitate nauim deſerere, quanto magis in fluctibus? Vbi [c] non dicimus, quòd perſecutorum non fugiamus [d] (maxime paganorum) inſidias, cum ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinem delictorum noſtrorũ nocendi facultatẽ diuinitus [e] aſſequuntur: præſertim cum eis prodire [f] vltro non debeamus, & multos prophetas, & Apoſtolos, ipſumq. Dominũ huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius conſtet. ſed, quòd præcipue nos, qui tamquam arietes [g] ducatum gregibus præbemus, immo qui & horũ paſtores ſumus, Deo auctore cũ eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo cõueniat: & cũ tranquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitaq. furentiũ infeſtatio, mox gregem requirere, & in

Io. 8.

ADuerſitas.] CASVS. Gregorius docet, q. in tribulationibus non debet quis perturbari: quia ipſa tribulatio eſt probatio virtutis, & non eſt iudiciũ reprobationis. & q. quis non debet perturbari propter aduerſitatem, probatur exemplo Pauli, qui cum veniebat in Italiã tut, & prælatus non quæritur ſpecialiter, nec per alios eſt tuta ſalus eccleſiæ, in quo caſu ſi gregem ſibi commiſſum deſerat, diceť mercenarius. Si vero perſona prælati ſpecialiter quæritur, & ſalus eccleſiæ tuta eſt per alios; fugiat tunc prælatus. & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Chriſti, & Pauli: & tribus auctoritatib⁹, ſcilicet Aug. Chriſti, & Dauid. Cũ autem quæritur non ſolum prælatus, ſed tota eccleſia: tunc non debet recedere, ſed opponere ſe debet pro populo ſuo, & animam ſuam ponere pro ouibus ſuis & hoc de extrinſeca perſecutione. Eſt & alia perſecutio intrinſeca, quæ fit à ſubditis in occulto, quando prælatus cõpati debet pro peccatis aliorũ: & hoc ꝓbat quatuor auctoritatibus.

vnum colligere, & eius animos cæleſtis patriæ pace, ac potiſsimum ſecuritate prædicata ſurſum erigere debemus. Et tamdiu ſuper eorum cautela oportet nos eſſe ſolicitos; vt ſi Dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſsis amittunt, futuræ vitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna.

Item Gregorius lib. 7. epiſt. 126. ad Recaredum regem.

¶ Non eſt reprobatio, ſed virtutis probatio, bonorum aduerſitas. C. XLVIII.

ADuerſitas, quæ bonis [a] votis obijcitur, probatio [b] virtutis eſt, non iudiciũ † reprobationis. Quis enim neſciat, quàm proſperum fuit, quòd beatus Paulus apoſtolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit: ſed nauis cordis [c] in maris fluctibus integra ſtetit.

† *al. indicium*

Act. 27.

9 *Hoc* [d] *tunc ſeruandum intelligitur, quando inter ſubditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum vita proficiat: quãdo nec ſpecialiter prælatus quæritur, nec per alios tuta poteſt eſſe eccleſiæ ſalus; ne ſi deſerere incipiat, quibus prodeſſe poteſt, dicatur de eo: [Mercenarius autẽ, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupũ venientem, & deſerit oues, & fugit.] Cum vero ſpecialiter quæritur, fugiat exemplo Chriſti, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exẽplo Pauli, qui à fratribus per murũ ſubmiſſus eſt in ſporta. Vnde Auguſtinus ait: [Fugiat miniſter Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus in Aegyptũ fugit: fugiat & qui ſpecialiter quæritur, dũ per alios firma eſt eccleſiæ ſalus.] Hinc etiã ait Dominus diſcipulis: [Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã.] Hinc etiã idem abſcondit ſe, & exiuit de tẽplo; quãdo Iudæi lapides tulerunt, vt iacerent in eũ. Hinc etiã Auguſtinus ait de eodem in pſ.* [e] *54. [Ecce elongaui fugiens. illud tangit, quòd Chriſtus vitabat perſequentes, vt occaſionem* [f] *iræ demeret, & manebat in deſertis orans: in quo docebat nos in ſecreto conſciẽtiæ orare, & quieſcere, cum à malis premimur.] Cum vero non prælatorũ tantum, ſed totius eccleſiæ ſalus* [g] *quæ-*

Ioan. 10.

Matt. 2.

Act. 9.

Gloſſa ord. ad c. 11. 2. ad Cor. in fine, ex Aug. epiſ. 180. ad Honoratum.

Matt. 10.

Io. 8.

Gloſſa ordi. ex Caſſiodoro.

d ¶ Hoc.] ſ. q. ꝓlat⁹ maneat cũ ſubditis ſuis.

d ¶ Hoc etiam.] in hoc §. diſtinguitur quid iuris ſit in extrinſeca ſiue intrinſeca perſecutione. Extrinſeca enim perſecutio conſiſtit in manifeſtis inimicis eccleſiæ, intrinſeca in eis, qui adhuc non ſunt præciſi. In exteriori perſecutione diſtinguitur: aut ſolus prælatus quæritur, aut totus clerus. Si ſolus prælatus: aut eo recedente tuta eſt ſalus eccleſiæ, & tunc fugiet. & hoc probat exemplo Chriſti & Pauli, & tribus auctoritatibus, Auguſt. Domini, & Dauid. Si nõ eſt tuta, tunc ponet animam ſuam ꝓ ouibus ſuis. Si totus clerus quæritur, ꝓindiſtincte ſe pro eis hoſtibus opponet, vt 43. diſt. ſit rector, ſed ſi aliàs poteſt conſuli eccleſiæ, totus clerus fugiat cũ prælato. Si non poteſt, remaneant cum prælato vel omnes, vel quidam ex eis. ſi eſt altercatio inter eos de remanſuris, res ſorte dirimatur. 26. q. 2. ſors. Circa intrinſecam diſtinguitur ſic: aut omnes ſunt mali, aut quidam. Si boni ſunt commiſti malis, eos non deſeret. 23. q. 4 tu bonus. Si omnes mali ſunt, aut ſpes eſt de correctione, aut non. Si eſt, non ſunt deſerendi. Si nõ eſt ſpes, tunc ſunt deſerendi, vt ĩ ea. c. vlt. Et nota quòd loquitur de extrinſeca perſecutione vſque ibi, [Eſt & aliud genus.] abinde miſtim de extrinſeca & intrinſeca vſq; ibi, [Cũ autẽ à vitijs.] & abinde tantũ de intrinſeca. ₂

Perſecutio eſt duplex.

Prælatus an pp perſecutionẽ licite poſſit eccleſiã deſerere.

Italiam naufragium paſſus eſt. & tamen in corde non fuerat turbatus.

a ¶ Bonis votis.] id eſt, propoſitis.

b ¶ Probatio.] ſ. ead. cum percuſſio.

ADDITIO. Et dic probatio, id eſt, examinatio, & experimentum virtutis, id eſt, conſtantiæ. Vel probatio virtutis, ſcilicet vt probatione melior quis efficiatur, & ita appareat, vt in prædicto cap. cum percuſſio. ſm Hug.

c ¶ Nauis cordis.] id eſt, conſtantia fidei ₁.

HOC ETIAM. Hæc eſt 9. pars quæſtio. in qua dicitur quando debet prælatus relinquere ſubditos, & quãdo non. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. ſuggeſtum. & c. ſciſcitaris. q. prælatus perſeuerare debet cum ſubditis in tempore tribulationis, licet poſſit quandoque recedere ad tempus & fugere. Nũc vero oſtendit hic tempus ſeruandum eſſe, quando inter ſubditos aliqui boni reperiun-

e ¶ In pſalmo.] Exaudi Deus orationem.

f ¶ Vt occaſionẽ.] Et ita peccat quis eo q. dat alijs occaſionem peccandi, vt 55. diſt. ſi Euãgelica. & 22. q. 4. inter.

g ¶ Salus.] Ergo videtur q. pro rebus temporalibus non debeat prælatus mori, vt 23. q. 5. non eſt noſtrum.

₁ De hac materia plene no. Inn. extra de renũtia. niſi cum pridẽ. §. 1. vbi poſita eſt iſta gl. ſicut hic iacet multa addit. & ibi de hoc per Hoſt.

a ¶ Fides.]per hæreſim aliquam.
b ¶ Perſecutionis.]idest,compaſſionis.
c ¶ Non vror.]compatiendo.
d ¶ In pſalmo.]Dñe exaudi,ibi:Quia defecerũt ſicut fumus dies mei,& oſſa ı mea ſicut in frixorio cõfixa ſũt.

omnes mali,& obſtinati.Si ſunt ibi aliqui boni,non debet prælatus deſerere bonos propter malos,ſed tolerare debet patienter.& hoc probat quattuor auctoritatibus. Si autem omnes ſunt mali & obſtinati, tunc licet prælato ab eis recedere,exemplo beati Benedicti, qui monachos

ritur,fides [a] *impugnatur;neceſſe eſt, vt ex aduerſo aſcendant, & in die belli ſe ipſos murũ opponant pro domo Domini,& animas ſuas ponant pro ouibus ſuis: vt exẽpla ſuæ paſſionis accendant,quos ſermone doctrinæ diutius confirmare nõ valent. Et hoc quidẽ de manifeſtis perſecutionibus.Eſt & aliud genus perſecutionis* [b]*, in quo Apoſtolus laborabat dicens:*[*Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nõ vror* [c]*? &c.*]*Hinc Auguſtinus in pſ.* [d] 101.[*Oſſa,id eſt,fortes, quorũ frixoriũ ſunt, qui ſcandalizantur:tantum enim frigitur* [e] *bonus, quantũ amat.*] ¶ *Hinc idẽ in pſ.xxx.* [f] [*Iraſcitur iuſtus pro peccatis palearũ* [g]*,non tamen odit* [h]*, in quo extingueretur oculus* [i]*:* venter [k] *pro interioribus* [l]*,quæ turbantur,quãdo nec corripi poſſunt impij,quibus non † clamat* [m],quia defecit [n] in dolore vita, *videns non proficere quod prædicat.*] ¶ *Hinc idẽ ait in pſ. lxix.* [o] *vtrumq. hoc genus perſecutionis diſtinguens:*[*Vox tribulatorum* [p] *Chriſto,id eſt, martyrum inter paſſiones periclitantiũ,ſed de capite* [q] *præſumentium* [r]*.Cum illis* [ſ] *vox omnis iuſti;cui ex charitate, abundans iniquitas etiã Chriſtianorũ eſt paſſio: vt Lot corporalẽ perſecutionẽ à nullo in Sodomis ſubſtinuit,ſed à malis factis eorũ,cum † quibus habitabat. Eſt ergo perſecutio iuſti,vel à leone* [t] *in impetu,vel à dracone* [u] *in inſidijs,vnde omnes* [x] *clament* Deus in adiutoriũ meũ intende.] ¶ *Cum autem* [y] *vitijs ſubditorũ prælatus affligitur,aliquando omnium eſt vna & inſatiabilis obſtinatio,aliquãdo mali inueniuntur bonis admiſti. Quando boni ſimul cũ malis habitant,non ſunt deſerendi boni propter malos:ne peruerſe malos euitando vincamus* [z]*,quos fugimus,ad gehennam†, ſed potius mali toleremur propter bonos . Vnde Gregorius:* [*Abel* [a] *eſſe renuit,quẽ Cain* [b] *malitia non exercet* [c]*.*] *ferrum quippe noſtræ mentis ad acumen non poteſt peruenire veritatis,niſi hoc alterius eraſerit lima* [d] *prauitatis. Hinc etiam Auguſtinus:*[*Tu bonus* [e] *tolera malum, &c. infra de tolerandis malis in prima cauſa* [c] *hæreticorũ.*]*Idẽ ait:* [*Maius malũ in ſeparatione bonorũ* [f] *cõmittimus, quàm*

Ezech.13.
Io.10.
2.Cor.11.
Gloſſa ordi. ex Aug.ad ver.[& oſſa mea, ſicut in frixorio] & Beda.2.Cor.12.
Eadem ex Augũ ad verti.[Miſerere mei Dñe.]
† *non clamat clare, ſed intus ingemiſcit.*] gloſſa ordi.
Eadem ex eodẽ in præfatione pſal.
†*cui non fuit dictum, vt nõ ibi habitaret*] glo.ord.
† *al. veniamus ad gehennam*
li.20.Mor.c.29. & l.9.re.epi.39. 23.q.4.tu bon⁹. Gloſſa ordi. in c.6.2.ad Corin. in fine ex Aug. ſermo. 18. de ver.Domini.

ı Dic,ı.deſt, fortes. Fortes enim & robuſtiores in fide dicũtur oſſa: quia portant carnes ideſt,infirmos ſecundum Hug.

e ¶ Frigitur.] ideſt, conſtigitur,ideſt,tantum dolet de malorũ interitu,quantum ſalutem eorum diligit.
f ¶ Xxx.]In te Domine ſperaui,vſque,Miſerere mei Deus,quoniam tribulor, & conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & venter meus: quoniam deficit,&c.
g ¶ Palearum.]ideſt, malorum,qui ſunt ſine fructu.
h ¶ Odit.] ſupple id, in quo ſcilicet odio extingueretur ı oculus rationis, ſi haberet illud odium. Vel dic, non odit homines, ſed peccata eorũ. 86.diſt. odio.

ı Scilicet per mortale peccatũ, ideſt, ſi odiret paleas, ideſt , malos in quãtum homines ſunt,ſecundũ Hu.

Electio facta de bono an valeat vbi melior eſt.

3 Secundũ L. cui⁹ fuit tota iſta gl. vſq; ibi, magis, &c.

Origenes hom. 6. ad ca. 8. Leuitici.

Item Hieronymus in libro Leuitici.

¶ ***In hoc & duobus ſequentibus capitibus pro Origene citatur B. Hieronymus harum homiliarum interpres. Quod cur fieri potuerit, ſupra diſt. 36. c. ſi quis. eſt adnotatum.***

¶ Ad ſacerdotium non eligatur, niſi qui ceteris & ſanctior, & doctior habetur. C. XV.

LIcet ergo Dominus de conſtituendo principe præcepiſſet [a], & Dominus elegiſſet; tamen conuocatur etiã ſynagoga. Requiritur enim in ordinando ſacerdote, & præſentia populi [b]: vt ſciant omnes, & certi ſint, quia qui præſtantior [c] eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium, & hoc aſtante † populo [d]: ne qua poſtmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod & Apoſtolus præcepit in ordinatione ſacerdotis dicens: [Oportet autem illum, & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt.] Ego tamen, & amplius aliquid video in eo, quod dicit, [quia conuocauit Moyſes omnem ſynagogam:] & puto, quòd conuocare ſynagogam hoc ſit, colligere omnes animi, & in vnum congregare virtutes: vt cum ſermo de ſacerdotalibus ſacramentis habetur, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ ſint, vt nihil in eis ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ: ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum: vt quid ſit pontifex [f], quid vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra ſacrarium cordis ſui, poſſit aduertere.

Leuit. 8.

† al. atteſtante

1. Tim. 3.

† al. quæ

d ¶ Populo.] ergo in his quæ publice facta ſunt nõ poteſt contradici. 54. diſt. nulli. 87. diſt. ſi expoſitus. 16. diſt. quod dicitis. & cum in principio electionis quis conſenſit, poſtea non auditur contradicens. 3. diſt. 4. in ſius. & 3. ead. q. 2. dilectiſſimi.

e ¶ Retractatio.] Per hoc videtur, quòd populus poſſit retractare electionem, quæ fit in eius abſentia, cum excipere poſſit cõtra electum, vt 23. diſt. illud. cum eis inuitis non ſit dandus epiſcopus, vt 63. diſt. c. vlt. Sed hoc non concedo, vt dixi 62. diſt. cap. 1.

f ¶ Pontifex.] vel eius officium. 36. diſt. ſi quis vult.

g ¶ Quid indumenta.] 43. diſt. ſi rector diſcretus.

Sa

SI ergo.] Casvs. Probat Hierony.in hoc cap.ꝙ nulli licet ſibi eligere ſucceſſorem.arg. à minori, quia ſi non licuit Moyſi,qui tantus erat,multo minus licebit alijs, niſi Deus alicui aliquid reuelaret, ſicut fecit Moyſi, qui de præcepto Domini Ioſue coram populo ſibi ſibi ſucceſſorem elegit.Et hoc in prima parte.In ſecunda parte dicitur,ꝙ gubernatio populi tali debet concedi,qui ſpiritum Dei in ſe habeat, & præcepta Dei in conſpectu ſuo, & qui ſit notus & familiaris Moyſi, id eſt,Deo,& inſtructus in lege Dei, Secunda pars incipit ibi, [Gubernatio populi.]

a ¶ Quis erit.] Argu.ꝙ non licet minori quod maiori non licet.22.q.5.ſi Paulus.

b ¶ Clamoribus.] ſic ergo electio, quæ fit ad clamorẽ populi,non valet,vt hic,& extra de elect. Oſius. & eſt ſimile.C.de pœ.l.decutionum.ſic 22.q.4. vnuſquiſq; [1] qui enim ad clamorẽ populi manumittit aliquẽ, vĩ coactus manumittere.C.qui manumit. nõ poſ. l. 2.& ff.qui & à quib. ſi priuatus. Quandoque ad vocem populi aliquid fit.28.diſt. de Syracuſanæ. 50. diſt. cõſtitueretur.at tamen ad clamorem populi remittitur alicui pœna.ff. de ſica. l.penul. De hoc not. 61.diſt. miramur.

Electio ad clamorẽ populi nõ debet fieri.

1 Vbi de hoc.& 7. q 5.ſunt qui opes,i prim ibi videas.

Origenes hom. 22.ad c.27.Nũ.

Idem ex libro Numerorum.

¶ Populi gubernatio diuina electione præſtetur. C. XVI.

† *al. permittitur*

† *al. aut gratia, aut pretio fortaſſe excitata*

Num. 27.

SI ergo tantus ille, ac talis Moyſes non permittit † iudicio ſuo de eligendo principe populi,de conſtituendo ſucceſſore; quis erit [a], qui audeat, vel ex plebe, quæ ſæpe clamoribus † gratiam,aut ad pretium fortaſſe excitatis moueri ſolet;vel ex ipſis etiam ſacerdotibus, quis erit, qui ſe idoneum [c] ad hoc iudicet,niſi ſi cui oranti,& petenti à Domino reueletur? ſicut & Deus dicit ad Moyſem [Aſſume ad temetipſum Ieſum filium Naue hominem, qui habet ſpiritum Dei in ſemetipſo, & impones manus tuas ſuper eum:& ſtatues eum coram Eleazaro ſacerdote:& præcepta ei dato in conſpectu totius ſynagogæ, & præcipe de ipſo coram eis: & dabis claritatem tuam ſuper illum, vt audiant illum filij Iſrael.] Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeſte deſcriptã, vt pene expoſitione non egeat?Nulla hic populi acclamatio [d], nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio eſt.Propinquis agrorum,& prædiorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur,quem Deus elegerit;homini ſcilicet tali,qui habet,ſicut ſcriptum audiſtis,in ſemetipſo ſpiritum Dei,& præcepta Dei in conſpectu eius ſunt,& qui Moyſi valde notus, & familiaris ſit;id eſt,in quo ſit claritas legis, & ſcientia, vt poſſint eum audire filij Iſrael.

c ¶ Qui ſe idoneũ.] Ar.nullꝰ põt ſe eligere ĩ.ea.in ſcripturis.

d ¶ Acclamatio.] ĩ. c.proxi.ǯ.Sed ibi bonum teſtimoniũ populi auditur:hic vero ſtrepitus negatur. 5.q.4.in loco.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib.8. epiſt.40.

¶ Non ex fauore, ſed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

Anſ.l.6.c.9. Polyc.l.2. tit.1.

NEc nouum [e], nec reprehenſibile [f] eſt in eligendo epiſcopo populi ſe vota in duas partes diuidere:ſed graue eſt quando in huiuſmodi cauſis non ex iudicio, ſed ex ſolo fauore venit electio.

NEc nouũ.] Casvs.Neapolitani non ſolum diſcordabãt in electione archiepiſcopi, ſed etiã eligebant aliquos nõ cõſiderata bonitate, ſed potius amore & cõſãguinitate. quare Greg.ſcribit eis dicẽs nõ eſſe nouũ nec reprehenſibile vota eligentium ſe in duas partes diuidere: ſed tunc eſt reprehenſibile cum electio non prouenit ex iudicio, ſed ex fauore

e ¶ Nec nouum.] ſimile 63.diſt noſſe.qa quot ſunt homines, tot ſunt ſententiæ: quot ſunt ſententiæ, tot ſunt opiniones, ĩ.de conſecr.diſt.4.ſicut in ſacramentis. & ff. de recep. arbi. item ſi vnus.§.principaliter.

ĩ.ſi ergo.

Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegerit; datur intelligi, quòd aliquando quibuſdam traditur,quos Deus non elegit.

f ¶ Nec reprehenſibile.] ſi non eſt reprehenſibile,quare ergo caſſatur electio, quę fit in ſchiſmate; vt extra de elec.quia 2.

Origenes hom 4. in lib. Iudicum. & gloſſa ordin. ad. c. 4. Iudic.

Vnde Hieronymus.

¶ Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps eccleſiæ. C. XVIII.

† *al. populo*

4 AVdacter fortaſſis aliquid dicimus:tamen quod ſcriptum eſt,dicimus.Non ſemper princeps populi †,

CVM AVTEM. Casvs. Supra I hoc c.ſi ergo. dictum eſt, ꝙ gubernatio populi traditur illi,quem Deus elegit,de quo colligitur a ſenſu ꝯrio:ꝙ aliquando traditur dignitas illis,quos nõ elegit Deus, vt ĩ.c.proxi.

2 Dic ꝙ tũc nõ ẽ reprehenſibile cum vtraque parmouet bono zelo.ar. 65.di. c. 1 70.diſt. ſi duo.Ar.

AVdacter.]Hæc eſt 4.pars q.in qua dicitur ꝙ quandoque dat Deus malos p̃latos propter peccata populi.& hoc probat per cap.iſtud & ſequens.Io.de.Fant.

Digitized by

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. ꝙ prelatus eccleſiæ quãdoque datur bonus: quandoque malus pro meritis ſubditorum. Et probat exemplo Saulis, qui nõ fuit electus Deo iubente, ſed prout mala merita populi exigebantur, fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo, & elegerat per Samuelem ad inſtãtiam populi petentis. Fieri iuſſerat, nõ ſecundum voluntatem Dei ſpontaneã, ſed extortam.

a ¶ Arbitrium.] approbatũ, ne ſit cõtra j. 23. q. 1. qd culpat. vbi dicit, ꝙ non eſt poteſtas niſi à Deo iubente vel ſinente, 26. q. 5. nec mirũ. ſed non approbat 1, ſed pmittit eos regnare. ſu. 6. q. 1. ex merito.

b ¶ Et nõ per me.] comprobantem, ſed tamen iubentem. Et ita eſt arg. ꝙ quãque aliquid iubemus qd non approbamus. & eſt arg. ꝯ ea quæ per improbitatem obtinentur, ꝙ illa dicũt fieri inuito dante, vt extra de reſcrip. ſi quando. & C. de pe. bo. ſubla. l. 1. & 7. q. 1. ſcias. vbi habes, ꝙ q inuit⁹ aliqd faci⁹, potius dicit pati quàm facere, vt ſ. diſt. 6. teſtamentum.

c ¶ Per conſiliũ.] id eſt, approbationem.

1 Scilicet omnem poteſtatẽ: qa aliqua eſt mala. ſed tñ permittit Deus regnare eã ppter peccata populi. Vnde Iob. Facit Deus regnare hypocritam pp peruerſitatẽ populi, ſubintelligitur puniendã vel vindicandã ſm H. & lau.

SVnt in eccleſia.] CASVS. Auguſtinus dicit, ꝙ quidam prælati ſunt in eccleſia, qui ſeruiunt Deo non propter Deum, ſed propter temporalia commoda, qui magis dicendi ſunt mercenarij, quàm prælati. Et ita datur intelligi, ꝙ Deo tantum permittente tales eliguntur. Sequẽs §. per ſe patet.

d ¶ Propter hæc.] arg. pro re temporali nõ eſſe ſeruiendũ alicui, niſi ſecundario, vt 75. diſt. c. vlt. & 61. diſt. qd pderit. & 74. diſt. conſuluit. & 59. diſt. c ſi officia.

ILud.] CASVS. Quidam putabãt ſe eſſe vel effici meliores eo ipſo ꝙ eligebantur ad epiſcopatum: ſed Hieronymus dicit, ꝙ propter hoc non ſunt meliores. & Oſtendit, ꝙ ſi quis ſcit ſe eſſe indignum, non debet recipere dignitatem: quia quanto potentior eſt, tanto magis punietur. Et ꝙ indignus dignitatem recipere non debeat, probatur exemplo patris, qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

e ¶ Meliores.] arg. ꝙ non plus debet pro aliquo præſumi ideo quia habet dignitatem. 40. diſt. non loca, & c. multi. & 2. q. 7. quæritur. & diſt. 9. ego ſolus. arg. contra 11. q. 3. abſit. & 61. diſt. miramur. in fi.

f ¶ Prohibẽt.] pp negligentiã 2, vt ſ. 47. diſt. §. neceſſe.

& eccleſiæ iudex per Dei arbitrium [a] datur; ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri, & operamur malignum in conſpectu Domini; dantur nobis principes ſecundum cor noſtrum. Et hoc tibi de ſcripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit: [Fecerunt ſibi regem, & non per me [b]: principem, & non per conſiliũ [c] meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo: quem vtique ipſe Dominus elegerat, & regem fieri iuſſerat. Sed quoniã non ſecundum voluntatem Dei, ſed ſecundum peccatoris populi meritum fuerat electus; negat eum cum ſua voluntate, vel conſilio conſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiã in eccleſijs fieri: quòd pro meritis populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector eccleſiæ: aut ſi malignum faciat populus, in conſpectu Domini [α] talis eccleſiæ iudex datur, ſub quo famem & ſitim populus patiatur; non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini.

Oſee 8.

Amos 8.

α ¶ Domini.] *In vulgatis ſequebatur, & tales perſeuerẽt, quæ ſunt inducta auctoritate manuſcriptorum, homiliæ ipſius, & gloſſæ ordinariæ. In vno autem manuſcripto ſunt gloſſæ interlineares.*

Item Auguſtinus tractatu 46. ad c. 10. Ioannis.

¶ Non ſunt filij, ſed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt. C. XIX.

Anſ. l. 7. c. 146. Plol. 2.

SVnt in eccleſia quidam præpoſiti, de quibus Paulus apoſtolus dicit: [Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Quid eſt, [ſua quærentes?] non Chriſtum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda ſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præpoſito, & propter hæc [d] ſeruitur Deo; quiſquis talis eſt, mercenarius eſt: inter filios ſe non computet.

Non ergo qui præficiuntur, ſemper ceteris meliores intelliguntur.

Vnde Hieronymus ad Titum, c. 1.

In comm. ad eũ locũ [Siquis eſt ſine crimine.]

¶ Ex electione non præficiuntur epiſcopi, ſed comprobantur. C. XX.

ILlud inferendum eſt aduerſum eos, qui de epiſcopatu intumeſcunt, & putãt ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperium conſecutos: quia non ſtatim omnibus his meliores [e] ſint, quicumque epiſcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipſi electi ſunt, ſe magis exiſtiment comprobatos: ſed intelligant propterea quoſdã à ſacerdotio remotos; quia eos vitia liberorum impedierint. ſi autem peccata filiorum iuſtum ab epiſcopatu prohibent [f]; quan-

Qua-

QValis.] CASVS. Dicitur hic, q. nõ ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi, ſed etiam quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in ſermone, & vitæ conuerſatione: quia vbi laici ſunt meliores, nulla poteſt eſſe ædificatio.

a ¶ Maiorem.] ſic ſ. 96. diſtinct. ſi quis dubitet. & ſ. diſtin. 61. ſtatuimus. & c. quid proderit. vnde quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinæ, vt 48. diſt. quoniam. cum magiſter faciat cathedrã, non cathedra magiſtrum, vt 40. diſ. c. vlt. magiſtri enim moribus, & ſcientia, & facundia debent alios præcedere, vt C. de profeſ. & medi. magiſtros. lib. 10. & erit talis magiſter cuius comparatione ſui diſcipuli paleæ dicantur, vt 25. diſt. §. criminis.

b ¶ Meliores. &c.] id eſt clericos eſſe deteriores quàm laicos. ſufficit enim clerico, ſi eſt bonus.

Sap. 6.

to magis vnuſquiſque ſe conſiderans, & ſciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet ſe ab hoc, non tam honore, quàm onere, & aliorum locum, qui magis digni ſunt, non ambiet occupare?

In comm. ad locum [Nemo te contemnat.]

Item eiuſdem ad Titum, c. 2.

¶ Pro gradu ſui officij quemque meliorem eſſe oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit diſcipuli, ſi ſe intelligat magiſtro eſſe maiorem[a]? Vnde non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præſident, cõuerſatione, ſermone, & ſcientia præcedant; verum etiam, & inferior gradus, exorciſtæ, lectores, æditui, acolythi [α], & omnes omnino, qui domui Dei ſeruiunt: Quia vehementer eccleſiã Chriſti deſtruit meliores [b] laicos eſſe, quàm clericos.

α ¶ Acolythi.] *Eſt hæc dictio in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

In comm. ad ea verba [Sed hoſpitalem.]

Idem ad Titum, c. 1.

¶ Populus iudicabit epiſcopum ſua officia non agentem. C. XXII.

Matth. 12.

VEreor[c], ne quomodo Regina Auſtri veniens à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis iudicatura[d] eſt homines temporis ſui, & viri Niniuitæ acta pænitentia ad prædicationẽ Ionæ condemnabunt[e] eos[f], qui maiorem Iona ſaluatorem audire contempſerunt; ſic plurimi in populis epiſcopos iudicent[g] ſubtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea, quæ epiſcopo non conueniunt exercentes.

VEreor.] CASVS. Dicit Hieron. ſe timere ne plures laicorum iudicent epiſcopos male ſua officia exercentes per cõparationem melioris vitæ, ſicut regina Auſtri, quę venit de finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, iudicatura eſt homines ſui temporis in die iudicij comparatione melioris vitæ, & Niniuitæ conuerſi ad prædicationẽ Ionæ, iudicaturi ſunt illos Iudęos, q Chriſtũ maiorem Iona contempſerunt.

c ¶ Vereor.] id eſt, verecundor.

d ¶ Iudicatura.] nõ poteſtate iudicij [1], q illud feminæ non habẽt. 3. q. 7. §. tria. ff. de regulis iur. l. 2.

[1] Dicas iudicaturã ſ. die iudicij cõparatione melioris vitæ.

e ¶ Condemnabũt.] melius viuendo.

f ¶ Eos.] ſ. Iudæos.

g ¶ Iudicent.] ſ. diſt. 28 c. vlt. cõtra ſ. diſt. 21. nolite. cõtra 6. q. 1. oues. cõtra. ſed nõ dicunt ſubditi corrigere ſiue iudicare prælatos poteſtate officijs ſed vitæ comparatione, vt 2. q. 1. nonne.

Item Ambroſius in increpatione ad populum, ſerm. 83.

¶ Qui clericos ſuos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum poſsitis me vno ſermone conuincere [h]? conuincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim poſſum corrigere filios, cum fratres [i] emendare nõ poſsim? aut qua fiducia ſuccenſeam [k] laicis, cum à conſortibus pudoris verecundia conticeſcam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: ſunt certe quidam deuoti, ſunt & alii negligentes. Ego neminem [l] nomino: conſcientia ſua vnumquemque conueniat.

QVid autem.] CASVS. Ambr. cũ increparet populũ delinquentẽ, dixit, q. populus poterat eum conuincere vno ſermone. & ſibi pudorẽ inferre, cũ clericos habeat incorrigibiles, quos emendare non poſſit, nec eos vult nominare, cum peccata eorum ſint latẽtia, ſed vnuſquiſque conſulat ſuam conſcientiam.

h ¶ Conuincere.] & ruborem incutere ex hoc, q. laici meliores ſunt clericis. non enĩ poſſet ob hoc reprehẽdi. 47. diſtin. quod ad nos. quia non criminis relatione, ſed innocẽtia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui.

Reus innocentia purgatur.

i ¶ Cum fratres.] aliàs ſocij dicuntur. 10. q. 3. cauendũ.

K ¶ Succenſeam.] id eſt, iraſcar.

l ¶ Neminẽ.] 2. ſ. 5. q. 5. nõ vos. ſed hic loquitur qñ crimẽ nõ põt probari, ibi qñ põt. occulta enim crimina nõ habent vindictam. 6. q. 1. ſi omnia. 22. diſt. erubeſcant.

Simile quiddã auctor operis imperf. in Matth. hom. 40.

Item Beda ſuper Mattheum.

NEc ſufficere.] CASVS. Quidam prælati putabant ſufficere ſi adæquarentur laicis, & negligentibus in fide, vel in operibus: ſed dicit Beda hoc nõ ſufficere, niſi præcellant eos ſcientia & doctrina.

a ¶ Credendi.] Quantum ad articulos fidei laicis tamẽ ſufficit pictura pro doctrina. de conſ. diſ. 3. perlatum.

NE ERGO. CASVS. Cõcludit Gratianus ex ſupradictis dicẽs: ne prælati malos ſibi eligerẽt ſucceſſores, ideo ſtatutũ eſt, vt nemo ſibi eligat ſucceſſorem.

QVòd autẽ.] CASVS. Hic ponit ſecunda q̃ſtio, vbi quæritur an amicorũ patrocinia conualeſcere debeãt in electione aliquorum. Et certe ſi conſiſtant in pecunia vel obſequo, ſimonia eſt, vt ſ. 1. q. 1. ſunt nonnulli. In precibus diſtinguitur: aut enim ſunt carnales, aut ſpirituales. Carnales pro digno non inducunt ſimoniã, vt 1. q. 1. quibuſdam. pro indigno ſic, vt prima quæſtione prima, de ordinationibus. Spirituales vero valent, nec per eas inducitur ſimonia, vt prima quæſtione prima, latorem. In obſequio etiam conſueuit diſtingui, vtrũ ſit honeſtum vel nõ: & ſi honeſtũ, vtrum exprimatur, vel deducatur in pactum, q̃ ſeruiat vt præbenda ſibi conferatur.

b ¶ Patrocinia.] patrocinia aut conſiſtunt in pecunia, vel obſequio; & tunc fit ſimonia: aut in precibus; & tũc aut sũt carnales, aut ſpirituales. ſi ſpirituales, valent: nec per eas ſimonia committitur 1, vt prima quæſtione prima, latorem. carnales etiam pro digno ſunt recipiendæ, vt 1. q. 1. quibuſdam. in fi. ſed preces carnales pro indigno factæ, inducunt ſimoniam. 1. q. 1. de ordinationib. & dic vt ſ. e. Moyſes.

c ¶ Patrocinia.] niſi dignus ſit ille pro quo petitur, vt ſ. 1. q. 1. nullus itaque. & c. pueri. & c. quibuſdam. in fi.

d ¶ Patrocinio.] ſed nonne ſuffragium patris prodeſt filio. ff. quod cuiuſque vniuer. l. illud. ſed illud quantum ad numerum eligentium.

¶ Epiſcopo ad ſalutem non ſufficit moribus, & vita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc ſufficere nobis ad ſalutem arbitremur, ſi turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide, vel actibus adæquemur; quibus, ſacris litteris vnica eſt credendi [a] pariter & viuendi regula præſcripta.

Ne ergo (vt ſupra dictum eſt) tales ſui officij ſucceſſores aliquis ſibi quæreret; prohibentur epiſcopi alterum pro ſe ſucceſſorem ſibi ſtatuere, ac deſignatis nominibus in locum ſuum alium ſubrogare. 3. Apoſtolica.

QVAESTIO II.

QVòd autem amicorum patrocinia [b] in aliquorum electione conualeſcere non debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in ſecundo libro Regeſti, indict. 11. epiſt. 22. ſeu cap. 61. ſcribit Antonio ſubdiacono dicens.

¶ In electione epiſcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualeſcant. C. I.

Poly. l. 2. tit. 3. Iuo p. 5. c. 129.

ILlud quidẽ præ omnibus tibi curæ ſit, vt in hac electione nec datio quibuſcumque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia [c] conualeſcant. Nam, ſi quorumdam patrocinio [d] fuerit quiſquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur [e]: ſicq. fit, vt & res illius minuantur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus non ſeruetur. Talem ergo, te admonente, perſonam debent ſibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deſeruiat; ſed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

Idem ad clerum Mediolanenſem, lib. 2. Indict. 11. epiſtola 29. ſeu. c. 68.

¶ In electione antiſtitis communi vtilitati, non ſuo lucro quiſque proſpiciat. C. II.

Polye. ibid. Iuo p. 5. c. 130.

DIlectiſsimi filij, officij noſtri cenſura commoniti ſuademus, vt in hac ſuſcipiendi antiſtitis cauſa nullus veſtrum, neglecta vtilitate cõmuni, ſuo lucro proſpiciat; ne, ſi quiſquam propria cõmoda appetit, friuola æſtimatione

Simonia an inducat per amicorum patrocinia.

3 Ad idẽ 50. diſ. clerico vbi d hoc.

ILlud.] CASVS. Præcepit Gregorius Antonio ſubdiacono, cum quædam epiſcopalis eccleſia vacaret, vt nullam perſonam eligi permittat per pecuniam vel per preces carnales amicorum: quia qui taliter ſublimatur, illis cõpelluntur obedire quorũ preces, vel pecunia interuenerunt: & ſic per eos res eccleſiæ dilapidãtur. Talis ergo in illa eccleſia eligatur perſona, quæ ſit vita & moribus decorata, & tanto ordine digna.

e ¶ Compellitur.] quia ad antidora tenetur, vt ff. de peti. here. ſed & ſi. §. conſuluit. & 83. diſtinct. nihil. & extra de teſta. cum in officijs. humanum enim eſt, vt quis exhibeat ei reuerentiam, à quo percepit beneficium, vt 16 q. 2. viſis.

DIlectiſſimi filij.] CASVS. Vacante eccleſia Mediolanen. vnuſquiſq; clericorum nitebatur amicum ſuum præficere inſpecta tantum vtilitate propria, & neglecta communi. ſed docet Gregorius, vt hoc non faciãt, ne friuola æſtimatione fraudentur, ſiue fallantur: quia mẽs quam cupiditas ligat, perſonã præferendã nõ examinat iudicio recto. quare præcipit, vt ante electionem ſub-

fallatur: quia nec libero [a] iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Penſantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari [b] namque à vobis vltra non debet ſemel prælatus: ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt.

QVAESTIO III.

QVòd autem [c] ſimoniacus habendus non ſit qui poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ iuramentum præſtitit; facile probatur. Aliud eſt enim ante electionem iuramentum facere, vel ſe facturum paciſci ad hoc vt eligatur: aliud eſt, nulla præcedẽte conuentione poſt electionem huiuſcemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tamquam munus impenſum deijcit: hoc autem conſecrando nullum impedimentum generat.

De priori caſu ſcribit Pelagius Papa clero Catinenſi.

¶ Qui in epiſcopum eligitur, de rebus eccleſiaſticis aliquam ſecuritatem nulli faciat. C. I.

Anſ.l.6.c.40.
Polyc.l.2.tit.3.

TAlia quidem iam dudum ad fratrem, & coepiſcopum noſtrum Eucarpum de viſitatione Catinenſis eccleſiæ ſcripta direximus, vt in eis iudicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. Verumtamen, quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare, veſtra etiam relatione cognouimus, qui ſcientes ſe ad epiſcopatum nec ætate, nec ſcientia, nec vitæ meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare eccleſiam volunt, vt ſibi de his, quæ ex ipſa præſumpta ſunt, impunitatem [d]

ctionem ſubtiliter iudicantes talem eligant, cui debeãt ſemper obedire: quia poſt electionem non poterunt iudicare de ipſo.

a ¶ Libero.] ſic 83. diſt. nihil. ſic 11. q. 3. quattuor.

ADDITIO. Et c. pauper. per quæ iura & hic habet arg. q iudex pecunia vel alia affectione corruptus non poteſt recte iudicare ſecundum Hugo.

b ¶ Iudicari.] arg. q electum quem ſemel comprobaſti, non potes poſtea reprobare 2, vt ĩ. 32. q. 5. horrendus. arg. extra de his, quæ fi. à maio. parte cap. ex ore. in fi. ĩ. diſt. 4. erit. & c. in iſtis. ĩ. ead. q. proxi. c. licet. ſimile ff. de decur. l. ꝑe. in fi. & arg. ff. de pact. dot. conuenire. ff. de neg. geſt. Pomponius. arg. contra. C. de lib. cauſa. non ideirco. & l. non mutant. & C. de profeſ. & medi. l. grammaticos. lib. 10. extra de elect. cum dilectus. contra vbi patientia non æquiualet electioni, contra id quod eſt ff. de pup. ſi ego. §. 1. Sol. electus ſemel approbatꝰ nõ põt amplius reprobari ab eligentibus, niſi ex cauſa noua, vel de nouo ad eorum notitiam veniente. tunc enim bene poteſt ab eis reprobari, vt extra de offic. deleg. inſinuante. & extra de excep. paſtoralis. & ff. de mune. & ho. vt gradatim. §. reprobari. & ita intelligitur illa decret. & illa lex, grammaticos.

QVod autem.] Hic intitulatur tertia quæſtio, qua quæritur, vtrum ſit ſimoniacum præſtare canonicis iuramentum poſt electionem pro indemnitate rerum eccleſiæ. Et reſpondet q non, niſi ante electionem pepigit, q poſt electionẽ præſtaret iuramentum; vt ĩ. ead. Artaldus. Si vero ante electionem iuret, vel pactum faciat, ſimonia eſt, vt ĩ. ea. c. talia. & hæc vera ſunt, cum minoribus & ſubiectis præſtatur iuramentum. præſtare autem ſuperiori ante electionem, non videtur ſimonia: arg. ĩ. 100. diſt. optatum.

c ¶ Quòd autem.] & ante & poſt electionem licite ſecundũ quoſdam petitur cautio, quæ habetur ex iure vel conſuetudine. 63. diſt. quia. 1. q. 3. quæſitum. extra de præben. ſignificatum. A ſuperiore vero quælibet cautio peti poteſt. 28. diſt. de Syracuſanæ. 10. q. 3. c. vlt. 8. q. 2. Eleutherius. 100. diſt. optatum. & c. contra morem. Quidam tamẽ dicunt, q ante electionem nulla cautio poteſt peti: & ſi præſtetur, ſimonia eſt: quia videtur id facere, vt eligatur. ĩ. ead. cap. 1. Idẽ eſt ſi promittat ante electionem ſe iuraturum poſt electionẽ, vt 1. q. 2. quàm pio. ſed poſt electionem bene poteſt 2. quia tunc nihil ſperat ab eis: ſed à ſuperiore, vt dixi, poteſt peti, & ei præſtari tale iuramentum, ſiue ante electionem ſiue poſt. 100. diſtin. optatum. 28 diſt. de Syracuſanæ. & 23. diſtin. quamquam. tamen id quod prius dixi verius videtur, maxime ſi quilibet canonicorum ita iurat: Ego iuro, q ſi fuero factus epiſcopus, nihil alienabo de rebus eccleſiæ: quia tutor eligitur ſub tali conditione, ſi ſatis dederit, vt ff. de tute. muto. §. 1. extra de elec. ſignificaſti. nec tñ videt eſſe conditio, ſed potius admonitio quędam, vt dicit illa l. muto. vñ ex perſona ꝯhentium præſumi debet ꝯctum ſiue promiſſionem eſſe ſimoniacam, vel non: ſicut & præſumitur circa uſurarium cõtractum ex perſona ꝯhentis, vt extra de pig. c. illo. in fi.

Cautio iuratoria an poſſit peti ab eligẽdo vel electo.

2 Scilicet præſtari iuramẽtum ſubditus, nec tunc peccat, nec ipſi poſsũt venire contra electionem ſiue ſit confirmatus ſiue non, ſm H. B. & Lau. extra de ele. publicato. Arch.

TAlia.] CASVS. Pelagius facit Eucarpum uiſitatorem Catinẽſis eccleſiæ, & ei ſignificauit quid deberet fieri circa electionem epiſcopi: ſed poſtea Elpidius diaconus electus eſt fere ab omnibus. ꝑ ei tamen eius electioni conſentiebant niſi iuraret ſe illi præſtare impunitatem de rebus eccleſiæ, quas uſurpauerant. quod totum cum audiſſet Papa relatione clericorũ, & Leonis uiri magnifici, de cuius teſtimonio non erat dubitandum, præcepit Pelagius clericis Catinenſibus, vt Elpidium diaconum cum decreto electionis & cũ viſitatoris epiſtola Romã perducant, & monet eũ, vt clericis reſiſtentibus ſibi, nec iuramentum nec promiſſionẽ faciat aliquã; quia ſi fecerit, tamquã indignus repelletur.

d ¶ Impunitatem.] vt remitteret eis ea, quæ abſtulerant. illud enim eſt ſimonia. remittere enim eſt dare, vt ex-

vt extra de teſtibus, veniens 1. ff. de calum. quinetiam. a ¶ Viri.] argu. teſtimonio vnius credi, vt ff. de dote præle. Teopompus. ꝟ. 97. diſt. nobiliſſimus. ꝟ. diſt. 86. tanta. ꝟ. 13. q. 4. inter querelas. 20. q. 3. præſens. arg. cõtra, 33. q. 2. admonere 1. b ¶ Iudicij.] id eſt, quod circa eum fecimus, nos mutabimus. c ¶ Damno.] quia retractabimus quod fecimus.

1 Obtinet vbi alter non læditur: vel in forma iudicij non agitur ſm Hu. Vel dic vt not. in gl. vnde nõ tenet, &c. de hoc 18. diſt. placuit. & 80. diſt. tanta. Arch.

ARtaldus.] CASVS. Artaldus fuit electus in epm Arelateñ. eccleſiæ, poſt electionem præſtitit iuramentũ canonicis de indemnitate rerum eccleſiæ, propter quod archiepiſcopus Narboneñ. noluit eum conſecrare, ideoque Romã iuit, & conſecratus eſt ab Vrbano: prius tamen præſtito iuramento, ꝙ nullam conuentionem fecerat ante electionem ad hoc vt eligeretur, & ꝙ propter nullum aliud crimen ipſum repellebat. Et ſunt verba notarij ſcribentis geſta Vrbani. d ¶ Iuramento.] argumentum, ꝙ ſolus epiſcopus ſola manu ſe expurgat, vt 2. q. 5. quanto. ſed iſtud obtinet cum non habet compurgatores. e ¶ Vt eligeret.] arg. contra, 28. diſtin. de Syracuſanæ. f ¶ Nullius.] ex hoc verbo dixit Ioan. Fab. ꝙ infamatus de vno crimine, expurgabit ſe de omnibus alijs. ſed certe hic non fuit generale iuramentum, ſed ſolũ iurauit, ꝙ nullius criminis conſcius erat, & ꝙ archiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa conſecrauit iſtum pendente adhuc obiectione archiepiſcopi? Sed dic, ꝙ archiepiſcopus in forma iudicij nihil obiecit ei. h ¶ Me ſciente.] ar. bonum ad interpretandum negatiue dicta teſtium, vt cum teſtis iurat ſe non vi-

Negatiua vtilis depoſitio eſt benigne Interpretanda.

diſſe tale quid, intelligendum eſt, ꝙ ipſe ſciret 2. ſic in Auth. d hæc. & ſal. §. ſancim⁹ 1 ſi. 5. & ſi vero. 1 ſi coll. 1.

2 Ad hoc facit quod no. extra de ele. bonæ memoriæ, in gl. ſicceſſerit, in prin.

Quod futurus promittat epiſcopus, & fiat rapinæ ſecuritas, epiſcopatus ambitio; hoc etiam vos duximus commonendos, vt decretum in Elpidium diaconum factum, & ſubſcriptũ ab omnibus, quos veſtra relatio deſignauit, ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola, & cum eodem diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. *& poſt pauca.* Cum igitur huc filius noſter magnificus vir Leo prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis, quæ ibi mota ſunt, & quomodo vota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Vnde quia de memorati viri [a] teſtimonio dubitare omnino non poſſumus; idcirco, ſicut dictum eſt, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius, vt admonitio ad eum noſtra debeat deſtinari. † Quem tamẽ hoc per veſtram dilectionem in præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus, ne cui ſe aliquid dare, vel daturum eſſe promittat; ſed neq. de eccleſiaſticis præteritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquam audeat facere ſiue promittere, aut quaſi factus epiſcopus ea quæ direpta ſunt non repetat; ſed apud eos, à quibus direpta ſunt, permanere libere patiatur: ſciens, quòd ſi tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipſa promiſsio, & cum iudicij [b] noſtri, quod de ipſo habuimus damno [c], paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

† *al. iterari*

Emendatus eſt hic locus ex Anſelmo, & Polycarpo.

De ſecundo vero caſu in geſtis Vrbani ſecundi legitur.

¶ Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ licet electo iuramentum præſtare. C. I I.

ARtaldus Arelatenſis [a] epiſcopus, Narbonenſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam conſecrandus ad dominum Papam Vrbanum venit: ſuus quippe archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quoniam poſt electionem ſuam propter bona eccleſiæ conſeruanda canonicis iurauit. Conſecratus itaque eſt à domino Papa Vrbano, ante purgatus huiuſmodi iuramento [d]. De iuramento, quod canonicis noſtræ eccleſiæ feci poſt electionem, nullam conuentionem ante, vt eligerer [e], feci. Narbonenſis vero archiepiſcopus, nullius [f], præter id, criminis cauſa, conſecrationẽ noſtram omiſit: me ſciente [g]; neque mihi criminis conſcius ſum, propter quod à ſacra † me vnctione repellat.

† *al. ſacerdotio me repellat.*

a ¶ Arelatenſis.] *In manuſcriptis etiam ſic habetur. Sed viſum eſt ſubeſſe mendum, quia hic epiſcopus vocatur ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis: in concilio autem ſecundo Arelatenſi Arelate refertur ad prouinciam Viennenſem Et quamuis Guglielmus Durandi in ſpeculo de auctor. & vſu pallij hoc citet, vt oſtendat Arelatenſem archiepiſcopum ſubeſſe Narbonenſi; tamen Ioannes Andrea in notis ad illũ locum expreſſe ſcribit in hoc capitulo non agi de Arelatenſi archiepiſcopo. Et valde probabile eſt, pro Electenſi, ſeu Elatenſi, qui vere eſt ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis, corrupte ſcriptum fuiſſe, Arelatenſis.*

interim poſſit ſubditũ excõicare.

Vòd autẽ.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quęritʳ an prælatus ſit deſerẽdus ante ſententiã cõdemnationis: ſiue feratʳ ſentẽtia ab homine, vel à canone. Et dicitʳ, q̃ nõ, vt ĩ. c. vno & ĩ. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. tio tenet quam fecit. ſed ſi tempora appellationis ſunt lapſa. & non eſt proſecutus appellationem, idem eſt ac ſi non appellaſſet: & ſecundum hoc nõ eſt excõicatus. vt diſtinguitur ff. de his qui not. infa. furti. §. 1. & ff. de iniuſto rup. teſt. ſi quis. §. ante pen. Io. Ego credo, q̃ pẽdẽte appellatione clerici debeant ei obedire, cum pendente appellatione, vel lite nihil ſit innouandũ, vt 2. q. 6. appellatione interpoſita. & extra vt lite pen. nihil innouetur, per totũ. ff. ad Turpil. l. 1. in fi. & excõmunicatio tenet, cum ſtatim trahat ſecum ſuam executionẽ, vt extra de ap. paſtoralis. Bar.

a ¶ Quòd

QVAESTIO IIII.

Vòd autem [a] clericis ante ſententia tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere non liceat, probatur auctoritate Symmachi [a] Papæ dicentis.

a ¶ Symmachi.] *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ, cuius rei reddita eſt ratio ſupra diſt. 31. c. omnino. & 40. ſ. non nos.*

¶ Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere. C. I.

Iuo p. 6. c. 340. & 341.

NOnne directa ſunt verba canonum [c]: [Quicumq. clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ [b] tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtam eum manere cenſuram?] *& infra.* ¶ Lex eccleſiaſtica pontificem ab alijs accuſatum, priuſquam [c] ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui.

a ¶ Canonum.] *Sic emendatum eſt ex vetuſtis codicibus, Ennodio ipſo, & Iuone, cum prius legeretur,* Decreti. *Citare autem Ennodius voluit canones, qui ante Symmachum de hac re editi erant. Qui vero in gloſſa citantur, ſunt ex epiſtolis Pontificum Symmacho poſteriorum. In Carthaginenſi quidem concilio inſerto in codice canonum eſt vndecimus canon, qui citatur infra 11. q. 3. ſi quis presbyter. & decimus nonus relatus ſupra 4. q. 5. c. quiſquis epiſcoporum & vigeſimus quartus citatus ibidem. c. placuit. ad quos, & præcipue ad primum videtur ſpectaſſe Ennodius.*

NOnne.] CASVS. Symmachus Papa docet in hoc ca. q̃ nullus clericus debet deſerere ſuum prælatum ante ſententiã, quamuis ſit accuſatus: & qui cõtra fecerit, pœnam patietur.

b ¶ Sententiæ.] ſola ergo accuſatio nõ cõſtituit aliquẽ reũ vel criminoſũ, vt 15. q. vlt. c. vlt. vnde reo accuſato põt ſolui id, quod ei debetur, vt ff. de ſol. reo. ſola enĩ nominatio non ſufficit, vt 2. q. 1. multi. & lex dicit, q̃ ſi condemnatus appellauit, ſtatʳ eius integer eſt. ff. nil inno. pen. ap. l. vnica. nec inter infames interim eſt habendus. ff. de his q̃ no. infa. furti. impeditur tamẽ interim ab honoribus, vt 81. diſt. tantis 2. & extra de accu. Deus omnipotens. nec procuratores eſſe põt. C. de procur. reum.

Solui põt reo accuſato.

c ¶ Priuſquam.] ſic extra vt lite pend. c. 2. ſi. 33. q. 2. ſeculares. & 35. q. 6. multorũ. & 15. q. vlt. c. vlt.

2 Adde ad hoc gl. op. in §. ſi quis autẽ in gl. 1. inſti. de ſuſpe. tu.

QVAESTIO V.

†al. Apoſtolico

Ine litteris Apoſtolicis † epiſcopus accuſatus, & à ſancta ſede vocatus, ad ſuam non reuertatur eccleſiam.

Vnde Sixtus Papa 1. ait epiſt. 2. c. 2.

¶ A ſede Apoſtolica vocatus epiſcopus ad domum non reuertatur, niſi purgatus, & Apoſtolicis litteris inſtructus. C. I.

Anſ. l. 2. c. 8.

QVilibet fratrum pulſatus, atq. ab hac ſancta ſede vocatus, cum ſe nobis repræſentauerit [d], ad eccleſiam tamen ſuam non prius reuertatur, quàm litteris Apoſto-

a ¶ Quòd autem.] clerici ante ſuſpenſionem vel depoſitionem prælati non negabunt ei obedientiã. 16. q. 4. volumus. 15. q. vlt. c. vlt. Nec obſtat 32. diſt. nullus. 81. diſt. ſi quis. & 16. q. vlt. ſane. quia ibi de ſuſpenſis à cãnone loquitur. nam in illis tribus criminibus eſt ſpeciale, ſcilicet in ſimonia, & in hæreſi, & in notorio fornicatore, ſed de ſimonia occulta vĩ correctũ extra de temp. ordi. c. vlt. Sed numquid ſtatim poſt ſnĩam recedent ab ipſo, cum adhuc poſſit appellare, & appellatio extinguit pnuntiatũ: itẽ quia ſnĩa nõ eſt ſtatim executioni mandanda, vt extra de ſent. & re iud. quod ad cõſultationẽ. E cõtra vĩ, q̃ ſtatim per ſnĩam amittit dignitatem. ff. de pœ. qui vltimo. & l. quod ad ſtatũ. Itẽ quid ſi pendente appellatiõe excõicat ſubditũ ſuũ, an eſt ille excõicatus? Diſtingue quia ſi eſt proſecutus appellationẽ ſuã, tunc licet appellatio ſit pronuntiata iniuſta, excommunica-

Ine.] CASVS. Hic ponitʳ 5. q̃ſtio, qua quæritʳ vtrũ eps accuſatus vocatus ad ſedẽ Apoſtolicã ſi ſnĩa pro eo feratur, debeat ad eccleſiam ſuam ſine litteris Papæ reuerti. Et reſpondetur, q̃ non, vt ĩ. c. ſeq.

QVilibet.] CASVS. Sixtus Papa docet hic, q̃ ſi epiſcopus accuſatur coram Papa, ſi nõ poteſt ſibi crimen probari, non debet ad eccleſiam ſuam reuerti ſine litteris Apoſtolicis, in quibus contineatur qualiter ſuam cauſam finierit, & poſt reuerſionem ſuã vicini epiſcopi hoc cognoſcere poſſint: quoniam epiſcopi ſicut ab Apoſtolis ſunt inſtituti domino diſponente, ita à ſancta ſede Apoſtolica debent defendi, diſpoſitioni cuius omnia maiora ſunt iudicia reſeruata.

d ¶ Repræſentauerit.] clericus etiam ſe nõ repræſentabit Papæ ſine litteris ſui epiſcopi, vt C. de epiſco. & cler. ſi quis

ſi qua per calumniam. & in Auth. quomodo oportet epiſcopos. §.non aliter.coll.1.

a ¶ Ambiguitate.] ſi.ext.de of.ord.ex parte. extra de fi. inſt.quod ſuper.

b ¶ Eorum.] ideſt, Apoſtolorum.

vt ĩ.ca.ordinationes. Ruſinus tamen & Ioan. Fauentinus dicebant, q; epiſcopus, qui recepit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, ideſt, ordinem epiſcopalem, quia poſt illum nullus eſt ordo, ordinem cõferre non poteſt, & qui ordinatur à tali, nihil recipit: ſe eus ſi in-

licis, vel formatis, pleniter inſtructus, atque purgatus ſit; ſi fuerit vnde: vt poſtquam domum reuerſus fuerit, cognoſcant vicini ſui, qualiter ſuam, aliorumque cauſam hic finierit: quatenus eam abſque ambiguitate [a] vlla nuntiare, & prædicare omnibus poſsit. Ab hac enim ſancta ſede à ſanctis Apoſtolis tueri, defendi, & liberari epiſcopi iuſsi ſunt: vt ſicut eorum [b] diſpoſitione, ordinante Domino, primitus ſunt conſtitui; ſic huius ſanctæ ſedis (cuius diſpoſitioni, eorum cauſas, & iudicia ſeruauerunt) protectione futuris tẽporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. Vnde culpantur ij, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius ſedis rectoribus placere cognouerint.

CAVSA NONA.

Sententia excommunicationis [c] *notatus quidam archiepiſcopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quemdam capellanum ſui ſuffraganei, illo inconſulto, depoſuit, atq. alium in loco eius ordinauit.*

1 *Hic primum quæritur, an ordinatio, quæ ab excommunicatis facta eſt, aliquo modo poſſit rata haberi.*

2 *Secundo, an liceat epiſcopo, archiepiſcopo, primati, vel patriarchæ clericos alterius ſine proprijs litteris ordinare.*

3 *Tertio, an archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui, illo inconſulto, damnare valeat, vel damnatos abſoluere.*

QVAESTIO I.

Quòd ordinatio [f]*, quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam conſecratio appellanda ſit, teſtatur Gregorius lib. 3. epiſt. 20. dicens.*

Sententia excommunicationis.] Casvs. Supra in viij. cauſa oſtenſum eſt de epiſcopis qui vſurpant ſibi eligere ſucceſſores. Nunc vero vult tractare de epiſcopis excommunicatis, qui præſumunt clericos ordinare, & de archiepiſcopis, qui damnãt clericos ſui ſuffraganei inconſulto illo; quæ omnia vt competentius oſtendat, thema proponit, & tres inde elicit qõnes.

c ¶ Sententia excommunicationis.] In ſuperiori cauſa dictum eſt, q; epiſcopi quandoque vſurpant ſibi aliquid de iure ſuorũ clericorum, quandoque ſibi conſtituunt ſucceſſorem: hic agit qualiter vſurpẽt quãdoque de iure vicinorum epiſcoporum, & oſtendit hic q; nemo ordinabit clericos alterius epĩ eo nõ requiſito, nec ẽt iudicabit, & q; metropolitanus clericos ſui ſuffraganei non põt iudicare. & vt hæc & alia, &c.

Quòd ordinatio.] Casvs. Hic intitulat᷑ prima quæſtio, qua quæritur, vtrum ordinatio facta ab excommunicatis poſſit rata haberi. Et certe d hoc ita dicit H. quòd quilibet eps ſiue excõicatus, ſiue non; ſiue catholicus ſiue non, ſiue vltimam manus impoſitionem recepit in eccleſia, ſiue extra ordinem confert, & ordinati ab eo ordines recipiunt, dummodo in forma eccleſiæ hoc fiat; & ſi illi alios ordinauerint, ordinati erunt, & ſic in infinitum, vt 1.q.1.quod quidam. & ĩ.c. ordinationes. Idem dicit de corpore Chriſti. arg. de conſec. diſtin. 4. oſtenditur. ſicut in ſacramentis. 1.q.1. Dñs declarauit. Sed in hoc eſt differentia, quia ordinati ab eo q recepit vltimã manus impoſitionẽ in eccleſia, ſiue ſciẽter, ſiue ignoranter, ſi digni ſunt tolerant᷑ ex miſericordia, vt ĩ.c.2.& 3. niſi in quattuor caſibus notatis in apparatu. Sed ſi ab eo qui non recipit in eccleſia, ſi ſcienter, non tolerantur. ſi ignoranter, & hoc probauerint, tolerant᷑.

eus ſi intra eccleſiam recipiat vltimam manus impoſitionem. De corpore Chriſti dicebant, q; nullus extra eccleſiam conſtitutus conficiebat. argu. 24. q.1. ſchiſma. & forte Gratia. fuit huius opinionis, vt ĩ.ca. §. ſed excõmunicati. & 1.q.1.§. ſed opponitur. Ibi tamen poſt hãc opinionem ponit Gratianus catholicam veritatem. Et videtur hic primo probare Gratia. quòd talis ordinatio non valet.

d ¶ Quòd ordinatio.] hic quæritur an ordinatio facta ab excommunicato ſit rata. Excommunicatus hic dicitur præciſus ab eccleſia propter hæreſim, vel ſchiſma, vel aliquam aliam cauſam. Dicit Ioan. Fa. & Rufinus,

q; qui

q qui recepit vltimam manus impoſitionem, idest ordinem epiſcopalem in eccleſia, ordines confert, ſed nõ executionem ordinis. Si autem extra, nihil confert nec ordinem nec executionem, cum tales nihil habeant: argu. 1. q. 7. Daibertum. 19. diſtin. cap. propter. 1. q. 1. ſi quis

ſint ordinati ab eis 2, vt 1. q. 7. conuenientibus. Si autẽ ſunt ordinati ab epiſcopo, qui extra eccleſiam recipit manus impoſitionem, ſi ſcienter, numquam tolerãtur. ſi ignoranter, & hoc pbauerint, tolerãtur. vt j. e. ordinationes. Hæc ergo ſit fides tua, q hæretici & excommunicati & depoſiti vera ſacramenta conferũt, & verum corpus Chriſti conficiũt, vt no. 1. q. 1. dominus declarauit Io. Quod Io. dicit de depoſito, non credo eſſe verum, vt 50. diſt. c. accedens. B.

2 Cum poſſint ordinati à fide lib & ita caſum ponit H. peut tus alienũ à ſuperiori c. ſ. ſi ad ſubuerſionem, &c. vt dicit H. 1. q. 7 conuenientibus & q. 1. ſi quis hæreticæ. vbi hoc notauit.

¶ Non poteſt appellari conſecratio, quæ ſit ab excommunicatis. C. I.

Poly. l. 2. tit. 37. Iuo p. 14. c. 74. & p. 5. c. 134.

NOs conſecrationem [a] dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excõmunicatis [b] hominibus eſt celebrata [c].

PALEA. C. II.

EXcommunicati illicite manus imponunt: quia poteſtatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita eſt manus impoſitio, vulnus infigitur. Vnde reiterari neceſſe eſt, quod minime probatur eſſe collatum.

¶ Hæc & ſequens Palea abſunt à pleriſque vetuſtis exemplaribus: habentur tamen in vno valde emendato, in quo pauca haberi ſolent. Prior autem hæc videtur eſſe ſumma quadam ſequentis.

[*Vnde Damaſus Papa epiſt. 4. ait.*]

PALEA. C. III.

j. 1. q. 7. per illicitum.

PEr illicitam manus impoſitionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebãt: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur macula, id eſt, reiterari neceſſum eſt, quod legitime actum, aut collatum minime probatur; ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodo honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitime non habuit, inuenire non poſſum.

j. c. nos conſecrationem.

Sed excommunicati hic intelligendi ſunt, qui in ipſa ſua ordinatione pœnam excommunicationis cõtraxerunt; qui numquam in numero catholicorum fuerunt. Ceterum, qui inter catholicos prius deputati ſunt, ſi poſtea excommunicationis ſententia notati fuerint; ordinationes tamen eorũ ab eccleſia miſericorditer tolerantur.

Vnde Vrbanus Papa ſecundus ſcribit dicens.

¶ Ordinationes ab excommunicatis non ſimonice factæ, ex miſericordia toleratur. C. IIII.

Anſel. l. 12. c. 74 Iuo p. 6. c. 406.

AB excõmunicatis, quondam [d] tamen catholicis epiſcopis ordinatos, ſi quidem non ſimoniace ordines ipſos acceperunt, & ſi ipſos epiſcopos ſimoniacos non

NOs.] CASVS. iſtius capituli patet, & intelligitur de eo qui præter formã eccleſiæ ordinem cõfert, vel in odium cõſecrantium ſicut dictum eſt. vel ſecundum Rufinum & Io. Fauen. & Gra. intelligitur de eo qui vltimam manus impoſitionem recipit extra eccleſiam.

a ¶ Nos conſecrationem.] j. 1. q. 7. conuenientibus. & capi. Daibertum.

b ¶ Ab excommunicatis.] idest, hæreticis vel ſchiſmaticis. tales enim ipſo iure ſunt excommunicati.

c ¶ Celebrata.] præter formam eccleſiæ. Vel dic quòd in odiũ eorum hoc dictum eſt, ſicut eccleſia per pactionem cõſecrata potius dicitur execrata quàm conſecrata, vt 1. q. 4. eccleſia. 14. q. 1. pudenda.

SED EXCOMMVNICATI. CASVS. Videt hic Grat. ponere opinionem Ruſi. & Io. Fauentini, dicens q ordinationes eorum qui numquam fuerunt catholici, irritæ ſunt; ſed ordinationes eorum q fuerunt epiſcopi catholici. licet poſtea fuerint excommunicati, miſericorditer ab eccleſia tolerantur, & ad hoc inducit ſequens c.

quis confugerit. ſed hæc opinio reprobatur. 1. q. 7. conuenientibus. j. ca. ordinationes 1. Dicas ergo, q ſiue quis recipiat vltimam manus impoſitionem in eccleſia, ſiue extra, dum tamen forma eccleſiæ ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem confert, ſed non ſemper executionem: & hoc ſiue ſcienter ſiue ignoranter ordinentur ab eo. Sed in hoc ſolo eſt differentia, q ordinati ab epiſcopis, qui recipiunt vltimam manus impoſitionem in eccleſia ſiue ignoranter ſiue ſcienter, ſi aliàs digni fuerint, poſſunt tolerari, vt j. ea. c. 2. & 3. niſi in quattuor caſibus. Si ſunt maculati iterata vnctione, vt 1. q. 7. ſaluberrimum. in fi. Vel ſi ſunt ordinati ſimoniace à ſimoniaco, vt j. ca. ab excõmunicatis. vel ſi ſunt rebaptizati, vt de conſe. diſt. 4. eos. Vel ſi ad ſubuerſionem fidei adhæſerint hæreticis, & in contemptum eccleſiæ volue-

AB excommunicatis.] CASVS. Quidam catholici epiſcopi excommunicati fuerunt, & in tempore ſuæ excommunicationis quoſdam clericos ordinauerunt. Quæſitum fuit ab Vrbano vtrum poſſent in ſuis ordinibus tolerari. Et reſpondet q ſic, ſi ſint bonæ vitæ & non ſunt ordinati ſimoniace, vel non conſtat epiſcopos eſſe ſimoniacos: ſed de cetero non aſcendant ad ordines ſuperiores, niſi neceſſitas vel vtilitas exegerit.

d ¶ Quondam.] hic habuit Io. Fan. fomentum ſui erroris, & pro ſe inducit. 1. q. 1. ſi quis inquit. & 1. q. 7. Daibertum, & extra de ſchiſma. c. 1. & 2. ſed hoc ideo dicitur, quia facilius diſpenſatur cum ordinatis à talibus 3 qui vltimam manus impoſitionem receperunt in eccleſia. & ca.

3 Vnde dicit Hug. q illud verbum, quõdam & c. additur potius vt oſtẽdatur differentia in diſpoſitione. nã cum ordinatis ſciẽter ab illis q nũquam fuerunt catholici, epi nõ diſpẽſant, vt j. c. px. ſm Hug.

ſis & capitula quæ inducit, intelligo cum non fuit forma ſeruata, & contra eum expreſſe eſt ǰ. de conſec. diſt. 4. oſtéditur. & c. quomodo. & 1. q. 1. quod quidam. Videtur autem hic q̀ ſiue ſcienter ſiue ignoranter ordinetur quis ab hæretico præciſo & ſimoniaco, non debeat cũ eo diſpenſari: quod verum eſt, nec obſtat 1. quæſt. prima, ſi qui à ſimoniacis. vbi innuitur ſi ignoranter à talibus quis ordinatur, quòd poſſit ſecum diſpenſari. ſed illud intelligimus cum G. de prælato tolerato ab eccleſia, hic de præciſo. vel ibi non fuit ſimoniacus & hæreticus, hic autẽ ſimoniacus & hæretic⁹. Si quis ergo eſt ordinatus à ſimoniaco etiam ignoranter, executionem non recipit, cùm ſimoniacus ſit ſuſpenſus ipſo iure, vt 1. q. 1. reperiuntur. extra de ſimo. iſta. Sed quid faciendum eſt huic, ſi ſuus epiſcopus quẽ ſcit eſſe ſimoniacum, vult ipſum promouere. H. dicit q̀ qui promouetur à ſimoniaco p̃lato ſuo adhuc tolerato, non peccat, & libere poteſt ſuum officium exequi. ſed cõtrarium legitur extra de ſimo. per tuas. De hoc dixi ſupra 1. q. prima, ſi qui à ſimoniacis.

præciſi. Vel forte Romæ à Papa fuerant præciſi, & antiquàm fama crebreſceret, fuerunt aliqui ordinati ab eis, aliàs in his quæ publice fiunt, nõ poteſt quis ignorantiam allegare. 16. diſt. q̀ dicitis. Et eſt hic arg. q̀ qui allegat ignorantiã, ipsã probabit. 3. q. 9. indicas. 1. q. 1. ſi qui à

Ordinatus à ſimoniaco caret executione,

fuiſſe conſtiterit; ad hæc, ſi eorum religioſior vita, & doctrinæ prærogatiua viſa fuerit promereri, pænitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipſis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad ſuperiores autem conſcendere non concedimus, niſi neceſsitas, vel vtilitas maxima flagitauerit, & ipſorum ſancta conuerſatio promeruerit.

Sed & illud Gregorij de nominatim excommunicatis intelligitur: quorum ordinationes ſunt irrita, ſi eorũ damnatio non erat ordinandis incognita. §. c. nos conſecrationem.

Vnde idem Vrbanus ait in ſynodo Placentina, c. 9. & ſequentibus.

¶ Qui nominatim excommunicati ſunt, & qui aliorum ſedes inuadunt, alios ordinare non poſſunt. C. V.

Poly. l. 7. tit. 16. & l. 2. tit. 38. C. 9. & 10.

ORdinationes, quæ ab hæreſiarchis [a] nominatim excommunicatis factæ ſunt, & ab eis, qui catholicorũ adhuc viuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt, irritas eſſe iudicamus; niſi probare [b] valuerint, ſe cum ordinarẽtur, eos neſciſſe [c] dãnatos. ¶ Qui vero ab epiſcopis quondam catholice ordinatis, ſed in ſchiſmate à Romana eccleſia ſeparatis conſecrati ſunt; eos, nimirum, cum ad eccleſiæ vnitatem redierint, ſeruatis proprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus: ſi tamen vita, & ſcientia eos commendat. ¶ Amodo vero, quicumq. à prædictis ſchiſmaticis, ſanctæque Romanæ eccleſiæ aduerſarijs ſe ordinari permiſerit, nullatenus hac venia dignus habeatur. C. 11. C. 12.

¶ Quamuis autem miſericordiæ intuitu, magnaque neceſſitate cogente hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus; nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri volumus: ſed obtineant proprium robur, & ceſſante neceſsitate illud quoque ceſſet, quod pro neceſsitate † factum eſt. Vbi enim multorum [d] ſtrages iacet, ibi ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt [a] addatur amplius charitati. C. 13.

a ¶ Vt addatur, &c.] *Hæc ſunt addita ex concilio ipſo.*

Electio quoque, niſi à catholicis facta fuerit, irrita eſſe probatur.

SED ET ILLVD. CASVS. Supra in §. ſed excommunicati. dr. q̀ illud c. nos conſecrationem, intelligitur de his qui numquam fuerunt de numero catholicorum. Nunc vero oſtendit, q̀ poteſt intelligi de nominatim excommunicatis, quorum ordinationes ſcienter receptæ non tolerantur quo ad executionem.

ORdinationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr. q̀ illi qui receperunt ordines ab epiſcopis ordinatis in hæreſi, vel ab intruſis, non tolerantur in ſuis ordinibus quo ad executionem, niſi probent ſe neſciuiſſe in tempore ordinationis eos fuiſſe damnatos. In ſecunda parte dicitur, quòd illi, qui receperunt ordines à ſchiſmaticis quondam tamen catholicis epiſcopis, ex miſericordia in ſuis ordinibus tolerantur, ſi boni ſunt, propter neceſſitatem, ſed ceſſante neceſſitate ſacri canones proprium robur obtineant. Secunda pars incipit ibi, [Qui vero.]

a ¶ Hæreſiarchis.] id eſt præciſis ab eccleſia, qui numquam catholici epi fuerunt. De alijs habes §. cap. proxi.

b ¶ Niſi probare.] ſi forte erant pueri, cum illi erant qui à ſimoniacis. extra de ele. innotuit. 81. diſt. propoſuiſti. & hic manifeſte reprobatur diſtinctio Io. & Ruſi. hic enim diſtinguit inter ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impoſitionem in eccleſia. & ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, & tam hi, quàm illi recipiunt ordinem, ſcilicet characterem, ſed non executionem.

b ¶ Neſciſſe.] ff. de probat. verius. contra. Sed hic præſumebatur eos ſcire. ſic 82. diſt. propoſuiſti. in fi.

c ¶ Multorum.] ſimile §. 44. diſt. comeſſationes. & §. diſt. 50. vt conſtitueretur.

ELECTIO. CASVS. Dictũ eſt §. q̀ ordinatio hæreticorũ irrita eſt. Nunc dicit G. q̀ electio facta à nõ catholicis irrita eſt, ſicut habetur in ſeq. c. cuius caſus planus eſt.

Nos

a N Os.] ſimile 24.q.1.aperte.& c.miramur.
b ¶ Eligitur.] conſtat, quod ſuſpenſus non poteſt eligere, vt extra de conſue.cum dilectus.& extra de æta. & qual.cũ bonæ. Sed quid ſi maior pars fuerit excõicata, an poſſint alij eligere ſine eis? ar. quod non. extra de cõceſ. præ.

N Vllus.] C A S U S. Calixtus Papa docet hic, quod nullus epiſcopus debet terminos alterius vſurpare, vel alterius parochianum ordinare, damnare vel excommunicare: quia talis ordinatio, damnatio, & excommunicatio irrita erit: & quòd hoc fieri non debeat, probatur auctoritate Deut. & Prou. dicẽtis: Ne trãſgrediaris, &c.

Vnde Gregorius ſcribit Mediolanenſibus, lib.8.epiſt.65.

¶ Irrita ſit electio, quæ non à catholicis facta probatur. C. VI.

Poly.l.2.tit.1. † *catholicis, et maxime à Lõgobardis*] or.

NOs [a] in hominem, qui non à catholicis † eligitur [b], nulla præbemus ratione conſenſum: nec, ſi alicuius præſumptionis vſurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem, illum ſacerdotis ſuſcipimus.

QVAESTIO II.

Q*Vòd autem* [c] *epiſcopus, vel quilibet ſuperiorum clericos alterius ſine proprijs literis ordinare non debeat;*

Calixtus Papa ſcribit epiſtola 1. ad epiſcopos Galliæ dicens.

¶ Alterius eccleſiæ parochianum nullus iudicare præſumat. C. I.

Anſ.l.6.c.120. Iuo p.14.c.72. & p.5.c.236. † abeſt ab orig.

NVllus alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare [d], [vel ordinare†, aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata [e] erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, niſi ſui, ſententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens: [Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.]

Deut. 19. Prou. 22.

[*Vnde a Vrbanus Papa.*]

a ¶ Vnde.] *Antea erat,* Idem, *hoc eſt Calixtus: quia, cum Palea hæc non dum eſſet inſerta, ſequebatur* c. nullus primas. *quod eſt Calixti. Hanc autem paleam citat Gratianus ex Vrbano ſecundo, infra de pænit. diſt.6. c.fin.*

d ¶ Iudicare.] niſi in caſibus, vt de pæ.diſ. 6.placuit. & 6.q.3.c. vl. & 3.q.6. peregrinas & c.1. & 10.q.3. nec numerus. 2.q.5. Mennam. & q.7. nos ſi incompetenter. & in caſibus vbi quis ſortitur forum a, & cum quis negligit ſuũ locum cõuertere ad fidem. 16.q.3. placuit 2. & cum epiſcopus ſolus eſt in vna prouincia, vt 65. diſtin. ſi forte. in fine.

a Qui non. 3.q.6. in princip.

e ¶ Rata.] Sed quæritur ſi vnus iudex ſententiã excommunicationis latã ab alio, ratam habere poſſit? ar. quòd ſic 7.q.1. Lugdunen. & 3.q.6. hæc quippe. 63. diſt. Salonitanæ. nam factum falſi procuratoris poſſum ratum habere. extra de offic. deleg. cum olim. ff. de iudi. licet. & electionem quæ nulla eſt, poſſum ratam habere. extra de elect. quòd ſicut. licet adoptio iniuſta poteſt confirmari. ff. de adop. adoptio. Itẽ ſententia feminæ & ſerui cõfirmatur, licet nulla ſit, vt 3.q.7. infamis. §. tria. in prin. & ff. de offic. præto. Barbarius. extra de arbit. dilecti. & eſt ar. ad hoc inſti. de teſta. milit. §. ſed ſi quis. nam & per appellationem poteſt confirmari quod nullum eſt. ff. rem ratam habe. l.3. §. falſus. Sed contra ext. de conſue. ad noſtram. Item quod meo nomine geſtum nõ eſt, ratum habere non poſſum, vt ff. de neg. geſt. ſi pupillis. §. ſed & ſi ego. Item cuius præſentia deſideratur, eius ratihabitione non poteſt confirmari, vt inſtit. de aucto. tut. in fi. Item ſi ſentẽtia excommunicationis cõfirmaretur, retro eſſet quis excommunicatus, quod eſſet abſonum. Dicas ergo, quod ſententia quæ nulla eſt, non põt ratihabitione confirmari: quia ſententia plus habet iuris, quàm facti. & in illa l. ff. rẽ ratã habe. fuit ſentẽtia lata à ſuo iudice, ſed cõtra ius. & ſufficit quòd litigator credat ſe condemnatum, ad hoc vt teneat iudicium. ff. famil. erciſcun. cum putarem. ſolus tamen princeps poteſt ſententiam, quæ nulla eſt, confirmare, vt 2.q.1. in primis. & 3.q.9. hæc quippe. quia & ipſe mutat ſubſtantialia rei. C. de rei vxo. act. in princip. ſic intellige. 3. quæſt. 6. hæc quippe. Alia autem quæ plus habent facti, quàm iuris, vt emptio, locatio, & traditio, poſſunt confirmari. ff. de cura. fur. conſilio. §. vlt. vnde donationem factam à laico, & nõ nomine epiſcopi poteſt eps confirmare, vt 16.q.1. ca. vlt. & extra de iure patro. cura paſtoralis. Si autẽ aliquis ordinat clericos alterius credẽs ſuũ epm ratum habere.

Sententia nulla an poſſit ratihabitione cõfirmari.

præ. & ec. non va. quia diuerſitatem. Item quid ſi vnus eſt excommunicatus, & eligit cum alijs, an tota electio vitietur? non, niſi ipſi communicet conſentiendo. extra de ſenten. & re iudi. ad probandum. vbi caſſatur ſententia iudicum; quia vnus iudicum fuit excommunicatus. Et argu. ad hoc extra de offic. dele. cum ſuper. & ff. de recep. ar. Pædius. ar. contra ff. quod cũ fal. tu. l.2. §.1. vbi dicitur, quod non obeſt ſi tutor falſus interponit auctoritatem ſuam cum tutore vero. quia tenet quod actum eſt. ſuſpenſus autem hodie eligit, vt extra de cle. excommu. mi. ſi celebrat.

Q Vòd autẽ.] Hæc q. diuiditur in duas partes, in prima quarũ quæritur ſi quis debet ordinari ab extraneo epo ſine litteris? & reſpõdet, quod non: & hoc probat 6. auctorit. Secũda ibi, [His auctoritatibus.] Ioan. de Fant.

C A S U S. Hic ponitur 2.q. qua quæritur an epiſcopus vel archiepiſcopus poſſit ordinare clericos alterius epiſcopi ſine proprijs litteris. Et reſpondet, quod non, vt probatur per ſequentia cap.

c ¶ Quòd autem.] certum eſt, quòd nullus epiſcopus debet ordinare, vel recipere clericos alterius epiſcopi ſine litteris ſui epiſcopi, vt 71. diſtin. per totum. nec ſufficiunt ad hoc litteræ archidiaconi, vt extra de offic. archi. ſignificaſti.

ha-

PALEA. C. II.

PLacuit, vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti recipere ad pœnitentiam ſine eius conſenſu, cui prius ſe cõmiſit, niſi per ignorantiam † illius, cui pœnitens prius confeſſus eſt. Qui vero contra hæc ſtatuta facere præſumpſerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

Item Calixtus epiſt. 2.

¶ In alterius parochia, niſi eo vocante, nulli aliquid agere licet. C. III.

NVllus primas, nullus metropolitanus [a], nulluſque reliquorum epiſcoporum, alterius adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi eſt parochiæ) ſuper cuiuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cuius iuris eſſe dignoſcitur, aut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit; damnabitur, & non ſolum illi, ſed cooperatores, eique conſentientes: quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarũ rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare [b] non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit [c], aut iudicare poterit.

Item ex concilio Nannetenſi, c. 1.

De eodem. C. IIII.

IN Dominicis, vel feſtis diebus presbyteri, antequam Miſſas celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contẽpto presbytero ibi Miſſam velit audire. Quem ſi inuenerint; ſtatim ab eccleſia abijciant, & ad ſuam parochiam redire cõpellant.

¶ *Hoc & ſequens caput abſunt à ſex vetuſtioribus & emendatioribus Gratiani exemplaribus. In ceteris autem habentur ſine nomine Paleæ, quemadmodũ & in excuſis. Extat autem vtrumque in concilio Nannetenſi, & ex eo citatur hoc primum in Decretalibus tit. de paroch. c. 2. & à Burchardo, & Iuone; ſicque emendatum eſt, cum antea citaretur ex concilio Meldenſi.*

Item ex eodem concilio Nannetenſi, c. 2.

¶ De eodem. C. V.

NVllus presbyter, aut [a] diaconus alterius plebanum † (niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit) ad Miſſam recipere audeat.

[a] ¶ Aut diaconus.] *Iſtæ duæ voces neque in concilio, neque in capitularibus, neque apud Burchardum leguntur.*

Item ex concilio Antiocheno, c. 13.

¶ Ad ordinationem clericorum, vel eccleſiarum alterius epiſcopi, niſi ab eodem inuitatus, non accedat epiſcopus. C. VI.

NVllum epiſcoporum audere debere ex alia prouincia ad aliam tranſitũ facere, & ordinare aliquos in eccleſijs, aut proferre ad ſacrum miniſterium. Nec † ab alijs illuc trahatur epiſcopis: niſi forte per litteras rogatus abierit, non ſolum à metropolitano [d], ſed & ab his, qui

Sent. 4. diſt. 21. De pœnitentia diſt. 6. c. ſi.

† *al. pro ignorantia*

Poly. l. 2. tit. 24. Burc. l. 1. c. 66. Anſ. l. 6. c. 119. Iuo p. 5. c. 101. Pann. l. 4. c. 28.

ſ. epiſcopum. verſ. nam ſi.

ext. de paro. c. 2. Burc. l. 2. c. 92. Iuo p. 2. c. 122.

Et in capitul. l. 1. c. 155.

Burc. l. 2. c. 91.

† *al. plebeſanum*] *al. parochianum*

Burc. l. 1. c. 108. Iuo p. 5. c. 210. & ſimile p. 5. c. 180. ex epiſtola Bonifacij.

† *al. Nec alios illuc attrahat epiſcopos*

habiturum; tunc poteſt talis ordinatio cõfirmari per ratihabitionem, vt ĵ. ca. Lugdunẽſi. ſecus ſi nõ poneret ſpem in ratihabitione illius, vt ff. de ſolu. ſi quis offerẽti. In ſententia autẽ dici põt, q. ſi aliquis nomine alterius tulit ſententiam, q. tunc poſſit ratificari. Ioan. Quid tutius ſit de hoc & de ſent. excom. notaui in q̃ónibus. B.

NVllus primas.] CASVS. Cæleſtinus prohibet in hoc c. q. nullus patriarcha vel archiepiſcopus vel epiſcopus iudicet, vel ordinet vel diſponat aliquid in parochia alterius niſi fuerit inuitatus. Si vero præſumpſerit, damnabitur cum cooperantibus & conſentiẽtibus ei. Nam ſi ordinare non poteſt, nec iudicare poterit. idẽ dicitur de epiſcopo in duobus ſequentibus cap. ſcilicet, q. irrita erit talis ordinatio, & ipſe damnabit.

[a] ¶ Metropolitanus.] Si metropolitanus nõ poteſt intrare diœceſim ſuffraganei ſui, niſi vocatus, vt hic dicitur, qualiter ergo viſitat diœceſim, & recipit ibi procurationes, vt extra de cenſibus, ſopitæ. ext. de præſcr. cũ ex officij? Sed illud intelligo in eo caſu quando p negligẽtiam deuoluit̃ ius ad metropolitanum; vel ẽt per appellationem.

[b] ¶ Ordinare.] ar. ex quo minus nõ licet, nec maius, vt 44. diſt. nulli. 16. q. 2. viſis. & ſm hoc minus eſt ordinare, quàm iudicare: quia ſolus põt ordinare, ſed non ſolus iudicare ad depoſitionẽ, vt ĵ. 15. q. 7. ſi autẽ. & c. Felix. & c. vlti.

Maius non licet, cui nõ licet minus.

[c] ¶ Iudicabit.] ſæpe tamen iudicat q nõ poteſt ordinare, vt archidiaconus, vt 25. diſt. perlectis. & extra de tẽpo. ord. cum in diſtribuendis.

[d] NVllũ.] ¶ A metropolitano.] hoc intelligas in ar-

duis

cùm eo ſunt, omnibus ipſius prouinciæ epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante inordinate ſuperueniat, & aliquos, vel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet actus illi eccleſiæ competentes, qui ad ſe minime pertinent, vſurpare tentauerit; vacua [a] quidem & inania erunt omnia, quæ geſſerit: ipſe verò huius indiſciplinati auſus, & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat †, tamquam depoſitus à ſancta ſynodo, & propter huiuſmodi præſumptioné iam prædamnatus.

† al. excipiat

¶ Hæc eſt priſca verſio. Dionyſii autem interpretatio, quæ & conciliorum tomis eſt inſerta, & à Burchardo, & Iuone affertur, aptius exprimit ſententiam canonis græci. Tamen, quoniam neque ipſa omnibus locis omnino reſpondet, viſum eſt verba græca noua cum verſione apponere.

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδ' εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

Nullus epiſcopus audeat ab vna prouincia in aliam tranſire, & in eccleſia aliquos ordinare ad promotioné liturgiæ †, nec ſi alios vnà ſecũ adducat; niſi accitus venerit per litteras metropolitani, & eorum, qui cum illo, epiſcoporum, in quorum regionem accedat. Quòd ſi nemine vocante inordinate aduenerit, vt aliquos ordinet, ac negotia eccleſiaſtica ad ſe minime pertinentia conficiat; irrita quidem ſunto, quæ ab eo geſta fuerint: verum & ipſe ſuæ impudentiæ, & iniqui incœpti iuſtã pœnã ſubeat, hinc iam à ſancta ſynodo depoſitus.

† id eſt, ſacri miniſterij

Item ex eodem Antiocheno, c. 22.

¶ Ad ordinationem eccleſiæ, quæ ſibi commiſſa non fuerit minime accedat epiſcopus. C. VII.

Burc. l. 1. c. 71. Iuo p. 5. c. 178.

EPiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur nõ eſſe ſubiecta, neque in regionem, quæ ad eius curã minime noſcitur pertinere, ad aliquid α ordinandum [b], neque presbyteros, aut diaconos conſtituere, ad alios β epiſcopos pertinentes, niſi forte cum voluntate, & teſtimonio [c] γ propriæ regionis epiſcopi. Quòd ſi quiſpiam, horum quid tale facere voluerit; irrita quidem erit huiuſmodi ordinatio: & quæ male δ vſurpauerit, à ſynodo arguantur. Nam ε ſi ordinare non potuerit; nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat.

ε nullꝰ primas.

α ¶ Ad aliquid.] *In hoc etiam canone Dionyſii verſio purior eſt: hic autẽ habet*, ſuper ordinatione cuiuſquã: *quod græce eſt*, ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός, *id eſt*, vt quempiã ordinet.

dois negotijs 1, aliter ſufficit voluntas epiſcopi, vt ſ. c. proxi.

1 Et totam prouinciã contingentibus, vt dixi in litera.

a ¶ Vacua.] quantũ ad executionem altaris, tamen conſecratio manebit, vt 7. q. 1. epiſcopus in diœceſi.

b. ¶ Ordinandum.] ſi tamen ſuum ſubditum alibi excommunicaret, videtur, q tenet. 11. q. 3. ſi epiſcopus. ſicut Paulus abſens excommunicauit Corinthium. & facit ad hoc 7. q. 1. ſi quis presbyter. & c. ſi quis vero. ſine reſpectu tamen pro tribunali non poteſt ibi ferre ſententiam, vt argu. extra de offic. leg. nouit. ff. de offi. præ. l. 3. ff. de iuriſdi. om. iud. l. vlt. ff. de offi. procon. & leg. l. 2. De hoc plenius dixi extra de offic. leg. nouit.

c. ¶ Et teſtimonio.] Numquid hoc teſtimonium ſufficit iſti vt non iterum examinetur ab illo epiſcopo? Arg. q. ſic 19. q. 2. duæ. 47. diſt. de Petro. & 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum. ſicut tutori dato in teſtamento ſufficit teſtimoniũ patris, vt inſtit. de ſatiſ. tut. §. 1. Argu. contra 73. diſt. ſanctiſſimo. ſed ibi de collocando in eccleſia ſecunda. Item numqd ſufficiunt literæ archidiaconi? non vt extra de officio archi. ſignificaſti. ſed hoc verum eſt, vbi non eſt, conſuetudo præſcripta ſ. ea. q. 3. conqueſtus.

Tutor teſtamentarius nõ tenetur ſatiſdare.

Epiſco

Digitized by Google

Dicœceſis ꝑ regiōe ponitur & cō tra.

EPiſcopi.] CASVS. Statuitur in hoc c. ꝙ quilibet epiſcopi ſuas regant eccleſias vel parochias. & ad alienas non accedant ſed quilibet in ſua prouincia diſponat quæ diſponenda ſūt. a ¶ Diœceſim.] ideſt prouinciam ſiue regionem. ſic econtra nomen regionis pro diœceſi ponitur ī. c. prox. ſic & ī. xxi. q. ꝑ ſingulas 2. valet hoc cōſiderare ad inſtrumenta & diuiſiones ꝓuinciarū, vt 6. q. 3. ſcitote.

NOn inuitati.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ epiſcopi nō debent ire ad alienas parochias ſuper ordinandis aliquibus vel diſponendis eccleſiaſticis cauſis: ſed vnaquæque ſynodus ordinet intra ſuam prouinciam quæ diſponenda ſunt, ſicut in concilio Nicæno ſtatutum eſt.

HIS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. ſecūdum Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ nullus epiſcopus clericos alterius ordinare debet: & quærit incidenter, ſi contingat clericos ordinati ab epiſcopo non ſuo: an poſſint in ſuis ordinibus tolerari à ſuis epiſcopis. Et reſpondet quòd ſic, vt dicitur in proxi. cap. Lugdu-

β ¶ Ad alios epiſcopos.] eodem ferè modo Dionyſius. Græcè legitur. εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους, ideſt, in locis alteri epiſcopo ſubiectis.

γ ¶ Et teſtimonio.] Græcè tantum eſt, μετὰ γνώμης, quod Dionyſius vertit, cum conſilio, & voluntate.

δ ¶ Et quæ male.] Sic eſt emendatum ex vetuſtis exemplaribus, & ex ceteris editionibus cōciliorum, præter hanc poſtremā quatuor tomorum. Dionyſius habet, & ipſe coerceatur à ſynodo; quod Græcè eſt, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν, ideſt, & ipſe puniatur à ſynodo.

ε ¶ Nam ſi.] Tota hæc clauſula in Græco canone, cuius tria exemplaria manuſcripta collata ſunt, minime habetur: ſed & priſca verſio; & Dionyſiana habent. Similis ſententia legitur ſupra, c. nullus primas.

Item ex ſynodo Conſtantinopolitana prima, c. 2.

¶ Non accedant epiſcopi ad eccleſias, quæ ſunt extra eorum diœceſim. C. VIII.

EPiſcopi, qui extra diœceſim [a] ſunt, ad eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant, neque confundant, & permiſceant eccleſias. Secundum ζ regulas ſtatutas, Alexandriæ quidem epiſcopi ea, quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi ſolius orientis curam gerant; ſeruatis tamen honoribus primatus eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ ſynodi continētur. Sed & Aſianæ diœceſis epiſcopi ea, quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem epiſcopi Ponticæ tantum diœceſis habeant curam. Thraciæ vero, ipſius tantummodo Thraciæ.

ζ ¶ Secundum.] Mutata eſt interpunctio, vt magis reſpondeat Græco canoni, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας, &c. quod Dionyſius vertit, ſed iuxta canones Alexandrinus antiſtes, &c. In editione autem conciliorum in tribus tomis deerant hæc verba, ea quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi.

Item ex eodem, c. 3.

¶ De eodem. C. IX.

NOn inuitati epiſcopi vltra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquibus, vel quibuſcumque diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula, quæ ſupra ſcripta eſt de vnaquaque diœceſi. Manifeſtum nāque eſt, quòd per ſingulas quaſque prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare, & gubernare omnia debeat, ſecundum ea, quæ ſunt in Nicæa definita.

a ¶ Seruata regula.] Ita in omnibus editionibus huius priſcæ verſionis; ſed in Græco canone hic eſt initium periodi, & quæ ſequuntur ex ipſo pendēt, quemmadmodum Dionyſius vertit, ſeruata vero quæ ſcripta eſt de gubernationibus † regula manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, &c. † περὶ τῶν διοικήσεων

2 *His auctoritatibus prohibentur quilibet epiſcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, ſi contingat eos aliquibus ſacros ordines diſtribuere, an ordinati ab epiſcopis ſuis in proprijs ordinibus recipi poſſint.*

De his ita ſcribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunenſi archiepiſcopo.

LVgdunẽſis.] CASVS. Hu. Lugdunen. archiepiſcopus quæſiuit ab Vrbano vtrum in ſuis ordinibus poſſet tolerare quoſdam clericos ſuos ab alijs epiſcopis ordinatos, cum eis diſpenſando. Et reſpondet quòd ſic ex miſericordia, ſi bonæ vitæ ſint: & ſi ſine prauitate fuerint ordinati: iniuncta eis pœnitentia competenti. Et hoc probat exemplo Ioan. Chryſoſt. qui clericos ſuos ordinatos à ſancto Epiphanio tolerauit: & in ſuis ordinibus recepit: quod non feciſſet ſi ſciret eos non recepiſſe ordines.

¶ Clerici ab epiſcopo alterius parochiæ ordinati à proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt. C. X.

Iuo p. 6. c. 412.

LVgdunenſis parochiæ † clericos, quos cõtra ſtatuta canonum ab alterius parochiæ epiſcopis ordinatos litterarum tuarũ ſignificatione monſtraſti, cum graduum ſuorum honore recipere religionis tuæ prudentia poterit [a], ſi eos aliàs canonice, & ſine prauitate aliqua ordinatos conſtiterit: ſi tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ perſpexeris promereri. Legimus quippe ſanctum Epiphanium epiſcopum ex diœceſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quoſdã clericos ordinaſſe: quod ſanctus [b] vir omnino nõ feciſſet, ſi ei † detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio [c] tua arbitrata fuerit; iniuncta, ſatisfactionis gratia, propter eccleſiam, quam offenderunt, congrua pœnitentia, miſerationis intuitu in ſuo quẽque honore recipies, ſalua in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

Socrates. l. 6. Hiſto. c. 12. & 13. Triper. l. 10. c. 11. Nice. l. 13. c. 13.

QVAESTIO III.

QVòd autem archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto damnare valeat, vel abſoluere; ſic videtur poſſe probari. Sicut totius epiſcopatus eccleſia in poteſtate ſunt epiſcopi; ſic et eccleſiæ totius archiepiſcopatus ad diœceſim pertinẽt archiepiſcopi. Vocantur enim epiſcopi à metropolitano in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Sic quippe vices eis impertit, vt poteſtatem ſuam ſibi non adimat. Vnde & ſine eius conſilio nihil eis agere licet, ſicut in concilio Martini Papæ legitur, c. 4.

In capitulis Martini Bracharenſis, c. 4.

¶ Nec epiſcopi ſine metropolitani conſenſu, nec ille ſine eorum conſenſu aliquid agere debet. C. I.

PEr ſingulas prouincias oportet epiſcopos cogno-

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur 3. quæſtio, qua quæritur, an archieps poſſit abſoluere vel damnare clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto: & certum eſt quòd nõ, niſi cum appellatur ad eũ: vel habetur de conſuetudine, vel ſi eps decederet, & res arbitrio archiepiſcopi diſpenſari voluerint clerici, vt ✝. c. conqueſtus. vel niſi epiſcopus ſit negligens, vt ✝. c. cum ſimus. vel niſi cõtrouerſia ſit inter epm & ſuum clericum, vt ✝. 11. q. 1. ſi clericus. vel niſi diſſenſio eſt de electione epi, vt ‡. 33. diſt. ſi forte. Sed hoc hodie corrigitur per conſtitutionẽ Innocẽtij Papæ. Sed quia cõmunia negotia prouinciæ, vt ſynodũ cõgregare, epiſcopũ examinare poteſt facere: non tamen ſine conſenſu aliorum, vt ✝ c. 1. 2. 3. 4. & 5. Et procedit hoc ordine. Primo probat ſuperficialiter, quòd archiepiſcopus poteſt abſoluere & damnare parochianos ſui ſuffraganei illo inconſulto, vſq. ad §. [Sed contra.] deinde probat contrarium vſq; ad §. [Sola.] in quo tractat de excellentia Papæ: & hoc vſque ad §. [vltimum.] in quo ſoluit contrarietatẽ. Dicit ergo quòd ſicut eccleſiæ totius epiſcopatus ſunt in poteſtate epiſcopi, ſic eccleſiæ totius archiepiſcopatus ſunt in poteſtate archiepi: itaq; epo non licet aliquid agere ſine cõſilio metropolitani: ſed intellige in ijs, quæ pertinent ad generalem ſtatum prouinciæ totius epiſcopatus.

a ¶ Poterit.] Argum. quòd ſequens ratihabitio confirmat quod primo fuit inutile, vt 63. diſt. Salonitanæ. & 16. q. 1. cap. vlt.

b ¶ Quod ſanctus vir.] Sic ‡. 37. diſt. qui de menſa. 7. q. 1. omnis. Sed nonne iſte epiſcopus deliquit ordinando clericos alterius; quomodo ergo ſanctus fuit? Omiſſis multis ſolutionibus dic quòd excuſatur ideo quia vtiliter geſſit: & quia credebat hoc Io. placere: ſicut non facit furtũ qui credit hoc placere domino, vt inſtitu. de obli. quæ ex qua. delic. naſcuntur. §. 1.

c ¶ Moderatio tua.] Permittitur hic epo diſpenſatio canonis vel criminis pœnalis. ſi. eſt ‡. 1. q. 5. c. vlt. in fin. ſed nõ permitteretur ſi ſimoniace fuiſſent ordinati. 1. q. 1. erga. de pœnitentialibus non eſt dubium, quia hoc põt quilibet ſacerdos: vt 26. q. 7. tempora pœnitudinis.

d ¶ Quod autem.] Metropolitanus epiſcopo inconſulte non poteſt iudicare clericos ſuos, niſi in caſibus ſpecialibus, ſcilicet quando cauſa per appellationem defertur ad ipſum, vt infra ea. cõqueſtus. vel niſi cauſa ſit inter epm & clericum, vt 11. q. 1. ſi clericus. Item cum diſſenſio eſt de electione epiſcopi, vt 63. diſt. c. vlti. hoc vero non tenet hodie per id quod eſt extra de elect. quia propter ſ, item cum ſuffraganeus eſt negligens, vt ✝. ea. cum ſimus. Item omnia male acta poteſt punire & retractare, vt 26. q. 5. quicumque. & 12. diſt. de his. Item ſi de conſuetudine aliquid obtinuit: aut ſi epiſcopus deceſſit, vt ✝. ea. conqueſtus. Aliter de ſpecialibus negotijs epiſcopatuũ ſe non poteſt metropolitanus intromittere: ſed communia negotia, quę non magis pertinent ad vnum, quàm ad alium: ſed ad ſtatum totius prouincię, vt congregare ſynodũ, examinare epiſcopum & ordinare, hoc poteſt: non tamen ſine conſilio aliorũ epiſcoporum, vt infra ead. c. 1. 2. 3. 4. & 5.

Metropolitanus clericos ſuffraganei iudicare nõ poteſt.

3 Verſi. vt in collatione habita eligatur, & c. quaſi dicat, licet cognitio electionum & electorũ pertineat ad metropolitanũ: non tñ gratificatio: ſed cũ eliget in quem omnes, & c. vt ibi Arch.

PEr ſingulas.] CASVS. Dicitur hic quòd epiſcopi in ſingulis

gulis prouincijs debent recognoſcere ſuum metropolitanum, ſibi obediendo: & nihil agere de communibus negotijs ſine metropolitani conſilio. Similiter nec metropolitano licet ſine conſilio epiſcoporum aliquid facere de negotijs communibus. tenet. vt ibi innuitur. H. dicit non tenere talem ſententiam, cum metropolitanus fert in ſubditos ſuffraganei quia metropolitanus iudex alienus eſt reſpectu ſubditorum ſuffraganeorum, vt 6. quæſt. 3. ſcitote. & 3. quæſt. 6. peregrina. ſicut abſoluere non poteſt niſi appellent ad

ſcere [a] metropolitanum † ſuum; & ipſum primatus curam ſuſcipere: nihil autem agere [b] reliquos epiſcopos præter eum; ſecundum quòd antiquitus à patribus noſtris conſtitutum continetur in canone. Propter quod metropolitanus epiſcopus nihil præſumptiue aſſumat † abſque conſilio ceterorum.

† *al. primatũ metropolitani epiſcopi*
Apoſt. can. 34.
† *al. ſibi aſſumat*

Item ex concilio Antiocheno, c. 9.

¶ Sine metropolitani conſcientia extra ſuam diœceſim nihil agat epiſcopus. C. II.

ij PEr ſingulas [c] prouincias epiſcopos ſingulos ſcire oportet, epiſcopum metropolitanum, qui præeſt, curam & ſolicitudinem totius prouinciæ [d] ſuſcepiſſe. Propter quod ad metropolitanã ciuitatẽ ab his, qui cauſas habent, concurratur. Qua propter placuit eum, & honore præcellere, & nihil vltra ſine ipſo reliquos epiſcopos agere ſecundum antiquum patrum noſtrorum canonem, niſi hoc tantum, quod vnicuique eccleſiæ per ſuam diœceſim competit. Vnumquemque enim epiſcopum oportet habere ſuæ diœceſis poteſtatem, vt regat, & gubernet ſecundum competentem ſingulis [e] reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt ciuitate: ita vt etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili iudicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſis cũ moderatione & pondere diſceptare. Vltra autem nihil agere permittitur citra metropolitani epiſcopi conſcientiam [a]: nec metropolitanus ſine ceterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

Apo. can. 34.

a ¶ Conſcientiam.] *Græce eſt,* δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μὴ δὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης, *itaque eadem voce,* γνώμης, *vtitur canon tam in conſenſu metropolitani, quàm ſuffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba græca cum verſione noua.*

Τοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ᾽

a ¶ Cognoſcere.] id eſt, reuereri, id eſt, diligere, vt ibi. Non noui vos. 7. q. 1. ſicut vir. in fine.

b ¶ Agere.] Quod ad ſtatum communem pertinet, vt j. ead. archiepiſcopus. ſic s. 80. diſt. non debere.

PEr ſingulas.] CASVS. In Niceno concilio fuit ſtatutum, vt archiepiſcopus per ſingulas prouincias curam gereret, & ad archiepiſcopum appelletur. ſine cuius conſilio epiſcopi nihil agere poſſunt niſi de his, quæ ad proprias eorum parochias ſpectant: & ecõuerſo metropolitanus ſine conſilio epiſcoporum nihil agere poteſt.

c ¶ Per ſingulas.] Simile 2. q. 7. metropolitanum.

d ¶ Totius prouinciæ.] Hic videtur quòd archiepiſcopus eſt iudex ordinarius totius prouinciæ 1. nam habet procurationem & viſitationem totius diœceſis, vt extra de præſcri. cum ex officij. & quia vnus eſt iudex prouinciæ, vt 7. q. 1. in apibus. ex quo enim archiepiſcopus eſt iudex epiſcopi, ergo eſt iudex diœceſis ſuæ. arg. ff. de pecu. ſer. ſi ſeruus meus. Nam ex eo quòd vicarius eſt in peculio ordinarij, ergo & peculium vicarij, vt ibi dicitur: & præterea hic dicit, quòd omnes, qui cauſas habent concurrant ad metropolitanum. Item quia determinat cauſas delatas ad ipſum per querelam, vt 10. q. 3. quia cognouimus. Sed licet poſſet dici, quòd ſit ordinarius, ſe tamen non poteſt intromittere de cauſis ſubditorum, niſi in caſibus exceptis, vt extra de offi. ordi. paſtoralis. in prin. ſi tamen ferat ſententiam aliquam in ſubditos ſuffraganei ſui, benè tenet: cum ſit iudex ipſorum. arg. in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. & §. ſeq. vbi dicitur quòd præſes vel maiores iudices non poſſunt ferre ſententiam vltra ſummam ccc. aureorum, ſi tamen tulerint, ad eũ. extra de ſnĩa. excõ. per tuas. extra de offi. deleg. cum contingat. Item quia dicitur quidquid fecerit, irritũ eſt. vt j. c. nullus. Hoc ſcias quòd de cauſis epiſcopi põt per ſolã querelã cognoſcere. 11. q. 1. ſi clericus aduerſus. Io. quod dicit H. verũ eſt. vt ext. de of. ord. paſtoralis. B.

e ¶ Singulis.] Poteſt ergo anathematizare aliquem inconſulto metropolitano: immo & quilibet ſacerdos in ſcio ſuo

1 Hoc verũ eſt ſecũdũ L. vt no. 3. q. 6. c. 1. in gl. 2. vbi dixi de hoc. Archid.

Archiepiſcopus an ſit iudex ordinarius totius prouinciæ.

ſcio ſuo epiſcopo, vt extra de of. ordi. cum ab eccleſiarum. nec tenet quod legitur 11.q.3. nemo epiſcoporũ. NISI FORTE. CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ archiepiſcopo nihil agere licet ſine conſilio epiſcoporum: qđ verum eſt, niſi epiſcopi poſt annunciationem contempſerint in ſuis eccleſijs œconomos ordinare, vt probatur ſequenti capitulo.

CVm ſimus.] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Conſtantinopolitana, vt omnes regulæ ſanctorum patrum cuſtodiantur: & præcipue illa, quæ præcipit œconomos debere eſſe in vnaquaque eccleſia: qđ ſi metropolitanus facere neglexerit, licentiam habeant epiſcopi in ſua eccleſia œconomum ordinare. & econuerſo. Idem ſeruandum eſt in monaſterijs.

a ¶ Oeconomos.] Oeconomus dicitur cui res eccleſiæ gubernanda mandatur, vt C. de ſacroſan. eccle. iubemus. Oeconomꝰ quid.

b ¶ Oeconomum.] ꝙ clericus erit: & de proprio clero debet eſſe. 89. diſt. cap. quia. & 16. q. 7. in nona actione. De hoc notaui 16. q. 7. quoniam.

c ¶ Epiſcopis.] Ergo ſicut ſuperiores inferiorum, ſic inferiores ſuperiorum ſuplent defectum, vt extra de conceſ. præben. & eccle. non vacan. nulla. & 89. diſt. volumus.

PROBATVR. CASVS. Adhuc probat, ꝙ archiepiſcopꝰ inconſulto ſuffraganeo ſuum poſſit parochianum abſoluere, exemplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium fornicatorem tradidit ſatanæ: & poſtea reconciliauit.

d ¶ Corinthium.] & in hoc ſuppleuit negligentiam Apollinis, vt ſ. ea. cap. vlti.

SED CONTRA. Nunc probat Gratianus contrarium ſcilicet ꝙ metropolitanus non poteſt diſponere de negotijs epiſcoporum ſine conſenſu ipſorum. & omnia c. vſque ad [§. ſola.] intelliguntur de communibus negotijs vel de ſpecialibus, cum epiſcopi non ſunt negligentes, ſed diligenter agunt quæ debent. H.

SAluo.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Eugenio vtrũ archiepiſcopus poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus epiſcoporũ ſine cõſenſu alio-

αὐτῶν χώραις· ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖντε μετὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου: μηδὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

Epiſcopos, qui in vnaquaq. prouincia ſunt, noſſe oportet eum, qui metropoli præeſt, vniuerſæ quoque prouinciæ curam ſuſcipere, eo quòd in metropoli vndique conueniunt omnes, quicunque negotia habent. Quapropter placuit, & honore ipſum præcellere, & reliquos epiſcopos nihil aliud † ſine ipſo facere (ſecundum veterem, qui viguit, patrum noſtrorum canonem) quàm ea ſola, quæcumque ad cuiuſque parochiam, ſubiectaſque parochiæ regiones pertinent: In cuiuſque enim epiſcopi poteſtate eſſe propriam ipſius parochiam, vt eam adminiſtret pro ea, quæ cuique conuenit, integritate, & vniuerſæ regioni, quæ ſuæ ciuitati ſubiecta eſt, proſpiciat, conſulatque: ita vt & presbyteros, diaconoſque ordinet, & ſingula quæque cum iudicio explicet. Præterea vero nihil quidquam facere aggrediantur, ſine metropolitani epiſcopi, neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

† περαιτέρω

Niſi forte epiſcopi ipſi œconomos in eccleſia ſua ordinare contempſerint. Vnde in ſeptima ſynodo, c. xi. legitur.

¶ Metropolitanus conſtituat œconomos, quos epiſcopus habere neglexerit. C. III.

Iuo p.5.c.174. Conc. Chalced. c.26. & diſt.89. quia in quibuſdam. & ſ.16.q.7. quoniam in quibuſdam.

CVm ſimus debitores omnes ſacras regulas cuſtodire, & eam, quæ dicit in vnaquaq. eccleſia œconomos[a] eſſe debere, modis omnibus inuiolabilem cuſtodire debemus. Et, ſi quidem vnuſquiſque metropolitanus in ſua eccleſia conſtituerit œconomum[b]; bene vtique eſt. Sin autem; ex auctoritate propria Conſtantinopoleos epiſcopis[c] licentia eſt præponendi œconomos in eius eccleſia. Similiter & metropolitanis, ſi epiſcopi, qui ſub eis ſunt non ſategerint œconomos ſtatuere in ſuis eccleſijs. Id ipſum autem ſeruandum eſt etiam in monaſterijs.

Probatur illud idem exemplo Apoſtoli, qui fornicatorem Corinthium[d] impœnitentem ſatanæ tradidit: poſtea pœnitentem eccleſiæ reconciliauit, hoc tantum ſcribens Corinthijs in prima, & ſecunda epiſtola, vt excommunicato non communicarent, & reconciliato ſocia charitate copularentur.

1. Cor. 5.
2. Cor. 2.

Sed contra probatur auctoritate multorum.

& Iulius c.4.

Ait enim Higinus Papa, epiſt. 1. c. 2.

¶ Metropolitanus ſine epiſcoporum conſenſu, vel præſentia alicuius eorum non audiat cauſas. C. IIII.

Burc. l.1.c.65. Iuo par.5.c.99. & 174.

SAl-

ſu aliorum epiſcoporum. & reſpondetur ꝙ non: ſaluo Romanæ eccleſiæ priuilegio.
a ¶ Saluo.] Debet quis ius ſuum proteſtari, ne fiat ei præiudiciū. ſic 29. diſt. diaconi. & 7. q. 1. pōtifices. ff. qbus mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſi debitor. §. ſi in vēditione.

ergo in prima, ꝙ nullus primas vel metropolitanus debet ſe intromittere de ſpecialibus negotijs ſui ſuffraganei abſque eius licentia vel voluntate: quod ſi fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipſe deponetur. In ſecunda parte dicitur, quòd primas vel metropolitanus non

uo [a] in omnibus Romanæ eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſque ceterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia [b], aliquorum [c] audiat cauſas † [d]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conſpectu eorum omnium ventilatæ; & ipſe, ſi fecerit, coerceatur à fratribus.

† al. cauſas eorum

Item Anicetus Papa epiſcopis Galliæ, c. 1.

¶ De eodem. C. V.

Can. Apoſt. 34.

ACchiepiſcopus [e] nihil de epiſcoporum cauſis, aut de alijs communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum, abſq. cunctorum illorum agat conſilio; nec ille, niſi quātum ad ſuas parochias pertinet, ſine ſuo: quoniā tali gaudet concordia altiſsimus, & gloriatur in membris ſuis.

Item in eadem epiſtola, c. 3.

De eodem. C. VI.

Poly. l. 2. tit. 24. Burch. l. 1. c. 63. Pann. l. 4. c. 26.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium præſentia, vel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut alias cauſas, (niſi eas tantum, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinent) agere, aut eos grauare voluerit; ab omnibus diſtricte corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis, eiſque inobediens [f] apparuerit; ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporū iudicia referri † præcepta ſunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant.

† al. terminari

Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ, epiſt. 2. c. 3.

Concor. Lucius epiſt. 1. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

Poly. ibidē c. 6. Burc. l. 1. c. 66. Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72. Pann. l. 4. c. 27.

NVllus primas, vel metropolitanus diœceſani eccleſiam, vel parochiam, aut aliquem [g] de eius parochia præſumat excōmunicare, vel iudicare, vel aliquid [h] agere abſq. eius conſilio, vel iudicio: ſed hoc obſeruet, quod ab Apoſtolis, ac patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum: id eſt, ſiquis me-

Additio. Ad hoc facit C. de his qui ſpō. mune. ſub. l. 1. lib. 10. ſed argu. contra. ff. de cond. inſt. quod quis. ff. de act. & oblig. obligationum. §. placet. de hoc le. & no. 28. diſtin. c. 1.
b ¶ Inſtantia.] id eſt, præſentia.
c ¶ Aliquorum.] ſcilicet epiſcoporum.
d ¶ Cauſas.] ſcilicet criminales, vt 3. q. 8. ſuggero. Et no. ꝙ cum cauſa eſt inter clericum & epiſcopum, ꝙ metropolitanus in ſynodo cōprouinciali tractabit cauſam. 11. q. 1. ſi clericus. niſi velis dicere, ꝙ hodie ſolus metropolitanus obtinet vicem ſynodi quantū ad iſtud. 18. di. c. 1. & 10. q. 3. quia. De hoc dixi 6. q. 2. epiſcopus.

Cauſa inter epiſcopum & clericum corā quo debeat tractari.

ARchiepiſcop⁹.] Casvs. Anicet⁹ Papa ſtatuit vt archiepiſcopus de cauſis epiſcoporum aut cōmunibus. ſ. criminalibus nihil agat ſine cōſilio ſuorum ſuffraganeorum, nec epiſcopi ſine conſenſu archiepiſcopi aliquid agant, niſi quantū ad ſuas parochias pertinet.
e ¶ Archiepiſcopus.] Hoc cap. exponit præmiſſa.

SI autem.] Casvs. Quæſitum fuit ſi archiepiſcopus ſuperbe vult de cauſis criminalibus vel ciuilibus epiſcoporum cognoſcere ſine eorum voluntate, vel eos in aliquo grauare, quid ſit faciendum: & reſpondetur, ꝙ corrigi debet à ſuffraganeis: & ſi fuerit incorrigibilis, ſignificetur Papæ, quatenus per ipſum ſic puniatur, vt ceteri timorem habeant.

Metropolitanus à ſuffraganeis reprehendi poteſt.

f ¶ Inobediens.] Hic habemus ꝙ metropolitanus poteſt coerceri à ſuffraganeis. ſic ſupra ea. ſaluo in fin. ſimile 63. diſt. Salonitanæ. Sed qualiter ſubditi poſſunt eum coercere? Reſpondet, reprehendere [1]. poſſunt ex charitate. 2. q. 7. præſumunt. & c. ſecuti. Iſte autem qui defert querelam ad metropolitanum, ſine appellatione patiatur diſpendium litis. arg. in authen. coll. 3. de defen. ciui. circa medium. §. non habente. in fin. hoc ideo quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. inolita. lo.

1 Dic ꝙ eſt triplex reprehenſio, vt no. 8. 21. diſt. nolite, in fi.

NVllus.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de ſpecialibus negotijs ſuffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur non debet agere cauſas criminales, vel communia negotia ſine conſenſu epiſcoporum, nec ipſi ſine conſenſu metropolitani vel primatis debent aliquid agere, niſi de his quæ pertinent ad ꝓpriā parochiā, vt omnia cōcorditer fiant. Secūda pars incipit ibi, [Sed quidqd.]
g ¶ Aliquem.] Licet non poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, poteſt tamen de epiſcopo iudicare. 11. q. 1. ſi clericus. Et ſic fallit illa regula. Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. de acceſſionibus, §. 1. item fallit. ff. qui potio. in pigno. habeā. Claudius. etiam libertus liberti mei, non eſt meus libertus. vt ff. de verb. ſignificat. Modeſtinus. & non omnes quæ ſunt cum ſorore mea, ſorores meæ ſunt. 81. diſtin. legitur.
h ¶ Vel aliquid.] Ergo nec abſoluere poteſt excommunicatum à ſuffraganeo ſuo. extra de ſent. excom. per tuas. epiſcopus tamen abſoluere poteſt excommunicatum ab archidiacono: quia archidiaconus eſt vicarius epiſcopi.

epiſcopi, vt extra de offi. archid. c. 1. ſed epiſcopus non eſt archiepiſcopi vicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi 25. diſt. perlectis.

a ¶ Irritum.] ideſt, irritandum. ſi dicas quod habet iuriſdictionem ordinariam prouinciæ, ſed ſi ſtet proprie, tunc erit

eſſet ibi principium capituli, vt dicit Hug. Dicit ergo Beda exponẽs verba Ioãnis, & dicit quod Io. ſcribit illi epiſcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata ſubditorum eius, vt eſſet diligens: ne ſine eius conſilio de ſuis ſubditis iudicaret, niſi eſſet negligens.

Anſ. l. 3. c. 88.

tropolitanus epiſcopus (niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam) ſine conſilio, & voluntate omnium comprouincialium epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit; gradus ſui periculo ſubiacebit; & quod egerit, irritum [a] habeatur, & vacuũ. Sed quidquid de prouincialium coepiſcoporum cauſis, eorumq. eccleſiarum, & clericorum; atque ſæcularium neceſsitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cõmuni † conſenſu comprouincialium agatur pontificum; nec aliquo dominationis faſtu, ſed humillima atque concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: [Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.] & alibi: [Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.] Similiter, & ipſi comprouinciales epiſcopi cuncta cum eius conſilio (niſi quantum ad parochias proprias pertinet) agant, iuxta ſanctorum conſtituta patrum. *& infra.*

† al. cum omnium

Matth. 20.
Matth. 23.

¶ Vt vno animo, vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi archiepiſcopo.

¶ In ſuffraganei parochia nihil abſque eius conſilio metropolitanus agit. C. VIII.

Iuo p. 5. c. 56.
Pann. l. 4. c. 29.

CONqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus archiepiſcopus [b] Narbonenſis, quòd clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad eccleſiã ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas: cum hoc nec antiquitas (cui patres ſanxerunt reuerentiam) habeat; & auctoritas ſacrorum canonum penitus interdicat: niſi forte pro cauſis, quæ apud ſe terminare non poſſunt, ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint [c]; vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit, res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [d] diſpenſare voluerint. Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere præ ceteris epiſcopis, niſi quantum ſacri canones [e] cõcedunt, & priſca conſuetudo [f] illis antiquitus contulit, definimus: ita vt ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: præterquam ſi Apoſtolica ſedes ali-

b ¶ Archiepiſcopus.] Hic patet quod archiepiſcopi ſubsũt primatibus & patriarchis, vt 21. diſtin. c. 1. & 65. diſt. de perſona. 17. diſtin. multis.

Archiepi ſubſunt patriarchis.

c ¶ Prouocauerint.] Hic patet quod nec archiepiſcopus, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporũ, niſi per appellationẽ deuoluatur ad ipſum. 11. q. 1. peruenit. & extra de off. deleg. cum non ignoretis. Idem dico in legato Papæ, vt dixi 2. q. 6. c. 3. præter hos caſus eſt alter 12. diſtin. de his. Item cũ 1 abſolutus ab archiepõ non vult parere epiſcopo. extra de of. ord. ad reprimendam. Item cũ eſt cauſa inter epiſcopum & clericũ. 11. q. 1. ſi clericus. & ĩ. 6. q. 2. cap. 2. & hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi eſt actor, non videtur quod archiepiſcopus ſit iudex rei, vt ext. de off. ord. paſtoralis. Item cum epiſcopus non vult abſoluere excommunicatum, vt extra de appel. qua fronte. Item cum archiepiſcopus prouinciam viſitat. extra de præſcrip. cum ex officij. ſed illud non dico eſſe generale, niſi vt dixi ĩ. ca. quæſt. 2. nullus primas. Itẽ cum euidens eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de appel. ſolicitudinem.

Archiepõs de cauſis ſubditorũ epĩ cognoſcere nõ poteſt.

1 Iſtud, itẽ, reſpicit textũ. nam in iſto caſu & ſequẽtibus archiepõs eſt iudex competens.

erit hic argu. quod metropolitanus non habet iuriſdictionem ordinariã totius prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, notaui ĩ. c. 2.

COnqueſtus eſt.] CASVS. Archiepiſcopus Narbonenſis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricẽſi, qui erat ſuus patriarcha, quod ipſe compellebat clericos ſuos eo inuito ad ſuum iudicium venire: & res ad ſuam eccleſiam pertinentes eo inconſulto diſponebat. Præcipit ergo ſibi Nicolaus vt decetero hoc non faciat, niſi fuerit ad ipſum appellatum: vel niſi mortuo epiſcopo clerici voluerint res eccleſiæ diſpenſari per ipſum: quia primates nil priuilegij ſuper epiſcopos habẽt; niſi quantum canones concedunt, vel conſuetudo antiqua: vel niſi Romana eccleſia aliquem voluerit ſuo priuilegio decorare. [Epiſcopo ſcribit.] hæc ſunt verba Bedæ. [Et angelo Epheſi,] &c. ſunt verba Ioãnis. Vnde melius

d ¶ Iudicio tuo.] aliter enim non poteſt. 12. quæſt. 2. non liceat.

e ¶ Canones.] ſic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶ Conſuetudo.] Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, vt 18. q. 2. ſeruitium. ff. de pub. & vect. licitatio. §. earum. ff. communia prædi. venditor. Argum. cõtra 10. quæſt. 3. quia. Item ratione diuturnitatis probatur negatiua: quia aliter non probatur. ff. de proba. ſi arbiter. Itẽ diuturnitas conſtituit ius. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & extra de his quæ fi. à præla. ſi. conſen. c. ea noſcitur. & argu. 3. quæſt. 6. hoc quippe. Item conſuetudo dat iuriſdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & ext. de arb. dilecti. Item conſuetudo dat priuilegium 2, vt hic, & 64. diſtin. quia. Argum. contra. 93. diſtin. illud. 100. diſtin. contra morem. hoc proſecutus ſum ĩ. diſt. 8. fruſtra.

Conſuetudo multa tribuit.

2 Aliàs, conſuetudo parificat priuilegio. extra de iud. nouit. vbi de hoc.

a ¶ Speciali.]Ergo Papa in totum poteſt auferre priuilegium vni eccleſiæ, & alij concedere. vt 16. quæſt. 1. frater noſter.

b ¶ Et angelo.]Hæc ſunt verba Ioan.in Apoc.& deberet eſſe initium cap.

h ¶ Iniuſte.]& iuſte.35.q.9.Gregorius.

ANtiquis.]C A S V S. In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in vicina quis appellet in cauſa ciuili vel criminali, nihil debeat innouari antequam cauſa ad Apoſtolicum deferatur, vt

quam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali[a] priuilegio decreuerit honorare.

Item Beda ſuper Apocalypſim, [*& Angelo*[b] *eccleſiæ Epheſi ſcribe.*] — Glo.ordi.ad eũ locum Apoc.2.

¶De eodem. C. IX.

EPiſcopo[c] ſcribit, de cuius manu peccata ſubditorũ requirit: ne ſine eius cõſenſu ſubditos iudicare debeat.

¶ *In gloſſa ordinaria ſic legitur,* Et Angelo,]ideſt epiſcopo ſcribit: de manu cuius peccata ſubditorum requirit, & ſine cuius conſenſu ſubditos iudicare non præſumit ipſe Ioannes.

Sola enim Romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium [*Propoſueramus.*]

¶Apoſtolicæ ſedis iudicium à nemine eſt retractandum. C. X.

PAtet[d] profecto ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium à nemine fore retractandum; neque cuiquam de eius licere iudicare[e] iudicio: iuxta quod a Innocentius[f] Papa Ruffo, & ceteris epiſcopis per Theſſaliã conſtitutis ſcribens ait: [Nemo vnquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit[g]: nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari.] & beatus Papa Gelaſius. [Nec de eius iudicio: (id eſt Romanæ eccleſiæ) canones vnquam præceperunt iudicari: ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt.]

Anſ.l.1.c.75. Iuo p.5.c.19. Pann.l.4.c.11.

ꝟ. ea. ipſi ſunt ꝟ. nec de eius.

¶ *Caput hoc apud ceteros etiam collectores, multis verbis omiſſis in ſummam quamdam redactum eſt.*

a ¶Innocentius.]*In epiſtola Nicolai, & apud reliquos collectores eſt,* Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij, neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur. In ea vero epiſtola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.*

Item Athanaſius patriarcha Papæ Felici ſecundo. — In tomis conc.

¶Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Apoſtolica ſoluit auctoritas. C. XI.

FVit ſemper veſtræ ſanctæ Apoſtolicæ ſedi licentia iniuſte[h] damnatos, vel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus. — Iuo p.5.c.15.

Item ibidem paulo inferius.

¶De eodem. C. XII.

ANtiquis regulis ſancitum † eſt, vt quid- — Iuo ibidem. † *al.* *cenſitum*

c EPiſcopo.]Hæc ſũt verba Bedę. SOLA. C A S V S. Hactenus oſtenſum eſt q archiepiſcopi & primates ſubiectos ſuffraganeorum ſuorũ iudicare non poſſunt illis inconſultis, niſi in caſibus conceſſis. ne autem credatur idem eſſe in Papa, dicit nunc aliud eſſe in eo. Sola enim Ro. ecc. poteſt de omnibus iudicare: ſed nullus de ea poteſt iudicare. & ad hoc inducuntur cap. ſeq.

PAtet.] C A S V S. Dicitur in hoc c. q nullus debet tractare vel iudicare de iudicio ſe. Apo. quia firmum debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis, ſcilicet. Inn. & Gelaſij.

d ¶ Patet.]Ab hoc ſ. eo vſque in finẽ agitur de excellentia Papæ. & omnia cap. quæ ſ. idem dicunt.

e ¶ Iudicare.] nam talis crimen ſacrilegij incurrit, vt 17. q. 4. §. qui autem.

f ¶ Innocentius.] Familiaris eſt hæc probatio, q vnus Papa inducit alium in teſtẽ: ſed hoc ideo, quia de ipſorum teſtimonio non eſt dubitandũ 1: ſicut Dominus mala Sodomæ per angelos probauit. 2. quæſt. 1. Deus.

Papa Papã inducit in teſtem.

1 Adſ. hoc, 8. q. 3. talia.

g ¶ Intulit.]Qui manus intulit præpoſito vel contumax eſt erga ducem vel præſidem, capite punitur. ff de re. mi. l. omne. §. 1 & 2. irreuerens miles, & contumelia parentis capite punitur. 86. diſtin. non ſatis. in fi.

FVit.] C A S V S. Dicit in hoc c. q ſemper fuit licentia ſedi Apo. iniuſte damnatos vel excommunicatos reſtituere: & eos qui iniuſte damnat vel excommunicat punire.

tur, vt per ipſum ſententia confirmetur vel infirmetur. Seq. cap. patet.

a ¶ Vt quidquid.] id eſt, vt ſi appellatur Romam, vel à remotis vel à vicinis partibus: nil attentaretur ante ſententiam Papæ. 3. diſt. 17. multis.

b ¶ Nemo.] Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. q. 7. nos ſi. & in cauſa hæreſis. 40. diſt. ſi Papa. & cum ſubmittit ſe confeſſori ſuo, tenetur ei parere: & ligabit eum ſententia illius. Arg. contra eſt quod dicitur de dedicatione eccleſiarum, extra de pœn. & remiſ. quod autem. Item cum Papa peccat, poteſt eius peccatum etiam eccleſiæ denuntiari ſecundum admonitionem Euangelij, vt 2. q. 1. ſi peccauerit. hoc determinaui 40. diſt. ſi Papa.

Papa confeſſori ſuo parere debet.

c ¶ Neque ab omni clero.] Arg. quod concilium non poteſt Papam iudicare, vt extra de ele. ſignificaſti. vnde ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur quod ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. Arg. contra: quia orbis maior eſt vrbe. 93. diſt. legimus.

quid[a] (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt huius auctoritate iuxta [a] quod fuiſſet faciendum, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur.

a ¶ Iuxta quod.] *Ivo legit*, iuxta quod fuiſſet pronunciatio, infirmaretur, aut firmaretur, *In corpore conciliorum*, iuſta quæ fuiſſet pronuntiatio, &c.

Siluester in cõc Romano, c. 20.

Item Innocentius Papa.

¶ Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat. C. XIII.

Poly. l. 1. tit. 16. Deuſdedit. p. 3. Anſ. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.

NEmo[b] iudicabit primam ſedem iuſtitiam [β] temperare deſiderantem. Neque enim ab Auguſto, neq.[c] ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

¶ *In omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex Innocentio. Sed fere eadem habentur in concilio Romano ſub Silueſtro, c. 20. & ex ipſo citant indicati collectores.*

β ¶ Iuſtitiam temperare deſiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Silueſtro. Sed in vulgata concilij editione eſt*, quoniã omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari.

In lib. Ennodij

Item Symmachus Papa.

¶ De eodem. C. XIIII.

Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 24. Iuo. p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8.

ALiorum hominum cauſas Deus voluit homines terminare; ſed ſedis iſtius præſulis † ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit beati Petri apoſtoli ſucceſſores cælo tantum debere innocentiam, & ſubtiliſsimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis † non habere formidinem[d], quas Deus præ ceteris ſuo reſeruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio: replicabo[e], vni dictum: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.] Et rurſus ſanctorum[f] voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quidquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur: dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam[g]: [Si hæc humiliatur[h], ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam veſtram?]

† al. de inquiſitoribus

Matt. 16.

Eſa. 10.

Item Anterus Papa ad epiſcopos prouinciarum Bætica & Toletana.

ALiorum.] CASVS. Quæſitum fuit à Symmacho vtrum cauſa ſedis apo. poſſit ab homine iudicari. Qui reſpondet dicens quod Deus aliorum cauſas voluit per homines terminari: ſed Romanum Põtificem ſuo examini reſeruauit: apud quẽ non habebit aliquis de allegationis nitore ſubſidium: quia idem ſcilicet Deus erit iudex & teſtis. ſed alij omnes à Papa iudicãtur. cui per Petrum datæ ſunt claues ligandi & ſoluendi: cum ipſe ſit caput omnium, & auxiliũ omnium, vt dicitur per Eſaiam prophetam. Seq. duo cap. plana ſunt.

d ¶ Formidinem.] immo ſine venia debet puniri, ſicut diabolus, qui maximus comparatione aliorũ creatus eſt, vt infra de pœn. diſtin. 2. principium.

Papa delinquẽs debet ſine venia puniri.

e ¶ Replicabo.] hoc eſt dicere, cum ipſe ſit maior omnibus, grauius punitur cũ peccat, 11. q. 3. præcipue.

f ¶ Sanctorum.] id eſt, in ſanctis concilijs confirmantur.

g ¶ Prophetã.] Eſaiã.

h ¶ Si hæc humiliatur.] de archa fœde

† De iſta habetur ſupra 32. diſt. §. ecce. 2. q. 7. §. de his ẽt. 24. q. 1. quã in qua ſignificabitur ſedes Romana.

Digitized b

¶ De eodem. C. XV.

FActa ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶ Deteriores ſunt qui vitá, moreſque bonorum corrumpunt [a], his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt.

Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 53. 3. 6. q. 1. cap. ex merito, cũ ſeq.

Item Gelaſius Papa ad Fauſtum legatum.

Nicola⁹ ad Michaelẽ, epiſ. 7.

¶ De eodem. C. XVI.

IPſi ſunt canones [b], qui appellationes totius eccleſiæ ad huius ſedis examen voluere deferri. Ab ipſa vero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare; ipſam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandarunt.

Anſ. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9.

3. c. patet in ſi.

Idem omnibus epiſcopis.

In epiſ. ad epos per Dardaniã conſtitutos.

¶ De eodem. C. XVII.

CVncta per mundum nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet [c] mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo [d] eſt appellare permiſſus. ¶ Sed nec illa præterimus, quòd Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo p̃cedente: & ſoluẽdi, quos ſynodus inique dánauerat, & damnandi, nulla exiſtẽte ſynodo quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro ſuo principatu, quẽ beatus Petrus apoſtolus Domini voce & tenuit ſẽper, & tenebit.

Poly. l. 1. tit. 8. Anſ. l. 1. c. 47. & l. 2. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

¶ *Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epiſtola Gelaſij ad epiſcopos per Dardaniam, ſed nõ eodem ordine compoſita. Caput autem ſequens, in quo multa huius ipſius capitis verba cõtinentur, in eadem epiſtola eodem prorſus modo habetur. Itaque fieri poteſt, vt ex alia epiſtola caput hoc ſumptum ſit, quæ non extet: aut Gratianus hæc duo tanquam diuerſa capitula referat, quòd apud antiquiores etiam collectores diſtincta repererit. In epiſtola etiam Nicolai ad epiſcopos Galliæ, quæ nuper eſt impreſſa in appendice bibliotheca, hoc citatur ex Gelaſio.*

Idem epiſcopis per Dardaniam conſtitutis.

¶ De eodem. C. XVIII.

CVncta per mundum nouit eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes beati Petri apoſtoli ius habeat reſoluendi; vtpote, quæ de omni eccleſia fas habeat iudicandi, &c.

Item Xiſtus Papa ſecundus Hiſpanorum epiſcopis, epiſtola ſecunda, c. 4.

¶ De eodem. C. XIX.

FRatres, quos timore terreno iniuſte damnaſtis, ſcitote à nobis iuſte eſſe reſtitutos: quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica auctoritate omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non vultis & vos, & principes veſtri à collegio noſtro, & membris eccleſiæ ſeparari.

Anſ. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. tit. 8. Burc. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

Item Stephanus epiſcopus Gualberto Patriarchæ.

ris loquitur propheta, quàm Iudæi ferebant ad bella.

a FActa.] Corrũpunt. 3. 6. q. 1. ex merito, &c. deteriores.

b IPſi ſunt canones.] ſicut Imperator eſt lex animata in terris, vt in auth. de conſulibus, in ſi. coll. 4.

CVncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ eccleſia Romana de omnibus iudicat; ipſa vero à nemine iudicatur. Item ꝙ ad Papã de omni parte mundi appellatur: ab eo vero nullus appellat. In ſecunda parte dicitur, ꝙ eccleſia Romana ſemper habuit poteſtatem, & habebit quoslibet abſoluere & damnare nulla ſynodo congregata. Secunda pars incipit ibi, [Sed nec illa.] Sequ. c. planum eſt.

c ¶ De qualibet.] Ergo à legato appellatur, vt extra de ſen. & re iudi. c. vlti. & extra de of. leg. licet. Sed num quid à laico appellatur ad Papam? Non, niſi in his quæ ſpectãt ad iuriſdictionem eccleſiæ, vt extra de ap. ſi duobus.

d ¶ Nemo.] A principe enim & à ſenatu appellari non valet, vt ff. à quibus ap. nõ li. l. 1.

FRatres.] CASVS. Epiſcopi Hiſpaniæ auctoritate regũ quoſdam iniuſte dãnauerant, quos Sixtus Papa reſtituit, & præcepit epiſcopis, vt omnia eis integre redderent, niſi ipſi & principes eorum velint ab eccleſia ſeparari.

Nunc

Anſ.l.6.c.31. Iuo par.5.c.13.

❡ Cuiuſlibet eccleſiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

NVnc vero iterato tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſiæ priuilegiũ [a] infringere, licet Apoſtolica prærogatiua poſſimus de qualibet eccleſia clericũ ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Cumenſis [a] eccleſiæ antiſtitẽ protelare: quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam toties monitus non maturaueris; proculdubio ad nos veniens, cõſecratus abibit.

a ❡ Cumenſis.] *Sic etiam Anſelmus, ſed apud Iuonem plenius,* Deſine iam cuiuſpiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumenſi eccleſiæ antiſtitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſtola, cuius initium [Propoſueramus.]

❡ De eodem. C. XXI.

Ṡ.1.q.1. Anſ.l.1.c.72. & l.2.c.14.

PEr principalem [b] beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, ius habemus, non ſolum monachos, verum etiã quoſlibet clericos de quacumque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos [c] conuocare: atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud eſt, quod ex temeritate aſſumitur præſumptionis: aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Cum ſuffraganei archiepiſcoporum ſubditis ſuis ad malum fauere cœperint, atque circa eorum correctiones, negligentes [d] extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatẽ, & ligandos damnare, & reconciliandos abſoluere. Cum vero epiſcopi zelo diuinæ charitatis accenſi, bonos verbo & exemplo ædificãt, & malorũ vitia aſpera increpatiõe redarguũt: abſq. taliũ conſilio nõ licet metropolitanis in eorũ parochia aliquid agere, vel diſponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non ſimpliciter dictũ eſt [nihil agat.] ſed cum determinatione, [nil præſumptiue aſſumat abſque eorum conſilio,] vt vitium præſumptionis videatur improbatũ, non officium charitatis. Sic & Apoſtolus, quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, ſua auctoritate illum damnauit. Ioannes vero, quia epiſcopum Epheſiorum vidit paratum ad corrigenda vitia ſubditorum, ſine eius auctoritate illos corrigere noluit: ſed illũ tantum de eorum correctione admonuit.

Ṡ.ead.per ſingulas 1.

Ṡ.cum ſimus §. probatur.

Ṡ.epiſcopi.

NVnc vero.] CASVS. Gualbertus patriarcha antiſtitem Cumenſis eccleſiæ conſecrare nolebat. ſed Stephanus ſcripſit ei vt eũ conſecraret. & quia eum adhuc non conſecrabat, iterum ſcribit ei præcipens vt eũ debeat conſecrare: & ſi non fecerit, dicit ꝙ ſi Romam venerit, conſecrabit eum.

a ❡ Priuilegium.] Reſcriptum Apoſtolicum ſic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic, & extra de conſue. cum olim: in fi. 63. diſt. quanto. ſic 99. diſt. ecce. C. de eman. nec auus 1.

PEr principalem.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ Apoſtolicus habet poteſtatem de qualibet parte mundi monachos vel clericos ſæculares ad ſe vocare, & opportunitatibus exigentibus inuitare ad ordinẽ vel dignitatem, vel officium aliquod.

b ❡ Per principalem.] Hoc c. eſt Ṡ.1.q.1.c. per principalem, poſt principium.

c ❡ Ad nos.] ſicut Papa priuat aliquem clerico ſuo, eadẽ ratione poteſt Imperator aliquem priuare ſeruo ſuo. C. qui. ex cau. ſerui. ꝓ præ. liber. accipi. l. 1. Item alicui poteſt rẽ ſuam auferre, vt C. de quadr. præ. bene. Similiter auferre põt & Papa beneficium. 19. diſt. in memoriã. Item põt alicui auferre ius præſentandi, etiam legatus Papæ, vt extra de of. leg. dilectus. & extra de conceſ. præb. & ec. nõ vacan. quia diuerſitatem. & epiſcopum deponere. Sed numquid omnes ſimul? Non, quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret, quod eſſe non debet. 1. q. 7. & ſi illa.

Beneficiũ poteſt auferre Papa.

SED ALIVD. CASVS. Ṡ. probauit Gra. ꝙ archiepiſcopus poteſt iudicare parochianũ ſui ſuffraganei eo inconſulto: poſtea probauit contrarium. Nunc autem ſoluit dicẽs, ꝙ quando ſuffraganei fauent ſubditis ſuis ad malum, & circa eos ſunt negligentes in corrigendo, poteſt tunc archiepiſcopus ſoluere vel ligare inuitis ſuffraganeis. quando vero ſunt ſoliciti circa ſubiectos, non poteſt tunc eis inconſultis. Et hanc ſolutionem ꝓbat auctoritate Martini & duobus exemplis, ſcilicet Pauli & Ioan.

d ❡ Negligentes.] Magiſter dicit, ꝙ quãcito negligens eſt prælatus in corrigendo, ſine omni admonitione auferetur ei iudicium [2] vel iuriſdictio. ſic Ṡ. ea. cum ſimus. ſic extra de ac. ſicut olim. & ex eo ꝙ non vult iudex procedere, videtur ꝙ ſtatim expirauit ſua poteſtas, vt extra de offic. deleg. cum ſuper. & C. de appe. ex eo. & C. de offic. præfec. orien. ſi quos. & extra de foro compet. ex tranſmiſſa. Arg. contra Ṡ. ead. nunc vero. & extra de ſtat. mona. in ſingulis.

Præſato negligenti an feratur iuriſdictio.

2 Sed H. intelligit poſt admonitionem.

Quidam

Q Vidam laicus.] CASVS. In ſuperiori cauſa dictum eſt quid iuris habet archieps ſuper ſuffraganeis ſuis. Nunc vero ſupponit x. cauſam, in qua oſtendit Grat. quid iuris habeat eps in eccleſijs ſui epatus. Et vt hoc competentius agat, proponit themaª, de quo tres elicit qōnes.

a ¶ Quidā laicus.] Lex diœceſana conſiſtit in recipiēdo vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartam, vel hoſpitium. Lex iuriſdictionis, conſiſtit in conferendo, poteſt enim conferre ſacramenta, coercere delicta, de cauſis cognoſcere. Quādoq; lex diœceſana comprehendit etiam legē iuriſdictionis, vt extra de præſcri. auditis. quantum ad legem iuriſdictionis ſubſunt epiſcopo & eccleſiæ, & monaſteria omnia. 18. q. 2. hoc tantum. & c. monaſteria. & c. cognoуimus. & 16. q. 1. interdicimus. quantū ad legem diœceſanā ſolæ ſæculares, vt ĩ. e. q̄ his. & c. ātiquos. 3. q. 2. ſtatuimus. ſed regulares eccleſiæ vel monaſteria non, vt hic. & c. 1. & 16. q. 1. cum ꝓ vtilitate. & 18. q. 2 q̄ ſit neceſſariū. cathredaticū eñi non ſoluunt. ĩ. ea. q. 3. iter cetera. nec partem decimarum. 16. q. 1. cum pro vtilitate. c. queſti. &c. decimas. nec epiſcopum ad miſſas publicas recipiūt. 18. q. 2. luminoſo. & c. dudū. ꝓſtant tñ ſeruitiū epō. vel ex prima inſtitutione, vt 18. q. 2. Eleutheri⁹. vel ex à ratione viſitationis, vt extra de præſcr. cū ex officij. vel quod debetur ex conſuetudine, vt 18. q. 2. ſeruitium. Capellæ vero monachorū ſubſunt epiſcopo quātum ad vtramque legem. 16. q. 2. ſane. & extra de priui. qū & plantare. in eccleſijs. niſi pleno iure fuerint monaſterijs collatæ. ſed de hoc dicemus 16. q. 2. in prin.

Lex diœceſana & iuriſdictiōis in quibus conſiſtunt.

pta ſunt à lege diœceſana, vt ĩ. ea. c. 1. & q. 3. inter. & 16. q. 1. cū pro vtilitate. & hoc in fauorē religionis. ſed non ſunt exempta à lege iuriſdictionis, vt 16. q. 1. interdicimus. Idem eſt de capellis monaſteriorum. Eſt autē lex diœceſana, qua epiſcopus recipit cathedraticum 1, tertiam ſ. vel quartam partem decimationum ſecundum diuerſas conſuetudines, & qua vocat clericos ad ſynodum vel exequias. Lex iuriſdictionis eſt qua epiſcopus poteſt clericos ordinare, altaria & eccleſias, & virgines conſecrare, corrigere, ſuſpendere, cognoſcere de cauſis ciuilibus & criminalibus, & generaliter ad ſuam iuriſdictionem pertinet omnia ſacramenta conferre.

CAVSA DECIMA.

Q Vidam laicus ª baſilicam à ſe factam à diœceſana lege ſegregare quærit: epiſcopus eccleſiā cū omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem pertinere contendit: tandem euincit epiſcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter deſæuit: quæ eccleſiæ ſunt, tamquam ſibi debita, vſurpare contendit.

1 *Modo primum quæritur, an baſilica cum omni dote ſua ad epiſcopi ordinationem pertineat.*

2 *Secundo, an res eccleſiarum epiſcopis vſurpare liceat.*

3 *Tertio, quid nomine cathedratici à ſuis ſacerdotibus exigere valeat.*

QVAESTIO PRIMA.

D E prima quæſtione ſic definitur in concilio Ilerdenſi, c. 3.

¶ Baſilica, quæ conſecratur, à diœceſana lege non ſegregatur. C. I.

S I ex laicis quiſpiam à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat; nequaquam eam ſub monaſterij ᵇ ſpecie vbi congregatio ᶜ non colligitur ᵃ; à diœceſana lege audeat ſegregare.

ᵃ ¶ Colligitur.] *In concilio impreſſo, ac manuſcripto ſequitur,* vel regula ab epiſcopo non conſtituitur.

Item ex concilio Toletano 3. c. 19.

¶ Eccleſię cum dotibus ſuis in epiſcopi poteſtate conſiſtant. C. II.

S Ic, quidam contra omnem † auctoritatem eccleſias,

Et I Vormacië. c. 6. & 55. & in Moguntino ſub Arnulpho. c. 4. In Troſl. c. 6. Burch. l. 3. c. 20. Iuo p. 3. c. 23. Pann. l. 2. c. 12.

D E prima quæſtione.] Hæc q. diuiditur in 4. partes, in quarum prima probat magiſter per x. aucto. ꝙ eccleſia cum omnibus ſuis rebus debet eſſe ſub poteſtate epiſcopi; & de rebus eccleſiæ, ſ. decimis, & primitiis, & de talibus debet epiſcopus habere tertiam vel quartā, vel mediam ſecundum diuerſas conſuetudines. Secunda ibi, [Si autem.] Tertia ibi, [Viſitantes]. Quarta ibi, [Quia ſacerdos.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, in qua quærit, an eccleſia cum omni dote ſua pertineat ad diſpoſitionem epiſcopi. Et eſt dicendum, ꝙ omnes eccleſiæ præter monaſteria ſubſunt epiſcopo quoad legem diœceſanam, & quo ad legem iuriſdictionis, vt ĩ. ea. q. fere ꝑ totum. & 16. q. 7. omnes baſilicæ. ſed monaſteria exem-

S I ex laicis.] CASVS. Quidam laicus capellam quandam conſtruxit, & cum peteret eam conſecrari, volebat eam non ſubeſſe epiſcopo quantum ad legem diœceſanam, ſicut nec monaſteria. Quæſitum fuit in concilio Ilerdeñ. an hoc fieri poſſet. Et reſpondetur ꝙ non, ſine voluntate epiſcopi.

b ¶ Sub monaſterij.] id eſt, quaſi ibi velit monaſterium conſtruere.

c ¶ Vbi congregatio.] ſed quot homines faciunt collegium monachorum? Reſpond. duo vel tres, vt extra de elect. c. 1. ſm leges tres. ff. de verb. ſig. Neratius. Sed decē homines faciūt populū, vt 10. q. 3. vnio. ff. in bono. rapt. prętor. §. 1. & decē oues gregem, licet quattuor vel quinque porci gregē faciant. ff. de abigeis. oues. Sed duo nō faciūt familiā, vt ff. de verb. ſigni. ſi deteſtatio. in fi.

S Ic quidam.] CASVS. Quidam poſtulabāt eccleſias, quas

quas ædificauerant ſic conſecrari, vt dos earũ ad epiſcopi ordinationem non pertineret: quare quæſitũ fuit in concilio Toletano quid ſuper hoc fieri debeat. Et reſpondetur, q̃ ſi tale quid factum eſt in præterito, corrigatur, & ſtatuunt vt de cetero nõ fiat: ſed omnia ſint in

bet in traditione rei ſuæ poteſt ponere legẽ quam vult, etiam cũ tradit rẽ eccleſiæ, vt extra de cond. appo. verũ. 18. q. 2. Eleutherius. Item laicus poteſt prædium dare eccleſiæ, & in eo cenſum retinere. 11. q. 1. ſi tributum. 23. q. vlt. tributũ. Similiter patronus põt petere ſeruitium

quas ædificauerint, poſtulant conſecrare, vt dotem, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere[a]. Quod factum taliter α in præterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat prohibeatur: ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad epiſcopi [b] ordinationem, & poteſtatem pertineant.

α ¶ Taliter.] *Sic eſt in antiquioribus editionibus, & duobus Vaticanis conciliorum codicibus: ſed in Colonienſi quattuor tomorũ editione, & in codice Lucenſi Regio, & in concilio Vormacienſi, & Moguntino, & in Pannormia hoc modo*, quod factum, & in præteritum diſplicet, & in futuro prohibetur.

Item ex concilio ſecundo Cabilonenſi.

¶ Eccleſiæ & omnia iura earum ad ordinationem epiſcopi pertinent. C. III.

Burc. l. 3. c. 146. Iuo p. 3. c. 211.

DEcretum eſt, vt omnes eccleſiæ cum dotibus [c] ſuis, & decimis, & omnibus ſuis β in epiſcopi poteſtate cõſiſtant, atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant.

β ¶ Suis.] *In vulgatis ſequebatur*, iuribus, *quæ vox abeſt ab omnibus collatis manuſcriptis. Apud Iuonem, & Burchardum eſt*, omnibus rebus ſuis.

Item Leo Papa quartus in epiſtola ad epiſcopos Britanniæ, c. 2.

¶ Vnaquæque parochia epiſcopi prouiſione regatur. C. IIII.

REgenda eſt vnaquæque parochia ſub prouiſione, ac tuitione epiſcopi per ſacerdotes, vel ceteros clericos, quos ipſe cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt ſibi neceſſarium viſum fuerit eccleſiaſtica vtilitate cogente.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

¶ Iudicio & poteſtate epiſcopi res eccleſiaſticæ gubernentur. C. V.

12. q. 1. præcipimus. ex can. Apoſt. 41.

QVæcumque γ res eccleſiæ ſunt, cõuenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & diſpenſari cum iudicio & poteſtate epiſcopi, cui totius plebis animæ [d] videntur eſſe commiſſæ.

γ ¶ Quæcumque.] *græce ſignificantius*, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖν καλῶς ἔχειν, *ideſt*, recte habet, quæ eccleſiæ ſunt, ipſi eccleſiæ ſeruari oportere.

Item ex concilio Toletano 4. c. 32.

qd̃ inſtitutũ eſt ſibi ab ẽpo ante cõſecrationẽ, extra de iu. pa. ca. pterea. Quidã dicũt, q̃ hic loquit̃ in eo caſu qñ primo dedit pure, ſed poſtea voluit adijcere conditionem: quod non licet, q̃a perfecta donatio nõ recipit conditionẽ, vt C. d̃ don. quæ ſub modo. l. perfecta. & 32. q. vlt. c. vnico. in ſi. Alij dicũt, q̃ dos eccleſię ſpectat ad ius publicũ, vt ſ. 1. diſ. ius publicũ. ſed ius publicũ pacto priuatorũ tolli non poteſt ſ. ff. de pact. ius publicũ. extra de fo. compe. ſi diligẽti. Tu breuiter dicas, q̃ illud pactum eſt cõtra naturam illius contractus, & eſt cõtra leges. nã ſecundũ iura res omnes eccleſiaſticæ ad ordinationem epiſcopi ſpectant, vt j. c. nouerint. aliàs ſi non obuiat honeſtati vel iuri. licite põt pactum quod approbatum eſt præmiſſis canonibus apponi, vt in præmiſſis caſibus. nam quilibet in traditione rei ſuę poteſt apponere legem quã vult. ff. de pa. l. in traditionibus.

1 Sub. & ſic non obſtat lex prædic. in traditionibus, quæ loquit̃ q̃ñ per pactũ iuri pulico nõ derogatur, arg. ff. de pact iuriſgẽtium. Arch.

b ¶ Ad epiſcopi.] in eccleſijs autem monachorũ abbati presbyter reſpõdebit in temporalibus, epiſcopo in ſpiritualibus, vt 16. quæſt. 2. ſane. & extra de cap. mo. in eccleſijs.

DEcretum.] CASVS. Hoc c. cum tribus ſequentibus fere eumdem habẽt caſum, ſcilicet q̃ eccleſiæ cũ omnibus ſuis rebus debent eſſe in poteſtate epiſcopi, vt de eis diſponat & ordinet ſecundum q̃d fuerit diſponendum & ordinandum, viſitando eas tempore opportuno.

in poteſtate epiſcopi.

a ¶ Non pertinere.] hic habes q̃ contractus tenet. ſed pactum oppoſitum in contractu contra naturam contractus non tenet. ſic extra de cond. appo. c. 1. & 16. q. 1. ſi quis laicus. & extra qui cle. vel vo. inſinuante. ſic j. de conſ. diſt. 1. ſi quis baſilicam. Sed objicitur, nonne quili-

c ¶ Cum dotibus.] nihil tamen de eis diſponet citra conſenſum prælati, vt extra de offic. ordin. cum ab eccleſiarum. & j. q. 2. c. pen.

d QVæcumque.] ¶ Animæ.] 12. q. 1. præcipimus. ADDITIO, & 18. q. 2. cognouimus.

a ¶ No-

Digitized by

a NOuerint.]¶ Nullam.]ſ.17.q.4.ſunt qui.ſ.16.q.7.decreuimus. contra. Sed ibi habent poteſtatẽ tantum defendendi eccleſias 1.

1 Sub.hoc aũt dicit,ꝙ nõ habent poteſtatẽ dilapidationis.ſm L.& hic ad de qđ not. 16.q.7.piemẽtis ſ gl. vlt. de cõſ. diſt.1.ſi qs baſilicam.

2 De hac ma.no. ex tra de cẽſi. cum olim. vbi Ho. de hoc notãdo ponit hanc ſentẽtiam. & eã attribuit Barr. prouin.qui ita ad litterã ſenſit ſi cut hic dr per Bar.

DE his.] CASVS.Dicitur in hoc ca.ꝙ omnia bona eccleſiarum mobilia & immobilia in ẽporum poteſtate cõſiſtũt, ita ꝙ tertia pars oblationũ ẽpo reſeruet. Quid autẽ iuris ſit de hoc, in apparatu dicetur.

b ¶Tertia.]alibi dicitur, ꝙ nihil habeat 2 præter cathedraticũ, vt ſ.ead.q.3.c.1.aliàs de medietate, vt ſ.c. proxi.No.ergo ꝙ tempore primitiuo cum pauperes eſſent epiſcopi, ſtatutum fuit vt epiſcopi de epiſcopalibus eccleſijs¹, & omnibus bonis eccleſiæ ſumerent medietatem, vt in cap.ſeq. ſed in omnibus parochialibus eccleſijs tertiam..16.q.1.conſtitutum.procedente tempore ex parochialibus tantum tertiam oblationum & decimarũ haberẽt,vt ſ.e.c. decreuimus. poſtmodũ quartam.12.q.2.vobis.& c.conceſſo. & c. quattuor. Hodie aũt nec tertiã partem parochialiũ habebũt niſi ad fabricã reparãdam,nec illam habebunt niſi velint ſabricam reparare, vt ſ.q.3.c.1.& 3.Vel dic. ꝙ ſecundum conſuetudinem iſta dantur, vt extra de ſepul.certificari.hodie aũt cũ ſint diuites, nihil habebunt præter cathedraticum,vt ſ.q.3.c.1.Ioan.parochialis eccleſia tantum habet quartã decimarũ, & ẽps aliã pro ſe, alias quartas duas retinet ẽps ꝓ fabrica & pauperibus,vt 12.q.2.cõceſſo.& c.ſeq. de alijs reditibus nihil habet de conſuetudine generali & præſcripta ẽps, licet prædicta c. & alia videãtur dicere contrarium,& ita fuit ſententiatũ pro epiſcopo Bononienſi contra eccleſiam ſancti Io.in Perſiceto. & hoc videtur expreſſum 12.q.2.vobis.B.

vel confirmandos pueros:procurationes tamen exigebant ac ſi eccleſias viſitarent,quod ex auaritia & negligentia procedebat.& ideo ſtatutum fuit in concilio Toletano,vt hoc de cetero non faciant epiſcopi,ſed ſolicite & diligenter ſuos greges viſitent,cupiditatem vitantes.

¶ Baſilicarum conditores in rebus eccleſiarum nullam poteſtatem ſe habere cognoſcant. C. VI.

NOuerint conditores baſilicarum, in rebus, quas eiſdem eccleſijs conferunt,nullam a ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta,ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere. Poly.l.3.tit.12. Burc.l.3.c.203. Iuo p.3.c.155. Pann.l.2.c.4.

Item ex concilio Aurelianenſi 1.c.17.

¶ De eodem. C. VII.

DE his,quæ parochijs in terris,vineis,mancipijs,atque peculijs quicumq. fideles obtulerint,antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in epiſcopi poteſtate conſiſtant: De his tamen, quæ altario acceſſerint,tertia b pars fideliter epiſcopis deferatur. Poly.l.3.tit.11. Burc.l.3.c.136. Iuo p.3.c.102. Pann.l.2.c.61.

Item ex eodem, c.16.

¶ De his,quæ altario deferuntur,medietatem ſibi vendicet epiſcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegentes,priora ſtatuta credimus renouanda: vt de his,quæ in altario oblatione fideliũ conferuntur,medietatem c ſibi epiſcopus vendicet,& medietatem ſibi diſpenſandam ſecundum gradus clerus accipiat; tam de proprijs prædijs, quàm de omni commoditate in epiſcoporum poteſtate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

¶ In libro manuſcripto priuilegiorum eccleſiæ Toletanæ refertur hoc tamquam caput 15. quarti concilij Toletani: ſed in duobus ipſius exemplaribus ex Hiſpania miſſis non habetur: Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburienſi tempore Arnulphi regis.

¶ De epiſcopis,qui diœceſim ſuam viſitare contemnunt, & ad redimendas manſiones, quæ viſitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

REl ata † eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quòd ſint quidam epiſcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandum ſuas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, vt manſiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo † pretio d redi- Burc.l.1.c.229. Iuo p.5.c.341. †al. Delata †al.alio

ANtiquos.]CASVS.Statutum fuit in Aurelian.concilio,vt ẽps habeat medietatẽ oblationum matricis eccleſiæ, & clerici eiuſdem eccleſię aliã medietatem habebunt.Idem eſt de fructibus prædiorum,& in omni vtilitate eccleſiæ,ita ꝙ prædia & bona eccleſię in epiſcopi poteſtate conſiſtant.

c ¶Medietatem.]ſecundum diſtinctionem decre.extra de teſta.requiſiſti.

REl ata.] CASVS. Quidam epiſcopi negligebãt ſuas parochias viſitare ſingulis annis ad prædicãdum,

tes,& negligentiam dimittentes.

d ¶ Aliquo pretio.]Si iſti parochiales ita ſoluerunt aliquos denarios aliquot annis, numquid ẽps poſtea põt ad procurationem petendã redire?ar. ꝙ ſic,extra de cẽſi.olim.ar.contra.ff.quemadmodum ſerui. amit. ſi cõmunem.vbi dicitur,ꝙ qui vna ſeruitute vtitur pro alia perdit primam.Sed quid ſi partẽ procurationis recepit aliquot annis,nũquid per partẽ intelligitur retinuiſſe totũ?videtur ꝙ ſic.ſ.de pœ.diſt 1. vulgaris.ff.quẽadmodũ ſer.ami.ſi ſtillicidiũ.§.vlt.& l.ſeq.vbi dicitur, ꝙ per partẽ retinere totũ videtur.ff.de ſer.ruſti.præd. vna eſt via.ar.ↄtra.extra de præſer.auditis extra de capel.mo.dilectus. Breuiter rñdeas, ꝙ in procuratione nulla currit præſcriptio. extra de præſc. cum ex officij. vnde ſiue par-

parteſ ſoluerit, ſiue nihil. ſemper poteſt petere procurationem, vt no. in prædi. c. cum ex officii.

a ¶ Redimant.] tamen redimi poteſt procuratio, vt ꝭ. ea q. 3. relatum.

b ¶ Parare.] vel præparare.

tem fabricæ recepit. ꝭ. ea. q. 3. vnlo. aliter non tenetur: ſed tamen conferre debet cum alijs, vt 16. q. 1. ſi monachus. extra de ec. ædi. de his 1.

SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars q. 5. in qua dicitur vt hic & in ſeq. c. continetur. Io. de Fan.

Decre- mant [a] qui parare [b] debebant. Quæ duplex infamia, negligentiæ, & auaritiæ, ſanctæ ſynodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingeniū, & vt ſolicitiores ſint epi de ſuis gregibus viſitandis.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 8.

¶ Annuis vicibus eccleſiæ ab epiſcopis viſitentur. C. X.

Burc. l. 3. c. 33. Iuo p. 3. c. 38.

DEcreuimus, vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab epiſcopo diœceſes viſitentur; &, ſi qua forte baſilica fuerit reperta deſtituta, ordinatori [a] [c] eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab epiſcopis, nouimus eſſe ſtatutum.

a ¶ Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impreſſis, & manuſcriptis, apud* Burchardum, *&* Iuonem *legitur,* ordinatione ipſius: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum. Reliqua vero ex ijſdem ſunt emendata. Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo,* ex principibus nouimus ſtatutum.

2 *Si autem epiſcopus inualetudine impeditus diœceſes ſuas per ſemetipſum viſitare non poterit, viſitationis officium committat alijs.*

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 35. legitur.

¶ Inualetudine grauatus epiſcopus, viſitationis officium alijs committat. C. XI.

Burc. l. 1. c. 87. Iuo p. 5. c. 193.

EPiſcopum per cunctas diœceſes, parochiaſq. ſuas per ſingulos annos [d] ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque baſilica in reparatione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit; presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui reditus baſilicarum, & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant.

3 *Viſitantes autem epiſcopi, quid à clericis ſuis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Bracharenſi ſecundo, c. 1. ſic ſtatutum legitur.*

¶ Quæ viſitantes epiſcopi à clericis ſuis exquirere debeant. C. XII.

Burc. l. 1. c. 85. Iuo p. 1. c. 75. & p. 5. c. 191.

PLacuit omnibus epiſcopis, vt per ſingulas eccleſias epiſcopi, & per diœceſes ambulātes primū diſcutiant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, vel Miſſarum, & qualiter quæque officia in eccleſia peragant. Et, ſi recte quidem inuenerint, Deo gratias agant; ſin autē mini-

CASVS. ꝭ. in cap. decreuimus. & c. relata. dictum eſt, ꝙ epiſcopi debent ſuas parochias viſitare. ſed nunc Gra. dicit, ꝙ ſi eſt valetudine impeditus, officiū viſitationis aliis iniūgat.

EPiſcopum.] CASVS. Statutū fuit in cōcilio Toletano, vt epiſcopi ſuas parochias viſitēt: quod ſi non poſſunt, presbyteros bonos vel diaconos mittant, qui omnia diligenter inquirant, ſcilicet baſilicarū reparationē, & vitam ſacerdotum.

d ¶ Annos.] cum neceſſaria cauſa ſubeſt, tunc ſingulis annis poteſt viſitare, vt hic, & ꝭ. e. q. 3. cauendū. immo tunc quãdocūque & quotieſcumq; opus eſt, poteſt eccleſias viſitare, vt extra de of. arch. mādamus. ſed ſi non eſt neceſſitas, de triennio in trienniū viſitabit, vt extra de of. archi. vt archidiaconus. vel hodie bis in anno, vt extra de cēſi. cum venerabilis. Sed qualiter 2 iſtud mandatur alijs, cū iſtud ſit officium archidiaconi, vt 25. diſt. perlectis? Sed loquitur de ea viſitatione, quam habet epiſcopus in re ſua, vel ſecundum conſuetudinem loci dicitur.

VISITANTES. Hęc eſt tertia pars q. in qua dicitur vt hic & in ſeq. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ꝭ. ꝙ epi debent eccleſias viſitare. Nunc autem dicit Gratia. quid epiſcopi debēt docere, & quid à presbyteris requirere cum ſuas parochias viſitant.

1 De hoc no. eo. tit. c. 1. & 12. q. 2. quatuor. Arc.

Viſitatio quoties fieri debet.

2 Iſta q̃ melius eſſet glo. per ſe ſignata ſup verbo presbyteros. & ita eam ponit, Ioa. de Fan.

DEcreuimus.] CASVS. Statuitur hic vt epiſcopi ſingulis annis ſuas eccleſias viſitent; & ſi qua baſilica fuerit deſtructa, præcipiatur ordinatori ſuo, vt eam debeat reparare. de omnibus autē reditibus epiſcopus tertiam tollat.

c ¶ Ordinatori.] id eſt, ſacerdoti. & hoc verū eſt ſi par-

PLacuit.] CASVS Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, ꝙ epi ſuas parochias viſitantes prima die debent à clericis exigere, qualiter baptiſma & Miſſam & cetera officia peragāt, & ſi bene inuenerint. Deo gratias agāt: alioquin ignaros inſtruāt. Ordinēt &c, vt catechumeni ante xx. dies baptiſmi ad purgationē

exor-

exorciſmi veniant,in quibus diſcant, Credo in Deum. In ſecunda die debent docere laicos,vt fugiant idololatriam,& omnia mortalia crimina;& quod ſibi nolunt fieri,aliis ne faciant,vt fidem rectam teneant.& hoc facto ad aliu m locum pergant.

cleſiæ oblationes auferant, & vt eccleſiæ à laicis nõ incaſtellentur,vel in ſeruitutem redigantur.

f ¶ Oblationes.]laici ergo poſſunt cogi ad oblationes. 16.q.1.ſtatuimus.ſicut ad decimas & primitias.16.q.1.reuertimini.

g ¶ Et

me;docere debent ignaros [a] ,& hoc modis omnibus præcipere,ſicut antiqui canones iubent,ut ante uiginti dies [b] baptiſmi,ad purgationem [c] exorciſmi cõcurrant catechumeni,in quibus uiginti diebus omnino† catechumeni ſymbolum,quod eſt [Credo in Deum patrem omnipotentẽ] ſpecialiter doceantur. Poſtquam ergo in his ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerint epiſcopi, alia die [d],conuocata plebe ipſius eccleſiæ, doceant illos, vt errores fugiant idolorum: vel diuerſa crimina,id eſt, homicidium,adulteriũ, periurium,falſum teſtimonium,& reliqua peccata mortifera;& quod nolunt ſibi fieri,alteri ne faciãt;& vt credãt reſurrectionem omnium hominum,& diem iudicij,in quo vnuſquiſque ſecundum opera ſua recepturus ſit. Et ſic poſtea epiſcopus de eccleſia illa proficiſcatur ad aliam.

De conſ.diſt. 4. ante viginti.

† al. omnes

a ¶ Ignaros.]ar.contra illos q. ſtatim ſuſpendunt ſimplices ſacerdotes,vt 38.diſt. ſedulo 1. & c. quando. Item ar. pro illo qui conſecutus eſt ꝑbendam dum finxit ſe ſciolum.i.ſimulatorem ſcientiæ.

¶ Ad idem 35.q.2.in galliarum. magis eñ monendo q̃ comminando,&c. 45.diſt. licet.1. & 2. & 44. diſt. comeſſationes.17.q.1. de viduis. Arch.

b ¶ Dies.]Paſchæ.

c ¶ Purgationẽ.]nõ tamẽ ſtatim purgant̃ vitia: ſed ſunt ſigna futuræ purgationis. ſ. d cõſe.diſt.4.ſicut.

d ¶ Alia die.]ſ. ea. q.3.contra.inter cetera. in fi. vbi dicit̃, q. tantum per unam diem morabit̃ in qualibet baſilica.ſed dic, q. vno die erit cum ſacerdote, altero cũ populo.

Item Hieronymus in epiſtola ad Damaſum Papam de oblationibus altaris. Tomo. 4.

¶ Oblationes eccleſiæ laicis vſurpare non licet. C. XIII.

4 Quia ſacerdotes pro omnibus orare debent [α],quorum eleemoſynas & oblationes accipiunt;qua frõte præſumunt laici oblationes,quas Chriſtiani pro peccatis ſuis offerunt, vel comedere [e], vel alijs concedere, cum ipſi non debeant ex [β] officio ſuo pro populo orare. Ob hoc Papa glorioſe mittere oportet illos præſumptores in excommunicationem perpetuam, vt & ceteri metum habeant,& amplius hæc in eccleſia ne fiant. Polyc.l.3.tit.9.

Quia.]Hæc eſt quarta pars q.in qua dicit̃, & ꝓbatur quòd laici nõ debẽt accipere oblationes de altaribus vel crucibus, quæ deferunt̃ ſacerdotibus ratione officij,cum laici pro ſe vix orare poſſint. Ioa. de Fant.

Casvs. Laici in ciuitate Romana auferebant oblationes de altaribus, & comedebant. quare Damaſus Papa quæſiuit à Hieronymo quid de his deberet fieri. Et reſpondet, q. debent excommunicari, vt ceteri metu terreantur: quia cum non orent ꝓ populo,oblationes populo comedere non debent.

e ¶ Comedere.] hic habes decimas appellari non ſolum ipſa iura, ſed etiam ipſos prouẽtus, & q. etiam prouentus non poſſunt concedi laicis. arg. contra extra de præla. vices ſuas. c. vlt. Sed dic vt dicitur 1.q.3.ſi quis obiecerit. q. ad tempus poteſt decima laicis concedi, non tamen in perpetuum.

α ¶ Debent.] *In vulgatis, & in epiſtola impreſſa legitur*, ſolent: *ſed in pleriſque manuſcriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo*, debent. *Sic etiam Lupus in regula Monachorum ex Hieronymi ſcriptis collecta, cap. de contẽplatione, oratione, & lectione*, ſacerdotes quoque pro omnibus orare debent, quorum eleemoſynas, oblationeſque recipiunt.

β ¶ Ex officio ſuo.] Hæc *abſunt à pleriſque codicibus Gratiani, & epiſtola ipſa, &* Polycarpo.

Item Calixtus Papa ſecundus γ.

γ ¶ Secundus.] *Additum hoc eſt ex pleriſque vetuſtis. Neque vero primus eſſe poteſt, cuius tempore nondum Pantheon vocabatur templum ſanctæ Mariæ rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud beatæ Mariæ, & omnibus ſanctis dicauit.*

¶ Minime auferantur à laicis oblationes altaribus, vel crucibus factæ. C. XIIII.

Sanctorum patrum canonibus conſona ſancientes,oblationes [f] de ſacratiſſimo & reuerendiſſimo altari beati Petri,& Saluatoris,& ſanctæ Mariæ rotundæ,aut alijs eccleſiarũ altaribus ſiue crucibus à laicis auferri penitus interdicimus,& ſub diſtrictione [g] anathematis prohibemus, Polyc.l.3.tit.9.

Sanctorum.] Casvs. Calixtus Papa duo in hoc c. ꝓhibet.ſ.ne laici de altari alicuius ec-

g ¶ Et ſub diſtrictione.]d hoc dic vt 63.diſt. Salonitanę.

a ¶ Inca-

a ¶ Incaſtellari.]vt inde fiant propugnacula. Additio. Hoc intellige, ſecũdum quod habetur extra de cuſt. Euch. c. 2. & ad hoc 12. q. 1. neceſſaria. & c. nulla. Archid.

Hanc conſuetudinem.] Casvs. Damaſus prohibet in

& comedant: ſed ſolum ſacerdotibus relinquant, qui quotidie pro nobis orant. & hoc probat exemplo veteris teſtamẽti, vbi ſolum ſacerdotibus permittebatur panes propoſitionis comedere. Si quis vero contra conſtitutum cccxviij. patrum Nicæni cõcilij venerit, anathematis vinculo ſit obligatus.

& eccleſias à laicis incaſtellari [a], aut in ſeruitutem redigi auctoritate Apoſtolica prohibemus.

Item Damaſus Papa.

¶ Eccleſiarum oblationes ſub laicorum dominio non detineantur. C. XV.

Polyc. ibid. † al. vigere

HAnc conſuetudinem, quæ contra ſanctam eccleſiam catholicam augeri † videtur, omnino interdicimus; vt nullo modo vmquam oblationes, quæ intra ſanctam eccleſiam offeruntur, ſub dominio laicorum detineantur: ſed tantummodo ſacerdotibus, qui quotidie Domino ſeruire videntur, liceat comedere, & bibere: quia in vetere teſtamento prohibuit Dominus panes ſanctos comedere [b] filijs Iſrael, niſi tantummodo Aaron [c], & filiis eius: qui panes longe erant ab iſtis panibus, qui nunc in ſancta eccleſia offeruntur; quia illi ſub vmbra legis erant; qui vero modo ſub gratia ſpiritus ſancti, toto mundo Euãgelio coruſcante lucidiores eſſe videntur. Qua fronte, aut qua conſciẽtia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs Deo preces offerre? quia prauum eſt, & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ ſuæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione cõceditur. Quia omnibus ſanctis patribus, noſtriſque prioribus placuit hanc ſanctionẽ fieri; & nos ſimiliter in eiſdẽ perſiſtere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, quod conſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si quis vero contra hanc regulã noſtrã, & contra regulam ſanctorum cccxviij. patrum, qui in Nicæno cõcilio hoc conſtituerunt, temerarius præſumptor fuerit, & de cetero oblationes de ſacris eccleſijs auferre molitus fuerit; ſub anathematis vinculo ſit colligatus, & condemnatus. Reſponderunt omnes, fiat fiat.

1. Reg. 21. — Panes propoſitionis.

Præmiſſis auctoritatibus, eccleſia cũ omnibus rebus ſuis ad epiſcopi ordinationem pertinere monſtrantur, & tam eccleſia, quàm oblationes & facultates earum à laicorum diſpoſitione probantur eſſe immunes.

QVAESTIO II.

SEd cum [d] in epiſcoporum poteſtate facultates eccleſiæ conſtitutæ eſſe dicãtur; poteſtas diſpenſandi intelligenda eſt, non diſtrahẽdi, vel dilapidandi.

Vnde in Agathenſi concilio, c. 7. legitur.

¶ Res eccleſię aliquo modo epiſcopis alienare non licet. C. I.

CAſellas, vel mancipiola eccleſiæ, epiſcopi (ſicut priſca canonũ præcepit auctoritas) vel vaſa miniſterij, quaſi

b ¶ Comedere.] arg. quod clerici concubinarij nõ debent comedere bona eccleſiæ. 32. diſ. præter hoc. Arg. contra 32. diſt. ſi qui vero. & 31. diſt. omnino.

c ¶ Aaron.] illi vero ſacerdotes ſẽper comedebãt panẽ durũ: quia quolibet ſabbato ponebant eis illi xij. panes, qui fuerũt dicti panes propoſitionis. Sed numquid de illo pane poterant paſcere familiã ſuã, vel etiam canes ſuos? nõ: ſed tãtum in neceſſitatibus poterãt, quia tunc et alijs licebat comedẽre eos. vnde Dauid & Abimelech excuſant. vt 25. q. 1. §. ſi ergo. & §. his ita reſpõdetur.

Præmissis. Casvs. Infert Gra. ex ſupradictis, quod eccleſiæ. & oblationes, & res eccleſiæ in epiſcopi poteſtate conſiſtunt.

SEd cũ in epiſcoporũ.] Hæc q. diuidit in 4. partes: in quarũ prima probat, quod res eccleſiæ non ſunt alienandæ niſi in caſibus, quos ponit. Secunda ibi, [Perpetua.] Tertia ibi, [Eps habeat.] Quarta ibi, [Si vero.] Ioan. de Fan.

Casvs. hic intitulatur 2. q. qua quæritur an epõ liceat auferre, diſtrahere, vel dilapidare res eccleſiæ. Et certe dilapidare nõ põt, nec etiã alienare, niſi in caſibus conceſſis à iure. & hoc probatur per ſeq. c.

d ¶ Sed cum.] quæritur an liceat epiſcopo vſurpare res eccleſiæ. Hæc q. non habet dubitationem: quia conſtat, quod non poteſt vſurpare.

CAſellas.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd omnia bona eccleſiarum mobilia & im-

in hoc c. ne Romani auferant oblationes de altaribus,

immobilia debent eſſe in poteſtate eporum. ita vt non liceat eis vendere directa venditione, vel indirecta: niſi imminente neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ, quæ primitus comprobata fiat venditio coram duobus vel tribus vicinis epiſcopis ſubſcribentibus venditioni cũ alijs clericis. Si vero aliter fiat, irrita erit venditio. In ſecunda parte dicitur, q̃ epiſcopus poteſt peregrinis, vel clericis concedere in vſum poſſeſſiones minus vtiles ſaluo iure eccleſiæ. Secũda pars ibi, [Minus vero vtiles.] Indirecta eſt quãdo ſolus vſusfructus alienatur. Et ſcias, q̃ hodie coram ꝓprio epiſcopo poteſt fieri alienatio.

d ¶ Immobilibus.] conſenſu tamen Imperatoris poſſunt alienari. ꝟ. ca. precariæ. in Auth. de alie. & emphy. §. ſanctiſſimas. coll. 9.

e ¶ Ab imperiali.] ecce caſus vnus in quo in nullo caſu poſſunt alienari res, item in alio caſu non poſſunt alienari.

Eccleſiæ res aliquando nullo modo poſſunt alienari.

commendata fideli præpoſito, integro eccleſiæ iure poſſideant: ideſt, vt neque vendere, neq. per quoſcumque contractus res, vnde pauperes[a] viuunt, alienare præſumant [α].

α ¶Præſumant.] *In aliquot melioribus Gratiani codicibus poſt hoc verbum ſequitur* §. quòd ſi neceſsitas. *vſq. in finem, (qui nũc habetur. infra, ead. ad finem Paleæ,* huiuſmodi.) *& ſic legit, qui caſum ſcripſit.*

Codicis lib. I. titulo de ſacroſanctis eccleſiis, lege; ſancimus nemini.] Imp. Iuſtinianus: [Excepta[b] videlicet cauſa captiuitatis.]

ti. 2. le. 17. ti. 2. le. iubem'. verſ. ſcientes.

Impp. Leo & Anthemius.

¶ De eodem. C. II.

a ¶ Pauperes.] quia quidquid habet eccleſia, pauperum eſt. 16. quæſt. 1. quoniam quidquid.

b ¶ Excepta.] 12. q. 2. ſacrorum.

EA enim, quæ ad beatiſsimæ eccleſiæ iura pertinent, vel poſt hac forte peruenerint, tamquam ipſam ſacroſanctam, & religioſam eccleſiam, intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri.

EA enim.] CASVS. Lex iſta loquitur tãtum de poſſeſſionibus eccleſiæ Cõſtantinopolitanę, cuius poſſeſſiones habitæ, vel habendæ debent intactę cuſtodiri ſicut propria eccleſia.

Conſtitutio noua.

Hoc ius[c] porrectum eſt ad omnem venerabilem locũ, omneque collegium, quod actio pia conſtituit, vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo ſeruetur in his rebus immobilibus[d], quæ ab imperiali[e] domo prædictis locis applicantur. In ceteris eatenus excipitur, ſi debitũ vrget. ¶Præterea, ſi habeat ſuperflua vaſa, cum debitrix ſit, nec aliũde ſoluere valet, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur; ea geſtis habitis corã eo, cuius eſt loci ordinatio, integra, vel alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel cõflata[f] cuilibet alij vendãtur. Qui aũt hæc acceperit cõtra† hanc obſeruationẽ; iiſdem pœnis ſubiaceat, quæ in rebus immobilibus proditæ ſunt: ſi autem debitũ ex mobilibus ſolui non valet; primo res immobiles ſpecialiter dentur pignori, quarum fructus creditor ſibi reputet tã in ſortem[g], quàm in vſuras, vſque ad quartam centeſimæ[h].

eo. ti. auth. hoc ius. Iulian' antec. conſt. 7. c. 1.

auth. præterea] eo. tit. Iulianus conſt. 120. §. ſi.

†*al. citra* Auth. hoc ius] ꝟ. citat.

HOC IVS. Caſus. ꝟ. in l. antiqua iubemus. cuius pars hic ponitur ſcilicet ea enim, dictum fuit q̃ poſſeſſiones Conſtantinopolitanæ eccleſię alienari nõ poſſunt. Sed Iuſtinianus hoc ius extendit ad omnẽ locũ venerabilem ſuper rebus immobilib' donatis ab Imperatore loco venerabili, quæ nullo modo poſſunt alienari. In alijs aũt rebus hæc forma ſeruetur, vt ſi debitum vrget, vendantur primo mobilia, ſcilicet granum & huiuſmodi 1, deinde vaſa non conſecrata, poſtea conſecrata vendantur locis venerabilibus, vel conflata cuilibet, geſtis omnibus habitis coram epiſcopo. aliter autem facta venditio irrita erit. Si vero de rebus mobilibus debitum ſolui nõ põt, obligetur res immobilis pignori creditori, qui reputet fructus tã in ſortes, quàm in vſuras vſq; ad quartam centeſimæ. quod ſi creditor nolit recipere, iurabit œconomus coram epiſcopo & maiori parte clericorum ibi ſeruientium conſentiente: q̃ debitum ex mobilibus ſolui non poteſt. poſtea per viginti dies prædium exponatur venale: etſi nullus emere velit, detur creditori in ſolutum re diſtricte æſtimata, addita in pretio decima parte totius æſtimationis, & hoc fiat cum conſenſu epiſcopi & maioris partis capituli. Iſtud autem prædium ſit mediocre, & creditor ſit talis, qui probare poſſit pecuniam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ, & aliter vẽditio facta nõ tenet, neque valet. Sed hodie ex toto hoc non ſeruatur de conſuetudine.

1 Adde q̃ ꝓhibitus alienare, poteſt res alienare quæ ſeruari non poſſũt. no. gl. 6. in c. 1. de cler. ægro. lib. 6. & in l. lex. q̃ tutores. in fin. C. de admi. tuto.

c ¶ Hoc ius.] qđ eſt C. de ſacroſan. eccl. iubemus. quod loquitur tantum de Conſtantinopolitana eccleſia.

nari ob aliquam cauſam ſcilicet, cum ſub ea conditione datæ eſſent eccleſiæ, vt non alienentur, in Auth. de alie. & emph. §. ſanctiſſimas. coll. 9. & extra de condi. appo. c. verũ. ſed hoc non eſt verum. nõ enim valet hoc pactum, cum ſit contra legem 2 Dei, vt 12. q. 2. aurum.

f ¶ Conflata.] quia ad profanos vſus non debent redigi. vt ꝟ. de conſec. diſt. 1. in ſancta. & 12. q. 2. aurum. tamen in neceſſitate poteſt obligari ad tabernam, & ſub eadẽ forma, vt extra de pig. c. 1. Dicunt tamen quidam, q̃ nec obligari poſſunt, cũ ſint res ſacræ. C. quæ res pign. obli. non poſ. l. 4. & dicunt ibi non eſſe nexum pignoris, ſed ſolum detentionem habet quouſq; reddatur ei ſua pecunia, ſicut aliàs pignus detineri poteſt pro ea pecunia pro qua non eſt obligatum, vt C. etiam ob chirographariam pec. l. vnica. Idẽ poteſt dici de libero homine, qui obligatur, vt no. 23. q. vlt. vt pridem.

f ¶ Conflata.] extra de pigno. nullus. ꝟ. 12. quæſt. 2. aurum.

g ¶In ſortem.] litteræ eſt præpoſteratio. prius enim cõputat in vſuram, quàm in ſortem, vt ff. de ſol. in his. §. vlt. niſi dicas, q̃ hoc aliter ſit in fauorem eccleſiæ.

h ¶ Centeſimæ.] vſura dicitur centeſima, quæ æquiparatur ſorti in anno.

a ¶ Abſque

a ¶ Abſque diſpendio.] ideſt, ꝙ eccleſia nil dat tabellioni, ſed ſolus emptor, ſicut eſt in contractu dementis & furioſi. C. de epiſco. aud. l. penul.

b ¶ Seruientium.] Arg. contra. 63. diſt. quanto.

c ¶ Vt plus.] quid ſi offerat plus quàm valet? tunc tantum

ne ſi nimia ſubtilitate circa res eccleſiarum laboren. ut illa ſubtilitas eis in perniciem vertatur, vt C. ad Treb. l. penul. in prin. C. de verb. ſigni. l. 3. in fi. eſt tamen argu. contra. ff. de in rem verſo, ꝙ ſi ſeruus. §. penul.

h ¶ Proceſſiſſe.] ſi. extra depoſiti, grauis.

Item Innocentius Papa ad Victricium Rhothomagenſem, epiſt. 2. c. 3. Capi. l. 6. c. 287.

¶ Inter clericos & laicos cauſæ exortæ ab epiſcopis audiantur. C. XXVI.

SI quæ cauſæ [c], vel contentiones inter clericos, vel [α] inter laicos & clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exortæ; placuit, vt ſecundũ ſynodum Nicænam congregatis [omnibus † eiuſdem prouinciæ epiſcopis iudicium [β] terminetur. Anſ. l. 3. c. 59. C. 5. conc. Ni.

† abeſt à nõnullis conciliorum editionibus

α ¶ Vel inter.] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autem quattuor tomorum abſunt hæc*, vel inter laicos & clericos. *In Gratiani codicibus legebatur*, contentiones inter clericos & laicos.

β ¶ Iudicium.] *In aliquot editionibus ipſius epiſtolæ, apud Anſelmum, in capitularibus, & in epiſtola Nicolai epiſcopis Galliæ in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur*, iurgium.

Cum ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante ciuilem iudicem denegentur producendi, cum (niſi prius depoſiti, vel nudati fuerint) curiæ non ſint repræſentandi; patet, quòd ad ſæcularia iudicia clerici non ſunt pertrahendi.

4 *His ita reſpõdetur. Clerici [d] ex officio, epiſcopo ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſſionibus prædiorũ, Imperatori ſunt obnoxij. Ab epiſcopo vnctionem, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore vero prædiorum poſſeſſiones naciſcuntur. Vnde Auguſtinus ait ſuper Ioannem: [Quo iure* diſt. 8. quo iure.

Eccleſię prædia de quibus tributũ nõ ſoluiť, an poſſint ab Imperatore vẽdicari.

a ¶ Si tributum.] ¶ Agri.]] .23.q.vlt.l.ſecundum. contra. Sed ibi loquitur de his prædijs, in quibus ſũdata eſt eccleſia vel officinæ eius, quæ debẽt eſſe liberæ, vt extra de cenſi. ſancitum.

b ¶ Poteſtatem.] de facto, non de iure: nam ſi ſine au-ctoritate

villas defendis? diuino, an humano?] require in principio: vbi differentia ſignatur inter ius naturale, & ius conſtitutionis. Quia ergo, ut prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt; patet, quòd clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxij.

l.5.epiſtolarum poſt epiſt.32.

Item Ambroſius contra Auxentium in oratione de tradendis baſilicis.

¶ Imperatori tributum eccleſia denegare non debet. C. XXVII.

SI tributum petit Imperator, non negamus; agri [a] eccleſiæ ſoluunt † tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem [b] habet vendicãdorum. *Ac paucis interiectis.* ¶ Tollant eos, ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego [c].

† al. ſoluant

Idem in commentarijs ad c.5. Lucæ, lib.4.c.penultimo.

¶ Poteſtatibus tributa non ſunt deneganda. C. XXVIII.

MAgnum quidem eſt, & ſpiritale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docẽtur debere eſſe ſubiecti [d]: ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si enim cenſum Dei filius ſoluit [e], quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum?

Matt.17.

Item Apoſtolus: [Omnis anima [f] ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.] item Petrus apoſtolus generaliter omnibus fidelibus ſcribit: [Eſtote ſubditi dominis veſtris, ſiue regi [g], quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tãquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.]

Rom.13.

1. Pet.2.

Item ex epiſtola prima Clementis [h] ad Iacobum fratrem Domini.

¶ De ſæcularibus negotijs epiſcopus cognoſcere non debet. C. XXIX.

Inducit Petrus loquẽs Clemẽti

TE quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias: ne fideiuſſor [i] exiſtas: ne aduoca-

exemplo Chriſti, & duabus auctoritatibus, vna ſcilicet Apoſtoli, & alia Petri.

d ¶ Subiecti.] tributum eſt probatio ſubiectionis. extra de cenſi.c.2. Sed ar. contra extra de priuil. recepimus. verum eſt, quod eſt ſignum ſubiectionis, licet non plena probatio.

e ¶ Soluit.] non ex debito, ſed ne ſcandalizaret alios, vt 23.q. 1. iam nunc.

f ¶ Omnis anima.] ſubdita peccato. Chriſtus enim nemini fuit ſubiectus. 23.q.5. in prin.

Chriſtus nemini fuit ſubiectus.

g ¶ Siue regi.] hæc verba interpretatur Innocen. extra de maio. & obed. ſolitæ.

h ¶ Epiſtola prima Clementis.] id eſt, miſſa Clementi à Petro: ſicut dicitur inſtrumentum meũ, quod mei cauſa factum eſt. ff. de eden. prætor. §. 1. & dicitur etiam epiſtola illius cui eſt miſſa: tamen cum diſt. ff. de fur. eum qui. §. vlt.

1 Quod ſic debeat exponi, patet ex ſequen. c. vbi Petrus loquiť Clementi & eſt de eadem epiſtola, ſecũdum H.

TE quidem.] CASVS. Caſum hũc ſic intelligit Hugo: Petrus miſit epiſtolã ad Clementem, in qua docet eum, vt irreprehenſibiliter viuat, & vt ſæcularia negotia vitet, non fideiuſſor, non litium aduocatus, non iudex ſæcularium negotiorum fiat; ſed tantum inſiſtat verbo Dei: laici vero ſæcularia negotia tractent, vnde H. ſic exponit illud verbum, [Ex epiſtola Clementis.] id eſt, miſſa ad Clemẽtem. Alij dicunt, quod miſſa fuit ad aliquem epiſcopũ: vnde Beneuent. ſic ponit hunc caſum. Clemens Papa miſit ad Iacobum Hieroſolymitanũ archiepiſcopum quamdam epiſtolam, cuius pars eſt hoc c. in qua Clemens oſtendit qualiter Petrus ſibi Clementi loquebatur, ſ. vt irreprehenſibiliter viueret: & ſæcularia negotia vitaret, nõ fideiuſſor, non aduocatus, non iudex ſæculariũ negotiorũ eſſet: ſed tñ inſiſteret verbo Dei: laici vero ſæcularia negotia expedirent.

ctoritate principis vel alterius quis detineat res eccleſiæ, ſacrilegus eſt, niſi reſtituat. 12.q.2. quiſquis. 16. q. 1. in canonibus. Videtur tamen, quòd ſi agri eccleſiæ non ſoluant tributum, quod poſſit imperator vendicare agros illos, vt hic, & C. de epiſco. & cle. de his. nam omnia bona illorum, qui tenentur alicui ſoluere tributum, ſunt illi iure pignoris obligata. C. in quib. cau. pig. ta. contra. l. 1. 1 Sed iſtud non eſt verum: quia tantum intelligitur de proprijs prædijs patrimonialibus aliquorum, vel clericorum, vel laicorum. Licet enim prædia eccleſiæ ceſſent à tributo, non ideo poſſunt vendicari, vt 16. q.1. §. nouarum.

Et videas quod dicã in prædic. 16. q. 1. licet. Arc.

c ¶ Non nego.] corporaliter me opponendo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo: pro altaribus libenter immolabor. 23.q.vlt. conuenior.

MAgnum.] CASVS. Ambro. in hoc c. oſtendit, quod tributum eſt ſoluendum ſublimioribus poteſtatibus

i ¶ Ne fideiuſſor.] clericus regulariter non debet fideiubere, vt hic, & extra de fideiuſ. clericus. niſi neceſſitas ſit. tunc enim ex pietate tenetur ſubuenire alij, vt 86. diſt. non ſatis. Item clerici poſſunt fideiubere pro eccleſijs ſuis, vt in auth. de ſanc. epiſc. §. alium autem. coll. 9. Item inter ſe mutuo fideiubent cũ conueniuntur, vt C. de epiſ. & cle. l. oẽs. §. in hanc. Itẽ nec adſtrictus curiæ põt fideiubere. C. loca. curialis. & ſi clericus fideiuberet, põt dici, quod non tenet fideiuſſio, niſi tali priuilegio ſuo renunciet: nã fideiuſſor pro nõ dato habeť, niſi priuilegio ſuo renũtiet: vt ff. ſi qs i ius voc. nõ ierit. l. 3. Vel dic,

Clericus an poſſit fideiubere.

Digitized by Google

ꝙ licet nō debeat fideiubere, ſi tñ fideiuſſerit, tenet obligatio, vt extra de fideiuſ. c. peruenit. & c. conſtitutus.

a ¶ Ne aduocatus.] quod prohibetur ſacerdotib. vt ſ. 14. q. 5. denique. & 15. q. 2. c. 1.

b ¶ Iudicem.] contra ſ. 23. q. vlt. c. ſæpe. & c. his à quibus. ſed dic, ꝙ poſſũt tractare de illis tēporalibus, quę ſpectant ad eccleſiam.

Sicut enim.] Casvs. Docet Petrus ꝙ ſicut impiũ eſt ſi Clemens neglecta ꝑdicatione ſuſcipiat curas ſæculares: ita peccatum eſt ſi in ſæcularibus laici vicisſim ſibi non ſubueniant: quod ſi per ſe nō intelligãt, per diaconos edoceantur.

c ¶ Vſum.] arg. quòd peccat, qui non recipit arbitrium †, & qui non componit inter partes. 90. diſt. præcipimus.

† Forte non eſt verũ in ſeruo, qui non põt eſſe arbiter. vt 3. q. 7. ſi qs vero. & idem forte in monacho, cũ ſeruus dicaſ, vt no. 12. q. 1. nō dicatis. in gl. nũquid pauper, &c.

d ¶ Ex his.] ideſt, ab his.

e ¶ Inſtare.] ideſt, intereſſe. ſ. 90. diſtinct. præcipimus.

f ¶ Per diaconos.] arg. ꝙ diaconi debent laicis exponere, & inſtruere modum viuẽdi. 25. diſt. audire.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ clericus in ciuili cauſa coram ſæculari iudice eſt conueniendus; quia ſicut iudex eccleſiaſticus legũ eccleſiaſticarũ eſt executor, & eas ſolus facit, condit & interpretatur; ſic iudex ciuilis leges ciuiles exequitur, & eas ſolus facit & interpretatur. In criminali vero cauſa clericus apud eccleſiaſticum iudicem eſt tantum conueniendus, niſi dẽ cõſenſu epiſcopi ſui ad ſæcularẽ iudicem pertrahatur cum incorrigibilis reperiťs: & hoc allegãdo dicit Gratianus, niſi forte hoc vltimum, ad qđ inducit ſequens capitulum.

tus [a] litium fias: neve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis negotij occaſionem perplexus. Neque enim iudicem [b], aut cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus: ne præfocatus præſentibus hominum curis non poſsis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera, quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem vacantes *a* laici: & te nemo occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur.

a ¶ Vacantes laici.] *In epiſtola Clementis legitur*, dicentes, id eſt, laici: *ſed Gratianus etiam infra poſt paleam*, clericus nullum. *eodem modo legit atque hic.*

Item ibidem continenter.

¶ In his, quæ ad communis vitæ vſum pertinent, laici ſibi inuicem operam dent. C. XXX.

SIcut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudijs, ſolicitudines ſuſcipere ſæculares; ita & vnicuiq. laicorum peccatum eſt; niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad communis vitæ vſum [c] pertinent operam fideliter dederint. Te vero ſecurum facere ex his [d], quibus non debes inſtare † [e], omnes communiter elaborent. Quòd ſi forte à ſemetipſis hoc laici non intelligunt; per diaconos [f] edocendi ſunt, vt tibi ſolius eccleſiæ ſolicitudines derelinquant. † *vacare*] ori.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd in ciuili cauſa clericus ante ciuilem iudicem conueniendus eſt. Sicut enim eccleſiaſticarum legum eccleſiaſticus iudex eſt adminiſtrator; ita & ciuilium nō niſi ciuilis debet eſſe executor. Sicut enim ille ſolus [g] *habet ius interpretandi canones, qui habet poteſtatem condendi eos; ita ille ſolus ciuilium legum debet eſſe interpres, qui eis ius, & auctoritatem impertit. In criminali vero cauſa non niſi ante epiſcopum eſt clericus examinandus. Et hoc eſt illud, quod legibus & canonibus ſupra definitum eſt: vt in criminali videlicet cauſa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur, niſi forte cum conſenſu epiſcopi ſui: veluti quando incorrigibiles inueniuntur; tunc detracto eis officio, curiæ tradendi ſunt.*

Vnde Fabianus Papa ait epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.

¶ Qui epiſcopo inſidiatur, ſemotus à clero curiæ tradatur. C. XXXI.

STatuimus, vt ſi quis clericorum ſuis epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut Anſ. l. 7. c. 159. Poly. l. 4. tit. 31.

g ¶ Sicut enim ille ſolus.] nam vnde ius prodijt, ab eo interpretatio requiritur, vt extra de ſent. excom. inter. quandoque legatus Papæ interpretatur reſcriptum Papæ. extra de poſtu. prælato. ad hæc. vltra medium. & extra de ſequeſtra. ad hoc. iudex etiam interpretatur legem. vt ff. de legi. nam vt ait. ſed non poteſt interpretari ſententiam ſuam, niſi ſit præſes prouinciæ. ff. de app. ab executore. ſimiliter conſuetudo interpretatur legem, vt extra de verb. ſig. abbate. Interpretatio quædã eſt probabilis, & nõ neceſſaria, vt magiſtri, vt C. de profeſ. qui in vrbe Cõſtantinop. l. vnica. Quædam eſt neceſſaria, ſed non generalis, vt iudicis, vt ff. de legi. nam vt ait. Quædã eſt probabilis, neceſſaria & generalis; ſed non eſt in ſcriptis redigenda, vt conſuetudinis, vt ff. de leg. ſi de interpretatione. & extra de verbo. ſig. abbate. Quædam probabilis, neceſſaria & in ſcriptis redigenda, vt principis, vt C. de legi. l. 1. & l. vlt.

Interpretatio eſt triplex.

STatuimus.] Casvs. Quæſitum eſt à Fabiano quam

quam pœnam debet pati clericus, ſi infeſtus fuerit epiſcopo ſuo, vel inſidiator? Et reſpondet, q ante examinantem iudicem debet deponi, & cunctis diebus vitæ ſuæ curiæ tradi ſeruiturus, & infamis permaneat abſque vlla ſpe reſtitutionis. Vel ante examinatum iudicium, id- gnoſcere debet. In ſecunda parte dat veram ſolutionẽ dicens, q ea quæ dicta ſunt pro actore, quamuis videantur veriſimilia, tamen pondere carent, cum ſecundum canones & leges ſæculares clericus nec in ciuili nec in criminali cauſa ad ſæcularem iudicẽ ſit pertrahendus.

conſpirator fuerit; mox ante [a] examinatum iudicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur; cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis abſq. vlla reſtitutionis ſpe permaneat.

Quia ergo iſte non in criminali, ſed in ciuili cauſa clericum ante ciuilem iudicem produxit; non eſt iudicandus tranſgreſſor canonum, nec eſt dicendus pertraxiſſe reum ad iudicem non ſuum; quia de ciuili cauſa non niſi iudex ciuilis cognoſcere debet.

3 *Econtra ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, veriſimilia quidem videntur; ſed pondere † carent. Sacris enim canonibus, & forenſibus legibus, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa clericus ad ciuilem iudicem pertrahendus negatur.*

† al. pondere veritatis

Vnde in epiſtola prima Clementis ad Iacobum legitur.

¶ Fratres apud presbyteros iudicentur. C. XXXII.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. c. 345. Anſ. l. 6. c. 158.

iij SI qui ex fratribus [b] negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicentur: ſed apud presbyteros eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirimatur.

Item Silueſter Papa in epilogo concilij Romani.

Et in concilio ipſo, c. 16.

¶ Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam. C. XXXIII.

Pann. l. 4. c. 30.

iiij NVllus clericus, vel diaconus, vel presbyter propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante iudicem ciuilem *a* cauſam dicere præſumat.

a ¶ Ciuilem.] *In epilogo ſynodi Romanæ ſub Silueſtro, vnde hoc videtur ſumptum, legitur,* cinctum: *cingulo enim milites, ac magiſtratus ab Imperatore donabantur.*

Item Leo Papa ad Ruſticum, epiſt. 90. al. 92. c. 9.

¶ Eccleſiaſticum, non forenſe iudicium pœnitens expetat. C. XXXIIII.

‡. de pæn. diſt. 1. c. aliud.

ALiud quidem eſt, debita iuſte repoſcere; aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorũ veniam poſtulantem [c] oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo: [Omnia mihi licent [d], ſed non omnia expediũt.] Vnde ſi quis pœnitens [e] habet cauſam, quam negligere forte non debeat, melius expetit eccleſiaſticum [f], quàm forenſe iudicium.

1. Corin. 6.

quod probat per omnia ſequẽtia cap. vſq; ad §. [Ex his omnib⁹.] Secunda pars incipit ibi, [Eccleſia.] Sequentia duo cap. patent.

ECONTRA. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua probat, q in omni cã, ſiue ciuili ſiue criminali per proprium epm clericus iudicetur. & hoc probat per 14. ca. in quibus punit etiam contemptores. Io. de Fan.

b SI quis ex fratribus.] Fratres hic vocat clericos, vel etiã omnes Chriſtianos 1, & loquit̃ ſm antiqua tpa, vt ĩ. ca. relatum.

1 Infra ea. q. 3. ad menſam.

A Liud quidem.] CASVS. Quidã laicus ſolenniter pœnitens cãm habebat cum alio laico. Quæſitum eſt à Leone Papa verum petere debet iudicem eccleſiaſticum, vel ſæcularẽ. Et rñdet, qui vult de illicitis veniam poſtulare, vt ſit perfectus, debet à multis illicitis abſtinere: verumtamen ſi cãm nõ vult negligere, melius recurret ad eccleſiaſticum iudicem, quàm forenſem. Intellige ſi reus conſentit, vel intellige cũ pœnitẽs ſolenniter cõueniebat.

c ¶ Poſtulantem.] pœnitentes eñi ſub regula eccleſiaſtica viuere debent, vt hic, & ‡. ea. de perſona & ‡. d pæ. diſt. 5. õriũ. & c. falſas.

d ¶ Omnia mihi licent.] tunc non expedit id, quod licitum eſt, quando vſus ipſi⁹ alijs infert impedimentum, vt 28. q. 1. ſic enim. Licet quod fidelis diſcedat ab infideli, ſed non expedit, vt ibi dicitur. Vel aliter, mihi licet mea repetere, ſed non expedit ad vitam conſequendam, quia ſcandalizantur illi à quibus repetuntur 3. vel ſic: Omnes cibi liciti ſunt, ſed non expediunt propter infirmos fratres, qui tunc quoſdam cibos reprobabãt: vel ſic, licitũ eſt prædicatori ſumere ſumptus ab illis quibus prædicat: ſed non expedit pp Corinthios, qui auari erant.

Omnia licent ſed nõ expediunt.

3 At ad hoc 14. q. 1. §. 1.

cium, ideſt, ante quam cauſa examinetur. & hoc quando notorium erat.

a ¶ Mox ante.] non intelligas, q hæc dictio, ante, ibi notet aliquod tempus: ſed eſt ſenſus, ante, ideſt, ante examinantem iudicem, ſiue coram examinante 1. Vel loquitur cum eſt notorium crimen. ſic C. de defen. ciui. defenſores.

QVIA ERGO. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. ſophiſtice oſtendens, q ille clericus, de quo facta eſt mẽtio in themate, non eſt tranſgreſſor canonum, ſi & alium clericum non in criminali, ſed in ciuili ad iudicem trahat ſæcularem. nam tantum ciuilis iudex de ciuili cauſa co-

e ¶ Pœnitens.] ſcilicet ſolenniter, & loquitur de actore pœnitente, & cum eſt de voluntate rei, vel loquitur cũ ipſe pœnitens conuenitur.

f ¶ Eccleſiaſticum.] ſupple vel reus: quia de actore minus videbatur.

Digitized by

a ¶ Quamlibet.] ſ. in c. nullus epiſcopus.

QVicumque.] CASVS. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod quicumque litem habet ſiue actor, ſiue reus poteſt appellare à iudice ſæculari ad epiſcopum ante litem conteſtatam vel ſententiã, etiam aduerſario refragante, cui debent Apoſtoli dari cum geſtis cauſæ. In ſecunda parte dicitur, quod cauſæ terminatæ per epiſcopos retractari non debent. In tertia parte dicitur, quod vbi vnus ſolus epiſcopus fert teſtimoniũ, alius contra ipſum non audiatur: ſed habeatur firmum & incorruptũ quod per os epiſcopale profertur. Secunda pars eſt ibi, [Omnes.] Tertia ibi, [Teſtimonium] Et not. quod hæc lex eſt tota abrogata, nec habet locũ hodie.

b ¶ Quicumque.] ſ. in hac lege quinque notantur. Primum, quod à iudice ſæculari appellatur ad epiſcopũ. Secundum quod ante ſententiam appellatur. Tertium, quod ab epiſcoporum ſententia non appellatur. Quartum quod vnius epiſcopi teſtimonio fides adhibetur. Quintum, quod alij non audiuntur poſt teſtimonium epiſcopi. Prima pars tollitur per id extra de appel. ſi duobus. Secunda per id. 2. q. 6. non ita. Tertia per id. 2. q. 6. omnis oppreſſus. Quarta per id 6. q. 2. ſi tantum. & cap. placuit. Quinta per id quod teſtimonium ſolius epiſcopi non valet. 4. q. 3. §. iuſiurandi. Et licet hæc lex ſit abrogata, tamen Inno. arg. ex ea extra de iud. nouit. non vt cõfirmet eam, ſed vt oſtendat quantam affectionem Imperatores habuerunt erga ſacerdotium.

c ¶ Decurſis.] id eſt, poſt litem conteſtatam 1.

d ¶ Cum ſermone.] id eſt allegationibus.

Non ait propter criminalem tantum, ſed generaliter propter quamlibet [a] *cauſam tam ciuilem, quàm criminalem intelligens.*

Vnde Theodoſius Imperator †.

¶ Cuicumque licet ſacroſanctæ ſedis antiſtitis iudicium eligere. C. XXXV.

QVicumque [b] litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, vel in † initio litis, vel decurſis [c] temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia, iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis † antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etiã ſi alia pars refragatur, ad epiſcoporum † iudicium cum [d] ſermone litigantium dirigatur a.

a ¶ Dirigatur.] *In cod. Theodoſiano, lib. 16. tit de epiſcopali iudicio, l. prima, quæ repetitur lib 6. capitul. c. 281. & in concilio tertio Valentino ſub Lothario, & apud Iuonem, & Anſelmum ſequuntur hæc,* Multa enim quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis uincula nõ patiũtur, inueſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas, *ac ſtatim adnectitur cap. ſequens,* omnes itaque cauſæ.

† Cod. Theodoſ. l. 16. de epiſcopali iudicio, le. 1. §. quicumque extr. de iudic. c. nouit. Capitul. l 6. c. 281. Anſ. l. 3. c. 108. Iuo p. 16. c. 312.

† al. iure ſuo

† *al. legis*

† *al. epiſcopũ cum*

Item ibidem.

C. XXXVI.

OMnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, epiſcoporum ſententijs terminatæ, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur: nec vlterius liceat retractare negotium, quod epiſcoporum ſententia deciderit. ¶ Teſtimonium etiam, ab vno licet epiſcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum teſtimonium † epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes.

Capitul. ibidẽ Anſ. ibidem. Iuo ibidem Pann. l. 5. c. 23.

† *al. teſtimonio*

Hæc ſi quis antiquata cõtendat, quia in Iuſtiniani codice non inueniuntur ita inſerta; per Carolũ renouata [illegible]*no ſcat, qui in ſuis capitularibus* [e] *l. 6. c. 281. ait inter c*[illegible]*a.*

C. XXXVII.

VOlumus, atq. præcipimus, vt omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubiecti, tam Romani, quàm Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Friſones, Galli, Brittones, Longobardi, Guaſcones, Beneuentani, Ghoti, Hiſpani, ceterique nobis ſubiecti omnes quocumque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario [f] more connexi, hanc ſententiam, quam ex

Anſ. ibidem.

1 Sub. ante cõcluſionem ſecundum In. vel ante diffinitiuam, ſẽtentiã quãdocumque ſecundum Hug.

OMnes itaque.] HÆC SI QVIS. CASVS. Ne forte aliquis opponeret Grat. dicens ſupradicta eſſe antiquata, ideo Grat. reſpondet dicens quod Carolus ea per legem ſequentem confirmauit, in qua præcepit Romanis & Francis, & omnibus hominibus ſui imperij vt legem illã tenerent, quã ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus tranſmiſit, extractam de 17. Theodoſij Imperatoris libro, hanc inq̃ ſniam. [Quicũque litẽ habens, &c.] Et nota quod talis cõfirmatio nulla eſt, cũ per legẽ iſtã Longobardam, quæ eſt inualida, aliã confirmet inualidã: vnũ enim inualidũ aliud inualidum confirmare non pôt. & non loquitur de Longobarda, quæ nũc eſt, quia in ea hoc nõ cõuenitur, ſed in ea, quæ ẽ in Gallia.

e ¶ Capitularibus.] id eſt, in Longobarda, non tamen inuenitur quæ in ea nunc eſt, ſed in Gallia.

f VOlumus.] ¶ Vel cõſuetudinario.] extra de eo qui mis. in poſ. c. 1.

De perſo-

DE perſona.] CASVS. Quidam presbyter Hiſpanus accuſatus fuit coram iudice ſæculari,& conuictus ab aduerſario, expulſus eſt ab eccleſia,& in exilium miſſus. quod cum ſignificatum eſſet Greg. delegauit hanc cauſam Io. defenſori eunti in Hiſpaniam, docens, q; non debuit accuſari niſi coram epo ſuo. Et ad hoc probandum inducit legem Iuſtiniani, in qua cauetur, q; quæcumq; ſit perſona eccleſiaſtica, non niſi ſub proprio epo debet côueniri: cuius ſniæ ſi altera partiũ non acquieſcat, iudex ſæcularis eam debet executioni mandare. & ſiquis obijciat q; lex hæc loquitur de clerico,& non de presbytero, ſciat q; nomine clericorũ preſbyteri & diaconi continentur, ſicut ſuperius in eadem conſtitutione legitur, cuius verba infra ponuntur.

a ¶ De perſona.] de hac habes 2 q. 1. in primis.

b ¶ Non ab alio.] id eſt, non à contrario. quandoque enim ab inferiori poteſt iudicari 1. H. ſñ huic litteræ adhæſit, qui dixit ſolum epum eſſe ordinarium iudicẽ clerici: & per hoc quod dicit, doceat prius, &c. Sed tu dicas q; prælati eccleſiæ collegiatæ habent iuriſdictionẽ, vt 16. q. 2. c. 1. extra de immu. eccle. non minus. extra de iud. c. 2. C. de iuriſdic. om. iud. l. vlt. extra de of. ord. cum ab eccleſiarum. ſed qd hic dr, prius doceat, &c. dicas priuſquam ſæculare. Hu. tamen dixit ſolum epiſcopum habere poteſtatem excommunicandi, vt 16. q. 2. viſis. in fi. vbi dr q; excommunicatio ſit mucro epiſcopalis, & q; ſolus epiſcopus debeat de cauſis matrimonialibus cognoſcere. 35. q. 6. multorum. & melius dicit noua conſtitutio. extra de exceſ. præla. accedentibus. conſuetudo ẽñ in talibus dat iuriſdictionem, vt 9. q. 3. conqueſtus. C. de eman. lib. l. 1.

ſextodecimo Theodoſij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo, ad interrogata Ablauij Ducis illi, & omnibus reſcriptã a ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam. conſultu omnium fidelium noſtrorum tã clericorum, quàm & laicorũ poſuimus, lege † cuncti perpetua teneant, id eſt, Quicumque litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, & c. [vt ſupra.]

† *lege cunctis perpetuo tenendam*] ori. I. e. c. qcumq;.

a ¶ Reſcriptam ſumpſimus.] *Sic eſt emendatum ex capitulari. Antea legebatur*, per ſcripturam miſimus.

Item Gregorius lib. 11. epiſt. 54. Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam monendo dicit.

¶ Presbyter apud epiſcopum tantum iudicari debet.

C. XXXVIII.

Anſ. l. 3. c. 95.

DE perſona a presbyteri hoc attendendum eſt; quia, ſi quam cauſam habuit, non ab alio b teneri, ſed epiſcopus ipſius adiri debuit, ſicut nouella conſtitutio manifeſtat, quæ loquitur de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, ac reueredisſimis epiſcopis, clericis, & monachis [Imp. Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo præfecto a prætorio. Si quis contra aliquem clericũ, aut monachum c aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aſcetriam d habeat aliquã actionem; doceat † e prius ſanctiſſimum epiſcopũ, cui horũ vnuſquiſq. ſubiacet *: ille vero cauſam inter eos diiudicet. Et ſi quidẽ vtraq. pars his, quæ iudicata ſunt non acquieuerit β, iubemus per loci iudicem f hæc † executioni perfecte mandari, &c.] Ne vero g obijciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero, ſciendum eſt; quia ſuperius in eadem conſtitutione lib. † cod. 1. legitur appellatione clericorum, etiam presbyteros, & diaconos contineri. Verba autem legis iſta ſunt: [Presbyteros autem, & diaconos, & ſubdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus; & reliqua.]

Nouella 123. §. ſi quis contra. Apud Iulian. cap. 32.

† *adeat*] ori.

† *al. hoc*

In eadem Nouella § preſbyteros. apud Iulianum. c. 30.

† *al. l. 1. c.* id eſt, c. 51. nouellæ. Auth. de ſanctiſſimis epiſcopis, Presbyteros.

β ¶ Præfecto prætorio.] *Græce eſt*, μαγίστρῳ θείων ἡμῶν ὀφφικίων, *id eſt*, magiſtro diuinorum noſtrorum officiorum.

γ ¶ Non acquieuerit.] *In Authentica de ſanctiſſ. epiſcopis, & apud Iulianum abeſt negatio.*

Idẽ Gregorius lib. 9. epiſt. 32. Romano defenſori Siciliæ.

¶ Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat. C. XXXIX.

PErienit ad nos, quòd ſi quis contra clericos quoſlibet

c ¶ Aut monachũ.] conuentum nomine monaſterij ratione alicuius ſucceſſionis, quæ obuenit monaſterio per eum. aliàs non competit actio ꝯ monachum, cum nihil habeat. vel intellige q; fideiuſſit de mandato eccleſiæ ſuæ, vel etiam ſine mandato: ſed pecunia eſt conuerſa in vulitatem eccleſiæ, vt noua conſtitutio dicit, q; quibuſdam. extra de fideiuſ. Si autem monachus ꝯ aliquem deliquit, ipſe monachus conueniendus eſt, non eccleſia 1, vt 18. q. 2. hoc tantum. ſicut ſeruus conuenitur, qui deliquit, non eius dominus. C. de noxa. l. penul. & vlt. in fi. Primo autẽ loco caſtigatio monachi ſpectat ad abbatẽ, vt 24. q. 3. corripiant. & extra d of. ord. quãto. extra d ap. reprehẽſibilis. vbi autem procedendũ eſt ſm ordinẽ iuris, tunc ſolus eps eſt iudex ſm H. vt hic dr. Alij dicunt q; abbas habet ordinariã iuriſdictionẽ ſuper monachos ſuos, & excõicare eos poteſt, vt extra de maio. & obed. cum in eccleſijs.

1 Idẽ ſenſit In. extra de priuile. cum olim pp. in gl. & male. & in tali caſu monachus etiam conſtituit procuratorem vt ipſe not. extra de reſcrip. cum dilecta. in princip.

d ¶ Aut aſcetriam.] id eſt, incluſam, quæ ſemper aſſidue moratur ibi.

e ¶ Doceat.] id eſt, adeat.

f ¶ Iudicem hæc.] ſi ipſemet non poteſt. & eſt ſimile C. de epiſ. audi. epiſcopale.

g ¶ Ne vero.] Hæc ſunt originaliter verba Gregorij.

PErucuit.] CASVS. In Sicilia erat quidam defenſor Papæ nomine Romanus, qui deſpectis epis compellebat

pellebat clericos in ſuo iudicio laicis reſpondere. quod cum Grego. audiuit, præcepit ei ne decetero hoc faceret, ſed ſub proprio epiſcopo conueniantur, vt vel ipſe cognoſcat, vel det iudices delegatos, vel per executorem ipſius partes arbitros eligere compellantur, ſi alicui partium epiſcopus fuerit ſuſpectus. Si vero laicus vel clericus cõtra epiſcopum cauſã habuerit: tunc ſe interponere debet ille Romanus, vt vel ipſe cognoſcat, vel eo admonente iudices eligantur. & ſi aliter fiat, ordo eccleſiaſticus confunditur.

a ¶ Aut ſi forte.] extra de fo. cõp. ſi qs ꝟ.

b ¶ Executio.] id eſt, executor ad hoc deputatus, ſcilicet archidiaconus, vt 25. diſt. perlectis & extra de fo. comp. nullus. Cũ autem iudex accuſatur, in optione actoris erat an vellet q̃ recuſatus delegaret cauſam alijs, vel q̃ partes cogerentur ad eligendos iudices, vt extra de foro compe. licet. & c. ſi quis. Hodie autem ſi iudex recuſatus fuerit, & probata fuerit cauſa recuſationis, ad arbitriũ recuſatoris ipſe q̃ recuſatus fuerit, dabit iudices, vel tranſmittet negotium ad ſuperiorem, vt in conſtit. cũ ſpeciali. extra de appel. Sed quæro an iudices delegati ab epiſcopo poſſint partes punire, ſi non venirent ad iudicium? Non videtur, quia ſolus delegatus à principe poteſt citare, vt in authen. de litig. ꝟ. omnem. coll. 8. nec alij poſſunt ſuas ſententias mandare executioni, quàm ordinarij vel delegati à principe, vt C. de bo. auctor. iud. poſſi. authen. & qui iurat. ff. de re iud. à diuo. & ſolus delegatus à principe poteſt mittere in poſſeſſionem, ff. de iuriſ. om. iud. iubere. Poteſt tamen dici q̃ ſecundum iura noſtra ſubdelegatus habet coertionem, quia poteſt interdicere eccleſiam, vt extra de of. deleg. ex litteris. in fi. & ſecundum legem, modicam ſaltem habebunt coertionem ſubdelegati. C. de ſportul. l. 2. & ff. de of. eius cui manda. eſt iuriſ. l. vlti. in fi.

c ¶ Interponere.] hoc verum eſt in modicis vel minimis cauſis: nam maiores cauſæ epiſcoporum ad metropolitanum deferuntur, vt 6. q. 4. ſi inter. 9. q. 3. conqueſtus. & 80. diſt. c. 1.

Iudice recuſato q̃d fiet.

¶ Iſta decr. hodie eſt remota, & fuit in prima compilatione: & eſt ſecũda dec. eiuſdẽ ti. & eſt palea. ſ. c. nullus clericus.

Delegatus epiſcopi an poſſit citare.

opprimebantur. Quod cum Gregorius audiuiſſet per epiſcopum Felicem & Ciriacum abbatem, præcepit ei vt hoc fieri non permittat, ne dum ſimplicitati ſtudet, diſciplina negligatur.

d ¶ Simplicitati.] ſupra 39. diſt. Petrus.

cauſam habeat, deſpectis eorum epiſcopis eoſdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia valde cõſtat eſſe incongruũ; hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuo hoc facere non præſumas; ſed ſi quis cõtra quẽlibet clericum cauſam habuerit, epiſcopum ipſius adeat; vt aut ipſe cognoſcat, aut certe ab eo iudices deputentur; aut ſi forte [a] ad arbitros eundũ eſt, partes ad eligendos † iudices ab ipſo executio [b] deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra epiſcopum cauſam habuerit; tunc te interponere [c] debes, vt inter eos, aut ipſe cognoſcas, aut certe te admonẽte ſibi iudices eligãt. Nam ſi ſua vnicuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur; quid aliud agitur, niſi vt per nos, per quos eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur?

† eligendũ iudicem] orig.

Idem Ianuario epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26.

¶ A laicis iudicibus clerici non ſunt opprimendi. C. XL.

FRatris & coepiſcopi noſtri Felicis & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quòd in inſula Sardinia ſacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatẽ tuã miniſtri ſui deſpiciant: dumque ſolum ſimplicitati [d] à vobis ſtudetur, quantum videmus, diſciplina negligitur.

Idem Gregorius Mauricio Imperatori, lib. 4. epiſt. 31. ſeu cap. 75.

¶ Sacerdotes à Regibus ſunt honorandi, non iudicandi. C. XLI.

SAcerdotibus autem non ex terrena poteſtate dominus noſter citius indignetur; ſed excellenti conſideratione propter eum, cuius ſerui ſunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiã impendat. Nam in diuinis eloquijs ſacerdotes aliquando Dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moyſem de eo, qui ad iuramentum deducẽdus eſt, dicitur: [Applica illũ ad Deos,] id eſt ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptũ eſt: [Dijs nõ detrahes.] ſcilicet ſacerdotibus. Et propheta ait: [Labia ſacerdotis cuſtodiũt [e] ſciẽtiã,

Nicolaus epiſt. 7. ad Michaelẽ Imp. c. 35.
Exo. 22.
Ibidem.
Malach. 2.

FRatris.] CASVS. Ianuarius epiſcopus Caralitanus intantum erat ſimplex, q̃ clerici ſui eum deſpiciebant, & ſacerdotes in Sardinia à ſecularibus iudicibus

SAcerdotibus.] CASVS. Mauricius Imperator compellebat clericos ſub ſe reſpondere: & eis debitam reuerentiam non impendebat. quare Grego. ſcribit contra ipſum, docens q̃ omnes ſacerdotes debet generaliter honorare, cum neſciatur qualis quiſque ſit futurus in futuro iudicio: & q̃ ipſos debeat honorare, probat vna ratione, ſcilicet quia Deus vocauit eos deos, & Malachias propheta ipſos Angelos appellauit: & duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini, & paganorum imperatorum, qui ſacerdotibus ſui temporis reuerentiam exhibuerunt. Ratio incipit ibi, [Nam in diuinis eloquijs.] Exemplum Conſtantini ibi, [Eccleſiaſtica quoque.] Exemplum paganorum eſt ibi, [Ante eum.]

e ¶ Cuſtodiunt.] id eſt, cuſtodire debent, vt ĩ. ead. q. 3. nolite.

a ¶ Appellat.] ergo ex ſola appellatione nominis aliquis conſequitur ius 1. ſic 32. q. 4. dicat. C. de lati. lib. tol. §. penul. extra de præſumptio. illud. inſti. de ado. §. vlt. arg. contra 2. q. 1. multi. in fi. vbi dicit, q ſola nominatio nō ſufficit. C. de prob. non epiſtolis. & l. fi.

Nolita.] CASVS. Relatum fuit in Mileuitano cōcilio, q clerici clericos ſuis epiſcopis relictis ad ſæcularem iudicem traherent; quare ſtatuit concilium, vt hoc decetero non fiat: & ſi quis decetero præſumet, ſuper hoc conuictus cauſam perdat, & etiam à communione repellatur. [Inolita,] id eſt, conſueta. Et loquitur hoc capitulū de actore. ſequēs de reo. d ¶ Inolita.] hoc c. de actore, & ſequens de reo loquitur. Et not. q ſi actor traxerit reum ad iudicem nō ſuum, perdit cauſam. ſed ſi reus traxerit actorem, pro conuicto habetur, vt C. de iuridic. om. iud. in criminali. hoc tamē intelligas lite conteſtata, quia ſi ante litis conteſtationem deſiſtit, nō incidit in pœnā 1, vt ∫. ea. c. prox. & ff. rem rat. hab. am plius. & ff. de in ius voc. quamuis. licet ſit arg. contra. C. de trāſac. ſi quis maior. ∫. ead. placuit. Et quod dicit, quòd cauſam perdit: dicunt quidā ipſo iure, verius credo, quòd per ſententiā, & hoc innuit hoc verbum. conuentus.

Ar. ad hoc 93. diſt. diſ vbi de hoc. ar. ɔtra. C. d teſt. neq. C. de libe. cau. iubemus. Arch.

b. ¶ In-

& legem requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituū eſt.] Quid ergo mirum, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipſe etiam appellat [a] Deus? Eccleſiaſtica quoque hiſtoria teſtatur; quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi, ſcripto oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant, epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit [b], dicens. Vos Dij eſtis, à vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite: quia dignum non eſt, vt iudicemus Deos. In qua tamen ſententia ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerētia impenſa. ¶ Ante eum quippe pagani in rep. principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, Deos ligneos, & lapideos colebant; & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei ſacerdotes dignetur honorare, dum pagani, vt prædiximus, principes, honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis & lapideis ſeruiebant? Hæc ergo non tantum ſpecialiter [c], quantum generaliter pro omnibus aſſerimus ſacerdotibus: quoniam adhuc neſcimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: [Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam ſunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortaſſe, quæ vos laudatis, ille reprehendet; & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

∫. ea. c. cōtinua. §. item Conſtātinus.
B. Aug. epiſ. 66.
1. Cor. 4.

a ¶ Hæc ergo.] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum in epiſtola, cuius initium,* Propoſueramus: *ſed in originali pro iſtis hæc leguntur,* Hæc ergo pietati dominorum non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. *Et multis interiectis, quæ hic non referuntur, ſubdit.* Nam adhuc neſcimus, quis ſibi, qualis ſit. & Paulus egregius prædicator, &c. *præſtatque omnino integrum illum locum legere Apoſtolicæ libertatis plenum.*

Item ex concilio Mileuitano.

¶ *In concilio Mileuitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipſo tamen citatur etiam ab Innocentio iij in c. ſi diligenti. extra de foro compe. Habetur autem in Toletano 3. c. 13.*

¶ Qua pœna feriatur clericus clericum ad ſæcularia iudicia pertrahens. C. XLII.

In Tolet. 3. c. 13

INolita [d] præſumptio vſque adeo illicitis auſibus aditū patefecit, vt clerici conclericos ſuos, relicto pontifice [e]

e ¶ Pontifice.] hic manifeſte habes, q in cauſa eccleſiaſtica neuter poteſt adire alium iudicem, ſiue in ciuili, ſiue in criminali negotio; laici autem ſine conſenſu ordinarij eligūt aliū iudicem in ciuili negotio, vt ff. de iudi. l. 1. C. de iuriſd. om. iu. l. 1. ſed non in criminali, vt C. de iuriſdic. om. iu. in criminali. ∫. ead. c. ſi quis cū clerico. ſed in clerico requiritur cōſenſus epiſcopi, & etiā proprius conſenſus. ar. hic. & 9. q. 2. c. 1. & ∫. ea. clericum. & nullus. & c. inolita. & 6. q. 3. denique. & 3. q. 6. non liceat. extra de fo. cōp. ſignificaſti. Et eſt triplex ratio quare laicus poteſt, & non clericus: quia laicus poteſt iurare ſine licentia ſui iudicis, ſed clericus non, vt extra de iur. cal. inhærentes. Sed non poſſet coram laico litigare, niſi ibi iuraret. Item ab alio epiſcopo non poteſt ordines accipere, ergo nec iudicium, quod maius eſt, vt 9. quæſt. 2. nullus primas. Item non poteſt ab alio, quàm à ſuo prælato petere iudicium animæ, quod eſt occultum: ergo multo fortius nec manifeſtum.

Actoris pœnitio reum ad iudicem non ſuum trahentis.

1 Idē Bart. Bal. An. Cy. & Pau. de Caſtro in d. l. in criminali. in gl. alleg.

Clerici an poſſint Iudicē nō ſuū conſentire.

b ¶ Incendit.] hic vides, q iudex debet deſtruere libellū, qui non eſt legitime compoſitus, vt 2. q. viii. c. vlt.
c ¶ Specialiter.] pro bonis, ſed etiam generaliter pro bonis & malis; vel non tantū pro præſentibus, qui nunc accuſantur, & non conuincuntur, ſed etiam pro omnibus alijs. 13. q. 2. non æſtimemus.

ſecundū bene In- ſi aucto is Apo- li. ſed qd uit fuit entia M. 8. Iſi. ſe adū L.

Digitized by Google

ſuo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus hoc de cetero non præſumi. Si quis hoc præſumpſerit facere, conuentus [a] & cauſam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

a ¶ Conuentus.] *Dictio iſta in nullo concilij exemplari aut impreſſo, aut manuſcripto eſt inuenta.*

Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 9.

Et in cõc. apud Palatiũ Vermis habito, c. 18.

¶ Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet. C. XLIII.

ij PLacuit, vt quiſquis epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum, cum in eccleſia ei crimen fuerit intentatum [a], vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari [b] voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum [c] ſuum amittat. Et hoc in criminali actione. In ciuili vero perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit: ſiquidem [β] ad eligendos iudices inique [d] de eccleſiæ conſortio iudicat, qui de vniuerſa eccleſia male ſentiendo, de iudicio ſæculari poſcit auxilium: cum priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus etiam ad eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

Iuo p. 6. c. 361. §. item placuit.

1. Cor. 6.

β ¶ Siquidem.] *In ceteris conciliorum editionibus, & vno Vaticano codice legitur,* ſiquidem ad eligendos iudices ſibi de eccleſiæ conſortio dubitat, vileq. eccleſiæ conſortium iudicat, qui de vniuerſa, &c. *In recentiore autem quattuor tomorum editione hoc modo,* cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſa, &c. *eodemque fere modo eſt in codice Lucenſi Regio, & refertur in concilio apud Palatium Vermis habito, c. 18.*

Item ex eodem.

¶ Clericus non accuſetur, niſi ante eccleſiaſticum iudicem. C. XLIIII.

DE diuerſis ordinibus eccleſiæ ſeruientibus, ſi quis in cauſam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium eccleſiaſticum; debet periclitari [e].

Iuo ibidem initio capitis.

¶ *Eſt ſumma capituli præcedentis, & in concilijs olim Coloniæ ac Lutetiæ impreſſis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omnino eſt loco ſummæ, nec multo aliter apud Iuonem p. 6. c. 362.*

Item conſtitutione 74. c. 1.

Nouella 83. apud Iulianum.

ſtum, vt de pæ. diſt. 6. placuit. Item inconueniens iam eſſet, q vnus eṗs iudicaret clericos alterius eṗi, quod eſſe non debet, vt 9. q. 2. per totum. & ſic omnes de vno eṗatu poſſent ſibi alium epiſcopum eligere in iudicẽ: nec renuntiare poteſt clericus huic iuri. extra de fo. comp. ſi diligenti. credo tñ, q licet non poſſint renuntiare expreſſe, q tamen ſponte, id eſt, tacite poſſunt cõſentire in aliũ iudicẽ [a]. nam arbitrum ſpõte eligunt & iudicẽ delegatũ, alioquin exſufflatum erit priuilegiũ clericorum, q clericus põt eligere coram quo iudice velit litigare. in conſti. Fed. Auth. habita. C. ne fil. pro pa. Itẽ multa poſſum facere ſpõte, ad quæ non poſſũ me pacto adſtringere. nam poſſum inſtituere aliquẽ heredẽ, nõ tamen pacto ad hoc me adſtringere poſſum, vt C. de pac. l. vl. Item tacite poſſum renũtiare foro, licet non expreſſe, ſicut tacite Papa renuntiat priuilegio ſuo, vt 2. q. 7. nos ſi. & q. 5. mãdaſtis. Sicut tacite poſſum renuntiare exceptioni procuratoriæ contra militem, ſed non expreſſe, vt ff. de proc. filius fa. §. veterani. ſimiliter tacite poſſũ renuntiare iuramento cal. ſed non expreſſe. C. de iur. cal. l. 2. in fin. & q ſponte poſſit rñdere, habes 3. q. 6. pulſatus. Io. Quicquid dicat Io. hoc tene, q in laicum nullo modo cõſentit clericus, vt extra de for. compe. ſi deligenti. nec in clericum ſine conſenſu epiſcopi, vt extra de fo. comp. ſignificaſti. B.

a Hoc non puto verũ ſm Go. vt 3. q. 6. non liceat, vt ibi dixi. Arch.

PLacuit.] CASVS. Aliqs clericus accuſabatur de crimine, vel conueniebatur ciuiliter corã iudice eccleſiaſtico: lite conteſtata maluit accuſari vel conueniri coram iudice ſæculari: quærebatur in concilio Carthag. quam pœnam pati debeat. Reſpondet, q in criminali cauſa, ſiue fuerit cõdẽnatus ſiue abſolutus, locum ſuum amittat, ideſt, deponatur. In ciuili vero cauſa perdat, quod euicit, id eſt, id in quo fuit abſolutus, perdat: qa male de eccleſia ſentit, qui de ſæculari iudicio auxilium poſcit. Et nota, quòd Hug. & Beneuen. & Io. intelligunt hoc c. cum lis erat conteſtata coram eccleſiaſtico iudice. Sed certe ego credo, quòd poſſet intelligi cum nondum erat lis conteſtata coram eo. Sequens vero c. planum eſt.

a ¶ Intentatum.] id eſt, obiectum. Et ſic loquitur cum lis ſit conteſtata.

ADDITIO. Sic etiam intelligunt H. B. & Lau. Sed Bar. Brixien. dicit, Ego credo, q poſſit intelligi cum nõdum lis fuerit conteſtata coram eo.

b ¶ Purgari.] per hoc patet, quòd loquitur de reo: ſed quod dicit poſtea, euicit, intellige id in quo eſt abſolutus.

c ¶ Locum ſuum amittat.] ideſt, deponatur.

d ¶ Inique.] contumeliam enim facit iudici, qui eo relicto vadit ad alterum, vt ff. de arbi. l. litigatores. ſimiliter ſi quis rẽ deducit coram vno iudice & deductã poſtea corã alio perdit litẽ 2. C. de aſſer. tol. l. 2. in fi.

e DE diuerſis.] ¶ Periclitari.] ideſt, deponi.

SI quis cum clerico.] CASVS. Duo dicuntur in hac lege. Primo dicitur, quod in pecuniaria cauſa actor debet clericũ cõuenire corã ep̃o ſuo: qui eãm debet examinare ſine damno ſportularũ, & ſine dilatiõe. Sed ſi ep̃s nõ vult cauſam pecuniariã dirimere, ad ſæculares iudices recurratur. Si verò vult eã dirimere ſine ſcriptura omnia procedere debent, niſi partes velint, quod ipſa acta redigantur in ſcriptis. Secundo dicitur, quod in cauſa criminali de ciuili crimine recurrendũ eſt ad iudices ſeculares, qui intra duos menſes à tẽpore litis conteſtatæ cauſam criminalẽ decidant, nõ tñ clericũ puniãt, niſi prius ab ep̃o ſuo fuerit degradatus. & hæc particula nõ tenet. pro crimine vero eccleſiaſtico tñ ad iudicem eccleſiaſticũ recurratur. Sc̃da pars incipit ibi. [Quod ſi de criminali.]

a ¶ Damno.] ſportularũ, ad quas clerici non tenent. vt in Auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſportularũ. coll. 9. ergo nec aduerſarij ipſorum teneri debent, vt C. de fruct. & lit. expen. l. vlti. 1

b ¶ Noluerit.] illud non tenet, Vel dic noluerit, id eſt, non potuerit, quia forte talem cauſã nõ poteſt audire.

c ¶ Sine ſcriptura.] ſine ſcriptura procedit ep̃s cum iudicat inter ſuos clericos. Similiter in modicis cauſis non requirit ſcriptura, vt in Auth. de mã. prin. §. ſi tibi. coll. 3. Non obſt. 3. 2. q. 1. in primis. vbi dicitur ſniã nulla, quæ ſine ſcripto profert. illud enim tantũ tenet in criminalibus & maiorib9 negotiis.

d ¶ Duorum.] hoc non tenet, vt 3. q. 3. §. ſpatium.

e ¶ Puniatur.] nec illud tenet, vt extra de iud. cum non ab homine.

1 Vt patet extra de iu. qualiter. in fi. Sed contra in Authen. de ſan. epiſ. §. ſi quis autem pro pecunia. vbi de hoc.

¶ Qui cum clerico litigium habet, epiſcopum ipſius adeat. C. XLV.

Iuo p. 6. c. 427. & p. 16. c. 150.

ij SI quis cum clerico litigium habuerit, ſi quidem de cauſa pecuniaria, adeat prius epiſcopum, cuius iudicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille enim ſine damno [a], & ſine dilatione competentẽ finem liti impoſiturus eſt. Sinautem noluerit α [b] epiſcopus litem dirimere; tunc ad ciuilẽ iudicẽ diſceptatio cauſæ perueniat. Vbi autem epiſcopus cauſam dirimere vult; ſine ſcriptura [c] omnia procedant, & diffinitiua ſententia ſine ſcriptis ab eo proferatur β. ¶ Quòd ſi de criminali γ cauſa litigium emerſerit; tunc cõpetentes iudices in hac ciuitate, vel in prouincijs interpellati conſentaneum legibus terminum cauſæ imponant: ita tamen, vt diſceptatio litis duorum [d] menſium ſpatium nõ excedat, à litis conteſtatione numerandum δ. *Item.* [¶ In criminalibus vero cauſis numquã ſine ſcriptura procedere debet.] Non aliter autem puniatur [e] clericus, niſi obnoxius repertus, ſacerdotio nudatus fuerit ab epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Sinautem crimen eccleſiaſticum eſt; tunc ſecundum canones ab epiſcopo ſuo cauſæ examinatio, & pœna procedat, nullam communionem alijs iudicibus in huiuſmodi cauſis habentibus.

α ¶ Noluerit.] *Ita etiam apud Iulianum, & Iuonem, & ſic legit auctor gloſſæ: ſed in nouella ipſa Iuſtiniani additur,* vel non potuerit.

β ¶ Proferatur.] *In nouella ipſa ſequuntur hec,* niſi forte partes voluerint, vt in ſcriptis ea inſeratur. Quòd ſi, &c. *Apud Iuonem loco dictionis,* proferatur, *eſt,* inſeratur; *quod ſuſpicionẽ facit intermedia ſcriptoris vitio deeſſe.*

γ ¶ De criminali] *in nouella Iuſtiniani additur,* ciuili tamen.

δ ¶ Numerandum] *Quæ ſequuntur vſque ad verſ.* Non aliter, *neque in nouella, neque apud Iulianum, aut Iuonem, neque in vetuſtis Gratiani codicibus habentur: ſed ob doctorum citationes non ſunt expuncta.*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 9.

¶ Clericus aduerſus clericum negotium habens, ſæcularia iudicia non exerceat. C. XLVI.

ext. de foro cõpet. c. 1. Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 2. c. 183. Iuo p. 6. c. 228. † al. iudicium

SI clericus aduerſus clericum habeat negotium; non relinquat ſuum epiſcopum, & ad ſæcularia iudicia non concurrat: ſed prius negotium agitetur apud propriũ epiſcopũ: vel certe α ſi fuerit negotiũ † ipſius epiſcopi, apud arbitros [f] ex vtraque parte electos audiatur [g] negotium.

SI clericus.] CASVS. Quattuor articuli cõtinentur in hoc c. Primus eſt, quod ſi clericus litẽ habeat aduerſus clericũ, coram ſuo ep̃o conqueratur. Secundus eſt, quod ſi ep̃s litem habeat contra ſuũ clericũ, coram arbitris ab vtraque parte electis negotiũ terminetur. Tertius eſt, quòd ſi clericus habeat cauſam aduerſus ſuum aut aliũ epiſcopum, recurrat ad ſynodum prouinciæ. Quartus eſt, quòd ſi ep̃s vel clericus litem habeat contra metropolitanũ, pergat ad primatẽ, vel ad vrbẽ Cõſtantinopolitanam. Secũdus articulus incipit ibi, [Vel certe.] Terti9 incipit, [Et ſi clericus.] Quartus. ibi, [Si vero contra ipſius prouinciæ.]

f ¶ Arbitros.] Et hæc eſt ratio: quia metropolitanus non eſt iudex clerici: vnde ſub eo non debet conueniri: nec coram epiſcopo debent cõueniri, cum non poſſit eſſe actor & iudex, vt extra de iũſti. ſpol conquerente & extra de conceſ. præben. & eccl. non vacan. poſt electionem, in fi. Sed quis coget eum eligere arbitros? Reſpondetur, epiſcopus, licet ſit ei ſuſpectus, vt extra de ap ſecundo requiris. Item in alio caſu cogit ipſum eligere arbitros, ſcilicet cum recuſat eum, vel delegatum ab eo, vt 3. ea. peruenit.

g ¶ Audiatur.] 3. 6 q 2. ep̃s. contra. ſed ibi ſoluitur.

Arbitros eligere quãque coguntur litigantes.

a ¶ Syno-

Si quis vero contra hæc fecerit, canonum ſubiaceat correptionibus. ¶ Et ſi clericus aduerſus ſuum, vel alium epiſcopum habeat cauſam, apud audientiam ſynodi [a] prouinciæ eius conquiratur. ¶ Si vero contra ipſius prouinciæ metropolitanum epiſcopum epiſcopus ſiue clericus habeat controuerſiam, pergat ad ipſius diœceſis primatem, aut certe ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem, vt eorum ibi negotium exquiratur †.

a ¶ Vel certe ſi fuerit.] *Græce eſt*, ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλονται, τὰ τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι. *id eſt*, vel certe ipſius epiſcopi ſententia, apud eos, quos vtraque pars voluerit, ea quæ ad iudicium pertinent, agitentur. *Nec longe aliter vertit Dionyſius, cuius verſionem attulerunt Burchardus, & Iuo, & Innocentius. extra de foro compet. cap. 1. ſententia vero, quæ hoc loco ex priſca verſione elicitur, habetur paulopoſt in verſi.* Etſi clericus aduerſus ſuũ. *Quare nõ bene hic inculcatur: ſed ob gloſſã nõ eſt mutatũ.*

[*Item ex concilio Agathenſi, c. 32.*]

PALEA. C. XLVII.

iij CLericum nullus præſumat apud ſecularem iudicem epiſcopo non permittente pulſare. Sed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſæculari proponere.

¶ *Abeſt à pleriſque vetuſtis exemplaribus: & fruſtra hic repetitur, quod plane idem habetur ſupra eadem c. clericum nullus. De lectionis autem varietate ibi notatum eſt.*

CVi eſt illata [d] ſententia, deponat errorem, & vacua eſt: ſed ſi iniuſta eſt, tanto eam curare non debet, quãto apud Deum, & eccleſiam eius neminem poteſt iniqua grauare ſententia. Ita ergo ea ſe nõ abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

Item Auguſtinus de ſummo bono.

l. 3. de natura boni, c. 39.

¶ Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuſte. C. XLVII.

Iuo p. 14. c. 9.

SEcundum catholicam fidem, & ſanam doctrinam, & intelligentibus perſpicuam veritatẽ, nec naturæ Dei [e] nocere poteſt quiſquam, nec natura Dei nocere [f] iniuſte cuiquam, vel nocere iniuſte † patitur quemquam. Qui enim nocet (ait Apoſtolus) recipiet illud, quod nocuit.

† *impune*] vera lectio

Idem ſermone 16. de verbis Domini.

¶ Iniuſta vincula dirumpit iuſtitia. C. XLVIII.

Iuo p. 14. c. 5. Pann. l. 5. c. 83.

COepiſti habere fratrem tuum tamquam publicanum, ligas illum in terra: ſed vt iuſte alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit [g] iuſtitia. Cum [a] autẽ correxeris, &

a ¶ Solueris.] quaſi dicat, ſi iuſte ligas, erit ligatus & in cælo, & econuerſo, vt de pæ. di. 1. quem pænitet.
b TEmerarium.] ¶ Plerumque.] nocet enim ſi contemnatur.
c ¶ Vt noceat.] quia ſi per imperitiam iudicat, facit litem

In totam litis æſtimationem 1. C. de pœ. iu. qui male iu. l. 2. eodem modo ad intereſſe punitur, qui iniuſte excommunicauit aliquem, niſi errauerit ex cauſa probabili. vt extra de ſenten. excom. ſacro.
d QVid obeſt.] ¶ Tabula.] 1. q. 1. c. nomen.

1 De hoc no. 2. q. 6. hoc etiam. & extra li. 6. de re iudi. cū æterni. quæ eſt in no. 4.

Index male iudicās qualiter puniatur.

concordaueris cum fratre tuo, ſoluiſti illum in terra: cum ſolueris [a] in terra, ſolutus erit & in cælo.

a ¶ Cum autem.] *Emendatus, & locupletatus eſt hic locus ex originali, Iuone, & Pannormia.*

Idem de ſermone Domini in monte, lib. 2. c. 29.

¶ Temeritas iudicandi non ei, qui iudicatur, ſed iudici nocet. C. XLIX.

Iuo p. 14. c. 10.

TEmerarium iudicium plerumque [b] nihil nocet ei, de quo temere iudicatur. Ei autem, qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat [c].

Idem ad clerum Hipponenſem, epiſt. 137.

¶ Non obeſt homini iniuſta ſententia. C. L.

Poly. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 11.

QVid obeſt homini, quòd ex illa tabula [d] non vult eū recitari humana ignorantia, ſi de libro viuorum nō eum delet iniqua conſcientia?

Item in libro contra Secundinum Manichæum, c. 1.

¶ De eodem. C. LI.

Iuo p. 14. c. 12.

SEnti [e] de Auguſtino, quidquid libet: ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

Item Gregorius Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo, libro 6. epiſt. 14. ſeu c. 178.

Nic. epiſt. 2. ad Michaelē Imp.

¶ Quos conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeant. C. LII.

IN cunctis, quæ in hac vita aduerſa proueniunt, ſola eſt, ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrendum: vt nullius nos ibi lingua [f] implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia defendit; & inter accuſationes liber eſt; & liber, vel ſine accuſatione [g] eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit † [h], conſcientia accuſet. De veſtra igitur ſanctitate abſit à Chriſtianorū iudicio, ea quæ maledicorum [i] hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo ſuſpicionis adduci: quia ex ſacri eloquij teſtimonio tenemus, vt maiora a mala, cum forſitan dicuntur, niſi [k] probata, credi non debeant; ſed probata [l] citius vlciſci [m]. *& infra.* ¶ Hæc igitur dixi, vt nimiæ eſſe leuitatis oſtenderem; ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Vnde ſanctitas veſtra debet mentem ſuam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione diſiungere, & ſola, quæ æternæ vitæ ſunt, atq. ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

† al. audit

a ¶ Maiora mala.] *Sic emendatum eſt ex originali, & Nicolao: & ſæpe in hac epiſtola repetitur*, mala grauia. *Antea legebatur*, mala maiorum.

e SEnti.] ſ. ead. nō ſunt contra. 12. q. 1. nolo. de conſe. di. 1. iubemus. in illis c. dicitur, quod non ſufficit conſcientia: ſed requiritur bona fama quantum ad alios. ſed illa c. loquuntur quando ſumus inter tales, qui parati ſunt imitari, & non reprehendere, vnde ne tales corrumpamus exēplo, niti debemus vt fama noſtra luceat coram eis. ſed hic loquitur cum ſumus inter tales, qui non curant imitari, ſed reprehendere: tunc ſufficit nobis quantum ad eos conſcientia bona.

Fama bona cum conſcientia requiritur.

IN cunctis.] CASVS. Conſtantius archiepiſcopus Mediolan. infamatus erat à quibuſdam maledicis ſuper quibuſdam criminibus, & ideo corrigere ſubiectos prætermittebat; nec etiam prædicabat quia credebat vera eſſe quæ dicta ſunt de eo. Papa vero ſcribit ei, vt pp hoc nō dimittat vtilitatē ſubditorum, ſed ſolā conſciētiam mundā retineat apud Deū. & dicit ſe talia numquā credidiſſe, cū ſacri eloquij teſtimonia dicāt mala non eſſe credenda niſi probentur.
f ¶ Lingua.] ablatiui caſus. i. vt propter nullius linguam credat ſe aliquis implicitum & reum.
g ¶ Accuſatione.] interiori.
h ¶ Addicit.] id eſt, cōdemnat.
i ¶ Maledicorum.] arg. quod infamia orta ab inimicis non inducit purgationem. extra de pur. can. cum in iuuentute. & 2. q. 5. omnibus 2. nec etiā à leuibus perſonis. nec ab illis, qui de facili credunt.
K ¶ Niſi probata.] ſ. 30. q. 5. nullum ante.

1 Vbi de hoc videas 24. q. 4. non inuenit. iuxta ſi. Arch.

litem ſuam, vt inſt. de obli. quæ ex quaſi deli. na. §. 1. ſed ſi per dolum, incurrit infamiam, & præterea punit

l ¶ Probata.] aliàs prolata.
m ¶ Vlciſci.] i. puniri, quam citius fieri pōt, vt 23. q. 4. cū ſſq.

Digitized by Google

ET ſi ad tempus.] CASVS. Dicit Aug. quòd quamuis homo damnetur in hoc ſæculo iniuſte à terrena poteſtate, vt Cyprianus martyr: non eſt tamen curandum quoniam à ſuperiori iudice recipiet coronam. & ſecundum H. eſt in littera. [Proconſul.] & ſecundum hoc erit ibi, [Addixerit.]

a ¶ Cyprianum.] Martyrem.

b ¶ Sella.] ideſt, ſedes iudicis.

c ¶ Coronam.] ſi ſententiam patienter ferat, vt infra ca. qui iuſtus.

CVſtodi.] CASVS. Dicitur hic, quòd licet falſum teſtimonium faciat alicui in ſto præiudiciũ apud ſacerdotes, nõ tamen apud Deum præualebit, cũ Deus erit iudex, & ſola conſcientia teſtis: & ideo in anima debet innocentia cuſtodiri, vbi cauſa iuſti non opprimitur.

d ¶ Cuſtodi.] quia corpori vis poteſt fieri, non animæ. 32. q. 5. §. 1. 23. q. 6. in prin. Io. de Fant.

INter verba.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſiue laudamur ſiue vituperamur, ſemper eſt ad mentem recurrendum. & ſi bonum quod dicitur, non eſt in nobis, triſtari debemus. Si vero malum, quod homines de nobis loquuntur, non eſt in nobis, multum gaudere debemus. nã licet mala de nobis dicant; conſcientia tamen apud Deũ nos liberos eſſe demõſtrat: quod probat duabus auſtoritatibus, ſcilicet Pauli & Iob. Stulti vero bonis detrahentes, puluerem peccati in oculos ſuos ſufflãt: quia magis ſibi nocẽt quàm alij: ſicut I puluerem ſuffl ans magis nocet ſibi quàm alij. In ſecunda parte dicitur, quòd infamantibus eſt ſatisfaciendum, ſi parati ſunt recipere ſatisfactionem: ne forte ſcandalizẽtur: quod probat exemplo Chriſti, qui ne Iudæi ſcandalizarentur, ſoluit tributum. ſi autem nolunt ſatisfactionem recipere, de ipſorum ſcandalo non eſt curandum. Et hoc probatur duabus rationibus, ſcilicet exemplo Chriſti, qui cum audiſſet Phariſæos ſcandalizatos, eo quòd docebat cibos non diſcernendos, nõ curauit, ſed ait: Sinite illos: quia cæci ſunt, & duces cæcorum. Et auctoritate Pauli, qui præcepit Romanis, vt quantum in eis eſſet, cum omnibus hominibus pacem haberent, licet ſcandalizati ſint de hoc. Secunda pars incipit ibi, [Vocandi tamen.]

e ¶ Ne forte.] hæc fuerunt verba Chriſti, cum peteretur ab eo tributum, dixit Petro: Vade ad mare, & piſcem, qui tibi prius ocurrerit, tolle: & quod inueneris in ore piſcis, des pro me & pro te, vt 28. q. 1. iam nunc. Et eſt ar. quòd aliquid omittitur ratione ſcandali. diſtin. 50. de his vero.

Chriſtus tributum ſoluit.

Item Auguſtinus in pſal. 36. concione 3. ad ver. [Nec damnabit eum.]

¶ Fruſtra damnatur ab homine, quem Deus iuſtificat. C. LIII.

Ivo p. 14. c. 13.

ET ſi ad a tempus damnaris ab homine, & ſi dixit ſententiam proconſul in Cyprianum [a]; alia eſt ſella [b] terrena, aliud tribunal cælorum. Ab inferiore accepit ſententiam, à ſuperiore coronam [c].

a ¶ Et ſi ad tempus.] *Apud B. Auguſtinũ de diuino iudicio agentem ſic legitur.* Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit: & ſi ad tempus videtur damnari ab homine, & ſi dixit ſententiam, &c.

Idem in pſalmum 37. ad ver. [Quoniam in te ſperaui.]

C. LIIII.

Ivo p. 14. c. 14.

CVſtodi [d] intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit cauſam tuã. Præualebit † in te falſum teſtimoniũ, ſed apud homines. Numquid apud Deũ valebit, vbi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus iudex erit; alius teſtis, quàm conſcientia tua non erit. Inter iuſtum iudicem, & conſcientiam tuam noli timere, niſi cauſam tuam.

† al. præualuit

Item Gregorius Papa Palladio presbytero, lib. 8. epiſtola 45.

Et in epiſtola Sixti iij.

¶ Non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus. C. LV.

INter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mẽtem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis † dicitur; magnam triſtitiam generare debet: & rurſum ſi in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur; in magnam debemus lætitiam proſilire. Quid enim, a ſi homines † laudent, & conſciẽtia nos accuſet? aut quæ debet eſſe triſtitia, ſi oẽs accuſẽt, & ſola conſcientia liberos nos eſſe demonſtret? Habemus Paulũ dicentẽ: [Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ.] Iob quoq. dicit: [Ecce in cælo teſtis meus.] Si ergo eſt nobis teſtis in cælo, teſtis in corde; dimittamus ſtultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant? vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videãt. Vocandi tamen etiã ſunt ipſi, & tranquille admonendi, eiſq. ſatisfieri modis omnibus debet: ſcientes, quid de Iudæis veritas dicit: [ne forte [e] ſcandalizemus eos.] Si aũt ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint; habes conſolationẽ, quã in ſancto Euangelio conſpicias. Cum enim Dño dictũ fuiſſet: Scis, quia Phariſæi audito

† al. vobis

† al. omnes

2. Cor. 1.

Iob. 16.

Matth. 17.

8 ¶ Verbo

a ¶ Verbo.]non quod intrat in os,ſed quod procedit ex ore coinquinat hominem:tunc dixerunt diſcipuli: ſcis quia phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? phariſæorum enim erat religio in cibis diſcernendis.
b ¶ Scandalizati ſunt.]ideſt,indignati ſunt.
c ¶ Præmi

eſt curandum de detractionibus malorum. Sed dicit Gra.ꝗ hoc intelligendum eſt de illis, qui parati ſunt reprehendere,& non imitari,apud quos ſola conſcientia ſufficit:apud vero illos,qui parati ſunt audire,conſcientia & fama eſt neceſſaria: quod probat ſequẽs ca.

Forte me ius diceret ſedignau: ſecundum dꝗ leg.& o.45.diſt. era iuſti a.Archid.

Matt.15. verbo [a] hoc ſcandalizati [b] ſunt.] reſpondit:[Sinite illos: cæci ſunt,& duces cæcorũ.] Paulus quoq. apoſtolus ad
Rom.12. monet,dicens:[Si fieri põt,quod ex vobis eſt cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes.]Dicturus quippe:[Cum omnibus pacem habentes.]quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit [c]: [ſi fieri poteſt.]Sed tamen adiunxit,quod poſſit fieri,cum dixit:[quod ex vobis eſt.]Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus,& ſi illi nobiſcum pacem non habent;nos tamen cum illis [d] ſine dubio habemus.

a ¶ Quid enim.] *Addita ſunt nonnulla ex epiſtola B. Gregorij, & partim etiam Sixti tertij,in qua idem fere repetitur.*

Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari,quod non vident;parati ſemper reprehendere, numquã imitari. Apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis,fama illis.

Vnde Auguſtinus libro de bono viduitatis,c.22.

¶ Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria. C. LVI.

12.q.1.nolo, vt aliquis. NOn ſunt [e] audiendi ſiue viri ſancti, ſiue feminæ,quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua,per quã fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt,dicunt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiam;exiſtimationem hominum non ſolum impudenter,
† *al. occidãt* verum etiam crudeliter contemnentes, cum occidant † [f] animas aliorum,ſiue blaſphemantium viam Dei [g] (quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt,diſplicet vita ſanctorum)ſiue etiam cũ excuſatione [h] imitantium,non quod vident,ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum, atq. facinorum vitam ſuam cuſtodit,ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famam,& in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra,alijs fama noſtra.

Ad locum[Gratias ago Deo meo.] *Item Hieronymus ſuper epiſtolam Pauli ad Philemonẽ.*

¶ Apud Deum maledicitur, qui moribus diſſonam profert ſententiam. C. LVII.

Iuo p.14.c.6. Pann.l.5 c.84. *Prou.17. ſecũdum 70.* viij SI quis [i] dixerit [k] iuſtum [l] iniuſtũ,& iniuſtũ iuſtũ; abominabilis vterque apud Deum eſt. Similiter, qui ſanctum dicit eſſe non ſanctũ,& rurſum non ſanctum aſſerit ſanctum;abominabilis [m] apud Deum eſt.

Idem ibidem paulo ſuperius.

NOn ſunt audiendi.] CASVS. Quidam ſancti viri vel feminæ cum infamarentur à quibuſdam, non curabant, dicentes ſolam conſcientiam mundam ſibi ſufficere apud Deum,quæſitum fuit ab Aug. vtrum bene dicerent?& reſpon.ꝗ non:quia conſcientia noſtra nobis eſt neceſſaria: alijs vero fama noſtra. Vel etiam cum excuſatione.verbigratia : Videbant mali iuſtum ex cauſa infirmitatis frangere ieiunia: qui neſcientes cauſam reprehendebant.vnde non debẽt hoc facere in publico vel forte prælatus malum parochianum ꝓpter ſcandalum tolerat in peccato,quod alij neſcientes reprehendũt:& ideo cauſa debet eis dici. Sequẽs capitulum patet.
e ¶ Non ſunt.] infra 2.q.1.nolo.
f ¶ Cum occidant.] exemplo,vt 2.q.7.Paulus.
g ¶ Viam Dei.]ideſt, Chriſtianam religionem ſ.
h ¶ Cum excuſatione.]vt ſi viderent aliquem ſoluere ieiunium iuſta de cauſa, ipſi idem faciunt exẽplo eorum:cum tñ ignorent cauſã quare ille faceret: & ſic ſe excuſant per alium.
i SI quis.] Hic reuertitur Gra.ad ꝓpoſitũ, ad oſtẽdẽdũ ſ.ꝗ ſola iniqua nocet ei,qui eam protulit,non autem ei contra quem prolata eſt. poteſt etiam hoc intelligi de rebus ipſis, ideſt. ſi quis vitia dixerit eſſe virtutes, vel econuerſo.

ſ Sub. in qua iſti viuunt, q cũ talia faciũt vel qui veniunt,i malam ſuſpicionem: ſicut ſi aliqs ſanctus homo intret ſolus ad publicas meretrices, vt eis prædicaret,& eas corrigeret. Arch.

c ¶ Præmiſit.]Arg.ex ordine verborum argumentandum.arg.43.diſt.c.1.in fi.extra de reſcri cũ dilecta.
d ¶ Cum illis.]arg.ꝗ fides eſt illi ſeruanda, qui eam non vult ſeruare 33.q.5.quod Deo.22.q.4.innocens. cõtra.ar.extra de iureiu.peruenit.in fi.2 & eſt huic ſimile ff.de arbi.Celſus.§.idem.
HOC INTER EOS. CASVS. Dictum eſt ſ. in c.inter verba.ꝗ dimittendi ſunt ſtulti foris loqui: nec

K ¶ Dixerit.]iudicando.
l ¶ Iuſtum.] abſoluendo.
m ¶ Abominabilis.]quia mortaliter peccat:& conſonat ei quod dicit Aug ſuper primam epiſtolam ad Corinth.ꝗ errare in rebus, eſt mortale peccatum,ſcilicet cum putat quis id opus eſſe bonum quod eſt malum: vel econuerſo. nam quilibet adultus tenetur ſcire hoc eſſe bonum, illud malum. Vel dic, dixerit, ideſt fiteatur

Error quãdoq;eſt peccatũ mortale.

Idem iſ.eſto. de hoc

Digitized by Google

miter aſſeuerauerit, cum non ſit certus.

SI quis hominem.]C A S V S. Redit Grat. ad propoſitũ ſuum, ſcilicet ad probandum iniquam ſententiam nocere ei, qui eam tulit: & non illi contra quẽ lata eſt: & ita nõ eſſe ei parcendum. Eſt ergo caſus huius ca. Quidam dicebant iuſtum hominem eſſe iniuſtum: alij dicebãt iniuſtum eſſe iuſtum. quęſitum fuit à Hiero. verũ iſti ſint mali? & rñdet q. ſic: & hoc ꝓbat auctoritate Eſaiæ dicẽtis. Væ his, qui dicunt dulce amarũ.

tianus q. prælatus non debet abſoluere delinquentem, niſi prius videat à Domino peccatum ſibi eſſe remiſſum. Et hoc probat exẽplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli nõ abſoluerunt priuſquã viderunt ipſum à Chriſto viuificatum. Seq. duo cap. patent.

l ¶ In-

¶ Chriſtum violat, qui ſanctum non ſanctum, vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit. C. L V I I I.

ix SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit [a], & Dei eum iunxerit ſocietati; Chriſtũ violat, cuius corporis omnes membra ſumus. *& infra.*

¶ Omnes credentes, ſecundum Apoſtolum, Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſti corpore errat [b] & labitur, aſſerens membrum eius vel ſanctum eſſe, cum non ſit, vel non ſanctum eſſe, cum ſit, vide quali crimini obnoxius fiat. [Væ (ait Eſaias) qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam: amarum, quod ſanctimoniæ contrarium eſt. *Rom. 12.* *1. Cor. 6.* *Eſa. 5.*

Item Eſaias, c. 5.

¶ Aeternum væ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit. C. L I X.

VAe, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras. *& paulo ſuperius.* ¶ Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam: & nobiles eius [c] interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit [d] infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq. vllo termino: & deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſublimes, glorioſique eius ad eum: & incuruabitur homo [e], & humiliabitur vir [f], & oculi ſublimium deprimentur: & exaltabitur [g] Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur [h] in iuſtitia. Eod. c.

Item Gregorius homilia 26. in Euang.

¶ Ligandi ſoluendique poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſte exercet. C. L X.

IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat [i], qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet. j.ca. plerumq; Poly. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 3. Pann. l. 5. c. 79.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. L X I.

IVdicare de ſubditis digne nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua [k] vel odia, vel gratiam ſequuntur. Iuo ibidem. Pan. l. 5. c. 80.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni † iudicis. C. L X I I.

TVnc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni † [l] ſequitur arbitrium iudicis [m]. Quod bene quatri- † *al. æterni* j.ca. plerumq; Iuo ibidem. Pann. l. 5. c. 81.

a ¶ Crediderit.]ideſt, aſſeuerauerit.

b ¶ Errat.] non opinando, ſed ſtulte aſſerendo.

VAe qui dicitis.] C A S V S. Eſaias docet in hoc c. q. qui dicit malum eſſe bonum, & ecõuerſo, habebit pœnam temporalem & æternam. & hoc probat exemplo Iſraelitici populi, qui nõ ſolũ captiuus ductus eſt in Babylonẽ, ſed etiã infernus dilatauit animam ſuã, vt eos reciperet: & os ſuum abſque termino aperuit: q. in hoc deſcenderũt. [Ad eũ,] id eſt, ad infernum. Et poſſunt hæc duo c. intelligi nõ ſolum de perſonis, ſed etiã de rebus, ſcilicet de vitijs & virtutibus, vt ſi aliquis dicat vitium eſſe virtutẽ, vel econuerſo. Sequentia duo cap. plana ſunt.

c ¶ Eius.]ideſt, Hieruſalem.

d ¶ Dilatauit.]loquitur humano more.

e ¶ Homo.]i. minor.

e ¶ Homo.]ideſt, ſoperbia.

f ¶ Vir.]ideſt, maior.

f ¶ Vir.] ideſt, ſuperbus.

g ¶ Exaltabit.] ideſt, altus apparebit.

h ¶ Sanctificabitur.] ideſt, ſanctus apparebit, vt ibi, [Sanctificetur nomen tuum.]

i IPſe.] ¶ Priuat.] ideſt, meret priuari 1. ſic 12. queſt. 2. ſæpe fit, vel proprie, quia priuilegium nõ conceditur ad abuſum.

1 Ideſt, facit propter qd debes priuari. & eſt ſi. 55. diſ. penité. .I ſi. 82. diſt. plurimos. iuxta ſi. 4. q. 5. quis.

k IVdicare.]¶ Sua.]vt j.ca. quattuor.

TVnc vera eſt.]C A S V S. Inducit hoc c. Gratianus, q. ſicut iniuſta abſolutio non prodeſt: & à contrario ſen ſuit nec iuſta condemnatio. Eſt ergo caſus. Oſtendit Gra-

l ¶ Interni.]ideſt, conſcientiæ, vel Dei.

m ¶ Iudicis.]ideſt, Dei. hic vult dicere, q. ſacerdos neminem abſoluet, niſi præceſſerit abſolutio Dei, id eſt, contritio.

Pri-

PRiuilegium.] Hæc eſt pars illius ſ. diſt. 74. vbi iſta. & cap. geſta.

a ¶ Priuilegium.] perditur priuilegium propter abuſum, vt hic 1. Propter delictum 25. q. 2. ita nos. Item propter contrarium factum. extra de priuile. ſi de terra. & extra

b NOn debet.] ¶ Pœnam.] Si ergo conſtet ibi, q ſententia iudicis eſt iniqua, potes iudici violenter reſiſtere. extra de appel. ſignificauerunt. 61. diſt. cap. nullus inuitis. Eſt ergo hic arg. q ſi quis celebrat poſt excõicationẽ iniuſte latã, q nõ debet ſubſtinere aliquam pœnam: quia qui probat ſniam excõicationis eſſe iniuſtã, nõ eſt cogendus ad aliquam ſatisfactionem. extra de offi. ordi. ad reprimendam. arg. ſ. ead. cui eſt. ſed hoc nõ eſt verum, vt ſ. ea. ſi epiſcop⁹ forte. & c. ſeq. 1

Excõmunicatus iniuſte celebrãs an ſit puniendus.

duani mortui reſuſcitatio illa ſignificat: quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus ſuſcitauit, & viuificauit dicens: [Lazare veni foras.] & poſtmodum is, qui viuens fuerat egreſſus: à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt.

Io. 11.

Simplicius Papa epiſt. 2.

Idem in regeſto.

¶ Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur. C. LXIII.

Anſ. l. 4. c. 3. Burc. l. 1. c. 29. Iuo p. 5. c. 140.

PRiuilegium [a] omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate †.

¶ *In regeſto B. Gregorij, ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur autem in epiſtola ſecunda Simplicij Papæ, cui etiam Nicolaus primus in epiſtola ad Hincmarum, cuius initium eſt,* Epiſtolam beatitudinis tuæ, *& Burchardus, & Iuo, & aliquot vetuſta Gratiani exemplaria tribuunt: ſupra etiam diſt. 74. c. vbi. §. nam priuilegium, citatur ex eodem Simplicio. Simile eſt quod B. Auguſtinus ſermone de tẽpore 247. ſcribit.* Iudicio enim legum, iure ab obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

Item Gregorius Antonio ſubdiacono, lib. 2. indict. XI. epiſtola 9.

¶ Is, in quem canonica non fertur ſententia, pœnam non debet ferre canonicam. C. LXIIII.

NOn debet is pœnam [b] ſubſtinere canonicam, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

Ex his datur intelligi, quòd iniuſta ſententia nullũ alligat apud Deum: nec apud eccleſiam eius aliquis grauatur iniqua ſententia, ſicut ex Gelaſii [c] capite habetur. Non ergo ab eius communione abſtinendum eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quem cognoſcitur iniqua prolata ſententia. Cur ergo capitula Carthaginenſis [d], & Africani [e], atque aliorum conciliorum, prohibent iniuſte damnatũ in cõmunione recipi ante iudicij examinationem? cur & illud in concilio Moguntinenſi ſtatutum eſt †?

ſ. ead. cui eſt.

ſ. ead. ſi epiſcopus.] & [Placuit.]

† In Toletano 4. c. 27.

¶ Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur. C. LXV.

EPiſcopus, presbyter, aut diaconus à gradu ſuo iniuſte deiectus, ſi in ſecũda ſynodo [f] innocens reperiatur †, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſcopus eſt, orarium [g], annulum, & baculum; ſi presbyter, orarium, &

Burc. l. 2. c. 192. Anſ. l. 8. c. 27. Poly. l. 2. tit. 36. Iuo p. 5. c. 367. & p. 6. c. 237. Pann. l. 3. c. 80.

EX HIS. CASVS Concludit Grat. ex ſ. dictis, q iniuſta ſnia nec apud Deum, nec apud eccleſiã quẽquã ligare põt. Et ad hoc ꝓbandum ſophiſtice inducit c. Gelaſij Papæ. ſ. ea. cui eſt illata. & ideo dicit ab eius communione non eſſe abſtinendum. Sed poſtea huic ſolutioni obijcit duo c. ſcilicet Carthaginenſis cõcilij, & Africani. ſ. c. clericus. & c. placuit. obijcit etiam c. Moguntinen. concilij, vt infra ea. cap. proxi.

1 Sed hoc ſophiſticũ. eſt: quia illud ca. cui eſt. intelligitur de ſẽtentia quæ ipſo iure nulla eſt: quia data à non ſuo iudice: quia ab hæretico dannato Hug.

c ¶ Ex Gelaſij.] ſupra ead. cui eſt.

d ¶ Carthaginenſis.] ſupra ea. ſi epiſcopus.

e ¶ Et Africani.] ſupra ea. cap. placuit.

EPiſcopus.] CASVS. Quidam epiſcopus vel presbyter vel diaconus iniuſte fuit degradatus. quæſitum fuit in concil. Moguntiñ. vtrum poſſit exercere officiũ ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpondetur q non, niſi inſignia graduũ recipiat coram altari de manu epiſcoporũ, ſicut prius amiſerat. Idem eſt d reliquis clericis. hodie ſolus Papa reſtituit depoſitos, vt ſ. 2. q. 6. ideo. 2. vñ hoc c. ẽ correctũ. vel loqͬ ſm antiqua tpa: vel de delegatis à dño Papa.

f ¶ Synodo.] Hodie cõciliũ nõ deponit epiſcopum, ſed ſolus Papa, nec concilium reſtituit epum, ſed ſolus Papa, vt 2. q. 6. ideo. Et hic eſt ar. q eps poteſt reſtituere clericum depoſitum: qđ verum eſt cũ dicit depoſitionẽ nullã: quia per falſos teſtes, vel ꝑ allegationes eſt conuictus: licet ſit ar. contra ff. de quæſt. l. 1. in fine. ADDITIO. Vbi habeť q præſes prouinciæ illũ, quem damnauit, reſtituere nõ põt: ſed illud intellige cũ petiť reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Archi.

Epiſcopus deponitur & reſtituiť à ſolo Papa.

g ¶ Orarium.] ideſt, ſtolam.

extra de conſti. cum acceſſiſſent. Item propter negligentiam. ff. de nundinis. l. 1. Item propter enorme damnum ſuperueniens. extra de deci. ſuggeſtum. Sed numquid eccleſia perdit priuilegium ſi delinquant canonici vel monachi? Videtur quòd ſic: quia & ciuitas perdit ſi deliquerint ciues. 25. q. 2. ita nos. Item nauis eccleſiæ publicatur propter delictum. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus. arg. extra de pri. l. cum & plantare. in fin. Sed dicas quod non. arg. extra de arbi. capi. cum tempore.

a ¶ Planetam.]ideſt,caſulam.
b ¶ Reliqui.] Hic patet,ꝙ æque deponitur aliquis à minoribus ordinibus ſicut à maioribus, vt 24.diſt.c.vlti. & 26.q.1.ſi qs epiſcopus.licet ſit ar.c̃.25.diſt.epiſcopus.
SI ERGO.Hæc eſt 5.pars,in qua facit diſtinctioné, &c.Io.de Fan.

cat tamen qui expectat remunerationem,ſicut fœnerator,vt 14.q.3.c.1.Sed numquid peccat qui iudici dat pecuniã vt iuſte iudicet? Dicunt quidam:ſi dans hoc exprimit,ꝙ iõ det pecuniã vt ꝓ eo ferat ſnĩã. turpiter facitnec uſc repetet qđ dedit. ſed ſi ſimpliciter det ꝰ vt iuſte

Iudici dãs pecuniã vt iuſte iudicet an peccet.

planetam [a];ſi diaconus,orariũ, & albam ; ſi ſubdiaconus, patenam,& calicem. Sic & reliqui [b] gradus in reparatione ſua recipiant ea,quæ, cum ordinarentur, perceperant.

¶ *Hoc habetur in concilio Toletano 4. c.27. ex quo citant Iuo par.5.c.367. & Polycarpus l.3. tit.36. Idem tamen Iuo par.6. c.237. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autẽ Pannormiæ & Moguntino, & Toletano.*

§ *Si ergo iniuſte deiecti,nec etiam per epiſcopos reparari poſſunt , niſi de manibus eorum recipiant quæ amiſerant; quomodo ſua auctoritate cuique licet iniuſte ligatis communicare,& eis,non petita abſolutione, ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire? Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine & cauſa:aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa,ſed non ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine,ſed non ex cauſa [c].Cum autem ex cauſa iniuſta fuerit,aliquando nullum in eo omnino,qui accuſatur , delictum eſt,quod ſit damnatione dignum: aliquando non eſt in eo illud,ſupra quod fertur ſententia: ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt iniuſta , cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis in adulterum, vel in quemlibet criminoſum,non amore iuſtitiæ,ſed liuore odij , vel pretio,aut fauore aduerſariorum inductus ſententiam profert . Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait . ¶ [Ira enim viri iuſtitiã Dei non operatur.] quia qui iratus in aliquem ſententiam profert,& ſi ille, quantum [d] ad ſe iuſtam reportet ſententiam;iſte tamen , qui non amore iuſtitiæ , ſed liuore odij in eum ſententiam dedit,iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit,non imitatur.*

Mutatis verbis ſed ſalua ſentẽtia.

Iac.1.

Item Gregorius.

¶ Sententia iuſtitiæ non eſt pro præmio ferenda. C. LXVI.

Iſidorus ſenten tiarũ de ſũmo bono,l.3.c.58. Beda in ſcintillis,c.71. Burc.l.16.c.28.

QVi recte iudicat , & præmium inde remunerationis expectat [e];fraudem in Deum perpetrat:quia iuſtitiã, quam gratis impertiri debuit,acceptione pecuniæ vẽdit. Bonis male vtuntur , qui iuſte pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio,ſed amor præmij † prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur , confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt . Acceptio nummorum †,præuaricatio veritatis eſt. Vnde & pro iuſto dicitur : [Qui excutit manus ſuas ab omni [f] munere, iſte in excelſis habitabit.]

† al. pecuniæ
† al. munerũ
Eſa.33.

¶ *Apud B.Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorũ lib. 3. de ſum.bono,c.58.quem citant Burchardus, & Beda in ſcintillis.*

CASVS.Concludit Gra.ex c.3.prox. dicẽs ꝙ ſi iniuſte degradati non poſſunt eſſe quod fuerunt, niſi de manibus epiſcoporũ recipiant quod iniuſte amiſerunt,apparet ꝙ iniqua ſententia excommunicationis ligat.Sed ſtatim reſpondendo facit trimẽbrẽ diuiſionem iniuſtæ ſnĩæ:dicens ꝙ ſententia qñque iniuſta eſt tantum ex animo:qñque tantum ex ordine:qñque tantum ex cauſa. Et ad probandum iſtam diuiſionem ſequentia cap.inducit: & dicit: ꝙ in omnibus caſibus iſtis eſt patendum ſententiæ.
c ¶ Ex cauſa.] ff. de li. & poſthu. ſed etſi. & l.ſi poſthumꝰ.§.vl. & l.idem.& ff. de condi.& demõ.cũ tale.§. falsũ.& §.ſe.& l falſa.
IRA. CASVS. Quidam ſeruato ordine iudiciario quemdam delinquentem ex odio condemnauit:quæſitum fuit an recte iudicauerit? Et reſpõdetur ꝙ ſic quãtum ad condemnatum:ſed tamen condemnans Dei iuſtitiã non imitabitur, in quem non cadit perturbatio,cum hoc ex odio fecerit.
d ¶ Quantum ad ſe.] Not.ſententiam quo ad vnum tenere, quo ad alium non, vt 23. q. 5. miles. & c. cum miniſter. ſic 49. diſt. c.vlti.
QVi recte.] CASVS. Quidam iudex ordine iudiciario ſeruato iuſtã tulit ſnĩam pro pretio tñ.quæſitũ fuit à Greg.vtrum talis iudex debeat dici bonꝰ? Et reſpon.ꝙ nõ: quia non amor iuſtitiæ,ſed pecunia illud ad veritatem prouocauit:cui ſi ſpes nummi non aderit,à iuſtitiæ tramite deuiabit:ſed bonus iudex ab omni munere excutit manus ſuas: qui pro recto iudicio vitam accipiet ſempiternam.
e ¶ Expectat.]arg.ꝙ licet non interceſſit pactio, pec-

iuſte iudicet,vel vt iuſte teſtet,nõ peccat:& ideo repetet qđ dedit 1.14.q.5.nõ ſane.Pleriq;doctores legũ dicũt: qualitercumque det,non repetit:quia voluit corrumpere iudicem,vt ff.de condi.ob tur.cauſam.l.1.& venales ſententiæ nullæ ſunt 2.q.6.§.venales.
f ¶ Ab omni.]c̃.1.q.1.ſunt nonnulli.

Illa.

Digitized by Google

ILla.]C A S V S. Mauricius Imperator furioſe delinquentes feriebat quandoque. quare Greg. ex hoc eū redarguit: quia tempore commotionis iudex putat eſſe iuſtum quod facit: & tñ eſt iniuſtum. vnde iudex iudicare non debet, niſi mente tota tranquilla & pacifica.

a ¶ Com-

b ¶ Coercere]Iudex non debet plus iuſto incandeſcere in eos, quos malos putat. ff. de offic. præſi. obſeruandū. c ¶ Vindicantes.]repercutiendo. 23. q. 1. §. 1. aliàs poſſumus vim vi repellere. ff. d iuſ. & iu. vt vi. & C. vnde vi. l. 1.

Item Gregorius lib. 8. epiſt. 12. ad Guidiſcalcum.

¶ In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vendicet. C. LXVII.

Burc. l. 15. c. 19. Iuo p. 16. c. 30.

ILla præpoſitorum ſolicitudo vtilis, illa eſt cautela laudabilis; in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vendicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt: nec quidquā agendum prius, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis [a] tempore iuſtum omne † putat, quod fecerit.

† al. ira

Item Ambroſius libro de ſancto Ioſeph, c. 13.

¶ Grauiter delinquit, qui ex ira ſententiam profert. C. LXVIII.

IRa ſæpe etiam innocentes in crimen abducit: quia, dum iuſto amplius iraſcimur, & volumus alienum coercere [b] peccatum, grauiora peccata committimus. Ideo Apoſtolus ait. [Non vos ipſos vindicantes [c] chariſſimi: ſed date locum iræ.] hoc eſt, declinemus eam: ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Ieſus dimittens ad Euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga: id eſt, vt & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.

Rom. 12.

Lu. 9.

Item ex libro vndecimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ Rufini, cap. 18.

¶ Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt. C. LXIX.

CVm apud Theſſalonicam ſeditione exorta quidam vir ex militaribus impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuntij atrocitate ſuccenſus ad ludos Circenſes inuitari populum, eique ex improuiſo circumfundi milites, atque obtruncari paſſim vt quiſque occurriſſet, gladio iubet, & vindictam dari non crimini, ſed furori: ob hoc, cum à ſacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamque cum lacrymis profeſſus, publicam pænitentiam in conſpectu totius eccleſiæ egit †; & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſque regali faſtigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit. Lege ſanxit in poſterum, vt ſententiæ principum ſuper animaduerſione [d] prolatæ, in diem vigeſimum ab executoribus differrentur; quo locus miſericordię, vel, ſi res tuliſſet, pænitentiæ non periret.

† al. exegit

Item ex † dictis Gregorij.

† al. Gregorius.

CVm apud.]C A S V S. Quidam miles impetu furentis populi apud Theſſalonicā fuit interfectus: quo audito Theodoſius Imperator, atrocitate ſceleris commotus, ad ludos Circenſes iuſſit populū conuocari: & præcepit militibus vt populum indifferenter obtrūcarent. Super quo facto cum ab epiſcopis Italiæ redargueretur, in cōſpectu eccleſiæ, indumentis regalibus depoſitis publicam pænitentiam egit: & ſtatuit vt ſententiæ principum ſuper capitali cauſa prolato, ab executoribus vſque ad dies triginta differantur, vt locus eſſet miſericordiæ, ſi videret expedire, vel æquitati conſonare. d ¶ Animaduerſione.]In ciuilibus cauſis ſi actio eſt perſonalis, vſque ad quattuor menſes non mādatur ſententia executioni. extra de offi. de leg. quærenti. ſi eſt realis, ſtatim mandatur executioni, vt inſtit. de offi. iud. §. 1. Sed ſi ſnia ſit lata ſuper crime, ſtatim mandatur executioni, vt 2. q. 1. ſicut. C. de pœnis, cum reis. niſi in caſibus, ſcilicet, cum princeps ex iracundia tulit ſententiam, vt hic, & C. de pœnis. ſi vindicari. Item cū ſnia lata eſt cō mulierē pgnātē, differt᷑ executio vſq; ad tēpus partꝰ. ff. de pœ. prægnātis. Itē ſi eſt lata i ſeruū, differt᷑ executio quouſq; dño reddiderit ratiocinia. C. de bo. proſcrip. l. 1. Itē differt᷑ quādo inſula eſt aſſignāda à principe. 2. q. 6. biduū. §. ſi quidem. Item differtur cū quis eſt confeſſus de crimine [a] donec appareat an velit in cōfeſſione perſeuerare. C. de cuſto. re. l. 2. Hæc habentur in his verſibus:

In perſonali poſt menſes quattuor, in re
Protinus eſt omnis ſententia perficienda.
Sic incriminibus: ſed caſus excipe quinque:
Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula, ſeruus.

1 Vt ꝟ. 1. diſt. ius naturale. & ſic hoc verbū Apoſtoli eſt conſilium: ſed ſubtilius intuentibus vř eſſe præceptum, ſm Lau.

Sententia intra quod tempus mādetur executioni.

Sententiā ſuper crimine lata ſtatim mādatur executioni pterquam in caſibꝰ quinque.

a Hoc ideo quia non ſtatur confeſſiōi, niſi confitens perſeueret. ff. de quæſtio. l. 1. §. diuus. & §. ſi quis vltro. Arch.

a ¶ Commotionis.] Iudex ergo cum offenditur, debet dare inducias, arg. 23. q. 5. c. 2. & 5. q. 2. relatum, in fin. & q. 5. qui ambulat.

IRa.]C A S V S. Docet hic Ambro. q. prælatus in corrigendo delinquentes, iram debet à ſe remouere. Et hoc probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Chriſti, & Pauli.

Sum-

¶ In dictandis ſententijs rectores nullo furore ducantur. C. LXX.

SVmmopere præcauere debent rectores eccleſiarum, & qui publica [a] iudicia exercent, vt in dictandis ſententijs nullatenus leuitate, aut furore [b] ducti ſint præcipites: ſed cauſis prius diligenter ventilatis, cum res, quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit; tunc diuina, & humana lex reſoluatur † [c]: & tunc ſecundũ [d] quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia. Hinc eſt, quòd Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum tabernaculum ingreſſus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirum nos inſtruens, vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino condemnationis, vel iuſtificationis ſententiam proferamus.

Burc.l.16. c. 1. Anſ.l.13. c. 25.

† reuoluatur

Exo.33.

¶ *De non præcipitanda ſententia leguntur nonnulla apud B. Gregorium lib. 19. Mor. c. 23. ad ea verba Iob*, Cauſam, quã neſciebã, diligentiſſime inueſtigabam. *& lib. 12. regeſti, epi. 26. & alibi.*

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſtola 54.

¶ Iuſtum iudicium vendi non poteſt. C. LXXI.

NOn licet iudici vendere iuſtum [e] iudicium, & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium.

J.14.q.5.c. fin.

¶ *Propria verba B. Auguſtini referuntur infra 14. q. 5. c. fin. verſ. ſed non ideo.*

Item Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, c. 58.

¶ De eodem. C. LXXII.

PAuper [f] dum non habet quod offerat, non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur †. Cito violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat [g].

Burc.l.16.c.28.

Huic itaque ſententiæ, quæ non amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa fertur in quemquam, humiliter obediendum eſt.

Vnde in Nicano concilio, c. 5.

Et in Aquiſgrã. c.41.

¶ Non recipiantur ab alijs, qui ſuorum epiſcoporum contrahunt offenſam. C. LXXIII.

SEruetur iſta ſententia, vt hi, qui ab alijs excõmunican-

Burc.l.11.c.36. Iuo p.14.c.100. Polyc.l.7.tit.1.

SVmmopere.] CASVS. Quidam rectores eccleſię vel ſæculares iudices ex leuitate vel furore ſententias proferebant. Sed Greg. docet hoc non eſſe faciendum: ſed re pleniter inueſtigata, ſine acceptione perſonarum ſecundum leges & canones dicit eſſe definiendum: & hoc probat exemplo Moyſi, qui querelas populi ad Deum referens iuxta Domini præceptum iudicabat: nos inſtruens, vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto Dei condemnationis & abſolutionis ſententiã proferamus. Seq. duo cap. plana ſunt.

a ¶ Qui publica.] id eſt, ſæcularia.

b ¶ Aut furore.] 2. q. 1. Deꝰ omnipotẽs. J. 30. q. 5. iudicantẽ.

c ¶ Reſoluatur.] id eſt, aperiatur.

Iudex an ſecundum cõſciẽtiam debeat iudicare.

d ¶ Et tunc ſecundum.] Tamen bene tenetur iudex iudicare ſecundum quod ſibi vi, vt in authen. iuſiuran. quod præſtatur ab his. §. 2. col. 2. ff. de arb. qualem. Et eſt arg. ꝙ ſm allegationes potius ꝗ ſecundum conſcientiã ſit procedendũ, vt J. 3. q. 7. iudicet.

Aduocatus an poſſit operas ſuas locare.

e NOn licet.] ¶ Iuſtum.] Multo magis iniuſtum 14. q. 5. non ſane. Gan. dixit ꝙ aduocatus vel iuriſperitus non debet vendere vel conſiliũ vel patrocinium: quia ſi cauſa eſt iniuſta, nõ debet iudex eam aſſumere: immo ſemper acceptam vel aſſumptã deſerere debet. C. de iudi. rẽ non nouã. ſi eſt iuſta, gratis tenetur conſulere vel patrocinari. & dicit Auguſtinum hic loqui ſecundum leges. Sed tu dicas ꝙ tales operas bene põt locare quis [1]. nemo enim de ſuo cogitur facere beneficiũ. 10. q. 2. precariæ. Tamen dico, ꝙ ſi ſine labore poſſunt dare conſilium, nõ reuoluendo libros, nec laborando in perlegẽdis allegationibus: tunc gratis [2] tenentur ſubuenire. De iudice delegato dicas, ꝙ nihil poteſt petere niſi expenſas. extra de vi. & hone. cleri. cum ab omni. modica tamen xenia poteſt petere vel accipere: dum tamen talia ſint, quæ iudicantis animum non immutent. arg. extra de ſimo. & ſi quæſtiones. quia illa non computantur inter lucra. ff. de offi. proconſul. l. ſolet. §. vlt. nec huiuſmodi xenia debent excedere in anno 100. aureos. ff. ad. l. Iuliam. repetun. l. ea. in fin. teſtis etiam ſumptus petit, vt 4. q. 3. venientis. Ordinarius autem iudex non poteſt expenſas petere, cum ei certi ſunt reditus ſtatuti. 23. q. 1. militare 3.

1 Adde an & qñ aduocatus poſſit paciſci de ſalario. gl. 2. in l. ſumptus. ff. de pac. & l. ſi qui aduocatorum. & ibi Cy. C. de poſt.

2 Contrarium tenet Ioã. An. in Mercuri. Fr. Purpur. in l. ſi me & Titium. in princ. ſi certum pet. Hier. Cagno. char. 46. col. 2. d offi. aſſeſſ. niſi pauperi. Alber. l. 1. C. de poſtul.

f PAuper.] 23. q. 4. ne amiſſo.

g ¶ Exiſtimat.] ſimile diſt. 50. ſi lapſis.

HINC ITAQVE. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. dicens ꝙ quamuis ſententia non feratur amore iuſtitiæ, tamen ei humiliter eſt obediendũ.

SEruetur.] CASVS. Quæſitum fuit in Nicæno concilio, vtrum illi, qui ſunt excommunicati ab epis ſuis, ſint ab alijs epis recipiendi? Et reſpon. ꝙ non: ſed requirendum eſt vtrum iuſte vel iniuſte ſint excõicati, vt ſi iniuſte fuerint excommunicati, abſoluantur: Illi vero qui iuſte fuerint excommunicati à ceteris epiſcopis habeantur excommunicati quouſq; reſipiſcant.

a ¶ Ab

a ¶ Ab alijs.] licet etiam priuilegiati ſint aliquitamẽ tenentur vitare excommunicatos.
b ¶ Epiſcopi.] extra de ſent.excom.nulli.
c ¶ Abſtenti ſint.]ideſt,excommunicati ſunt.

Additio. ſic ĩ.ead.ſi quis laicus.in princ.
d ¶ Epiſcoporum.]Ergo ſi ex iuſta cauſa epiſcopus aliquẽ excõicauit,ſuperior non debet abſoluere eum:ſed debet eum remittere abſoluendum ad epiſcopum,etiã ſi appellatũ ſit ad ipſum: qd verũ eſt, cũ euidẽs eſt ipſã ſentẽtiã eſſe iuſtã. extra d ſen.excõ. c. per tuas, in fine. alioquin ſecus, vt eadẽ decre. ĩ. ca.ſi epiſcopus forte.

Ad-tur,ab alijs [a] ad communionem nun recipiantur. Requiratur ſane,ſi forte ex aliqua indignatione † animi,aut contentione, aut qualibet tali communione † epiſcopi [b] ſui abſtenti † ſint [c]. & *infra.* ¶Vt ita demum hi,qui ob culpas ſuas epiſcoporum [d] ſuorum offenſas merito contraxerunt,digne etiam à ceteris excommunicati ſimiliter habeantur,quouſque epiſcopo [a] ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam.

† μικροψυχία
† ἀηδία
† al. excõmunicati ἀποσυνάγωγοι

a ¶ Epiſcopo ſuo.] *In priſca verſione,quæ eſt in collectione Iſidori, & huic valde ſimilis eſt,legitur,* quouſque in communi, vel ipſi epiſcopo ſuo: *nec multo aliter in altera vulgata verſione. Græce eſt μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ,ideſt,*quouſq. communi epiſcoporum videatur.

Item ſententia eſt iniuſta ex ordine, quando non ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa damnatur.

Vnde Gregorius ſcribit Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo,lib.8.epiſt.30.

ITEM SENTENTIA. Casvs. Hic Gra. oſtendit ſecundum membrum diſt. ſ. ꝙ ſententia tunc eſt iniuſta ex ordine. quãdo iudiciario ordine nõ ſeruato aliquis ꝓpter culpã ſuã condẽnatur;quod nõ eſt faciendũ:& hoc probat per ſeq.ca. Duo ſequẽtia cap. plana ſunt.

¶ Res dubia non definiatur certa ſententia. C. LXXIIII.

GRaue [e] ſatis eſt, & indecens, vt in re dubia certa detur † ſententia.

† al. dicatur

e GRaue.] ĩ. diſt. 13.cap.vlti. de hoc notatum eſt. ſed vbi ius dubiũ eſt,bene fertur ſentẽtia certa 30.q.5.c.vl.qñ que & in dubio facto certũ ius ſtatuitur. extra de ſpon.iuuenis.

Item Auguſtinus in libro de pœnitentia †, *c.3.*

† al. pœnitẽtiæ medicina
Iuo p.5. c. 147.
Pann.l.4.c.114.

¶Non credantur quæ certis indicijs non demonſtrantur. C. LXXV.

QVamuis vera ſint quædam, non tamen iudici [f] ſunt † credenda,niſi certis indicijs demonſtrentur.

†facile ſunt] orig.
Aliquot verbis mutatis.
...o.q.5.ſi qs ...uinis.]ex ...sto.

f QVamuis.] ¶Iudici.] Ar. ꝙ iudicandũ eſt ſecundum allegata, & non ſecũdum opinionem iudicis.

Item Damaſus Papa epiſtola ſexta.

¶ Antequam examinentur, aliqui non iudicentur. C. LXXVI.

EOrum,qui accuſantur,cauſas diſcutere nõ licet, priuſquam canonice vocati ad ſynodum veniant,& præſens per præſentem agnoſcat veraciter †, & intelligat [g] quæ ei obijciuntur. Quod bene,& per ſapientiam Salomonis [a] dicitur:[Antequam ſcruteris,ne reprehendas. Intellige [h] prius,& tunc increpa. Antequam audieris,ne reſpõdeas.] Et licet apertiſsima [i] ſit contrariorum [k] reprehenſio, verumtamen oportet ab his, qui dati † ſunt ad eorum examinationem,ordinem ſeruari.

Anſ.l.3.c.51.
† al. veritatẽ
Eccl. 11. ſecundum 70.
† al. deputati

EOrum.] Casvs. Quęſitũ fuit à Damaſo Papa, verũ crimina aliquorũ ſint examinanda vel puniẽda antequã canonice vocentur ad ſynodũ. Et rñdet ꝙ nõ: qđ ꝓbat auctoritate Salomonis:& quãuis obiecta crimina ſint manifeſta,nõ tamen iudici tamquã iudici, & ideo ſemper eſt examinatio facienda.

g ¶Intelligat.] nã niſi intelligat,nõ dicitur fieri eo pręſente.ff.de verb. ſignific.coram.
h ¶Intellige.] aliàs dicitur: ſicut praue intellexiſti,ſic praue reſpondes . de conſec. diſt.2.c.1.
i ¶Apertiſſima.] ideſt, aperta & manifeſta: non tñ vt iudici notoria. Vel intellige cũ iudici eſt manifeſta.
k ¶ Contrariorũ.] ideſt, aduerſariorũ.

a ¶ Salomonis.] *Citat librum ſapientiæ Sirach, ideſt Eccleſiaſticum, nomine Salomonis. Et ſic citatur etiam à B. Gregorio 1. q.1. non eſt putanda. & à Cypriano libro 3.ad Quirinum,c.20. & à Clemente Alexandrino Stromatum lib. 7. & ab Origene hom.18. in Numeros. & ab Hilario in pſal.67. & ab alijs patribus: cuius rei rationem reddidit B. Auguſtinus l.2. de doctr. Chriſtiana,c.8. & alibi.*

Item ex octaua ſynodo.

Iſidorus l.3. de ſum.bono c.59.

¶ Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, vterque reus eſt. C. LXXVII.

NOn ſolum [l] ille reus eſt, qui falſum de alio profert; ſed & is,qui aurem cito criminibus præbet.

l NOn ſolũ.] ſupra 86. diſt. ſi quid ĩ.ca.

Digitized by Google

T.ea.q.c.in cunctis.& cap.ſi quis dixerit.

CVM ERGO.Hæc eſt ſexta pars q.in qua probat, ꝙ ſi ſententia excommunicationis ex ordine nulla fue rit:tamen ſeruanda eſt, etiam ſi ſit ex cauſa iniuſta: qa ligatur propter contemptum. & hoc probat per 22. auctor.Ioan.de Fant.

c ¶ Quatuor.] Eſt & quintus modus, quando iudex pauperibus miſeretur,vt 23.quæſt.4.eſt iniuſta. & cap. ne amiſſo. Item ſunt alij duo modi:nimia ſeueritas:& nimia remiſſio,vt 45.diſtinct.diſciplina. non enim eſt conſtans iudex cuius animi motum vultus detegit. ff. de

CASVS.Concludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ licet ſententia ſit iniuſta ex ordine: ei tamẽ eſt obediendũ. & allegando quandã falſam rationem aſſignat,dicens aliquãdo contingere,ꝙ aliquis ligatus eſt apud Deum pro alieno reatu: & tamen pro reatu alio, quẽ non fecit,condemnatur:velut ſi adulter de crimine ſacrilegij quod non fecit, non ſeruato ordine iudiciario condemnatur:quę tamen ſententia tenet non ſacrilegij ratione quod nõ fecit,ſed rõne adulterij ꝓ quo iamdiu apud Deum fuerat excõicatus. Et ad hoc probandũ inducit c.Greg.ĩ.e.ſententia. & exponit ca. illud qualiter intelligi debeat.

a ¶ Pro ſacrilegio.] G. male intelligit illud c.T.e.c.1.innuit enim hic, ꝙ etiam eſt tunc timenda ſentẽtia paſtoris quando vel illud crimen pro quo eſt excõicatus, vel aliud eſt in eo: aliàs ſi nullũ eſt in eo crimen,nulla eſt vel nõ eſt timẽda ſentẽtia, & fuit deceptus ex illo verbo, ſiue ex aliã culpa mereatur. ſed Greg. vocat aliã culpam,quam de nouo quærit, contemnendo ſcilicet excommunicationem 1, Vel dicas eum allegando 2 hoc dicere.

1 Et hoc patet i. ſ. §.ibi fiat culpa. 2 Ad hoc dictũ facit T. ea.§.hæc et ſi. &c. vbi patet ꝙ ita intellexerit vt dictũ eſt. Arch.

b ¶ Non habet.] Sic 24.q.3. notãdum. in fine:vbi dicitur,ꝙ iniuſta excõicatio non nocet niſi contemnatur.ſic extra de ſent. excõ.per tuas ſic nec denunciatio iniuſta eſt contemnenda extra de noui operis nunciatione cap.cum ex iniuncto.

¶ De hac inſcriptione octauæ ſynodi notatum eſt ſupra eadem q. 3.ſi quis frater.

6 *Cum ergo ſententia ex ordine iniuſta eſt; nec tunc ab ea recedendum eſt: quia etiam, antequam ſententia daretur in eum; pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter ſententiam pro ſacrilegio* [a] *reportet,cuius reatum in conſciẽtia non habet* [b]. *Hac ſententia & ſi iniuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia; tamen iuſte ab eo reportata eſt,quia ex reatu adulterij iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorij: [Sententia paſtoris,&c.] Iuſtam ſententiam vocat,quando crimen ſubeſt, ſuper quod fertur: iniuſtam, quando illud non ſubeſt;quæ tamen timenda, vel ſeruanda eſt;quia ex alio iam dudum damnandus erat. Vnde, cum præmiſiſſet Gregorius: [Vtrum iuſte an iniuſte obliget paſtor,paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt,]ſubſecutus adiecit: [Ne is,qui ſubeſt, & cum iniuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſoluere indiſcrete timeat, vel ligare. Is autem,qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel iniuſte; nec paſtoris ſui iudicium temere reprehendat: ne, & ſi iniuſte ligatus eſt,ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia,culpa,quæ non erat,fiat.] ¶ Aliquando nullum ſubeſt crimen: & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum oppoſitam ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.*

T.ead.c.1.

Hom.26.I Euã.

Vnde Gregorius ait.

Iſidorus l. 3. de ſum.bono,c.58

¶ Quot modis humanum iudicium peruertitur. C. LXXVIII.

Burc.l.16.c.28.

QVattuor [c] modis peruertitur humanum iudicium: timore [d], dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pertimeſcimus;cupiditate,dum præmio animum † alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduerſarium † molimur: amore, dum amico [e], vel propinquo complacere contendimus.

† *al. muneris alicuius corrũpimur*] Iſid. † *al. aduerſa*

¶ Apud Gregorium non eſt inuentum:ſed apud Iſidorum (quem citat Burchardus) & paulo etiam plenius: & ſequuntur nonnullis interiectis poſt caput quo recte ſupra ead.

Quàm vero graue ſit vel odio, vel amicitia, vel me-

ALIQVANDO. CASVS. Hic proſequitur tertiũ membrum,ſcilicet quando ſententia eſt iniuſta ex cauſa:ſcilicet qñ nullum crimẽ ſubeſt: ſed odio iudicis vel machinatione aduerſariorum ſeruato ordine iudiciario condemnatur.quod probat ſequenti cap.

QVattuor.] CASVS.Docet hic Greg.ꝙ quattuor ſunt, quibus humana iudicia peruertuntur:ſcilicet timor, cupiditas,odium, & amor: & de quolibet ponit exemplum.

de offi.præſi.obſeruandũ.Item eſt & alius modus quãdo per imprudentiam male iudicat. inſtit.de obli.quæ ex quaſi delictnaſ § 1.

d ¶ Timore.] Sed numquid tenet ſententia, quam iudex per metum tulit? ſic: ſed elidi poteſt per exceptionem 3 .25.quæſt.1.omne.ff.de furt. interdum §.1.Arg. contra.ff.de acqui.hære.l.6.§.vlt. ſententia autem quæ per premium lata eſt,nulla eſt,vt 2.q.6.§.venales.ſ.d ſi odio vel amore lata eſt:bene tenet, ſed irritatur. ff. ad Trebel.l.ſeruo.§.cum prætor.Io.

3 Subau. & ſic debet intelligi. T. e iniuſt.l vb de hoc &c Io.de Fant

e ¶ Dum amico.] de hac amicitia vel inimicitia nota.3.quæſt.3.c.1.

Qui-

Recuſatur iudex facilius quàm teſtis.

tu, vel munere, vel quolibet modo iudiciū peruertere, teſtatur Hieronymus in Amos, cap. 6. dicens.

pauperibus ſub omni † conſcientia faciat erogari: fabricis vero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis erogatione ueſtra decernimus eſſe penſandam. Si quid forte ſub annua remanebit expenſa; electo idoneo ab vtraque parte cuſtode tradatur enthecis: vt ſi maior [a] emerſerit fabrica; ſit ſubſidio, quod ex diuerſi temporis diligẽtia potuerit cuſtodiri: aut certe ematur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiciat communes. † al. omnium

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni epiſcopis.

¶ Diuini muneris participatione priuetur, qui eccleſiaſtica priuilegia calcat. C. XXIIII.

QVi & † diuinis, & humanis legibus inciuili [b] damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel eccleſiaſtica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperum proſilire diſpendium, nec huiuſmodi, ſaltem cõmoniti, conuictique, nequitiam ſopire conſentiunt, atq. illata ſacris rebus detrimenta ſarcire; merito diuini muneris participatione ſunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod ſacrilegis auſibus habuere deſpectui. Cæleſtinus vero presbyter fratris, & coepiſcopi noſtri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apoſtolicæ ſedis mandata prorumpens, ſupradictis communionẽ ſacram miniſtrare præſumpſit; cum non potuerit ignorare [c] ſententiã proprij ſacerdotis, ab officio protinus eccleſiaſtico pellatur: vt nullus eccleſiæ miniſtrorum contra pontificalia inſtituta venire contendat. Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185.

Idem eiſdẽ Iuſtino [a] archidiacono, & Fauſto defenſori.

a ¶ Iuſtino, &c.] *Antea legebatur,* Idem eiſdem. *Emendatum eſt, & poſita iſtorum virorum nomina ex Iuone, ad quos etiã ſcriptũ eſt ſuperius penultimum caput, vobis enim. Nec vero hæc, quæ nunc afferentur, pertinere poſſe ad epiſcopos, quibus proxime præcedens caput ſcribebatur, indicant non modo quæ à Gratiano hic referuntur, ſed etiam apertius verba, quæ apud Iuonem poſt ultima huius capitis ſequuntur*. Si quis vero in eccleſiæ veſtræ damnũ, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtrę prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, &c.

¶ De eodem. C. XXV.

VVlteranæ † eccleſiæ actus, vel patrimonium, quod hactenus comperimus deſtitutum, poſt damnationem Euchariſti, quo fuerat deprauante diſperſum, curæ veſtræ decreuimus eſſe delegandum: vt diligentia (qua vos pro vtilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe vigilantes) prædia culturæ reſtituatis antiquæ, & reuocetis, ſi qua ſunt vendita, aut donata mancipia. Poſſeſſiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione epiſcopis, vel ceteris quouis iure videritis teneri (quia contra cõſtituta ſynodi ab epiſcopis prædia alienari nullo potuerunt cómento;) nihilominus Iuo p. 3. c. 151. † al. Volaterrana

Digitized by Goo

commiſit Papa quibuſdam epiſcopis vt reuocẽt prædia & mancipia male alienata, ſimiliter & poſſeſſiones quas Eumancius & Opilio epiſcopi, vel ceteri quocumq; modo detinent, reuocent: & emptores recurſum habeát ad venditores. Penſiones vero vel oblationes deferant ad epi-

vero rei. Sed contra 16.q.3. vniuerſas. C. de euic. ſi fundus. Solu. hoc c. loquitur de poſſeſſore bonæ fidei: contraria de poſſeſſore malæ fidei. ſed ad hæc objicit̃: malæ fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agri. & cenſ. quemadmodum. l. 11. Rũdeo. quantũ ad hoc eſt malę fidei poſſeſſor, q̃a nõ vſucapit: ſed quãtum ad hoc eſt bonę fidei poſſeſſor, q; habet recurſum cõtra ſuũ venditorem.

reuocentur[a]. Sit emptoribus[b] ad eum recurſus, qui præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita venditione diſtrahere: ita vt penſiones annuas ad pontificem deferatis: cui priuilegia ſua integra conuenit omni ratione ſeruari, vt eius diſpenſatione portiones proueniant conſuetæ: ita vt portionem quartam, quæ ad eos pertinet, ſua pontifex ordinatione diſtribuat, prout cuiuſque locum[c] meritumq. cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum eſt, vt clericis quartam eroget pro conſideratione ſuæ electionis antiſtes. Fabricarũ etiam portio epiſcopo ſciente, & diſponente, veſtra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & plebi Brunduſii.

¶ Redituum, & oblationum duæ portiones clericis committantur. C. XXVI.

Anſ. l. 6. c. 43.

CONceſſo vobis, quem petiſtis, antiſtite fratre iam & coepiſcopo meo Iuliano, neceſſarium fuit (eodem ad eccleſiam ſuam mox remiſſo) ad vos noſtra ſcripta pariter deſtinari: quibus agnoſceretis eidem fuiſſe præceptũ, ne vmquam ordinationes præſumat illicitas. *& infra.* ¶ Reditus, & oblationes fidelium in quattuor partes diuidat: quarum vnam ſibi ipſe retineat: alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate[d] diſtribuat: fabricis tertiã: quartã pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem diuino eſt redditurus examini.

¶ Epiſtola Gelaſii, in qua eſt hoc caput, miſſa eſt cum aliis ex Hiſpania. Eadem vero inter epiſtolas Gregorii II. impreſſa eſt tertia clero, & plebi Turingiæ ſcripta. Talis quædam epiſtola, ſed breuior, refertur in libro, qui inſcribitur Ordo Romanus, & formata epiſcopo danda nuncupatur.

Et in conc. Pariſienſi, l. 1. c. 15.

Idem in epiſtola ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, c. 29.

¶ De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat. C. XXVII.

Poly. l. 3. tit. 11. Anſ. l. 5. c. 68. Burc. l. 3. c. 137. Iuo p. 3. c. 203. Pann. l. 2. c. 7.

QVattuor autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudum rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones: quarum ſit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus ſicut ſacerdotis intererit integram miniſtris eccleſiæ memoratam dependere quantitatem; ſic clerus vltra delegatam ſibi ſummã nihil inſolẽter nouerit expetendum. Ea vero, quę eccleſiaſticis ædificijs attributa ſunt, huic operi, vera-

c ¶ Locum.] Arg. q; ſecundum priorem locũ & maius meritũ conferendæ ſunt dignitates, vt ĩ. c. prox. & ſ. diſt. 1. ius militare. & 1. q. 2. clerici. & 75.[1] diſt. c. vlt. & ille gradus ceteros antecedat, quẽ ſtipendia lõgiora & labor prolixior fecerũt anteire, vt C. de of. ma. offi. l. nemo. 61. diſ. c. 1. & c. miramur. & ſtipẽdiorũ ratio habenda eſt vt ff. de re mili. l. nõ omnes. in princ. Arg. contra 16. q. 7. omnes decimæ. & c. 1. in fin. & extra de cõſti. cum omnes 2.

Dignitates cõferantur ſecũdũ merita.

1 Al. 74.

COnceſſo.] CASVS. Clerus & populus Brunduſij petierũt à Gelaſio epm Iulianum, quem eis conceſſit: & cũ eũ illis deſtinaret, ſignificauit eis per ſcripta ſua, q; duo ſibi præceperat, ſcilicet, quòd nũquam faceret illicitas ordinationes: & reditus & oblationes in quattuor diuideret portiones. Primã haberet antiſtes: ſecũdam clerici: tertiã fabrica: quartam pauperes.

2 Vbi ð hoc ẽt & pleni⁹ extra ð ma. & obe. ſtatuimus. Archid.

d ¶ Sedulitate.] Arg. cõtra clericos exiſtẽtes in ſcholis, vt non debeant percipere eccleſiaſtica ſtipendia, vt 16. q. 1. generaliter & ĩ. c. charitatẽ. Arg. contra. 32. diſt. ſi quis vero.

QVattuor.] CASVS. In hoc c. ſtatuiť, vt ð reditibus & oblationibus eccleſiæ quattuor fiãt portiones, quarũ vna ſit epi, ſecunda clericorũ, tertia pauperum: quarta vero fabricę applicanda: ita q; clerici vltra quartã nõ expetant: & manifeſtũ ſit qualiter duæ quartæ ſint in vſum pauperũ, & in vſum fabricæ conuerſæ; vt de hoc bona fama inter homines oriatur.

epiſcopum: de quibus fiant quattuor portiones, vt dictũ eſt in c. ſupradicto, vobis.

a ¶ Reuocentur.] C. ſi tu. vel cu. inter. l. vlt.

b ¶ Emptoribus.] ſ. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. in fi. §. qui

citer prærogata, locorum doceat [a] inſtauratio manifeſta ſanctorum: quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum præſul impendia his deputata conuertat. Ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quãquam diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur; tamen iuxta quod ſcriptum eſt: [Vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt] oportet etiam præſenti teſtificatione [b] prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. Quapropter nec clericorum quiſpiam, &c. *Matth. 5.* *2. q. 7. quapropter.*

Item Simplicius Papa Florentio, & Equitio, & Seuero epiſcopis, epiſt. 3.

¶ De reditibus oblationum, & redituum eccleſiæ quattuor portiones presbytero diſpenſandæ credantur. C. XXVIII.

DE reditibus eccleſiæ, vel oblatione fidelium quid deceat neſcienti nihil licere permittat: ſed ſola epiſcopo ex his vna portio remittatur: duæ eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro † presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: vltima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. *& infra.* ¶ Cui, *ideſt Gaudentio*, hoc ſpecialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio † [c] dicitur ſibi tantummodo vendicaſſe, reſtituat. *Anſ. l. 5. c. 66.* *† al. ab Onagro* *† al. per triennium*

¶ *Addita ſunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad ſententiam facere aliquid videbantur.*

Item Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano, lib. 3. epiſt. 11. *Ioannes diac. l. 4. num. 34.*

¶ De reditibus eccleſiæ etiam nouiter quæſitis quarta pars clericis erogetur. C. XXIX.

COgnouimus de reditibus eccleſiæ nouiter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarum minime prouenire: ſed epiſcopos locorũ diſtribuere tantummodo quartam antiquorum redituum; nunc vero quæſita ſuis vſibus retinere. Quam rem † prauam ſubintroductamq. conſuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare feſtinet: vt ſiue de præteritis reditibus, ſiue de his, quæ obuenient † [d], vel obuenientibus quartæ ſecundum diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum namque eſt vnam, eamdemq. eccleſiæ ſubſtantiam duplici [e] quodammodo iure cenſeri, ideſt † vſurpationis, & canonum. *Anſ. l. 5. c. 70.* *† al. ob rem* *† al. nunc obuenerunt, vel obuenerint* *† addita ex or.*

Idem Auguſtino epiſcopo Anglorum in reſpon. ad primam interrogationem.

¶ De ſtipendio eccleſiæ quattuor debent fieri portiones. C. XXX.

MOs eſt Apoſtolicæ ſedis ordinatis epiſcopis præceptum tradere, vt de omni ſtipendio, quod accedit, *Anſ. l. 5. c. 64.* *Pann. l. 2. c. 8.*

Clerici ſoli ad reparationẽ fabricæ cõpellãtur.

1 Arg. ꝙ etiã principes teneant ad hoc. 96. diſ. c. vlt. L.

a ¶ Doceat.] Argu. per vnum factum probari aliud: & cauſam probari per effectum: quia per reparationem fabricarum probatur, ꝙ bene ſit expenſa quarta fabricæ: & ſic 18. diſ. peruenit. ſic C. de admi. tut. l. lex quę, in fi. Item ex omnibus his capitulis collige laicos non eſſe cõpellendos ad reparationem fabricæ: ſed tantũ clericos 1. 10. q. 1. decernimus.

b ¶ Teſtificatione.] Ar. ꝙ res ſemper ſũt gerendæ in illorum præſentia, quorũ intereſt, vt 3. q. 1. licet.

DE reditib⁹.] CASVS. Gaudentius epiſcopus non diuidebat reditus & oblationes in quattuor portiones, ſed eas ſibi vendicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florẽtino & Equitio epis, vt vnã tantummodo portionem de reditibus & oblationibus concedãt epo: alia diuidatur clericis pro meritis ſingulorũ: reliquis duabus fabricis & pauperibus profuturis: & compellãt ipsũ Gaudentiũ epm iſtas tres portiones reſtituere: quas per tres annos ſibi tantũ illicite & indebite vendicauit.

c ¶ Triennio.] licet iſte eps per trienniũ poſſederit res eccleſiæ mobiles, non tamẽ vſucapiebat eas, quia furtum commiſit in eis, vt 10. q. 2. cap. vlt.

COgnouimus.] CASVS. Quidam epi faciebant quattuor partes tantum de antiquis reditibus: ſed nouos omnes ſibi retinebãt. pcepit Greg. Maximiano epiſcopo Syracuſano, vt tam de antiquis reditibus, quàm de nouis quattuor faciat fieri portiones: cum antiqui & noui non debeant diuerſo iure cenſeri: quia incongruũ eſt eandẽ ſubſtantiam eccleſiæ duplici quodãmodo iure cenſeri. Sequens cap. planũ eſt. Aliud qđ poſtea ſequitͬ, eſt palea, ſcilicet ſancimus. eſt tamẽ eius caſus planus per ſe.

d ¶ Obuenient.] Arg. cõtra. ff. de iure dot. cum in fundo. §. ſi fundus. ſi. ff. de pac. do. inter ſocerum. § 2. ſi. C. de allu. l. 2.

e ¶ Duplici.] No. duplicitatẽ à canone reprobari. 16. q. 7. in nona. & 18. q. 2. in nullo. ſic ff. de vſuca. cum qui ædes. Item ar. ꝙ idem iuris eſt in veteribus quod in nouis.

uis.extra de cen.cum olim:&c.cum in eccleſijs.Ar.ꝫ.de deci.tua. nam licet veteres decimæ ſint conceſſæ laico. nõ ideo nouæ,vt ibi dicitur, quandoq; tñ eadẽ res duplici iure cenſetur.extra de reli.domi. quia. & ff.de pecul. hinc quæritur. §. 1. vbi habes ꝙ peculium q̃nque dupliduplici iure cenſetur ſed iſti ſunt caſus ſpeciales 1.

a SAncimus.] ¶ Dona.] ſecundum diſtinctionem: extra de teſta. requiſiſti.

b ¶ Titulorum.] id eſt, eccleſiarum, ad quas intitulati ſunt.

1 Quod autem hic dĩ regulare ẽ. de hoc etiã le. & not. extra de deci. cum in tua l ſi.

quattuor fieri debeant portiones, vna videlicet epiſcopo, & familiæ eius propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia vero pauperibus, quarta eccleſijs reparandis.

[*Item ex concilio Toletano.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XXXI.

SAncimus omnibus epiſcopis curam laicorum inſtare, vt ſi quos in fide Chriſti inuenerint, nimio affectu diligant. Inſuper confirmamus, vt ſi aliqua ab ipſis accipiant dona[a], ſtatim in quattuor diuidãt partes: ita, vt prima pars ſecundum α Apoſtolorum præcepta, titulorum [b], necnõ cœmeteriorũ reſtaurationibus diligẽter attribuatur, ſecũda clericis, tertia cũctis pauperibus, quarta vero aduenis.

¶ *Caput hoc (quod in omnibus vetuſtis exemplaribus, exceptis duobus, & ſine Paleæ nomine habetur, & gloſſam habet) in nullo Toletano concilio aut impreſſo, aut manuſcripto inuentum eſt. In collectione canonum incerti auctoris, quæ aſſeruatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Silueſtro: quamuis in ſynodo Romana ſub ipſo habita, c. 4. paulo aliter hæ partes aſſignentur, id eſt, vt in præcedentibus huic capitibus.*

α ¶ Secundum Apoſtolorum præcepta.] *In ea collectione non ſunt hæc verba. In vno vetuſto Gratiani codice eſt*, ſecundum Apoſtolicorum præcepta.

Item ex concilio Agathenſi, c. 22.

¶ Omnes presbyteri ſecundum iuſſionem epiſcopi res eccleſiæ diſpenſare ſtudeant. C. XXXII.

Poly. l. 3. tit. 12.

ſ STatuimus (quod omnes canones β iubent) vt ciuitatenſes, ſiue diœceſani presbyteri, vel clerici, ſaluo in re eccleſiæ, rẽ eccleſiæ, ſicut permiſerũt epiſcopi, teneant: vendere autẽ, aut donare penitus nõ præſumant. Quod ſi fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, ſi quas habent proprias, indemnem [c] eccleſiã reddant, & communione priuentur.

β ¶ Canones.] *Reſtituta eſt hæc vox ex originali. Antea legebatur*, epiſcopi. *In Polycarpo autem tantũ eſt*, quod omnes iubẽt.

STatuimus.] Hæc eſt 5. pars q. in qua magiſter reuertitur & probat per 10. c. ꝙ res eccleſiæ non ſunt alienandę, niſi in caſu cõceſſo: aliàs alienatio non tenet; & alienatores quocũque caſu debent puniri. Ioan. de Fan.

Casvs. Relatum fuit in Agatenſi concilio, ꝙ clerici exiſtentes in ciuitate vel extra, res eccleſiarum ſuarum non gubernabant ſecundũ epiſcoporum ſuorum diſpoſitionem. ſed vindicabant vel donabant ſicut eis placebat. quare conciliũ ſtatuit, vt hoc de cetero non faciant: & ſi fecerint, irritetur. & de proprio ſi quod habent, eccleſiam reddant indemnem, & cõione priuentur.

c ¶ Indemnem.] De hoc dixi ſ. ea. monemus.

Item ex eodem concilio, c. 26.

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut aduerſarijs tradunt. C. XXXIII.

ꝉ. ead. ſi quis de clericis. Burc. l. 3. c. 183. Ivo p. 3. c. 156.

SI quis de clericis documenta [d], quibus eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere [e], aut negare, aut aduerſarijs fortaſſe tradere, damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit; quidquid [f], per abſentiam documentorum, damni eccleſiæ illatũ eſt, de proprijs facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiam, qui in damno eccleſiæ impie ſolicitati, à traditoribus aliquid acceperint; ſuperiori † ſententia teneantur.

† al. pari

SI quis.] Casvs. Quidam abſcondebant vel denegabant inſtrumenta eccleſiarum: aut ea aduerſarijs dabant. quæſitum fuit quã pœnam pati debeãt. Et reſpondetur ꝙ omne damnum eccleſię illatũ per abſẽtiã inſtrumẽtorũ, debẽt reſtituere de proprijs facultatib⁹: & cõione priuẽr. Qui vero talia documenta recipiũt, eadẽ pœna debent puniri.

d ¶ Documẽta.] Idẽ eſſet ſi teſtes aliquos impediret dicere veritatem, vt extra de teſt. cogen. peruenit.

e ¶ Supprimere.] q: crimen falſi incurrunt. ff. de fal. l. 1. §. iis qui depoſita.

f ¶ Quid quid.] Argu. ꝙ eccleſia põt petere intereſſe, qđ eſt extra rẽ 2. ſed illud nõ eſt extra rẽ: q: in inſtrumẽto tradito poſſeſſionis, & poſſeſſio tradi videt, vt C. de dona. l. 1.

2 Idem L. & idẽ not. extra đ intur. in noſtra. de ſẽt. excõ. ſacro. in gloſ. 1; Archid.

& in Hiſpalen. 1. c. 1.

Item ex eodem, c. 33.

EPiſcopus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathenſi, vt epiſcopus, qui non habet filios vel nepotes, nõ inſtituat alium heredem quàm eccleſiam ſuã, ſi vero illicite de rebus eccleſiæ aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur, & ad eccleſiam quod alienatum eſt reuocetur. ſi vero filios habet, quibus ſua bona reliquit, de bonis illis indemnitati eccleſiæ conſulatur.

reuocantur in ſeruitutem. aliud in liberto priuati, vt C. de lib. cau. ſolo obſequij. quod eſt hic ſpeciale. Item aliud ſpeciale, ꝙ filij iſtorum libertorum ſunt obnoxij eccleſiæ. ſ. e. de libertis. ſecus in alijs, vt C. de li. & eorum li. l. 1. & 2. Item aliud ſpeciale ꝙ liberti tenentur ſeruire

a ¶ Alium.] hoc eſt conſilium, quia eũ vxorem & ſeruum ſuum poſſet inſtituere heredem, vt ĩ ead. q. 1. ſint manifeſtæ.

b ¶ Ab heredibus.] Hic duo contraria dici videntur, ſcilicet, ꝙ eccleſia debeat eſſe heres defuncti: & ꝙ eccleſia poſſit conuenire filium defuncti de eo quod male alienauit defunctus. nam ſi eccleſia eſt heres defuncti, etiam ſi defunctus aliquid indebite alienauit, illud non poteſt reuocare eccleſia, vt C. de re. alie. non alie. l. 3. C. de lib. cau. l. ſi ab eo. & C. de rei ven. cũ à matre. tenet enim ſequi voluntatem defuncti, vt 11. q. 1. Silueſter, ideo ſic exponas. eccleſiam ſibi relinquat heredem: ſed ſi eccleſiam non inſtituit heredem, ſupple tunc ſi quid de eccleſia, &c. Generaliter enim omnis heres tenetur ad omnia onera defuncti, niſi fecerit inuentarium, vt C. de iur. deli. ſancimus. hoc tamen teneas, ꝙ ſecundum canones in contractib⁹ & in delictis ſiue aliquid peruenerit ad heredem, ſiue nõ: ſiue lis ſit cõteſtata cũ defuncto, ſiue non, heres ſemper tenetur inſolidum, vt 16. q. 6. ſi epm 1. in ſi. extra d cap. in litteris.

Heres onera defuncti ſuſtineat.

a Vbi de hoc. & ſupra 1. q 4. §. item peccato ciuiũ. vt ibi ſatis dixi. Arch.

¶ Epiſcopus heredem non habens, non alium, quàm eccleſiã ſibi heredem inſtituat. C. XXXIIII.

EPiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit α; aliũ a quàm eccleſiam non relinquat heredem. Si quid de eccleſia non in eccleſiæ cauſa, aut neceſſitate præſumpſerit; quod diſtraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui vero filios habet; de bonis, quæ reliquit, ab heredibus b eius, indemnitatibus eccleſiæ conſulatur. Poly. l. 3. tit. 12.

α ¶ Non habuerit.] *In originali impreſſo, & manuſcripto & in Polycarpo legitur,* non habens alium, quàm eccleſiam reliquit heredem; ſi quid, & c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hiſpalenſis concilij primi, c. 1. ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item ex eodem, c. 49.

¶ Qui in clero conſtituti ſunt, de rebus eccleſiæ nihil alienare præſumant. C. XXXV.

DIaconi, vel presbyteri in parochia conſtituti de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de rebus eccleſię ſibi commiſſæ (vt ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quod ſi fecerint c; conuicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud d tantum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe β. *& infra.* ¶ Libertos tamen, quos ſacerdotes, vel diaconos de eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus e eccleſiæ proſequi iubemus. Quod ſi facere contempſerint; placuit eos ad proprium reuerti ſeruitium. Iuo p. 3. c. 161.

β ¶ Præſumpſiſſe.] *Si hic interponas c. ſi quis qualibet. infra eadem, habebis integrum canonem 49. ipſius concilij Agathenſis.*

Item ex eodem, c. 53. & in Epaunenſi, c. 7.

¶ De poſſeſſione eccleſiaſtici iuris quidquid à presbytero diſtrahitur, inane habeatur, & vacuum. C. XXXVI.

QVidquid parochiarum presbyter de eccleſiaſtici iuris poſſeſſione diſtraxerit; inane habeatur & vacuũ vendicatione f γ comparantis, & actione vendentis. Iuo p. 3. c. 162.

γ ¶ Vendicatione.] *Sic etiam in recentioribus conciliorum editionibus. In alijs, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur,* venditore comparantis. *apud* Iuonem, vẽditione comparantis.

DIaconi.] CASVS. Hoc c. diuiditur. in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ diaconi, presbyteri vel epiſcopi de rebus eccleſiæ nil debent illicite alienare: quod ſi fecerint, de hoc conuicti deponantur, & de ſuo proprio tantundem reſtituant. In ſecunda parte dicitur, quòd liberti eccleſiæ negotia eccleſiæ proſequi debent: quod ſi cõtempſerint, in ſeruitutem adducentur. Secunda pars incipit ibi: [Libertos etiam].

c ¶ Fecerint.] æſtimatione ſeruorum reddita de proprio: aliquin reuocarentur, vt ĩ. e. & ſi illi. niſi ſint bene meriti, vt ĩ. e. ſi quos de ſeruis. Et eſt in hoc dura conditio libertorum eccleſiæ, ꝙ propter operas non præſtitas re eccleſiæ nulla eis opera impoſita, vt hic, & ĩ. e. liberti. hodie tamen diſtinguitur, vt extra de ſeruis non or. eo libentius.

Liberti eccleſiæ differunt à libertis priuatorum.

d ¶ Aliud.] i. ipſã rẽ reſtituet, & aliud tantũ de ſuo, ſic 89. di. decernet. & 10. q. 2. hoc ius. ver. qui vero res.

e ¶ Actus.] id eſt, negotia.

QVidquid.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi presbyter illicite alienat aliquam poſſeſſionem eccleſiæ, irrita ſit talis alienatio, ita vt emptor nullam habeat actionem ad poſſeſſionem petendam: nec venditor ad pretium habendum.

f ¶ Vendicatione.] in emptorem enim non transfertur domi-

Digitized by Google

dominium. vnde non poteſt rem vendicare: habet tamẽ contra venditorem actionem ex empto, vt ſ. ea. Vulteranæ. in auth. de non alie. aut permu. §. quia vero leonis. colla. 2. Sed nonne venditor poteſt petere pretium re nondum euicta? quia venditor non ad alium tenet, niſi vt

niſi vt faciat emptorem habere rem. non enim tenetur rem eius facere: vt ff. de act. empt. ſeruus quem. §. ſi ſciens. ſed hic contractus eſt nullus.

ne. ff. de rebus eorum, qui ſub tu. vel cu. l. quicumque. arg. ſ. j. de conſec. diſtin. 2. & dixit. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. 3. q. 7. tria, in prin.

b ¶ Conſecrandus.] id eſt, benedicendus. abbas. n. non conſecratur, niſi cum ordinatur in ſacerdotẽ, ſed tñ dr, q ei manus imponitur ab epiſcopo. 69. diſt. qm videmus. vnde abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere. extra de ſup. ne præla. ſtatuimus.

Abbas non conſecrat.

In Epaunenſi, vbi hoc videtur reperi, in venditorẽ comparantis actione vertenda.

Item Vrbanus Papa.

¶ Alienationes factæ ab intruſis, & ordinationes ſine cõſenſu clericorum irritæ ſunt. C. XXXVII.

ALienationes [a] omnium per intruſionem, ſeu canonice electorum ſub epiſcopi nomine, aut abbatis, qui ſecundum eccleſiæ ſuæ vſum conſecrandus [b] eſt; alienationes dico quocumque modo factas, necnon & ordinationes [c] perſonarum ab eiſdem ſine communi conſenſu clericorum eccleſiæ, ſiue per ſimoniam itidem factas, irritas iudicamus. ¶ Illud etiam per omnia interdicimus, vt nullus clericus præbendam [d] ſuam, ſeu beneficiũ aliquod eccleſiaſticũ aliquo modo alienare præſumat. Quod ſi prę ſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit; irritum erit, & vltioni canonicæ ſubiacebit.

¶ *Poſt collectionem Anſelmi in codice perantiquo, habetur fragmentum cuiuſdam concilij Vrbani ſecundi: in cuius initio hæc leguntur.* Alienationes, quæ ſpecialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam, ſeu forte Philippum vbilibet de poſſeſſionibus Rauennatis exarchatus factæ ſunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intruſionem, ſeu canonice electorum ſub epiſcopi nomine, vel abbatis . . . eccleſiæ ſuæ conſecrandus eſt, alienationes quocumque modo factas, *& cetera vſque ad finem huius capitis ſine vlla varietate.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 16.

¶ Epiſcopo defuncto, vel adhuc in ſupremis agente, de rebus eccleſiæ nihil eſt vſurpandum. C. XXXVIII.

Concor. concilium Valẽt. c. 2.

HAec huius [e] placiti [f] conſtitutione inter nos cenſura placuit cuſtodiri; vt defuncto antiſtite, vel etiã adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum cuiuſlibet ordinis, officij, gradusve ſit, quidquam de domo præſumat, vel quod de vtilitate inſtrumenti domus eſſe agnoſcitur, id eſt mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ conetur inuadere; nihil furto [a], nihil dolo ſupprimens, auferens, atque

e ¶ Ordinationes.] hoc non poteſt facere ſine conſenſu capituli ſui, vt 24. diſt. c. vlti. & pen.

d ¶ Præbẽdam.] fructus poteſt. extra ne præla. vices ſuas. c. vlt. ad inſtar fructuarij. ff. de vſufru. arboribus. ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt vendi, licet hoc non ſit honeſtum: quia prohibitum non inuenitur [1] ſed tantum cum conſenſu epiſcopi. extra de re. ec. non alie. nulli. niſi ad modicum tempus. arg. extra de cen. præterea. & extra de tranſa. de cetero. Sed quid ſi obligauit ad quinquennium? numquid ſtabit ſucceſſor contractui? ita, ſi noſe eccleſiæ ꝯxit, & cum epiſcopi auctoritate. extra de ſol. c. 1. ſecus ſi nomine ſuo. ff. de pi. l. lex vectigali. ff. qui. mo. pi. vel hy. ſol. ſi res diſtracta. ff. loca. ſi quis domum. §. hic ſubiungi ſolet. Ioan. Sed certe quidquid dicat Ioan. ego credo, q ſicut clericus, poteſt vendere fructus præbendæ ſuæ ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maxime ad modicum tempus [2] ſicut tutor vendit fructus ſine auctoritate iudicis, vt C. de admini. tuto. lex, quæ. nec aliqua decre contradicit legi. B.

Beneficij fructus vẽdi poſſunt.

1 Et extra de ele. nihil eſt. in gl. in duobus caſibus, &c. ibi videas Sed per hæreticũ beneacquiritſ loco religioſo, ſiue eccleſiæ. argu. 32. q. 4. recurrat. ver. quomodo ergo. vbi de hoc. Arc.

2 Hoc plane olim ꝑbat extra de empt. & vẽ c. 1. vbi habentur iſta verba hic poſita plo.

ALienationes.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, q alienationes; quæ fiũt ab epiſcopis vel abbatibus intruſis, vel canonice electis; ſimiliter ordinationes factæ ſine conſenſu clericorum, vel per ſimoniam, irritæ ſunt. In ſa parte dicitur, q ſi quis clericus ſuam præbendam alienare præſumpſerit olim, vel modo præſumat alienare. irritum ſit, & canonicæ ſubiacebit vltioni. Secunda pars incipit ibi, [Illud etiam.]

a ¶ Alienationes.] hoc ad canonice electos referas: quia intruſi vel ſchiſmatici, nec etiam cum conſenſu capituli poſſunt aliquid alienare. j. cap. precariæ. extra de ſchiſma. quod à pdeceſſore 1. 7. q. 1. factus, 25. q. 1. omne.

HAec huius placiti.] CASVS. Querimonia facta fuit in concilio Ilerden. de clericis, qui poſt obitum epi omnia bona defuncti antiſtitis vſurpabant. facta eſt conſtitutio ne hoc de cetero fiat: ſed œconomus adiũcto ſibi vno vel duobus fidelibus viris paſcat ex illis bonis clericos, ſi qui ſunt in domo epiſcopali: vel ſeruet ad vſum ſucceſſoris, qui vti debet bonis illis cum clericis ſui anteceſſoris. clericus autem contra hanc cõſtitutionem faciens, anathematizetur.

e ¶ Hæc huius.] Sic conſtrue, hæc cenſura placuit cuſtodiri placiti conſtitutione, & ſecundum hoc verbum placuit, eſt perſonale verbum.

f ¶ Placiti.] id eſt, decreti.

a ¶ Con-

Digitized by

a ¶ Conſeruare.] Ar. ſucceſſori omnia ſeruanda à morte prædeceſſoris. extra de of. & po. iu. or. cum vos plerúque. & extra de teſt. relatú. Itẽ ar. ꝙ mobilia prædeceſſoris pertinent ad ſucceſſorem, vt ꝟ. ea. de laicis.

b ¶ Et vix.] Quod vix hũtñ fit. ſ. diſtinct. 19. in memoriam, arg cõtra. ff. ad Vell. tutor. in prin.

q. 3. ſi ſacerdos. extra de precar. c. 1.

h ¶ Reuocabit.] niſi per decem annos ſteterint in libertate. ff. qui & à qui. ma. ſicut. §. Ariſto. ſic ergo reſtituitur contra libertatem eccleſiæ: quod non eſt in minore, niſi ex magna cauſa, vt ff. de mino. ſi ex cauſa, in ſi.

abſcondens. Sed is, cui domus commiſſa eſt, ſubiunctis β ſibi vno, vel duobus fideliſsimis clericis omnia vſque ad tempus pontificis ſubſtituendi debeat conſeruare [a]; & his, qui in domo inueniuntur, clericis conſuetam alimoniã adminiſtrare. Subſtitutus autem antiſtes ſuſceptæ γ ſedis commodà ordinabit, velut Deus imperabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe. Quòd ſi quiſquam poſt hæc cuiuslibet ordinis (vt ſuperius dictum eſt) clericus quacumque occaſione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abſtuliſſe, vel forſitan dolo aliquo ſuppreſsiſſe; reus ſacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & vix [b] quoque peregrina ei communio concedatur: quia [c] durũ eſt, vt hi, quos conſtat in ſeruitio Domini cum primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores †, vel vtilitatibus ſeruientes, atq. vacantes fuiſſe noſcuntur, deſpecti aliquatenus crucientur.

† *al. incubitatores, atque vagãtes fuiſſe*

α ¶ Nihil furto.] *In codice Lucenſi regio ſequitur*, nihil vl.

β ¶ Subiunctis ſibi.] *In conciliorum editionibus ſequitur*, cum conſilio: *& in codice regio additur*, clerici: *fortaſſe autem legendum*, cum conſilio cleri.

γ ¶ Suſceptæ ſedis.] *In eodem regio codice eſt*, ſuſcepta ea, prout deceſſor ſuus ordinauit, vel vt Deus imperauit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 66.

¶ Epiſcopi, qui nihil eccleſiæ conferunt, famulos eius libertate non donent. C. XXXIX.

Burc. l. 3. c. 189. Iuo p. 3. c. 249.

ET ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt [d], æterni iudicis voce in futuro cõdemnabũtur; quanto magis [e] ij, qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Qua propter epiſcopi, qui nihil ex ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compẽſauerunt, hãc diuinam ſententiam metuant, & liberos † ex familia eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium enim eſt, vt qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non cõtulerit [f], damnum inferat; & ius eccleſiæ alienare contendat. Tales ergo liberos † ſucceſſor [g] epiſcopus abſque vllà oppoſitione ad ius eccleſiæ reuocabit [h]: quia eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit.

† *al. libertos ex familiis*

† *al. libertos*

Item ex concilio Aurelianenſi.

¶ *Hoc idem citatur ſupra ead. ſi quis de clericis. ex concilio Agathenſi, in quo habetur. Non eſt autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianenſi, quod non extet, eſſe repetitum.*

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut negant, aut alijs damnabiliter tradunt. C. XL.

SI quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firma tenetur, aut ſupprimere, aut negare, aut auertere, Iuo p. 3. c. 156

c ¶ Quia.] hoc refertur ad id qđ ſ. dixit.

ET ſi illi.] CASVS. Quæſitũ fuit in cõcilio Toletano, an ſucceſſor poſſit reuocare in ſeruitutẽ illos quos anteceſſor manumiſit, qui nihil de rebus ſuis eccleſię cõtulerat. Et rñdet ꝙ ſic: & ideo q hoc faciũt, in futuro dãnabũtur, & hoc ꝓbatur vna ratione: qa ſi illi qui nihil pauperibus erogant, in futuro dãnabuntur, multo magis illi, qui pauperibus auferunt quod non dederunt: cũ iniquum ſit, vt illi qui nihil eccleſię cõtulerũt, ius eccleſiæ alienare contendant.

d ¶ Diſtribuunt.] neceſſitatis articulo. de hoc notatur 47. diſt. ſicut hi.

e ¶ Quanto magis.] innuit hic, ꝙ magis ſit auferre quàm nõ dare: cum tamẽ quãdoque ęquiparentur, & ſic eſt contra 67. diſt. ſicut.

f ¶ Non contulerit.] ſic videtur, ꝙ ſi res ſuas contulerit eccleſiæ, ꝙ tunc alienare poſſit. arg. ꝟ. cap. ſi qs qualibet. extra de rebus eccle. nõ alie. epi. Ad hoc dicũt quidam, ꝙ nullo caſu poteſt alienare, niſi cõmuni conſenſu canonicorum. ſed hoc nihil eſt: quia ſi habet cõſenſum cleri, quare reſtituet tãtumdem de ſuo: cum nec alienare poſſet, licet adeſſet omnium conſenſus, niſi eſſet communis vtilitas eccleſiæ, vt ꝟ. ead. ſine. Sed intellige cum ille manumiſſus nõ erat benemeritus: & ſic erat malæ fidei poſſeſſor, aliàs poſſet præſcribere libertatem, vt C. de præſcrip. longi tempo. l. 1.

Epĩs ſeruũ eccleſiæ an poſſit manumittere.

1 Dũtñ toleret ſ admiſtratione aliàs ſecus, vt ſ. e. monem⁹. & de hoc no. extra đ reb. ecc cle. nõ alie. ſi quis preſbyterorũ. Arch.

g ¶ Succeſſor.] vel ipſemet 35. q. 9. quod quis. & eſt ar. ꝙ ſucceſſor reuocat malẽfactũ ſui anteceſſoris 1, vt 16.

SI quis de clericis.] Caſum iſtum habes ſ. ea. in ca. ſi qs de clericis. & ideo ibi videbis.

Ab-

A Bbatibus.] Casvs. Conſtitutum eſt in concilio Aurelianē. vt abbates, presbyteri, vel alij prælati nil de rebus ſuarū eccleſiarū alienare præſumant ſine licētia & ſubſcriptione epi: & q hoc pſumpſerint, de ponatur, & quod temere alienatum eſt, per epm reuocet. a ¶ Sub- ditio poſſit reſcindi. Et reſpondet q ſic: in arbitrio tamen epiſcopi erit, vtrum pretium recipiat, vel recuperet poſſeſſionem: quia quandoque magis expedit habere pretium quàm poſſeſſionem. Sequens ca. planum eſt, & per ſe patet.

aut fortaſſe tradere, damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit; quidquid pro abſentia documentorū damni eccleſiæ illatum eſt, de proprijs facultatibus reddat.

H. 7. cap. c. 175.

Item ex concilio Aurelianenſi 3. c. 23.

¶ Miniſtris eccleſiæ de rebus eiuſdem eccleſiæ abſque epiſcopi permiſſu nihil alienare licet. C. XLI.

Poly. l. 3. tit. 12.

A Bbatibus, presbyteris, ceteriſque miniſtris de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio alienare, vel obligare abſq. permiſſu, & ſubſcriptione epiſcopi [a] ſui nihil liceat. Quod qui præſumpſerit, degradetur communione conceſſa: & quod temere præſumptum, aut alienatum eſt, ordinatione epiſcopi reuocetur.

Item ex ſynodo Ancyrana, c. 15.

¶ Res eccleſiæ, quæ abſente epiſcopo diſtrahuntur, ad ius eccleſiaſticum reuocentur. C. XLII.

An ſ. l. 6. c. 162.

† ἀνακαλεῖσθαι τὸ χωρίον

al. ſi cō... [illegible]

S I qua [b] de rebus eccleſiæ, cū epiſcopus nō eſt, presbyteri [c] vendiderint; placuit reſciſſo [d] contractu ad ius † eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit epiſcopi conſtitutum †, ſi pretium debeat recipi [e], nec ne: propterea quòd [f] ſæpe contingit diſtractarum rerum reditus ampliorem ſummam pro accepto pretio reddi [a].

a ¶ Reddi.] *Sic in quibuſdam exemplaribus priſcæ verſionis. In alijs vero eſt*, reddidiſſe *Græce legitur*, διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν, *id eſt*, propterea quòd ſæpe rerū venditarū reditus maius pretiū his ipſis reddiderit. *Sed ob gloſſam non eſt mutatū.*

Et in Agſgtaſ. cap. 88.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 22.

¶ Poſt mortem epiſcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant. C. XLIII.

N On liceat clericis poſt mortē [g] epiſcopi ſui rapere [h] res pertinentes ad eum: ſicut iam præcedentibus regulis conſtitutum habetur. Si vero hoc fecerint; periclitari ſe nouerint in proprio gradu.

In Meldēſi c. 21

Item ex concilio Mediomatricis.

¶ Reſcindantur precariæ, & commutationes ab inuaſoribus factæ. C. XLIIII.

Burc. l. 3. c. 166. Iuo p. 3. c. 217. ex Belluacenſi.

P Recariæ [i], & commutationes tempore viduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occu-

c ¶ Presbyteri.] ideſt canonici.

d ¶ Reſciſſo.] hic patet, q ſede vacante clerici nihil diſponere poſſunt de rebus eccleſiæ, vt 10. q. 2. ſi quis eps. & 75. diſtin. quoniam, immo potius ſede vacante nō poſſunt immutare ſtatum eius. extra, ne ſede vacan. c. nouit. tamen ſi eſt magna neceſſitas, clerici poſſunt aliqua alienare, ſm H. vt dixi 71. diſt. fraternitatem. & arg. ĵ. ea. precariæ. tñ de auctoritate ſuperioris. Nam & iudex præſtat auctoritatem facto minoris eo tempore, cum non habet curatorem, vt C. qui admit. ad bon. poſſ. l. bonorum. Item in minoribus eccleſijs poteſt epiſcopus aliqua alienare mortuo ſacerdote [1] tempore neceſſitatis, vt 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. & not. q cōtractus ipſo iure tenet, quem faciunt clerici mortuo epo, ſed reſtituitur eccleſia ſi probat ſe læſam, ſicut eſt in contractu minoris, qui non habet curatorē, vt C. de in inte. reſt. ſi curatorem. & ideo benedicit hic, reſciſſo contractu, ſcilicet per in integrum reſtitutionem.

Sede vacāte an poſſint clerici de rebus eccleſiæ diſponere.

1 Videt' cōtra extra, li. 6. de reb. ec non alien. dudū. ſed poteſt intelligi quod ibi dicitur cū hac determinatione: & ita hoc nō corrigetur ad hoc ĵ. ca. precariæ. Arc.

e ¶ Recipi.] ab emptore.

f ¶ Propterea q.] ſ. qa ſæpe cōtingit ampliorē ſummā redit' diſtractarū rerū reddi, ſcilicet emptori pretio accepto, hoc eſt dicere, q emptor amplius ſæpe percipit de reditibus, q̄ ſit pretium quod dedit, vel q̄ eccleſia inueniat pro pretio quod accepit: & ideo magis expedit epo repetere fructus perceptos, quàm retinere pretium.

a ¶ Subſcriptione epiſcopi.] licet abbas non poſſet ſine conſenſu epi alienare rem eccleſiæ, vt hic. & ĵ. 17. q. 4. in venditionibus. & extra de rebus ec. non ali. nulli. tñ ſi conſuetudo loci habet, bene poteſt dare modicū. extra de do. c. 2. & 3. & infeudare poteſt. extra de rebus ecc. non alie. ad noſtrā. & hoc poteſt eps vel abbas ſine conſenſu capituli, ſi ſubeſt neceſſitas, & res eſt modica. ĵ. ea. c. terrulas. Io. quod falſum eſt, niſi in paruis rebus.

Abbas an poſſit donare.

b S I qua de rebus.] Casvs. Vacante epiſcopali eccleſia, quidam presbyter vendidit eccleſiaſticam poſſeſſionem: tempore præcedente epiſcopus eſt ſubſtitutus. quæſitum eſt in ſynodo Ancyrana, vtrum talis ven-

g N On liceat.] ¶ Poſt mortem.] Narrat quod contingere ſolet. vnde ſub. maxime. ĵ. ea. hæc huius.

h ¶ Rapere.] vitium. no. ĵ. ead. de laicis. & c. illud. ead. q. 5. ſicubi. H.

P Recariæ.] Casvs. Statuitur in hoc c. vt precariæ & commutationes, quæ factæ ſunt ab intruſis vacantibus eccleſijs, reſcindantur: & ſi expediat, fiant ſecundum canones, vel ſecundum leges.

i ¶ Precariæ.] ergo clerici poſſunt alienare eccleſia vacante,

Digitized by Google

cante, quia capitulum ſupplet defectum epiſcopi. extra de hære. ad abolendam. Ioan. quod falſum eſt, vt extra ne ſede vacan. c. 1. B.

a ¶ Vel ciuili.] ſ. 96. diſt. bene. in fi. Vel dic ciuili, ideſt, principis: cuius auctoritas requirit᷑ in rebus ab ipſo collatis. 10. q. 2. precariæ.

dum defunctorum iudicium pauperibus erogentur, aut ſucceſſori reſeruentur. Idem etiam ſeruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui contra fecerit, anathema ſit. Secunda pars incipit ibi. [Epiſcoporum vero.]

pauerant, reſcindantur; & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel ciuili [a], ſi faciendæ ſunt, fiant.

¶ Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldenſi refertur ex concilio Bellouacenſi, ex quo etiam citant Burchardus & Iuo. Sed quia in concilijs Gallicis, & Germanicis ſæpe eadẽ repetuntur, nõ eſt mutata inſcriptio. In adiectis capitularibus quæ ex Gallia ſunt habita, inter cetera leguntur quædam capitula excerpta à domino Rege Carolo, & principibus ſuis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. *ediderunt ẽpi in ſynodis, &c. Quorum capitulorum vnum eſt hoc,* Vt precariæ & commutationes tempore viduarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerunt, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel ciuili denuo ſi fienda fiant.

CHaritatem.] CASVS. Hoc cap. duas habet partes. In prima præcipit Gregor. Maximiano epiſcopo Syracuſano, quem fecerat in Sicilia legatum, vt ſi quis ẽps moriatur vel deponatur, conueniant œconomus & clerici eccleſiæ, & plati, & in præſentia eius de rebus ecc. faciant inuẽtarium. pro quo neque ſpecies, neq; pretium aliud ſcriptori tribuatur. In ſcda parte præcipit ei, vt cum viſitatores parochias vacantium eccleſiarum viſitant, eo diſponente, ipſi & clerici eorũ, qui cum eis viſitant, aliquid emolumenti pp ſuum laborẽ percipiant vt illi conſequãtur ſtipendiũ, &c. [Subſidij.] Dicit H. ꝙ noĩe ſubſidij intelligitur pcuratio tñ, licet poſſet & aliter intelligi. Scda pars incipit ibi, [Viſitatores.]

b ¶ Pro faciendi.] hoc intellige cum habet ſalarium de publico, vt 23. q. 1. militare. in fi. & 1. q. 3. ſi quis ẽps. aliàs ſecus. 10. q. 2. precariæ.

c ¶ Stipendium.] ar. ꝙ ad quem onus ſpectat, & emolumentũ. ĩ. e. quicumque. 7. q. 1. pontifices. 16. q. 6. de lapſis. Item eſt hic arg. ꝙ iudices licite poſſunt petere ſumptus à partibus, vt dixi 11. q. 3. non licet. & eſt ſimile qđ dr̃ alibi, ꝙ labor non debet eſſe ſine fructu, vt 7. q. 1. ibi.

Item Gregorius Maximiano Syracuſano epiſcopo, lib. 3. epiſt. 11. Ioan. Diaconus lib. 3. c. 23.

¶ Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus eccleſiæ. C. XLV.

CHaritatem tuam commonere curauimus; vt ſi quiſpiam epiſcoporũ de hac luce migrauerit, vel (quod abſit) pro ſuis fuerit remotus exceſsibus; conuenientibus œconomis [a], cunctiſque clericis † prioribus, atque in ſui præſentia inuentarium eccleſiæ rerum faciẽtibus, omnia, quæ reperta fuerint, ſubtiliter deſcribantur: nec (ſicut antea fieri dicebatur) ſpecies quædam, aut aliud quodlibet de rebus eccleſiæ, quaſi pro faciendi [b] inuentarij labore tollatur. *& infra.* ¶ Viſitatores eccleſiarum, clericique eorum, qui cum ipſis per non ſuæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium. Iuſtum namque eſt, vt illi † conſequantur ſtipendium [c]; qui † pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.

† *al. cleri*

† *al. illic*

† *al. quo*

a ¶ Oeconomis.] *Sic etiam in omnibus vetuſtis: ſed: in originali tam impreſſo, quàm manuſcripto legitur,* hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet,* hieraticis.

Item ex concilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶ Excommunicentur laici, qui moriẽtium clericorum audent bona diripere. C. XLVI.

DE laicis quæſtio facta eſt, qui moriẽtibus epiſcopis, ſiue alijs clericis res defunctorum inuaſas, eccleſiæ, pauperibuſq. ſubripiunt. Contra quos commune totius concilij anathema prolatũ eſt, ipſo Papa huiuſmodi ſententiam promulgante. Si quis poſt interdicti præſentis cognitionem [d] epiſcoporũ, ſeu presbyterorum, aut aliorum clericorum res [e] inuaſerit; vſque ad ſatisfactionem

DE laicis.] Hoc c. diuidit᷑ in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ in Aluernia erat quædã praua cõſuetudo, ſ. ꝙ morientibus epiſcopis ſiue alijs clericis, laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ congregato, vt ſi quis decetero talia præſumpſerit, excommunicetur donec reſipiſcat. In ſecunda parte dicitur, quòd res epiſcoporum defunctorum per archidiaconos, archipresbyteros & ſecun-

d ¶ Cognitionem.] non ligat conſtitutio niſi à tempore ſciẽtiæ. 82. diſt. pꝑoſuiſti. in fi. ſi. d dec. ab or. fa. l. vl.

e ¶ Res.] proprias. ſ. quia de rebus eccleſiæ non pñt teſtari, vt extra de teſ. quia ſed morientes poſſunt aliqua dare, ſi hoc habet eccleſiæ cõſuetudo. extra d te. ad hęc.

d ¶ Cogni

a ¶ Per át

a ¶ Per archipresbyterorum.] ſi defunctus nihil de his diſpoſuit, tunc ſi habet heredem, ei tradet: ſi non habet, eccleſia ſuccedit ſicut collegium ſuccedit in hereditatem decurionis. C. de her. decur. l. 2. & 3. & j. ead. q. 5. c. vlt. & ſ. c. epiſcopus qui.

b ¶ Iudicium.] poteſt etiam moriens ſuam voluntatem 1 committere iudicio alterius, vt extra de teſta. cum tibi.

1 Id eſt, diſpenſationem rerũ ſuarum, ſecundũ Inno. & H.

Illud quod.] Casvs. In concilio Chalced. ſtatutum fuit, vt nullus rapiat bona defunctorũ epiſcoporũ, vel aliorũ clericorũ: ſed oĩa p œconomos ad opus eccleſiæ & ſucceſſoris reſeruentur. Innocentius vero modo confirmat illud, & ſtatuit q. ſi quis ꝯ hoc fecerit, excommunicetur.

b ¶ Iudi-

excommunicetur. ¶ Epiſcoporum vero deficientium res per archipresbyterorum [a], ſeu archidiaconorum manus, aut ſecundum mortuorum iudicium [b] pro ipſorum ſalute in eleemoſynas diſpenſentur; aut ſucceſſori, qui futurus eſt reſeruentur. Idipſum de presbyterorum, ſeu clericorũ aliorum rebus per epiſcopum, vel ſupradictas perſonas, aut cui deficientes commiſerint, fiat. Si quis autem aduerſus iſta præſumpſerit, anathema ſit.

Epiſcopi morientis bona cui ſunt reſeruanda.

¶ In titulis capitulorum concilij Claremontenſis (quod Aluernia celebratum eſt) titulo penultimo hæc leguntur ad caput hoc ſpectantia. Ne aliquis clericus res epiſcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in vſus proprios conferat. Quod ſi quis fecerit, anathema ſit: & dictum eſt ab omnibus, fiat.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranenſi, c. 4.

¶ De eodem. C. XLVII.

ſ. ead. nõ liceat Pann. l. 8. c. 141.

ILlud, quod in ſacro Chalcedonenſi concilio conſtitutum eſt, irrefragabiliter conſeruari præcipimus; vt videlicet decedentium bona epiſcoporum à nullo omnino hominum diripiãtur: ſed ad opus eccleſiæ, & ſucceſſoris [c] ſui in libera œconomi [d], & clericorum permaneant poteſtate. Ceſſet igitur decetero illa deteſtabilis, & ſæua rapacitas. Si quis autem amodo hoc attentare præſumpſerit; excommunicationi ſubiaceat. Qui vero morientium [a] presbyterorum, vel clericorum bona rapuerint, ſimili ſententiæ ſubiaceant.

a ¶ Morientium.] *In vulgatis ſequebatur,* epiſcoporum: *quæ vox & à vetuſtis, & ab ipſo concilio manuſcripto abeſt, & fruſtra repeteretur. Sunt autem ex originali addita paulo ſuperius aliquot verba.*

Hoc non ſolum de laicis, verumetiam de metropolitanis, & quibuſlibet alys clericis intelligendum eſt: ſicut in ſexta ſynodo, c. 35. legitur.

¶ Res epiſcopi morientis metropolitano non licet inuadere. C. XLVIII.

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo epiſcopo, qui ſub eo eſt, aut res eius, aut eccleſiæ ſuæ auferre: ſed ſint ſub cuſtodia cleri eccleſiæ defuncti epiſcopi, vſq. dum alius ordinetur epiſcopus. Si vero clerici in eccleſia nõ fuerint; tunc metropolitanus illibata omnia epiſcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res eccleſiæ nulli vſurpare licet; ita eccleſia aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius, lib. 2. epiſtola 43. ad Bonifacium epiſcopum.

¶ Aliena, eccleſiæ non licet inuadere, C. XLIX.

SIcut eccleſia proprias res amittere non debet; ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas [e] non oportet.

c ¶ Succeſſoris.] hoc teneas, q. moriente ẽpo vel ſacerdote ſucceſſori eius reſeruantur bona eius, vt hic dr. & ſ. c. hæc huius. ſed moriente canonico nihil reſeruatur ſucceſſori, ſed diuidũtur inter canonicos, vt extra de teſta. relatum.

d ¶ Oeconomi.] ſi eccleſia habet œconomum in ptãte eius erunt res eccleſiæ decedentiũ eporum a, vt hic, & 75. diſt. qm quidem. ſi non habet erũt in poteſtate maiorum eccleſiæ, vt ſ. c. proxi. ſi illi non sũt idonei, tunc erunt in poteſtate aliorum clericorum, vt j. c. prox. omnibus deficientibus erunt in poteſtate metropolitani, vt j. ead. non liceat. niſi ibi viſitator ſit, quia tũc ille cuſtodiet eas 61. diſt. obitum.

a Quidqd dicat hic gl. dic q. œconom' & clerici cathedralis eccleſiæ gubernabunt bona ipſius eccleſiæ, vt ſ. c. charitaté cui c. ſtandum eſt. & hoc habet expreſſie vt, patet ex tex huius cap. cui ſtandũ eſt ſecũdũ Inno. prout hoc no. extra d of. ord. cũ vos & vt ec. benefic. ca. 1. Archid.

HOC NON SOLVM. Casvs. Supra dictũ eſt, q. laici bona clericorũ defunctorũ inuadere nõ pſumãt: nunc vero docet idẽ Grat. de metropolitano, & de quibuſlibet alijs clericis, & ad hoc inducit ſeq. c.

NOn liceat.] Casvs. Cõſtitutũ eſt in ſexta, ſynodo vt moriẽte epo, res illius vel eccleſiæ ſuæ nõ pſumat auferre metropolit. ſed ſeruẽt à clericis eiuſdẽ eccleſiæ. ſi vero clerici non ſunt ibi idonei, metropolitan' futuro ẽpo oĩa illibata reſeruet. Seq. §. cũ c. ſeq. p ſe patet.

e SIcut. ¶ Alienas.] Rẽ alienã ſemp tenet reſtituere: niſi illa iam ſit conſecrata, vt 17. quæſt. 4.

contra

Digitized by Google

His omnibus auctoritatibus perſpicue monſtratur, quòd nulli ſacerdotum res eccleſiaſticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu ſacerdotis facultates eccleſiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: ſed potius cogetur reſtituere quod illicite accepit. Sed notandum [a] *eſt, quòd quibuſdam cauſis exigētibus res eccleſiæ diſtrahi poſſunt. Cauſa enim neceſsitatis cum conſilio clericorum, vel vt meliora proſpiciant, res eccleſiæ à ſacerdotibus diſtrahi poſſunt.*

Vnde in Africano concilio legitur. — Et in Moguntino ſub Rabano c.8.

¶ Niſi cauſa neceſsitatis nec epiſcopo rem eccleſiæ ſuæ vſurpare licet. C. L.

NOn habenti † neceſſitatē nec epiſcopo licet matricis eccleſiæ [a] rem ſui tituli [b] vſurpare [c]. — Burc.l.3.c.178. Iuo p.3.c.239. — † habēti] orig.

¶ *Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & ſequens ex Carthaginenſi. Sed in vnico Carthaginēſi inſerto in codice canonū hac quidem eſt pars poſterior, ſequens vero prior capitis eiuſdem, quod eſt vltimum, id eſt, xxxiij. & Burchardus, & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginenſi.*

a ¶ Eccleſiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum ſequitur,* nec presbytero rem: *apud Iuonem vero legitur,* nec epiſcopo liceat rem matris eccleſiæ ignorante concilio, vel presbyteris, ſuis titulis vſurpare. *Poſt ſequens autem caput apponetur integer canon græce nona cum verſione.*

Item ex concilio Carthaginenſi vnico, c. vltimo.

¶ Nec presbyteri ignorātibus epiſcopis, nec epiſcopi ignorāte concilio rem eccleſiæ vendant. C. LI.

PLacuit, vt presbyteri nō vendant rē eccleſiæ, vbi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis; quomodo nec epiſcopis liceat vendere prædia eccleſiæ inconſulto concilio [d], vel ß cuncto presbyterio [e] ſine vlla neceſsitate [f]. — Iuo ibidem Burch.ibidem

ß ¶ Vel cuncto.] *In canone vnici Carthaginenſis legitur,* vel presbyteris ſuis. Nō habēte ergo neceſsitatē, & c. *vt proximo ſuperiore capite, quemadmodum apud Burchardum etiā & Iuonē; licet ipſi legant,* habenti: *Græce autem ita totus canon habet.*

ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρονται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐν τῷ τίτλῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Similiter placuit, vt presbyteri præter ſuorum epiſcoporum ſententiam non vendant rem eccleſiæ, in qua conſecrantur: quemadmodum neque epiſcopis licet prædia eccleſiæ vendere inſciente ſynodo, vel proprijs presbyteris. Ergo, niſi adſit neceſsitas, neque epiſcopo liceat abuti re aliqua ex titulo eccleſiaſticæ matricis.

Item ex epiſtola Leonis Papæ vniuerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis.

---

contra. quia nihil. & c. 54. diſt. generalis. & 14. q. vlt. cōperimus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Infert G. ex omnibus fere ſupradictis c. q. prælati res eccleſiaſticas alienare non debent; & ſi alienatæ ſunt, reſtitui debent: qd̄ verū eſt, ſi illicite alienentur. Nunc vero dicit, q. ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatis licite poſsūt res eccleſiæ alienare. De neceſſitate ꝓbat per c. prima. De vtilitate probat ꝑ tria ſequētia c. ſ. ſine exceptione. itē domus. & terrulas. Seq. c. patet. [Vt meliorati.] vt cauſa vtilitatis.

a ¶ Sed notandum.] nunc incipit oſtendere quādo poſſunt alienari res eccleſiæ.

b NOn habenti. ¶ Sui tituli.] i. eccleſiæ. vel ſui tituli. i. ad ſuū cōmodū, vt s. c. monemus.

c ¶ Vſurpare.] i. alienare. & ponit in mala ſignificatione, cū nō ſubeſt neceſſitas.

PLacuit.] CASVS. Statuit in hoc c. vt conſenſu epōrum presbyteri non vēdāt res eccleſiarū, ſicut nec epī vēdere poſſunt pdia eccleſiarū inconſulto cōcilio. & inducit hoc c. à contrario ſenſu. [Concilio,] hoc quo ad res matricis eccleſiæ. [Vel cūcto presbyterio,] hoc quo ad res aliarū eccleſiarū, quarū pdia alienant. & ſic conciliū dicit collegiū matricis eccleſiæ, presbyteriū dicit collegiū aliarum eccleſiarum.

d ¶ Concilio.] ſcilicet clericorū, vt s. c. ꝓx. ADDITIO. Et vide quod no. 17. diſt. in ſum. 33. diſ. quando. in gl. vlt. vbi hoc c. placuit allegat. Arc.

e ¶ Presbyterio.] hic habes, q. eps requirit cōſenſum ſacerdotū in alienatione, vt 10. q. 2. ſi quis epiſcopus.

f ¶ Neceſſitate.] ergo in neceſſitate poſſūt etiā inconſultis r. vt ſ. ea. terrulas.

1 Dic q. ſi ita imminet neceſſitas, q. cōcilium canonicorū expectari non poſſit, tunc eps alienare poterit. argu. ff. de adm. tut. §. 1. ff. de pet. hered. l. diuus. dummodo id gerat qd̄ de iure reprobari nō debeat. ar. ff. de ritu nu. pt. ſi filius.

Sine

SIne exceptione.] C A S V S. Leo Papa præcipit epis Siciliæ, vt res ſuarũ eccleſiarũ aliquo modo nõ alienẽt niſi cauſa vtilitatis hoc faciãt, & cũ tractatu & cõſenſu totius capituli & ſubſcriptione. & ſi aliter facta fuerit alienatio, irrita erit & vacua. Sequẽtia duo c. patẽt. ...cta locupletior, vt ff. de neg. ge. ſi pupilli. in prin. niſi ita ſit, q̃ res illa naturaliter, vel terræmotu perierit, vt ff. de min. verum. §. ſi locupleti. Sed quid ſi eccleſia ex illo contractu non eſt locupletata vel damnificata? Tunc dicam contractum tenere 2, quia ſufficit, q̃ nihil ad læſionem diuinæ domus ſit factum, vt 10. q. 2. hoc ius. nam eo ipſo, q̃ non eſt pauperior facta, intelligitur locupletior. ff. de ſolu. l. in pupillo. Hoc ſcias q̃ licet omnes clerici conſentiant, ſi tamen non obſeruatur forma alienationis, alienatio nulla eſt 3, vt C. de ſa. ſan. ec. iubemus. in fi. & hic idẽ dr. Item ſi fiat alienatio in caſu non conceſſo, dummodo ſeruetur forma alienationis tenet 4 alienatio, vt extra de iis quę fi. à prælа. cum nos. & extra de emp. & ven. cum dilecti. & c. cum cauſa. ſed reſtituitur eccleſia, ſi probat ſe læſam.

¶ Niſi vt meliora proſpiciat, rem eccleſiæ non licet diſtrahere epiſcopo. C. LII.

Anſ. l. 5. c. 69. & l. 6. c. 189.

SIne exceptione a decernimus, ne quis epiſcopus de rebus eccleſiæ ſuæ quidquam donare b, vel commutare, vel vendere c audeat; niſi forte aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, & cum totius d cleri tractatu e atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium profuturum f eccleſiæ. *& infra.* ¶ Epiſcopus rebus eccleſiæ tamquam cõmendatis, non tamquam proprijs vtatur. Irrita enim epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque conniuentia ☩ g, & ſubſcriptione clericorum.

In conc. Carthaginen. 4. c. 31. Ibidem c. 32. & ext. de his, quæ fiũt à prǽla. c. 1. Iuo p. 3. c. 131. Pann. l. 2. c. 86.

☩ ¶ Conniuentia.] *Antea legebatur,* abſque omnium conniuẽtia. *Inducta vero eſt dictio,* omnium; *quia neque in vetuſtis exemplaribus, neque in Decretalibus, c. 1. de his, quæ fiunt à præl, neque apud ceteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat cõcilium Carthagin. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias, loco iſtius vocis,* conniuẽtia, *eſt,* collaudatione.

Item domus vrbium, vel caſtrorum, quæ eccleſiæ plus incommodi, quam vtilitatis afferunt, licet rectoribus eccleſiarum (ſicut in ſuperiori capitulo Symmachi: [Non liceat Papæ, & c.] continetur) vendere, vel commutare.

Item, ſicut in Agathenſi concilio, c. 45. legitur.

¶. ead.

¶ De eodem. C. LIII.

Iuo p. 3. c. 160.

6 TErrulas †, aut vineolas exiguas h & eccleſiæ minus vtiles, aut longe poſitas paruas, epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi habeat poteſtatem.

¶ *Capitulum hoc in aliquos vetuſtis codicibus eſt coniunctum ſuperiori.*

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non poſſunt, ſimiliter epiſcopis diſtrahere licet.

Vnde in eodem concilio, c. 46. legitur.

¶ Alienentur fugitiui, qui retineri nõ poſſunt. C. LIIII.

FVgitiui i domos ſuas, aut familias deſerentes, qui etiã ſi reuocati fuerint, non poſſunt teneri, ſimili ratione

g ¶ Conniuentia.] ſufficit tñ eorum taciturnitas. extra de iis quæ fi. à prǽla. cõtinebatur. & eſt hic arg. q̃ nulla ſit alienatio niſi adſit ſubſcriptio, vt 96. diſt. bene quidem.

TErrulas.] Hæc eſt 6. pars q. in qua proponit ſeu ꝓponere intendit caſus, in quibus poſſit alienatio fieri capitulo inconſulto: credo tñ, q̃ non in omni caſu capitulum ſit conſulendum. extra de ijs quę fi. à ma. parte c. per totum Io. de Fã. ſed hic contradicit.

h ¶ Exiguas.] forte exiguas vocat non valentes vltra xx. ſolidos 5, vt ¶. ea. ſi quos. varijs. n. modis dr aliquid eſſe modicum, vt dixi 2. q. 6. anteriorũ. vbi dr, q̃ ſine decreto non poſſunt alienari res exiguę, vt ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. vlt. in prin. 17. q. 4. quicumque. & ff. de tranſact. cũ hi. §. ſi in annos ſingulos. qđ cõcedo dum tñ ſint vtiles, nec ineſt neceſſitas, vt alienentur; aliàs ſecus. & hoc verum eſt, niſi conſuetudo ſit contraria. ar. contra, ext. de dona. ceterum.

a ¶ Sine exceptione.] & tamen poſſunt aliqui caſus excipi. & ſic eſt arg. q̃ licet Papa præcipiat nullam audiẽdam exceptionem, tamen eſt admittenda, vt extra de offi. deleg. ex parte, & extra de reſcri. ſi qñ. & c. cũ adeo.

b ¶ Quidquã donare.] niſi modicũ 1. ext. de don. ceterũ.

c ¶ Vendere.] vel obligare, vt extra de reb. eccle. non alie. nulli.

d ¶ Totius.] 65. diſtin. ſane.

e ¶ Tractatu.] quis debeat eſſe tractatus, habes 10. q. 2. hoc ius.

A D D I T I O. Extra de ijs quæ fiunt à præla. tua. & đ reb. ecc. dudum. C. de vend. re. ciui. l. fi. lib. 11. Arch.

f ¶ Profuturum.] ſed nonne ſufficit, q̃ vtiliter cœptum eſt, licet non ſit inde ſecutus effectus, vt ff de ne. ge. ſed an vltro? Rñ. q̃ non: quia cum eccleſiam comparemus pupillo, nõ ſufficit vtiliter cœptum, niſi eccleſia ſit fa-

FVgitiui.] C A S V S. Quidam ſerui eccleſiarum fugitiui erant, & ſi reuocẽt ſiue vocabãtur nõ poterant teneri. Statuit ergo concilium, vt ab ẽpis ſi voluerint diſtrahantur tales fugitiui. Idem potuerunt ẽpi facere, ſi illi ſerui meruerint aliàs. Vel forte đ alijs ſeruis, & nõ fugitiuis loquitur quod dicit c. in fi.

i ¶ Fugitiui.] ſed quãdiu eſt in fuga, vendi non poteſt. C. ad legẽ Flauiã de plag. in fuga. Item põt fugitiuꝰ vẽdi ſub ea cõd. nõne, ſi apprehẽdatur, ff. de eod. l. 3. Item autem

1 ¶. ſequitur, arg. 3. 44. diſt. in pri. Arch.

2 Tenere. quod eſt æquiſſimum & tenent Doc. in L. cum hi. §. eam tranſactionem. de trãſact.

3 Adde Bal. & Alexan. de Imol. in l. cum aliẽnam. C. de lega.

4 Tenet. Idẽ gl. ĩ c. I ſũma. ſed cõiter reꝓbãt à doctis poſſunt tamẽ ſaluari, ſecũdũ Ant. But. I c. cũ Apoſtolica de his, quæ fi. à præla. ſine conſẽ. per gl. ibi, ver. ꝓfuturũ. qñ alienatio communi opinione reputabatur vtilis eccleſię, licet nõ eſſet. Anto. Corſ. in ſingu. ver. alienatio.

5 Iſta fuit ſententia Lau. vel dic melius ſm Hoſt. conſuetudinẽ terræ & facultates eccl. & rei vẽditæ vel datæ facultatem attendendam, vt in decret. hic in fi. gl. alleg. & hoc ipſe Hoſti. no. in ſum. de his quæ fiunt à præla. §. vlt. in prin. & hoc etiam tenet Goff. vt no. in ſum. eo. tit. §. in ſumma notandũ eſt. &c. Arch.

by Google

autem prohibetur vendi ſeruus fugitiuus: quia fuga eſt quædã ſpecies libertatis.ff.de ædil.edict.quis ſit fugitiuus.§.idem recte.

a ¶ Meruerint.]in alio.

c ¶ Benemeritos.]ſed qui dicuntur benemeriti? Sunt tales qui aliquod inſigne ſeruitium fecerunt eccleſiæ. & ponas exemplum 79.diſt.ſi quis Papa. Nam pro præmio remunerãdus eſt ſeruus libertate,vt ĩ.c.§.in criminali.C.de ſer.qui pro præ.li.ac.per totum:large tamen bene-

Benemeritus quis dicitur.

ab epiſcopo,ſi voluerit,aũt ſi ita illi meruerint [a], diſtrahantur.

[*Item ex concilio apud Tanſiacum* †,*c.2.*

† *al.Cariſiacum*

PALEA. C. LV.

INiuſtum videtur,& impium, vt mancipia, quæ fideles viri ſeu feminæ pro redemptione † animæ ſuæ Deo,& ſanctis eius conſecrauerint,cuiuſcumque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in ſæcularem ſeruitutem redigantur: cum canonica auctoritas ſeruos fugitiuos tantummodo diſtrahi permittat.Et ideo omnes rectores eccleſiarũ ſummopere caueant,ne vnius eleemoſyna,alterius peccatum fiat: & eſt abſurdũ, vt eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedẽs, humanæ obnoxius ſit ſeruituti.

ext.de rerũ per mu. c. iniuſtũ. Bur.l.3.c.174. Iuo p.3.c. 255.

† al.tentio

¶ *A Burchardo, & Iuone citatur ex concilio apud Cariſiacum, in Decretalibus vero tit. de rerum permut. ex concilio apud Syluanectum. Et habetur hæc palea in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus.*

7 *Item ſi rectores eccleſiæ de rebus proprijs tantumdem eccleſiæ reſtituere voluerint; eccleſiaſticas facultates libere dare poſſunt: & conſtabunt his, quibus data fuerint, perpetua firmitate.*

Vnde in Agathenſi concilio,c.49. legitur.]

¶ Alienatio de rebus eccleſiæ, quomodo rata eſſe poterit. C. LVI.

Iuo p.3.c. 161.

† *al. pro qualibet*

SI quis qualibet † conditione de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit;ſi de ſuo proprio tantum eccleſiæ contulerit [b],quantum viſus eſt abſtuliſſe; tum demum illud ſtare licebit.

8 *Item ſi ſeruos eccleſiæ libertate epiſcopus donauerit; ea, quæ in manumiſſione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: ſi tamen quantitatem canonibus præfixam data non exceſſerint.*

Vnde in eodem concilio,c.7.legitur.

¶ De eodem. C. LVII.

Iuo p.16.c.50.

SI quos de ſeruis eccleſiæ benemeritos [c],ſibi epiſcopus libertate donauerit;collatam libertatem [d] à ſucceſſoribus placuit cuſtodiri cum hoc, quod eis manumiſſor in libertatem contulerit.Quod tamen iubemus viginti ſolidorum numerum †, & modum in terrula, & vineola,vel hoſpitiolo tenere. Quod amplius [e] datum fue-

† *al. numeri modum*

INiuſtum.]ITEM.Hæc eſt 7.pars q. in qua dicit, q ſi alienator reddat eccleſiam indemnẽ. ſ.ſponte euadet depoſitionem. Io.de Fan. CASVS. Ponit quartum caſum Gra. in quo poſſunt prælati eccleſiæ res alienare licite.ſ.ſi tantumdem velint de proprijs facultatibus recompenſare, quod probatur ſequenti ca.cuius caſus patet.Qualiter tñ illud c.intelligat̃,melius dr̃ in apparatu.

b SI quis.]¶Contulerit.]Ergo ſi d ſuo tñ eccleſię dedit, euadit pœnam depoſitionis, & ſic eſt contra ĩ.ead. monemus. & c. ſtatuimus. & c. diaconi.vbi non euadit pœnam depoſitionis: licet tñ de ſuo det.ſed hic loquitur in eo caſu, qñ prius habitus eſt tractatus cum clericis, q de ſuo tñ vellet dare, vt poſſet rem illam alienare & clerici hoc permiſerũt 1. vel dic q ſi eps primo aliqd dedit eccleſiæ, ſed poſtea tantum dealienat ab eccleſia, hoc intelligitur feciſſe ex volũtate eccleſiæ. ar. ff.ſol.mat.dotem.

1 Ad hoc fuit ſententia H. qui credit ſufficere conſenſum clericorum in genere.fuit etiam ſententia.L.

ITEM SI SERVOS. Hæc eſt octaua pars q.in qua ponit qđ iuris ſit de libertis eccleſiæ:& hæc eſt ſnĩa, q ſerui benemeriti poſſunt manumitti,& d rebus eccleſiæ habere vñ viuãt,&c. Io.d Fã. CASVS. Ponit hic Gra. quintũ caſum, in quo prælatus põt aliquid de rebus eccleſiæ alienare. Nam cũ manumittit ſeruũ põt ei donare vſq; ad xx.ſolidos,& nõ vltra & ad hoc inducit ſequens cap.

SI quos.] CASVS. Quidã eps quoſdam ſeruos ſuæ eccleſiæ benemeritos manumiſit,& eis quædam de rebus eccleſiæ donauit,quos ſucceſſor eius voluit in ſeruitutem reuocare,& ea quæ eis donata fuerãt.quare q̃ſitũ fuit, in cõcilio Agathen. vtrum hoc facere poſſit.Et ſtdet,q nõ põt eos in ſeruitutẽ reuocare,nec qđ datũ eſt vſque ad xx.ſoli.poterit reuocare.vltra vero datũ reuocabit.

benemeritus dicitur quicumque non demeruerit, vt ff.de manu.teſta.ſeruos.ſic quilibet dicit̃ dignus, qui non eſt indignus,vt extra de præſum.dudum.

d ¶ Libertatem.]ĩ.e.q.& ſi illi.ar.contra.ff. ſi quid in fraũ.pa.vnius.

e ¶ Amplius.]& ita donatio pro parte valet,& p parte non.Item

non. Item eſt hic arg. quòd vtile non vitiatur per inutile. ſi. C. de don. ſancimus. ȷ̄. de conſec. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. ȷ̄. 17. q. 4. queſiti. & ȷ̄. ea. q. 5. quia. Ioan.

a ¶ Poſt manumiſſoris.] & ante poſſet, ſed poſtea magis commode reuocare poſſet.

ſi ſeruus eſt bonus, diligenter gerit res eccleſiæ & negotia, & non permittit fieri fraudem. ſi eſt malus, per eum poteſt extorqueri veritas. hanc rationem aſſignat lex C. de admi. tut. lex quæ. in prin.

c ¶ Diffinitio.] id eſt, voluntas.

SED

rit, poſt manumiſſoris [a] mortem eccleſiæ reuocetur.

a ¶ Sibi.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Iuonem, & in vno vetuſto Gratiani exemplari abeſt dictio, ſibi.*

Sed notandum eſt, quòd ſerui eccleſiarum manumitti non poſſunt non retento eccleſiaſtico patrocinio: niſi forte manumiſſor duos eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij eccleſiæ conferre voluerit.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 67. legitur.

¶ De epiſcopo, qui non retento patrocinio ſeruos eccleſiæ manumittit. C. LVIII.

Poly. l. 3. tit. 13. Burc. l. 3. c. 176. Iuo. p. 3. c. 237.

EPiſcopus, qui mancipium iuris eccleſiæ non retento eccleſiaſtico patrocinio [b] manumitti deſiderat; duo meriti eiuſdem, & peculij corã concilio eccleſiæ, cui præeminet, per cõmutationẽ ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat: vt rata, & iuſta inueniatur diffinitio [c] cõmutantis. Tunc enim liberã manumiſſionẽ ſine patrocinio eccleſiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere diſponit, iam iuri proprio [d] acquiſiuit. (Iuo p. 16. c. 63.) Huiuſmodi autem liberto, aduerſus eccleſiã, cuius iuris extitit, accuſandi [e], vel teſtificandi denegetur licẽtia. Quod ſi præſumpſerit; placet, vt ſtante [f] commutatione in ſeruitutem propriæ eccleſiæ reuocetur, cui nocere conatur.

Libertus enim (niſi venia [g] impetrata) patronum in ius vocare non permittitur. Vnde in ſecundo libro digeſtorum, tit. de in ius vocãdo. l. fin. ¶ [*Si ſine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit; ex querela patroni, vel † ſupradictam pœnam, id eſt quinquaginta aureos* [h] *dat*]

tit. 4. le. 5.

† al. vel quinquaginta aureorũ pœnam

d ¶ Iuri proprio.] id eſt, ſeruus ipſe proprij iuris eſt factus.

e ¶ Accuſandi.] ergo videtur, quod alter quàm libertus poſſit accuſare eccleſiam, vt ſi accuſatur, quod ſimoniace elegit aliquem, vt extra de ſi. veniens. vel quod metum intulit alicui, vt ff. quod met. cau. metum. §. 1. Sed cõtra vniuerſitas nõ poteſt dolum committere, vt ff. de dolo, ſed ſi ex dolo. ſic nec dicitur aliquid poſſidere. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. vlt. Nec ciuitas poteſt excommunicari, vt 24. q. 3. ſi habes. Itẽ vniuerſitas per actorem vel procuratorẽ ſuum debet ſe defendere: ſed in crimine non interueniẽt procurator. ergo vniuerſitas non poteſt de crimine conueniri. quod verum eſt. Dicas ergo hic ponit verbum accuſandi pro verbo agendi 1. Vel intellige cum eps accuſatur de crimine, quod conſiſtit de conſilio vniuerſitatis 2, vt 16. q. 6. placuit. Item per modũ inquiſitionis poteſt agi contra vniuerſitatẽ, prout legitur ext. de ſi. veniens 2. Vel dic, quod nõ proceditur ȷ̄ vniuerſitatem. ſed potius ȷ̄ ſingulos. Io. ego credo, quod vniuerſitas (niſi ſint infantes & ſimiles perſonæ) accuſari poteſt: quia dolum committere poteſt, nec ob. lex illa. ff. de dolo, ſed ſi ex dolo. quia qđ ibi dr, non poteſt committere dolum, ſupple de facili. & videmus quod ſępe capitulũ accuſatur, & excõicatur cõcilium vniuerſitatis. Et delictũ qđ maiores de vniuerſitate cõmittunt, ad omnes refertur. ff. de re iu. l. aliud. B.

Vniuerſitas an poſſit accuſari

1 Ad idem qđ not. C. de inoffi. teſt. l. 2. ff. eo. poſthumus. §. ſi quis.

2 Quæ delinquere poteſt ſicut & eccleſia, vt legi. & not. ȷ̄. 7. q. 1. ſi ... currit. ver. ſi vero. Ar.

f ¶ Vt ſtante.] ergo pœna ſoluta remanet contractus in ſua firmitate. 25. q. 2. quęcumque. quòd aliàs non eſt verum, niſi ſit hoc dictum, vt ff. de tranſa. qui fidem. Nã iniquum eſt, quod ſimul habeatur pœna & res. ff. de doli excep. apud Labeo. extra de pœ. ſuam.

SED NOTANDVM EST. CASVS. Supra dictum eſt quod ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti quandoque. Nunc vero docet, quod ipſa manumiſſio non eſt facienda niſi retento patrocinio, niſi manumiſſor recompenſet eccleſiæ alium ſeruum eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij. tamen dicit c. de duobus.

EPiſcopus, qui mancipium.] CASVS. Quidam epiſcopus quemdam ſeruum eccleſiæ ſuæ manumittere deſiderabat nullo patrocinio in ipſo retento, quæſitum fuit in concilio Toleta. qualiter hoc fieri poſſet. Et rñdetur, quod ſi manumiſſor conferat eccleſiæ duos ſeruos eiuſdem meriti & eiuſdem peculij de cõſenſu canonicorum ſubſcribentium in commutatione, rata erit commutatio & manumiſſio talis: quia quẽ epiſcopus manumiſit, iam iuri proprio acquiſierat: ita tamen vt præfatus libertus non habeat licentiam accuſandi, vel teſtificandi contra eccleſiam. quod ſi præſumpſerit cõmutatione manẽte, reuocabit' in ſeruitutẽ.

b ¶ Patrocinio.] tali, ſcilicet, quod conſiſtit in faciendo, ſcilicet in ſeruiendo: ſed patrocinium quod conſiſtit in non faciendo, ſcilicet, quod eum non vocet in ius, illud non põt remittere, vt patet per id quod ſequitur. vtrum autem patronus ex toto poſſit remittere ius patronatus, notaui 54. diſtin. quicumque. Sed quæritur quare pro vno ſeruo dantur duo ſerui, & non pro vna re eccleſiæ dantur duæ res, vt ȷ̄. ead. c. ſi quis. Rñdeo, quia

Patrociniũ libertis d...ſitũ an poſſit remitti.

LIBERTVS. CASVS. Supra dictum eſt, quod libertus ſuum patronum accuſare non poteſt, vel contra ipſum teſtificari. Nunc vero docet G. quod in ciuili cauſa non põt eũ in ius vocare, niſi venia impetrata à maiori.

g ¶ Niſi venia.] id eſt licentia agendi.

SI SINE. CASVS. Quidã libertus licẽtia non impetrata patronũ ſuũ in ciuili cauſa in ius vocauit, quæſitũ fuit quã pœnã libertus ille pati debeat, & rñdẽt & ſi patronus conqueritur, punietur libertus pœna aureorũ 50. ſi fuerit diues: ſi fuerit pauper tamquam in officioſus verberibus caſtigabitur.

h ¶ Quinquaginta aureos.] niſi pœniteat ante litis conteſta. vt ff. de in ius voc. quamuis.

Digitized by Google

a ¶ Inofficioſus.] ideſt.impius.
b ¶ Si inopia.]pauperes enim ſemper puniuntur verberibus.¶.ead.fraternitas.

SI VERO. CASVS. Supradictum eſt, quid iuris ſit cum ſeruus ab vno manumittitur. Nunc vero docet G.qd iuris ſit cũ manumittitur à collegio:quia tunc nõ ſingulis;ſed vniuerſitati reuerẽtiam debet.

decapitari, ſeruus autem comburi debet, & dat licentia oibus accuſandi de hoc crimine, & officialibus copia nuntiãdi. Seruus ẽt poterit de hoc crimine accuſare, & ſi crimen probauerit, pro munere, libertatem habebit.
f ¶ Capitali.]hodie adultera verberat,& detrudit in monaſte-

dat: vel à præfecto vrbis † quaſi inofficioſus [a] *caſtigatur, ſi inopia* [b] *dignoſcitur laborare.*] ¶ *Si vero à collegio quis manumiſſus fuerit, non ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eodem, le. ſed ſi hac.* † al. vrbis

¶ [*Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate; ſingulos* [c] *in ius vocabit. Nam non eſt illorum libertus; ſed reip. honorem habere debet.* ¶ *Et ſi aduerſus remp. vel vniuerſitatem velit experiri, veniam edicti petere debet; quamuis actorem* [d] *eorum conſtitutum in ius ſit vocaturus.*] *Si vero ingenuum* [e] *princeps facit, patrono reuerentiam non debet.* ¶ *In criminali vero cauſa, ſi libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus; ante litis exordium capite puniendus eſt. Crimen vero læſæ maieſtatis excipitur, vel ſi patronam illicito ſerui concubitu vti deprehenderit: quo caſu, etiam ſeruo cum munere libertatis dominam accuſare permittitur: ſicut Codi. libro nono, titulo de mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt. leg. vnica Imperator Conſtantinus conſtituiſſe legitur.* [*Si qua cum ſeruo ſuo occulte rem habere detegitur; capitali* [f] *ſententia ſubiugetur* †, *tradendo ignibus verberone* [g]. *Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: ſit officio copia nuntiandi: ſit etiam ſeruo licentia deferendi: cui probato crimine libertas dabitur.*] ¶ *In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſerui in dominos torqueri iubentur.*

l. 10. §. qui manumittitur.

ex le. ſi quis ex familiaribus. Cod. qui accuſ. non poſſ.

tit. 11. le. vnica.

† Concor. tex. i l. quo ni ã Alex. & in l. caſtr... ſi. cum ſi... not. C. de adul.

Vnde in libro eo. Codicis, tit. de quæſtionibus. l. prima. Impp. Antoninus & Verus.

dt. 41. l. 1.

QVI MANVMITTITVR. CASVS. Dicitur hic, quod ſi quis manumittitur à corpore aliquo, i. à ſocietate cerdonũ vel pelliipariorum, vel à collegio clericorum, vel à ciuitate, ſingulos de vniuerſitate in ius vocabit ſine venia impetrata: quia nõ eſt libertus ſingulorum, ſed vniuerſitatis tantum. ſed ſi aduerſus ciuitatem vel vniuerſitatem aliam cuius eſt libertus, habeat actionem, nõ poteſt in ius vocare rectores vel actorem ipſius ciuitatis vel vniuerſitatis, niſi venia impetrata. Sed ſi princeps aliquem faciat ingenuũ, nullã reuerentiã debet patrono. [Corpore.] Corpus dicit ſocietas hominum non habitãtium ſimul. Collegiũ vero ſimul habitantium dicitur.
c ¶ Singulos.] ſed cõis libertus duorũ neutrũ poteſt in ius vocare. ff. de in ius vo. communis libertus. quia res communis omnium eſt. ff. de ritu nuptia. illud.

¶ De eodem. C. LIX.

QVæſtionem de ſeruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati

1 Ideſt tutor vel curator. & eſt pro cauſa patroni, ſed in ſimplici procuratore ſecus, ſecundum quoſdã. ff. de obſeq. honori. & qa tũc ſemper patronus cõuenit,& habet iurare de calumnia. C. de iura calũ. l. 2. Arch. Patronus à liberto nõ poteſt conueniri.

d ¶ Actorem.] gloſſauerunt aũt quidam hęc in propria cauſa, non in cauſa vniuerſitatis: hæc gloſſa falſa eſt: quia bene poteſt conueniri procurator 1 patroni, licet non ipſe patronus, vt ff. de obſeq. l. licet. ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. vlt. ſed ipſe patronus ſiue ſuo ſiue alieno nomine agat, non poteſt conueniri à liberto, vt per eamdẽ legem probatur. ſed econuerſo eſt in liberto: quia licet libertus ſuo nomine nõ poſſit conuenire patronum: tamen nomine alterius poteſt, vt ff. eod. quæſitum.
e ¶ Ingenuum.] reſtituendo cum natalibus, vt ff. de natalibus reſt. l. 2.

IN CRIMINALI. CASVS. Dictũ eſt ſ. in l. ſi ſine. quid iuris ſit cum libertus vocat patronum in ius ſine venia in cauſa ciuili: Nunc vero docet Gra. quod ſi vult patronum accuſare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet ſi probaretur, ante litis conteſta. debet decapitari libertus: niſi in crimine læſæ maieſtatis, & niſi patrona cum ſeruo ſuo concubuerit, quo caſu cum munere libertatis ſeruo permittitur accuſare. & ad hoc inducit l. ſeq.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cum ſeruo concubuit, quæſitum fuit quã pœnã debeat pati vterque? Et reſpondetur, quod fœmina debet

naſteriũ. vt C. de adul. auth. ſed hodie. Vel dic, quod auth. intelligit qñ nõ adulterat cũ proprio ſeruo. Sed nũquid ſeruus põt accuſare dñam ſuã ſi cũ alio ſeruo adulteratur? Rñ. quod nõ: quia hic loquit de proprio tantũ ſeruo. ſimiliter nec dña virũ ſuũ põt accuſare, ſi cũ ancilla ſua iacet vel cũ aliena 2, cũ hoc cautũ nõ inuenio. hoc ideo, qa deteſtabilius eſt hoc crimen in muliere, quam in viro. loã. Maledicit Io. quia accuſari poteſt mulier, & vir ſi cum ancilla ſua fornicetur, aut femina ſi adulterium committat. vt extra de diuor. ex litteris. B.
g ¶ Verberone.] ideſt, ſeruo qui poſt verbera cõburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Supradictum eſt quod liberti patronos ſuos accuſare non poſſunt. Nunc vero dicit, quod contra eos teſtificari non poſſunt, niſi in caſibus quibuſdam, in quibus ſerui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

QVæſtionem.] CASVS. Lex iſta diuiditur in tres partes. In prima dicit, quod ſerui contra dños in criminibus nõ admittunt ſine indicijs alijs, niſi in exceptis criminibus in quibus ſerui contra dños torquentur ẽt ſoli, & ſi alia indicia non præcedant. In ſecunda parte dicitur, quod in certis criminibus non creditur ſolis ſeruis contra dños, ſed eis fides cũ alijs probationibus ad-

Dña adultera an poſſit à ſeruo ſuo accuſari.
2 Adde quod no. gl. Bar. Pe. & Cy. in l. 1. C. de adul. Spec. tit. de adult. verb. ſed nunquid

adhibetur. In tertia parte dicitur, q. in pecuniaria cauſa, nec ſoli, nec cum alijs probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi, [In ceteris autem.] Tertia ibi, [In pecuniarijs.] Sequẽs c. patet p ſe.
a ¶ Cenſus.] reipub. vel etiam eccleſiæ: quia eccleſia com pa- …

e ¶ Præſcriptionis.] id eſt, exceptionis talis, ſcilicet iſte eſt ſeruus meus, & ideo non audietur contra me.
d ¶ Interrogari.] niſi cum de facto ſuo interrogatur, vt 4. quæſt. 3. item ſerui.
e INſolitum.] ¶ Matrem.] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorũ, vt C. qñ mu. tut. offi. fungi. l. 2. & finita tutela poteſt agi §. eos, qui non habentur loco dominorum, cum pupillum ſpoliant. ff. de vſucap. pro emptore. qui fundum. §. ſi tutor.

cenſus[a] accuſationibus, & crimine maieſtatis, quod ad ſalutem principis pertinet. ¶ In ceteris autem, quanquam ea, quæ ſeruus contra dominum dixit, iudicaturi ſententiam formare non debeant; tamen, ſi alijs[b] quoque probationibus fides veritatis inueſtigetur, præſcriptionis[c] inuidia euaneſcit. ¶ In pecuniarijs vero cauſis ex[a] inopia probationum ſeruos contra dominum poſſe interrogari[d] manifeſtum eſt.

¶ In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.

a ¶ Ex inopia.] In antiquis codicibus Gratiani legitur, nec inopia: & ſic videtur etiam legiſſe auctor gloſſæ. In antiquiore etiam editione codicis Iuſtiniani tit. de quæſtionibus, le. quæſtionem. eodem modo habet, eamdemque lectionem ſecutus eſt auctor illarum gloſſarum, & in Baſil. tit. 50. de quæſtio. eadem eſt lectio. Sed quia in codice ab Haloandro edito legitur, ex inopia, & in l. Diuus. ff. de quæſt. videtur ſtatutũ, ex inopia probationum etiã in cauſis pecuniarijs poſſe torqueri ſeruos, nihil eſt mutatum.

Item ibidem l. ſecunda.

¶ De eodem. C. LX.

INſolitum eſt, & graue exemplo, audiri ſeruos aduerſus tutores, vel matrem[e] dominorum ſuorum, niſi tutelæ agatur.

Si vero libertus ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ receſſerit, ſi admonitus redire contempſerit, in ſeruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano quarto, c. 70. legitur.

¶ De libertis eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedunt. C. LXI.

Burc. l. 5. c. 184. Iuo p. 5. c. 244.

LIberti eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcendentes quibuſlibet perſonis adhæſerunt; ſi admoniti redire[f] contempſerint; manumiſſio eorum irrita fit: quia per inobedientiæ † contemptum ingrati actione[g] tenentur.

† *al. obedientiæ*

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. c. 8.

¶ Reuocentur in ſeruitutem eccleſiarum liberti, qui contra eius libertatem ſuperbiunt. C. LXII.

OCtaua diſcuſ-

SI VERO. CASVS Dictum eſt ſ. in c. epiſcopus qui. q. libertus à patrocinio eccleſiæ recedere poteſt, ſi epiſcopus duos ſeruos eiuſdem meriti & peculij pro eo dederit. Nunc vero dicit Grat. q. ſi ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ recedat, niſi admonitus reſipiſcat, reuocetur in ſeruitutem: & hoc probat per ſeq. cap.

LIberti.] CASVS. Conſtitutũ fuit in Toletano concilio vt ſi liberti eccleſiæ ab eius patrocinio dCeſſerint: ſi commoniti ad eccleſiam nõ redierint, reuocentur in ſeruitutem. [Ingrati actione.] id eſt, actione intentata propter ingratitudinẽ. ſ. actione in factum.

f ¶ Redire.] ſed quare coguntur iſti redire, cum nullæ operæ ſint eis impoſitæ: libertus enim non tenetur præſtare operas, niſi ſint eis impoſitæ. C. de ope. lib. l. 1. licet honorem eis exhibere teneatur, & etiam alere ipſum, vt C. de ope. lib. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſiæ, vt ſ. ea. diaconi. tamen licet liberti eccleſiæ teneantur ei præſtare operas, non tamen tales quales ſerui. aliqua n. debet eſſe differentia, vt ff. de ope. lib. ſi libertus.

f. q. fortes fuerunt qa ſufficiẽter fuit aliàs probatum, vnde licet domin⁹ dicat non debere torqueri ſeruum contra eum, & verũ dicat, non tamẽ per hoc abſoluiſ, cũ aliàs inſufficiẽter ſit probatum & ſic domini exceptio nulla eſt. arg. extra de re iudi. cum lo. &c. Arch.

Libertus an teneat ad operas.

cõparatur reipub. vt C. de ſac. ſan. ecc. l. vt inter diuinũ.
b ¶ Si alijs.] dicunt quidam, q. nec in exceptis criminibus ſeruus contra dominum admittitur, niſi aliqua præſumptio præcedat. nam ſerui & viles perſonæ ſemper quæſtionibus ſubduntur, vt 4. q. 3. ſi autem ea rei conditio ſit. Sed à quæſtionibus numquam eſt incipiendum, niſi præcedant indicia, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione. ſed littera iſta hoc non patitur 1. Dico ergo hoc ſpeciale, vt initium ſumatur à tormentis. ſimiliter cum maritus dicitur vxorem occidiſſe. C. ad le. Cor. de ſic. l. vlt. & cum agitur de occiſo domino. ff. ad Sylla. & ſi certus ſit percuſſor.

g ¶ Ingrati actione.] id eſt actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem. non enim eſt hoc propriũ nomen actionis. ſic dicitur actio oneris aduerſi, id eſt, quæ datur propter onus aduerſum, vt ff. loc. in naue.

OCtaua.] CASVS. Eliſæus ſeruus Agabren. eccleſiæ, ſtatim cum fuit ab epiſcopo manumiſſus, non ſolũ voluit ipſum epiſcopum interficere, ſed etiam patronam eccleſiam in quadam cauſa ciuili, vbi arbiter reſidebat, iniuſte damnauit, vel eius bona propter rapinam vſurpauit: quare quæſitũ fuit de iſto in Hiſpalenſi concilio in octaua die ipſius concilij, quã pœnã

Digitized by Google

debeat pati iſte libertus. Et reſpondet q debet in ſeruitutem reuocari, vt cuius libertas erat pernicioſa, ſit ſeruitus ſalutifera: & qui adepta libertate voluit ſuperbire, diſcat obedire ſubiectus. & dicit H. damnauit, id eſt, damnificauit, vel ad damnificandum eccleſiã alios inſtigauit, vocádo eccleſiam in ius ſine venia.

a ¶ Diſcuſſio.] id eſt, quæſtio.

b ¶ Prædamnauit.] id eſt, valde damnificauit.

c ¶ Reuocetur.] hic habes q propter ingratitudinem reuocetur libertus in ſeruitutem. & intelligas ingratitudinem graué offenſam, quia non niſi pro graui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem, & propter eaſdem cauſas, propter quas reuocatur donatio. in auth. vt liber. de cetero. colla. 6. § illud. ſm leges veteres ſufficit leuis offenſa. C. de libe. & eorum li. l. 2. Item hic habes quòd ſiue committat libertus eccleſiæ ingratitudinem § eccleſiam, ſiue contra epũm, reuocatur in ſeruitutem. ſecus ſi contra alium de eccleſia. ʒ. ead. qui manumittitur.

Libert⁹ pp ingratitudinem reuocatur in ſeruitutẽ.

d ¶ Proditi.] id eſt, ã inobedientia cõuicti.

De libertis.] Casus. Hoc c. diuitur in duas partes. In prima parte dicitur, q ſi liberti eccleſiarũ facti ſunt presbyteri, vel diaconi, iuxta modum quem canones antiqui docent, ſint liberi tamen à patrocinio eccleſiæ, nec ipſi, nec eorum filij recedere debent. In ſecunda parte dicitur, quòd libertos eccleſiæ commendatos debet epiſcopus tueri, nec poteſt epiſcopus impetrare à principe, vt eos alicui donet. quod intelligit Hu. ſi manumiſſi fuerant pleno iure, vel quo ad onus indebitum, vel in caſu non conceſſo. Sed ego intelligo ſicut littera ſonat, quia licet ſint eccleſiæ commendati, non tamen ſunt liberti eccleſię: & ideo eos epiſcopus donare non poteſt. Secunda pars, ibi, [Ab alijs quoque.]

e ¶ Ab eis progeniti.] ergo filij libertorum debent obedientiam præſtare eccleſiæ patronæ ſuæ, ſicut & patres eorum, vt hic, & C. de libe. & eorum liber. libertinæ. ſed contra; quod ex liberta naſcitur ingenuũ eſt, vt C. de ope. liber. quod ex liberta. Sol. quidã intelligunt legem illam, libertinæ. de filijs manumiſſis cum patre & ante manumiſſionem natis. leges ʒtias intelligũt de

Libertorũ eccleſiæ filij ſunt eccleſiæ obnoxij.

natis poſt manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt, quia hic dicitur: tam ipſi, quàm ab eis progeniti. Item ex ſequen. c. ʒ. ea. liberti. patet q intelligitur de filijs natis poſt manumiſſionem, vbi dicit de futura prole, q ab eccleſiæ patrocinio ſe non poteſt ſubtrahere, Ideo

re. Ideo quidam dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſiæ, vt filij nati poſt manumiſſionem patrum ſuorum ſint liberti eccleſiæ. Tu dicas q filij nati poſt manumiſſionem ſunt ingenui: ſunt tamen obnoxij eccleſiæ quo ad quaſdam operas, quæ conſiſtunt in honore in aſſurgendo, & in ſalutando: item q non vocabunt eam in ius. aliàs reuocant in ſeruitutẽ, vt in c. ſeq. Io.

f ¶ Non recedant.] hic habet locum diſtinctio decre. extra de ſer. non ord. eo libentius. Eſt tñ hoc ſpeciale in libertis eccleſiæ, q etiam licet facti ſint ſacerdotes, q propter ingratitudinem reuocantur in ſeruitutem, vt 54. diſt. qui ex famulis. ſecus tñ in famulis priuatorũ.

Ne vero. Casus. Supra dictum eſt, q liberti eccleſiarũ nõ debẽt ab eorũ patrocinio recedere, ſed q factum

ſio [a] agitata eſt de quodam Heliſæo ex familia Agabrenſis eccleſiæ: qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbum tranſiliuit; ſicque per ſuperbiam non ſolum eiuſdem epiſcopi veneficis † artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam eccleſiam libertatis immemor prædamnauit [b]. Aduerſus quem ingrati actio, canonum & legum auctoritate iuſte dirigitur; ſcilicet, vt immeritæ libertatis damno mulctatus ad ſeruitutis nexum reuocetur [c]. Talium enim ſtatus, qui contra epiſcopum ſuum, vel patronam eccleſiam nituntur, decidi potius quàm conſeruari conuenit: vt quorum libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus: & qui ſuperbire nouerunt adepta [a] libertate, proditi [d], diſcant obedire ſubiecti.

† *al. maleficis*

Iuo p. 16. c. 66.

a ¶ Adepta libertate.] *Magna hoc loco eſt varietas in vetuſtis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cum hac vulgata, partim habent*, adempta libertate proditi, *partim*, adepta libertate præditi, *vt concilium ipſum impreſſum, & manuſcriptum, etiam in codice Lucenſi regio. Apud Iuonem vero legitur*, adepta libertate elati, perdita diſcant obedire ſubiecti.

Item ex concilio Toletano 3. c. 6.

¶ A patrocinio non diſcedant eccleſiæ liberti ad ſacros ordines promoti. C. LXIII.

De libertis autem hoc præcipit ſancta ſynodus, vt ſi qui presbyteri [a], vel diaconi ab epiſcopis facti ſunt ſecundum modum, quo canones antiqui dant licentiam; ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ tam ipſi, quàm ab eis progeniti [e] non recedant [f]. ¶ Ab alijs quoq. libertati traditi, & eccleſijs cõmendati, patrocinio epiſcopi † colligantur; & ne cuiquam donentur, à principe hoc epiſcopus poſtulet.

† *al. epiſcopali regantur*

a ¶ Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quattuor tomis impreſſis, & in codice Lucenſi regio legitur.* De libertis autẽ id Dei præcipiunt ſacerdotes, vt ſi qui ab epiſcopis, &c. *nulla presbyterorum, aut diaconorum mentione facta.*

Ne vero longinquitate temporis obſcuretur conditio originis; tẽpore ſuæ manumiſſionis ſcribãt liberti profeſſionẽ,

factum ſæpe longinquitate temporis obſcuratur: ideo hic dicetur, vt liberti tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant profeſſionem, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ, & ab eius obſequio numquam receſſuros: & ad hoc duo c. ſeq. inducuntur.

clesia eorum obedientia non careat: ſi vero hoc contemnent, reuocentur in ſeruitutem.

Longin-

qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab eius obſequio ſe numquam receſſuros.

Vnde in concilio Toletano 6. c. 9. legitur.

¶ Profeſsionem ſuæ conditionis liberti eccleſiæ faciant. C. LXIIII.

LOnginquitate [a] ſæpe fit temporis, vt non pateat conditio originis. Vnde iam decretum eſt in anteriori [α] [b] vniuerſalis concilij canone, vt profeſsionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere: qua profiteantur ſe & de familijs eccleſiæ eſſe †, & eius obſequium numquam relicturos. Vnde his quoq. nos adijcimus; vt quoties curſum vitæ ſacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit; mox cum ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti chartulas ſuas in conſpectu omnium debeant ipſi ſubſtituto pontifici publicare, & profeſsiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui vigorem & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia non careat. Si autem aut ſcripturas libertatis ſuæ intra annum [c] ordinationis noui pontificis manifeſtare contemſerint, aut profeſsiones renouare noluerint; vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant, & illi origini ſuæ redditi, ſint perpetuo ſerui.

c. proximo.

† al. manumiſſos

[α] ¶ In anteriori.] *Significatur canon 69. concilij Toletani quarti, qui proximo c. refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit pleniſſimum, in ſequentibus Toletanis vocari ſolet vniuerſale concilium, vt in quinto, c. 2. & 7. & in ſexto concilio, c. 1. 3. 7. & 18. Et in principio ipſius quarti concilij epiſcopi aiunt,* quoniam generale concilium agimus.

Item ex concilio Toletano 4. c. 69.

¶ Nec liberti, nec eorum poſteri à patrocinio diſcedant eccleſiæ. C. LXV.

LIberti eccleſiæ (quia numquam moritur [d] eorum patrona) à patrocinio eiuſdem numquam diſcedãt; nec poſteritas quidem eorum: ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas † eorum in futura prole non pateat, ipſaque poſteritas naturali ingenuitate obnitens ſeſe ab eccleſiæ patrocinio † nõ ſubtrahat; neceſſe eſt, vt tam hi liberti, quàm ab eis geniti † [e] profeſsionem epiſcopo ſuo faciãt: per quam ex familia eccleſiæ libertos effectos

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 185. Iuo p. 3. c. 245.

† al. libertinitas

† al. patrocinio ſubtrahat

† al. progeniti

a ¶ Longinquitate.] quia ſi per decem ann. ſteterit in libertate, amodo liber habetur, vt extra de coniu. ſer. licet. ff. qui & à qui. ma. ſi. cum §. Ariſto. Vel ſi mater alicuius tempore mortis eius ſe pro libera geſſerit, & filius eius p quinquennium vixerit vt liber, amodo liber erit, vt C. ne de ſta. defun. l. 2. & 3. ſed licet ſeruus fugitiuus ſe pro libero geſſerit non ideo eſt in poſſeſſione libertatis, vt C. de agri. & cenſ. cum ſimus. in fi. lib. 11. & ff. de acqui. poſ. l. per eum, in fi.

b ¶ In anteriori.] nõ determinat hic de quo dicat.

c ¶ Intra annum.] ſimiliter ſi vaſallus intra annum non petit inueſtituram, cadit à iure feudi, vt in conſti. Friderichi, imperialis. §. præterea. de feud. nec obſtat quod legitur extra de iureiu. veritatis. vbi dicitur q; non iuratur ſucceſſori Papæ. poteſt enim dici ſpecialem ibi eſſe indulgentiam: in emphyteota ſecus eſt, quia licet non ſoluat canonem intra annum tñ nõ expellitur, vt 10. q. 2. hoc ius. No. q; hic excurſus anni priuat aliquem libertate, ſicut excurſus anni probat crimen. 11. q. 3. rurſus. ſic 20. q. 2. puella. ſic extra de of. ordi. paſtoralis. ſic 54. diſt. ſi ſeruus.

Anni excurſus aliqua facit.

LIberti.] CASVS. Statuitur in c. iſto, vt liberti eccleſię à patrocinio eccleſiæ nũquã recedãt: qa eorũ patrona, ſ. eccleſia numquã morit, nec poſteritas eorũ, ſicut antiq canones decreuerũt. & hoc i prima parte. In ſa parte dr, q; liberti & eorũ fil. ſ faciãt pfeſſioné, qua pfiteant ſe eſſe libertos eccleſiæ & q; ab eius patrocinio non recedẽt, ne libertas in futura prole non pereat: & ipſa poſteritas à patrocinio eccleſiæ ſe nõ ſubtrahat.

LOnginquitate.] CASVS. Statutum fuit in concil. Toletano, vt liberti eccleſiarum profeſſionem facere debeant, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ & ab eius obſequio non receſſuros. Sed cum idem concilium fuit iterum congregatum, adiecit vt cum epiſcopus eccleſiæ fuerit defunctus, & ei alius ſubſtitutus, omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti ſubſtituto pontifici intra annum à tempore ſuæ ordinationis chartulas ſuas in conſpectu eccleſiæ debeant publicare & renouare: quatenus illi ſuum ſtatum teneant, & eccleſia eorum obedientia non careat.

d ¶ Moritur.] eccleſia enim non poteſt eſſe nulla 1, vt 24. q. 1. pudenda.

e ¶ Geniti.] propter hoc dixerũt quidã, q; ſpeciale eſſet in eccleſia q; filij libertorũ eccleſiæ ſint liberti eccleſię: qđ non eſt verum. ſed tñ quò ad quid ſunt adſtricti eccleſiæ, vt ei aſſurgant, vt eam non accuſent. 3. ead. epiſcopus qui. cum §. ſeq.

1 Iſtã glo. ſequit Alexã. d Imol. in l. pactũ. q; col. 2. C. de pact. & idem Alexã. in l. extraneum. col. 3. de here. inſt. vbi vide cõcor.

Digitized by Google

ſe eſſe fateantur, eiuſque patrocinium non relinquant: ſed iuxta virtutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impenſi obſequij res eccleſiaſticæ vtiliter poſſunt donari.

Vnde in Toletano concilio 4.c.36.legitur.

¶Quæ de rebus eccleſiæ in remunerationem obſequii præſtantur, rata permaneant. C. LXVI.

QVicumque epiſcopi ſuffragio[a] cuiuslibet aliquid eccleſiaſticæ vtilitatis prouiderint[b], & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiſerint[c]; promiſsi ſolutionem eos exoluere oportebit: ita vt id ad concilium prouinciale deferatur †, vt eorum conniuentia confirmetur; quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua.

† *al. deductū eorum conuentū cōfirmetur*

Item Gregorius lib.2.indict.11.epiſt.18.Theodoro conſiliario.

¶Serui eccleſiarum in eorum dominium transferri poſſunt, qui eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruiunt. C. LXVII.

Polyc.l.3.tit.13.

ECcleſiaſticis vtilitatibus deſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere; vt qui ſe voluntarijs[d] obſequiorum neceſsitatibus ſponte ſubijciunt, digne noſtris prouiſionibus conſolentur. Quia igitur te[α] Theodorum virū eloquentiſsimum conſiliarium noſtrum mancipiorū cognouimus miniſterio deſtitutum; ideo puerum nomine Acoſimum natione Siculum iuri, dominioq. tuo dari, tradiq. præcipimus: quem quoniā traditum ex noſtra volūtate iam poſsides; huius te neceſſe fuit [ſcripti†, pro futuri temporis teſtimonio[e], ac robore largitatis, auctoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, ſecure cum ſemper, & ſine vllius retractationis ſuſpicione, quippe vt dominus, valeas poſsidere[β].

† abeſt ab orig.

α ¶ Te.] *Addita eſt vox iſta, & cetera ſunt emendata ex originali, vt intelligatur eumdē eſſe cui ſcribitur, & cui ſit donatio.*

β ¶ Poſsidere.] *Apud B. Gregorium hæc ſequuntur.* Neque enim quemquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione conceſſam deſideret, vel tentet vllo modo reuocare: cum vno eodemque tempore & verecundū ſit à deceſſoribus bene geſta reſoluere, & verecundum ſit docere ceteros in ſua quandoque reſolutoriam proferre largitate ſententiam.

Miſerationis quoque intuitu ſerui eccleſiarum libertati donari poſſunt.

Vnde Gregorius Montana †, & Thomæ lib. 5.epiſt. 12.ſeu c.112.

† *al. Montano*

¶ Miſerationis, & pietatis intuitu ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti. C. LXVIII.

CVm redem-

PRO REMVNERATIONE. CASVS. Ponit hic Grat. ſextum caſum, in quo res eccleſiarum licite poſſunt alienari, ſcilicet pro remuneratione facienda.

QVicumque.] CASVS. Aliqui ſuſtinuerunt laborem pro eccleſia aliqua. prælatus illius eccleſiæ promiſit aliquid illis pro remuneratione laboris ſui, terram .ſ. vel aliquid aliud: poſtea nolebat ſoluere promiſſum. vnde quæſitum fuit in cōcilio Toletano, vtrum ad hoc poſſit cōpelli de iure? Et reſpondetur quod ſic: hoc probatur auctoritate Pauli: ita tamen, vt illa remuneratio per conciliū prouinciale cōfirmetur.

a ¶ Suffragio.] id eſt, quia ſuffragium præſtitit eccleſiæ concilio vel auxilio.

b ¶ Prouiderint.] alicui.

c ¶ Promiſerint.] videtur quod aliquis obligetur nudis verbis, licet nō interceſſit ſtipulatio, vt extra de teſta. indicāte. 22.q.5. iuramenti. & ſ.e.q.5. quia Ioānes. quod verum eſt. & poteſt dici quod cōpetit actio ex nuda promiſſione ı, ſcilicet cōdictio ex canone illo. ſ.22.q.2. iuramenti.

ı Hoc nō habet locū apud Cathelanos, apud quos nō datur actio ex promiſſo. teneri tñ debet Cathelanus qui vanis pmiſſionibus & inutilibus inuitationibus detinet viatorē, ſaltē de dolo. ff. ſi quis cau. ſi actio. & in Vin. qui ita not. extra ſ proce. Rex pacificus. Arch.

ECcleſiaſticis.] CASVS. Theodorus vir eloquentiſſimus conſiliarius Romanæ ſedis ſeruo aliquo indigebat; & ideo G. tradidit ei Acoſimū ſeruum natione Siculum, & vt hæc donatio nullo tempore valeat retractari, ad cautelam futuri temporis ſibi fecit publicū inſtrumentum, quod G. ſubſcriptione ſua roborauit. [Huius.] ſ. largitatis. [Futuri,] ſcilicet temporis.

d ¶ Voluntarijs.] volūtarium vocat, & tū ipſe dicit ineſſe neceſſitatē, quia ab initio eſt voluntarium: ſed poſtquam illud incepit, tenetur illud conſūmare, vt C. de ac. & ob. ſicut. Et habes hic, quod eccleſia tenetur ad antidora. extra de teſta. cum in officijs.

e ¶ Teſtimonio.] id eſt, inſtrumento ſuo, quod fuit ei teſtimoniū profuturum.

MISERATIONIS QVOQVE. CASVS. Ponit hic Gratianus vij. caſum, in quo ſerui eccleſiarum miſerationis intuitu libertati donari poſſunt, & ſic quodam modo alienantur.

CVm redemptor noſter.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod Greg.

ptor [a] noſter totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam voluerit carnem aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati; ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gétium [b] iugo ſubſtituit ſeruitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atq. ideo pietatis intuitu, & huius rei conſideratione permoti, vos Montanam †, atque Thomam famulos ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cui, Deo adiutore, deſeruimus, liberos ex hac die, ciueſque Ramanos efficimus; omneque veſtrum vobis relaxamus [c] ſeruitutis peculium α. *& infra*. ¶ Hanc autem manumiſsionis paginam Paterio notario ſcribendam dictauimus, & propria manu vnà cum tribus [d] presbyteris prioribus, & tribus diaconis pro pleniſsima firmitate ſubſcripſimus, vobiſque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

†al. Montanū

α ¶ Peculium.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij bibliotheca Vaticana legitur*, periculum.

Item ſerui eccleſiarum publicis angarijs non debent fatigari.

Vnde in concilio Toletano 3.c.21. legitur.

¶ Serui eccleſiarum publicis angarijs non fatigentur. C. LXIX.

lib.7.capitul.c.190. Iuo p.3.c.138.

Eccleſiarum β ſeruos, & epiſcoporum, vel omniū clericorum [e] à iudicibus, vel actoribus publicis in diuerſis angarijs fatigari dolemus. Propter quod omne concilium à pietate glorioſiſsimi Domini noſtri popoſcit; vt tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſerui ſupraſcriptorum officiorum in eorum vſibus, vel eccleſiæ laborent. Si quis vero iudicum, aut actorum, clericum, aut ſeruum clerici, vel eccleſiæ, in publicis, ac priuatis negotijs occupare voluerit, à communione eccleſiaſtica, cui impedimétum facit, efficiatur extraneus.

β ¶ Eccleſiarum.] *In ceteris huius concilij exemplaribus impreſſis, & manuſcriptis, quæ collata ſunt, & apud Iuonem legitur quemadmodum apud Gratianum; præterquam in editione quattuor tomorum, & codice Lucenſi regio: in quibus initium capitis 21. ſic habet.* Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus eccleſiarum ſeruos, & epiſcoporum, vel.o.c.a.i.v.a.p. in diuerſis angarijs fatigari, omne concilium, &c. *Et hic quidem nulla facta eſt mutatio: alia vero, in quibus omnes conciliorum codices concordant, ſunt emendata.*

Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum res ſacras diſtrahi licet.

Greg. intuitu pietatis duos ſeruos Romanæ eccleſiæ, ſ. Montanum & Thomam manumiſit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit: & hoc fecit ad inſtar Ieſu Chriſti, qui venit in mūdum, vt vinculum diabolicæ ſeruitutis rumperet, quo tenebamur adſtricti. vnde præci- præcipit Paterio notario, vt ſcriberet inſtrumentum, cui Greg. Papa propria manu ſubſcripſit cum tribus presbyteris & tribus diaconis.

a ¶ Cum redemptor.] hic habetur forma, ſub qua fiūt manumiſſiones, & planum eſt.

b ¶ Iuſgentium.] alibi dicitur, quod iure diuino eſt inducta ſeruitus. Sed de hoc dixi ſ. diſt. 1. ius gentium.

c ¶ Relaxamus.] Sed nonne eo ipſo, quod aliquis inter viuos manumittitur, videtur ei peculium datum, niſi expreſſe hoc adimatur. C. de pe. eius qui li. meruit. l. vnica. Sed dicas, quod aliud eſt in libertis eccleſiæ. nā eis in manumiſſione non licet dari vltra ſummam viginti ſolidorū, vt ſ. e. ſi quos.

d ¶ Cum tribus.] ergo non requiritur cōſenſus omnium vbi libertas datur 1, & hoc in fauorem libertatis fit, vt C. de communi ſeruo ma. l. 1. arg. cōtra. 54. diſt. c. 1. ſ. ead. epiſcopus qui. Item videtur hic, quod ſigillum 2 Papæ non facit chartam authenticam, niſi adſit ſubſcriptio. Io..

1 Scilicet à Papa, vt hic fuit: quod non obtinet ī alijs prælatis. ſecundum L. & Hug.

2 Circa iſtā materiam, annotarius poſſit omittere in inſtrumentis ſuū ſolitū ſignum, & apponere aliud, de quo vide p Archi. hic cui adde G. d cu. in cōparatione & ibi Bal. ī vlt. col. C. de fide inſtru. & per Bal. in pri. C. col. 2. & Ang. ī Aut. de inſtru. cau. & fi. in prin.

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei ꝗ apud ſuam eccleſiam iſti parochiani ſunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis c. ſcilicet, quia viui epiſcopo eccleſiæ decimas perſoluerunt: ergo ibi ſepeliendi ſunt. ſecunda ratio, quia poſtquam quis tranſit de prouincia in prouinciam, liber factus eſt à iuriſdictione prioris iudicis, & ſubijcitur illi in cuius prouincia ſedem collocauit: vnde iſti ſubijciuntur iuriſdictioni ſecundæ eccleſiæ, & apud eam debent ſepeliri.

b ¶ Decimam.] perſonalem.

c ¶ Liber factus.] hoc eſt verum, quando plene ſe tranſtulit, vt 21. quæſt. 2. ſi quis iam tranſlatus. ſecus ſi transferret ſe ad ſecundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & ſecundum, vt ff. ad municip. ſi quis inſtructus. Et quod hic dicitur, intellige ꝗ quis poteſt ſe transferre de vno foro ad aliud re integra. nam ſi quis in vno loco eſt conuentus, licet tranſeat ad aliud forum, tamen in priori foro reſpondebit, vt ff. de iuriſ. om. iudi. l. pen. Item & hic ſcias ꝗ ſola habitatio non facit aliquẽ eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per x. annos ſteterit ibi ɩ, vt C. de inco. l. a. li. x. niſi quo ad hoc ꝗ ibi re-

Forũ mutare, an alicui liceat.

ɩ Idẽ tũc dicas cum de iuriſdictio-

PLacuit.] CASVS. Quæſitum fuit à Melchiade Papa, vtrum aliquis poteſt ſepulturam nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum ſuorum deſerere? Et reſpondet ꝗ non. ſi quis prælatus contra fecerit, debet excommunicari.

d ¶ Temeritate.] iſtud verbum ſoluit contraria: nã aliàs poteſt quis ſibi eligere ſepulturam, vt extra eo. c. 1. & cap. cum ſit liberum. & cap. in noſtra.

e ¶ Niſi infirmitatis.] hoc eſt contra H. qui dicit, quòd in tribus caſibus pōt mutari ſepultura, vt dixi in ſumma. hic habet locum diſtinctio decret. extra eod. titu. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iſte § diuiditur in 3. partes. In prima parte ponit G. quandam ſolutionem pro reis, dicens quòd aliquis ex temeritate, ſcilicet ſuperbia, vel odio, vel vanis perſuaſionibus, vel muneribus illectus non debet eligere ſepulturam nouam, & contemnere ſepulturam parentum ſuorum, ſed rationabili cauſa, & iuſta nouã eligere poteſt. Nec obſtat quod dicit Grego. quòd vltima voluntas libera debet eſſe: quia libera eſt cum quis certa ratione ductus, nouam ſibi quærit ſepulturã. In ſecunda parte ponit quãdam ſolutionem aliorũ, quæ videtur facere cõtra reos, dicentium, ꝗ libera eſt voluntas vltima cuiuſcumque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde teſtamentum dicitur; quia eo quiſque libere teſta-

Digitized by

teſtatur. In tertia parte objicit Gratianus, ꝙ etiam in teſtamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Auguſtini dicentis, ꝙ pro numero filiorum debet fieri diſtributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, ꝙ quilibet debet medietatem eorum quæ

c ¶ Sed non videtur.] nunc obijcit ſolutioni ſuæ.
d ¶ Medietatem.] quandoque tertiam, ſecundum conſuetudines diuerſas, vt extra eo. titu. certificati.

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totam hereditatem recipere, cum pater filium ſuum exheredabat, quos reprehẽdit Auguſtinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quàm hereditatẽ appetere. Vnde docet, ꝙ ſi pater vult tantum relinquere Chriſto quantũ vni filiorum, paratus eſt ſuſpicere. [Non eum.] idest, nõne & ponitur interrogatiue, & littera ſequens ſimiliter ponitur interrogatiue.

aliud[a] eſt ex temeritatis ſuperbia vſum antiquorum parentum non ſequi: atque aliud, rationabili occaſione nouã ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadis Papa auctoritatem mittur, qui ſuperbia, vel odio ductus, ſiue vanis perſuaſionibus, aut varijs munuſculis illectus, ſepulturam parentum ſuorum ſequi contemnit a. *Secundum Gregorium autem liberam habet voluntatem; qui certa rationis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium.* ¶ *Vel vt quidam*[b] *diſtinguunt, libera eſt vltima voluntas cuiuſque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamẽto conficiendo. Vnde & teſtamentum appellatur: quia eo quiſque libere teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de proprijs rebus fieri velit.*

¶ *Sed non videtur*[c] *libera teſtatoris voluntas; cum ſecundum Auguſtinum pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatum: veluti, ſi quis habet vnũ filium; Chriſtum putet alterum: ſi vero duos; Chriſtum faciat tertium: & ſic per ordinem. Et ſecundum Leonem quiſque medietatem*[d] *eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinquere, apud quam fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini non eſt iubentis, ſed dehortantis: ne quis iratus filium ſuum exheredaret, atque totum Chriſto relinqueret. Ait enim in ſermone 2. de vita clericorum.*

[margin: ℑ. c. proximo.]
[margin: ex. tit. de ſepult. c. relatum.]
[margin: Siue ſerm. 52. ad fratres in eremo: omittũť autem verba aliquot.]

a ¶ Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis ſequitur*, Ait Leo epiſcopus, &c. *& ponitur integrum caput*, relatum *extra tit. de ſepult. quod etiam refertur ab Iuone par. 7. c. 150. & ab Anſelmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo lib. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus vetuſtis, & valde emendatis hoc idem caput ponitur poſt verſ.* Sacramenta ſuſcepit. *Et certe verba iſta*, & ſecundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem à Gratiano eſſe relatam.*

¶ Pro numero filiorum pars hereditatis Deo offeratur. C. VIII.

[margin: In conc. Aquiſgran. c. 112. Iuo p. 3. c. 178.]

SI quis iraſcitur[e] filio ſuo, & moriens exheredat eum; ſi viueret, non eum placarem? non ei filiũ reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacem, cuius appeto[f] hereditatem? Sed plane ſic faciat: quod ſæpe hortatus ſum. Vnum filium habet; putet Chriſtum alterum: duos habet, putet Chriſtum tertium; decẽ habet, Chriſtum vndecimum faciat; & ſuſcipio.

Hac nimirum auctoritate menſura teſtatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur[g] *tranſcendere.*

6 *Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginenſi concilio 4. c. 95.*

e ¶ Iraſcitur.] hodie enim non poteſt quis exheredare filiũ ſuũ niſi habeat iuſtam cauſam exheredationis. & illa debet ſcribi in teſtamento, vt C. de li. præte. authẽ. non licet. tamen ex iracundia omnia ſua dare poteſt, eccleſiæ, dum tamen relinquat legitimã filijs, vt 17. q. 4. ſunt qui opes. Item ſi quis relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum, honeſtum eſt, ꝙ eccleſia reſtituat ei bona ſi cœperit habere filios, 17. q. 4. c. vlti.

[margin: Pater ſine cauſa filiũ exheredare non poteſt.]

f ¶ Appeto.] ſic 22. q. 1. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Grat. quãdam ſolutionem falſam, dicẽs, ꝙ Aug. non præcipit teſtatori vt tantũ Chriſto relinqueret quantum vni filiorum, ſed prohibet ne plus Chriſto relinquat quàm vni filiorum, quod falſum eſt, cum pater filijs ſuis vltra tertiã, ſi ſunt quattuor vel pauciores; vel medietatem, ſi ſunt ſex, & vltra relinquere non teneantur, vt in auth. de trien. & ſe. circa prin. In fine oſtendit, ꝙ qui oblationes defunctorum reddere nolunt, ſunt excommunicandi. Primum

[margin: 1 Et cap. ſi qua. quæ ſignantur ꝑ ꝯtriis: ſed intellige, prohibeť tranſcendere ex calore iracundiæ & ex odio, vel prohibetur id eſt, diſſuadeť, & conſulitur ei. i. conſilio Augu. ſuadetur, & conſulitur ei, vt non tranſcendat eã ſm H. hæc vltima expoſitio videtur melior quàm prima, vt non ꝯdicat. qđ dic vt ℑ. c. proxi. in gl. 1. Ar.]

rum, quæ teſtatur eccleſiæ ſuæ relinquere. Tandem dicit ꝙ Auguſtinus loquitur exhortatiue, vel de conſilio, ne pater iratus filium exheredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel vt quidam.] Tertia ibi, [Sed non videť libera.]
a ¶ Sed aliud.] G. hic ponit duas ſolutiones.
b ¶ Vel vt quidam.] ſecunda ſolutio.

c. quod ſequitur, planum eſt.
g ¶ Prohibetur.] falſum dicit, quia etiam totum dare poteſt eccleſiæ, vt 19. q. 3. perlatum 1. dũm legitimam relinquat filijs, vt C. de inoff. teſt. auth. nouiſſima.
OBLATIONES. Hæc eſt 6. pars quæ in qua probat magiſter, ꝙ ille qui detinet oblationes defunctorum,

Digitized by Go

quas defunctus mandauit, peccat mortaliter. & hoc ꝓbat per tria cap. Ioan. de Fant.

a QVi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs, ſed de illis, quæ relicta ſunt eccleſijs. qui enim debitas oblationes tenet vel decimas vel primitias, excommunicatur, vt 32. diſtin. præter hoc. & 16. q. 1. ſtatuimus.

b ¶ Negant eccleſijs.] ſi autem confitentur, q debeant, ſed exceptionem aliquã proponunt quare dare non debent, audiendi ſunt, vt ff. de leg. 1. ſi domus. §. qui confitentur. extra de offi. dele. ex parte 2.

c ¶ Egentium.] vt 66. diſt. paſce. & 16. q. 1. decimæ. & extra de reſcript. ſi quando.

QVi oblationes.] CASVS. hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur q excommunicandi ſunt qui tradere nolunt eccleſijs oblationes defunctorum. Et hoc probat tribus rationibꝰ. Prima eſt, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorum nõ ſeruant. Tertia, quia pauperibꝰ neceſſaria ſubtrahunt. In ſecunda parte dr̃, q tales ſacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.]

d ¶ Et quidam.] ſcilicet Hieronymus, vt 12. q. 2. gloria epi.

e ¶ Sacrilegium.] alibi dicitur talis homicida, vt 12. q. 2. qui abſtulerit.

CLerici.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q clerici vel laici sũt excommunicandi, q nolunt reſtituere oblationes, quas parentes dederunt in vita, vel reliquerunt in teſtamento: vel qui volunt auferre eccleſiæ id quod ipſi donauerunt. In ſecunda parte dicitur, quòd clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. [Peregrina cõmunio.] ideſt, viaticũ in morte, cum incipiunt peregrinari, ideſt, recedere de hac vita. Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.]

f ¶ Vel ſæculares.] ideſt, laici.

g ¶ Excludãt.] ar. q ſacrilegi nõ sũt ipſo iure excõicati.

h ¶ Peregrina.] i. cõmorabit̃ inter laicos, vel peregrina ideſt, cum recedit vel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVÆRITVR. Hæc eſt 7. pars q. in qua prohibetur ne ꝓ ſepultura aliquid exigatur, niſi detur ſpontanea voluntate. & hoc probat per 4. cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Quærit hic Gratianus incidẽter, an ꝓ ſepultura mortuorum ſit aliquid exigendũ. Et certe ſepultura quadrupliciter dr̃, ſ. terra nondũ dedicata, hæc vendi põt, vt ar. 12. q. 2. aurũ. Itẽ dr̃ ſepultura officiũ ſepeliendi, iſtud ſine ſimonia vendi nõ põt, vt 1. q. 1. dictũ. Tertio dicitur terra dedicata. Quarto ius ſepeliendi: hæc vendi non debent, vt infra ea. in eccleſiaſtico.

¶ Excommunicẽtur qui defunctorum oblationes eccleſijs negant. C. IX.

QVi oblationes [a] defunctorum aut negãt [b] eccleſijs, aut difficulter reddunt; tamquam egentium [c] necatores excommunicentur. Burc. l. 3. c. 142. Iuo p. 3. c. 208.

Item ex concilio Vaſenſi 1. c. 4.

¶ Vt infideles eijciantur ab eccleſijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

QVi oblationes defunctorum retinẽt, & eccleſijs tradere demorantur; vt infideles ſunt ab eccleſia abijciendi: quia vſque ad inanitionem fidei peruenire certum eſt hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi enim tales quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi ſunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit, congruente ſententia, qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum eſt; eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium [e].] Deuſdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 155. 7. 12. q. 2. gloria.

Item ex concilio Agathenſi, c. 4.

¶ Qui oblata eccleſijs, aut teſtamento relicta retinere præſumpſerint, excommunicentur. C. XI.

CLerici, vel ſæculares [f], qui oblationes parentum aut donatas, aut teſtamẽto relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint eccleſijs, vel monaſterijs, crediderint auferendum; ſicut ſancta ſynodus conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant excludantur [g] eccleſijs. ¶ Si quis autem clericus furtũ eccleſiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur. Burc. l. 3. c. 140. ex cõcilio apud Valentias. Iuo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. c. 5.

7 *Item quæritur [i], an pro ſepultura mortuorum aliquid ſit exigendum. De his ita ſcribit Gregorius lib. 7. regeſti, indict. 2. epiſt. 55. Ianuario epiſcopo Sardiniæ.* & in conc. Meldenſi, c. 72.

¶ Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt. C. XII.

QVeſta eſt nobis Nereida femina clariſsima, quod ab ea centum [a] ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraterni- Poly. l. 8. tit. 5. Iuo p. 3. c. 101.

i ¶ Item quæritur.] Hic ponit incidentem qõnẽ 1, an ſepultura poſſit vẽdi H. ponit quattuor ſignificationes huius nominis ſepultura. Q hq; dicitur ſepultura locus vbi quis ſepelitur. talis locus licite venditur, ſi non eſt ſacer, vel religioſus, ideſt, qui non ſit in cœmeterio aliquo, quia licite venditur ad eccleſiam ædificandam vel ad cœmeterium ampliandum, vt 12. q. 2. aurum. Secundo modo dicitur ſepultura, ipſa ſepultura iam facta, & hæc vendi non poteſt, ſpecialiter ſi locus eſt ſacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in ſepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi poteſt. Quarto dicitur ipſe actus vel officium ſepeliendi, & illud non poſſunt vendere clerici, qui ex officio ſuo ad hoc tenentur, vt infra ead. præcipiendum. & 1. quæſt. 1. dictum. & extra de ſimo. non ſatis.

Sepultura an poſſit vendi.

1 Hoc ideo quia ſupra fecerãt mẽtionem de iure funerandi. ſecũdum L.

QVeſta eſt.] CASVS. Nereida cõqueſta eſt Greg. de epõ Ianuario, qui pro ſepultura filiæ ſuæ ſolidos centũ

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero reſcribens ei dicit, q. hoc vitium de eccleſia ſua remoueret: vnde præcipit ſibi ne decetero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde ſi paganus ille pro ſepultura nil accipere voluit, multo fortius ſacerdotes nil accipere debent. Sponte tamen oblata reſpui non debent. Iſte Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: ſed poſtea victus precibus pretium pro ſepultura accepit. & de hoc reprehenditur in ſeq. c. & iſte Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] ſcilicet Ephron, & licet ĩ. diceret de filijs Seor in plurali, dicit tñ poſtea in ſingulari de Ephron, q. ipſe renuit.

a ¶ Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

† *al. non erubeſcat*

tas veſtra velit † exigere. *& infra.* ¶ Hoc autem vitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad epiſcopatus honorem acceſsimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus; & prauã denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham à filijs Ephron β, hoc eſt à filijs Seor [a], ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit [d]: ne commodum videretur de cadauere conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium vel in alienis denuo tentari præſumatur, admoneo: Sed ſi quando aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri cõceditis; ſiquidem parentes ipſius proximi, vel heredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint; accipi non vetamus. Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium γ.

Gen. 23. Act. 7.

α ¶ Centum.] *Dictio iſta abeſt à nonnullis exemplaribus Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earundem codicibus etiam manuſcriptis legitur, non eſt inducta.*

β ¶ Ephron.] *Locus hic varie legitur. In epiſtolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc eſt,* à filijs Emor: hoc eſt Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur,* intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶ Compendium.] *Poſt hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani ſecundi, quæ placuit hic afferri, ne plane interirent, quòd alibi non facile inueniantur. & vnum eorum citatur extra de ſepul. c. certificari.*

Vrbanus II. Gothfredo Magalonenſi epiſcopo.

¶ Mortuorum, qui in monaſterijs ſepeliri deſiderant, aut omnino iuxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretum, partẽ eleemoſynarum mediam, aut iuxta diſpenſationem noſtram in Lateranenſi concilio promulgatam, partem tertiã parochialibus eccleſiis ſtatuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶ Capellanos quoque monachorum, ſicut reliquos parochiæ tuæ clericos, debitam tibi obedientiam perſoluere volumus.

Item Hieronymus in queſt. Hebra. ad c. 23. Gen.

¶ Etiam coacti de ſepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 2. c. 16.

POſtquam pretio victus eſt Ephron, vt ſepulchrũ venderet argento, licet cogente [c] Abraham; vau littera, quæ apud illos pro o [d] legitur, ablata de eius nomine

b ¶ Renuit.] primo enim commendatur in hoc ca. poſtea tamen conuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti, & inde vituperatur in ſeq. cap.

POſtquam.] CASVS. Hieronymus docet in hoc c. q. nullus debet vendere ſepulturam. Et hoc probatur exemplo Ephron, qui licet cogente Abraham acceperit aliquid pro ſepultura, poſtea vocatus eſt Ephran, id eſt, imperfectus, cum primo vocaretur Ephrõ, id eſt, perfectus; & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, q. de iuſtis fiunt iniuſti, qui pro ſepultura ab inuitis aliquid extorquent, cum etiam Ephron de iuſto ſit factus iniuſtus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, [Frãt igitur.] Memoriam.] id eſt, ſepulturam.

c ¶ Cogente.] per preces populi, & licet contractus factus ad clamorem populi teneat non tamen electio, vt extra de elect. Oſi[9]. & 61. diſt. nitamur. in prin. & 8. quæſ. 1. ſi ergo.

d ¶ Pro o.] o, eſt vltima littera Græcorum: & a, prima. & deſignat o, conſũmationem & perfectioné. a, initium & imperfectionem. & Hebræi ponunt vau, pro o, in iſta dictione Ephron, quæ ablata eſt, &c. & videtur hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: ſed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipſum vendere locũ talem, maxime quia locus ille iam deputatus erat ſepulturæ, erant enim ibi ſepulti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, quòd neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic à Hiero. Reſpon. non propter ſuum factum, ſed propter futuros, volens oſtendere, quòd illi peccarent, qui tali modo venderent.

a ¶ Ephron.

eſt,& pro Ephron [a] appellatus eſt Ephran [b]: ſignificante ſcriptura non eum fuiſſe conſummatæ,perfectæque virtutis,qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur,qui ſepulchra venditant nec coguntur, vt accipiãt pretium,ſed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen ſuum,& perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occulte,qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburienſi,c.16.

¶ De eodem. C. XIIII.

IN eccleſiaſtico [c] namque libro ſcriptum eſt: [Mortùo non prohibeas gratiam,ſciens, quoniam omnes moriemur.] & item: [omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es,& in terram ibis [a],& quoniam mors tibi futura eſt:appropiat,& non tardat.Recordare, quoniã non hominis eſt terra: ſed, vt pſalmiſta commemorat: [Domini eſt terra,& qui habitant in ea.]ſi terram [d] vendis,inuaſione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo: gratis da pro eo.Quare interdictum ſit omnibus omnino Chriſtianis,terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi forte proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

Iuo p.3.c.215. Eccli.7. Eccli.40. Gen.3. Pſal.23. † al. Dominica † al. nomen Domini

a ¶ Ibis.] *In codicibus vulgatis erat*, reuerteris: *& ſequebantur hæc*,& alibi de homine dictum eſt: terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris: *quæ ſunt expuncta: quia abſunt à pleriſque vetuſtis,& ab originali.*

Item ex concilio Varenſi.

¶ De eodem. C. XV.

PRæcipiendum eſt ſecundum canonum auctoritatem, vt de ſepulchris,& hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant: niſi forte qui ſepelitur, viuens iuſſerit eccleſiæ,in cuius atrio ſepelitur,aliquid de ſuis rebus tribuere, aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere de rebus illius aliquid ſponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ † illius aliquid exigatur;ſiue ab illis, qui locis, & villis † præſunt. ¶ Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorum inſtituta,vt in eccleſia nullatenus ſepeliantur; ſed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] eccleſiæ. Intra eccleſiam vero, aut prope altare, vbi corpus & ſanguis Domini conficitur,nullatenus ſepeliantur [f].

Bure.l.3.c.159. Iuo p.3.c.222. † al. *illis aliquid* † *al.vicis* † *al.extra eccleſiam*

a ¶ Ephron.]id eſt,perfectus.

b ¶ Ephran.]id eſt,imperfectus.

IN eccleſiaſtico.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Tributien,vtrum terra cœmeteriata vendi poſſit pro ſepultura?& reſpondetur, q; non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid:& vna ratione: ſponte tamen oblata recipi poſſũt. Ratio incipit ibi,[Si terram vẽdis.]Quare interdictum ſit,] ideſt, interdicatur, vel quare,ideſt,ergo.

c ¶ In Eccleſiaſtico.] ideſt in eccleſiaſte 1. & ille liber eſt Salomonis,& incipit:Vanitas.Eſt alter qui dicitur.eccleſiaſticus q incipit: Omnis ſapiẽtia à Domino, & ille liber eſt Ieſu filij Syrach.

1 Immo in eccleſiaſtico.

d ¶ Si terram.] ſacram vel religioſam, & dico, q; terra ſit ſacra vel religioſa auctoritate põtificis,nõ ex eo,q; mortuus infertur ad locũ,vt extra de reli.domi.ad hoc. Sed ſm legẽ ſec9 eſt: nã ſi trãsfertur corpus ad alium locum,deſinit locus eſſe religioſus, vel etiam ſi capitur ab hoſtibus, vt ff. de reli. cum in diuerſis,& l.cum loca.Et not.q; qdquid eſt ſacrũ, eſt religioſum:ſed non conuertitur.vbi enim mortuus infertur, fit religioſus 2, ſed nõ ſacer,vt ff. de re.di.inſtitũ.§. ſacræ. Itẽ dicitur locus religioſus vbi corpus eo propoſito ponitur, vt ibi ppetuo remaneat:aliàs remaneret profanus,vt ff. de relig.ſi qs eo animo.& remoueri põt qñcumque placuerit vt C.eo.tit.ſi nec dũ. Et licet partes hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliantur, non ideo oĩa loca fiũt religioſa:ſed tantũ vbi caput eſt ſepultum, vt ff.eodem, cum in diuerſis. Item nec totus locus deputatus ſepulturæ fit religioſus, ſed ille in quo corpus eſt humatum,vt ff.eo.l.2.§.ſepulchrum.

2 Hoc non eſt verũ, ſi mortu9 eſſet excõicatus & ita ſẽtit Gof.ext. de ſepul.ſacris.& ibi de hoc p Ber.

PRæcipiendum.]CASVS.Hoc c.diuiditur in duas partes.In prima parte dicitur,q; pro ſepultura,ideſt, p hominibus ſepeliendis clerici nihil exigent niſi in duobus caſibus:ſcilicet ſi defunctus iuſſit aliquid eccleſię dari, & niſi viuente ſponte aliquid obtulerit. In ſecunda parte dicitur,q; intra eccleſiã nullus eſt ſepeliendus,ſed in cœmeterio, vel etiam in arcubus muri eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi.[Prohibendum eſt.]

e ¶ In exhedris.]exhedræ dicuntur quædam voltæ,quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ 3.

f ¶ Sepeliantur.]ſi ſint modicæ perſonæ,vt j.e.nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura in eccleſia, quia locus ille ſpecialiter Deo dedicatus eſt: cui mors vltra nõ dominabitur.

Qui-

QVibus peccata.] Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debeat ſepeliri in eccleſia niſi ſit ſanctus, niſi in atrio vel in exhedris: & ponit etiam, ꝙ proficiant mortuis cœmeteria, & qualiter & vbi animæ ſunt defunctorū. & hoc probat per viij. auctо. Io. de Fā. Caſus damnantur: quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

a ¶ A ſacris locis.] id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiūt vel ad litteram intelligas, quia locus non ſanctificat hominem, vt 40. diſt. non loca.

¶ Extat caput hoc in concilio Nannetenſi, c. 6. ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: ſed quia potuit eſſe repetitum in aliquo Varenſi, ſeu Vaſenſi, non eſt mutatum. In epitome quidem conciliorum eſt in Vaſenſi, c. 3.

Item Auguſtinus.

¶ A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 152. Iuo p. 3. c. 214. in conc. Tribur c. 17.

8 QVibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis [a] poſt mortem adiuuari nō poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri, faciunt; reſtat, vt de ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Auguſtino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. ſed videtur confectum ex duobus locis lib. 4. dialog. B. Gregorij; vno quidem in c. 51. altero autem in c. 53. quod refertur in cōc. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51. cum narraſſet quamdā ſanctimonialē, quæ in eccleſia ſepulta fuerat, viſam fuiſſe ibi cremari, ex eo colligit,* Qua ex re aperte datur intelligi; quia hi, quibus peccata dimiſſa non fuerint, ad euitandum iudiciū ſacris locis poſt mortem nō valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memoraſſet corpus cuiuſdam Valentini è ſepulchro per dæmonas fuiſſe extractum, & extra eccleſiam proiectum, hæc ſubiungit.* Ex quo Petre collige; quia his, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant; reſtat, vt etiam de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent: ſed etiam culpa temeritatis accuſet.

Item Gregorius lib. 4. dial. c. 50.

Nic. ad cōſulta Bulgarorū, c. 99

¶ Quibus proſit in eccleſia ſepeliri. C. XVII

Poly. ibidem. Burc. l. 3. c. 153. Iuo p. 3. c. 216.

† Quos] orig.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur [b]; quòd eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt; non ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

¶ Qui ſepeliantur in eccleſia. C. XVIII.

Burc. l. 3. c. 233. Iuo p. 3. c. 274.

NVllus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles [c] laici.

Quid vero mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidue ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. oſtendit dicens.

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæſitum fuit à Grego. vtrum proſit mortuis in cœmeterio ſepeliri. Et reſpondet ꝙ ſic, ſi cum mortali delicto non deceſſerint: quia proximi eorum ſepulturas aſpicientes pro eis orant ad Dominum. ſi vero cū mortali deceſſerint, potius obeſt, quàm prodeſt. Sequens cap. cū §. patet.

b ¶ Sepeliantur.] Ecce ratio vna, quare homines potius ſunt ſepeliendi apud eccleſias quàm alibi. Secūda ratio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs ſanctorū illorum, in quorum nomine dedicata eſt eccleſia illa, vt ĩ. ead. non æſtimemus. In fin. Tertia ratio eſt, quia minus ibi vexātur à ſpiritibus immundis. vnde in cœmeterijs dicitur eſſe requies defunctorum vt 12. q. 2. autum. lex tñ alia conſideratione præcepit ne corpora in ciuitate ſepelirent, ne ciuitas corrumperetur fœtore, vt C. de reli. & ſum. fun. l. mortuorum. & hic arg. ꝙ ibi potius ſepeliendi ſunt homines vbi eſt maior concurſus populorum, vt in cathedralibus eccleſijs, vt ĩ. eadem, vbicumque.

Sepeliātur corpora in eccleſijs, aut cœmeterijs.

c NVllus.] ¶ Fideles.] Vocantur laici hic fideles à fidei virtute, ita vt faciāt miracula 1. Alij intelligunt à fide baptiſmi. ſecūdum hoc intellige C. de ſac. ſanc. eccle. l. 2. Vel dic ꝙ omnis Chriſtianus pōt ſepeliri in eccleſia. ſed non gentilis, vt ĩ. de con ſe. diſt. 1. eccleſiā. & hoc intelligas, niſi aliàs in mortali deceſſerit, vel impænitens, vel niſi eccleſia interdicta ſit, vel niſi ſint torneamentarij, quibus propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. extra de torneam. c. 1. & extra de rap. ſuper eo.

1 Hæc ſententia fuit La. & Hu. Sed quod ſequitur, fuit ſententia. B. Iſi. quā H. reprobat.

CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ non prodeſt decedentibus in mortali delicto, ſi in ſacris locis ſepeliantur: immo ſi ibi ſe faciant ſepeliri, de ſua præſumptione

Non æſti-

¶ Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliantur. C. XIX.

Ino p.2.c.113.

N On æſtimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire; niſi quòd pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs [a] ſolenniter ſupplicamus. Quamuis nõ pro quibus fiunt, omnibus proſint: ſed his tantum, quibus dum viuunt, comparatur, vt proſint. Sed quia non diſcernimus [b] qui ſint; oportet ea pro regeneratis omnibus [c] facere †: vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis, quibus nec obſunt nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quo † pro illo fiat ſimiliter à ſuis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum affectum, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, vt quam poteſt, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] receſſerit, qui gerebat †. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem nõ credunt; quanto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo [e], & in æternitate manſuro impenſum eiuſmodi officium, ſit etiã quodãmodo eiuſdem fidei teſtimoniũ. ¶ Quod vero quiſque apud memoriam martyrum ſepelitur; hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

† al. exiſtimemus

† Adde q verbum generale omnia comprehendit in l.à procuratore. & ibi bona gloſſ. cum cõcor. C. manda.

† al. quod

Eph. 5.

† al. regebat

Econtra [f] *Hieronymus in epiſtola ad Gal. c.6. ad ea verba:* [*vnuſquiſque onus ſuum.*]

¶ Poſt mortem orationes viuentium mortuis damnatis non proſunt. C. XX.

I N præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus; non Iob [g], non Daniel [h], nec Noe [i] rogare poſſe pro quoquam; ſed vnumquemq. portare onus ſuum.

¶ *Verba B. Hieronymi ſunt hæc*. Obſcure licet, docemur per hanc ſententiolã nouum dogma quod latitat, dum in præſenti ſæculo ſumus, ſiue, &c.

Verum hoc de impœnitentibus accipiendum eſt, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationem ſuam, nec pretiũ redemptionis animæ ſuæ; & ideo frater nõ redimet eum, ſed laborabit [k] *in æternum, & viuet adhuc in finem.*

Pſal. 48.

N On æſtimemus.] C A S V S. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd tria bona viuorũ proſunt defunctis, ſcilicet, ſacrificiũ, oratio, & eleemoſyna, quæ defuncti in præſenti vita egerunt vt eis prodeſſent: & quia neſcitur qui ſint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In ſecũda parte dicitur, quòd ſpecialius & cum maiori diligentia oramus pro cõſanguineis noſtris. In tertia parte dicitur, quòd ſeruitium impenſum corpori defuncti non prodeſt defuncto, ſed eſt ſolatium viuorum: quia cum illi, qui reſurrectionem non credunt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In quarta parte dicitur, quòd ſi defunctus ſepeliatur apud eccleſias martyrum, prodeſt ei: quia patrocinio martyrũ commendatur. Secunda pars incipit ibi, [Diligentius.] Tertia ibi, [Corpori.] Quarta ibi, [Quòd vero.] Sequens c. cũ §. patet.

a ¶ Sacrificijs.] aut ieiunijs parentum, vt ĩ. ead. cap. animæ.

b ¶ Quia non diſcernimus.] arg. quòd ratione dubitationis melius eſt totum & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, vel etiam aliquid omittere. ſic 42. diſt. quieſcamus. 24. q. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt quæ aliàs eſſent illicita, vt extra de ſepul. ſacris. extra de vſu. in ciuitate. 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis poſſum vendicare incertam partem, vel rem. ff. de rei ven. quæ de tota. & nummos meos nõ poſſum vendicare, ſi ſint miſti alijs. ff. de ſolutio. ſi alieni.

Dubitationis ratione fiũt aliqua.

c ¶ Omnibus.] Infra ea. pro obeuntibus. cõtra ſolu. eccleſia pro omnibus viuis ſiue bonis ſiue malis poteſt orare generali ſiue ſpeciali oratione 1: & pro Iudæis & paganis, vt conuertantur: quia de nemine eſt deſperandum, dum eſt in vita iſta, vt ĩ. de pæ. diſt. 7. nemo. ſed pro paganis vel Iudæis mortuis non eſt orandum, nec pro cathecumenis: ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, vt hic dicitur, & 23. q. 4. ſicut. & hoc ſiue ſint damnati, ſiue non: dum tamen hoc non conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandum pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos. ſic loquitur illud cap. pro obeuntibus, ſed pro illis, qui non ſunt damnati, oratione ſpeciali & generali oramus licite, niſi ſint valde boni, vt ĩ. ead. tempus.

Eccleſia an poſſit pro omnibus orare.

1 De hoc etiã no. 11. q. 3. ſi quis epr & ibi di xi. Archi.

d ¶ Cum ille.] ſcilicet ſpiritus.

e ¶ Vt reſurrecturo.] Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, &c. 2 eſt ergo hoc ſignum quòd credamus futuram reſurrectionem, vt ĩ. ead. habent.

2 Superfluũ videretur mihi & vanum orare pro mortuis, ſecundum L. & hoc continetur ſub iſto, & ſic Lau. & ita fuit illa gl.

f ¶ Econtra.] contra id quod dicit, quòd poſſumus orare pro mortuis. Ioan.

g I N præſenti.] ¶ Iob.] id eſt, coniugati.

h ¶ Daniel.] id eſt, virgines vel continentes.

i ¶ Noe.] id eſt, rectores eccleſiarum, & hoc intellige ſi deceſſerint in mortali. ſic 25. diſt. qualis.

k ¶ Sed laborabit.] id eſt, punietur æternaliter.

Pro obeun-

Digitized by Google

PRo obeuntibus.]CASVS. Bonifacius archiepiſcopus quæſiuit à Gregorio ſi liceat ſpecialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et reſpõdet q̃ pro catholicis licet:pro impijs autem ſpecialiter hoc fieri non licet.
a ¶ Pro

ANimæ.]CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quattuor proſunt defunctis, ſcilicet oblatio ſacerdotum, preces ſanctorũ, amicorum eleemoſynæ, & ieiunia cognatorum. In ſecunda parte dicitur, quòd illa obſequia, quæ fiunt circa corpus mortui, magis ſunt ſolatia viuorum, quàm defunctorum ſubſidia: non tamẽ ideo corpora defunctorum, & maxime iuſtorum ſunt abijcienda. iſtud enim ſeruitium quod corpori impẽditur, apud Deũ nõ perit. multo magis eleemoſyna, quam viuentibus & ſentientibus facimus apud Deum, perire non debet.

De alijs autem intelligi non poteſt.

Vnde Gregorius Papa ſecundus Bonifacio epiſcopo, epiſtola vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona proſunt viuentium. C. XXI.

Poly.l.8. tit. 7. PRo obeuntibus quippe conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre: ſancta ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat: & quãuis omnes peccatis ſubiaceamus; congruit, vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs [a] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

† al. Idem *Item* †.

¶ Animæ mortuorum quattuor modis ſoluuntur. C. XXII.

Poly.l.8. tit. 6. Burc.l.19.c.112 Iuo p.15.c.124. Aug. de cura p mortuis,c. 2.& lib.1.de ciuit.c. 12.& 13. ANimæ [a] [b] defunctorum quattuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorũ. ¶ Curatio vero funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa; oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quos viuentibus, & ſentientibus exhibemus; ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.

a ¶ Animæ.] *Horum verborum vſque ad verſ.* curatio. *nullus auctor inuentus eſt. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Auguſtinus in Enchiridio, c.109. & 110.

¶ Ante diem iudicij, ſacrificijs, & eleemoſynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent.4.diſt. 45. Anſ.l.7. c. 170. TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas [d] abditis [e] receptaculis continet, ſicut vnaquæq. digna eſt vel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dũ viueret.

b ¶ Animæ.] Hoc e. eſt quaſi pars illius, non æſtimemus.

c ¶ Exanimis.] ideſt, exanimatis.i.mortuis & eſt hic arg. q̃ magis meretur homo impendendo aliquid viuis quàm mortuis. Vnde patet, quòd ſicut ieiuniũ alicuius liberat mortuum, multo potius alterius ieiunium prodeſt viuo. quod concedo ſi ille eſt vicine coniũctus illi, vt dixi 83. diſt. presbyter. in gl. & ita.

Ieiunium plus prodeſt viuis quàm defunctis.

TEmpus.]CASVS. Licet Beneuen. diuiſerit hoc cap. in duas partes, ego tamẽ Barth.B.hoc c. diuido in quattuor partes. In prima parte dicitur, q̃ inter mortẽ hominis & iudicium futurum animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæq; digna eſt requie vel ærumna. In ſecunda parte dicitur, q̃ beneficia viuorum proſũt defunctis, qui in p̃ſenti vita ita egerũt vt ſibi p̃deſſent. In tertia parte dr̃. q̃ hæc beneficia nõ p̃ſunt sũme bonis, vel ſumme malis, ſed mediocriter bonis & mediocriter malis. In quarta parte dr̃ q̃ pro sũme bonis fiũt gratiarũ actiones, ſed p̃ nõ valde malis p̃pitiationes: ſed valde malis beneficia nõ proſunt, ſed ſunt cõſolationes viuorũ: ſed in mediocriter bonis operant̃ plenã remiſſionẽ: i mediocriter vero malis mitiorẽ dãnationẽ. Secũda pars incipit ibi, [Neq. negãdũ eſt.] Tertia ibi, [Eſt.n.quidam.] Quarta ibi, [Et poſt pauca.]

Orandũ ne eſt pro his qui in mortali peccato deceſſerũt?

a ¶ Pro impijs.] Sed numquid eccleſia orabit pro illis quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur q̃ ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane.argu.contra 11.q.3.Cyprianus? Reſpon. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, vt cum quis ſuſpendit ſe, vel præcipitat, aut aliomodo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23.quæſt.5. placuit. & quæſt. 8. quicumque clericus. ſecus ſi eſt dubium. vnde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reliquijs. audiuimus. & 23. quæſt. 5. placuit.

d ¶ Animas.] nõ sũme bonas: nã tales credo ſtatĩ ad cælos volare, iuxta illud: Gaudent in cælis animæ ſanctorum. 25.diſt. ſanctorum.

e ¶ Abditis.] ideſt, locis nobis occultis. Ex his verbis

videtur, quod Auguſtinus dubitabat quo animę defunctorum recedant, cum infernus ſit ſub terra, & cælum ſit ſupra, vt 23.q.4. hæc autem.

a ¶ Pro baptizatis.] tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiant generaliter * pro omnibus, ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet, vt ĩ. de conſe. diſt. 5. nõ mediocriter.

* *Hoc ceteris paribus non eſt verum. vide S. Thomã quol. 2. ar. 14.*

b ¶ Propitiationes.] ideſt, vt Deus propitius ſit eis.

c ¶ Pro valde.] Hic Aug. diſtinguit quattuor genera hominũ, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis non eſt orandum. iniuriam enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de celeb. Miſ. cũ Marthę. §. vlt. Item nec valde malis proſunt, ſed mediocriter bonis proſunt, vt citius liberentur ab igne purgatorij *, mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniantur, numquã tñ liberabuntur: & ſecũdum hoc etiã patet, quod oratione ſpeciali oramus pro illis qui deceſſerunt in mortali: dummodo nõ ſint ſumme mali: licet ar. contra ĩ. ca. pro obeũtibus. ſed pone quòd aliquis dat eleemoſynã pro eo, qui deceſſit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus, eleemoſynę vel orationes proſunt talibus ad mitiorem pœnã, vt hic dicit, ergo aliquantulum de pœna ſublatum eſt 1. Ponamus quod centeſima pars pœnę ſit ſublata per vnã eleemoſynã: ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa: ergo iſte liberatur: quod hic negatur. Ad hoc dico, quod ſi prima eleemoſyna tollit cẽteſimam partem pœnæ, ſecunda eleemoſyna etiam tollit tantam pœnã, ſed non tantam in quantitate, ſed tantam in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſoluo illud quod obijcitur de indulgentijs, quod ſi propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium vel venialium, per oblationem ſecundi denarij tollitur tantum in proportione, non tantũ in quantitate: & ſemper aliquid remanet, licet omne argentum [illegible].

Hominum gña quattuor ſunt.

* *Vide S. Th. 4. ſen. diſt. 45. 2. q. ar. 2.*

Eleemoſynæ defunctis proſunt.

1 Hoc vult dicere: prima eleemoſyna tollit centeſimã totius pœnæ, ſed nõ totius cẽteſimã, ſed reſiduũ. & ſic de alijs. & ſic eſt intelligẽ q. l. infra dicitur Arch.

contineror quod in ſeq. cap. declaratur. Ioan. de Fan.

Casvs. Dictum eſt ĩ. quod ſacrificia, vel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiunt pro mortuis: ſed quia hæc obſeruatur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & propter hoc inducit ſeq. c. Quia.

¶ Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt, qui cum viuerent, vt hæc ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶ Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem: nec tam malus, vt ei nõ proſint iſta poſt mortẽ. Eſt vero talis in bono, vt iſta nõ requirat: & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita tranſierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. *& poſt pauca.* ¶ Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis [a] defunctis omnibus offeruntur; pro valde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes [b] ſunt: pro valde [c] malis, etſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcumque viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt; aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio; aut certe, vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.

9 *De obſeruatione autem tertij, ſeptimi, trigeſimi, vel quadrageſimi diei quæritur, vnde exordium ſumpſerit.*

Ambroſius in lib. de obitu Theodoſii Imperatoris dicit fere in principio.

¶ Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur. C. XXIIII.

Qvia alij tertium [a] diem, alij triceſimum, alij ſeptimũ, alij quadrageſimum obſeruare cõſueuerunt; quid doceat lectio [d], conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies ſepulturæ. Et luxit eum Iſrael [a] ſeptem diebus.] Hæc ergo ſequenda ſolẽnitas, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt: [Quia planxerunt filij Iſrael Moyſem diebus triginta: & conſumati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis † impletur officium.

Poly. l. 8. ti. 7. Anſ. l. 7. c. 169.

Gen. 50.

Deut. 34.

† Scilicet humanæ ſolationis, & officij humanitatis debiti, vt docet Ambro, in li. de Abrahã patriarcha, & Io. Chryſo. c. vtriuſque inf. cad.

a ¶ Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur.* Quia alij tertium diem, & triceſimum; alij ſeptimum, & Quadrageſimum. *Verum in miſſalibus Romanis tam antiquis, quam recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in c. nullus. ſupra. diſt. 44. & infra de conſ. diſt. 5. ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

Qvia.] Casvs. Quæſitũ fuit ab Ambro. vnde ſumpſit initium obſeruatio iij. vij. & xxx. & xl. diei in officijs mortuorũ. Et rñdet, quod à veteri teſtamẽto: & hoc pbat auctoritate Gen. & Deut. nã filij Iacob ſeruauerũt eũ aromatibus conditũ in Aegypto xl. diebus: & cũ portarẽt eũ ſepeliendũ in ſpelũca duplici, luxerunt eũ vij. diebus. & inuenitur legiſſe, quod filij Iſrael luxerunt Moyſẽ xxx. [illegible]

De obſervatione [illegible]

Digitized by Google

LVGERE. Hic incipit x. pars q. in qua probat per 4. c. q. non debemus plangere mortuos ex diffidentia tamquam non debeant reſurgere. Io. de Fan.
CASVS. Supra facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendum, & q. lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis nõ licet, ſed intuitu pietatis licet, vt infra ea. habent.

Q Vàm præpoſterũ.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes in prima parte oſtẽditur, q. ſicut ſerui rebelles à dñis ſuis nõ remunerantur, ſic nos cæleſtibus præmijs non honoramur: cũ quotidie dicamus. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra: & tamẽ dolentes & inuiti de hoc ſæculo recedimus, quando vocamur à Domino. In ſecunda parte dicit Cyprianus, q. Deus multoties ſibi reuelauit, vt inter homines prædicaret mortuos non eſſe lugendos: quia non amittuntur, ſed præmittuntur in patriam vitæ ad inſtar proficiſcentium & nauigatorum. Secunda pars incipit ibi, [Nobis quoque.] Seq. cap. planum eſt. [Exhibeatur,] id eſt debitum officij funeris impleatur.

ꝭ ¶ Iſrael ſeptem.] *Codices B. Ambroſii habent*, & luxit eum Aegyptus ſeptuaginta diebus: *quemadmodũ habet editio lxx. & vulgata. Sed tamen viſa eſt ferri poſſe lectio hac, quæ eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulo poſt in eodem c. 50. Gen. hac adduntur de Ioſeph, & ceteris filijs Iſrael.* Veneruntq. ad aream Adad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi impleuerunt ſeptem dies.

10 *Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra, quàm pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.*

¶ Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus. C. XXV.

QVàm præpoſterum eſt, quàmque peruerſum, vt cum Dei voluntatem fieri poſtulemus [a], quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſsitatis vinculo, non obſequio voluntatis: & volumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti [b]. *Idem paulo inferius.* ¶ Nobis quoque ipſis minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter, atque manifeſte, de Dei dignatione, præceptum eſt; vt conteſtarer aſsidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione † Dominica de ſæculo liberatos: cũ ſciamus non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, vt proficiſcentes, & † nauigantes ſolent.

† al. accerſitione
† al. vt

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 26. in c. xi. epiſtola ad Hebræos.

¶ Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI.

Pſal. 23.

VBicumque [c] ſepeliamur; Domini eſt terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex puſillanimitate contingit.

Hoc autem ex deſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini.] ſed addidit: [ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.] Pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere nõ prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequijs pias lacrymas impendiſſe legimus.

1. Theſſ. 4.

Hinc etiam Anaſtaſius Papa, epiſt. 2. ad Nerianum.

Et in regeſto B. Gregorij. lib. 7. epiſt. 111.

¶ Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent. C. XXVII.

Anſ. l. 7. c. 171. Bur. l. 19. c. 129. Iuo p. 15. c. 139.

HAbent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſatio-

a ¶ Poſtulemus.] cũ dicimus, Fiat voluntas tua. & eſt argum. q. opere id complere debemus quod voce proteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.

b ¶ Inuiti.] ſic 23. q. 5. ad fidem. & ſic eſt arg. q. non debemus cõſequi commodum ex eo quod inuiti facimus, vt ff. ad Tre. ſi patroni. §. 2. ſic 17. q. 4. ſunt qui opes. 8. q. 1. ſciendum.

c VBicũque.] [Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus, Quæ genuit: cælo tegitur qui non habet vrnam.] arg. contra. [Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.]

HOC AVTEM. CASVS. Nunc ſoluit Grat. dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli: ſed propter pietatẽ lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc inducit duo ſeq. cap.

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugent mortuos ſuos, quia excuſationem habent,

Digitized by Google

habent, cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimiũ contriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc probatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus vos ignorare, &c. [Apud alios], id eſt, laicos aut idiotas.

a ¶ Neſciunt.] id eſt, non credunt. Ioan.

ſpondet quòd nõ, donec aliquid agitur hic, ſed poſtea p mortuos q vadũt ad eos ſciũt non oĩa, ſed q̃ illi permittunt audire, & q̃ iſtos recordari liceat aut per Angelos, qui vident claritatem, nihil eſt in creatura quod videre non poſſit: ſub. ſcilicet quãtum permittit diuina potentia, ſecundum Ioan. de hoc ſcis no. ar. ſ. pr. c. 1.*

* Sed & vide S. Th. 4 ſent. di. 45. q. 3. art. 1. & diſt. 49 q. 1. ar. 5.

nem; qui vitam alteram neſciunt a; qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non confidunt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; cõtriſtari nimiũ de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentię quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prædicat, torqueri α mæſtitia, dicẽte Apoſtolo: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non cotriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.] *1. Theſſ. 4.*

α ¶ Torqueri.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idẽ habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur*, contra quod quiſque prædicator queritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis videbatur miſta eſſe lectio ex vtraque hoc modo*, contra hoc, quod quiſque prædicat quærere, iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano 3. c. 22.

¶ De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam β funebre † carmen, quod vulgo defunctis cãtari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos, aut familias cædere omnino prohibemus. Sufficiat autẽ, quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens: [De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent.] Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si autẽ † poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. Religioſis † tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

† al. funeris precamen

1. Theſſ. 4.

Io. 11.

† al. enim

† al. A religioſis

β ¶ Nam Funebre.] *Hinc vſque ad verſ.* ſufficiat. *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint, quæ in hoc canone prohibentur.*

II *De mortuis etiam quæritur, vtrum ſciant c ea, quæ hic à viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait:* [*Abraham pater noſter neſciuit.*] d *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens cap. 15.* *Eſa. 63.*

¶ Mortui ex ſe neſciunt, quid hic à viuis geratur. C. XXIX.

FAtendum eſt, neſcire quidem mortuos, quid hic agatur; ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicãt, oportet audire. Poſſunt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt, audire aliquid mortui, quod vnum quemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra.*

QVi diuina.] CASVS. Quæſitũ fuit in concilio Toleta. vtrum mortui ſepeliẽdi ſunt cũ pſalmodia & luctu. Et reſpondet q cum pſalmodijs ſic. & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormientibus autem, &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat. religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶ Religioſis.] illi enim magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi, quàm laici.

DE MORTVIS Hæc eſt 11. pars queſ. ſecundum Ioan. de Fant.

CASVS. Facit Grat. quandam incidentem quæſtionem, vtrum defuncti ſciãt quæ in mundo geruntur à viuis? & reſpondet quòd non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

c ¶ Sciant.] mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur ſimiliter nec boni, qui adhuc ſũt in igne purgatorio: quia adhuc nõ fruuntur viſione Dei, vt ſ. ea. fatendum. ſed boni, qui fruuntur viſione Dei, ſciũt qd agatur hic: iuxta illud Gregor. Quid eſt q neſciant qui videntem omnia vident?? Et alij dicunt q boni dicuntur ſcire omnia quæ ſunt eis neceſſaria.

Defuncti vtrũ ſciant quæ hic aguntur.

Dicũt quidam q animæ immediate vidẽt in ſpeculo trinitatis ſicut Angeli: vnde Beda ſuper Lucã in illo euãgelio, Homo quidã erat diues. &c. vbi dicitur q iuſti

d ¶ Neſciuit.] quia nondum erat hoſtia oblata, per quã aperta fuit ianua paradiſi, vt extra de baptiſ. maiores. Ioan.

FAtendũ.] CASVS Quæſitum eſt ab Au. vtrũ mortui ſciãt quid in hoc mundo agatur à viuis? & re-

Digitized by Google

¶ Multi α quoque ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt [a], ſicut econtrario Paulum ex viuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

α Multi quoque.] *Apud B. Auguſtinum ſic legitur.* Mitti quoq. ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex viuis raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur. *Sed ob gloſſam non eſt emẽdatum. Veritatem vero ſuæ ſententiæ confirmat B. Auguſtinus aliquot alijs exemplis ſcripturæ ſacræ: quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

Et in Vormacien.c.vlt.

12 *De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur, an iuxta eccleſias ſint ſepeliẽdi. De quibus in Moguntinenſi concilio 2. ſub Rabano, c. 27 ita ſtatutum eſt.*

¶ Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur. C. XXX.

Burc.l.11.c.76. Iuo p.14.c.124. Pan. l.5. c.122.

QVæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis [b] ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt confeſsionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ, an non. Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſsionem agentibus, & digne pænitentibus communio in fine ſecundum canonicũ iuſſum danda eſt: cur non β eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim: [Non vindicat Deus bis in idipſum.]

Naum primo, ſecundum lxx.

β ¶ Cur non eis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino, & Vormacienſi, inductis aliquot verbis, quæ potius perturbabant, quàm illuſtrarent.*

PALEA. C. XXXI.

Extra d fur.c.2. In Triburienſi, c.31. Poly.l.6.tit.16. Burc.l.11.c.59. Iuo p.13. c.45.

FVres, & latrones, ſi in furando, aut deprædando occidantur; viſum eſt pro eis non orandum. Si comprehẽſi, aut vulnerati, presbytero, vel diacono confeſsi fuerint communionem γ eis non negamus.

γ ¶ Communionem.] *Antea legebatur*, confeſsionem. *Emendatum vero ſic eſt ex Burchardo, Iuone, & Decretali: quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburtienſi, & in eo, quod extat, habetur ſententia c.31. copioſius expoſita: vbi etiam diaconi nulla fit mentio: ſed ita dicitur,* Deoque, & ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶ *Sic in omnibus codicibus, in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem, & in Decretali: ex quibus ſunt multa emendata, & magni ponderis.*

¶ De eodem. PALEA C. XXXII.

Sententia habetur extra de homi.c.2. Poly.ibidem. Burc.l.11.c.60. & l.19.c.5.inter feciſti furem. Iuo p.13.c. 46.

SI fur, aut latro captus in præda abſque occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur; quia ad imaginẽ Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, à thoro, à gladio, ab equitatu ſe abſtineant. In tertia, quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum: vel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſia vicisſim vtantur, & temperate. Sin autem à veridicis

los, qui præſentes ſunt rebus, quæ in mundo aguntur, aut per ipſos, qui quandoque ad nos venire creduntur, ſicut econtrario Paulus viuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

a ¶ Credunt.] & male, quia ſunt phantaſmata, vt 26. quæſt. 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hæc eſt 12. pars q. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quæritur an homines, qui ſuſpenduntur in patibulis, ſint ſepeliendi in cœmeterio. Et reſpondetur q; ſic, ſi ipſi pœnituerint.

QVæſitum.] CASVS. Quidã quæſiuerunt in concilio Moguntiñ. vtrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpenduntur, ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpondet quòd ſic, ſi digne pænituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur: ita communio corporis Chriſti vel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptũ eſt. Non vindicat Deus bis in idipſum.

b ¶ In patibulis.] licet ergo ſepeliuntur ſuſpenſi & concremati, dũmodo hoc fiat auctoritate principis, vt ff. de cadaue. l. 2. & non eſt contra. 23. q. 5. placuit. Quæri conſueuit, quare liberetur ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille qui recipit corpus Chriſti, cum corpus Chriſti, maius ſit omnibus, vt de conſe. di. 2. nihil. Reſpon. quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo animã liberat, & non corpus. Vel dic q; priuilegium eccleſiæ eſt, & nõ debet trahi ad cõſequẽtiã 1, vt ∫. 17. q. 4. ſicut. nec aliquod priuilegiũ trahendũ eſt ad cõſequẽtiã. 7. q. 1. petiſti. & 16. q. 1. hic.

Sepeliri poſſunt ſuſpẽſi.

Eccleſia & nõ corpus Chriſti protegit malefactorem.

1 Ad idem extra d priuile. ſane. verum tamen q talis fugitiuo deferret, bene faceret: ſed non eſt ſtatutum ſecundũ Vin. Sed tu defendas q; malus eſt per eccleſiã defendendus, q̃a corpori Chriſti aliqua res anteponi non debet. 1. q. 1. c. multi. 95. diſt. 1. ecce. de cõſecrat. diſt. 5. nihil. Ar.

Digitized by G

comprobatur teſtibus, quod ſine odij meditatione ſe, ſuaq. liberando, Diaboli membra interfecerint, & a capi non poterant; pænitentiam pro homicidio eis non iniungimus: niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. At ſi presbyter eſt; non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pænitentiam agat.

a ¶ Et capi non poterant.] *Loco iſtorum verborum in codicibus Gratiani erant hæc*, & pariter pæniteant, *quæ videntur pugnare cum proxime ſequentibus*, pænitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex ceteris collectoribus*.

CAVSA XIIII.

Canonici † cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem mouent de prædijs: teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent. †al. Clerici

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis ſua* [a] *repetere.*

2 *Secundo, an illi teſtes ſint audiendi.*

3 *Tertio, an illud ſit vſuras exigere.*

4 *Quarto, an liceat clericis, vel laicis à quolibet vſuras expetere.*

5 *Quinto, an eleemoſynæ de vſuris fieri poſſint.*

6 *Sexto, an vſurarij pænitentiam agere valeant, niſi, quod male acceperunt, reſtituant.*

QVAESTIO PRIMA.

Q Vòd autem ſua repetere non poſſint, facile videtur poſſe probari. Ait enim Dominus in Euangelio: [Si vis perfectus [b] *eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes; & da pauperibus.] Quia ergo iſti iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere. Multo ergo minus licet eis repetere: quia non debet repeti quod poſſideri* [c] *non licet.* ¶ *Item. [Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere,*

Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10.

Matth. 5.

C Anonici cuiuſdam.] CASVS. Supra in proxima cauſa clerici introducuntur litigantes de ſpiritualibus. Nunc autem ſubnectit Gra. hanc 14. cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendens qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittẽdi, vel aſſumẽdi. Addit etiam de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & vtrũ eleemoſynæ fieri poſſunt de male acquiſitis & vt hæc omnia facilius pateãt, proponit thema, de quo ſex elicit quæſt.

a ¶ Sua repetere.] Omnes clerici, qui habẽt proprium vel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi nõ habent propriũ nõ poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſunt, ſi ſunt prælati: vel ſi prælati nõ sũt de mandato ſuperioris poſſunt ea repetere, vt 16. q. 1. monachi 2. Item omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilibus perſonis de mandato ſuperioris, vt 86. diſtin. peruenit.

Clerici an poſſint ſua repetere.

Q Vod autem.] CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certum eſt, ꝙ omnes qui renuntiauerunt proprijs, cum nihil habeant, ſua repetere nõ poſſunt, nomine tamẽ eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt, & eſſe in iudicio, vt 16. q. 1. monachi. clerici vero ſæculares, & omnes, qui non renũtiauerũt proprijs, ſua repetere poſſunt, quia neque lege neq. canone prohibẽtur. Et procedit hoc ordine Gra. in hac quæſtione. Primo probat v. auctoritatibus, ꝙ clericis ſua repetere non licet, & hoc duabus, Domini, & alia Apoſtoli, quarta Greg. quinta Carthagineñ. conc. tandem allegatis rñdet duplicem adhibendo ſolutionem. & ita omnia plana ſunt vſq; ad §. [Sicut ergo.]

b ¶ Perfectus.] id eſt, ſine mortali peccato, & ſine veniali. nam curam proximorum non poſſumus habere ſine peccato vt 25. diſt. qualis.

c ¶ Poſſideri.] ſimile eſt 3. q. 1. § patet. vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum: quia nihil proprium poteſt poſſidere, vt 8. diſt. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. nec laicus poteſt repetere decimas: quia eas nõ poteſt poſſidere, vt extra de preſcri. cauſam. ad hoc enim vt quis poſſit aliquid repetere, requirit ꝙ fuerit in poſſeſſione iuris vel facti, vt extra de reſti. ſpolia. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem niſi probauerit quòd poſſederit, vt extra de offi. delega. conſultationibus. vnde patet, ꝙ quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appel. ſignificauerunt. & extra de reſt. ſpo. olim. Inuenio tamen ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non põt. nã petit reſtitutio conſanguineæ, cũ qua de iure quis nõ põt cõmiſceri, vt extra de reſti. ſpo. litteras. Itẽ ſeruus petit reſtitutionem rerum dñi abſentis, quas de iure non poteſt poſſidere, vt C. ſi per vim vel alio modo. l. 1. ſimiliter vxor poteſt petere res à viro ſibi data ſi ſpoliata eſt: quorum rerũ dominium non poteſt habere. ff. de vi & vi

Reſtitutionem quis petit q poſſidere nequit.

vel arma.l.1.§.deijcitur.Item habens plura ſtipendia pe tit reſtitutionem alicuius:cum tamen de iure non poſſit illud poſſidere cum alijs,vt extra de præben.referente.Ioan.Ego credo ſaluo meliori conſilio,q laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem,cum latro reſtituatur,

c ¶ Episcopus.] ¶Prouocatus.]ideſt, in iudicium vocatus:debet enim per alium litigare, vt no.5.q.3.cap.vlti. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere:ſicut nec tutor pupilli,vt ff.de adminiſt. tuto.l. quoties.§.ſicut autem.

Laicus poteſt decimas petere quibus ſpoliatus eſt.

dimitte ei & pallium.] ¶ *Item Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios:* [*Secularia igitur iudicia ſi habueritis*[a]*,omnino peccatum eſt in vobis.*] ¶ *Item Gregorius exponēs:*[*Omnia mihi licent:ſed ego ſub nullius*[b] *redigar poteſtate.*] *inquit:*[*Cum mens concepta deſideria ſequitur;ſeruire rebus conuincitur,quarum amore ſuperatur.*]

1.Cor.6.

L.5.moral.c.8. ad 5.c.Iob.

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.19.

¶ Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget. C. I.

EPiſcopus nec prouocatus[c] pro rebus tranſitorijs litiget.

Quia ergo[d] *generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere;patet,quòd iſtis non licet ſtare coram iudice.* ¶ *His ita reſpondetur.Prohibetur perfecto,in iudicio ſtare captando lucrum,ſed nō euitando damnum. Vel aliter: Aliud eſt ſua poſsidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe.Canonici nō poſsident ſua:quia res Deo oblatæ nō ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis, ſed tamquam ad diſpenſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib.de vita contemplatiua:*[*Sacerdos,cui diſpenſationis cura commiſſa eſt,&c.*]*require in cauſa eius, à quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur.* ¶ *Sicut ergo iſti non ſua poſsident;ita nec ſua repetūt; ſed res eccleſiæ, quarum procurationem gerunt.Similiter,quòd in iudicio prohibentur contendere;ſic intelligendum eſt: videlicet, vt non ſibi ſtent coram iudice,ſed alijs. Alijs autem coram iudice,aſtitiſſe,& pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorū*[e] *legimus.Hi autem non ſibi ſtant,ſed pauperibus, quorum neceſsitatibus profutura repetunt, & ita non prohibentur ſtare coram iudice.* ¶ *Illud vero Euangelij:*[*Si quis abſtulerit tibi tunicam,&c.*] *non eſt præcipientis , ſed exhortantis.*

1. q. 2.ſacerdos.

Vnde Auguſtinus ait libro 19.contra Fauſtum,c.25.

¶ Peccat qui vltra debitum exigit,non qui ſibi debita repoſcit. C. II.

QVod debetur[f] etſi benigne dimittitur,non tamen inique repetitur.Peccat autem,qui exigit vltra[g] debitum : ideoque lex modum figens, pœnam talionis[h] inſtituit.Sed tu eò longe es à peccato iniuſti exactoris;

d ¶Quia ergo.]require ſupra 1.q.2.ſacerdos.

SICVT ERGO. CASVS.Concludit Gra.ex ſupradictis, q clericis ſua repetere non licet: poſtea reſpondet dupliciter allegatis. Et primo ſic,ſcilicet q perfecti non debent contendere i iudicio captādo lucrum, ſed vitando damnum poſſunt eſſe in iudicio.Secundo dicit,q licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cū nihil habeant:tamen res eccleſiaſticas tamquam cōmunes, quarum procurationem gerunt, repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed alijs,ſcilicet pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

e ¶ Sanctorum.] 7. 12.q.1.expedit.

ILLVD. CASVS. Nunc reſpondet auctoritati Euangelij, ſi quis,&c.& dicit quòd conſilium Domini eſt, & non præceptum:& ad hoc inducit ſeq.cap.

QVod debetur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum ſit peccatum repetere ſua? Et reſpondet q non , licet non poſſint benigne remitti. ſed illi peccant , qui vltra debitum exigunt;contra quos lex pœnam talionis inſtituit. ſed qui nullo modo petunt, remoti ſunt à peccato. & pœna iniuſte petentis.[Eo.]i.in tātū. [Quo.]i.in quantū.

Fur ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt conueniri.

ſtituatur, vt extra de reſti. ſpol. in litteris. cum laici quotidie poſſideant 1 decimas ex tolerantia prælatorū ſecus in hæretico, cum ſit excommunicatus, vt extra de hære.excommunicamus.& decre.illa, cauſam. dicit detinere,& non poſſidere B.

1 De facto, quod dic vt no.16.q.7.c. 1. Arc.

a ¶ Habueritis.]iniurioſe.ita vt ſcandalizemini propter hoc.

b ¶ Sub nullius.]ideſt,ſub rei temporalis poteſtate nolo redigi intantum vt aliquem offendam, iuxta illud:

Et mihi res:non me rebus ſubmittere conor.

vt extra de verbo.ſig.intelligentia.

Horatius i epiſtolis.

f ¶ Quod debetur.]ex aliquo maleficio. vel intellige ex quolibet debito.

g ¶ Vltra.]videtur ergo,q non poſſit licite peti pœna dupli vel quadrupli à fure,vt no.12.q. 2.in antiquis. quod concedit Hu.ſed non eſt ita.quia hoc habetur ex canone quòd peti poſſit.11.q.2.in legibus 2.

h ¶ Talionis.] 7 delinquentem , ſ. vt tanta ſatisfactio petatur ab eo,quanta iniuria præceſſit,vt 23.q.3.ſex differentiæ.vel loquitur de pœna talionis infligenda actori,qui iniuſte litigat:& quia calumnioſæ agens punitur in ſumptibus litis,vt extra de pœnis, calumniam.

2 De hoc no.12. q. 2 fraternitas ibi videas & facit ad hoc ext de ſent excō. quāuis &c. ea noſcitur vbi plene de hoc nota. per Hoſt.

Digitized by

a ¶ Nullum.]ſcilicet quo ipſe teneatur alijs. vel aliter, ideſt, nulli vult ſoluere pœnam pro peccato debitam.
b ¶ Debitum.]ideſt, pœnam debitam ex peccato.
c ¶ Sic &.]hic eſt §.
d ¶ Cetera.]ideſt, quod omnia ſunt conſilij: ſicut illud, qui percuſſerit te in vnam maxillam, &c.

Nam pro ſe quis teſtificari non poteſt. ſed contra ſe ſic. & ideo cum iſti ferunt teſtimonium ſuper rebus eccleſiæ ſuæ, quæ ſpectant ad ſuam vtilitatem, non ſunt audiendi. Poſtea ſoluit dicens, quod in cauſa criminali eſt hoc ſeruandum, ſed in cauſa eccleſiæ bene admittuntur domeſtici

quò omnino non exigis debitum: ideoque bonus magiſter ait: [Qui te percutit in vnam maxillam, præbe ei & alteram.] præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nullum [a] habet debitum.[b] *Luc. 6. Matth. 5.*

a *In aliquot vetuſtis exemplaribus capitulum hoc coniunctum eſt ſuperiori, & confectum eſt ex verbis B. Auguſtini lib. 19. contra Fauſtum, c. 25. hinc inde acceptis, & interdum etiam immutatis. Quare praſtat integrum illud caput perlegere.*

Sic [c] & cetera [d] accipias. Item in libro de ſancta virginitate a, c. 14. & 15.

a ¶ Virginitate.]*Reſtituta eſt citatio ex Polycarpo. Antea citabatur*, ex ſermone Domini in monte. *Sic etiã* §. Quod præcipitur. *reſtitutum eſt B. Hieronymo.*

¶ De eodem. C. III.

QVisquis præceptis non obtemperat; reus eſt, & debitor pœnæ. *& paulo poſt.* ¶ Præcepto Domini nõ obedire, peccatum eſt: conſilio ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Itẽ Hieronymus* † *libro primo contra Iouinianum.* Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur [e], neceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pœnam habet. *& infra.* ¶ Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt: vbi præceptum, neceſsitas eſt ſeruientis. [a] *Poly. l. 1. tit. 24. Cap. 15.* † *In vulgatis erat, Greg. in epiſt. ad Iouinianum.*

a ¶ Seruientis.]*Sequebantur hæc verba*, vt obediat, vel imperantis, vt ei obediatur, *qua ſunt expuncta auctoritate codicum vetuſtorum, & originalis.*

QVAESTIO II.

DE eo autem, quod quæritur, an de ſuis [f] fratribus teſtes producere poſsint, multis auctoritatibus videtur eſſe prohibitum. Leges enim tam ſacrorum canonum, quàm ſecularium principum prohibent aduerſus aliquem †, *teſtem de ſua domo produci. Contra ſe enim quiſque teſtari poteſt, pro ſe vero minime. Quia ergo iſti producuntur, vt pro ſeipſis teſtimonium ferant. (Non enim vtilitatis ſuæ eccleſiæ ſe penitus immunes arbitrantur futuros); patet, quòd eorum vox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio* † *hæc, & teſtium* † *al. extraneum* † *al. diſtrictio*

QVisquis.] CASVS. In hoc c. & ſequenti aſſignatur differentia inter præceptum & cõſilium: quia peccatum eſt non obedire præcepto, & pœnã ſuſtinet, qui non obſeruat: conſilio vero non obedire peccatũ non eſt; ſed qui non obedit, minus boni adipiſcitur.

[e] QVod præcipitur, imperatur.] Hic Greg. innuit differẽtiã inter præcipere & imperare [1]. nam aliàs Aug. dicit: quod Cæſar præcipit, faciendum eſt; quod imperat, tolerandum eſt, vt 23. q. 1. militare. Item inter mandatum & præceptum videtur eſſe differentia, quia finitur [2] mãdatum morte mandatoris, vt extra de offi. deleg. relatum. ſed præceptũ non, vt in authen. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus. colla. 9. Item quandoque ea quæ ſunt præcepti, conſuluntur, vt 28. q. 1. ſic enim. quandoque etiam quæ ſunt mandati, præcipimus vt ſic æquiparentur præceptum & mandatum, vt C. de actio. & obli. ſi quidam. Item quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur, vt 11. q. 3. rogo.

1 Iſtam gl. approbat & dicit eã veram & notabi'ẽ Alexã. de Imo. in l. more. col. x. ff. de iu. om. iu. & per Spe. ſ tit. de iu. deleg. §. reſtat. ad fin. 1. col. & in ti. de leg. §. finitur. ver. ſed pone d facto.
2 Ope exceptionis, vt dicam 18. q. 2. dudũ. ibi videas. 63. diſt. principali. Arc.

DE eo autẽ.] CASVS. Hic intitulatur ſecũda quæſtio, qua quæritur, an fratres vel domeſtici teſtes ſint audiendi. Et certum eſt, quod in cauſa criminali non admittuntur, vt 3. q. 5. c. 1. niſi quando clerici accuſant ſuum prælatũ, vt 2. q. 7. lator. & cum accuſatur patrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. c. 1. ſimiliter in cauſa ciuili domeſtici teſtes non admittuntur, vt 4. q. 3. etiam in re propria. clerici tamen tam pro ſua eccleſia, quàm pro aliena bene admittuntur, vt j. ea. c. 1. & c. quamquam. Et procedit hoc ordine. Primo probat, quòd fratres & domeſtici teſtes non ſunt admittendi. poſtea dat ſolutionem. Dicitur ergo, quod tam leges, quàm canones prohibent domeſticos teſtes aduerſus extraneum aſſumi. domeſtici teſtes, vt in ſeq. c. patet.

f ¶ An de ſuis fratribus.]In cauſa criminali nunquã admittuntur domeſtici, vt 3. quæſt. 5. cap. 1. niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum canonici accuſant prælatum ſuum, vt 2. quæſt. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. quæſt. 6. cap. 1. ſimiliter in cauſa ciuili non admittitur domeſticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, vt j. e. c. 1. & extra de teſti. inſuper. Similiter ad probãdũ conſanguinitatem admittitur domeſticus, vt 35. q. 6. c. 1. ſiue agatur ad contrahendum, ſiue ad dirimendũ matrimoniũ, vt extra qui matrimoni. accu. poſ. videtur, Sed pro-

Teſtificari poſſe qui doceat domeſtic.

Sed pro alio impedimento matrimonij domeſtici non admittuntur, etiam ſi velint probare affinitatem, vt extra de teſti. in litteris. Io. Sed contra videtur dicere decre. extra de teſta. ſuper eo. & ſic de facto ſeruatur: & in illa decre. in litteris. ſuſpicio erat contra eum: quia ſteterat

alijs litteris ſuper teſtibus recipiendis ſibi miſſis prius.

a ¶ Stephani.] Vnus canonicus poteſt inducere in teſtimonium ſuũ concanonicum contra eiuſdem eccleſiæ canonicos: quia non eſt magis domeſticus vni quàm alij: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit, vt ff. de ritu nup. non ſolum. §. 1. ſicut & poteſt ipſum inducere contra ſuum prælatum, vt 2. q. 7. laicos. Sed numquid poteſt eum inducere cõtra canonicũ alterius eccleſiæ: Hug. dicit ꝙ non. Tu potes dicere ꝙ ſic: quia nõ eſt domeſticus iſtius. ſed eccleſiæ tantum. ſimiliter prælatus iſte poteſt induci in teſtem pro eccleſia ſua: dũ tamen alius conſtituatur, qui nomine eccleſiæ agat, vt extra de teſt. inſuper 2. nec dicuntur iſti ferre teſtimonium in ꝓpria cauſa: quia cauſa eccleſiæ non eſt in cauſa ſingulorum, vt 12. q. 2. qui manumittuɫ. ſic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamẽti, in quo aliquid ei relictum eſt, vt inſti. de teſta. §. legatarius. Sed nonne talibus imperatur ab eccleſia; ergo nõ poſſunt eſſe teſtes pro illa. vt 4. q. 3. idonei. Sed iſtud eſt in fauorem religionis. nam contra rationem pro religione iudicatur. vt ff. de relig. & ſump. ſunt perſonæ. Sed licet dicam, ꝙ vnus canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici, nõ tamen dico, ꝙ poſſit eſſe iudex ſuus contra extraneum, quia minor cauſa repellit aliquẽ à iudicio quàm à teſtimonio, vt extra de offi. deleg. cum R.

Canonicus pro canonico teſtificari poteſt.

examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaque. In criminali enim cauſa non licet teſtem de propria domo produci; in ciuili autem prælatis eccleſiæ licet.

Vnde Paſchalis II. Guidoni archiepiſcopo Vienenſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens.

¶ Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt. C. I.

SVper prudentia tua plurimum admiramur, quòd in negotio beati Stephani [a], clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ namque ſunt ſpecies cauſarum: nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus † ſiquidem, accuſatorum, & teſtium illa diſtrictio obſeruanda eſt, quæ in canonibus continetur; ne qui ad probationem domeſtici aſſumantur. Ceterum in poſſeſſionum, vel huiuſmodi negotijs hi potiſſimum aſſumendi ſunt; qui eadem negotia tractauerunt [b], de quorum auditu, & viſu [c] hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo ijdem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſæ illius; nullatenus remoueantur: ſed ſicut alijs litteris deliberatum eſt, inter S. Ioannis, & S. Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

† *al. criminalibus*

1 Ad idem ff. de verb. ſigni. princeps. C. de digni. ius ſenatorum ſed ꝯ. quia executores negotiorũ, & adminiſtratores iu eiſdem negotijs teſtes eſſe non poſſunt. ff. de teſt. mandatis. Arc.

Poteſt etiam intelligi aliter. Domeſtici ad probationem non admittantur, vt pro his videlicet, quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant. Hi autem (ſicut ſupra de actoribus dictum eſt) non pro domeſticis, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium pauperum, teſtimonium dicant. In conficiendis autem inſtrumentis ſæcularium negotiorũ presbyteri non vocentur ad teſtimonium: ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit, iubente epiſcopo teſtimonium dicant.

Contra rationem cõmunẽ pro religiõe iudicatur.

Vnde in ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. ſtatutum eſt, c. 13.

¶ In conficiendis inſtrumentis ſacerdotes ad teſtimonium non vocentur. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31.

QVamquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur; tamen ipſi in ſæcularibus negotijs pro [a] te-

terat cum vxore per ſeptem annos, & etiam ibi ſuper affinitate inducebantur domeſtici. Præterea vt notauit ibi T. familiares ſui erant, vel domeſtici, quibus imperare poteſt ratione dominicæ vel patriæ poteſtatis. aliàs domeſtici bene admittuntur. I. B.

SVper prudentia.] CASVS. Guido archiepiſcopus Vienenſis, Apoſtolicæ ſedis legatus in cauſa, quæ vertebatur inter canonicos ſancti Stephani, & canonicos ſancti Ioannis, canonicos ſancti Stephani ad perhibendũ teſtimonium veritati recipere nolebat, quia domeſtici erant; quare Paſchalis ſecundus ſcribit ſibi, & docet, ꝙ in cauſa criminali teſtes domeſtici non aſſumanɫ, ſed in ciuili eccleſiaſtica potius ipſi ꝗ alij recipiantur. præcipit ergo ſibi, vt à teſtimonio ferendo nullo modo repellat clericos B. Stephani, dumodo idonei videanɫ. [Alijs litteris,] quibus cauſam illam cõmiſerat ſibi: vel

a Alij ꝯ 4. q. 3. etiam ciuili iure. nam mercenarij ſunt domeſtici. ff. de pœ. reſpiciendũ. §. furti. C. de his qui ad ecc. confu. præſenti. Archi.

b ¶ Tractauerunt.] quia ea, quæ in capitulo geſta ſunt, melius poſſunt probari per canonicos quàm per alios, vt extra de teſtib. veniens. in fi. licet lex dicat aliàs inter domeſticos, facile quid confingi poſſe pro negotij qualitate, vt C. de dona. data.

c ¶ Et viſu.] 3. q. 9. teſtes.

POTEST. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima ſoluit aliter quam ſuperius dixerat, dicens ꝙ domeſtici ad teſtimoniũ non admittuntur pro eo cuius ſunt domeſtici. ſupradicti autem clerici non pro domeſticis admittuntur, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium. In ſecunda parte dicitur, ꝙ presbyteri in contractibus ſecularium non debent ad teſtimonium vocari. ſi tamen caſu interfuerint, iubente epiſcopo teſtimonium ferre poſſunt, vt in ſeq. c. docetur.

QVamquam.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eugenio,

Digitized by Go

ſtimonio a, aut conficiendis inſtrumentis non rogentur[a]; quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit. Si autem β euentu[b] aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint[c], vbi nullæ idoneæ ſæcularium inueniantur perſonæ; ne veritas occultetur[d], & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, vt aut coram ſe[e] & competentibus[f] iudicibus, aut aliter[g] honorifice veritatem attollant †.

† al. teſtificentur

a ¶ Pro teſtimonio.] *Sic eſt emendatum ex concilijs Eugenij II. & Leonis IIII. & Polycarpo. Antea enim legebatur*, pro conficiendis inſtrumentis ad teſtimonium non rogentur.

β ¶ Si autem.] *In concilijs ipſis, & Polycarpo legitur*, ſi enim euentæ cauſæ aliquid viderint, &c.

QVAESTIO III.

Q Vòd autem[h] præter ſummam emolumenta ſectari, ſit vſuras exigere, Auguſtini auctoritate probatur, qui in pſalmum 36. ad verſ. [Tota die] ſcribit dicens.

¶ Qui plus, quàm dederit, accipit, vſuras expetit. C. I.

SI fœnerauerit homini, ideſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm[i] dediſti, expectes

Sent. 3. diſt. 37. Iuo p. 13. c. 17.

vtrum ſacerdotes ſint vocandi ad teſtimonium ſuper conficiendis inſtrumentis in negotijs ſæcularibus? Et dicitur quod non, ſi tamen caſu interfuerunt, vbi laici non inueniuntur idonei, iubente epiſcopo poſſunt dicere teſtimonium, ne veritas occultetur.

a ¶ Non rogentur.] an poſſit clericus cogi, not. 2. quæſt. 6. ſtatuendum.

b ¶ Euentu.] 3. q. 3. ad ſidem.

c ¶ Vel audierint.] & hoc eſt in illis caſibus, vbi teſtimonium valet de auditu, vt 9. quæſt. 9. ſi debitum.

d ¶ Occultetur.] iſtud eſt regulare quòd in defectum probationum quilibet poſſit cogi, vt extra de teſt. cog. peruenit. immo talis admittitur, qui aliàs non eſt idoneus vt 4. quæſt. 3. item ſerui reſponſo. ſimile eſt 55. diſtinct. priſcis. & de conſec. diſtin. 4. in neceſſitate. & C. de hæret. l. vlt.

Clerici nõ coguntur teſtificari.

e ¶ Coram ſe.] ſed qualiter teſtatur clericus coram epiſcopo cum cauſa verſatur coram laico iudice, cum continentia cauſæ diuidi nõ debeat, vt extra de ſequeſt. ad hæc? Reſpon. hoc eſt priuilegium clericorum, quod non coguntur coram quolibet iudice teſtificari ſicut egregiæ perſonæ nõ coguntur corã quolibet iudice teſtificari, vt ff. de iureiu. ad perſonas 1.

1 Ad idẽ extra de teſt. c. ſi quis. & maximè cũ tũc iurare debeãt: quia facere nõ debent laici. 22. q. vlti. c. vlt. ſ. in lo. de Fant.

f ¶ Competentibus.] ſcilicet iudicibus eccleſiaſticis.

g ¶ Aut aliter.] ideſt, vt committat epiſcopus aliquibus qui recipiant teſtimonia ipſorum.

Q Vòd autem.] CASVS. Hic intitulatur tertia quæſtio, in qua quæritur vtrum ſit vſura, ſi aliquid præter ſortẽ exigatur? Et certum eſt, quod ſic: niſi cum eccleſia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium eccleſiaſticum de manu laici redimatur: quo caſu fructus eccleſiaſtici fundi præter ſortem retinebit, vt dicit Inno. III. in prima decre. de feu. & Alex. de vſu. in prima decre. in fin. Similiter non licet aliquid expectare præter ſortem, vt ĩ. ea. c. 1. Spes enim facit vſurarium ſicut ſimoniacum. arg. 1. q. 3. non ſolum.

h ¶ Quòd autem.] Hic quæritur an vſura ſit vltra ſortem aliquid recipere? Et certe ſic: niſi in quinq; caſibus. Primo, in caſu fauore eccleſiæ. extra de vſur. c. 1. & c. conqueſtus. Secundo, & cum fideiuſſor ſoluit ſortem & vſuras, poteſt vſuras petere, vt ff. de fideiuſ. conſtitutus. Tertio, & cum pœna petitur præter ſortem, vt 12. q. 2. in legibus. Quarto, & cũ petitur vſura tamquam intereſſe, vt dicam ĩ. ea. q. 4. quoniã multi. & ff. pro ſoc. l. ſocius qui. Quinto, & cum recipitur aliquid pro re, quæ non conſiſtit in pondere, numero vel menſura, ſicut in locatione. Itẽ in ſexto caſu rõne incertitudinis, vt extra de vſur. in ciuitate. & nõ ſolum quodcumque lucrum, ſed etiam ipſa ſpes facit hominem vſurarium, vt ĩ. ea. c. 1. ſicut ſpes facit hominem ſimoniacum, vt 1. q. 3. non ſolum. Ad intelligentiam autem huius quæſtionis ſcias, quòd duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti ſunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certum eſt & ſequitur, quòd ſit gratuitum: alioquin eſt vſuram. Item ſi commodatum non eſt gratuitum, non quidem eſt vſura, ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato, ſtatim deſinit eſſe commodatum: quia aut recipitur aliquid pro re ipſa, aut pro vſu rei. ſi pro re ipſa aliquid recipitur, aut eſt pecunia: aut alia res. ſi pecunia, eſt emptio ſeu venditio. ſi alia res, erit contractus permutationis. ſi pro vſu rei accipitur pecunia, erit contractus locationis. ſi res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes iſti contractus sũt liciti laicis etiam cauſa negotiationis, vt 88. diſtinct. fornicari. Clerici tamen in quantum poſſunt debent abſtinere ab emptione & venditione: quia illud non facile fit ſine peccato, vt ĩ. de pœni. diſtinct. 5. qualitas. tamen in cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis negotiari, vt extra ne cle. vel mona. c. 1. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, vt 91. diſtin. clericus victum. & 21. q. 1. c. 1. de conſe. diſtinct. 5. numquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negotiatione, ſed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apoſtolis, vt 21. quæſt. 1. c. 1.

Vſura aliquando nõ committitur licet vltra ſortẽ quid accipiatur.

Contractus duo gratuiti.

SI fœnerauerit.] CASVS. Aliquis dedit pecuniam mutuam, & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitum fuit ab Auguſtino, vtrum ſit vſurarius? Et reſpondet quòd ſic.

i ¶ Plus quàm.] ſupple quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura. ſed in equo & domo aliud eſt: quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum. & eſt ea ratio, quia in prædictis quæ conſiſtunt in pondere, numero & menſura, trãsfertur dominium, cum illud ſit mutuum. Vnde res illa ſtatim eſt periculo 2 illius qui recipit eam. vnde incõueniẽs eſſet vt nomine illius rei magis grauaretur 3. ſed domus & equus nõ ſunt periculo ſui. vnde non eſt inconueniens, ſi aliàs grauetur pro re tali dando aliquid. ad hoc facit ff. de iureiur. cum qui. Sed contra hoc obijcitur. Pone quòd aliquis vendat vſum

2 Periculo. l. ſi vnus ex socijs. §. ſi vnus pro ſocio.

3 Arg. ff. de iureiu. cũ qui.

vſum pecuniæ,& recipiat in ſe periculum pecuniæ, talis contractus non eſt vitioſus,quia cum vſus ſit illius qui vendidit,licite poteſt eum vendere : & ſic habes q aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniam & aliud in hoc caſu,aliàs non:& hoc ideo,quia pecunia non deterio-

nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. quæſt.3.totum.

PLerique.] CASVS. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus,de lucro mercium partem recipiebant:quæſitum fuit ab Ambro.vtrum hoc debeat reputari vſura? Et reſpondet q ſic: & non ſolum hoc, ſed cum quidquid vltra ſortē exigitur, quicumque nomine cēſeatur, dicitur vſura.& ad hoc ꝓbandū auctoritatē legis Moſaicę inducit. Sequēs c. planū eſt.

c ¶ Præcepta.] nolūt quidam facere contra legem, ſed faciūt fraudem legi. Ille vero facit fraudem legi,qui obſeruat verba legis,ſed mētem eius circumuenit,vt ff. de legi.fraus.Fit fraus legi quattuor modis. De re ad rē, id eſt, qñ in fraudē datur aliqua res,vt hic.& 1.q. 1.ſunt nonnulli,talis eſt fraus Macedoniani, ff. ad Macedo. l. ſed Iulianus. §. mutui. Itē de perſona ad perſonā,vt cum quis ſub perſona alterius exercet vſurā, vt 46. diſt.ſicut non ſuo, & cum maritus non poteſt aliquid dare vxori, ſupponit aliā perſonam cui dat, vt ff. de dona.inter virum & vxo. hæc eſt 16. §. vlt.Item de vno contractu ad alium contractum fit fraus, vt cū mulier nō poſſit dare aliquid viro,fingit ſe vēdere ei: vt ff. de donat. inter virū & vxo. ſi ſponſus. §. circa.ſic 16.q.3.ſi ſacerdotes . Item de

Legi fit fraus quadrupliciter.

accipere,nō pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti †, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud ſi plus; quàm dediſti,expectas [a] accipere,fœnerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

Item Hieronymus ſuper Ezechielem lib.6.ad c.18.

¶ Quidquid ſupra datum exigitur,vſura eſt. C. II.

Sent ibidem. Iuo p.13.c.18. Pann.l.3.c.160.

PVtant quidam vſuram tantum eſſe in pecunia [b]. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam,vt plus non recipias, quàm dediſti *. *Item ibidem.* ¶ Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari,& ſuperabundantiam,quidquid illud eſt;ſi ab eo, quod dederint,plus acceperint.

Item Ambroſius in lib. de Tobia,c.14.

¶ Quidquid ſorti accedit,vſura eſt. C. III.

Iuo p.13.c.16.

PLerique refugientes præcepta [c] legis [d], cum dederint pecuniam negotiatoribus [e], non in pecunia vſuras exigunt;ſed de mercibus eorum,tamquam vſurarum emolumenta percipiunt.Ideo audiant,quid lex [f] dicat *. [Neque vſuram,inquit,eſcarum accipies, neque omnium rerum.] *Item paulo poſt.* ¶ Et eſca vſura eſt; & veſtis vſura eſt,& quodcumque ſorti accedit [g], vſura eſt ; quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. *Item paucis interiectis.* ¶ Si quis inſtaurandum conuiuium putat ; ad negotiatorem [h] mittit, vt abſynthiaci † a cupellam ſibi gratis deferat ; ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut tyriacum † requirat: ad lanium, vt hilam † ſibi procuret;ad alium,vt poma [i] ſibi adornet.

Deut. 23.

† al. abſynthiati † al. theriacū † al. vuluam

a ¶ Abſynthiaci.] *De hoc vino, quod tardam coctionem acceleret, ideoque inſtaurandis conuiuijs aptum eſt, meminit Dioſcori-*

rioratur,ſed aliæ res deteriorantur.Item nonne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam, venditor tenetur ei ad antidora,vt extra de teſta.cum in officijs.& ff. de peti.hære.ſed & ſi.§.conſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliā. quare ergo illam naturalem obligationem non poteſt deducere in eiuſdem ſcilicet,vt pactum fiat pro illa danda,ad quam tamen tenetur,cum etiam talia pacta interueniant in ſpiritualibus, ad quæ aliàs quis tenetur.extra de præben.ſignificatum. & extra de elect.ſignificaſti.

a ¶ Expectas.] ex pacto ſecundum quoſdam, vel etiam ſine pacto:quia ſola ſpes facit vſurarium,vt hic. Sed qd ſi mutuet eo pacto : vt ſibi etiam remutuet cū opus habuerit? Nō credo quod illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactum a.

PVtant.] CASVS. Quidā pecunia mutuata pecuniā pro vſura recipere nolebant,ſed munuſcula,qd dicebant non eſſe vſurā.ſed Hieron.dicit q quid quid vltra ſortem recipitur,vſura reputatur.

b ¶ Pecunia.] ſtricte ſumitur hic nomen pecunia.

vno contractu ad alium fit fraus, ſed alio modo, vt cū mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem,vt ff.ad Velle.quamuis,33.q.5.mulierem 3.

d ¶ Legis.] id eſt, canonis legitime agentis,ſ.legis propheticæ dicētis: Qui pecuniā ſuam nō dedit ad vſurā,&c.

e ¶ Negotiatoribus.] videtur, q ſi quis pecuniā ſuā dedit negotiatori,vt inde emat merces,& det ſibi partē lucri,q illud ſit licitū. quod non concedo,ſi periculū ſpectet ad recipientem,vt ſit inter eos cōtractus mutui. ſed ſi per illa verba ſocietatem cōtrahūnt, & tunc periculum ſpectat ad vtrumque; tūc bene licitum eſt,q vnus ſocius det pecuniam,& alter ſuppleat laborem, qui deeſt in pecunia,vt ff.pro ſo.l.quinta.

f ¶ Lex.] Moſaica.

g ¶ Accedit.] ex pacto.

h ¶ Ad negotiatorem.] cui crediderit pecuniam.

i ¶ Poma.] Videt ergo q vſura differat in hoc à crimine ſimonię, qa crimē ſimonię nō cōmittitur in modico. vt extra de ſim.& ſi quæſtiones,ſed non eſt ita & cap.& ſi quæſtiones,intelligas,q non præſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

3 De hac materia plene not. extra d priui. quanto.ibi videas ſ ſūma Hoſti, de ſhen. empt.§. vl.

Simonia an in modico cōmittatur.

Vide re ꝑ ta locādo. Franc. Pur pura.l.2.§. 1.colū. 9. n.68.ſi cer. per. † Adde hic Bal. ſ rubr. C. de cōſti. pec.in 1.gl. & in l.3. & ibi clarius per eumdē & ibid. gl. ord. Bal. & Salic.C.de ex ercito. Ba. in l. 2. in prin.C. de vſu.rei iu. & in c. 1. ſ 5.col. de plus pe. la te per Sal. in auth.ad hæc in 11. q.C. d vſu. Iaſon.in l. cunctos. in 14.col.ver. ſexto & ſ vltimo q.10.C. de ſum.trini. Io. Cal. in conſi.11. poſito ſub tit. de vſuris. Domi. Alex.in cōſi. 303. qd incipit, viſo proceſſu cauſæ veritatis inter Io.ſ vl. col. *Cōco.tex. in l. 1.§ cū vrbem.ff.d of. pf. vrb. & in l.1. C. de hered. inſtit. *Adde ad hoc plene not. per Iaſ. ſ l. cunctos. col.12.C. d ſum. trini.

aliā ſententiam tenet Goſ.extra d vſu.conſuluit. ſed gl. ſcedens vi def innue ſ rum, verſ. itē nō ac.Arch.

Quòd

Digitized by Google

QVòd vero nec.] CASVS. Hic intitulaẽ quarta quæſtio, qua quæritur vtrũ laicis vel clericis liceat vſuras accipere? Et certum eſt, q nõ, niſi in caſibus notatis ĩ. in proxi. quæſt. & in apparatu: & in ſumma illis qſtionis.

SI quis obligatus.] CASVS. Quidam clerici vſuras centeſimas exigebant, vel aliquid aliud præter ſortẽ. & vilius emebant, vt carius alijs vendant. quare conſtitutum à Martino Papa, vt qui decetero talia fecerint: deponantur. Item eſt caſus ſequentis capituli.

a ¶ Quòd vero.] Nulli licitum eſt vſuras ſumere, nec etiam Iudæo, vt extra de vſu. poſt miſerabilem. videtur tamẽ quòd in caſu licitum ſit etiã Chriſtiano ſumere vſuram, vt ĩ. ead. cap. vlt. tamen licitũ eſt aliquando vltra ſortem aliqnid recipere, vt notaui in proxima quæſtio. ĩ. in ſũma.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelaſius in hoc cap. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuſlibet negotiationis ſe abſtineant: alioquin in quocumq; gradu fuerint: deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶ Indignis.] licitas enim negotiationes poſſunt clerici facere, vt extra ne clerici vel monachi. ca. 1. & hoc cũ eis ſua nõ ſufficiunt, vt 91. diſt. clericus.

c ¶ Si ceſſare.] non ergo ſtatim deponẽdus eſt clericus propter vſuras. 47. diſt. c. 1. arg. cõtra 47. diſt. c. 2. Sol. ſtatim deponendus eſt, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpenſandi 1.

d MInistri.] ¶ Datam.] ſ. 46. diſt. non licet.

CAnonum.] CASVS. Quidã clerici emebãt vilius vt carius venderent: & hoc faciebant ſtudioſa cupiditate lucrandi. Ideo ſtatutum fuit in concilio Tarraconenſi, vt decetero hoc non faciant, alioquin deponẽtur. [Studio,] id eſt, ſtudioſa cupiditate.

e ¶ Vel vendẽdi.] in eadẽ forma: ſed in tali materia poſſunt emere corium & chartas, & inde facere ſotulares & libros, vt 21. q. 3. c. 1. & 91. diſ. clericus. nec eſt negotiatio, ſed artificium.

1 Vel de turpi lucro hoc intelligeres ſed ꝯtra in vſura ſecundũ Lau. de hoc leg. & no. extra de vſu. p̃terea. ibi videas Arch.

des lib. 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit, & roſato, atque abſynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer. l. 7. c. vlt.*

a ¶ Ex † *fortaſſe*, abſynthiaco, aut abſynthiaco. cap. l. 1. c. 125.

Item ex concilio Agathenſi.

¶ Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vſura eſt. C. IIII.

VSura eſt, vbi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia, ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegeris.

Burc. l. 2. c. 126. Iuo p. 6. c. 200. Pann. l. 3. c. 161.

Ecce euidenter oſtenditur, quòd quidquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.

QVAESTIO IIII.

QVòd vero [a] *nec clericis, nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſii, & aliorum.*

Ait enim Gelaſius Papa ſcribens epiſcopis per Lucaniam, & Siciliam, c. 17.

¶ A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant. C. I.

CLerici aut ab indignis [b] quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum; aut in quocumque gradu ſint poſiti; ſi ceſſare a [c] noluerint, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur.

diſtin. 88. conſequens. §. proinde. Iuo p. 13. c. 28.

a ¶ Si ceſſare noluerint.] *Hæc non ſunt in epiſtola, neq. referuntur ſupra diſt. 88. c. cõſequens. ſed non ſunt expuncta ob gloſſam.*

Item ex concilio Arelatenſi primo, quod confirmauit Papa Silueſter, c. 12.

¶ Excommunicentur miniſtri, qui fœnerantur. C. II.

MIniſtri †, qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam [d], eos à communione abſtinere.

Iuo p. 13. c. 10. † *De miniſtris*] orig.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 2.

¶ Qui volunt eſſe in clero, à ſtudio negotiationis abſtineant. C. III.

CAnonum ſtatutis firmatum eſt, vt quicumque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel vendendi [e] carius ſtudio non vtatur. Quod certe ſi voluerit exercere, cohibeatur à clero.

Burc. l. 2. c. 122. Iuo p. 13. c. 13. & p. 6. c. 197.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 62.

In capitulis Mart. Bracha.

¶ Alienetur à clero vſuras, aut ſuperabundantiam exigens. C. IIII.

1 SI quis oblitus timorem Domini, & ſanctam ſcripturam, quæ dicit; [Pecuniam ſuam nõ dedit ad vſuram.]

Pſal. 14.

Digitized by Google

a ¶ Ex quolibet.] 21.q.3.placuit.

SI quis clericus.] CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tempore ſoluendam: quæſitum eſt in Nicæno concilio, ſi tempore ſtatuto ad ſolutionem faciendā velit recipere pretio debeat eam recipere. Et reſpondet, ꝗ ſub eo pretio, quo vendi poteſt tēpore ſolutionis faciendæ, & tm̄ recipiat ſub eo pretio donec perueniat ad ſummā, quā mutuauit. Si vero non vult ſpeciem, ſed pecuniam: recipiat eam ſine augmento. Ita videtur mihi quæſtio huius c. formanda, licet Beneuē. aliter eam formauerit: nec in ea caſus poſitio à ſua differt, niſi in formatione quæſtionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuē. Sequens cap. patet.

poſt hanc cognitionem magni a concilij fœnerauerit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet a negotio turpe lucrū quæſierit, aut per diuerſas ſpecies vini, vel frugis, vel cuiuſlibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incremēta ſuſceperit; de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

a ¶ Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharenſis: quoniam hanc ſententiam accipit ex capite 17. concilij Nicæni, quod citatur infra ead. c. quoniā. & in duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus poſt hoc continuo illud ſubiungitur.*

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 3.

¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt. C. V.

ij SI quis clericus ſolidum [b] in neceſſitate præſtiterit; hoc [c] de vino, vel frumēto accipiat, quod [d] mercandi [e] cauſa tempore [f] ſtatuto decretum [g] fuerit venumdari. Ceterum ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam; ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

Item ex concilio Carthaginenſi † 3. c. 16.

¶ Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accomodauerit: ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eamdem, quantam dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

Item Leo Papa epiſt. 1. c. 3.

¶ Etiam laicis vſura damnabilis eſt. C. VII.

NEc hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdā lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniā, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicā in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 17.

¶ Eijciantur à clero turpia lucra ſectantes. C. VIII.

a ¶ Iniuſte.] id eſt, nimis improbe & importune, & hoc verũ eſt cum ſcit, aut credit eos iuſte condemnatos. Si autem fugerint ad eccleſiam, tũc omnibus modis quibus poteſt tenetur eos defendere: niſi ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, vt 17. q. 4. reũ. & c. ſicut & extra de immu. eccl. inter alia. Si autẽ fuerit iniuſte cõdẽmatus: tũc eccleſia tenetur eum modis omnibus iuuare. vnde illud eſt præceptum: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, vt 23. q. 3. nõ inferenda.

FVRTVM AVTEM. Hæc eſt 4. pars quæſt. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de furto: ideo nunc oſtẽdit Gratianus, q. furtum magis conſideratur in effectu furãtis, quàm in quantitate exteriori: & ad hoc inducit ſeq. cap.

FVr aũt.] CASVS. Oſtendit Hieron. in hoc c. q. furtum ita committitur in re parua ſicut in re magna: vbi magis attenditur mens furantis, quàm quantitas rei ablatæ. Et hoc probat ad inſtar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, ſicut in turpi: ita in ancilla ſicut in ingenua: æque in paupere vt in opulenta.

b ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur ff. de abig. l. 1. vbi perpenditur, q. magis quis punitur pro boue q̃ pro oue: quia pro boue dat v. boues: pro oue iiij. Sed dicas, q. ibi dicitur q. dabit iiij. oues: intellige præter illã quam abſtulit. Item eſt contra. extra de ſi. & ſi quæſtiones. vbi nõ cõmittitur ſimonia in modico. ſicut in magno. ſed intellige q. ita non præſumitur cõmitti in modico ſicut in magno. quãdoque tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conſ. diſt. 2. reuera. in princ. vbi dicit, q. omnes in deſerto mortui ſunt: & tñ duo ex eis nõ fuerunt mortui: ſ. Caleph. & Ioſue. 76. diſt. ieiunium. ſic ergo pro minima re poteſt agi de furto, vt hic, & inſti. de re. diui. §. gallinarum. licet actio de dolo non detur pro minima re, vt ff. de dolo. idem.

Simonia non fit in modico.

Furti agiſ ꝓ modico.

c ¶ Fornicatione.] Hu. dixit magis peccari cũ pulchra † quàm cum deformi: quia magis voluptuoſe cognoſcit pulchram: ſed in deformi quàm citius poteſt abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura ſũt quæ ſuadent committere cum pulchrę quàm deformi: ſcilicet pulchritudo eius & libido.

† Pulchra. Do. Andr. Tiraq. de le connubial. charta 5. vbi late.

QVidam ſacerdos.] CASVS. In proxima cauſa tractatũ eſt de auaritia, quæ obnubilat mentẽ clericorũ: ſed quia incõtinentia idẽ facit, ideo ſubiecit xv. cauſã, in qua de incõtinen-

nico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimen ſibi illatum: quorumdam clericorum ſibi patrocinia quærit: illi vero non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus, & abſque ſynodali audientia illum ſententia ferit.

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, ſint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confeſſione iſte ſit cōdemnandus.*

4 *Quarto, an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*

5 *Quinto, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*

7 *Septimo, an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare.*

8 *Octauo, ſi ſponte confeſſus, aut ab alijs conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit; an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

QVAESTIO PRIMA.

1 D. *Vòd autem [a] ea, quæ alienata mente fiunt, non ſint [b] imputanda, facile videtur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatem videntur conſiſtere: Eſt autem voluntas (vt ait Auguſtinus lib. 1. retractat. cap. 15.) animi motus cogente nullo ad aliquid vel non imitandum [c], vel adipiſcendum [d]. Quod propterea [e] dictum eſt, vt hac definitione volens à nolente diſcerneretur. ¶ Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porro infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi, eſt ignorātia. Carnis infirmitas, eſt concupiſcētia [f].*

tinentia tractat, & de his quæ fiunt mente alienata: & de alijs multis, quæ vt melius pateant, thema proponit de quo octo elicit quæſtiones.

CASVS thematis talis eſt. Quidam cum eſſet clericus, fornicationem commiſit: poſtea ſacerdos factus furioſus quendam hominem interfecit, recuperata ſanitate mulier quam cognouit, ipſum apud epiſcopum accuſat. Die vero Dominica epiſcopus causā examinat: ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandē eps ille cōfeſſionē verberibus extorquens, abſq; ſynodo epiſcoporum & concilio illum condemnauit.

Vòd autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probatur, q ignorantes & pueri non peccant, ſi ignorantia eſt inuincibilis, ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire, quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit, & nō dedit operā, nō excuſatur à toto: ſed à tanto, id eſt, in parte, ita intelligenda eſt littera vſque ad c. [Merito quæritur.] Secunda ibi, [De furioſis.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et reſpon. q non, vt j. ca. aliquos. & c. illa. & 15. q. 9. indicas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, q ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputantur: poſtea probat contrarium: & reſpondet allegatis: tandem dat veram ſolutionem, vt j. ca. §. vlt. Oſtendit ergo primo G. q ſiue peccata procedant ex voluntate, ſiue ex carnis infirmitate, ſemper imputantur ad pœnā: quod probat quatuor auctoritatibus. poſtea probat contrarium: cum peccatū ſecundū Auguſtinū ſit adeo voluntariū, vt nullo modo ſit peccatum, niſi de voluntate procedat.

a ¶ Quod autem.] No. q ſi quis eſt ita alienatus mente, q neſcit quod faciat: nec diſcernit, nec intelligit: non imputatur ei quod facit. j. ca. aliquos. & c. illa. & 17. q. 2. Conſaldus. & 15. q. 9. indicas. Quidā tñ diſtinguunt, q ſi ſua culpa incidit quis in alienationē mentis, imputatur ei: ſi ſine culpa, non, vt j. ca. ſi quis inſaniens. quam diſtinctionem non admitto. G. allegat pro & ꝯ. Et ad intelligentiā eius quod dixi, not. q infirmitas alia eſt animæ: alia eſt carnis. Infirmitas animæ duplex eſt: vna dr̄ ira vel odium, vel delectatio: & hæc eſt peccatum: & quæ ex tali infirmitate fiunt, imputantur. Alia eſt pœna, vt ē obliuio, ignorantia: & quæ ex hac fiunt, quandoq; imputantur, quandoq; non. Similiter infirmitas carnis duplex eſt. Vna eſt fomes peccati, ſcilicet originale peccatū *: & q ex hac cauſa fiunt, imputantur. Alia eſt pœna peccati, vt febris, & furor: & quę ex hac cauſa fiunt non imputantur, ſi non diſcernit quid agat.

b ¶ Non ſint.] melius eſſet ſine non: quia primo probat quòd imputantur.

c ¶ Non imitandum.] ideſt, non faciendum.

d ¶ Vel adipiſcendum.] ideſt, faciendum.

e ¶ Quod propterea.] ideſt in diffinitione voluntatis, ideo ponitur affirmatio & negatio, vt oſtendatur qua uoluntate quis dicatur volens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis uolens: & uoluntate ad aliquid non faciendū dicitur quis nolens: & ſic omnis nolens dicitur volens: & eadem qualitas dici poteſt voluntas, & noluntas. Nā nolle facere idem eſt quod non velle facere. vnde lapis non dicitur nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam ſecundum regulam iuris, eius eſt nolle cuius eſt velle, vt ff. de regul. iu. l. eius. Hinc patet q Aug. vult q eadem vis animæ ſit vis concupiſcibilis, & vis iraſcibilis. Nam per vim concupiſcibilem appetimus aliquid: & per vim iraſcibilem deteſtamur aliquid.

f ¶ Concupiſcentia.] ideſt, fomes originalis peccati.

Et in l. de duabus animabus, c. 10.

Sent. 2. diſt. 47.

Mente alienato an ſit imputādū quod facit.

Animæ infirmitas eſt duplex.

* *Fomes nō eſt proprie originale peccatum. Conciliū Trid. ſeſſ. 5. in extremo quinto anathematiſmo.*

Animæ vis eſt duplex.

Digitized by Google

a ¶ Ad pœnam.] ſed non ſemper puniuntur peccata, quæ proueniunt ex ignorantia. 34.q.2. in lectum.
b ¶ Ignorat.] ideſt, qui appetit ignorare: vel qui contemnit ſcire: vel negligit ſcire, cum poſſit quærere à peritioribus. Vnde quædam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum qui ad litteram aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quædam ex negligentia: & ſecundum hoc magis vel minus punitur. 11.q.3. excellentiſſimus. c. quoniam. & c. fin.

Ignorantia eſt triplex.

c ¶ Zelum.] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebantur contra diſcipulos Domini, & ipſum Dominum: & ipſe Dominus in cruce pro illis orauit, cum dixit: Pater dimitte illis: quia, &c. Lucæ 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſcientiam, ideſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſcientiam. alij autē ſcienter deliquerunt. 23.q.1. paratus.

Zelū bonū quidam ex Iudæis habuerunt.
Iſti erant ſimplices, & errabant non in motu ad ſeruiendū: ſed in modo ſeruiendi. Lau.

d ¶ De corpore.] id eſt, de dominio carnis, in qua mors eſt. 3. diſt. 5. ſed penſandum. palea eſt.
e ¶ Semper.] allegando dicit.
f ¶ Cui.] Hic allegat in contrarium, quòd ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, defenſor.
SED HOC. CASVS. Superius dictum eſt, quòd peccatum vſque adeo eſt voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium, ſed quia multum facere videbatur pro defenſione ſacerdotis furioſi: ideo eius impugnator dicit, quòd auctoritas illa Aug. intelligitur de eo quod eſt tantummodo peccatum: & non de eo quod eſt pœna peccati. & ad hoc probandū inducit duas auctoritates Au. quāuis quodam modo voluntaria peccata dici poſſint quæ à neſcientibus & coactis perpetrantur. [Non immerito.] ſed merito nō omnimodo nō voluntaria dicit, ſed quodā modo voluntaria dici poſſunt.
g ¶ Sed hoc.] eſt notula impugnatoris.
h ¶ Nullo modo.] Quædam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non pœna: & quædam pœna peccati, & non peccatū. Pœna peccati, ſicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autē dr̄ ſimpliciter peccatū, qd ex libera voluntate procedit. Quidā tn̄ dicunt, quòd omne peccatū præter peccatum primi parentis ſit peccatum, & pœna peccati: peccata enī quæ quotidie facimus, ſunt pœna ori-

Peccati & peccati pœna diſtincta ſunt.

Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam [a]*. Vnde de quibuſdam ignorantibus dictum eſt: [Si quis ignorat* [b] *ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Chriſtus ait Apoſtolis: [Extra ſynagogam facient vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe præſtare Deo.] De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos: [Teſtimonium illis perhibeo, quia zelum* [c] *Dei habēt, ſed non ſecundum ſcientiam.] Nullum tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem hæc ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ natura languore fiunt: quæ, niſi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apoſtolus lege carnis grauatus diceret: [Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore* [d] *mortis huius? & c.] ſiue ergo penes voluntatem, ſiue penes infirmitatem peccata conſiſtant, ſemper* [e] *imputantur ad pœnam. Cui* [f] *ſententiæ illud Auguſtini de vera religione, c.14. contrarium videtur: [Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt: vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium; & hoc quidem adeo manifeſtū eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi: aut fatendū eſt voluntate committi.] Sed hoc* [g] *non generaliter de omnibus peccatis intelligendum eſſe idem Auguſtinus in lib.1. retractat. c.13. oſtendit, dicens: [Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt, vt nullo modo* [h] *peccatum ſit, ſi non ſit voluntariū. Poteſt videri falſa hæc definitio: ſed ſi diligēter diſcutiatur, inuenietur eſſe veriſſima. peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati.† Quamuis & illa quæ non* [γ] *immerito non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſint non † voluntaria dici.] Idem in eodem libro, c.15. [Definitio peccati, quam diximus; peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere, propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati.]*

1.Cor.14.
Io.16.
Rom.10.
Rom.7.
Sent.2.diſt.35.
Et in l.de duab[us] animabus, c.11.
† hic omittuntur aliquot verba.
† ſine voluntate committi.] orig.

α ¶ Cogente nullo.] *Hæc ſunt addita ex B. Auguſtino, vt verba ſequentia melius intelligantur.*

β ¶ Imitandum.] *Apud B. Auguſtinum in lib. de duab. animab. & lib.1. retractationum legitur,* amittendum. *ob gloſam tamen non eſt mutatum: ſed ſublata eſt priore loco vox,* imitandum, *quæ abeſt etiam à manuſcriptis Gratiani codicibus. Nā in vulgatis erat,* ad aliquid imitandum, vel non imitandum.

γ ¶ Non immerito.] *In libris B. Auguſtini impreſſis legitur,* immerito.

originalis peccati: ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cum omnis pœna à Deo ſit: & nullum peccatum à Deo ſit. ergo nullum peccatum eſt pœna. Item omnis pœna eſt paſſio: & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio, non eſt dicendum ꝙ peccatum ſit pœna. ſi autẽ alicubi inuenias ꝙ peccatum eſt pœna, expone, ideſt pro quolibet peccato debetur pœna: quia eſt pœna & paſſio animæ.

conuer. coniu. ex parte. Argu. contra. ff. de lib. ho. exhi. l. 3. ſi quis volentem. tamen coacta licentia non eſt licentia, vt argumen. 33. q. 5. notificaſti.

c ¶ Vult.] Certe argumentatio hæc non valet: volo hoc, ergo volo omne quod ſequitur ex illo: vt iſte vult fornicari, ergo vult damnari: niſi intelligas indirecte, & per conſequentiam, vt diſtin. & quo iure.

d ¶ Nemo.] vnde Seneca. Et ſi ſcirẽ Deos ignoſcituros, homines autem neſcituros adhuc dedignarer peccare. — Senecę dictũ aureũ.

e ¶ Neſcientium.] Sic neſciens non peccat. & ſic eſt contra 32. q. 7. quemadmodũ Sol. varijs modis dicitur quis neſcire. Dicitur enim neſcire qui non ſcit id, quod facit eſſe peccatum; vel non ſcit tantum eſſe peccatum quantum eſt: & talis neſciens punitur, licet non adeo grauiter, vt 8. diſt. conſuetudo. & pone exemplum de tali. 14. quæſt. 5. forte. Item dicitur neſcire qui ſcit factum, ſed neſcit qualitatem facti. talis quandoque punitur ſi errat in iure. ſic ignorabat Paulus concupiſcentiam eſſe peccatum. extra de conſti. nam concupiſcentiam. quandoq. non punitur, ſcilicet cum errat circa factũ ipſum, vt 34. q. 2. in lectũ. Item dicitur neſcire propter caſum ſequentem, vt ſi aliquis volens interficere Leonem dum vult defendere hominem, caſu interficit hominem, vt 50. diſt. ſæpe. Item dicitur neſcire qui omnino neſcit, vt puer ebrius, furioſus. talis enim non peccat. ĩ. co. aliquos. — Neſcire dicitur quis multipliciter.

Idem lib. 4. quæſtionum, q. 24. ad c. 15. Numerorum.

¶ Non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium. C. I.

MErito quæritur, quæ ſint ipſa peccata nolentium, vtrum quæ à neſcientibus committuntur; an etiam poſſit recte dici peccatum eſſe nolẽtis: quod facere compellitur [a]. Nam & hoc contra voluntatem facere dici ſolet: ſed vtique vult [b], propter quod facit: tamquam ⁂ ſi peierare nolit: quod tamen facit, cum vult viuere, ſi ſcilicet quiſquam, niſi fecerit mortem minetur. Vult [c] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per ſeipſum appetendo, vt falſum iuret; ſed vt falſum iurando viuat. Quod ſi ita eſt, neſcio vtrum poſsint dici iſta peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam ſi diligenter conſideratur forte ipsũ peccare nemo velit, ſed propter aliud fit, quod vult qui peccat. Omnes quippe homines, qui ſcientes faciũt; quod non licet, vellent licere. Vſque adeo ipſum peccare nemo [d] appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud, quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita ſe habent; non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium [e], quæ diſcernuntur à peccatis volentium.

⁂ ¶ Tamquam ſi peierare nolit, quod tamen facit.] *Hæc non ſunt in vulgatis codicibus B. Auguſtini.*

Lib. 47. digeſt. tit. 10.

Digeſt. tit. de iniurijs, le. 3.

C. II.

ILlud relatum peræq. eſt, eos qui iniuriam pati poſsũt, & facere poſſe: ſane ſunt quidam, qui facere non poſſunt, vt puta furioſus [f], & impubes, qui doli capax [g] non eſt. Namque hi iniuriam pati ſolent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat; conſequens erit dicere hos, ſiue pulſent, ſiue conuitium dicant, iniuriam

MErito.] CASVS. Duæ ſunt hic quæſtiones: quarũ prima eſt, an peccata neſcientium dicantur peccata nolentium? Et reſpondet ꝙ ſic: & iſta reſponſio eſt in fi. c. Secunda eſt, an peccatum, quod quis per metũ facit, dicatur eſſe peccatum volentis, vel nolentis? & reſpondetur ꝙ volentis: quia licet quis nolit directe ipsũ peccatum ad quod compellitur, indirecte tamen vult illud per aliud quod habere non poteſt ſine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de pererante. Hæc ſi ita ſe habent, ſequitur ꝙ peccata coactiua ſunt volentium.

a ¶ Compellitur.] Refert qualis ſit coactio 1, an abſoluta vel conditionalis, vt extra quod metus cau. factis.

b ¶ Vult.] Arg. ꝙ coacta voluntas, eſt voluntas, vt hic & 23. q. 4. diſplicet. & q. 6. vides. & 74. diſt. conſuluit. & ff. quod me. cau. ſi mulier. §. vlt. Eſt ergo in iſtis caſibus arg. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 22. q. 4. inter cetera. & ff. de ritu nup. ſi patre. Sed hoc non eſt verum, vt extra de ſpon. veniens. & c. cum locũ. & 31. q. 2. c. 1. & 2. Item ſicut coacta voluntas eſt voluntas, ſic decepta voluntas dicitur voluntas, vt 20. q. 3. cõſtituit. & extra quod met. cau. cum dilectus. & extra de

1 Sed cõtra quia animo violentia non infertur. vt 32. q. 5. §. ꝙ autem. in prin. dic vt ibi not.

Matrimonium coacte factum non tenet.

ILlud.] CASVS. Redit nunc Grat. ad principale propoſitum, & inducit legem iſtam ad probandum, ꝙ ea quæ fiunt ex ignorantia vel mente alienata, non imputãtur. Caſus ergo ſic ponitur. Quæſitum fuit à iuriſperito, vtrum quicumque poteſt pati iniuriam, poſſit facere iniuriam? Et rñdet ꝙ ſic, niſi ſit furioſus vel impubes, qui non eſt doli capax. nã iſti iniuriam pati poſsũt, facere vero nũquã, cũ iniuria non procedat niſi ex voluntate. & probat duobus exẽplis, ſ. exemplo iocoſe aliũ percutientis, & domini interficientis liberum hominẽ, quem putat eſſe ſeruum ſuum. Et no. ꝙ lex iſta (vt dicit Hu. & Ioan. Bene.) male ponitur hic, cum inducatur pro defenſione ad oſtendendum, ꝙ ea, quæ fiunt mente alienata, non imputãt: ſed deberet legi poſt §. ſequẽtẽ, vel ĩ ſequẽti §. poſt illud verbũ [nõ peccſſerũt.]

f ¶ Furioſus.] no. quod furioſus facit, idem eſt ac ſi caſu accidiſſet, vt ff. de adminiſt. tuto. l. vlt. in fi.

g ¶ Qui doli capax.] ſi enim eſt doli capax, bene punitũr, vt extra de delic. pue. c. 1. 2 & de conſe. diſt. 5. cos, ſed in impubere minori diſtinguitur, an delinquat. ex animo, an ex culpa, vt C. ſi adue. deli. ll. 1. & 2.

2 Et hoc omnino videas quod le. & not. e. tit. c. 2. & de hom. exhibita. in gl. quod ci. & ĩ gl. ex hoc Archid.

a ¶ Per

Digitized by Google

a ¶ Per iocum.] dum tamen iocus ille non ſit noxius, vt extra de præſum.c.1.nam ludus noxius eſt in culpa, vt ff.ad l.Aquil.nam ludus.

b ¶ Seruum ſuum.] ſecus ſi alienum ſeruum, vel etiā aliquem liberum voluit percutere, & percuſſit alium: quia tūc tenet᷑ actione iniuriarū illi, qui percutitur, vt ff.de iniur.eum qui.§.ſi iniuria.& hoc ideo, quia hic omnibus modis intendit nocere, & ſi nō illi cui nocet: ſed ſecus in caſu priori. Et eſt arg.q̄ ſi aliquis credit ſolutā cognoſcere, & cognoſcat vxoratā, videtur q̄ nō puniatur quaſi adulter †.

ITAQVE. CASVS. Concludit Gra.ex ſupradictis dicēs,q̄ peccata imputantur ſiue ex volūtate,ſiue ex infirmitate procedant. poſtea rñdet huic cōcluſioni diſtinguens, q̄ infirmitas carnis eſt duplex. Alia eſt cōcupiſcentia carnis, q̄ imputatur,& hæc nō dicit᷑ proprie infirmitas carnis: quia accidit animæ ex cōiunctione carnis. Alia eſt turbatio elementorū & humorum, quæ dī ppriè infirmitas carnis,vnde febris & furor oriuntur,quæ nō imputant᷑. Similiter infirmitas animi duplex eſt. Alia eſt mala qualitas, vt ira & odiū,quæ imputant᷑. Alia eſt obliuio vel ignorantia,q̄ nō imputantur, cū ſint pœna peccati.Sed poſtea obijcit᷑ de Lamech, quē nō excuſauit infirmitas cæcitatis,cū Cain interfecit ſagittando. Et tandē ſoluit dicēs,quòd cæcitas & ignorātia ſimiles ſūt. Nā ex vtraq; quędam fiūt q̄ imputant᷑,& q̄dā quæ nō imputantur.nam ſi cæcus cognoſcat aliquā, quā putat eſſe ſuā vxorē, nō eſt reus adulterij. Si vero cæcus aliquē perimat iactādo,reus eſt homicidij: qa officium alienū vſurpat. Sed furioſus cū non ſit compos mētis,in occidendo non peccat, quia deliberare non pōt.vnde pupillo & furioſo in maleficijs ſubuenitur. Et ad hoc inducit legem illam, ſcilicet,illud. quæ deberet hic legi.& c.ſeq.ſcilicet,firmiſſime.

c ¶ Non eſt reus.] vt 34.q.2.in lectum.

d ¶ Penitus.] Cum enim inſiſtit quis operi illicito,tunc non excuſat caſus, ſecus ſi licito: quia tunc excuſat, vt 50.diſtinct.ſæpe.

† Iſta fuit ſentētia domini Pilei ſ.q̄ nō punit᷑.p hoc facit, q̄ nō committit᷑ adulteriū ſine dolo. ff. de adul. l.pe. ad idē facit ff. de iniur.itē apud Labeonem. §. ſi quis. Arch.

fecisſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam ſi non ſentiat,poteſt: facere nemo, niſi qui ſcit ſe iniuriam facere,& ſi neſciat,cui faciat. Quare ſi quis per iocum [a] percutiat,aut dum certat;iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit †, dum putat ſeruum ſuum [b]; in ea cauſa eſt,ne iniuriarum teneatur. († al. occiderit)

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus à capite*, merito. *vſque ad cap.* mulier. *nulla eſt diſtinctio capitulorum.*

Itaque, vt ex præmiſſis apparet, ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici poteſt: ſed ideo carnis infirmitas dicitur; quia accidit animæ ex corrupta † carnis coniunctione. Porro alia eſt infirmitas, quæ proprie carnis dicitur: quæ elementorum, ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tamdem diſſoluitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Vna, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo ſeparatur, vt eſt ira, odium, & alia huiuſmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipſa non ſit peccatum; eſt tamen pœna, & cauſa peccati, vt eſt obliuio, & ignorantia. Furor autem, cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati: vt febris, & cetera paſſiones, quas proprie carnis dicimus eſſe: quarum motus, ideſt, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. († al. coniuncta carnis corruptione) *¶ Sed obycitur de Lamech, qui cū cæcus eſſet, Cain interfecit: nec eum excuſauit cæcitatis infirmitas. Vnde dictū eſt: [Septuplum vltio dabitur de Caim: de Lamech vero ſeptuagies ſepties.] Sed cæcitas ignorantia ſimilis eſt. ¶ Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quædam vero minime. Cæcus namque ſi debitum ſuæ vxori ſe credens reddere, alienam polluit, non eſt reus [c] adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquē perimat; quia ab eo penitus [d] hoc debet eſſe alienum, homicidij reus habetur. Mens vero alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioſo in maleficijs ſubuenitur: vt non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione nō proceſſerunt [α]. Quod non ſolum humanis, ſed etiam diuinis legibus noſcitur approbatum.* (Gen. 4.)

Ait enim Auguſtinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.

α ¶ Proceſſerunt.] *Hoc loco in vulgatis erant interiecta hæc verba*, ff.tit.de iniuriis, Illud relatum. require ſupra, *quæ abſunt à manuſcriptis, ideoque inducta.*

C. III.

FIrmiſsime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, (Ivo p.1.c.30.)

FIrmiſſime.] CASVS. Petrus quæſiuit ab Au. vtrum quilibet ſit accepturus vitam æternam, niſi fuerit bapti-

baptizatus, & pœnitentiam egerit: & reſpondet quòd non, niſi fuerit baptizatus ſanguine ſuo, vel in aqua: vel niſi habuerit cordis contritionem: & docet quòd baptiſmus & pœnitentia adultis ſit neceſſaria: paruulis vero baptiſmus ſolummodo ſufficit, quamdiu ratione

baptiſmus fluminis, flaminis, & ſanguinis, ideſt, aquæ, & ſanguinis, & contritionis. vt de conſe. diſt. 4. cap. baptiſmi vicem.

EX EO AVTEM. CASVS. Concludit Grat. ex fine ſuperioris cap. ſcilicet quòd nec adulto nec paruulo poſt baptiſmũ peccatum imputatur niſi vtatur ratione: ſicut nec brutis animalibus aliquid imputatur. Et ad hoc probandum inducit auctoritatẽ Auguſtini. reperitur tamen in ſcriptura animalia eſſe interfecta non ratione delicti, ſed quia facti memoriam refricant, vt infra ſeq. cap.

qui pro nomine Chriſti [a], ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam; qui non hic à malis ſuis fuerit per pœnitentiam, fidemque conuerſus, & per ſacramentum fidei, & pœnitentiæ, ideſt per baptiſmũ [b] liberatus: Et maioribus quidem neceſſarium eſſe & pœnitentiam de malis ſuis agere, & fidem catholicam ſecundum regulam veritatis tenere, & ſacramentum baptiſmatis accipere: paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere poſſunt; ſacramentum fidei, quod eſt ſanctum baptiſma, quamdiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt, ſufficere ad ſalutem.

Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: [Quamdiu, ſcilicet, rationis eorum ætas capax eſſe non poteſt.] euidenter datur intelligi, nulli poſt baptiſmum peccata imputari, ſiue ſit adultus, ſiue impubes, niſi rationis ſit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Auguſtino in eodem libro, c. 3. redditur, quare ſua facta eis non imputantur: [Animalia igitur, inquit, præſentis ſæculi curſum, atque ornatum ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt voluntatem: quæ de ſuis factis nullam rationem reddituræ ſunt, quia rationabilia non ſunt. Num 1. Cor. 9. *quid enim de bobus [c] cura eſt Deo? Homines vero, quia rationales facti ſunt, & de ſe, & de omnibus rebus, quas in vſum vitæ præſentis acceperunt, rõnẽ reddituri ſunt Deo: & pro ſuorum actuum qualitate recipient aut pœnam, aut gloriam.] Sacra tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conſcientiam peccati, ſed quia refricant memoriam facti.*

Vnde Auguſtinus ſuper Leuiticum ad c. 20. quæſt. 74.

¶ Non propter culpam, ſed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier acceſſerit. C. IIII.

Iuo p. 9. c. 108. Leuit. 20.

MVlier, quæ acceſſerit ad omne [d] pecus aſcẽdi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei ſunt.] ¶ Quæritur, quomodo ſit reum pecus: cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infra.* ¶ Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam [e].

2 *De furioſis autem euidentiſsime ſcribit Auguſtinus in libro quæſtionum veteris & noui teſtamenti, quæſt. 2. in fine ita dicens.*

c ¶ De bobus.] ſcilicet quo ad vitam æternam: ſed quo ad vitam temporalem bene, iuxta illud: Homines & iumenta ſaluabis Domine, ſcilicet pro ſalute temporali prouidendo eis neceſſaria: iuxta illud. Omnia expectãt à te Domine, vt des illis eſcam in tempore opportuno.

MVlier.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quòd mulier quæ acceſſerit ad aliquod pecus, debet interfici, & pecus ſimiliter. In ſecunda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auctoritatem: & dicit quòd animalia iubẽtur interfici, non quia peccauerunt, ſed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi, [Quæritur quomodo.]

d ¶ Ad omne.] ideſt, ad aliquod ex omnibus. ſi. eſt 1. quæſt. 7. ſi quis omnem.

e ¶ Memoriam.] ſi. eſt 81. diſt. valet. Alibi tamen reſeruantur thuribula laminarũ, & publice exponũtur, vt 7. q. 1. denique. & de conſec. diſt. 1. & dixit. ſed iſtud ad terrorem fit, &c.

ratione vti non poſſunt.

a ¶ Pro nomine Chriſti.] dum tamen abſit charitas. aliter non ſufficit alicui ad ſalutem pati martyrium, vt 90. diſt. neque.

Baptiſmus triplex. b ¶ Per baptiſmum.] Deberet addere tertium membrum, ſcilicet baptiſmum cõtritionis. Eſt enim triplex

DE FVRIOSIS. Hæc eſt 2. pars q. in qua intendit ꝓbare q̃ ignorantes ex toto, furioſi & ebrij, nõ peccãt in illo actu, ſed peccãt ſe inebriando: & hoc probat per 9. auctoritates. Io. de Fan. CASVS. Quia facta eſt ſuperius mẽtio de furioſis, ideo nunc euidenter oſtendit Gratia. q. ea quæ fiũt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit ſeq. cap.

Aliquis

Digitized by Google

Aliquos ſcimus.]Casvs. Quidam furioſi quoſdam interfecerunt. Quæſitum fuit ab Aug. vtrũ eis imputetur? Et reſpondetur q; non:quia non ex voluntate fecerunt,ſed impellente furore, & neſcientes fecerunt.

a ¶ Et iudicijs.]ideſt iudicibus.

b ¶ Reos.] ideſt, condemnatos.

c ¶ Vi.]ideſt,furore.

d ¶ Qui neſcit.] hic manifeſte vides, q; ea quæ à furioſis fiunt, non imputantur 1,vt j.c.prox.& 3.q.9. indicas. licet quidam dicãt, q; ſi culpa ſua quis incidat in furorem, imputatur ei. infra ead. ſi quis inſaniens.

1 An furioſus vel prodigus aliena re poſsit ante interdictionem, vel poſt, ſi ibi factam: not. ff. de cura. fur. l. 1. & facit ff. de teſt. is cui.

Illa cauenda ſunt.] Casvs. Quæſitũ fuit ab Ambr. quæ ſunt illa,quæ imputantur alicui, & quæ non? Et reſpondet q; peccata quæ procedunt ex voluntate, imputantur:& etiam quæ procedunt ex imperitia. In his tamen locus erat refugij in veteri teſtamẽto: quod probat auctoritate legis Moſaicæ:ſed ægritudo, paupertas,mors, & ignobilitas,cum non ſint mala, non imputãtur.

e ¶ Domini.] ideſt, auctores.

f ¶ Horum.]ideſt,vitiorum.

g ¶ Principia.]ideſt, cauſas.

h ¶ Extrinſecus.]ideſt,alijs non imputemus.

i ¶ Agnoſcamus.] i. nobis attribuamus ea.

k ¶ Voluntarios.] quia vaſis iræ, &c.vt 23.quæſt.4.Nabuchodonoſor.

l ¶ Legis.] Moſaicæ. Tangit quod legitur in Exodo & Deuteronomio, q; tres erãt ciuitates refugij vltra Iordanem 2,& tres citra 3: quarum talis erat vſus,q; ſi quis hominem nolẽs occidiſſet, & fugiebat ad vnam illarum:ibi de conſanguineis occiſi erat tutus. ſed ſi antequam illuc peruenisset inuentus fuiſſet, ille qui poterat eſſe vltor ſanguinis effuſi, impune occidebat eum. ſed poſtquam illuc venerat. ſi propinqui occiſi volebant eum conuincere, quòd ſponte occidiſſet eum, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius, tradebatur illis ad occidendum. erat autem ibi fugitiuus vſque ad reconciliationem cum propinquis occiſi. vel vſque ad mortem ſummi pontificis,in qua omnes fugitiui ſecure redibant ad propria.

Ciuitates refugij erant tres.

2 Nomina iſtarũ ciuitatum ſũt iſta.Boſor, Ramoth, Golam.

3 Scilicet Cades, Sichem, Ebron.

m ¶ Hoc igitur.]ideſt,primo dictum.

Sane.]Casvs. Oſtendit Ambro.in hoc cap.ebrietatem eſſe vitandam, per quam ſi qua mala faciunt ebrij apud ſapientes impunita relinquuntur,& donantur venia: & de hoc damnãtur,quia faciles fuerunt ad bibendum vltra modum.

n ¶ Venia.]ideſt,minori pœna,quàm ſi ex certa ſcientia feciſſent.4

o ¶ Damnantur.]Et etiam redarguũt eos,qui ſunt nimis

4 Ad hoc ff. de re mil. l. omne delictum. ... quis fe.

¶ Culpa non neceſsitate,ſed voluntate reum conſtringit. C. V.

Ino p.13. c. 91.

Aliquos ſcimus ſubito dementes factos fuſſe, ferro, lapidibus,morſibus,multis nocuiſſe: quoſdam etiã occidiſſe:captos autem induſtria, & iudicijs †[a] oblatos minime reos [b] factos:eo quod non voluntate, ſed impellente ui [c] neſcio qua hæc geſſerint neſcientes. Quomodo enim reus conſtitueretur,qui neſcit [d] quid faciat?

† al. indicibus

Item Ambroſius in Hexameron in tractatu primi diei.

Lib. 1. c. 8.

¶ Reus voluntate,non neceſsitate conſtringitur. C. VI.

Illa cauenda ſunt,quæ ex noſtra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis,& irrationabiles paſsiones corporis. Quorum igitur nos ſumus domini [e]; horum [f] principia [g] extrinſecus[h] nõ requiramus,nec deriuemus in alios, ſed agnoſcamus [i] ea, quæ proprie noſtra ſunt. Quod enim poſſumus non facere,ſi volumus;huius electionem mali nobis potius debemus,quàm alijs adſcribere. Ideo etiam in iudicijs iſtis voluntarios [k] reos,non ex neceſsitate compulſos culpa ſtringit, pœna condemnat. Neque enim ſi per furorem aliquis innocẽtem peremerit,obnoxius morti eſt:quin etiam ipſius diuinæ legis [l] oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem,accipit impunitatis ſpem, refugij facultatem,vt poſsit euadere. Hoc igitur [m] de eo, quòd proprie malum videtur,dictum ſit. Mala enim non ſunt,niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiã ligant. Ceterum pauperiem,ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit,nec in malorum ſorte numerauerit:quia nec [a] contraria iſtis in bonis habentur maximis:quorum alia nobis ex natura,alia ex commoditate accidere videntur.

Deuter. 4. & 19.

a ¶Nec contraria iſtis.] *Emendatum eſt ex originali. Nam antea legebatur*:quia neceſſaria iſta in bonis,&c. *In multis tamẽ antiquis finis huius capituli eſt in verbo*, numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis,c.6.lib.de Abraham.

¶ Veniam habent,quæ ignorantes ebrii cõmittunt. C. VII.

Sane diſcimus vitandam ebrietatem;per quam crimina cauere non poſſumus. Nam quæ ſobrij cauemus; per ebrietatem ignorantes committimus. *& paulo poſt.* ¶ Neſciunt quid loquantur,qui nimio vino indulgent;iacent ſepulti:ideoque,ſi qua per vinum deliquerint;apud ſapientes iudices venia [n] quidem facta donantur, ſed leuitatis damnantur † [o] auctores.

† notatur] orig.

nis facilis ad inebriandum ſe. Alij intelligunt quòd non punitur de eo quod ebrius facit: ſed tantum pro eo q; leuis erat ad inebriandum ſe.

SI concupiſcentia.]CASVS. Oſtēdit hic Aug. q; ſi homo vigilans extra mentem poſitus aliquid per concupiſcen-

INebriauerunt.]CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Geneſ. [Inebriauerunt.] &c. In ſecunda parte verba Aug. exponentis verba illa: dicit enim q; propter inceſtum Loth, puniri non debet: ſed quia nimis fuit facilis ad inebriandum. Secunda pars eſt ibi, (Quapropter.) Ita videtur caſus ponendus ad hoc vt faciat ad propoſitū Gratiani. gl. tñ diuerſimode verba illa exponunt.

e ¶ Culpandus eſt.] videtur ergo q; peccat qui neſciens in ebrietate aliquid facit, vt hic. & 35. diſt. ſexto die. Sed dic q; hic nō erat Loth neſciens. natura enim non patitur, q; aliquis neſciēs coeat: ſed dicitur neſciens, quia neſciebat eſſe filias ſuas. credebat enim eſſe vxorem ſuam.

f ¶ Quantum.] Tripliciter exponit hoc. Quidam ſic exponūt q; punitur pro inceſtu, & pro ebrietate: vel aliter: non punitur quantum inceſtus meretur, ſcilicet ſi eſſet commiſſus ex deliberatione. Alij dicunt, q; nullo modo punitur pro inceſtu: ſed tantū pro ebrietate: quæ ebrietas tñ eſt veniale peccatum, vt 25. diſt. §. criminis. Lau.

NOn eſt.]CASVS. Quidam peccata, quæ committebant, in alios deriuabant: ſed probat Ambro. q; crimina ex propria voluntate committuntur, per quæ quis ſe diabolo ſubijcit: ſicut quis ex propria voluntate miles Chriſti efficit.

g ¶ Aerumnam.] id eſt, pœnā vel culpā.

h ¶ Reluctantibus.] ideſt, ex toto diſſentientibus, ſcilicet cū eſt abſoluta coactio. 50. diſt. presbyteros.

Et l. 2. cōtra Iulianū, in fine.

Item Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei, c. 25.

¶ Inobedientia, vel concupiſcentia nō habet culpam in corpore non conſentientis. C. VIII.

SI concupiſcentia[a] α, vel inobedientia[b], quæ adhuc in membris moribundis habitat[c], præter noſtræ voluntatis legem, quaſi lege ſua mouetur; quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque † culpa eſt in corpore dormientis[d]?

¶ Adde q; hæc dictio abſq; ponitur hic excluſiue. cōcordat l. minime, & ibi glo. C. de app.

α ¶ Concupiſcētia vel.] *In originali legitur.* Quòd ſi illa concupiſcentialis inobedientia.

Idem libro 22. contra Fauſtum, c. 44.

¶ Loth non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur. C. IX.

Ino' p. 9. c. 116. Gen. 19.

INebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerūt. ¶ Quapropter culpandus eſt[e] quidem: non tamē, quantum[f] ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

Item Ambroſius libro primo de Iacob, & vita beata, c. 3.

¶ Nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate. C. X.

NOn eſt, quòd cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam β g, niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpā, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus[h]. Voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum inuidia[i], quam † in alios deriuamus[k]. Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntariū ſeruum ſibi diabolus auctionatur[l] γ. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſsidet, niſi ſe prius peccatorum ære[m] ei vendiderit.

Loth etiā ebrius peccauit.

† *quod in alios, deriuamus*] orig.

β ¶ Aerumnam.] *Apud B. Ambroſium legitur,* culpam: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* & acquirit iuri ſuo: *quæ ſunt expuncta, quoniam abſunt à manuſcriptis, & originali.*

Idem in libro 2. de Cain & Abel, c. 4.

¶ Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit. C. XI.

NEc is, qui inui-

cupiſcentiam vel in obedientiam faciat, non committit mortale peccatum: & hoc ad inſtar dormientis, in quo concupiſcentia ſine culpa ſua lege mouetur.

a ¶ Si concupiſcentia.] ideſt, fomes originalis peccati.

b ¶ Vel inobedientia.] ideſt, originale peccatum: quod ex inobedientia proceſſit.

c ¶ Habitat.] non enim tollitur penitus originale in baptiſmo * quo ad ſui eſſentiam: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, vt infra de conſec. diſt. 4. cap. 2.

d ¶ Dormientis.] De hoc dictum eſt, an dormiens peccet. 7. diſt. 6. teſtamentum. Io. de Fan.

* *Immo tollitur totū illud quod veram, & propriam peccati rationem habet. Cōcil. Trident. ſeſſ. 5. in vlt. anathematiſmo.*

i ¶ Inuidia.] ideſt, pœna.

k ¶ In alios deriuamus.] ideſt, alijs exemplum damus.

l ¶ Auctionatur.] ideſt, emit. Vel auctionatur, ideſt, per auctionem petit.

m ¶ Peccatorum ære.] ideſt, peccatis delectantibus. nā ipſum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

NEc eis.]CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q; ſi quis caſu interfecit aliquem, miniſter Dei eſt: quod probat auctoritate Deutero. ſicut leuita miniſter eſt remiſſionis. In ſecunda parte dicitur, quòd cum interficitur aliquis impius,

Chriſtus

Chriſtus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi: [Illud quoque.] In manus eius.] id eſt, occidentis caſu.

a ¶ Inuitus.] Hoc vult dicere, q cum aliquis caſualiter occidit hominē, non peccat. vt 15. q. 5. ſi homicidium.

b ¶ Eius.] ſcilicet occidentis.

c ¶ Leuites.] id eſt, ſacerdos.

d ¶ Remiſſionis.] peccatorum.

e ¶ Chriſtus.] id eſt, gratia Chriſti.

f ¶ Infunditur.] aliis. alii em per hoc emēdantur.

g ¶ Vbi abominatio.] id eſt, perſona abominabilis.

h ¶ Conſecratur.] in aliis.

i ¶ Primogenitū.] totum hoc myſtice pōt legi: & ſic appellātur primogenita Aegypti, vitia, quæ quotidie facim⁹, primogenita Iſrael virtutes.

k ¶ Non ad vnū.] Ecce qualiter indiffinita exponitur vniuerſaliter. ſic 1. q. 3. Saluator. circa ſi. 28. q. 1. idololatriæ.

CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, q ſacerdos iſte non eſt re⁹ homicidii: & ideo ſacerdotio priuari nō debet. ſed contra hoc ſtatim obiicit ſeq. c. cuius caſus patet.

l Si quis.] ¶ Pœnitentia. Iſtis imponitur pœnitētia: & ſi non deliquerunt, ſed hoc fit ad cautelā, vt 50. diſt. presbyteros. & 34. q. 2. in lectū: & ne diſciplina eccleſiæ deſeratur, vt 23. q. 5. excommunicatorum. lo. de Fant.

SED HOC. CASVS. Modo ſoluit ſupradictum c. G. & dicit q pōt de eo intelligi, qui ſua culpa incidit in furorē. Poſtea obiicit ultra hoc, & dicit q quædā ſūt, quæ nō deiiciūt promotū, nec imputātur ad pœnā, ſed impediunt executionem. Vnde ſicut parentum ambitio impedit promouendum, etſi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etſi executionem impediant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

m ¶ Propria.] hæc opinio nō eſt approbāda, qa ſatis ipſo ſuſtore puniētr, vt 15. q. 1. indicas. ff. de offi. præſi. diuus.

n ¶ Obeſt.] vt 1. q. 5. c. 1. Ioan. de Fant.

Si quis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q ſi quis corrigēdo diſcipulum ſuum caſu eum occiderit, non imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatem reſpicit, & nō factum ſed quā tum ad legē promotionis eſt reus: in qua opus requiritur, & voluntas. & hoc probat Hiero. exemplo virginis oppreſſæ: quæ & ſi nō peccauerit, inter virgines tamen conſecrari non poteſt.

o ¶ Propter diſciplinam.] leuis aūt caſtigatio permittitur magiſtro, vt ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi. §. vlt.

---

tus [a] aliquod fecerit homicidium, extra miniſterium eſt. Siquidem lex ait de eo: [Quia Deus dedit eum in manus eius [b].] Manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt. Leuites [c] igitur miniſter remiſſionis [d] eſt. Percuſſor autem, qui tamen non ex diſpoſitione, ſed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ miniſter eſt vltionis. ¶ Illud quoque ſpecta: quia cum interficitur impius, Chriſtus [e] infunditur [f]: & vbi abominatio [g] aboletur, ſanctificatio conſecratur [h α]; quia Dominus dixit: [In ea die, qua interfecero omne primogenitum [i] Aegypti, ſanctificabo mihi omne primogenitum Iſrael.] Quod non ad vnum [k] diem afflictionis Aegypti referes, ſed ad omne tempus β.

Exod. 21. Deut. 19. Num. 3.

α ¶ Conſecratur.] *Apud B. Ambroſium legitur*, congregatur.
β ¶ Omne tempus.] *Poſt hæc in originali, ſequitur, c. cum renuntiatur. infra. 32. q. 1.*

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit, miniſter Dei ſit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius ſit, cum ſubito dementes, eorum, quæ faciunt, reatum minime geſtent; patet hunc ſacerdotem homicidii reum non eſſe: vnde nec ſacerdotio priuari debet.

Obiicitur autem illud, quod eſt in pœnitentiali Theodori.

In c6c. Vormacien. c. 28.

¶ In ſe reuerſus pœnitentiam agat, qui, inſaniens aliquem occidit. C. XII.

i SI quis inſaniens aliquem occiderit; ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia [l] imponenda eſt.

Burch. l. 6. c. 25. Iuo p. 10. c. 164.

¶ *In concilio Vvormacienſi, & apud Burchardum, & Iuonem hæc ſequuntur*, quàm ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria [m] culpa ad furorem perduxit. ¶ *Item obiicitur. Sunt quædam, quæ etſi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obeſt [n] ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt; etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait.

Auctor opis imperf. in Matthęum, hom. 28.

¶ Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit. C. XIII.

ij SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam [o], pal-

a ¶ Quan

a ¶ Quantum autem ad legem.] Moſaicam, quæ permittebat q. ſi quis caſu occidiſſet hominem, dummodo non inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occiſi interficere occiſorem ſecundum quoſdã: ſimiliter ſm leges canonum impedit à promotione †, ſecundum

P Ro impenſis.] Casvs. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an clerici pro impẽſis patrocinijs ſalaria petere poſſint. Et reſpond. clerici aut ſunt religioſi, aut ſunt ſæculares. Religioſi exigere non poſſunt, vt ſ. ead. §. vlt. quia poſtulare nõ poſſunt, niſi in cauſa monaſterij ſui, & de Abbatis licentia, vt 16. q. 1. monachi. Si vero ſunt ſæculares, coram ſæculari iudice poſtulare non poſſunt, ſi ſunt in ſacris ordinibus conſtituti vel in minoribus, ſi habeant beneficium vnde viuant: niſi in propria cauſa, vel eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium perſonarum, vt dicebatur in concilio Lateran. de poſtulando. Clerici in criminali cauſa corã ſæculari iudice non poſſunt aduocare, vt 51. diſt. aliquãtos. ſed coram eccleſiaſtico aduocabunt: epiſcopi tamen & ſacerdotes aduocare non poſſũt, vt 5. q. 3. quia eps.

† Quia talis deceterо non poterit promoueri, nõ quia peccauerit, ſed propter hor[...] ſcandal[...] & propter eccleſiaſticam diſciplinã ſeruandam. Sed H. credit q. iſte nõ debeat repelli à promotõe. ſed quidquid hic dicat, dic q. bene per legem diſtinguit, 50. diſt. §. caſu. Arch.

mam alicui dederit, & euentu occiderit; ſicut fieri ſolet; quantum ad gratiam, innocens eſt: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem [a], reus eſt: quia opera requirit. ¶ Item ſi in perſecutione virgo fuerit oppreſſa; repellitur lege [b]: quia opus inſpicit, non voluntatẽ [c]; in gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur: quia non opera quærit, ſed voluntatem.

32. q. 5. de pudicitia.

¶ *Verba huius capitis vſque ad verſ. Item ſi in perſecutione, leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad c. 11. Matthæi. Reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & ſimillima in comm. B. Hieronymi in idem 21. c. Matt. Ipſa autem prorſus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. c. de pudicitia, verſ. finge.*

Sicut ergo, qui propter diſciplinam caſu homicidium facit, quantum ad legem reus eſt, quantum ad gratiam [d] innocens: ſic iſte ſacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus probatur. ¶ His ita reſpondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt [e]. ¶ Non enim poteſt ad ſacerdotium promoueri, qui aliquando inſaniuit †. Verumtamen ſi poſt ſacerdotium furere cœperit; non ideo ſacerdotio carebit; niſi forte numquam ad ſanæ mentis officium illum redire contingat. ¶ Sicut de quodam epiſcopo Gregorius ſcribit in regeſto ad Eleutherium epiſcopum: [Quamuis [f] triſte ſit nobis, &c.] vt ſupra in cauſa: [Longa inualetudine grauatus.]

† Adde idẽ eſſe in matrimonio, vt no. in l. furor. & ibi cõcor. ff. de ſponſa.

7. q. 1. quamuis.

QVAESTIO II.

P Ro impenſis [g] vero patrocinijs in Taraconenſi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo ſic ſtatutum legitur, c. 10.

g ¶ Pro impenſis.] hic quæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationibus. Primo ergo ſciat. q. clericus in cauſa criminali corã ſæculari iudice non poteſt allegare, vt 51. diſtin. aliquantos. & 23. q. 8. his à quibus, niſi ad hoc vt ſupplicet pro eis, vt 14. q. 6 ſi res. & 23. q. 5. c. 1. & 2. & c. reos. Item in ciuili cauſa coram ſæculari iudice non aduocabit niſi pro ſe & eccleſia ſua, & pro miſerabilibus perſonis. & hoc ſiue ſint in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti: dummodo beneficijs eccleſiaſticis ſuſtententur, & ſi non habent beneficium: tunc ſi ſunt in minoribus ordinibus, poſſunt: vt extra de poſtul. clerici. epiſcopi autem & ſacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vileſcant dignitates ipſorum, vt 88. diſt. perlatum, & 14. q. 5. denique. ſed coram eccleſiaſtico iudice licite poſſunt petere ſalariũ, ſi ſunt in ſacris ordinibus. vt ſ. ead. c. 1. Derogatum tamen eſt huic canoni per contrariam conſuetudinem. nemo enim cogitur facere de ſuo beneficium, vt 10. quæſt. 3. precariæ. Item dignum eſt eum recipere emolumentum, qui præſtat obſequium, vt 12. quæſt. 2. charitatem. Item nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, vt extra de ſi. cum ſit. in parte deciſa immo eſt expreſſum extra de præſcri. cum ex officij. Religioſi vero & monachi, vel regulares non niſi pro ſua eccleſia debent aduocare & abbate ſuo præcipiente. 16. quæſt. 1. monachi. Ioan. quod dicit de ſacerdote, hodie corrigitur, vt extra de poſtu, cap. vlt. B.

Clerici an poſſint aduocare.

ſm quoſdam: quod non concedo, vt dixi. 50. diſt. de his. vel intellige quod hic dicit, quando exceſſit modum in corrigendo.

b ¶ Lege.] canonica: quia non poteſt inter virgines conſecrari, vt 33. q. 5. ille.

ad hanc ſanctam ſedem perlatum (quod pudet dicere, & non ſolum ſacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano nomini eſt inimicum) quòd nonnulli epiſcopos, vel ſacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confeſsionis ſuæ in alteram partem, quàm debeant, litteras [a] [β] ſcribere, aut pro ſuarum non requiſitione [b] cauſarum †, aut (quod deterius eſt) pro alieni erroris [c] ſecta ſcripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergaſtulis retrudi †, vt ſaltem his territi inſidijs deuient Domini ſacerdotes, & ſuis faueant voluntatibus. *Item vbi ſupra.* ¶ Confeſsio vero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet ipſo atteſtante, qui ait: [Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ.] & cetera, quæ ſunt ad hæc pertinentia. ¶ Nec tantum attendenda ſunt, quæ fiunt [d], quantum quo animo fiant. *& paulo poſt.* ¶ Amplius autẽ reſpicit Deus ad cogitationes, & ſpontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem, aut per neceſſitatem fiunt.

† *al. rerum*

† *recludi*] or.

I. in hoc eod. c.

Matth. 15.

a ¶ Auctoribus.] *Ibi habet*, ſi ſacerdotibus, vel actoribus eccleſiæ, *quemadmodum etiam in eadem epiſtola dicitur*, ſi quis erga epiſcopum, vel actorem eccleſiæ. *& refertur ſupra* 2. q. 7. *ſi quis erga. Hoc autem loco in epiſtola legitur*, ſimiliter ſi huiuſmodi perſonis quædam ſcripturæ, &c. *Praceſſerant autem cum multa alia, tum quæ referuntur in hoc eodem capite in verſ.* Eſt etiam & ad hanc. *Confectum enim eſt hoc caput ex locis epiſtola hinc inde ſumptis, ordine non ſemper ſeruato.*

β ¶ Litteras ſcribere.] *Hæc abſunt ab originali. Sufficiunt enim illa, quæ ſequuntur*, ſcripturas facere. *Sed ob gloſſam non ſunt expuncta.*

Item Nicolaus Papa epiſcopis Galliæ.

¶ Apoſtolica auctoritas, penitus illicita in irritum deducit iuramenta. C. II.

Poly. l. 6. tit. 11.

AVctoritatẽ venerabilium prædeceſſorũ noſtrorum ſecuti, & nominatim beatiſsimi Papæ, & martyris [a] Alexandri quinti à beato Petro, ab omnibus iuramẽtis †, & cuiuſcumque modi obligationibus, quibus illi ſeſe coacti violentia impiorum obligauerant, abſoluimus [e]:

† *al. iuramentis illis*

AVctoritate.] CASVS. Archiepiſcopus Treueren. & præpoſitus eius, & multi alij clerici capti fuerunt a quibuſdam prædonibus, & coacti fuerunt ab eis ſe obligare iuramento, & alijs obligationibus: occaſione quarum obligationum res eccleſiaſticas perdiderunt. quare Nicolaus ſcribens epiſcopis Galliæ, abſoluit eos ab omni vinculo iuramenti & obligationis, & dicit quòd propter huiuſmodi iuramentum vel obligationes, nullam infamiam vel calumniam aut ſuorum bonorum amiſſionem, illos habere permitteret. Sed præcepit præfato archiepiſcopo & defenſoribus Treueren. eccleſiæ, vt ſpirituali & materiali gladio tamdiu malignos illos perſequantur donec ablata reddantur.

non obliget tale iuramentum, videtur hic: quia dicitur hic, quòd non debet eſſe vinculum iniquitatis, vt 22. quæſt. quarta. inter. & extra de iureiu. verum. & extra de teſti. ſpo. ſolicite. & extra quod metus cauſa, perlatum. Item quia inconueniens eſſet, quod male factor ex improbitate ſua conſequeretur actionem, vt ff. de fur. itaque fullo. Præterea, ſi male factor petit rem, poteſt ſe reus tueri exceptione quod metus cauſa, cum illa exceptio per iuramentum non ſit ſublata. Prętetea nõ obſtante tali iuramento poteſt petere rem, ſi eam tradidit cum illud non iurauerit, vt extra de iureiur. debitores. & extra

& extra quod metus cauſa, ad audientiam. Ergo cum poteſt rem petere, multo fortius poteſt ſe tueri exceptione: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem. ff. de ſuperfi. l. 1. extra de iureiuran. quemadmodū. Et econtra probatur, q̧ obliget: quia licet fue- cis

non denunciet, illud iuramentum non eſt ſeruandū, vt extra ea. quemadmodum. in fin. quia ex præcepto ad hoc tenetur. 2. q. 1. ſi peccauerit. Io. Tu breuiter dicas, q̧ iuramentum ſuper re illicita, ipſo iure non obligat, ſiue quis faciat ſponte, ſiue coactus, vt ſi iuraui hominem innocētem interficere. & hoc probatur 22. q. 4. in malis. & c. ſeq. & c. q̧ Dauid. Iuramentum tñ ſuper re licita metu extortum, ipſo iure obligat: ſed datur exceptio q̧ met. cauſa ad reſcindendum, vt ff. quod me. cauſa. per totum. & C. eod. tit. l. 1. & 3. niſi in caſu, vt ff. eo. l. ſi mulier §. ſi dos. Item in matrimonio. extra de ſpon. cum locum. Item in voto, extra quod met. cauſa, perlatum. B. Vtrum autem in iuramento Papa poſſit diſpenſare, quæritur. Hoc c. videtur dicere q̧ ſic, per prædictas decretales, vt extra de vo. & vo. re. magnæ. immo in omni iuramē to eſt excepta auctoritas maioris, vt extra de iureiu. venientes. & extra de reſcri. conſtitutus. Item Imperator diſpenſat in eo. ff. ad munici. Imperatores. Item videtur q̧ non: quia iuramentum eſt de iure naturali, vt 22. q. 4. ſi

& ne illa ſeruentur, vetuimus tam præfatum archiepiſcopum Treuerenſem, quàm eius præpoſitum, & omnes, qui tunc temporis capti ſe illis quoquomodo obligauerunt: neque vllam eos proinde infamiam, vel calumniam, aut à ſuis bonis ſequeſtrationem vnquam auctore Deo, & ſanctis Apoſtolis, & noſtris prædeceſſoribus ſubſtinere permittimus: ſicut per prophetam Dominus dicit: [Diſſolue

Eſa. 58. colligationes impietatis.] Quinetiam præfato fratri noſtro, filiiſque Treuerenſis eccleſiæ, illiuſque defenſoribus hæc in mandatis damus; vt ſpirituali ſimul, & materiali [a] gladio tamdiu malignos illos, eorumque fautores inſequantur; quouſque cum integritate poſſeſſiones, vel quæcumque res eccleſiaſticæ hoc facto, vel quocumque pacto diſtractæ, ſeu direptæ ſunt, reuocentur.

a ¶ Alexandri.] *Nicolaus citat epiſtolam Alex. 1. de qua re notatum eſt ſupra diſt. 19. ſi Romanorum.*

2 *A fidelitatis etiam iuramento Romanus Pontifex nonnullos abſoluit, cum aliquos à ſua dignitate deponit.*

Vnde Gregorius Papa.

¶ *In manuſcriptis eſt vt in vulgatis,* Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori. *Cuius Gelaſii eſſe non poteſt. Zacharias enim & Carolus magnus, quorum in hoc capite mentio fit, multo poſt Gelaſiū vixerunt. Habetur autem in regeſto Gregorij vij. lib. 8. epiſt. 21. Herimanno Metenſi epiſcopo ſcripta, quam refert* Iuo. *In qua quidem epiſtola paulo ante multa ex epiſtola Gelaſii Anaſtaſio Imperatori ſcripta afferuntur.*

rit coactus, tamen voluit, quia coacta voluntas eſt voluntas, vt ī. ea. q. 1. merito. Item quia non vergit in interitum ſalutis æternæ, eſt ergo obſeruandum, vt extra de iureiuran. ſi vero. nec prodeſt q̧ compulſus fuit. 22. q. 5. qui cōpulſus. & c. ſi quis coactus. Solu. quidam dicunt quòd talis fuit metus, qui cadit in conſtantem virum. quòd iuramentum ob talem metum factum nō obligat 1. & ſecundum eos exponitur hic hoc verbum abſoluimus, ideſt, abſolutos oſtendimus. Alii dicunt quod qualiſcumque ſit metus, tenetur ſeruare iuramentum factum de rebus propriis, ſed nullum iuramentum adſtringit ipſum pro rebus eccleſiæ non repetendis, quia iſtud eſt illicitum. & hoc magis probabile videtur, ex quo licitū eſt quod iurat, & poteſt adimplere, vt 22. q. 4. ſi aliquid. Qui priorem opinionem ſubſtinent, diſtinguunt inter promiſſoria iuramenta, & aſſertoria. In promiſſorijs iuramētis excuſat met9; in aſſertorijs non: quia potius debet quis oīa mala pati, q̄ falſum aſſerere, vt 32. q. 5. ita ne. Dicas ergo, q̧ omne iuramentum obligat. Si tu obijcis mihi, q̧ iſte habet exceptionem quod metus cauſa; hoc bene cōcedo: non poteſt tamen vti ea, ratione iuramenti. ſi tamē fuerit vſus ea, bene dico q̧ repellit agentem, & obtinebit in iudicio non obſtante iuramento. peccat tamen vtendo ea. ſi ergo quis iurauit rem ſuam per metum alij dare, petat à iudice vt cogat illum non recipere, vel q̧ abſoluat ipſum à iuramento, vt extra de iureiur. ex administrationis. ſed ſi ad hoc induci non poteſt, ſoluat, & poſtea repetat. ſi autem iurauerit ſe non repetere, tūc denunciet eccleſiæ factum illius. ſi autem iurauerit q̧

1 Dūmodo ſit tale, q̧ poſſit ſeruari ſine interitu animæ: aliàs ſecus, vt legi. & not. extra de iureiur. ſi vero.

ad peccatum. ſed in talibus Papa non poteſt diſpenſare. 25. q. 1. ſunt quidam. Item argum. ad hoc extra de ſtatu monach. cum ad monaſterium. Hugo. dicit quòd in nullo iuramento licito poteſt Papa diſpenſare, niſi ad hoc ſolum quòd non habeatur infamis, qui tranſgreditur illud. & hos non abſoluit, ſed abſolutos denūtiat, quoniam iurauerunt de rebus eccleſiæ non repetendis, vt dicit. Tu dicas quòd in voluntarijs iuramentis non diſpenſat, ſed in coactis bene. ſi tamen abſoluit aliquem, tenet abſolutio. Dico enim quòd contra ius naturale poteſt diſpenſare, dumtamen non contra Euangelium, vel contra articulos fidei: tamen contra Apoſtolum * diſpenſat. 34. diſt. lector. 82. diſt. presbyter. Ioan.

Papa an poſſit in iuramento diſpenſare.

a ¶ Materiali.] Argu. quòd iudex eccleſiaſticus bene poteſt indicere bellum, & in bello inſequi hoſtes, vt 23. q. 8. igitur. & cap. hortatu. & cap. vt pridem. & 63. di. Hadrianus. Item arg. q̧ iudex eccleſiaſticus poteſt præcipere iudici ſæculari vt puniat maleficos, vt 23. q. 4. ſi quos. & q. 5. relegentes. & q. 8. vt pridem. Arg. contra 23. q. vlt. his à quibus.

* *Papa quādo contra Apoſtolum diſpēſet, Vide. 34. di. c. lector.*

A FIDELITATIS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat q̧ laicus incorrigibilis per eccleſiam poſſit deponi à ſua dignitate. & hoc probat per iſta c. Ioan. de Fant.

Bellum poteſt indici à iudice eccleſiaſtico.

C a s v s. Supra in duobus proximis cap. abſoluit Papa ab obligationibus & iuramentis coactis. Nunc vero vult oſtendere Gratian. q̧ idem poſſit facere de iuramento fidelitatis, cum aliquos à ſuis dignitatibus deponit.

Alius.]

¶ Pontificalis auctoritas à iuramento fidelitatis nonnullos abſoluit. C. III.

Gre.vij.l.8.reg. Iuo p.5.c.vlt.

ALius [a] item Romanus Pontifex, Zacharias ſcilicet, regem Francorum non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ poteſtati erat inutilis [b], à regno depoſuit [c]: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit; omneſque Francigenas à iuramento [d] fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit ſancta eccleſia, cum milites abſoluit à vinculo iuramenti: quod factum eſt his epiſcopis, qui Apoſtolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur.

Item Gregorius vij. Romanæ ſynodo præſidens dixit. lib.5.regeſti.

¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxij. C. IIII.

Pann.l.5.c.110.

NOs ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate [e], aut ſacramento cōſtricti ſunt [f], Apoſtolica auctoritate à ſacramento abſoluimus: & ne eis fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus: quouſque α ipſi ad ſatisfactionem veniant.

α ¶ Quouſque, &c.] *Verba hæc non ſunt in codice manuſcripto Vaticano.*

Item Vrbanus II. epiſcopo Vapicenſi.

¶ Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus ſeruare cogitur. C. V.

Pann.l.5.c.111.

IVratos milites Hugoni comiti, ne ipſi, quamdiu excommunicatus eſt, ſeruiant, prohibeto †. Qui ſi ſacramenta prætenderint; moneantur oportere Deo magis ſeruire, quàm hominibus. Fidelitatem enim, quàm Chriſtiano principi iurarunt, Deo eiuſque ſanctis aduerſanti, & eorum præcepta calcanti nulla cohibentur auctoritate perſoluere.

†*al. prohibete*

Act.5.

ALius.] CASVS. Gelaſius Papa ſcribens contra Anaſtaſium Imperatorem dicit, quòd poteſt eum deponere propter malitiam ſuam, & hoc probat exemplo Zachariæ Papæ, qui Regem Francorum depoſuit, non tantum propter ſua delicta, quantum pro eo quòd inutilis erat, & loco eius Pipinum patrem Caroli poſuit: & omnes Francigenas à fidelitate eius abſoluit: & milites à vinculo iuramenti in depoſitionibus epiſcoporum. Alij habent verba iſta vlti. pro §. Gratiani, qui ſic incipit, quod ex frequenti.

a ¶ Alius.] quia de alio Papa præceſſerat ſermo: qui idem fecerat.

b ¶ Inutilis.] non intelligas inutilis, id eſt, inſufficiens: tunc enim debuiſſet ei dari coadiutor, vt 7.q.1. quamuis. & cap. petiſti. ſed diſſolutus erat cum mulieribus, & effeminatus.

Imperator poteſt à Papa deponi.

c ¶ Depoſuit.] ergo Papa deponit Imperatorem 1, vt 96.diſt. duo. & c. ſi Imperator. nam & transferre poteſt imperium. vt extra de ele. venerabilem. Arg. contra 93.diſt. legimus. in fi. & 96.diſt. cum ad verum. Solu. dicitur depoſuiſſe, qui deponentibus conſenſit.

1 Adde idē tenuit ille Bal. in l. nō ambigitur. ff. de legi.

d ¶ Iuramento.] ſupple ratione dignitatis præſtito, non ratione perſonæ. Ioan. de Fan.

NOs ſanctorum.] CASVS. Quidā ſacramento fidelitatis quibuſdam excōicatis erant adſtricti. quærebatur vtrum tēpore excommunicationis deberent eis ſeruire? Et reſpondetur quòd non, niſi ſatisfaciant prius, & abſoluantur ab excommunicatione, aut ſacramēto, id eſt, ſacramento fidelitatis: & etiam ſine ſacramento faciunt quidam fidelitatem alijs. & ideo hæc diuerſificare potes.

Excōicato an debeat fieri ſolutio.

e ¶ Fidelitate.] 11.q.3. quoniam multos. contra. ſed ibi eſt ſolutum. Item contra arg. 11.q.3. Iulianus. ſed ibi eſt ſolutum.

f ¶ Conſtricti ſunt.] ſed quid dices. ſi iuraui me ſoluturum alicui pecuniam, vel ſub pœna promiſi: & ille excommunicatur: numquid teneor ei ſoluere? Videtur quòd non a, quia qualitercunque poſſumus debemus vexare malos, vt ceſſent à malo, vt 23.q.6. iam vero. & vtili* eſurienti, & c. vt 5.q.5. non omnis. & excommunicatis in nullo caſu cōicabimus, niſi in his, quæ ſpectant ad correctionem eorum, vt 11.q.3. cum excōicato. Item quia intelligor iuraſſe ſub hac conditione, ſi res in eodem ſtatu permanet, vt 22.q.2. ne quis. in fi. ff. de ſolu. cum quis. Itē vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt mora, vt ff. de verb. obli. ſi pupillus. Itē quia male meriti publica egeſtate laborare debēt, vt ff. depo. bona fides. De hoc autē nō eſt dubiū quin debitū poſſit peti ab excōicato, vt extra de ſen. excommu. ſi vere. Sol. pecunia illa non reddatur ei, ſed deponatur in ędem ſacram. Verius credo quòd licet ille non habeat ius petendi, tamen debet ei ſolui, ſic extra de iureiu. debitores. & probatur hoc extra de ſen. excommu. ſi vere. vnde licet excōicatio tollat obligationē quo ad fidelitatem, non tamen quoad alios contractus, vt videtur Io. Probabiliter dici poteſt, quòd excommunicato non ſit ſoluendum, cum nemo debeat participare cum eo, vt 11.q.3. cum excommunicato. niſi in caſib*, vt ſ. 11.q.3. quoniam multos. Nec obſtat illa decre. ſi vere. quia illud factum fuit de neceſſitate. B.

a Et verum eſt ſm Bar. qui ſic nota. extra de hære. c. vlt. & ibi etiā not. Inno. de conceſ. præb. cum noſtris. vbi dicit quòd excōicato nil debet ſolui

IVratos milites.] CASVS. Hugo comes excommunicatus erat: propter quod ſcribit Vrbanus ſecundus cuidam epiſcopo vt prohibeat ne milites ratione fidelitatis ſeruiant ipſi comiti quādiu fuerit excommunicatus: quia magis oportet Deo ſeruire, quàm comiti eccleſiæ aduerſanti.

Abſque

A Bſque ſynodali.] Hæc q. diuiditur in duas partes, in quarum prima ꝓbat per quinque c. quòd ſolus epiſcopus non poteſt deponere presbyterum, Secunda ibi, [Solus.] Ioan. de Fant.

ſex epiſcopis, diaconum cum tribus, reliquos vero clericos deponere poteſt, vt j. ca. quæſt. 1. Felix. & c. ſi autem. epiſcopum vero ſolus Papa deponere poteſt. 3. 3. quæſt. 6. dudum. De hoc not. in ſumma huius q.

a ¶ Abſque.] ſi agatur contra clericum de crimine criminaliter, neceſſaria eſt præſentia epiſcoporum, ſecundum quod traditur j. ca. ſi quis. & Felix. Diſtinguit tamẽ, quia ſi agatur de crimine ad depoſitionem ordinis: tunc habet locum cap. Felix. & c. ſi quis. Si autem agatur ad depoſitionem beneficij, tũc ſolus epiſcopus poteſt cognoſcere cũ clericis ſuis, vt 18. q. 2. ſi quis abbas. & 16. quæſt. 7. inuentum. & extra de iud. at ſi clerici. & 11. quæſt. 3. quis epiſcopus damnatur. & extra de coha. cleric. & mulie. c. ſicut. & c. de ſacerdotibus. Item ſi agatur de crimine in modum exceptionis, ſolus põt cognoſcere. extra de accu. ſuper his. licet ſit argu. contra 25. diſtin. illud. Tamẽ quocumque modo agatur de crimine, ſemper accuſator punitur vt calumniator, vt extra de accu. ſuper his. & c. cum dilectus.

Clerico criminoſo qs pænitentiã imponit.

Ca.

QVAESTIO VII.

A Bſque [a] *ſynodali vero audientia ſacerdotem damnari, in Hiſpalenſi ſecundo cõcilio, cui Iſidorus interfuit, c. 6. ſic prohibetur.*

¶ Sine concilij examinatione presbyter, vel diaconus non deijciatur. C. I.

SExta actione comperimus, Fragitanum Cordubenſis eccleſiæ presbyterum iniuſte olim à pontifice ſuo deiectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem rurſus ordini ſuo reſtituentes α, id denuo aduerſus præſumptionem noſtram β decreuimus, vt iuxta priſcorum Patrum ſynodalem ſententiam nullus noſtrum ſine concilij [b] examine quemlibet presbyterum, vel diaconum deijcere audeat. Nam multi ſunt, qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Et ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimant; ita quoſdam odio, inuidiaque permoti humiliant: & ad leuem opinionis auram condemnant; quorum crimen non approbant. Epiſcopus enim ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus [c] honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. Si enim hi, qui in ſæculo à dominis ſuis honorem libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis nexum non reuoluuntur, niſi publice apud prætoris, ac præſidis tribunal in foro fuerint accuſati; quanto magis hi, qui diuinis altaribus conſecrati honore eccleſiaſtico decorantur? Qui profecto, nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris ſui priuilegijs exui: ſed præſentati ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit, diffiniri.

J. ea. epi] & I. diſt. 67. epa.

α ¶ Reſtituentes.] *Sic eſt emendatum ex codicibus conciliorum impreſſis, & manuſcriptis. Sic enim apertius declaratur illum canonice a concilio eſſe reſtitutum, quam ex lectione Gratiani vulgata,* reſtitutum eſſe comperimus.

β ¶ Noſtram.] *Antea legebatur,* veſtram. *in recentioribus autem conciliorum editionibus eſt*, nouam. *Emendatum eſt ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucenſi regio, quemadmodum & paulo poſt*, nullus noſtrum, *cum antea eſſet*, nullus veſtrum. *Modeſti enim & religioſi epiſcopi ſibi etiam metuunt. Alia vero quædam ſunt ex iiſdem codicibus emendata.*

SExta actione.] CASVS. Fragitan⁹ Cordubẽſis eccleſię presbyter iniuſte à ſuo epiſcopo depoſitus, in exilium eſt condemnatus. Tandẽ ab eodem epiſcopo vel ſynodo fuit reſtitutus, propter quã pręſumptionem remouendam ſtatuit Hiſpalẽſ. concilium, vt abſque ſynodali pręſentia nullus epiſcopus presbyterum deponat, vel diaconum: & hoc probat ad inſtar libertorum, qui licet ſiant ingrati: nõ tamẽ auctoritate dominorum, ſed in tribunali foro apud iudicem accuſati & cõuicti in ſeruitutem reuocantur. Caſum ſequentis c. inuenies 86. diſtinct. ſi quid vero.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. vbi quæritur, an epiſcopus ſacerdotem cõdemnare valeat abſque ſynodali audientia: Et reſpondetur, quòd ſolus epiſcopus presbyterum ſuſpendere poteſt, vt j. ea. quæſt. 8. hi, qui. & in cauſa ciuili inter ſuos clericos cognoſcere, vt I. 10. quæſt. 3. quia. Deponere vero non poteſt presbyterum, niſi cum

b ¶ Concilij.] ergo tres epiſcopi faciunt concilium: q̃a tres epiſcopi examinant cauſam diaconi, vt j. e. ſi quis. c ¶ Solus.] incorporalia enim facilius conſtruuntur quàm deſtruuntur. extra de tranſlat. inter. Hæc eſt vna

ca-

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Panormitano, lib. 11. epiſt. 49.

¶ Cauſas clericorum epiſcopus non niſi cum ſenioribus eccleſiæ audiat. C. II.

SI quid de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſsit offendere; facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita: ſed præſentibus ſenioribus eccleſiæ tuæ diligenter eſt veritas perſcrutanda: & tunc, ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. dist. 86. ſi quid.

Item ex concilio Carthaginenſi a *primo, c. 11.*

a ¶ Carthaginenſi.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis codicibus. Nam in vulgatis erat,* Agathenſi primo, *cum vnicum duntaxat Agathenſe memoretur.*

¶ A quot epiſcopis presbyteri, vel diaconi ſunt audiendi. C. III.

SI quis tumidus, vel contumelioſus extiterit in maiorem natu [a], vel aliquam cauſam habuerit; à tribus vicinis epiſcopis, ſi diaconus β eſt, qui arguitur: ſi presbyter, à ſex: ſi epiſcopus, à duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi epiſcopi dixerunt. Contemptus debet contumaciæ, & ſuperbiæ in omnibus frangi. Cauſæ † vero pro perſonis † [b] ab his [c] ſtatuto numero audiantur. † *al.* Cauſa audiatur † *al.* perſonis ſtatuto

β ¶ Si diaconus.] *In vulgatis conciliorum editionibus legitur,* ſi diaconus eſt, arguatur presbyter, &c.

Item ex concilio Carthaginenſi 2. c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

3. q. 8. ſuggero. Anſ. l. 3. c. 121. Bur. l. 1. c. 149. Iuo p. 5. c. 262.

FElix epiſcopus Selemſelitanus dixit. Etiam hoc adijcio ſecundum ſtatuta veterum conciliorum, vt ſi quis epiſcopus (quod non optamus †) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſsitas, non poſſe plurimos congregare; ne in crimine remaneat; à duodecim epiſcopis audiatur, & à ſex presbyter γ, & à tribus diaconus cum proprio [d] ſuo epiſcopo. † *al.* opinamur

γ ¶ Presbyter.] *Sic legitur in concilio, quod eſt in codice canonum, c. 12. & græco, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis, & vno alio perantiquo, & concordat cum ſequenti capite. In editionibus autem conciliorum Pariſienſibus, ac Colonienſibus habetur,* & à ſex presbyteris, & tribus diaconis, *quemadmodum & in multis Gratiani manuſcriptis.*

Item ex concilio Carthaginenſi tertio, c. 8.

¶ De eodem. C. V.

Anſ. l. 3. c. 123. Burc. l. 2. c. 205. Iuo p. 6. c. 280.

SI autem [e] presbyteri, vel diaconi fuerint accuſati [3] adiuncto ſibi ex vicinis locis proprius † epiſcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſati petierint, ideſt vnà ſecum in presbyteri nomine a ſex, in diaconi tribus, ipſorum cauſas diſcutiat †, eadem dierum †, & dilationum, & à communione [f] remotionum, & diſcuſsione perſonarum inter ac- † *cum proprio epiſcopo* † *al.* diſcutiāt † *al.* dieru dilationum

---

ratio quare in promotione clericorum nō requiruntur plures epi, ſed in remotione ſic. Item quia ſæpius ordinātur clerici, q̄ deponuntur: vnde graue eſſet toties vocare tot epiſcopos. Item qa depoſitio frequēter fit cauſa odij, ſed ordinatio cauſa electionis. ſolus autē offert dignitates, ſi hoc habet ex conſuetudine, vt extra de his q̄ fi. à præla. ca noſcit. Ordinatio clericorū facilius fit, quàm depoſitio.

SI quis tumidus.] CASVS. Dicitur in hoc c. q in cauſa criminali vbi agitur ad depoſitionem diaconi, debent tres epiſcopi intereſſe: in cauſa presbyteri ſex: in cauſa vero epiſcopi xij. qui cauſam debent diligenter examinare.

a ¶ Natu.] quantum ad ordines.

b ¶ Pro perſonis.] id eſt, prout perſonę sūt conſtitutæ in ſacris ordinibus.

c ¶ Ab his.] id eſt, ab epiſcopis.

FElix.] CASVS. In hoc c. dicitur, q cauſa criminalis epiſcopi à xij. epiſcopis audiri debet, cauſa presbyteri à ſex, cauſa vero diaconi à tribus cū proprio epō.

d ¶ Cum proprio.] ideſt, præter propriū epiſcopum. 2. q. 5. presbyter.

SI autem.] CASVS. Dicit in hoc c. q ſi presbyter accuſatur, ſex epiſcopi debent intereſſe: ſi diaconus, tres: ceterorū vero clericorum cauſas criminales ſolus epſ poteſt tractare.

e ¶ Si autē.] hoc ca. eſt pars illius. 4. q. 5. quiſquis.

f ¶ A cōmunione.] ideſt, eædem dilationes dantur accuſatori, quæ & reo, & æque excommunicabitur accuſator ſi non vene-

venerit,ſicut reus,vt 4.q.5.quiſquis.
a ¶ Solus.] id eſt,ſine alijs epiſcopis: non tamen ſine clericis ſuis,vt ĵ.ea.c.proxi.Ioan.

SOLVS. Hæc eſt 2.pars q.in qua dicitur, ꝙ cauſas aliorum clericorum à ſacerdote & diacono in capitulo ſuo.

& ſententia ſine talibus aſſeſſoribus lata,nulla eſt:ſicut ſententia nulla eſt, quæ fertur contra fiſcum abſente aduocato fiſci, vt ff. de iure fiſci,ſi fiſcus. ſicut videtur dicere lex, vt ſententia quæ fertur officio iudicis ipſa abſente,ꝙ nulla ſit,vt C.de ſent.& inter. om. iu. cum ſententiã. Quòd tamen clerici ſint iudices,eſt arg.6.q.3. ſcitote.

cuſatores,& eos,qui accuſantur,forma ſeruata. Reliquorum autem clericorum cauſas etiam ſolus [a] epiſcopus loci agnoſcat,& finiat.

a ¶ Nomine ſex.] *Sic in ceteris codicibus impreſsis,& manuſcriptis,præterquam in editione Colonienſi quattuor tomorũ, in quo habetur*,presbyteri nomine quinque,in diaconi duobus.

2 *Solus autem ad excluſionem aliorum epiſcoporum, non ſuorum clericorum dicitur,ſine quorum præſentia eius ſententia erit irrita.*

Vnde in Carthaginenſi concilio 4.c.23.legitur.

¶ Abſque præſentia clericorum nullius cauſam epiſcopus audiat. C. VI.

Burc.l.1.c.114. Iuo p.5.c.214.

j EPiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia ſuorum [b] clericorum: alioquin irrita erit ſententia epiſcopi,niſi clericorum præſentia confirmetur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2.c.6.

¶ Niſi in ſynodo canonice vocati ſacerdotes damnari non poſſunt. C. VII.

3.e.c.ſexta actione. & diſt. 67. epiſcopus.

† al. nexũ non reuoluuntur

ij EPiſcopus ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt,auferre ſolus non poteſt. Si enim hi,qui in ſæculo à dominis ſuis honorem libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis iugum † non reuocantur, niſi publice apud prætoris,ac præſidis tribunal in foro fuerint accuſati:quãto magis hi,qui diuinis altaribus conſecrati honore eccleſiaſtico decorantur? Qui profecto nec ab vno damnari,nec vno iudicante poterunt honoris ſui priuilegijs exui: ſed præſentati ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit,definiri.

QVAESTIO VIII.

DE vltima vero [c] quæſtione ſic ſtatutum eſt in concilio Neocæſarienſi,c.9.& 10.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ epiſcopus ſolus dare honorem poteſt, quem ſolus auferre non poteſt. Si enim libertus in ſeruitutem reuocari nõ poteſt, niſi apud iudices legitime fuerit conuictus:quãto magis diuinis altaribus conſecratus, ab vno ſolo non poterit dãnari?

DE vltima. CASVS. Hic intitulatur 8. q. vbi quæritur, ſi aliquis ſponte confitetur vel conuincitur peccaſſe ante ordinationẽ, verum poſſit officio ſuo frui. Et reſpon.ꝙ ſi in præſentia confiteatur: nõ abſtineat, vt 50. diſt. de his vero.in fi. ſi extra ius, non præiudicat ſibi, vt ĩ.ea.q.5. pˀsbyter. Si vero in iure confiteatur, & timore probationum deponit, ſiue ante ordinationem ſiue poſt commiſerit illud, vt 24. diſt. c. vlt. ſi ſponte confiteatur,remouet ab executione ſacerdotij: in alijs tamen ordinibus diſpenſatiue remanebit,vt.ĵ.ea.c.1. Si vero confitetur crimen quòd fecit poſt ordinationem, acta pænitentia diſpenſatiue in ſuo ordine permanebit,vt ĵ.c.2.& in vtroque iſtorũ caſuum de rigore iuris eſſet deponendus.& hoc verum eſt in magnis criminibˀ,quæ inducunt depoſitionem. Sed pro paruo crimine acta pænitentia ſtat in ordine ſuo,vt 5.q.4.in loco.& de conſ.diſt. 2. relatum. & hoc inuenies in ſumma huius quæſtionis planius.

ſuo poteſt epiſcopus diffinire,ſupple excepto ſubdiacono, qui hodie cum diacono pari paſſu ambulat. extra de ſeruis non ord.miramur.Ioan.de Fant.

CASVS. Dictum eſt, ꝙ ſolus epiſcopus poteſt tractare cauſas criminales clericorum:ſed ne aliquis putaret,ꝙ alij clerici non deberent intereſſe: ideo dicit Grat. ꝙ hæc dictio,ſolus,non excludit clericos:ſed alios epiſcopos. Sequens cap.planum eſt.

b EPiſcopus.] ¶ Suorum.] Sufficit tamen maior pars,ſi abſentes præbeant aſſenſum, vt 64. diſt. cap. 1 & 2. Sed numquid & iſti clerici ſunt iudices iſtius? Non videtur, cum quilibet eorum ſit forte minor eo. Quidam dicunt ꝙ ipſum concilium ſiue capitulum habet iuriſdictionem ordinariam:nullus tamen per ſe eſt iudex.Alij dicunt, ꝙ ſunt aſſeſſores epiſcopi:

Eps an poſſit ſolus dẽlinquentẽ condẽnare

Crimen ante ordinationem cõmiſsũ, an impediat ſtiu officiũ

c ¶ De vltima vero.] Hic q̃ritur, ſi aliqs confitetur crimẽ qđ fecit ante ordinationẽ ſuã.vel cõuincitˀ peccaſſe ante ordinationẽ ſuã, an poſſit frui officio ſuo: Diſtinguas ergo qa aut eſt tale crimẽ qđ inducit depoſitionẽ, aut nõ:ſi nõ inducit, acta pænitẽtia remanet in ordine ſuo,vt hic,& 68.di.ſicut.Item ſi inducit dpoſitionẽ:tũc ſi cõfiteˀ illud in pænitẽtia, nõ abſtinebit ab officio,vt 50.diſt.de his vero,in fin. ſimiliter ſi confitetur illud extra ius,ꝙ talis cõfeſſio ei nõ p̃iudicat,vt ĩ.e.q.5.presbyter.

byter. licet ſit arg. contra extra de exceſ. prælat. quàm ſit graue [1]. Si vero confitetur in iure crimen ſuum commiſſum ante ordinationem ſuam, deponitur ab officio ſacerdotali: retinebit tamen nomen presbyteri [3] & omne inferius officium, vt. ſ. ea. c. 1. & c. ſi quis presbyter, & hoc cū ſponte illud confitetur. Si vero confiteatur illud timore probationū: tunc ſiue ante, ſiue poſt ordinationem ſuam illud commiſit, deponitur irreparabiliter, vt 24. diſt. c. vlt. 50. diſt. ex pœnitentibus. 81. di. ſi quis ſine examinatione. & c. ſi quis epiſcopus. Si ergo quis ſponte confitetur crimen commiſſū poſt ordinationem, ad tēpus debet ſuſpendi ad agendam pœnitētiam: ſed poſtea reſtituitur ex diſpenſatione, vt ĩ. e. c. 2. Si quæras quæ crimina inducunt depoſitionē: dico q̄ non eſt à canone expreſſum. videmus enim q̄ quædam non inducunt: nam clericus tumultum faciens in ſynodo, nō deponitur, vt 5. q. 4. in loco. Item qui cantat duas Miſſas ſub vno canone, vt de conſe. diſt. 2. relatum. Item ſi epiſcopus citatus non venit ad ſynodum. 18. diſt. ſi quis autem. &c. decernimus: & tamen quodlibet tale eſt mortale. Similiter pro temerario iuramento non deponitur aliquis, vt extra de iureiuran. ſicut.

1 Non ſtra dicit, quoniam ibi accipit propter accidens, ſ. propter ſcandalum & infamiā, non propter cōfeſſionem, vt ibi no. per Vincē. & B. ſed de hac materia dic vt plene notat Inn. B. Com. & H. extra d cle. per inquiſitionem.

Crimina q̄ ſūt depoſitiōe digna.

¶ Presbyter, qui ante ordinationem confitetur ſe corporaliter lapſum, poſtea non offerat. C. I.

Qvi admiſit corporale [a] peccatum, & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit [b], quòd ante ordinationem ſuam peccauerit, non quidem offerat [c]; maneat autem † in alijs officijs propter α eius ſtudij [d] vtilitatem. Nam cetera [e] peccata cenſuerunt plurimi etiam ordinatione priuari β. Quòd ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſte conuinci; huic ipſi de ſe poteſtas [f] eſt committenda. ¶ Similiter & diaconus ſi in eodē culpæ genere fuerit inuolutus: ſeſe à miniſterio [g] cohibebit.

Rabanus lib. pœnit. c. 1. Poly. l. 4. tit. 39. Burc. l. 2. c. 49. Iuo p. 6. c. 150. Pann. l. 3. c. 151.

† al. tamē

Cap. 10 ibid.

α ¶ Propter eius ſtudij vtilitatem.] *Græce eſt*, διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν, *id eſt*, propter ſtudium, ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.

β ¶ Priuari.] *Græce legitur*, τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι, *ideſt*, per manus impoſitionem dimitti. *quemadmodū fere vertit Dionyſius, cuius verſionem ceteri collectores attulerunt: hæc tamen clauſula omiſſa. Nam hæc verſio, quam Gratianus affert, eſt priſca, quæ in collectione Iſidori. Ita ex his verbis longe alia elicitur ſententia, atque auctor gloſſæ putarit.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 5.

¶ Deſeruientes altario, ſi carnis fragilitate delinquerint, epiſcopi arbitrio ſubiaceant. C. II.

HI, qui [h] altario Dei deſeruiunt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint [i], & Domino reſpiciente digne pœnituerint; ita vt mortificato corpore cordis contriti ſacrificiū Deo offerant; maneat in poteſtate [k] pontificis vel veraciter afflictos nō diu ſuſpēdere, vel deſidioſos prolixiore tēpore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita ta

Diſt. 50. hi, qui altario. Rabanus l. pœnit. c. 1. Burc. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

Tradunt autem quidam pro regula, q̄ omne crimen inducit depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone excipiatur. Alij dicunt q̄ nullum crimen inducit depoſitionē, niſi ſpecialiter à canone excipiatur [2] & hæc opinio maiori æquitati innititur: quare tenenda eſt. Ioan. Sed hæc materia eſt hodie determinata extra de tem. ord. cap. vlt. B. [3].

2 Idē tenet Alc. d Imo. Il. ſcimus. circa pri. C. d iure deli be. p tex. in §. cū igit̃. in auth. de nō eligē. ſecundo nuben.

3 De hoc ēt no. 81. di. c. 1. extra d tē po. or. ex tenore. & c. vlt. & in p̄. di. decre. ſicut. & q̄ iſta ſentētia tamquā verior ſit tenenda hic, not. Hu.

Fornicatio nem pauci cuitant.

Qvi admiſit.] Casvs. Quidam presbyter in iudicio ſponte confeſſus eſt fornicationem feciſſe ante ſuam ordinationem. quæſitum eſt in concilio Neocæſarienſi quam pœnam debeat pati: Et reſpondet q̄ ſi presbyter eſt confeſſus ſponte, executione ſacerdotali carebit: ſed in alijs officijs permanebit, ſi eſt vtilis. Si vero non eſt confeſſus vel conuictus, ſuo arbitrio relinquatur. Cetera vero peccata, grauiora ſcilicet, vt dixerunt plurimi: inducunt depoſitionem. Vel [cetera peccata,] id eſt ceteri peccatores, qui conuincuntur nolentes confiteri: debent deponi. Idem ſtatuitur de diacono quod de ſacerdote ſtatutum eſt. Caſum ſequentis capituli inuenies 50. diſt. hi qui.

a ¶ Corporale peccatum.] id eſt fornicationem.

b ¶ Si confeſſus fuerit.] ſponte, non metu probationū.

c ¶ Offerat.] id eſt, officia ſacerdotalia conficiat.

d ¶ Studij.] quia ſtudioſe confeſſus eſt: vel quia vtilis eſt eccleſiæ, cum tali enim diſpenſatur, vt 50. diſt. ſtudeat.

e ¶ Cetera.] id eſt, ceteros peccatores, qui nolunt ſponte confiteri. Vel dic propriè, alia peccata à fornicatione. & ſic eſt arg. q̄ minus punitur aliquis propter fornicationem, quàm propter aliud crimen: hoc ideo, q̄a pauci ſine illo crimine inueniuntur, vt 40. diſt. quia tua. & ad idem eſt argu. 82. diſt. presbyter. 81. diſt. ſi qui clerici. argu. contra 33. diſt. cap. vlt.

f ¶ Poteſtas.] confitendi [4] crimen: ſed & ſi non vult non confiteri, relinquitur arbitrio ſuo, vt 33. diſt. habuiſſe.

g ¶ A miniſterio.] diaconali: ſed non ſubdiaconali.

h Hi qui.] hoc ponitur ſ. diſt. 50. hi qui.

i ¶ Corruerint.] Loquitur ergo de eo, qui poſt ordinationem delinquit. Sed nōne magis delinquit ille qui delinquit in dignitate, quàm qui extra dignitatem delinquit, vt 40. diſt. homo Chriſtianus. & 25. q. 1. nulli. Reſp. ſic: ſed ideo magis punitur, quia ſciens ſe permiſit ordinari. 50. diſt. ex pœnitentibus.

k ¶ In poteſtate.] Si intelligas hoc c. de clerico depoſito, tunc eſt hic arg. q̄ epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum. Si autem de ſuſpenſo, tunc patet q̄ relinquitur arbitrio epiſcopi, an velit ſuſpenſo reddere officium ſuum. ſed cum iſte clericus ratione

4 Subaudi vel purgandi, ſi non ē infamat[9]. ſed ſi eſt, cogit ad purgationem. arg. 2. q. 5. presbyter. ſecūdum H. & Lau.

Dignitas aggrauat peccatum.

tione criminis non poſſit promoueri ad ſublimiorem gradum: quomodo ergo pôt ipſum reſtituere famæ: cum per pœnitentiam non tollatur infamia, vt 2.q.3.§. hinc colligetur. poteſt dici, q ex quo Papa dat poteſtatẽ diſpenſandi: ergo per conſequens reſtituendi famæ.

a ¶ Ite-

neret: filij vero eius in ſeruitutẽ eccleſiæ ad cuius ignominiam nati ſunt, redigântur.

b ¶ Ex ancillæ.] Sed quare punitur dominus ancillæ illius? Reſpon. in fauorem eccleſiæ: vel ideo quia ratione criminis illa facta eſt de ſuo foro.

men, vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. Quòd ſi iterato[a] velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & veluti ſues in volutabris luti iacuerint; non ſolùm dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

Item ex concilio Toletano 9. c. 10.

¶ Ex miniſtris eccleſiæ geniti, in ſeruitutem deuocentur eiuſdem. C. III.

Iuo p. 6. c. 425. † al. innocentia]

CVm multæ ſuper incontinentia † ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morum; vſque adeo ſententiam iudicantium protraxere commiſſa culparum, vt non tantum ferretur vltio in auctores ſcelerum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab epiſcopo vſq. ad ſubdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ[b], vel ex ingenuæ[c] deteſtando connubio[d] in honore cõſtituti filios procreauerint; illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica cenſura damnentur. Proles autem aliena † pollutione nata, non ſolum hæreditatem[e] † numquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

† al. tali † al. hereditatem parentũ

Item ex concilio Martini Papæ, c. 25.

In capitul. Martini Bracharẽſ. Ex conc. Neocæſarieñ. c. 9. & 10.

¶ Qui confitetur ſe ante ordinationem peccaſſe, non ſacrificet: conuictus autem deponatur. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 48. Iuo p. 6. c. 149. Pann. l. 3. c. 150.

SI quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, quòd ante peccauerit; non offerat; ſed tantum pro religione nomen[f] presbyteri portet. Si autem non ipſe confeſſus, ſed ab alio publice fuerit conuictus: nec hoc ipſum habeat, vt nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconis obſeruandum eſt, vt ſi ipſi confeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiant †.

† al. retineãt

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 71.

¶ De manu ſacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licite ſacramenta ſumuntur. C. V.

Extra de cohab. cler. & mul. c. veſtra duxit. Iuo p. 2. c. 83. Pann. l. 5. c. 13.

SCiſci-

c ¶ Ingenuæ.] Specialis eſt iſte caſus, vbi filius conditionẽ matris liberę non ſequitur, cõtra id quod eſt 32. quæſt. 4. liberi.

d ¶ Connubio.] Ergo patet, quòd loquitur de ſacerdotibus, qui legitime ducũt vxores. tales enim grauius puniuntur, vt 32. diſtin. eos. 81. diſtinct. quidam, & 28. diſt. presbyter. Quidquid tamen hic dicatur: cum eccleſia non ſit iſto iure vſa, perdit ius iſtud, ſicut & illud quod poſſit exigere pœnã ſacrilegij, vt 17. q. 4. q ſquis.

e ¶ Hereditatem.] ſcilicet paternam. nã matri etiam ſuccedit ſpurius filius: & teſtamentũ matris poteſt dici inofficioſũ, vt ff. d inoffi. teſta. ſi ſuſpectã. §. 1. Ioan. hodie ſpurij omni beneficio excluduntur, vt C. de natu. lib. authen. licet. B.

Spurius ſuccedit matri.

SI quis presbyter.] CASVS. Dicitur in hoc c. q ſi quis presbyter confeſſus fuerit ſponte ante ordinationem feciſſe fornicationem, non habebit executionẽ ſacerdotij. quia nõ celebrabit: ſed tãtũ nomẽ ſacerdotis habebit. Si autem nõ fuerit ſponte confeſſus, ſed ab alio conuictus: tunc nec nomẽ ſacerdotis habebit. Idem eſt de diacono, quod dictum eſt de ſacerdote.

f ¶ Nomen.] Si quæris quid ei valeat retinere nomen presbyteri? Dico quòd in omnibus retinet priuilegiũ presbyteri in loco ſubſcriptionis, & in alijs: præter hoc ſolum q nõ poteſt Miſſam celebrare, vt ĩ ea. q. 7. Felix.

a ¶ Iterato.] arg. grauius puniri iteratum delictum, vt 25. quæſt. 2. ita nos. extra de coha. cleri. clericos. & de hæreti. ad abolendam. Ioan. de Fant.

CVm multæ.] CASVS. Conſtitutiones multæ factæ fuerant, vt clerici in ſacris ordin. conſtituti viuerẽt continenter, quod cum non facerent, ſtatutum fuit in concilio Toletano, vt quicumque deinceps ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum ex deteſtando connubio liberæ vel ancillæ liberos procreauerit, canonica cenſura dam-

SCiſcitantibus.] CASVS. Bulgari quæſiuerunt à Nicolao, vtrum à ſacerdote in adulterio deprehẽſo, vel tantum de hoc infamato debeamus communionem recipere? Et reſpondet quòd ſic: quouſque epiſcoporum iudicio reprobetur: quia poteſt aliquis quantumcumque pollutus diuina polluere ſacramenta. Et quòd recipere debeamus, tribus rationibus probat. Prima

ma eſt, quia ſicut cereus accenſus ſeipſum cōſumit, alijs vero lumen præbet: ſic presbyter peccando nocet ſibi, alijs vero ex officio prodeſt. Secunda eſt, quia ſacramēta non habent effectum ſecundum merita dantis, ſed accipientis. Tertia eſt, quia ante examinationem & criminis probationem nullus eſt à communione ſuſpendēdus. Prima ratio eſt ibi, [Quoniam mali.] Secunda ibi, [Sumite.] Tertia ibi, [Qui rurſus.]

c ¶ Mundum.] id eſt, amorem & delectationem mundanorum.

d ¶ Sed accipientis.] id eſt recipitur ſecundum merita recipientis: ſed non ſecundum meritum dantis. de conſec. diſtin. 2. vtrum.

K. ſ. At.

tantibus [a] vobis, ſi à ſacerdote, qui ſiue deprehenſus in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis communionem ſuſcipere, nec ne, reſpondemus. Non poteſt aliquis, quantumcumque pollutus ſit, ſacramenta diuina polluere; quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt: nec poteſt ſolis radius per cloacas & latrinas tranſiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiſcumque ſacerdos ſit; quæ ſancta ſunt, coinquinare non poteſt. Idcirco ab eo, vſquequo iudicio epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt: quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt; & cerea [α] fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, alijs vero lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde alijs commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni ſacerdote Chriſti myſteria †: quia omnia fide † Chriſti [b] purgantur. Fides eſt enim, quæ hunc mundum [c] vincit: & quia non dantis †, ſed accipientis [d] fit, dicente beato Hieronymo [β]: [Ad credendum in anima omni baptiſmus eſt perfectus: & in omni ſacerdote corpus Chriſti eſt perfectum.] ¶ Qui rurſus ſacræ ſcripturæ concordans ait: [Priuſquam audias, ne iudicaueris quemquam:] atque ante probationem accuſationis illatæ neminem a tua communione ſuſpendas: quia non ſtatim, qui accuſatur [e], reus eſt; ſed qui conuincitur, criminoſus.

† *al. miniſteria*

† *al. in fide*

† *al. dătis meritum*

In epiſtola d̄ ſeptem gradibus tomo 4.

Act. 15.

1. Io. 5.

Eccl. 11.

a ¶ Sciſcitantibus.] ſ. diſtinct. 32. nullus. contra. Ioan. ſed ibi loquitur de crimine quod eſt notorium per ſententiam [1], quod falſum eſt, vt extra de cohabi. cle. veſtra. & c. ſeq. & c. vlt. vbi dicitur quòd ſufficit ſi eſt notoriū rei euidentia. B. Sed nonne eo ipſo quòd quis comprehenſus eſt in adulterio, infamis eſt, licet nōdum ſit damnatus, vt ff. d ritu nup. palam? Reſpond. talis infamia nō ſufficit ad hoc vt abſtinēdum ſit à ſacramentis ſuis, niſi infametur per ſententiam, vt dixi 32. diſtin. §. verum. requiritur enim quòd ſit deprehenſus & conuictus, extra de iudi. eum nō ab homine. tamen bene cōcedo, quòd omnis ſacerdos in mortali exiſtēs eſt ſuſpēſus quo ad ſe, vt 1. quæſt. 1. ſacerdotes. ſed nō quoad alios: niſi ſit præciſus, vel niſi ſit notorius fornicator, vel ſimoniacus, vt 32. diſt. §. verum.

[1] Hic arg. d occulto vel aliàs manifeſto ſuſpH.

Infamis ne eſt ſ adulterio deprehenſus.

b ¶ In fide Chriſti.] id eſt, per fidem Chriſti.

α ¶ Et cerea.] *Antea legebatur*, &c. *Reſtitutum eſt ex originali, ex quo alia etiam ſunt emendata, & addita.*

β ¶ Hieronymo.] *Eſt in epiſtola de ſeptem gradibus, quemadmodum & quod ſequitur*, priuſquam audias, &c. *eſt ibidem ſuperius.*

e ¶ Accuſatur.] Si. 8. quæſt. 4. nonne. 15. quæſt. 6. multorum. & 11. quæſt. 3. eorum. extra vt lite pen. laudabilem. Ioan.

Quidam

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google